Bibliothèque numérique
medic@

Paracelse. Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi celeberrimi, chemicorúmque principis, opera omnia medico-chemico-chirurgica, tribus voluminibus comprehensa. Editio novissima et emendatissima, ad germanica & latina exemplaria accuratissimè collata : variis tractatibus & opusculis summâ hinc inde diligentiâ conquisitis, ut in voluminis primi præfatione indicatur, locupletata : indicibusque exactissimis instructa. Volumen primum, opera medica complectens.

Genevæ, sumptibus Joan. Antonii, & Samuelis de Tournes. M. DC. LIIX. Cum privilegio., 1648.
Cote : BIU Santé Pharmacie 171

PARIS biu Santé

Licence ouverte. - Exemplaire numérisé: BIU Santé (Paris)
Adresse permanente : http://www.biusante.parisdescartes.fr/histmed/medica/cote?pharma_000171x01

171
PARACE
OPERA



VERSANTUR HIS TRIBUS
Pharmacopœi Parisienses
Ex Dono Magistri
Gillet Antiquioris
Ædilis & Præfecti



AVR. PHIL. THEOPH.

PARACELSI

OPERA OMNIA

TRIBVS VOLVMINIBVS

COMPREHENSA.

ALTERIVS NON SIT QVI SVVS ESSE POTEST.



AVREOLVS PHILIPPVS
AB HOHENHEIM,

Stemmate nobilium genitus PARACELSVS auorum,
Qua vetus Heluetia claret Eremus humo,
Sic ocalos, sic ora tulit, cum plurima longum
Discendi studio per loca fecit iter.

I. Tintoret ad viuum pinxit.

THEOPHRASTVS BOMBAST,
DICTVS PARACELSVS.

Lustra nouem et medium vixit: lustro ante Lutherum,
Postque tuos lustro functus, Erasme, rogos.
Astra quater Sena Septembris luce subiuit:
Ossa Salisburgæ nunc cineresque jacent:

F. Chauueau sculpsit.

171 5225

AVR. PHILIP. THEOPH.

PARACELSI

BOMBAST AB HOHENHEIM,

MEDICI ET PHILOSOPHI CELEBERRIMI,

Chemicorúmque PRINCIPIS,

OPERA OMNIA

MEDICO - CHEMICO - CHIRVRGICA,

TRIBVS VOLVMINIBVS COMPREHENSA.

EDITIO NOVISSIMA ET EMENDATISSIMA, AD GERMANICA & Latina exemplaria accuratiſſimè collata: Variis tractatibus & opuſculis ſummâ hinc inde diligentiâ conquiſitis, vt in Voluminis Primi Præfatione indicatur, locupletata: Indicibuſq; exactiſſimis inſtructa.

VOLVMEN PRIMVM,

Opera Medica complectens.

GENEVÆ,

Sumptibus Ioan. Antonij, & Samuelis De Tournes.

M. DC. LIIX.

CVM PRIVILEGIO

1658

ECOLE SUPERIEURE DE PHARMACIE DE PARIS BIBLIOTHÈQUE



NOBILISSIMO
Ampliſsimoq; Viro
IACOBO DVPAN
REIPVBLICÆ GENEVENSIS
SENATORI INTEGERRIMO
& Conſuli meritiſſimo.

FRATRES DE TOVRNES I. ANTONIVS ET SAMVEL
S. P. D.

MAGNA ſunt nomina, quibus tibi obſtringimur, Vir Ampliſsime, nec ea vel expungere vel hoſtimento condigno penſare nitimur. Solvendo non ſumus,& eximia beneuolentiæ pignora, quæ tu multorum annorum Conſul & Prætor,Geneuæq; noſtræ ſagaciſsimus ἔφορος nobis magnificè impendiſti, rependere minimè meditamur. Quæ ideo commemoramus, ne animo tecum reputes, in vicem benefactorum tuorum à nobis hoſce noſtros labores Amplitudini tuæ conſecrari. Alio longè ſpiritu ducimur & vnico virtutum tuarum fulgore impulsi

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 10 sur 913

EPISTOLA.

THEOPHRASTVM PARACELSVM, Medicum Celeberrimum Chemicorúmque facilè Principem, non horridulis interpolatum Commentariolis, sed nouis & insignibus condecoratum additamentis, veluti anathema maioris abollæ viro dignissimum, sacrario tuo appendimus; neque, vt credimus, tantus vir in fasces tuos peccat, si, postquam principibus olim viris innotuit, admirationémque summam excitauit, nunc denuò solem aspiciens patrocinium tuum ambit, & tu profectò hoc Amaltheæ cornu, omnigenæque doctrinæ inexhaustum penu præsidio tuo carere non patieris, hæc quippe est vel Principis Prouincia, vel Consulis Illustres viros magno hominum compendio in lucem prodeuntes authoritate sua fulcire. Si verò, Vir Amplissime, Archiater tam celebris sui iuris immemor superbas sacræ Themidis fores pulsat, & in arcana eius adyta inuerecundus irrumpit; non ideo tamen minùs, quâ gratiâ cunctos sapientiæ Antistites complecteris, in tuo nomine conquiescet; ita scilicet ad omne humanitatis exemplum comparatus es, vt nihil respuas, nisi quod est ab honesto, iustóque sejunctum; sciunt qui te norunt intus verissima esse quæ dicimus, & admirabilem virtutum tuarum σεφανηδὸν sibi inuicem innexarum concentum venerantur atque suspiciunt. Nos autem, Vir Amplissi-

pliſsime, tanta animi ornamenta, quibus in cœlum caput exeris, necnon inter ſidera condis, noſtræ tenuitatis nobis bene conſcij ſilentio premimus, neque enim munere ſpeculi defungentes, te tibi oſtendere, niſi vaniſsimi conaremur. Non ſolùm verò (excellenti virtute Vir) proprio ſplendore coruſcas, alia tibi accedunt decora, quæ aciem oculorum noſtrorum nimiâ luminis vbertate perſtringunt, eſt tibi námque Frater grandæuus ſenex, & felix *natis*, & felix prole Nepotum, cuius animo *nullas* ſenecta rugas attulit, nullum vigorem ademit, nullum laudabilem impetum abſtulit, eſt, quod palam omnibus, ſacri ſynedrij lucidum ſidus, cuius ἀυτόχθων animi vigor nullo negotiorum pondere curuatur, & nulla rerum mole caricatur. Huius quoque venerandi Senis inclyta propago eſt, exiſtúntque nobiles Liberi, in omnibus vitæ ciuilis dignitatibus Geneuenſibus prælucentes, inter quos famâ ſuper æthera notus eſt ampliſsimus ille Senator & Exconſul, qui poſtquam in præludium huius virtutis, cuius puriſsimos radios eiaculatur, ſapientiæ myſteriis quamplurimos initiauit, nunc in architectonicâ ſeculi typho reſponſat vníque æquitati velificatur: Cuius proinde mirantur noſtrates

Compoſitum ius fáſque animi ſanctóſque receſſus
Mentis, & incoctum generoſo pectus honeſto.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 12 sur 913

Illud porrò non eſt animum, quod liuoris œſtrò perciti, nos inſimulabunt audaciæ, quaſi nomina noſtra hujuſce editionis propylæo immeriti præfigamus: ſecus profectò æqui rerum æſtimatores afficientur; & laboribus noſtris rem literariam aliquantum promoueri non inuiti fatebuntur, quem enim doctorum latet, typographos Cadmi filiolis atricoloribus, magnorum virorum opera, longo temporum decurſu ſitum redolentia, in priſtinum nitorem reſtituere, libitinâ eripere, atque adeò poſteris commẽdare? res certè notior eſt, quàm vt ei comprobandæ diutius immorari operæ pretium ſit, nimiſq; forſan, Vir Ampliſsime, te negotiis altiſſimis vacantem, effuſiore oratione auocatum detinuimus. Quod vnum ſupereſt, æternum numen ſupplicibus votis ſollicitabimus, vt in luctuoſis iſtis & turbidis temporibus, quibus heroës vix Thebarum portis, aut Nili diuitis oſtiis numero pares, te plenum ſeculum rebus noſtris intereſſe & præeſſe ſinat. Fortuna igitur, Vir Ampliſsime, diu Geneuam noſtram & fruere Neſtoreos annos vberrimis æquiſsimæ adminiſtrationis tuæ fructibus. Vale cum omnibus tuis, magnum Reipublicæ decus.

Datum Geneuæ 1. Iunij 1658.

FRIDERICVS BITISKIVS

LECTORI SALVTEM.

PRODEVNT *tandem, Beneuole Lector, ante biennium, & quod excurrit, promissa* THEOPHRASTI PARACELSI *Chymicorum facile Principis opera, Sumptibus Tornæsiorum Fratrum boni publici studiosissimorum, Francofurtensibus auctiora atq; emendatiora. Serius forsitan spe tua & expectatione, quam præuertere illis erat constitutum, ni grauia de authore præiudicia post diuulgatum de imprimendis consilium per-crebescentia, iam admotam labori manum suspendissent, filumque cœptæ telæ abrupissent.* Cur serius prodeant Parac. Opera. *Hanc ob causam hæserunt aliquandiu, dubij mentis an pregrediendum quà caperant, an referendus gradus; donec, peritissimi vtriusque Medicinæ Viri in consilium adhibiti ipsos ad spernendum enomitas ab inuidiâ in authorem contumelias, & pertexendum cui se accinxerant opus, vno ore, vno calamo, exhortarentur. Assurgere Chymiam (inquiebant illi quotidiè ad sublimius gloriæ culmen, præstantissimos per Europam Medicos in illa excolenda desudare, ac iam Parisiis regiâ munificentiâ quotannis binum publicè curriculum, frustra oblatrantibus Momis, doceri: Tum seculi nostri eruditos, iactatæque antiquitatis fascino solutos oculos, præclara à futilibus, genuina à fucatis, dispicere, Theophrastumque magis quàm olim suspicere pergerent tutò, orbem literatum gratiam ipsis acturum & habiturum.* Rationes pro imprimendis. *Tot stimulis excitati, tot authoribus persuasi, manu prælum alacri retractarunt, inoffensoque pede à carceribus ad metam tendentes, tria hæc volumina collegerunt, & iuris publici in tui Lector gratiam fecerunt; mira semper anxii sollicitudine, vt omnibus (quantum in ipsis fuit) numeris prodirent absoluta.* Francofurtensis editio defectuosa. *Admoniti enim à diligentioribus Scriptorum Paracelsi lectoribus, de tractatibus aliquot in Francofurtensi editione omissis, nec non de sensu authoris ab interprete in Latina Versione pluribus locis corrupto, tàm ob non intellectum à Belga Germanicum idioma, quàm non assecutam intentionem à viro Iuris potius quàm Chymicæ artis perito, operam meam in collatione exemplaris Latini cum Germanico sollicitarunt, quam lubens, licet tennitatis meæ non inscius, contuli; cùm, vt authoris scripta à multis numinis instar, cùlta, ab aliis cane peius & angue detestata, diligentiori manu versans exactiori oculo lustrarem, præcepti Apostolici memor, omnia probanda, sola bona esse retinenda: tum, vt mei erga publicum studii propensionem, hac veluti in publico data tessera, exhiberem. Suscepi itaque prouinciam hanc, & operæ pretium me facturum existimaui, si præfando, inprimis, quid præ antecedentibus in hac editione præstitum breuiter ostenderem, ac, deinde, quæ in vitam & monumenta Authoris à quibusdam nimis calidè, & sæpius minus verè, dicuntur, iustâ libratis lance, quo pretio habenda sint declararem.* Propositio præfationis.

Ad primum quod attinet, cum opus hoc in manus virorum inciderit literariæ vtilitatis amantium, vt nihil desiderares, singulari cura genuinos quoscunque ingenij THEOPHRASTI *partus conquisiuerunt, reiectis suppositis solo ipsius nomine superbientibus, quorum ingens circumfertur numerus. Chirurgias à Francofurtensibus neglectas, non vltimam gloriæ eius partem, primum certè excelsæ mentis monumentum, Imperatori dicatum, & ipsomet aduersariorum encomio celebratum, haud omittendas arbitrati, tertium illis constituerunt volumen. Adstat quoque iunctus fratribus decimus Archidoxorum liber, vt charissimum sic pretiosissimum Authoris pignus, extorsum potiùs ab illo quàm obtentum, & vix non satis, crudeli liuoris manu tam perspicuè scriptum dolentis, traditum, cùm primam contigerat conspexisse lucem. Thesauri instar diu in terra defossi, &, tandem, prospero sydere reperti, solus hicce libellus prudenti futurus, quod elucidet quæcunque silentij vel obscuritatis tenebris alibi Theophrastus absconderat.* Prima pars præfationis. Chirurgia vtraque huic editioni accessit. Decimus Archidoxorum lib.

Quin

Quin etiam curiosos vt pascerent oculos in quali-nam domicilio tam augusta mens habitauerit quærentium, Authoris effigiem ingeniosissimo Tintoreti penicillo delineatam cælari & apponi curârunt. Abludit quidem nonnihil ab illa Germanico Exemplari affixa: verùm cum hæc celebriori ab artifice, politiori manu, & iuniore Theophrasto Venetorum Martem sequente facta, ad viuum faciem eius exprimat maioriq; difficultate ac pretio comparanda fuerit, spes alit gratiorem quoque priore contemplantibus futuram. Reliqua præfationi subnexa quamuis non ab ipso, sed de ipso scripta, non parum emolumenti & iucunditatis lectori afferent. Præfixum Testamentum loco erit Apologiæ vel spongiæ, impudentes calumnias de incerto Patre, mendicitate, & curatorum recidiuis vel subitanea morte in Authorem blateratas, abstergentis. Quod adiecimus Dictionariolum, vsum nullis verbis exponendum codicum eius studiosis præstabit, querulos de obscuritate & terminorum nouitate clamores sistens, egregiumq; temporis compendium præstans, quibus antea sparsim hîc vel illîc explicatæ voces erant colligendæ, & donec liber librum aperiret, expectandum. Seuerini Dani viri doctissimi magniq; Theophrasti discipuli Epistolam, quod debitis Magistrum euehat laudibus, & viam sternat ad plurima huc vsque non mediocriter eruditis inaccessa, consultum reliquis omnibus præmittere duximus. Ipsum libri contextum Latinum quantâ potui diligentiâ cum Germanico contuli, & sicubi à mente Authoris interpretem discessisse animaduerti, eum reducens quam proximè ipsemet accedere omni conatu sategi. Omissa quædam, etiam integras, aliquando binas ternasue lineas conuenienti loco restitui; orthographica, virgularúmque & punctorum errata, nonnunquam liquidissimum sensum turbantia, correxi; & quæcunque detorta ad obliquum mihi visa pro viribus ad rectitudinem inflexi: vitatâ nihilominus quâlibet affectatione ex alterius lapsu assurgendi, vel ex alienis erroribus trophæum gloriæ meæ erigendi. Idcirco, non pauca à sensu Authoris non planè absona, & cohortatione quorundam, & propria indole negligentiâ alterius suam commendare operam respuente, intacta dimisi, prælóque, vt erant, commisi. Nec eò hæc dicta velim, vt oscitationi meæ tegmen construam, vel inscitiæ culpam speciosa excusatione eluam: sunt dubio procul plurima in operibus istis quæ ingenij mei tarditatem præeunt, fuerunt quæ diligentiam effugerunt; vtraque beneuolentiæ tuæ fauorem obtecturum, humanitatis excusaturum, & certò mihi polliceor, &, vt facias, obnixè peto. Sentio quidem eiusdem hic quoque me indigum, vt, cum audaci impotentis ingenij conatu pro Theophrasto in arenam descendo manus conserturus cum copiis vel solâ copiâ formidandis, labentem sub tanto labore adiuuet imbecillitatem, impari tam numerosis legionibus manus ferat auxiliares: sed omnem præuaricatoris notam fugiendam ratum habens, animum præconceptis saltem opinionibus illibatum, & in nondum excussa causa paritatem æquipondij obseruantem cum patienti aure imploro, dum tot & tanta conuitiorum portenta in THEOPHRASTVM *conficta atque congesta diluere conor. Conor, inquam, quis enim de exitu certam sibi spem faciat, quin fore timeat vt vibratis à clamoso tot aduersariorum ore spiculis, si non vi argumentorum, vincatur atque obruatur? Declamat hîc Aristotelicorum turba Philosophorum, & indignante vultu ac voce obstreperâ Theophrastum non rationum ponderibus motum à scholis discessisse, sed Peripathicæ doctrinæ ignorantiâ & leuitate mentis sublatum, auolâsse. Intonant ibi minacem orationem Galeni asseclæ, maior medicantium hodiernorum grex, & irreuerentiæ erga canam antiquitatem reum agunt, culpæ dantes, quod primus Apollinis oracula tot seculis celebrata, felici successu & euentu stabilita, negauerit, spreuerit; nouásque fabellas in cerebro suo fabrefactas protulerit, extulerit. Conclamat cum his leuissima plebs quibuscunque impressionibus cerea, quæ cantilenam ab illis Magistris cantare docta, eum incognitâ causâ temerè damnat. Cum tam numerosis tantæque authoritatis hostibus quî inæqualis robore & copiis congredi ausim, nisi de patrocinio veritatis, cuius solo conspectu innumeræ falsitatum fugantur acies, certus; & de tui, Lector Candide, nullis præiudiciis corrupta integritate animi quam huius statuo litis iudicem, (vt, quæ inimici contra* PARACELSVM, *ego pro illo in medium affero, reprehensione vel laude digna, vtrinque trutinatis rationibus liberè pronuntiet) planè persuasus? Commonefaciendum tamen hîc in vestibulo te volo, ne putes me eò vsque partibus Paracelsi addictum, vt vbique & qualibet occasione pro defensione eius digladier, obiecto proprio semper latere emissa in ipsum tela excipiam, & nonnisi per meum pectus ad præcordia eius petenda pateat aditus: minimè verò, in nullius vnquam Magistri (summum illum, eiusque discipulos semper excipio) verba iuraui, nullius causam meam feci, neque in præsentiarum pro* PARACELSI *dictis factisque, tanquam pro aris & focis, pugnare mihi est*

Testamentũ.

Dictionariolũ.

Seuerini Dani Epistola.

Collatio cum Exemplari Germanico.

Aduersariorũ Theoph. ingens numer.

Aristotelici.

Galenici.

Vulgus.

Lector sui iuris optatur.

Præfator nõ vbiq; adhæret Sarac.

in

in animo. Homo quippe fuit, cumque humanum sit errare, at tam in doctrina à vero sæpius deuiare, quàm in moribus deficere, haudquaquam eum ab hac mortalium fragilitate alienum fuisse existimo. Neque enim ego de PARACELSO *mussitare velim, quod plena scholæ bucca in pulpitis, & tot Authores in scriptis de Hippocrate decantant: diuinum scilicet senem nec fallere nec falli potuisse. Absit ab ore nostro blasphemia homini tribuens, quæ Deus quatenus ipsissima veritas sibi reseruauit.* PARACELSVM *vobis sistimus non stigiis vndis lotum, ideóque inuulnerabilem Achillem; sed peccati originalis barathro immersum, ideóque multorum vitiorum tinctura imbutum, sæpius detecto corpore accusatorum spiculis vulnerabilem, imò peruium, & saucium. Fateor non omni exemptam labe ipsius vitam: at tot fœdis notatam stigmatibus quot inimici ipsi falsò inurunt, planè pernego. Do scripta ipsius doctrinis perspersa aliquibus censori exacto & rigidiori non approbandis: sed quamplurima benigniorem admittere interpretationem, ideóque neutiquam reijcienda contendo; nisi pulchrum & elegans corpus ob nævos aliquos planè è medio tollendum censeamus. Nec prætereundum, Oporino Paracelsi Amanuensi, Aristotelis exemplo in præceptorem iniquiori, antagonistas omnes ferè arietes debere quibus* THEOPHRASTVM *ferire contendunt. Ille beneficiorum in se collatorum immemor, pretium doctrinæ à Magistro instillatæ nesciens, acri in illum stylo ruit, nomenque infestissimis notis compunxit; sed resipuit tandem, & quem viuum conuitiis infectatus fuerat, defunctum veneratione prosequutus. Infames famæ præceptoris morsus in remorsus conscientiæ conuersi, pœnitentiâ heu nimis tardâ vulnera clausêre exanimi, quæ spiranti inflixerant. Optandum fuisset dum inter viros author adhuc morabatur Opporinus ad bonam frugem rediisset, ingenuo opinor ore confitentem habuissemus* PARACELSVM, *victoriam à nullo inimicorum suorum hac ipsa gratiorem retulisse. Et sanè perpetim virenti dignus coronâ triumphus, cum vltrò inimici in humum deuoluti, quæ in insontem exspuerunt relambentes deuorant, & melioris mentis compotes vesaniam præcedentem, quasi furiarum agitationem, seriò lugent, quamuis serò fateantur. Testis huius non fucatæ pœnitentiæ Toxites, percelebris Medecinæ Doctor fideliſque* THEOPHRASTI *interpres, in præfatione Testamenti. Testis quoque Conringius Paracelsi perduellis, cuius eò credibilius testimonium, quod ab inimico procedat, qui Opporinum post* THEOPHRASTI *obitum extitisse admiratorem eius & cultorem affirmat, cum contemptor antea & osor fuerit, vt epistolâ ab illo emendicatâ ad Vejerum patet, quam vulgi manibus teri postquam resciit, ægerrimè tulit, & dolorem suum plurimis est testatus. Vnica hæc Opporini confessio & retractatio omnia è manibus aduersariorum arma, quibus memoriam & æstimationem* THEOPHRASTI *ad internecionem delere sibi pollicebantur, excutit; ideoque illis in posterum pugnaturi risum, non oppugnationem merebuntur. Alteram verò sagittarum quibus author petitur partem è pharetra Erasti, capitalis ipsius inimici depromptam, non ignorandum, plurimaque in ipsius ignominiam allata solâ aduersarij authorirate niti, & consequenter vadis indiga fidem haud mereri, cùm frequenter in scriptis suis cæco ardore* THEOPHRASTO *contradicendi latus, clarissimæ veritati contraiuerit. Addendum denique, quædam citra dubium ab aduersariis vel æmulis* THEOPHRASTI *in scriptis ipsius mutata, addita, mutilata atque peruersa, quæ Author, si in viuis, pro suis non agnosceret. Multa enim manuscripta posthuma reliquit, quæ inuidorum vel falsâ doctrinæ persuasione turgentium manibus tractata, diu post ipsius obitum lucem viderunt. Horum dolus cum integros tractatus illi supposuerit, ita vt non nisi doctrinæ stylique* PARACELSI *peritissimis qui ab illo conscripti iudicare sit liquidum, & nos nonnullos Germanicæ editioni insertos, à doctis autem Chymicæ artis ad spurios relegatos, ab hâc excluserimus, quid de vnâ vel alterâ paginâ vel aliquot periodis censendum Lectori iudicium relinquo.*

Quibus præmissis pedem iam promoueo, primum telum in hominem cum primum duceret spiritum eiaculatum excepturus. Petit illud obscuram atque ignotam originem, notatque incerto & vago Patre, nec non prostibulo matre oriundum. Mirificè sibi placent cum laruis suis pugnantes; ex supposito enim commento caliginosa sub natiuitatis nube subdolè crimen celante sic ratiocinantur. Quid mirum si PARACELSVS *sanguine parentum criminibus rubescente ortus, fœdis maculis vbique liuebat, genitorumque æmulabatur vitia? corui prodeunt ex coruo, quamuis pulli cignorum mentiantur colorem; quamdiu paternus in venis bullit sanguis, patrum auorumque efferuescunt scelera; & grauioribus obnoxia sæpè soboles, quamuis laruatâ honesti viri facie (vt stemmatis turpitudinem tegat)*

Parac. nimis grauatur ab Aduers.

Quis Opporinus & quæ illi fides habēda.

Quis Erastus & quæ illi fides.

Scripta Authoris corrupta.

Respondetur obiectioni de incerta origine.

tegat) nequitias occultet. At esto fructum non procul ab arbore cadere, & mali corui malum ouum; quid hæc ad nostrum THEOPHRASTVM, qui non solum parentibus legitimo nexis coniugio prognatus, sed & illustri stemmate & probitate conspicuis? De quorum vita atq; excessu cum Testamentum præbeat luculentum testimonium, meo munere fungens, primam hanc obiectionem refellit atque destruit. Hinc eodem oculi radio lectori perspicere licet, quòusque Erastum libido sibi exosa reprehendendi præcipitauerit, qui ex Bombastorum ab Hohenheim familia prodiisse PARACELSVM negauit, vt vago incertique laris viro & communi fœminæ nothum adoptaret. Ebrietatem eius omnes improbant, & conniuisse sibi nimium in poculis & inter cantharos taxant. Gentis hoc, non viri, vitiolum est, à Taciti seculo ad nostrum vsque non interrupto filo deuolutum, sinceritati fortè germanæ coæuum, & nescio an aliquo consanguinitatis vinculo iunctum. Negat Maierus apud Germanos vitio verti, si quisquam inter amicos genio indulgens iteratis vini poculis tristitiam mergat, & frontem explicans dulci viscera irriget liquore. Ac reuera videntur quamplurimi illius nationis libero Patri liberius indulgentes, cætera integerrimi vitæ & sceleris puri. Quod si sapientissimi Socratis & Seueri Catonis non semel vino incaluit virtus: quid mirandum, si eodem frigidiorem (trimum enim à sue castratum ferunt) complexionem THEOPHRASTVS reddidit vegetam? Permultis enim Bacchum acuere ingenium subtilesque infundere conceptus experientiâ constat; atque inde mentis illum vigorem nonnullis stupendum, quo facilè benè potus sublimia & abstrusa proferebat, defluxisse reor non enim crapulam illa, sed defæcatum redolent animum, vaporibus crassissimis post aliquot à potu horarum somnum dissipatis, generósisque spiritibus tantùm reliquis egregios hosce conceptus effingentibus. Addunt perpetuum hospitiorum publicorum incolam fuisse, & non hederam magis affixam tabernis, quam ipsum fixum; cumq; cursorem & multivagum vbique appellitent, hic solum constantiam tribuunt & stabilitatem. Hoc equidem responso nullo indiget, aduersariis reprehendentibus quæ laudibus eueherent, si causam nossent. Inexplebilis illa auiditas naturæ perscrutandi secreta & reconditarum supellectile scientiarum animum locupletandi, vno eodemque loco diu persistere non patiebatur, sed mercurij instar omnes terras, nationes & vrbes perlustrandi igniculos supponebat, vt cum viris naturæ scrutatoribus, Chymicis præsertim, ore tenus conferret, & quæ diuturnis laboribus nocturnisque vigiliis inuenerant, vna vel altera communicatione obtineret. Sciunt quippe experti quantis sudoribus vix vna aut altera veritas è sinu naturæ eruatur, & quam profundus sit ille Democriti puteus Spagyricorum ignibus exsiccandus. Quopropter meo calculo laudem mereatur si discendi cupiditate multas peragratus est regiones. Vagentur illo Authore quicunque ad solidam scientiam anhelant, & amore intima rerum penetralia noscendi flagrant. Quærant quo loco reperiendi viri in hoc studio canescentes, & vnius horulæ spatio amico ab ore accipiant, quæ illi tot impensis possident laboribus. Non vna fert omnia tellus; thura qui petit, Arabes adeat, Chinenses qui rhabarbarum; locis vmbrosis quæratur betonica, apricis uvæ; carlina montosis, ros solis palustribus. Non vno sub sydere omnes nascimur, nec vnum sapientissimus vniuersitatis moderator omnium suorum bonorum dispensatorem constituit; sed thesauros suos diuersis hominibus & variis regionibus, pro bene placito suo, distribuit. Hac nimirum necessitatis Lege naturæ parens homines colligauit, vt necessitudine iungeret, cùm mutua nos indigere voluit opera, & ex vicinis quærere regionibus quæ nostræ desunt. Hæc itaque non alia ratio est quæ sedem frequentiùs mutare illum impulit, & publicorum tectorum hospitem esse coegit, quòd priuata, pro pauco commorationis in vrbibus singulis tempore, conducere minimè consultum fuisset. Criminantur quoque paupertatem virtutis sapiùs comitem, & puritatis animi à fraudibus, manuum à rapinis indicem; Nec scio an philosophorum quidam temerè diuitem aut iniustum aut iniusti hæredem vocitauerit, cum plerique illicitarum artium vesicis sublati, è paupertatis vortice emergant, aut succedant qui per fas & nefas corrasis bonis putatitium inopiæ dedecus effugerunt. Vix ac ne vix quidem flocci has obiectiunculas habeo, nec responsione dignarer, nisi lætanti oculo ipsos inter se belligerantes liberet conspicere aduersarios. Ne PARACELSO notitiam lapidis aurifici largiatur Gesnerus cum paupertate conflictantem fingit, & modica per curationes acquisita pecunia compotationibus profudisse, donec deficienti lucrandæ medicam iterum manum adhiberet. At repugnat his Oporinus in Epistola ad Doctorem Vejerum, vbi sequentia habet: pecuniæ erat prodigus profusor, ac ea quidem ita sæpiùs destitutus vt ne obolum quidem ei superesse scirem; crastino statim die, crumenam se habere bene instructam ostendebat, vt non rarò miratus fuerim vnde ipsi fuerit suppeditata

De Ebrietate.

De circumuagatione & diuersoriis.

De Paupertate.

singulis

singulis ferè mensibus vestem nouam sibi fieri curabat, & priorem cuiuis obuio donabat. Continua & inexhausta hæc prodigalitas, vnde, nisi ex perenni elixiris fonte, promanare poterat? cui alij tam fertilis latex, nunquam & nusquam desinens, repertus, quàm lapidis possessori? nec inanem gloriolam aucupabatur, maiorem sibi thesaurum quàm Leoni Pontifici, vel Carolo Quinto Imperatori asserens: quandoquidem, vnanimi teste Philosophorum consensu, nunquam deficiunt felices mineræ illius venæ. Nullius autem momenti est quod respondent, non decuisse Cræsum præmia exigua pro curationibus stipulari, promissa exigere, ac Marchioni & Canonico denegantibus succensere: quia, vt sincerè notauit Maierus, in amore & Chymia nihil tutum, vtrobique riuales timendi, qui, non eâdem beneuolentia excepti, fortunæ tuæ inuident; & impotentes se ferre feliciorem, sæpius insidias vitæ struunt, nihilque intentatum relinquunt, quo inuisum è medio tollant. Optimè igitur & sapienter indigentiam in tali casu simulauit, opulentiam dissimulauit: immò imprudentiæ non iniuria accusatur, quod semel tantum, præsente Francisco famulo, (vt huius epistola ad Neandrum testatur) proiectionem fecerit, & confectum Solem illi vendendum dederit. Ruit igitur hoc argumento mendacium de captata mercede ex palliatis medicationibus, & emunctis argento infirmis, ob ægritudines reciduo insultu infames quodam modo subleuatas. Quod adhuc magis conuellitur testimonio Francisci, inquientis: Pari industria noui ipsum leprosos, hydropicos, epilepticos, podagricos, morbo venereo affectos, alios innumeros infirmos, gratis sanare; id quod Galenici Doctores non potuerunt imitari. Vbi, eum ex fundamento prædictos curasse affectus ac sine vllo præmio, asserit. Et funditus tandem euertitur exemplo à Planis-Campis Chirurgo Parisiensi allato. Degebat Theophrastus Norimbergæ, profectus à Medentibus illius vrbis, & vaniloquus deceptorque proclamatus; qui, vt laboranti famæ subueniat, viros quosdam authoritatis summæ in Republica illa adit, & infamiæ amoliendæ, artique suæ asserendæ, specimen huius pollicetur editurum, nullo stipulato vel accepto pretio; horum facile præbentium aures iussu elephantiacos aliquot, à communione hominum cæterorum segregatos, & in valetudinarium detrusos, alieno arbitrio eliguntur, quos virtute singulari remediorum suorum THEOPHRASTVS à fœda græcorum lepra mundat, pristinæque sanitati restituit. Conseruat illustre harum curationum amplissima & celeberrima illa vrbs in Archiuis suis testimonium, adeóque semper victurum PARACELSI nomen in iisdem à deceptoria auaritiei labe immune conseruat. Quam crassum aciei prætendat vnguem à teneris conceptum & cum crescente ætate adultum odium, illo obcæcati, propriis incumbentes armis, probant euidentissimè. Etenim mendacissimum audens vir quidam doctus proclamare PARACELSVM, quod, gloriatus Daniam peragrasse, Stokholmium Daniæ appellet vrbem, ipse ignorantissimus Daniæ Historiæ prosilat, nesciens Sueciam THEOPHRASTO illis oris peregrinante adhuc sub Danorum fuisse imperio, & nonnisi aliquot annis post, Christiano nimirum IV. rerum potiente, nutâsse, ac tandem purpureâ exuto Chlamyde defeciisse. Quocirca Daniæ potuit dixisse vrbem, vt hodie Vazsauiam Poloniæ nominamus, eâ solum de causâ, quod Poloniarum regi subdita obediat, licet extra Majoris Minorisve Poloniæ solum, in Masouiæ sita. Idem esto iudicium de tot aliis obiectionibus, singulis ferè, aut ignorantiam, aut temeritatem inimicorum prodentibus. Iociscus, vt inscitiæ arguat, memoriæ labilitatis incusat, & quidem tantæ, vt herbarum nomina discipulis referenda ignorauerit. Debile argumentum à debilitate memoriæ depromptum: nouimus quippe viros limatissimi iudicij, acerrimi ingenij, memoriæ orbos felicitate; nec tamen contemnendum in Republica literaria obtinere locum: & vix cuiquam licuit esse tam fortunatum, cui tres hæ animæ facultates plane pari excellentiæ gradu contigerint. Verùm contra Iociscum militat Neander, tam dicto audientem fuisse promum illum condum delitiarum mentis affirmans, vt, iussus integrum Galeni locum depromere, extemplò protulerit: conuincit eundem etiam de eodem herbarium à Theophrasto conscriptum, cuius Toxites in præfatione ad Testamentum facit mentionem.

Soluitur instantia.

De curationibus palliatis.

De Mendacio.

Lustratis iam quæ in vitam & mores THEOPHRASTI ab aduersariis proferuntur: nunc de scriptis quoque querelas eorum audiamus. Quod Bartholinus celeberrimus seculi nostri Anatomicus in epistola ad Bogdanum conqueritur, nullam sibi lineam è calamo effluxisse, quam inuidus obtrectatorum globus liuore suo non conspurcauerit, & deletam voluerit, accidit quoque PARACELSO; cuius nascentem famam Medici toruo aspicientes oculo, tantùm suæ decedere, quantùm ipsius adderetur, non falsò diuinârunt. Etenim, quum ex professo triuiali medicantium doctrinæ, curandique rationi se opponeret, si rationum

Secunda pars Præfationis.

Cur Medici Paracelso infensi.

¶ ¶

si rationum momentis, aut curationum fælicitate, illorum methodum improbaret, suam approbaret, ipsis gloriæ, sibi ignominiæ cessurum haud vanè coniecerunt. Quapropter vt imminens malum auerterent, obuiandum quam dexterrimè censebant, ac informanda quæcunque ab ipsius manu aut calamo procederent: nec contenti vitam flagitiorum accusasse, scripta tenebrarum, insciticæ, vaniloquentiæ, impietatis & illicitorum farraginis insimularunt, vulcanoque damnata, gratum manibus Aristotelis & Galeni holocaustum, destinarunt. Sed ex oppositа parte, non pauci candidioris notæ ingeniique sublimioris viri scripta eius admirati magnificére, & publica æstimij dantes indicia, monumentis suis consignauêre. Ex quibus primus prodeat Ramus, vir acutissimus, doctissimusq; ; hic in oratione de Basilea, inter præcipua illius vrbis ornamenta THEOPHRASTVM *ponens, ait:* In intima naturæ viscera sic penitus introiit, metallorum, stirpiumque vires & facultates tam incredibili ingenij acumine exprorauit & peruidit, ad morbos omnes vel desperatos & hominum opinione insanabiles percurandum, vt primò cum ipso medicina nata videatur. *Huic adiungatur multifariæ scientiæ & experientiæ Quercetanus, Regius Medicus, referens* THEOPHRASTVM penè diuinitus multa in re medicâ docere, & quæ nunquam satis admirati & prædicare grata posteritas possit. *Gelleus verò Zemeus in hæc verba erumpit:* Apud Germanos nunc THEOPHRASTVS quidam vir adolescens existit, cui parem orbis non fert, doctiorem me legisse memor non sum. *Quid Barthius apud Scholtzium Epist. Med.* LXXX? Ego de Theophrasto (*inquit*) præclara sentio, admiranda præstitit, sed qui eum perfectè intelligat, & quæ ipse fecit faciat, nondum audiui. *Addere his Smetium licet asserentem,* PARACELSVM laborioſum industrioſumque rerum abstrusarum indagatorem, multæque peritiæ virum, ac in Pharmacorum preparatione admirandum. *Et horum agmen claudere cum Melchiore Adamo, testante,* eum ingenio acutissimo, ac ferè diuino fuisse præditum, & in vniuersa Philosophia tam ardua, tam arcana & abdita eruisse mortalium meminem: Leprâ, podagrâ, hydrope, aliisque insanabilibus malis & desperatis, multos liberasse: & quotidie per duas horas Basileæ, tum actiuam, tum speculatiuam Philosophiam summa diligentiâ magnóque auditorum fructu esse interpretatum, doctrinâ quam non ex Hippocrate, sed ex experientiâ assecutus erat. *Plura* THEOPHRASTI *elogia adducere posse, verùmre ipsâ & ingenij ejus productis loquêtibus diutius his non immorans, ad obiectiones aduersariorum responsurus me conuerto. Primum, quod culpant, vitium obscuritatis est, primo in limine acutissimam oculorum aciem caligine offundentis; huius causam afferunt vocabulorum incognitorum ingentem numerum, citrà vllam planè necessitatem confictum. Quibus respondeo, ambiguum esse nec adhuc ab illis firma ratione constitutum, an ille defectus visus à debilitate instrumenti, an ab obiecto non satis illustrato, an verò à subitaneo & nimio lucis superuentu proueniat; noctuæ quippe ob teneritudinem oculorum splendidum lumen ferre nequeunt, & eandem obscuritatem experiuntur, ex cæco carcere in mediam diem ex improuiso delati, quam, ex lucidissimo sole in tenebrosam speluncam. Educati in vmbris scholarum queruli illi, non ne fortean conspecto veræ philosophiæ iubare luscioſi redduntur, quòd inassuetus delicatæ structuræ mentis oculus, nouo suborto lumine splendidioribus nitente radiis, perstringatur. Si tamen à vero non abest, obscuritatem oriri lectioni eius minus assuetis, vel nulla profundiore meditatione absconditos in imo recessu sensus percontantibus, nouerint antiquorum sapientum, præcipuè verò Ægyptiacorum & Pythagoreorum, vsitatam scribendi rationem fuisse, qua sub inuolucris verborum, numerorum, aut figurarum ænigmaticarum, pulcherrima quæque occultabant, & hoc modo vulgum dextrè celabant, vt inuisa, sic non inuidenda. Tantos viros* THEOPHRASTVM *imitatum rationi consentaneum est; nimirum vt sudore sibi partam scientiam, sudore venalem exponeret. Videbat enim totum Medicorum exercitum, Galenicæ disciplinæ vberibus lactatum, assuetos à teneris vnguiculis cibos cum nouis, etsi succulentioribus, metu dispendij sanitatis nolle permutare. Cernebat cateruam Aristoteli addictam tam auidè opiniones Magistri sui imbibisse, vt in succum & sanguinem quamuis vitiosum conuersis, scalper nullus sit euocandis & separandis. Animaduertebat, neutiquam sibi haberi grates, ob detectos atque exstirpatos veterum errores, substitutumque in eorum locum ad suum aui incognitum verum; cumque intimo animi dolore perculsus, indignaretur mundum aperto & incolumi lumine cæcutire, ne talentum sibi à Patre luminum concreditum planè defoderet, nec tamen vniones projiceret suibus*

scribendi

Candida & eminentia ingenia pro Paracelſ. Ramus.

Quercetanus.

Gellius Zemeus

Barthius

Smetius.

Melchior Adamus.

Reſponſ. ad obiectio, de obſcurit.

Ratio ſcrib. Ægypt. & Pytag.

Galenici nolūt mutare doctrinam. Nec Ariſtotelici.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 19 sur 913

ſcribendi genus à vulgari remotum elegit, ſperans ſeros nepotes in naturæ luce oculatiores, nebulâ ſcilicet authoritatum antiquitatis diſcuſſâ, percepturos ac toto animo eſſe amplexuros, quæ ſibi coætanei omnibus viribus repudiabant. Nec fefellit eum coniectura, quum ingenioſiſſimi viri illius veſtigia prementes, comite vel duce experientia, noſtro patrumq; ævo plurima, quæ ille abſconſa volebat, detexerint, inuiâ ante ſeculum viâ tam molliter ſtratâ, vt ſalebris & frequentiâ impedimentorum ſublatis, pauca quædam diligentiæ noſtræ tollenda reliquerint. Quocirca ſupinæ teſtis eſt negligentiæ de obſcuritate planctus, quòd cibum planè præmanſum cupiant, qui mandibula ſibi mandendo fatigari eiulant, & laborem refugiant, qui de difficultatibus hac in parte querimonias intendunt. Si naturæ tramitem perambulantes, iteratâ lectione volumina hæc volutauerint, veritatis latices hinc indeque diſperſos detegent, harmoniam dictorum ſuauemque concentum grata aure percipient, & tandem claram diem creditas, perperam, diſſipare tenebras animaduertent. Neque grauiùs Ariſtotele peccauit, ſi tamen hìc peccauit, qui tantoperè opiniones ſuas verborum velauit ambiguitate, vt hucuſque in ſcholis plus laboratum de ſententia ipſius, quàm de certitudine rerum, eruenda. Innuit hoc, & dictis noſtris ipſemet annuit, in epiſtola ad Alexandrum data, vbi neminem phyſicæ ſuæ ſenſum percepturum regi ſpondet, niſi è viua ſua docentis voce, hinc atq; illæ lacrymæ in ſepulta authoris mente fuſæ. Eodem peſſulo obdere poſſem nænias de inaudita dictionum nouitate in nulla lingua obuiarum, aut de abuſu aliarum, per figuras inuitâ ceruice ab antiquâ ſignificatione ad recentem inſigni audacia & vi detortarum, niſi alij obices ſuppeterent. Noua vocabula nouis rebus anteà in ſcholâ ignotis THEOPHRASTVM *fabricaſſe illis minime ægre ferendum, cùm etymi defectu laborantia nomine aliquo inſignire, vt in poſterum facilius dignoſcantur, neceſſitas cogat. Quo obſecro vocabulo ſcholis vſitato definiiſſet materiam illam vniuerſalem primam, tribus principiis conflatam, & formæ generalis iam poſſeſſæ vi vegetatiuâ omnia producentem, quando illa philoſophis de ſchola planè eſt incognita? Neque enim Ariſtotelis materiam inexhauſtâ ſemper libidine furentem, informem inexplebilis voluptatis meretricem, & nullis ſaturatam amplexibus in nouos ſemper concubitus exardeſcentem intellexit: caſta matrona noſtra indiſſolubili nodo, quamdiu fata ferunt, ſponſo ſuo iuncta, amico adhæret lateri, & luxurianti, ſed legitima, fœcunditate connubialem thorum vix numeranda ſobole beat. Quare igitur anonymam illam non liceat vocare Iliaſtem? Cur vim cuncta ex Iliaſte producentem, diſpenſatricem omnium rerum, non ſit fas appellare Archeum? Vel Ares, ſpiritum peculiarem cuique ſpeciei naturam atque formam ab aliis differentem largientem? Quid tandem impedit quo minus occultus & feruescens terræ fumus, vnde plantæ diſſoluuntur, putreſcunt & fermentantur, leffas nominetur? quum ad notitiam cathedrarum hæc talia non peruenerint, & muta de illis ſit vulgaris philoſophia, cur ad furnum Chymicum rebus nomina illis incognita non imponemus, ad tædioſæ circumſcriptionis laborem euitandum? At barbara ſunt pleraque, inquit magni nominis Sennertus, & complures alij, aut, ſi quæ in re medica in vſum veniunt, à Theophraſto per tropos vel ſymboliſmum opiſthotonum paſſa. Mirari ſubit non vidiſſe quæ in ſinu ſuo philoſophia cum communi Medicina fouet, ad longinqua aciem exeruiſſe; niſi ſortè illorum doctrina ſeneſcens oculorum vitio ingraueſcenti ætati familiariſſimo acutiùs diſtantia propinquis diſcernente laborat. Quid enim magis barbariem ſapit, quàm barbara illa vocabula figurarum ſyllogiſticarum modos exprimentia, quibus tam liberè vtuntur? Ipſe ſonus neſcio quid auribus tam ingratum habet, vt Felapton, Bocardo, Feriſon, furiarum vel Parcarum nomina menti obiiciant. Atque cùm illi nobis ſuorum terminorum originem explicatam dabunt, tum nos quoque noſtra ex parte idem facturos pollicemur. Iam ens, eſſentia, entitatiuum, quantitatiuum, indiuiduificum, identitatiuum; potentialitas, hæceitas, eſſeitas, receptiuitas, Petreitas, ſororeitas, nonne planè illatina & iſta tantum à puritate Latiniſmi, quantum à materia abſtracta; & tamen talibus, veluti ſentibus, tota philoſophia perſeminata horret. Quid ſi illa ipſamet Medica facultas, ſi aliæ ſcientiæ arteſque Chymiæ exemplo præeuntes reprehenſionem nullatenus incurrerunt, qua de re* PARACELSVS *impreſſos ſequens greſſus crimen commiſit? Nonne morborum ars noua humoribus ſuis nomina affinxit, dum igneum, bilem flauam terreſtrem, bilem nigram; aqueum verò, phlegma nominauit? Cur non retinens vocum vſitatarum, bilem fellis nomine, melancholiam ſanguinis fœculenti, aut terrei humoris, phlegma incocti vel aquei inſigniuit? Nonne metonimicè locuta vſurpauit pro effectu cauſam, cùm bile ſupra & infra erumpente, choleram morbum; extitatasque atri humoris turbas, melancholiam hypochondriacam dictitauit? Nonne vocem*

Cur obſcurè ſcripſerit.

Obſcura illuſtrantur.

Ariſtot. obſcur.

Reſp. ad obiect. de ignotis vocibus.

Quid Chymicis materia prima. Ariſtot. notatur.

Quid Iliaſtes. Quid Archeus Quid Ares. Quid Leffas.

Reſponderur Sennerto & aliis.

Termini figur. Syllog. barbari.

Alij ſimiliter.

Medicina huiuſmodi noua nomina adinuenit.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 20 sur 913

Theologia. *consistorij Ecclesia introduxit, sacramenti à militari symbolo mutuata est? Theologi Trinitatem, Incarnationem, Transubstantiationem, Impanationem, in Latium introduxerunt? Quid quòd genus & species, actus & potentia, forma, motus &c. aliter latinissimè, quàm* Philosophia Mathematica. *Logicè, Physicè, ac metaphysicè accipiuntur. Geometræ etiam, atque Optici, radium à sole in artes suas deduxerunt; Et vt sileam astronomiam, aliasque artes terminis pro arbitrio conflictis repletas, Algebra, dum alia ratione numeros considerat, quàm vulgaris arithmetica, censos, censi-censos, sursolidos, bisursolidos, &c. cum signis cossicis excogitauit; radicis nomen à plantis, quadrati & cubi à Geometris mutuò accepit. Licuit aliis facultatibus noua cudere ad lubitum vocabula, aut alibi cusa ad incudem reuocare, signoque sui generis impresso, in vsum suum transferre, ac* THEOPHRASTO *nuperis ingenij vel artis productionibus, vel incognitis antehac naturæ mineris detectis nouas applicare voculas, aut syluestres frutices in sua transplantare viridaria, exprobrabitur? Scandalo premuntur* THEOPHRASTVM *& post ipsum Seuerinum, voces tinctura, œconomia, radicis, pro potestate atque origine actionum vsurpasse; non attendentes longè eas voce virtutis potentiùs mentem mouere. Nomen enim tinctura non nudam simpliciter impressionem, sed & modum impressionis imaginationi repræsentat. Quia sicut tinctura panno primum colorem aufert, suum imprimit: sic potentiæ illæ, de quibus loquuntur, characterem facultatum suarum notant, pristinum delent. Radix, vt principium est caudicis, ramorum, foliorum, florum, fructuum &c: sic causa morbi à quâ in fieri & facto esse effectus cum accidentibus, signis, & symptomatibus dependet, optime radicis cognomine gaudet. Oeconomia haud malè viscera cuicunque tribuitur, quod ibi per digestionem heterogenea separentur, singula suo loco disponantur, & aptis nutritioni conseruatis mundatisque, quisquiliæ euerrantur. Plantulas igitur has & alias, ex naturalibus satis vel artificialibus depromptas, vehementiùs imaginatiuam facultatem illis solâ mente concipiendis ferientes, non est cur stomachentur aduersarij,* PARACELSVM *seminariis suis inseruisse atque coluisse. Verum illis adductæ rationes minimè sufficiunt, aliam, excogitatorum ab vsuque alienorum nominum proferunt: clauis sc. & instrumenti omnis eruditionis latinæ, inquam, linguæ ignorantiam. Si neglexisse dicerent notam antea & perspectam, plana facilitate, quod volunt, obtinerent: at nunquam tenuisse, non pari. Præceptoribus quippe doctissimis viris ac omni liberaliori doctrina excellentibus vsus, absqueplena linguæ latinæ notitia stipiti similis auditor ne quidquam profecisset, cum istâ id temporis omnes disciplinæ traderentur. Contemptus autem ratio erant incerta, vel vt verius dicam, somnia quæ posteritati in libris priscæ philosophiæ proceres consignarunt; ita vt ab illorum euolutione omnino abstinere maluerit, quàm inutilem ludere operam in quotidiana nullius emolumenti & ingentis laboris lectitatione; ideòque vix vno, aut altero libro bibliotheca ipsius arctabatur, ipso, vt puriores ex ipso fonte biberet aquas, eodem quo primi authores, recto procedentes itinere, aquatum tendente. Ad præclarum itaque illum naturæ librum, omnimoda sapientia refertissimum, diuini Magistri digito exaratum, diligentiori mente voluendum se contulit; in hac verò lectione non papiracea folia, sed sensus attentiores, acre ingenium, assidua meditatio, experientia indefessa, & Dei tandem benedictio requirebatur. Atque hic ille est modus quo aliquis è luce naturæ scientiâ illustratur, qui Seunerto ignoratus ansam deridendi* THEOPHRASTVM *& Crollium præbuit; quorum ille asserit, luce naturæ doctos instrui à Spiritu sancto; iste, astrorum singularem influentiam concurrere, & requiri. Vtrumque verum. Benedictio enim diuina, quam in cunctis laboribus nostris imploramus, vt & inspiratio, non semper fit reuelatione aperta & nobis perceptili; sed sæpius effectum conspicimus, cùm in fieri esset non sensimus: concursus syderum doctrina animum irradiat, cùm in inferiora fluens spiritus corporeos in nobis afficit. Aër enim, qui velut proximum labrum influxus recipiens in nos intrat, primâ aspiratione post materni vteri relictum carcerem attractus, spiritum vitalem & animalem temperat, quibus deinde anima in formandis iconibus seu speciebus vtitur, talesque afficit, qualis materia est aëris, qui tum, fauente hausti constellatione, firmissima imprimit vestigia, toto vitæ decurrentis interuallo conspicienda. Vnde* THEOPHRASTO *fauenti sub syderum aspectu prognato ac è luce naturæ discenti, inutile erat lingua Romana lignum, cùm instrumenti talis non indigus, sensibus, ratione, & experientia, è naturæ scaturigine arcanas deriuaret cognitiones. Fuerunt huc vsque exprobrationes; en planctus & ferè lacrymæ, ob offensas aut excoriatas tenellas nimium auriculas, ab insuaui, nullaque dolabra exasciato vel polito stylo, quo non tantummodò vtitur latinum, sed etiam helueticum cùm lacte materno imbibitum, exscreans. O*

delicatum

Tinctura quid Chymicis. Radix quid. Oeconomia quid. Resp. ad Obiect. de ignorantia latinæ linguæ. Theoph. naturæ librum legit. Quid fit è luce naturæ discere.

delicatum auris tympanum quod aſpero hocce ſono læditur! ô teneros ſtomachos Ciceroniano fauo innutritos, quibus crudior hic cibus apepſiam parit! in philoſopho dictiones puriores vt pretioſiora metalla ipſo tinnitu diſcernentes, elegantiã oratoris attenta aure requirunt. Sed audiant iſti Picum Mirandulam, Italiæ decus, ſui ſæculi Phœnicem: Eloquentiam, inquit ille, cum ſapientia non coniunxiſſe tantùm fortaſsis abeſt à culpa, vt coniunxiſſe ſit nefas, pudeatque cenſurâ PARACELSVM notaſſe ob ignoratum, vel potiùs neglectum, verborum delectum, periodorum ductum, clauſularum ſonitum. Spectaculo & pompæ rhetorum labor iſte incumbat; ſimplex philoſopho inquirenda & proponenda veritas. Illis itaque periodorum iuſtos ambitus metiri, & Hyblæo melle dulciores volubili ex lingua eiaculari licet globulos; illis ſingularum vocum trutinare pondus, & ſitu commodiſsimo ne aſperitatem pariant locare. Dum illi in rotundandis aut quincuncem redigendis periodis verſantur: hi rationem circularis figuræ in præcipuis huius vniuerſi corporibus admirantur, & indagant. Dum illi ſonum captant vocabulorum, ea diſponunt, atque concinnũ in ordinem collocant: hi admirandũ naturæ concentum, diſpoſitionem ſtupendam cum ordinata viciſsitudine contemplantur, & examinant. Dum illi orationem ſuam comunt, pectunt, mangoniis oblinunt, antiis criſpant, & mundo ſuo exornant: hi veſtes ſuperfluas, quibus natura intimas rerum poteſtates tanquam inuolucris obtegit, arte chymiatrica mixtis exuunt, & remotis indumentis tandem ſpectandam omnium oculis exhibent nudam ſine veſte Dianam. Philoſopho igitur curioſæ ſerta facundiæ colligere, & elegantiæ potiùs artificioſæ, quàm natiuæ rerum formæ ſtudere, planè indecorum, nec in eo requirendum. Haud quidem ſpernimus orationem ſenſa animi liquido explanantem & ſine ſalebris decurrentem, immò ludentis feſtiuitates ingenij, & conditos ſale conceptus, ſi facili Minerua proueniant, concedimus; ſed eloquentiã quæ demorſos ſapiat vngues, Demoſthenis oleat lucernam, vel tandem ſuco oculis lenocinium paret, in philoſopho cum Pico damnamus, nec in hoc muſtaceo laureolam quærimus. Addo, neminem hîc Suadam tã propitiam eſſe nactum, vt omnibus placuiſſe gloriari poſsit. Ex ipſis diſertis venãtur alij floridum orationis genus, alij ſimplex & nudũ: hi tranſnominationibus, figuris, tropiſq; diſtingunt; illi ſcapham nominant ſcapham: his Aſiaticum placet; illis Laconicum; aliis Politicum, vt vocant: hi latiniſsimè loqui amant, illi grammaticè: hi ſitum vocum naturalem, illi tranſpoſitum requirunt & amplectuntur: arridet aliis Ciceronis flumen perpetua æquabilitate latiſsimè decurrens; ſed diſplicet Bruto atque inſipidum videtur: præferuntur à nonnullis ſtrictiori alueo delabentes Lipſij riuuli, criſpata vndarum ſuperficie conſpicui, & vbique cum floſculis in littore ludentes; at iidem nõ paucioribus reiiciuntur: & ſi ad iuſtum reuocetur æquilibrium, & res dicenda, vnaquæque ferè periodus propriam dicendi formam requirit, & qui hic laxandus, ibi ſtringendus ſtylus. Cùm itaque tanta hic guſtuum diuerſitas, & tanti viri non omnes orationis ſuæ habeant approbatores, minimè moueri debemus, ſi THEOPHRASTVS Philoſophus, cui talia neutiquam curæ, vniuerſis hac in parte non ſatisfecit. Sed reponunt, minus ei Philoſophi nomen competere, quam Oratoris; vt pote, cum aliarum philoſophiæ partium, tum præſertim Logices, artis artium, inuentricis ſcientiarum, cynoſuræ veritatis, mentis in cognitione rerum gubernaculi, ignaro, & ſpretori. Ignorauit, demus non conceſſum; ſpreuit, non eamus inficias: ſed an iniuriâ, nunc acuratiùs perpendendum. Quo, quæſo, modo directricem in rerum perſcrutatione, atque adeò omnis veritatis notificatricem quis facilè credat, qui, Logicam ſeipſum huc vſque non cognouiſſe, nec cui generi originem ſuam debeat ſciuiſſe, nouerit? Quantæ enim (proh pudor!) ad hoc diei in mediis ipſius penetralibus pugnæ, an ex familiâ artium, ſcientiarum, vel habituum inferiorum ſit oriunda; an verò ex his omnibus mixtum conſtituat corpus? Quantæ velitationes ad pediſſequas relegantium, honoratq; Dominarum ſede collocantium? Et illa oculos mentis meæ dirigat, aut caligantes luce perfundat, quæ ad hunc vſque diem cæca, incertaque hæſit, viriline an ſequiori ſexui, an ex vtroque conflato hermaphroditico ſe adiungeret. Speculum politius, perſpicilla, vel collyrium debilitati oculorum adminiculum adhibeat, ſinguliſq; corporis ſui partibus attentè conſideratis de ſtatu ſuo certum quid ſtatuat, & poſtea ductoris, vel chirurgi ab oculis nomen aliquo prætextu ambiat. Non minùs ineptum artis artium vel ſcientiæ ſcientiarum cognomen, cunctas artes atq; ſcientias ipſius ope aut inueniri, aut perfici, connotans. Vellem ediſſererent artem aliquam aut diſciplinam à Logico repertam, vel ad eminentius faſtigium euectam; me ſenſuum ac experientiæ ſuffragium credere iubet, quaſcunque artes erui, exerceri, & prouehi, à viris Logicæ artificialis, de quâ nobis hic ſermo, rudibus;

Orat. Iabor eum Philoſ. comparatur.

Diuerſitas ſtyloꝝ rum.

Reſp. obi. de ignor. Logicã.

Logica ſeipſum non nouit.

Non inuenit aut perficit artes.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 22 sur 913

ac è contra, huic ſummoperè deditos præ nimia ſubtilitate ad reliqua omnia eſſe ineptos, vſque adeo, vt prouerbium de puris putis Logicis à vero calculum mereatur. Quæ in ſcholis ſcientiæ inſignibus ſpectanda incedit phyſica, non niſi in potentia huc vſque talis fuit, quæ formam educendo in actum deduxiſſet, nulla cauſa efficiente, niſi caſu & fortuna repertis, ac ob hoc beneficium commodè, ſi verè, ab Ariſtotele in cauſarum naturalium ordinem relatis. Molitus quidem eſt improbo philoſophorum populus labore, vt è cerebro ſuo, in acutiſſimo parturientium dolore iamdiu verſanti, fœtus ille tot votis exoptatus tandem prodiret, obſtetricante Logicâ, & tempore etiam ab Aſtronomis, fortè vt Thema Genethliacum erigeretur & felix enixui hora eligeretur, mutuato; ſed fruſtra in hanc vſque horam, neſcio an infelicitate vel imperitia obſtetricis, cum è monte hoc parturiente non niſi ridiculus prodierit mus. Niſi fortè Logices inſtrumenta imperfectionis poſtulanda, & illis cauſa non extractæ è duræ matris vtero ſcientiæ attribuenda. Quoniam enim definitione, diuiſione, demonſtratione, & ſyllogiſmo, tanquam præcipuis forcipibus, ſed vno crure mancis, Philoſophia vtitur, non mirandum, ſi, his inſtituto ineptis, ſcopum illa non attigit. Definitionis adiutorio caruit, quod genus & differentiam ſpecificam requirat; hæc verò à forma ſubſtantiali petatur, quæ illos, ſolâ hominis exceptâ, adhuc hodie latet. Diuiſio non maiori fuit vtilitati, cùm res non ſeparentur in ſpecies niſi per diuerſitatem earundem formarum, quas nondum perſpexit. In demonſtratione à priori caligauit, cauſâ quæ dat eſſe rei ignotâ, pro materia prima phantaſma & non ens ſubſtituens, & de ſecunda rixans; finem non cognitis rerum proprietatibus ignorauit; & de efficiente, æquiuocâ præſertim, adhuc diſputat: ex dignitate verò & faſtu ſcientiæ non eſt, pati demonſtrationē à poſteriori. Reſtans Syllogiſmus, & Topica, cum tota Dialectica proprie ſic dicta, ſcientiæ dexteram auxiliantem tendere nequeunt, circa probabilia tantùm, non demonſtrabilia ſeu certæ veritatis occupata. Iam figuræ illæ ſyllogiſmorum cum ſuis modis, quid ad ſcientiam, vel denique qualemcunque rerum notitiam? Maior pars negatiuè concludit, ideòque nullam affert cognitionem poſitiuam; reliqua particulariter, cuius farinæ concluſiones in ſcientiis nulla axiomata conſtituunt, cùm ea debeant eſſe generalia, nec de particularibus & ſingularibus detur ſcientia; quapropter ſola ſupereſt Barbara, ſcientiarum puerpera, quæ vniuerſalium præmiſſarum vi atque virtute vniuerſaliter concludit. Sed ecce ſyllogiſmus in Barbara: Omnis lapis eſt animal, Omnis homo eſt lapis, Ergo Omnis homo eſt animal; ex falſis antecedentibus vera ſequitur conſecutio, atque euidens demonſtratio, concluſionem cum præmiſſis non neceſſariò cohærere, nec naturaliter inde fluere, teſtaturq; in ſola Logica procul à ſtemmate poma cadere, & ab imbellibus columbis generoſam excludi aquilam. Falſum verò propoſitionis, & aſſumptionis vt & verum ſequelæ, non ex Logica, ſed ex ſenſu atque ratione naturali cognoſco. Quibus liquet vanum & ſtultum eſſe omnem illum adeo magnificum formarum apparatum, & ridiculos eorum clamores, qui in diſputationibus nihil aliud cuculant, quàm in forma, in forma. Accedit, quòd ſi Logica largitur veritatis cognitionem, atque adeò philoſophus ſine Logica ſit corpus ſine oculo, oculus abſque pupilla, pupilla ſine radio, quid cauſæ quod Thomas Aquinas, Albertus, Scotus, opinionibus minimè conueniant, ſi cum veritate, quæ vnica eſt, ipſis, vtpote ſubtiliſſimis & excellentiſſimis Logicis, conuenit? Cur Eraſmus literarum lumen & columen aſſirmat facilius aliquem è labyrintis, quàm ex inuolucris Nominalium, Realium, Thomiſtarum, Occhamiſtarum, Scotiſtarum ſe explicare, ac neminem hæc intelligere, niſi triginta ſex annos in phyſicis & vltramundanis Ariſtotelicis & Scoticis contriuerit. Admonendi forent, vt, ſi veritatis Doctores audire vellent, plebem ſaltem illa non Doctorum ſed Barbarorum Barbara celarent diſſidia; aut, ſi Logicorum pro merito gaudere titulo, Dialecticæ ſuæ locos topicos diligenter excuterent, ad medium inueniendum quod extrema illa quibus diſtant, conciliaret, quò ex maiori altercatione ad minorem pedem mouentes, litium tantarum elicerent concluſionem: aliàs haud ferendum eos criminari THEOPHRASTVM & poſt hunc Seuerinum, quod morbum in prædicamento ſubſtantiæ collocauerint, & febrem ſtomachicam vomitu reiectam, ſe in forma mucilaginis vidiſſe aſſererint. Effunduntur hic in cachinnum Curtinus, Conringius, & plerique nominis PARACELSI hoſtes, bonos Logicos per ironiam vocant Chymicos, increpantque verbera linguæ nullatenus meritos, cum data opera, ob anguſtias ſcilicet prædicamentorum, morbos ſub ſubſtantiæ locauerint toties incalcato, tantum abeſſe eos in vno ex decem illis tuguriolis poſſe ſtabiliri, vt, è contra, quilibet ipſorum latius pateat, quàm omnes illæ domunculæ ſimul ſumptæ; imo has in morbo ferè quolibet comprehendi, cuilibet, morbum calculi in veſicâ, ſeu obſtructionem à

Physica Scholaſt. non ſcientia.

Log. inſtrumēt. imperfecta.

Figuræ Syllog. inutiles ſcientiis.

Thom. Aquin. Albert. Scot. nō conueniunt.

Morbus in Subſtantia.

nem à calculo cauſatam, vt cum ſcholis loquar, vel alium examinanti pateſcet. Omnia enim prædicamenta occupat, & ſupereſt adhuc quidpiam ab aduersâ valetudine, alij caſa locandum. Nec diſſitentur ipſi Magiſtri nimium ſtrictas illas eſſe cameras, non ampla ſatis palatia vniuerſitati rerum recipiendæ. Vt præteream tranſcendentia, quæ, quia quantitate ſua denarium hoſpitij excedunt, nullum Vbi in ipſo reperire potuerunt: nihilque dicam de Entibus incompletis, collateralibus, Intentionalibus &c: Concretorum ſaltem miſeret, virtutis ſtudio male habitorum: quia enim non vt nudæ Qualitates, ob verecundiam, ſed decoro amicta Habitu, ne ab Actione frigoris Paſſione ſentirent, incedere voluerunt, Situ commodo deſtituta, Relato gradu, inde exulare, vbi licitum fuit ſedes eligere, totumq; hoc mundi Theatrum incolere, coacta fuêre. Et hac illa eſt ratio, quod nunc in orbe nullibi caliditas vel frigiditas, paternitas vel filiatio; albedo vel nigredo, ſed frigidum & calidũ, pater & filius, albũ & nigrum cernãtur. vnde perſpicuũ, non realibus entibus ſed vi rationis in formã conuerſis, domicilia ſua conſtituiſſe, & ad hoc temporis conſeruaſſe. Tranſeo, figurã Galeni, proprios cuiq; figuræ modos à Ramo inuentos, aliaq; cõplura, ex quibus facilè obtutui offerrem, vacuum è naturâ expulſum in figuras & modos communes ſyllogiſticos ſe recepiſſe, niſi calamus à luſu fatigatus ad ſeria properaret. Quocirca, artem vel ſcientiam (elige) incertam, inſtrumentis mutilam, concluſionibus ambiguam, vbique vacillantem & titubantem, ſpreuiſſe nihilque feciſſe, THEOPHRASTO condonandum, cum ſolidum doctrinæ quæſiuerit, & poſſederit. Conceſſo iam eum Dialecticæ nullum in ſcriptis ſpecimen dediſſe, imò, ignarum fuiſſe, pro auctario dato, nihil ad ſtudium cui ſe addixerat facientis; Germana tamen philoſophiâ non leuiter imbutum, ſed planè tinctum, & libri eius cuiuis candide iudicanti teſtantur, & vnanimes ſublimiorum ſcientiarum gnari adſtipulantur. Noui à plurimis illum philoſophorum catalogo non reponi, quod de ſubtiliſſimis ſpinoſiſſimiſque quæſtionibus, quibus illi tanquam ſeptis omnem ſcientiam includunt, ne verbum quidem fecerit. Qui enim (aiunt) philoſophi nomen mereatur intricatas Modaliũ rationes non examinans, & vt digitos ſuos tenens; ſpatia imaginaria non imaginans, & an Deus illa inhabitet ignorans; vtrum ideæ Platonis pepererint vniuerſalia Ariſtotelis; an hæc, latius patenti ore, illa abſorbſerint non definiens: vel tandem quâ dexteritate quantum finitum in infinitas partes diuidatur non comprehendens? Nugatoriam hanc opinatus philoſophiam, otioſorum ſpeculationes, cerebrum phantaſticorum vacui formidine inhabitantes, & tantum à vera philoſophandi ratione diſtare, quantum imaginaria à realibus, vtilia à futilibus. Sed acuere talia, reſpondent illi, atq; polire mirum in modum ingenia. Acuunt, fateor; ſed in perniciem venerandæ illius Diuæ, Veritatis, quæ intempeſtiuis tantoperè per-foſſa acuminibus, vt auguſtiſſima eius facies vbique lacera amplius non cognoſcatur. Poliunt, concedo; ſed tam lubrica reddunt, vt deinde nullis rationum vinculis cõſtringi, nulla argumentorum manu apprehendi & teneri poſſint, quin anguillæ inſtar ſuis diſtinctionibus, nec ſibi, nec alij intellectis, quâ minimè patet exitus, elabantur. Fatalis eſt ruinæ quibuſcunque ſcientiis illa ſubtilitas, & nihil maiora ſimplicitatis Euangelicæ progreſſui repagula obtruſit, quã Theologia ſcholaſtica, quot ſubtilibus, tot inutilibus quæſtionibus referta. Nec minus nocumenti tranſcendens ingeniorum eleuatio, iuſtoq; ſubtilius acumen, Phyſicæ attulit; vnde ſtudioſo Naturæ cognitione flagranti nimium ſubtilia fugere, & in ſimplicitate ambulare, ſuadet Nobilis Polonus, Naturæ myſtes, qui Coſmopolitæ nomine inclaruit, mihi non ſolum ob communem patriam, & ſummam Naturalium cognitionem, ſed præcipuè ob animi pluſquàm niueum candorem, vbique in ſcriptis eius conſpicuum, ſummè venerandus, & omnibus phyſicæ veræ amatoribus commendandus. Itaque, vt tandem vno verbo comprehendam, quid boni Logica cum philoſophiâ illâ ſubtili afferant; dico, facilitatem largiri in vtramque partem probabiliter diſputandi ſeu putandi, deque omnibus etiam manifeſtiſſimis ingeniosè dubitandi; animis in ſpatio ſupercæleſti imaginario volitantibus, ac reſidentibus, ſuauem ſuppeditare alimoniam; Pyrrhonis tandẽ doctrinæ Scepticorumque ſcholis ſtabiliendis omnium commodiſſmam eſſe ſcientiam. Conemur iam pro poſſe noſtro planctus Medicorum cõtinuos de atrocibus inuectiuis ſiſtere, vel ſaltem moderari: conquerentur enim nonniſi dicteriis in medicos voluminа PARACELSI eſſe repleta, quos ſub nomine humoriſtarum ſingulis ferè paginis ignorantiæ, ſtupiditatis, homicidiorum reos agit, inſolenti ſeipſum eleuans ad aſtra vſque faſtu; ſe ſolùm veræ medicinæ ſcaturiginem inueniſſe & ingenti hauſtu ebibiſſe, ſe verum medicum ex lumine maioris mundi productum, reliquos velut vmbras volare; Auicennæ, Auerrhoi, Galeno, eius veſtigia legenda; & denique ſe Monarcham medicæ artis à Deo, naturaque electum

Abſtracta nulla ſunt in mundo.

Theoph. veræ philoſ. gnarus.

Contẽplut ſpinoſas & inutiles quæſtiones.

Veritas non agnoſcitur.

Coſmopolitæ conſilium.

Obiect. de inuectiuis & iactatia.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 24 sur 913

Resp. ad imum.

electum. Ad primum vt primò respondeamus. Non addunt illi causam stomachi motæ, quæ nulla alia, quàm medicorum tunc viuentium insultus, persecutiones, iniuriæ, quibus THEOPHRASTVM afficientes exacerbantesque, dicteria illa prouocarunt: ægrè quippe ferentes nouum dogma Veteri suo noxium & exitiale à PARACELSO prolatum, non satis animo suo fecisse existimabant libros tantum eius typo prohibuisse, nisi etiã famam ipsius impetitam theonino dente arroderent, spargentes, nouum illum Medicastrum nonnisi circulatorem, cinistonem, fumiuendulum, ignarum, lucrum ex palliantibus curationibus captantem, empyricam, iam ante sæcula expulsam sectam, reducere, & tandem magiæ infernalis ludum erigere. Quod vel mitissimum ingenium his aculeis punctum non inflammaretur ira? Quæ vel Angelica patientia tam virulenter læsa in furorem non ageretur? THEOPHRASTO corde tenus perculso dulcis videbatur vindicta, si calamum stringeret in eos, qui vbique in ipsum acuebant linguas; & legitimum censebat vera illis exprobrare, qui nomen eius tot mendaciis maculabant. Sunt ex ipsis THEOPHRASTI sequacibus, qui, illud iniuriarum plaustrum haud approbantes, inculpatam vitæ institutionem, magis quacunque oratione defensoria, oppressæ occurrere famæ, patientiam maledicorum victricem, silentium iniuriarum esse obicẽ, præclara deniq; acta os ipsi inuidiæ obturare dicunt. Non inficiamur, præclarum huic malo medendi esse genus, vitæ integritate sauciam viperino morsu famam redintegrare; pulcherrimam vindictam, probitatis vnisono tenore illatas vlcisci iniurias. Dignam tropheo victoriam, totidem actionibus, quot linguis, impios accusatores mendacij conuincere, vt tandem, animo potiùs quàm vultu rubore perfusi, obmutescentes innocentiam nostram prædicent, culpam suam fateantur. Concedimus dari, quos tolerantia ad viam rationis reuocat, vnde contradictio & oppositio illos diuerterat: sunt, qui victum sibi persuadentes hostem, non amplius insultant; & temperat quorundam bilem frigidum increpati silentium. Abiicit leo cum proiecto hoste iram, & parcit illi quem interimere poterat. Sed caniculæ fugientem insequuntur virum: & lepores mortuo insultant leoni. Generosissimarum tantummodò mentium virtus est, morum vinci lenitate; & iram ponere, facilè ab aduersario exceptam. Verùm THEOPHRASTVS longè alius indolis nactus hostes, non solùm præsentem verbis factisque, sed etiam absentem literis scriptisque persequentes, & vrbibus pelli, quantum in ipsis erat, laborantes, adeò vt nullibi fixum ponere pedem tutum esset, patientia parum aut nihil profecisset, sed furorem, quem sopire cogitabat, & sarcasmos magis prouocasset. Indeq; veniam mereri puto, si hos mucrones similibus obtudit armis. Gloriationem illam, vt non omnes laudant, excusationes tamen eius legitimas afferunt: Ingenium scil. liberum & helueticum maluisse eloqui quæ de se sentiret, quàm irrequiete tacito sub pectore diutiùs premere. Quò enim mihi ingenia illa Tiberiana, aut Doctoris Politici ab Italia discipuli, qui vultu humilitatem simulantes, animo ingentem ambitionem occultant? qui famæ auram respuere videri volunt, quam hianti ore captant? & in tantùm absunt à propria sui ipsius collaudatione, vt blandiente linguâ fastum eorum demulcente, modestiam suam vulnerari vociferentur? medullitus interim occulto in sinu cum Alcibiade amplectentes disertissimos laudum suarum præcones. THEOPHRASTVS noster longissime ab hoc dissimulationis vitio abfuit, faterique maluit magnificam de seipso opinionem, quam incurrere dissimulati candoris vituperium. Nec tamen causam video, cur vsque adeò reprehendendus, si, aliis se præferendo, Monarchiã in Facultate Medica affectauit. Habet quælibet ars atque disciplina suum Monarcham, excellentissimum nempe omnibusque aliis præcellentem artificem vel Magistrum: & talem in re Medica THEOPHRASTVM fuisse citra assentationem affirmare licet. Nam cum totum istud studium referatur ad praxim, & opus sensibile, videlicet sanitatem, post se relinquat; non optimus ille vocandus Doctor, qui eleganter & comptè de medicinâ disserere; externarum, antecedentium & coniunctarum causarum numerum, productionem ac coniunctionem, morborumq; & Symptomatum naturam, oculis nouit obiicere; nec cui vniuersa rei herbariæ nomina cum differentibus figuris cognita; vel tandem cui anatomiæ exactior obseruatio delicatissimarum & subtilissimarum partium compositionem, situm, formam, vsum ve commonstrauerit; sed iste, qui pertinacissimos morbos vincere, abigere, curare, & exilio mulctatam sanitatem post-liminio scit reuocare. Hacverò in parte THEOPHRASTVM omne tulisse punctum ipsi eius antagonistæ vel inuiti fateri coguntur; attestante idem eius epitaphio, vt & Oporino ipsius à manu, cuius hæc extant verba: In curandis vlceribus etiam deploratissimis miracula edidit, nulla victus præscripta aut obseruata ratione; ac paulo inferius: Laudano suo ita gloriabatur, vt non dubitârit

Non omnes Chy. approbant.

Quales hostes Theop.

Resp. ad secundũ.

Reprobatur dissimulatio

Qui nomẽ Monarchæ Theoph. conuenit.

Qualis verus Medicus.

Theoph. pertinacissimos morbos curauit.

tàrit affirmare, eius solius vsu se è mortuis viuos reddere posse, idque aliquoties dum apud ipsum fui, re ipsa declarauit. *His adstipulatur Gesnerus, dicens :* Audio multos facilè ab eo in morbis desperatis curatos, & vlcera maligna ab eo sanata, *confirmat idē Franciſci supra citati testimonium, & probationem confectam reddunt, tum infinita alia, tum exemplum ab Adamo in vitæ eius descriptione allatum ; asserit iste, Albertum Bazam, Poloniæ Regis Medicum, cum* THEOPHRASTO *ægrotum inuisisse, quem superuicturum pauci sperabunt ob defectum virtutis & pulsus, laborante etiam pectore; & fassum quoque* THEOPHRASTVM, *conclamatum esse de ægroto, si secundum humoristarum methodum procedens illorum pharmacis vteretur ; sed sua remedia efficaciora, deiectam hanc posse excitare valetudinem subiecisse, & cum dicto medicamento præbito, aliquot horarum spatio malum omne expulisse, sanitatemque restituisse. Nihil ergo mirum si titulum Monarchæ iure meritum sibi asciuit; &, à nullo ante actis seculis Medicorum sibi eripiendum, possidet. Verùm enimverò, vt huic querelæ locum nullum do, ita è contra, illi à Sacro Theologorum choro intensæ non possum non me iungere, iustissimè de vno vel altero errore, inexplicatione sententiarum biblicarum commisso, accusari eum concedere adactus. quocirca, vt Medicinæ, Philosophiæ Naturalis, atque Chymiæ ab illo ediscendæ author sum : ita nemini fidei mysteria ex libris illius excerpenda suaserim. Nec tamen hanc ob causam grauius quidpiam in eius scripta statuendum censeo, quàm in Aristotelis Stagiritæ, quæ cum enormibus & maxime impiis doctrinis scateant, ipsarum author philosophi per excellentiam, genitique naturæ, nomine indigitatur. Quid enim absurdiùs, & in diuinam maiestatem iniurioſiùs excogitari potest, quàm mundo æternitatem tribuendo, Deo aliquid coæternum statuere? Numen, seu primam intelligentiam rerum mundanarū nullam putat habere curam: sed primæ sphæræ alligatum in illa volueda & cæteris sphæris corripiendis, frustra reluctante minorum intelligentiarum societate, ad sudoris perfusionem laborare; nullâ particularium cognitione instructum, ideòque, nec omniscium, nec inuocandum; impiis nullas pœnas, vt probis nullam remunerationem expectandam, animam esse mortalem, cum omnes formæ corporum intereant : & tamen, cum his & aliis absurditatibus, summus celebratur philosophorum, eiusque authoritas scholis pro lege, dicta pro oraculis habentur ; ita vt non abs re Zelotes causæ Dei Lutherus, apud Sleidanum dolens, inquiat :* Aristoteles Theologis scholasticis in summo pretio est, & nihil ab eo dictum tam absurde & alienum à nostra religione, quod non defendant, quod aliqua interpretatione quantumuis longè petita non circumuestiant, quò suus illi constet honos atque nominis existimatio. *Nobis* THEOPHRASTI *curuas in terram sententias ad perpendiculum sacræ veritatis cogere non stat animus, sed deflexionis à rectâ semitâ rationem indaganti alia non occurrit, quam crepera diuinæ lucis à magnis illâ ætate viris detectum, ab ipso autē, anno quadragesimo primo præteriti sæculi defuncto, eminus saltem conspectum nec planè perceptum. Quod si fata longiorem vitam indulsissent, propioribus illustratus radiis, cum erroribus suis veritatem agnoscitaturum fuisse, Christiana charitas, de mortuis nonnisi bonum iudicans, credere imperat. Euenit Tertulliano, nec non Origeni, eminentis, si quisquam alius, ingenij, quòd, rationi fidei non obnoxiæ habenas laxantes, præcipiti cursu in voraginem fœdorum lapsi sint errorum ; vnde tamen enatando se recepisse ante obitum, ac in fluuium lacte melleque cælestis veritatis manantem rediisse, Christianissimorum, quibus proximorum amore viscera feruent, est sententia; Diuus quoque Augustinus reuocationes iuuenilium erratorum scripsit, &* THEOPHRASTVM *idem fuisse facturum, si longius vitæ aura fruentem renascens Euangelij lux plenè perfudisset, non absque ratione coniicio; cùm in scriptis suis frequenter priorem sententiam, experientia vel ratione doctior factus, nil risum Zoilorum veritus, correxerit. Istud inimici eius inconstantiæ, & oblitioni prioris doctrinæ, tribuunt, & taxat eum Helmontius quod sæpiùs humoristis illudens, mox alibi se illis adiungere videatur. Verum Helmontij hæc palato non arriserunt, quia* THEOPHRASTVS *non planè, vt ille, humores è naturæ eiecit, sed tantum medicorum ignauiam, qualemcunq; sinistram valetudinem ab illis dependere, ex cibis quibusuis generari, & quatuor nec plures vel pauciores dari, ex eorumq; symmetria sanitatem, ametria morbos fere vniuersos procedere, asserentem, reprehendit ; itaque, si opinionem priorem mutando, sæpiùs emendauerit, palamque, non erubescens, professus errorem antecedentem fuerit, constans, ingenuitatis, non instabilitatis, indicium esto. Cur enim nefas, agnitum deserendo errorem, veritatis vexilla sequi, deuiantemque ad regiam viam se dare. Docet dies diem, & quotidie*

Theophr. à Theologis accusatur.

Aristotelis absurdæ doctrinæ.

Causa deuiationis Theoph.

Cur humores probat & improbat.

¶¶¶ *discendo*

Senescēdo discimus.

discendo senescimus. Nouis acuuntur radiis animi pupillæ, dum corporis hebescunt: pudicaque veritas solos fugit iuuenum obtutus, non grandioris ætatis, quibus, positâ prætextâ, se vltro detegit. Ingenua indoles subrustico haud confunditur pudore, sed verecundia, virtutis colore, rubescit, deprehendens se vmbram pro corpore, pictam pro natiua facie amplexam esse; vehementioriq; exardescit amore, quò longiùs, veritatis decepta specie, à quæsito se abfuisse obiecto animaduertit. Habet hoc peculiare veritas, vt tot procis ambiatur, quot spectatores nanciscì contigit; etiam qui apertum videntur ei bellum indixisse, in secretiore sinu exosculantur. Tot quippe illecebris dotata, tot Veneribus nitet, vt, suaui violentia, quoscunque sui iuris, & nullis falsarum opinionum condimentis inescatos, ad se rapiat, raptos possideat, possessos ambrosiâ nectareque omnigenæ cognitionis pascens, in vitam sibi deuinciat. Et erit adhuc aliquis, qui vituperio dignum existimet authorem, quòd abdicatis primis animi sensis, falsam sententiam cum vera commutauerit? & inconstantiæ notandum macula putabit, quod illam erroris abluerit? Malè meretur constantiæ laudem, qui se in absurdis constantem exhibet, & obstinatus in erratis persistit. Ille constans dicendus, qui semper & vbique, vndecunque, aut quacunque, venienti Vero animi fores pandit, auidus excipit, liberaliter habet, & tandem arctissimo fœdere sibi astringit. Falsa illa personataque virtutis huius larua, semel conceptas opinationes tam stricta obsidione cingens vt effugiendi omnis spes sit præcisa, non exprimendum obstaculum scientiis, quo minus gressum promoueant, adfert. Philosophicus verè animus nunquam non paratus melioribus rationum momentis cedere, veritatique concedere; imò eminus conspectæ obuiam gestit ire, aut currere, desiderio sciendi calcaria addente. Præ oculis semper, & tenaci habet insculptum memoriæ, vt indictum sit, quicquid veritate inuita dictum; & tantum abest, vt errata suorum scriptorum occultet, velet, tegat, protegat; quod è contra vltrò fateatur, aperiat, oppugnet, expugnet. Si hæc viuo charactere animis hodiernorum Authorum cacoëthe scribendi laborantium insculpta, voluminum titulis annecterentur, sedulòque obseruarentur, næ iam velitationes stylorum, linguarumque, nobis vltimum vale dixissent. Quamobrem consuetudo THEOPHRASTO familiaris, mutandi sententiam quoties recens conspectum lumen præteritæ noctis detexit tenebras, reprehensione omnino vacat, vt & perenni sit metallo incidenda, & cuique verè philosopho imitanda. Pergunt iam aduersarij, & ne in vanum Monarchæ assumpsisse videretur nomen, reapse vsurpare annisum, quando opinationes suas nullis rationum columnis fultas, pro firmissimis & inexpugnabilibus fortalitiis, dictaque pro regulis haberi, atque adeo Pythagoram resuscitatum nobis repræsentare sategit. Condonamus obtrectatoribus & hic, & alibi, vt pote rationis adeptorum philosophorum scribendi penitus ignaris. THEOPHRASTVS in secretis naturæ inueniendis, quàm inuentis in publicum diuulgandis occupatior, opiniones suas non semper coaceruatis roborauit argumentis, ne multa in probationibus aperire cogeretur vulgum Medicorum adhuc celanda. Triplicis enim generis sunt, quæ Hermes Trismegistus philosophiæ suæ discipulos testamento & iureiurando obstrictos, coram mundo tegere voluit. Primo, humano generi plus calamitatum quam emolumenti allatura; vnde elixir suum ænigmatum & gryphorum tegminibus inuoluerunt, profanum vt pecus à præsepibus arceretur, neue improbis hac reuelatione, tanquam furioso gladius illis ipsis aliisque periculosus, in manus daretur. Deinde, pretiosa quamplurima philosophicorum hæredibus laborum asseruanda præcepit, ne canibus proiicerentur, aut nothis darentur, legitimis debita filiis; atque hac de causa remedia præstantissima catholicum illud æmulantia, nonnisi per manus traduntur, vel in aurem insusurrantur, pythagorico silentio vsque ad extremum halitum conseruanda, nec nisi tum temporis alienæ, sed spectatæ probitatis, fidei committenda. Tandem, generalem naturæ processum in mixtis componendis, resoluendisque, spiritus vniuersalis cum sibi substrata communi rerum materia notitiam, id est fontem omnifariæ generationis & corruptionis, atque scaturiginem cunctarum virtutum atque facultatum in tribus naturæ regnis conspicuarum, omni studio iussit abscondi, corrupto mundo haud merente tantorum mysteriorum reuelationem transeunte saltem penna ab illo diuinæ maiestatis amanuensi notatam. Quanquam enim sæcula instent, nondum appulère, quibus nihil tam occultum futurum quod non reueletur, & omnium conspectui tandē exponatur. Ecce, lector beneuole, rationes, quare THEOPHRASTVS in probanda sua scientiâ non multum laborauerit, ac ignorantiæ, vanæq; iactantiæ insimulari, existimationisque iacturam facere maluerit, quàm calamo prurienti philosophorum arcana in plebem indignam spargere. Vulgus cantat, pulpita resonant

Illecebræ veritatis.

Constãs amor veritatis.

Obiectio de nudis assertionibus.

Tripl. cla sunt a Philos. occultãda Primum.

Secundum.

Tertiũ.

Obiect. de Plagio.

resonant, PARACELSVM *nouam & antea inauditam produxisse doctrinam*; *sed silentium imperant*, *Crato Medicus Cæsareus cum Germano Courtin Parisiensi. Ille quidem ne gloria aliqua in* PARACELSVM, *veluti primum inuentorem doctrinæ suæ redundet, affirmat.* Librum à se visum in bibliotheca Marci Singmoseri sacratiss. Imp. consilij à secretis, exaratum à Monacho iam annis ab inde ducentis, quo ipse multis mensibus vsus sit, quique omnia, quæ PARACELSVS eiusque sequaces tanquam Eleusina sacra ferunt, tam euidenter tradiderit, vt neminem fallere potuerit. *Verum, cur publicum non fecerit tanta mysteria reuelantem, causam non addit; fortassis metuens ne celebre nomen, quod hoc plagio* THEOPHRASTVS *acquisiuerat, perditum iret, charitas suppresit: scilicet illâ pectus Cratonis erga hunc hominem calebat; sed cur eadem non addidit stimulos, vt publicum magis commodum quàm priuati vnius gloriolam spectans, allata face, obscura noctis in scriptis* THEOPHRASTI *regnantis abigeret? Volunt aliqui Basilij Valentini fuisse volumina: verum hæc nullam cum Theophrasticis habentia conuenientiam (si doctrinam de tribus principiis excipias) hucusque eleusina sacra manifestare nequierunt. Courtin verò maius crimen obiicit, & in antiquitatem nocturnum furem irrupisse, generalique rerum spermate Anaxagoræ subfurato, aliis coloribus vestitum in scenam produxisse. Fuerat rugosa illa materia ex Lycæo ab Aristotele Philosophorum Deo abacta, & filia cum parente iam olim defuncta; nunc verò ab orco redux, in has auras mirabili modo reuocata, explosâ metempsychosi renascitur. Paracelso quidem, & vniuerso Chymicorum Collegio, parum curæ est hominum authoritas, & campo cedere, herbamque porrigere cogitur, qui his armis cum illis pugnat. Vnicâ experientiâ centum Aristotelis affabre factas destruunt rationes, omnia per ignem probant, & cuius imaginem ferat moneta parum solliciti, materiam examinant, pondusque exacte trutinant. Reperiunt sæpissimè Democritum ridendo, verum dixisse: Epicurum in madida mente, à vinosa lingua; sanas fouisse opiniones, sobrias protulisse sententias; & hunc in vino reperisse uerum, quod ille sub putei aquis absconditum asserebat. Rigidissimi veritatis assertores adigunt ipsum Peripatetum gradum sistere, & coram tribunali veritatis se sistere, ad dicendam causam & edisserendas doctrinæ suæ rationes. Quapropter non deteriorem reddit sententiam, quod reiecta à Stagirita cum Authore in obliuionem abierit; nec ideò damnanda affirmatio Anaxagoræ quod illi non fuerit probata. Sed pergit eloquentissimus Courtin in oratione sua aduersus* PARACELSVM, *tota ad ferocitatem Peripateticæ & Galenicæ disciplinæ facta, & Chymiam miris modis exagitans subiugatam à se in triumphum trahi somniat, quamuis argumentorum robore planè destitutus, verborum ampullis tantummodo dissertationem inflet, & ex Aristotelis armamentario tela Chymiatris contempta promat. Non ignarus deformitatem vultus artificio sæpius tollerabilem reddi, & mangonium supplere non rarò natiuæ formæ defectum, nihil prætermittit orationi suæ eleganter vestiendæ, omnes oratorum hortos decerptum flosculos percurrit, vniuersa figurarum accendit lumina, phalerata verborum conquirit ornamenta, perpetuis calamistris periodos cincinnat, & quibuscunque lenociniis omnes orationis partes instruit, vt maiestatem disciplinis suis conciliet, & animorum beneuolentiam captet. Mox deinde caperata fronte timorem incutiens, in* PARACELSVM *inuehitur, conglobatis argumentorum machinis adoritur, ingenti impetu vibrata impellit tormenta, tonat, fulminat, fluctu tempestateque excitat vt nauciculam* THEOPHRASTI *agitatam, concussam, vix non naufragam, absorbant. Tandem composito ad hilaritatem vultu argutum Spagyricos irridet, nubem dicteriorum explicat, nunc continuis ipsis illudens ironiis, & efferre simulans grauiori vt lapsu præcipitet, nunc in cachinnos solutus, nunc blandiens acuto mordens dente; vno verbo tot fingit resingitque personas, vt histrioni Roscio nihil cedat. Sed quo ouans Courtin acinace ramum palmeum, victoriæ signum, decíderit, contemplemur; & paulisper aliquas rationes tam contra doctrinam* PARACELSI, *quam pro sua, adductas libremus. In fundamentis & principiis scientiæ cuiusque destruendis initio laborandum, si reliquum ædificium per se ruere volumus, optimè sentit; ideòque tria Chymicorum principia, vt lapides angulares, reiicit, eo argumento, quod non sint inter se contraria, quæ necessario ad generationem quamcunque (vt ait) requiruntur, & materiam primam, formam & priuationem Aristotelis illis substituit. Nihil hic pro asserenda* THEOPHRASTI *afferam sententiâ, ad ocularem solummodo millies factam, salis, sulphuris, & mercurij demonstrationem, in resolutione mixtorum obuiam etiam lippis & tonsoribus iam visam & notam, nunquam, etsi illa crepent, rationibus suis sine ratione destruendâ, illum relegans, nunc vtrũ forma & priuatio in*

Crato.

Courtini obiection.

Democritus. Epicurus sæpe vera protulerunt.

Courtinus exagitat Chymiã

Courtin. eloquẽs.

Courtin. variorũ induit exuiasq; affectus.

Examinatur vnum & alterum argumentum Courtini.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 28 sur 913

communi ſubiecto materia, ſibi ſint contraria, vel non, inquirere placet. Prætermiſſis iam (ne actum agere videar) rationibus, queis alij priuationem ex Principiorum naturalium albo in perpetuum deleuere, mihi conficta ingeniosè contrarietas potiſſimo iure reijcienda videtur: Quod contraria ſub eodem ſemper ſint genere; forma verò ad ſubſtantiæ refe-

Contrarietas formę & prinat. refutatur.

ratur, priuatione inde excluſa, vt notat Sennertus, ſententiæ Courtin in Phyſices Epit. lib. 1. cap. 3. aſtipulator: Deinde, quod ſubſtantia vel ſubſtantiæ pars, quatenus talis, non habeat contrarium; Atque forma ſubſtantialis ſit pars conſtitutiua ſubſtantiæ, & vt talis hic conſideretur, nullo habito adhuc reſpectu ad qualitates ab illa manantes; quare nulli rei, neque particulariter priuationi eſt contraria. Exinde quoque fluit: cum res ſibi contrarientur per accidentia, qualitates &c. iſta vero omnia ferè à forma, nullâ à priuatione procedant, quod hæc, armis deſtituta, illi contrariari nequeat. Accedit, contrarietatem non eſſe niſi inter duo entia realia & poſitiua; priuatio autem non eſt niſi negatio Entis, ſc. formæ futuræ, quæ ipſamet adhuc nihil eſt, niſi potentia: id eſt, poteſt tantum eſſe. Quemadmodum in vitro aquâ repleto (vt palpabili vtar exemplo) vinum eſt, nimirum, ſi effusâ limpidâ, hoc infundatur: ita forma futura ineſt materiæ, ſi præſente expulſa, illa ſuccedat; hoc vero eſſe, eſt non eſſe, ſeu nil eſſe. Quocirca, cum priuatio in conceptu ſuo formali nihil innuat, quam abſentiam rei quæ poteſt eſſe, ſed non eſt; conceptus verò materialis capacitatem ſubiecti ad nouam formam denotans falsò illi attribuatur, vt pote ex ſola materiæ diſpoſitione dependens, ac ipſi tribuendus, de illaque enunciandus, non video, quomodo illa Enti actuali, imo ipſimet actui poſit contrariari; quandoquidem non Entis, vel Ficti Entis, nullæ ſunt reales affectiones. Demiror Sennertum loco ſupra citato ſtatuere, quod materia modo cum vno *(verba eius ſunt)* vnam rem conſtituat naturalem, modo cum altero alteram, & quod eorum contrariorum per vices ſit ſubiectum, *cum tamen recepta & nulli negata ſit ſententia, materiam nunquam naturaliter poſſe, vel potuiſſe, ſine forma exiſtere, & nemo vnquam poterit dare illud* modo, *quo materia, abſque formâ, ſolâ cum priuatione vnam rem conſtituat; quoniam eo ipſo inſtanti, quo vna forma recedit, alia materiam occupat: atque ſic priuatio ſemper excluditur, nullaque datur per vices ſucceſsio, & conſequenter nulla pugna. Ridiculum quoque eſt, quod aiunt, priuationem diſponere materiam, & ſtimulum addere vt nouam formam, ſui exitij cauſam, deſideret; & infirmat iſta aſſertio regu-*

Infelix priuatio.

lam à totâ naturâ confirmatam, nihil ſui interitus cauſam, quâ talem, appetere. Infelix ſanè procus, qui, ab omni æternitate, ſi Ariſtoteli fides, materiam ambiuit, & mutabilem in horas inſtillauit venerem, nouarumque ſubdidit irritamenta cupiditatum, ſub ſpe ſibi aliquando copiam poſſidendæ amaſiæ futuræ, attamẽ in præſens vſq; inuidiâ, propter felicitatem corruialis, marcuit; & quamuis materiæ ſuaſerit, atque perſuaſerit, maritorum immutationem, ille tamen ſemper excluſus fuit, infenſiſſimo eius inimico ambabus vlnis recepto. Incomprehenſibile, quomodo vana ſpes iam dudum eũ non ablactarit, cõtemptu vel odio

Courtin loci def. refutatur.

vatiniano, in locum perditi amoris ſuccedente. Vlterius tendit Courtin, & THEOPHRASTVM *ait locum falſiſſimè definiuiſſe, quando corporis vacuum ſtatuit. Author noſter, videns locum non poſſe concipi abſque ſpatio omni corpore priuato, niſi penetrationem corporum admittamus, dixit mixtorum loca eſſe elementa, quatenus alieni iuris planè libera. Non leuem ridendi hîc anſam ſibi ſuppeditatam credit; ideòque, ſannis & reprehenſionibus totam ſuam orationem de his farciens, ipſe, cum Ariſtotele, locum, ſuperficiem corporis ambientis, definit. Enimuerò, non videt lynceus talpa ſe non locum ipſum, ſed terminum quibus circumſcribitur locus, definiiſſe: ille enim eſt ſuperficies, qualis locus eſſe nequit, cum analogia inter eum & locatum requiratur, ac triplicem corpus locandum habeat dimenſionem, eandem locus exigit; ſed ſuperficies duabus tantùm conſtat, ideoque corpori recipiendo eſt inepta. Vacuum verò omnino triplicem dimenſionum rationem habet, nimirum longitudinem, latitudinem, & profunditatem; quæ abſtracta vacuo, ſeu loco, propriè, non vero*

Abſtructa nulla in natura.

corporibus conueniunt. Nam minimè accuratè loquimur, dicendo corpus habere longitudinem, &c. Sed corpus eſſe longum potiùs dicendum, quoniam concreta ſola in natura ſunt, nulla verò abſtracta: vnde matheſi has loquendi formulas concedentes, phyſicæ finibus eliminamus. Tenendum enim Mathematicæ terminos non ſemper conuenire naturalibus exprimendis, imo neque ipſas demonſtrationes, vt euidentiſſimum faciam in Chymico meo Philoſophante, vbi ſoluam Achilleum, vt pluribus videtur, argumentum, ad probationem continui in infinitum diuiſibilis ex geometria depromptum, ad abſurdumque deducens lineam diagonalem lateri quadrati æqualem concedendi, niſi illa

infinitas

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 29 sur 913

infinitas diuisionis admittatur. Vt verò reuertamur ad propositum : Non animaduertit Courtin quantas absurditates incurrat hæc definitio. Supremum enim cœlum, à nullo corpore cinctum, non esse in loco concedendum est ; atque, cum locus secundum ipsum & Aristotelem terminet locatum , cœlum illud erit sine termino , atque hinc infinitum. Aliud absurdum coguntur statuere: vltimum sc. cœlum superficie conuexa priuatum, atque adeo corpus globosum sine externa superficie consistere ; & hæc quidem omnia, vt definitionem Aristotelis sartam tectamque conseruent. Longius progrederer, & argumenta ipsius ventilando absurda ineptaque ostenderem complura , nisi alienum à meo esset instituto, leues rationes quibus THEOPHRASTVM *oppugnat sequi ac repellere, angustis Præfationis cancellis id non ferentibus, & currente prælo idem prohibente. Parum ergò, Deambulatores flagris , iubilans vt ait Courtin , Chymicorum sententias è ludis suis expulisse ; cum scholarum placita, ab ipsâ mundi natiuitate, regni sui terminis natura excluserit , quotidieque vanas earum assertiones & inania verba fustibus pellat, & eijciat. Quin & instant tempora, quibus pyrotechnia nostra ipsi tandem Lycæo ignem suppositura è paleis lignoq; constructa argumentorum scholasticorum ædificia in fauillas rediget, solus , obryzo & auro vel duro adamante , flammâ intactis. Tractat idem Courtin de ignis gradibus, de Mercurij & auri natura, atque aliis sibi incognitis, vt cœcus de coloribus, ideóq; ista nulla responsione egent, propria imbecillitate ruentia. Vltimum aggredior conuitium ipso cogitatu horrendum ; nullius momenti prædicta omnia sunt ad hoc vnicum collata, subtilissimum tamen & vaferrimum inimicorum est inuentum , scripta* PARACELSI *Magiæ ceremonialis, aliarumque nefandarum artium criminans. Causam dum inquiro, non aliam reperio, quàm nonnulla liberius prolata, & verba quædam, vulgo terriculamento, ipsi vsitata. Quoniam enim iampridem apud ignaros opinio inualuit, omnem Magiam , Caballam , Chaomantiam , &c. Diaboli esse inuenta , deliciasque quibus inescat pascitque sua mancipia , non potuerunt non subitò incantationum ac veneficij postulare* PARACELSVM *horum frequentiùs mentionem facientem. Verum diligentiori trutinâ si expendissent, quo ille sensu istis vocabulis vsus sit, sobriùs iudicando præcipiti sententiâ hominem haud damnassent. Proh scelus ! viri immerentis nomen, non excussâ causâ , sacrilegâ manu, vnicâque liturâ, è libro vitæ expungere, & Charontis numismati inscribere. Quid enim aliud est magus , ea qua volunt significatione , quam condignum ignis pabulum , titio inferni, Luciferi ex asse seruus, Deigq; Creatoris sui aduersarius & perpetuus hostis. Vereri debebant in Christi schola instituti talionis pœnam, à iusto illo iudice , qui soli sibi condemnandi potestatem reseruauit. Ad exactiorem libellam omnia reuocanda erant antequam acrius quidpiam in Christianum pronunciaretur , & scelesto ore flammæ ignésque decernerentur. Magiam scripsisse aiunt : verùm & alij idem fecerunt , nec culpæ illis datum, nec tantas perpessi sunt persecutiones. Magiæ illius nomen nemini oportet sit terrori , de naturali enim loquitur, non superstitiosâ, quam ille diuersis voluminum suorum locis fugiendam & abhorrendam monet. Datur naturalis, quæ totius naturæ virtutes & potestates diligenter indagat , ac feliciter assequitur ; agentia cum passiuis debito modo , loco, tempore , pondere , atque mensurâ coniungit ; inferiora, quasi receptacula, vt cœlestium influxibus pateant, disponit ; æthera cum sublunaribus maritat ; totâque huius rotundæ fabricæ supellectile hominem microcosmum instruit, vt illâ, admirandos menti , oculisque stupendos producat effectus. Sapientes ex oriente, qui magi in sacris appellantur, hac scientia stellam illam nouam , nouum quid præsagire edocti , Christum Saluatorem in Iudæa natum esse cognouerunt. Huius beneficio Dionysius Areopagita Mundi authorem , Christo crucifixo, pati persensit. In hâc Moses fuit instructus, cùm in omni Ægyptiorum sapientia, (quæ nulla alia, quam magia naturalis, à populo illo summè exculta) versatum diuina testetur pagina. Nec quispiam tam est mente destitutus, vel impius, qui hos viros in infamem veneficorum catalogum referre audeat. Non pauca alia, quibus est vsus, nomina in abusum iuêre , & laudandæ antiquitùs artes , nefarias hodie & execrabiles significant.* THEOPHRASTVS, *pro more suo, aliâ accepit significatione Geomantiam, Pyromantiam, Chaomantiam, quàm vulgo habentur : neque enim pro stolidis illis, futura ex libero hominis arbitrio, aut secreto ante sæcula facto omnipotentis decreto dependentia diuinandi instrumentis adhibuit ; sed quatenus per illas ex naturalibus causis naturales præuideri queunt effectus magni fecit & singulari æstimatione habuit: vel etiam, pro artibus, curationum magneticarum & sympatheticarum effectricibus, accepit ac vsurpauit. Atque hac ratione chaomantiam exercet quilibet ex triuio , qui pluuiâ brumâ , ver corruptum, &*

Absurdũ primum ex definitione loci Courtini.

Absurdum secundum

Aristotelis placita nata tuta nec.

Sutor vltra crepidam.

Obiect. de Magia.

Causa criminationis.

Christianus mitius tractandus.

Quę Magia naturalis docet & propter.

Magi ex Oriente.

Dionysius Areopagita.

Moses.

Quid intelligat per Geomantiã Pyromantiã Chaomantiã.

Quis Chaomãticus. Geomãticus.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 30 sur 913

morbis infectum contagiosis, futurum vaticinatur. Geomanticus vocandus, non solùm, qui mephitite ex terrâ exsurgente, pestes regionis illius præuidet & prædicit; sed & ille, qui fertilitatem soli à sterilitate ex fundorum consideratione discernit. Chaomantiam intelligit Medicus, cùm, tumorem splenis dissipaturus, sympatheticum adhibet remedium; & bestiæ liene super nostri regionem, donec incaluerit, applicato, in aëreque, vel fumo, ad exsiccandum exposito, turgentem hominis lienem curat. Geomanticus appellandus Medicus, qui persicariâ, postquam supra contusionem intepuerit, terræ mandatâ, coagulatum in corpore dissoluit sanguinem. Pyromantiam adhibet, qui, forcipe crinibus ex vertice Epileptici in vigore paroxismi euulsis & combustis, germinantē sanat agritudinem. Ista remedia ab omni superstitione impietateque aliena, magnis a viris, criminéque infernalis magiæ non postulatis, imò ipsis Galenicis adducuntur, & his Authoribus acceptata commendantur; à THEOPHRASTO verò allata explodúntur, reiectaque damnantur. Offenditur talibus frequenter remediis medicantium vulgus, & non naturalia vocat, quia rationem, seu medium, qua patrantur ignorans, nullum planè agnoscit; & licet de contactu virtuali rerum & sympathia multi multum garriant; nihilominus cùm in speculatiuis, hactenus pedem stiterint, quid sit, quantum, & quâ ratione contactus ille operetur ignaui minimè indagárint, nominâsseque contenti & in naturalibus obseruasse, de applicatione parum solliciti, nil ampliùs agitarint; non mirum, si attoniti ad nouum exstirpandi affectus modum stupescunt. De homunculo THEOPHRASTI non obscurum inter illos murmur, & demirari subit non perspexisse curiosi subtilem esse speculationem ingenij, non impiam temerarij Deucalionis praxin, quibus generationis humanæ modus ad rauim vsque declamatus, & ad nauseam instillatus, ex vtriusque sexus semine procedens, obscurus esse nequit. Per Cabalam nihil aliud THEOPHRASTVS intellexit, quàm diuinorum mysteriorum per naturalia quantum fieri potest, illustrationem; & Archetypi in ectypis huius mundi vbique demonstrationem; de hac Picus Mirandula, vir supra titulos ac encomia, & Petrus Galatinus, omniigâ literaturâ atque doctrinâ instructissimus, plurima scripsêre, & contrà liuidum inscitiæ dentem defendère, quæ apud illos videnda. Vindicauit tandem PARACELSVM à Magiæ infamis crimine, infinitæ pene lectionis & doctrinæ, nec non ingenij politissimi Naudæus, qui ipsum, cum aliis, falsò imperitorum oblocutione malè audientibus liberaliter hâc culpatione exemit. Si sublimibus illis atque felicibus animis rerum mortalium cura; aut quietis sensus aliquis foret cineribus, sanè illi, pro immortali beneficio, immortales refunderent gratias. Cùm enim vera vita secundum Tullium non ea sit quæ his corporis angustiis clauditur; sed quæ viuit omnium memoria seculorum, quamque posteritas venerabunda intuetur, atque colit: annon Naudæus vitam illis dedit, si famam, nempe vitam posthumam, reddidit. Sempiternis aduersarij memoriam ipsorum volebant damnatam tenebris, & obscurè traditam obliuioni; sed huius beneficio Lethæas superarunt vndas, & nunquam intermoriturum adepti sunt nomen. Inscribatur illius sacro templo memoriæ & marmore perennius, apud natos natorum colatur, quod sic coli viros iniusta de causa contemptos & odio habitos docuit.

Iam omnia mihi prosequutus videor, & non solùm diluisse de quibus PARACELSVS reprehendebatur, sed demonstrasse etiam, leuia, nullius momenti, ad libitum conficta argumenta aduersariorum honori ipsius magis cedere, quam dedecori: licet illis, quasi quibusdam admotis machinis, gloriam eius tot exantlatis laboribus, per tot obstacula & præcipitia partam euertere laborent. Si tamen alia quæpiam criminatio superesset, quam sine responsione & retusione ignarus sicco pertransissem calamo, eam obiicienti atque vrgenti, respondebo, quod ad singulas & vniuersas iure potuissem optimo, & cuius Dornæus Erastum literis ad eum datis admonet, nimirum: reprehensoribus exacta staterâ ponderandum, an quæ culpant, intelligant, cùm quamplurimis vsu quotidie veniat improbare non intellecta. Præconcepta enim opinione consumptæ & adeptæ doctrinæ fatui, nihil pernicitatem ingenij sui fugere, nihil præcellere sublimitatem, hebetare acumen, aut remorari subtilitatem persuasi, nimiâ licentiâ libere de quibuscunque iudicandi & sententiam proferendi sibi arrogant facultatem. Quid verò tam stolidum, quàm illa imaginatio, nullam tam latè patentem esse scientiam, quæ non angustis vnius capitis comprehendatur limitibus, nihilque tam implicitum cuius non idea in plicis fictitiis mirabilis cerebri retis explicitè sit efficta. Annon hypochondriacum redolet morbum, benigniores omnes influentias se concentrasse illis nascentibus, omnia sub & superlunaria conspirasse, ac totam tandem naturam omnes neruos intendisse, vt specimen virium suarum, speculum omnis perfectionis

Quando Medicus Chaomāticus.

Geomāticus.

Pyromāticus.

Scholis ignorāt medū.

Homunculus est speculatio.

Quid Caballa.

Naudæi Theop. à Magiæ accusatione defendit.

Ad aër obiectiones tam responsum.

Aduersū non intelligunt quæ culpant.

Stolida ipsorum præsumptio.

perfectionis,& epitomen omnigenæ scientiæ atque sapientiæ in ipsis producerent? Ante eos scilicet impubis nihil simile aut par in auras emisit, nec in posterum effœta quicquam emittet. Si mentis illi compotes monito philosophi Cognosce te ipsum studuissent, facultatumque animæ suarum cum aliis instituissent comparationem, mecum fatérentur, posse prægrande volumen de rebus suæ phantasiæ ignotis confici, & ingenia dari quæ nobis humi repentibus aquilæ sunt in sublimi æthere, ac ludendo assequuntur, quæ nos nullo virium conamine. Conspicerēt feliciores naturæ fœtus tot parasangis tarditatem nostram præcedere, vt vestigia legentium effugiant aciem, ac in posterum modestius de se sentire, alienósque labores, radiis suis intactos, captumque superantes, inuido ore conspurcare haudquaquā niterentur. Satisfactum candidis opinormentibus, non sciolis propriæque existimationis vento turgidis, vel inuidiæ toxico tabidis, aut denique malitiosè cœcis in quorumque medullis odium in THEOPHRASTVM tam altas radices egit, vt nullis rationum machinamentis extirpari, atque erui queat. Quis enim pertinaciter palpebras claudentibus diem illuxisse persuadeat? Quis natos atque factos toruis luminibus, queis nascentem gloriæ cuiuscunque fulgorem aspiciunt, refragante natura ad rectitudinem reuocet, & ferè cum lacte suctam maleuolentiam eximat.? Sunt qui in sole maculas, in scirpo nodos quærunt & reperiunt, quibusq; nihil placet, nisi ipsis parentibus natum: his me fateor satisfacere non allaborasse; sed illis imbecillitatis humanæ suo exemplo consciis, & quot quantisque modis à norma rationis vel morum deficere homines possint tenentibus, ac inde alios iudicantibus, quibus omnē scrupulum exemptum arbitror, & debitam THEOPHRASTO assertam gloriam, falsis, quorum taxabatur criminationibus refutatis, serpentinisque linguis, quibus fama ipsius pungebatur, erutis. Spero itaque quod effrænatâ maledicendi libidine cohibita, & veritatis iure conseruato, stabit tandem victrix veritas, & victum, vinctumque in triumphum ducet mendacium, surget illa splendidis amicta radiis, & conspectui omnium se sistet, falso & authoribus latibula perpetua quærentibus. Supersunt adhuc rationes, quibus THEOPHRASTVS motus à Galenicorum placitis discessit, exponendæ, verum, diductioris styli tractationem requirentibus, præfationem secundi Tomi destinamus, ne in nimiam hac molem præfandique leges superantem excrescat.

Ingenia sublimioria nostris.

Candidis allaborauit satisfacere præfator.

Veritas triumphat.

Materia secundæ præfationis.

EPISTOLA SCRIPTA
THEOPHRASTO PARACELSO.

In qua ratio ordinis, & nominum, adeóque totius Philosophiæ Adeptæ Methodus, compendiosè & eruditè ostenditur.

A

PETRO SEVERINO DANO
Philosophiæ & Medicinæ Doctore.

THEOPHRASTO PARACELSO, PETRVS SEVERINVS Lampades & Lucernas.

LEGI libros Philosophiæ tuæ, THEOPHRASTE PARACELSE, in quibus diuinitatem Ingenij, contemplationumque tuarum maiestatem admirandam, cognoui; & quamuis aliorum Philosophorum ingenia iisdem implicata fuisse difficultatibus sciam, paucis tamen datum fuit, æquali mentis acie, ad Mosaicorum mysteriorum penetralia ascendere. Orphei admiramur pietatem, Pythagoræ maiestatem & absconditam totius creaturæ scientiam, Socratis humanitatem, Platonis eloquentiam, & Inquisitionum subtilitatem: Tibi verò hæc omnia, vel plurima certè, vni contigisse, etiam atque etiam nostro hoc seculo gratulamur. Nec dubito quin ex viuentibus vigentibusque riuulis, non ex mortuis & silentibus litteris, vt nos solemus, horum arcanorum thesaurum receperis, adeóque diuinâ quadam copulatione, ex totius circuli ambitu, ad vnicum centrum reuocaueris vniuersam scientiarum ac musarum Consonantiam. O beatam animam tali prædestinationi consecratam! Nos verò quos longè à tergo reliquisti, obscuritatem commentariorum tuorum deploramus, nominum inauditam nouitatem accusamus, constantiam & tractandi æquabilitatem requirimus, & in processu mechanico præparationum veritatem desideramus. Quas difficultates animos etiam confirmatos fatigare posse, quis dubitat? Huius verò seculi ingenia planè superauerunt. Itaque veremur ne pio & amico tuo proposito plurimum detrahatur authoritate obscuratâ; & ne veritate, quod Deus omen auertat, nunc per vmbras exiguum illucescente, neglectâ ac propulsatâ, rursus in antiquam tenebrarum & errorum confusionem relabamur. O fons veritatis & sapientiæ, aspice res nostras, & corda eorum qui pio desiderio ardentibusque votis, aduersus imminentem hanc metamorphosin, dies & noctes reluctantur. Tu qui lux es, & in tenebris luces, illumina oculos nostros, vt lumine accepto in te viuamus, & pio amore mutuisque officiis in vnionem conspirare possimus, repudiatâ multitudine & fornicatione: & quia dixisti, pulsanti aperietur, vtique pateret nobis ianua, modò non deessent qui debitis temporibus idoneè pulsarent. Surgamus itaque musarum filij quibus veritas curæ est, & diuturnâ patientiâ caliginem impuritatemque animorum exuamus; mens enim purificata fulminis instar, penetralia rerum attingit, superatis vmbris: Tum demum nutrimenta hautire licebit ex Philosophorum adytis & custoditis thesauris: Antea enim veterno oppressi siliquas & cortices à nucleo non potuimus separare, quid igitur cœci & lusci splendorem obscuritate definimus, vt febricitantes etiam sacchari dulcedinem amaritudinis insimulant. Quid omnium nouitatem

videmus

videmus admirantes, si tamen res nouæ & nobis inauditæ proponuntur? Est ea facultas Philosophis concessa, vt, quia rerum Domini facti sunt, etiam nomina ad arbitrium dispensare possint, & suos partus pro libito vestire. Dianam enim nudam conspicere nefas. Ordinis immutatas leges tractandique varietatem, vtique non culparemus, si sciremus angustiam & paupertatis miseriam in methodis nostris, qui nec solidi & cogniti quicquam scribimus, sed furta inuersa: ita sunt omnia abstrusa & densâ caligine inuoluta, posteaquam musam nostram pio coniugio nobis non copulauimus; Ipsius enim beneficio ad sacra musarum conuiuia admittimur, ambrosiam, & nectar vsque ad ebrietatem haurimus: ex hac opulentia, liberalitate incomprehensibili, munera largimur mortalibus. Quod si tantas diuitias & tam inexhaustos thesauros nostris tuguriis & angustis limitibus comprehendere non possimus, quid mirum? sanè quæ certâ lege & methodo scribere voluerunt Philosophi, ea vsque adeo ordinatè edita sunt, vt nobis spem omnem imitationis abstulerint. Ita scripsit librum Chirurgiæ Magnæ, Paramirum, Paragranum, de Tartaro, de Morbis Amentiarum, de Contractura. Interdum ex composito ordinem inuertunt, vbi arcana naturæ mysteria sapientiæ filiis proponunt, sacramenti & mandati memores, non licere sacrum dare canibus. Ita inquit Geber, scientiam nostram non continuâ sermonis serie, sed in diuersis sparsimus capitulis; quia, si continuè fuisset tradita, tam probi quam improbi indignè eam vsurpassent. Ita scripta sunt Archidoxa præparationum, de Vita Longa; de Vexatione Alchymistarum, de Tinctura Philosophorum. Est & alia ratio ordinis, vbi meditationes nostras receptas a mentis lumine in lucem damus; hic admirabili continuitate iunguntur inuentiones, accedunt amplificationes, insurgunt dubitationes, nouarum & incognitarum contemplationum recordationes representantur; & rerum prius comprehensarum rationes confirmantur: qua varietate & copiâ, incredibili suauitate, animos eorum demulcent, qui musarum sacerdotes & ministri facti sunt: Aliorum enim sensus & obtusi radij penetrare non possunt, nec iungi, quia proportionem non habent: Philosophi enim, dum hanc cytaram resonant, à corpore separati, ad intima mentis penetralia scandunt, tibi reseruatas accipiunt & reddunt diuitias: Demonstrantes in hoc animi nostri diuinitatem & continuitatem cum ideis & vnitate prima, immortalitatem quoque & rerum omnium scientiam, antequam huius tetri caliginosique domicilij hospes fieret. Itaque pietatis & officij memores, dum hæc filiis suis communicare nituntur, ingemiscunt ac deplorant se tam leuibus & abiectis vestimentis tantâ rerum maiestatem adaptaturos, & qua possunt varietate, Metaphoris, metonymiis, Allegoriis, Ænigmatibus inuersionibus, nouis resolutionibus & compositionibus, hanc nominum paupertatem excusare conantur: sit liberalitati locus, tota scribendi ratio Philosophis vsitata, magica est: Etenim *inuisibilium* rerum absconditam mechanicam visibili specie palam sensibus exhibere conantur, quemadmodum spirituum inuisibilis natura visibili formâ in speculis eadem industriâ repræsentatur. Rursus visibilia & manifesta occultant, oculosque perstringunt, vt videntes non videant, & audientes non audiant, atque hoc pacto inuisibiliter obambulant. Huius rei exempla habemus manifesta in libello de morbis Elementalibus, vt de Podagra, Apoplexia, Mania, Epilepsia, Hydrope, Colica, Hectica, Dyarhœa &c. Ibi sanè mirabili varietate morborum illorum generationem & occultam fabricam, nunc Astronomicè, nunc Philosophicè, nunc Alchymicè, alias Necromanticè, Hydromanticè, Pyromanticè exposuit: & in expositione Physica, nunc ex familia mineralium translationes mutuatur, aliàs ex metallorum & marchasitarum prouinciâ, interdum ex scena herbarum vestimenta & habitus desumit. Et, si fluente comœdia, personas, loca & tempora famosa propriis nominibus ad arbitrium impositis, describat, laudem & veniam meretur. Itaque principia, Abyssos, radices, mineras, vnde exordia rerum omnium ducuntur, Ares, Iliados, Idæos, Iliastros, appellare illi placuit; gratiam æqualem meriturus, siue Gut. siue Bmi. dixisset. Rursus, quod vitali & assiduâ agitatione, delitescentia & quieta hæc semina, in hanc mundanam scenam ad vigilias & destinata officia promouet, Archeum Vulcanos nominat; quod si parmenones & syros dixisset naturam habuisse et pari

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 34 sur 913

fauore coniunctam. Aliquando mutatâ rerum facie, personas, & officia commutat, vestimenta radicum & mechanicorum locis accommodat; & vicissim. neque enim sufficiunt Personæ ad varietatem tam decoræ & diuitis comœdiæ representandam. Præterea nefas est, quietum mentis fluxum graui & turbidâ vocabulorum ἀκριβολογία confundere: hoc pacto in libello de procreationibus Elementi Aquæ Iliadi significationem alterauit. Item elementi appellationem in libro Philosophiæ ad Athenienses, Paramiro, Chirurgia Magna, de Gradibus & Compositionibus, & omnibus ferè libris mirabiliter variauit. Quid mirum? In qualibet natura sunt mille dotes, infinita officiorum & proprietatum conspiratio & confluxus, quæ prædestinationis occulto imperio, silentes progrediuntur, & pensum absoluunt; & quia diuersissimarum rerum publicarum ciues & incolæ fiunt, diuersos quoque habitus, mores, & signaturas, assumunt. Sic complectionum & trium primorum nomina frequenter immutauit; sanè sapientiæ filiis qui mentis acie ad quietam naturę Liturgiam penetrare sciunt, abiectis nucleis & corticibus, varietate hac admirandus occurrit; sophistarum adulterina ingenia confusione implicauit. Sed horas his vsuris producere iniustum est; contracta rerum amplitudine paucis negotium expediam, Qui res nominare poterit, Magus est, huic perinde erit, Davusne loquatur an Heros; & clausis oculis, ex officiis proprietatibusque personarum, discrimina occultæ huius comœdiæ facillimè internoscet, vtcunque Choragus mutabili earundem varietate delectatus fuerit. Hic potenti sapientia rerum dominus factus, indiuidua constituet singulari proprietatum conditione vigentia, quæ rarissimè mortalium rempublicam ingressa sunt, habebit immortalitatis infallibilem fiduciam & stantia ad motum, quantum fas est, promouebit. Ignoscite sapientes, si planius hæc proposui. Quod ad præparationum ænigmata attinet, non sunt ita occlusa quin aperiri possint, si quis ex Theoriæ penetralibus claues eruere potuerit: præsertim si assiduâ operum naturalium inspectione, quæ ignis & caloris ministerio perficiuntur, claues has, alioquin rubigine obductas, expoliuerit, in vanum curret qui literam & externum sensum sequetur. Cur igitur scripsit, si ad litteram intelligi non voluit? Cur tot vanâ spe seductos, magnâ faculratum opulentiâ, spoliauit? vt temporis iacturam & laborum onera fileam. Sapientiæ filiis ista scripsit, non sophisticis & auri fame fascinatis Alchymistis, non auri fabris, non fodinariis metallorum fusoribus, non nominum, linguarum, & externarum superficierum satellitibus. Itaque si in alienam segetem falcem mittunt, iure optimo castigantur. Si manifestius ista scripsisset, fabri fodinarum, periti aurifabri, circumforanei, Alchimistæ nunc medicos omnes superassent, ac artem prostituissent, magnâ naturæ iniuriâ. Hæc iis tuo nomine, pater venerande, respondere, vt potui, debui, qui sacrilego & nefario ausu scurram te appellare non verentur, circumforaneum, omnis Philosophiæ insciũm; quia linguarum subtilitates nudas & inanes contempsisti. Qui vitæ tuæ œconomiam odio prosequuntur viperino, vitia exagerantes humana, magnâ temeritate in semet ipsos legem statuunt iniquam. Sine vitiis non viuitur, optimus ille est qui minimis vrgetur: nec vident manticæ quod a tergo est; Possem iis longè aliter satisfacere, sed aures eorum, & obtusi sensus, minimè adhuc ferrent, lacte nutriendi sunt; Vlceros am enim animi dispositionem per epicrasin curare tutius, ipse vlceri æstiomeno mitem inueuit mitigationem. Legant libros ipsius, solito, quia Hymnos aliquot annos ante obitum quietè viuens conscripsit, mitiores erunt: ætatis feruor & impetus tam generosi animi, veniam meretur. Vnum restat quod plurimum nos detinuit, antiquitatem & priscorum sapientium dogmata dicunt te contempsisse, penitusque noua introducendo monarchiam constituisse; idque ij quoque profitentur qui te præceptorem & patrem salutant. Sanè multis in locis, fluente calamo, impetu quodam potius quàm deliberato consilio, ita scripsisse videris: rursus alis in locis Hermetem Ægyptios sapientes, Archelaum, Platonem, Hippocratem collaudasti. Quod verò commentaria tua ad eorum leges, appellationes, methodos, non accomodasti, libertate philosophica excusaris; nobis onus illud imposuisti, nos immensis meditationibus & diuturnis vigiliis consonantiam deprehendimus. Balsami naturalis naturam & proprietates, quod est fundamentum

tum & ſubiectum omnium librorum tuorum naturalium, æque apud Hermetem, apud Philoſophos omnes qui libellos ſuos exiguos quidem, ſed fœcundos coniunxerunt in codice veritatis apud Gebrum, Alphidium Plotinum, Seniorem, Roſinum, Morienum, Villanouanum, Raimundum, Iſaacum, deſcriptas vidimus. Tria verò principia tua, toties ſunt apud Raymundum, Iſaacum, Gebrum & cæteros tam clarè poſita, depicta ac declarata, vt loca recenſere pigeat: etiam nomina ipſa habemus apud Raymundum, & officia ac proprietates in libro mercuriorum, vel potius in clauſula Teſtamenti. Sed talentum quod ab ipſis accepiſti magno fœnore reddidiſti, & fœcunda progenie indiuidua poſuiſti ab aliis prætermiſſa; atque hoc pacto morborum particularia remedia plurima declaraſti. Quid mirum? Principia veritatis fœcunda ſunt. Similiter Balſami ſupra naturalis, & corporis ſuper cœleſtis conditiones & officia, de quo agis in omnibus tuis contemplationibus magicis & Cabaliſticis, ab eodem Hermete, trinæ Philoſophiæ monarcha, ab Orpheo, Pythagora, Platone, Syneſio, Iamblicho, Plotino, Proclo, Porphyrio & reliquis Platonicis deſcripta vidimus, quamuis aktâ & profundâ varietate ex ſacris fontibus proprietates dictas planiùs explicaſti. Gratias igitur agimus tibi, & teſtes ſumus te in vanum non vixiſſe, nec fruſtra veniſſe, nominiſque memoriam poſuiſſe nulli obliuioni obnoxiam. Et, ſi virgam non planè truncauit difficilis ille adech, ſi, quod toties votis & ſancta ſpe deſideraſti, tibi contigit, ſilentio ſatisfecimus. Papaueris & Vrticæ pocula Meliſſarum virtute tempera, vt & nos tandem mortalibus rebus ſuperatis & dimiſſis, vnâ cum Beatorum cœtu, ad ſummum bonum, principium & fontem omnium, ſcandere poſſimus, eiuſque cognitione & fruitione æterna gaudere beatitudine. Huic Vni Soli laus, honor, gloria in ſecula ſeculorum AMEN.

ELENCHVS LIBRORVM
IN PRIMO VOLVMINE OPERVM
THEOPHRASTI PARACELSI CONTENTORVM.

I. *PAramirum de Quinque Entibus omnium morborum: hoc est, quo pacto quilibet morbus ex quinque causis oriri possit. Complectitur autem libros quinque:*
Primus agit de Ente Astrorum super corpora inferiora, pag. 7.
Secundus, de Ente Veneni, pag. 12.
Tertius de Ente Naturali, pag. 17.
Quartus, de Ente Spirituali, pag. 22.
Quintus, de Ente Dei, pag. 26.

II. *Paramirum aliud, quod partibus quinque absoluitur:*
In Prima & Secunda parte tractatur de Origine omnium morborum quomodo naturaliter ex resolutione Mercurij, Salis & Sulphuris Microcosmi generentur, pag. 31. & 48.
In Tertia, comprehendente sex tractatus, agitur de Origine morborum omnium ex Tartaro, pag. 64.
In Quarta, de Origine morborum Matricis, pag. 85.
In Quinta, de Causis morborum Inuisibilium, pag. 107. Habet hæc quinque partes,
1. *Agit de rebus ex Fide homini accidentibus, pag. 110.*
2. *De Impressionibus Cœli occulti, pag. 120.*
3. 4. & 5. *De Rebus Inuisibilibus, pag. 120. 129. 137.*

III. *De Generatione rerum Sensibilium in Ratione, pag. 148. Diuiditur a. in tres partes quibus annectitur Pars de Statu Humano, pag. 161.*

IV. *Fragmenta varia ad Medicinam Physicam pertinentia, pag. 165.*

V. *Paragranum in quo columnæ quatuor, vt sunt Philosophia, Astronomia, Alchymia & Proprietates Medici, quibus suam Medicinam superinstruxit, solide describuntur, pag. 181.*

VI. *Paragranum alterum, eiusdem ferè tenoris, sed paulo altius delineatum, illustrioribusque declaratum exemplis, pag. 223.*

VII. *Chronici Carinthiæ Epitome, pag. 245.*

VIII. *Responsiones & Refutationes quorundam suorum obtrectatorum & calumniatorum, pag. 248.*

IX. *Labyrinthus Medicorum errantium, cum admonitione, vt medicinam ex aliis libris quàm quos hactenus legerunt addiscere studeant, pag. 264.*

X. *De Morbis Tartareis, vbi de generatione & causis Tartari eiusdemque curatione, pag. 288.*

XI. *Statuum Archiducatus Carynthij Epistola ad Theophrastum, pag. 333.*

XII. *Fragmenta ad Paragranum pertinentia, pag. 333.*

XIII. *De viribus membrorum libri duo, pag. 349. vnà cum fragmento, de conservatione quatuor elementorum in homine, pag. 354.*

XIV. *De tribus primis Essentiis ex quibus generatum componitur, pag. 354.*

XV. *De Pestilitate: hoc est, de origine & generatione pestis, pag. 358. & eius curâ & sanatione accuratâ, pag. 383.*

XVI. *De Peste libellus perscriptus ad Ciuitatem Sterzingensem, pag. 395. De eadem eiusque accidentibus libri duo, pag. 401. item de ipsa cum quibusdam ipsius Auctoris additionibus libri tres, pag. 413.*

XVII. *Fragmentum de Peste, pag. 435.*

XVIII. *De Morbis ex Tartaro oriundis libri duo, cum ipsius Auctoris explicationibus:*
In primo libro extant tractatus quinque,
1. *Agit de Tartari differentiis & locis: de Tartaro externo & interno pag. 440.*

II. *De*

II. *De Origine Tartari in ſtomacho & ventriculo: Inteſtinis: Hepate & Meſeraicis, pag.* 444.

III. *De Origine Tartari vel calculi renum: veſicæ: Tartari variis formis & ſignis, pag.* 447.

IV. *De Origine Tartari interni, eiuſque ſignis: de Tartaro ſynouiæ: de Tartaro ex corruptione ſpermatis & vrinæ, pag.* 450.

V. *Tractatus agit de Ægritudinibus ex Tartari materiâ non coagulata: de Diæta Tartari, pag.* 454.

In ſecundo libro tres ſunt tractatus,

I. *Agit de Cura ægritudinum tartarearum in ventriculo: de orexi: thoracis compreſſionibus: febribus ſtomachi: morbis inteſtinorum ex Tartaro: de colica, iliaca & contractura, pag.* 456.

II. *De Cura morborum hepatis, nempe de opilationibus in eius regione factis: de peſte: de criſibus: de pleureſi & prunella: de hydropiſi ſeptem membrorum principalium: de febribus hepatis, pag.* 467.

III. *De Ægritudinibus renum, vtpote de Diabetica paſſione: de Lacte, Coagulo, Nuſto & Sero renum, de Febribus renum: tandem de Lapide & Grandine in veſica, pag.* 478.

XIX. *Theophraſti Epiſtola ad Eraſmum Roterodamum, & huius ad illum reſponſio, pag.* 485.

XX. *De Icteritiis cum Auctoris annotationibus: tractanturque, earum cauſæ, differentiæ, locus & cura, pag.* 487.

XXI. *Libri quatuordecim Paragraphorum: adiunctis ipſius Auctoris declarationibus, pag.* 491.

XXII. *Liber Sextus in Medicinis de Cauſis Morborum Tartareorum: hoc eſt, de omnibus generibus calculorum & lapillorum. Huius partes ſunt duæ, Prima Theoretica de Origine huius morbi, pag.* 555. *Secunda Practica de Curâ Tartari, pag* 561.

XXIII. *Liber Septimus in Medicinis de Morbis amentiũ & diuiditur in duas Methodos: Prima tractat de Origine ægritudinum amentiarum, & continet quinque Capitula,*

I. *De Origine morbi Caduci, cum ſpeciebus annexis, pag.* 564.

II. *De Origine Maniæ, cum ſuis conſimilibus, pag.* 566.

III. *De Origine morbi S. Viti & ſuis partibus, pag.* 568.

IV. *De Origine Suffocationis intellectus & cohærentibus, pag.* 570.

V. *De Origine Priuationis ſenſuum in Veſanis & Melancholicis, pag.* 572.

Secunda agit de Cura ægritudinum Amentium, & 6. habet capita,

I. *De Cura Caduci, pag.* 574.

II. *De Cura Maniæ, pag.* 576.

III. *De cura Vitiſtæ, pag.* 578.

IV. *De Cura Suffocationis Intellectus, pag.* 579.

V. *De Cura Priuationis ſenſuum Veſanorum, pag.* 580.

VI. *De Præſeruamentis, pag.* 582.

XXIV. *Liber Nonus in Medicinis de contractis membris: huius partes duæ Theoretica, pag.* 583 *Practica, pag.* 586.

XXV. *Vndecim tractatus ſiue libri anonymi de Origine Cauſisque*

Hydropiſis, pag. 590.
Ariduræ, pag. 593.
Icteriarum, pag. 595.
Colicæ, pag. 597.
Apoplexiæ, pag. 601.
Maniæ, pag 604.
Vermium, pag. 607.
Diarrhœæ, pag. 610.
Podagræ, pag. 612.
Caduci, pag. 615.
Febris, pag. 618.

XXVI. *Priores quinque tractatus, nempe de Hydropiſi, pag.* 621. *de Aridura, pag.* 624. *de Icteritis, pag.* 628. *de Colica, pag.* 630. *de Apoplexia ſeu Paralyſi, pag.* 633. *alio modo diſpoſiti & deſcripti.*

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 38 sur 913

XXVII. *De Podagricis & eius speciebus, & morbis annexis, libri aliquot, pag.* 634.
XXVIII. *De Caducis libri duo. Primus distinguitur in* 4. *paragraphos, pag.* 659. *Secundus qui agit de Caduco matricis mulierum continet paragraphos nouem, pag.* 677.
XXIX. *Fragmenta ad tomum quartum huius voluminis pertinentia, pag.* 693.
XXX. *De Morbis metallicis & mineralibus, & aliis his cognatis, libri tres, pag.* 707.
XXXI. *Figuræ Theoreticæ vniuersalium morborum,*

1. *De Bolo, pag.*730.
2. *De Podagra, pag.* 731.
3. *De Conuersis, pag.*732.
4. *De Contractura, pag.*733.
5. *De Caducis, pag.* 734.
6. *De Hydropisi, pag.* 735.
7. *De Tetano Spasmoque, pag.* 736.
8. *De Vermibus, fluxibus, apostematibus, vlceribus &c. pag.*738.
9. *De Febribus, pag.*739. 740.

XXXII. *Practica particularis de Lithiasi, pag.*741.
XXXIII. *Consilia quædam vtilia ægrotis nonnullis à Theophrasto communicata, pag.* 742.
XXXIV. *Explicatio* 1. *sect. aphoris. Hippocratis, nec non* 6. *primorum secundæ, &* 9. *posteriorum quartæ sectionis, pag.* 750.
XXXV. *De Phlebotomia tractatus quinque, pag.* 765. *de Purgatione in Phlebotomia, pag.* 780. *de Scarificatione in Phlebot. pag.* 782.
XXXVI. *De Vrinarum ac Pulsuum iudiciis. Item de Physionomia quantum Medico opus est, pag.* 784.
XXXVII. *In librum de Vrinarum ac Pulsuum iudiciis, & de Physionomia, scholia, pag.* 786.
XXXVIII. *De modo Pharmacandi, pag.* 809.
XXXIX. *Fragmenta de modo Pharmacandi, pag.* 818.
XL. *De Anatomia oculorum, pag.* 827.

Horum omnium Librorum extat Index generalis in fine primi voluminis qui (secundùm editionem Francofurtensem) inscribitur, In libros Quinque Priores Medico-Chymicos Genuinos.



VOLVMEN PRIMVM

MEDICINÆ PARAMIRVM THEOPHRASTI DE MEDICA INDVSTRIA.

TEXTVS PARAMIRI THEOPHRASTI

Hohenheimensis ad Medicam industriam.

LIBELLVS PROLOGORVM Primus.

NVMERVS I.

PROLOGVS I.

SCIRE tua interest primum, Lector, morbos vniuersim omnes quinque modis curari solere. Ab ipsorum ergo curatione potius, quàm à caussarum cognitione medicinam nostram auspicamur: quod curatio ipsas morborum caussas veluti digito nobis commonstret. Huius itaque libri nostri hæc summa, hoc primarium argumentum sit, Curationes quinque omnino exsistere: quod perinde est ac si dicas, quinque omnino medicinas, siue quinque artes, aut quinque facultates vel quinque Medicos esse. Istarum quæuis seorsim facultas medicinæ ad omnium morborum sanationem satis est. Nam quinque viis, vt dictum est, quinque facultates medicinæ inueniuntur: quarum vnaquæq; per se ipsam gradu isto periti, sufficientis & industrij medici insignita esse debet, qui vnumquodque accidens siue pathema in vtraque medicina, veluti gradus quinarum facultatum vnius solus sufficiens magister commodè sanare valeat. Cuiuscunque vero facultatis gradum hunc quispiam addiscere, expeririue ac assequi ad quotidianam operationem satagat: huic, præterquam, quod suæ primum animæ, deinde etiam ægroti corporis exactam rationem habere ipsi fas sit, omni in hoc omnino studio sedulo incumbendum est, vt solidum suæ facultatis fundamentum teneat: vt ex seipso multo plura, quam ex ægro intelligat sciatque: vt suæ scientię basin in seipso, nec insubiecto extraneo positam habeat: vt non ex vna caussa in aliam exundet ac digrediatur: vt non velut alij status in se ipso fluctuet, aut inconditè ambigat. Vna quælibet siquidem facultas per se & in se perfecta satis cum theorica, tum practica, tum physica ad caussarum notitiam simul ac morborum curam disquisitio est ac comprehensio. Et hisce quidem primi nostri medici libri exordium finitum ac decisum volumus.

Curationẽ modi quinque

Medico quę scitu necessaria sint.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 42 sur 913

NVMERVS II.

PROLOGVS SECVNDVS.

IAm vero, ſicut prædictis verbis quinq; diuerſas facultates eſſe, quarum vnaquælibet ſeparatim ſine altera & ſit & conſiſtat, oſtendimus; docuimusque, quélibet vnicâ earum inſtructum ſatis idoneum vtriuſque medicinæ morborum omnium medicum exſiſtere: ita hoc quoque attendendum operosè eſt, nos nõ æquabiliter de quinque quoq; curationibus, quinque cauſſarum, in omnibus morbis apparentium, loqui: ſed omnino deſcribere quinque genera curationis: quorum quodlibet priuatim vniuerſas morborum cauſſas reſpicit, ſicut deinceps planius tradetur. Principio, ſi medicus eſſe voles, id tecum cogita, medicinam eſſe duplicem: Clinicen ſeu Phyſicam & Chirurgicam: nec hoc quidem ea ex cauſſa, q harum duæ eſſent origines: ſed ex ſpecie ſaltem diuiſionis, quarum cuiuſque ratio in ſeipſa ſit. Febris enim & peſtis ex eadem ſunt ſcaturigine quidem: ſed diſtinguuntur tamen à ſe inuicem. Altera ſiquidem pars in putredinem interiorum abit, vt febres, quæ ſub clinice ſunt: altera in peſtem deſinit, hoc eſt, à centro ad ſuperficiem vergit. Ad dictorum vero promptum intellectum, vt vtriuſque medicinæ rationem teneas, hoc attendito. Vnaquælibet affectio, quę à centro abit in ſuperficiem, conſiderationis phyſicæ eſt. Quæ vero ab ambitu in cẽtrum fit: hęc aſſignata chirurgo eſt. Sed & hoc obſeruate: Quicquid ſecretione naturæ in conſtituta emunctoria corporis abit: id omne phyſicũ eſt, quoad conſiderationes. Quod vero emunctoria non naturalia occupat, hoc chirurgicum eſt. Tum etiam, quicquid ſecundum locum ſuum aſpectabile eſt: id vulnus habetur. Quod vero abſconditum latet, id malum ad phyſicos ſpectat. Et hoc quidem ſtatu medici diſſeparantur. Sed quod ad ſectas eorum attinet, conſideratione res accuratiore opus habet. Ordinibus quidem diſtincti ſunt iſti: ſed ſectę eorum quinque ſunt & modis quinque ſuas ſanationes perficiunt: quin & cauſſarum morborum omnium quinque origines ſunt: quas vel vnica ſecta conſiderat. Hoc idem dictus eſt, ac ſi ſectæ cuiuis quinque illæ origines cognoſcendę ſint. Nihilominus tamen curationis ratione, ſectæ quinque enumerantur: quoad vero intellectum & cauſſarum notitiam, ſecta ſaltem vnica exſiſtit. Et hoc diſcurſu ordines ſtatusque medicorum nobis definiri placuit.

Medicina duplex.

Febris & peſtis diſtinctiones.

Ad phyſicam & chirurgiã quæ ſpectent.

Medicorũ ſectæ quinque

NVMERVS III.

PROLOGVS TERTIVS.

PORro vt hoc pacto quinque Medicorum ſectę, ſuis facultatibus diremtæ inueniuntur, hoc ſe quidem pacto habentes, vt nulla ad alterius ſimilitudinem operetur: cuiuslibet vero ſectæ ea potentia eſt, vt quinque dictas morborũ omniũ origines ſanare queat, quas tamen quælibet ſecta per ſeipſam etiam in peculiari curatione reſpicit: ſic primum ipſa quinque ſectarum nomina noſcenda veniunt. Quibus definitis, ab eo preambulo poſtea ad vlteriorem medicinę cognitionem deſcendemus.

Primæ vero facultatis ſeu ſectę qui ſunt, NATVRALES vocantur: hanc ob cauſſam, quod ſaltem ſecundum ipſam plantarum naturam medeantur, prout ſymbolis ſeu concordantijs ſuis conueniunt. Sic frigidum calido, humidum ſicco, plenitudinem inanitione, inanitũ impletione curant, prout natura ipſa quodlibet per ſuum contrarium fugari addocet. Et huius quidem ſectæ aſſertores fuere Auicenna, Galenus, Rhaſis: velut & horum Interpretes, & alij ipſis ſimiles.

Medici Naturales.

Qui ſectę ſecundę ſunt, ij SPECIFICI appellari ideo ſolitant, quod per formam ſpecificam, ſeu per ENS ſpecificum vniuerſos morbos curant. Gratia exempli: Magnes ad ſe ferrũ allicit, non qualitatum elementarium beneficio, ſed vi ſpecifica. Sic hi medici morbos omnes vi ſpecifica medicamentorum ſanant. Ex hac ſunt claſſe, qui experimentatores aliàs, à nonnullis ludibrij cauſſa empirici vocantur, vt & Naturales omnes dicti, quatenus purgationes tractant. Nã qui corpora purgant, [quæ vis à forma ſpecifica manat, nec Naturalibus addicta eſt:] ij ex ſua ſecta in aliam digrediuntur.

Specifici

Tertij CHARACTERALES nuncupantur. Characteribus ſiquidem certis, omnes obuios morbos ſanant, quod tùm ex libris ipſorum, tùm ipſo curandi modo pernoſcitur. Horum operatio ita fit: vt ſiquis alicui mandet, vt currat: ipſe vero iuſſus currat: hæc tunc operatio per verbum fit. Eodem modo perficitur

Characterales.

cura

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 43 sur 913

cura per characteres. Horum auctores & magiſtri fuere Albertus Magnus, Aſtrologi, Philoſophi, & alij plures.

Spiritales. Quarti SPIRITALES ideo appellantur, quia herbarum radicumque ſpiritus ita cogere norunt, vt ęgrum, quem occuparunt aut infirmarunt, ſanent ac redimant. Vt, ſi iudex quempiam pedicis induat: is ſolus vincti medicus exiſtit. Nam & pedicæ & claues iudicis ſunt, quas cum vult reſerat. Pari modo ægri quaſi ligati, herbarum ſpiritibus liberantur, ſi ij aut putreſcunt, aut abſumuntur, veluti Libellus eorum indicabit. Huius ſectæ fuerunt plures innominati, vt & ipſe Hippocrates cum alijs.

Fideles. Quinti vocantur FIDELES, quod morbos per fidem abigant & ſanent: vt ſi ſi quis veritati credat & ob id ſaneſcat. Hoc ipſe Chriſtus cum ſuis diſcipulis præſtitit. De ſectis his quinque, quinq; deinceps concluſionales libri edentur: ad quos rectius intelligendos, vos ibidem planius inſtituemus.

Libri concluſionales.

NVMERVS IV.

PROLOGVS QVARTVS.

Eorum diuiſio. CEterum quinque iam dictos libros in partes duas diuidemus. Altera practica erit corporis: altera vulnerum; vtraque vero ſuis Canonibus, ſuis paragraphis conuenienter interſtincta erit. Præambulum vero hoc ſiue prędagium ita parti vtrique accommodamus, vt ad vtrosque ordines pertineat. Priusquam vero quinque promiſſos libros ordiamur: vobis vtriusque ordinis ac Sectarum ſingularum Medicis Paretheſin vnam *præſtituemus*, Parentheſi quaſi alia diſtinctam, quā *Parentheſin* Medicam definire volumus. *Huius locus intra* Præſentes prologos, & quinque dictos *libros* concluſionum ſtatuetur: ita, vt cum nullo horum connectatur, aut alterutri eorum appreprietur: ſed ſeorſim ſola ſibi conſtet. Et iſta quidem Parentheſis vos morborum omnium origines, ex quibus manant, docebit: quas cuiuſuis Sectę Medicus iure merito cognitas & exploratas habere debet. Quod ſi fecit, tunc libero arbitrio, cuicunque velit, Sectæ ſeſe addicere, & fundamentis ijs in operando vti, ſicut morborum origines pro huius parętheſis explicatione intelligit, poteſt. Parentheſis hæc cum indicium ſeu expoſitio omnium cauſſarum morbificarum ſit, merito concluſionum libros quinque antegreditur; ideo, quia ſanationem fas eſt cauſſam quandam habere, id eſt, virum peritum & intelligentem eorum, quæ ad ſanationem neceſſaria ſunt. Hac in Parentheſi conſtituentur quinque partitiones, vocatę TRACTATVS. Quinque vero fient, propter res quinque, ex quibus morbi omnes oriuntur. Quilibet vero Tractatus iterum in ſua capitula diſtribuetur, vt hoc pacto facilius fundamentum originum, omnia accidentia, morbique, ac horum genera, cum eo, vnde naſcuntur, intelligantur. Et hæc quidem omnia duobus capitibus determinabuntur, ſecundum intellectum duorum Medicinæ ordinum, in ſingulis ſectis ſeſe conſequentium, & per definitas regulas diſtinctorum. Finis vero quinque tractatuum, finis quoque Parentheſis ipſius capitum ac regularum erit. Hęc deinceps quinq; libri concluſionū fundamenti ſanationis in quinque ſectis ſequentur.

Parentheſeos ſubdiuiſio.

Tractatus Capita.

LIBER PROLOGORVM SECVNDVS.

NVMERVS V.

PROLOGVS PRIMVS.

PRologum Parętheſis noſtræ iam ergo ita conſtituemus. Principio autem vobis tam Medicis, quam Chirurgis edico, vt, ſi parentheſin hanc noſtram, ex qua verus medicus fit, lecturi ſitis, nihil nos veſtrorum librorum ignaros & imperitos ideo cenſeatis, quod vnum vobiſcum iugum non trahimus. Vobiſcum etenim ideo non facimus, quod tam ſtylus veſter, quam praxis ac cognitio cauſſarum, velut erronea, nobis haudquaquam probentur, ſicut deinceps pluribus dicturi ſumus. Tum & partim paucitate miraculorum, partim multitudine ęgrorum à vobis deſertorum non parum offendimur. Quod vero tantopere de patronis medicis, Chaldæis ſimul ac Arabibus Græciſq; gloriamini: id nos admodum non mouet. Nam & horummet ſcripta edita teſtantur, ægrorum, quos ipſi olim curandos ſuſceperunt, eandem cum veſtris hodie ſortem fuiſſe, quorum pars maxima emoritur. Tum etiam nec ſcripta eorum nos infringunt, caſtigant aut annihilant: quorum apud vos quidem nulla notitia eſt. Nec enim cogitare debetis, eadem nobiſcum pugnare: cum econtra pro nobis multò euidentius faciant

Parentheſis commēdatio.

Paracelſus cur à Medicis diſcedat.

Arabes & Chaldęi quales medici.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 44 sur 913

ciant. In noſtris ſiquidem libris multa omittimus, apud antiquos illos inquiri juſſa: ita, vt vt ad ipſos, velut ad genuinos ſcriptores multoties digitum intendamus. Sed hoc tamen in ſolis ſectis Naturalibus facimus. Nam & hoc ipſum, hîc quod loquimur, tantùm ad partem naturalem, in qua velut doctiſſimi tantopere inſoleſcitis, referri volumus. Cùm verò ſectas quatuor cæteras ſuperciliosè rejicitis: eaſdem vos non intelligere minimè attenditis. Et licèt in veſtris quidem libris nihil, quod propoſito quadret, reperiatis: ſciendum tamen vobis eſt, Hippocratem Spiritali ſectæ multò propinquiorem, quàm naturali exſtitiſſe: licèt huius ſui ſtudij nuſquam meminerit. Ipſe quoque Galenus plus characterícam affectauit medicinam, quàm naturalem. Idem de reliquis etiam judicium. Et huiusmodi quidem Facultates ſiue Secreta iure *Magnalia artis* vocari poſſint, quæ tamen ſupprimuntur: via vero longationis loco horum producitur, quam iſti tum maſticant, tum ruminant.

Hippocr. ſectę ſpiritalis medicus Galenus Characterícus.

NVMERVS VI.

PROLOGVS SECVNDVS.

AEquo verò modo, ac vobis Parentheſin, in qua fundamenta Medici vniuerſa poſita ſunt, adeoque baſis Auicennæ, Rhaſis, Auerrois, Hippocratis & Galeni fundatur, explicamus: ita hæc de geminis ordinibus tam Medicorum quàm Chirurgorum vobis intelligenda ſunt: quòd in hac Parentheſi tam ipſa Theorica, quàm Practica contineatur, ad morborum omnium, vt & eorum medelarum cognitionem neceſſaria. De his autem explicationem breuem ita condemus. Dicta noſtra Parentheſis quinque Tractatibus conſtat: Tractatus verò cuiuslibet ENS eſt. Hoc ergo attendite, ENTIA quinque eſſe, quæ morbos omnes pariant gignantque. ENTIA iſta quinque, quinque origines ſignificãt. Hoc ita accipe. Quintuplices origines ſeu cauſſæ ſunt, ex quibus vnaquælibet cauſſa emergit, ſatis efficax ad morborum omniũ, qui aut vnquam fuerunt, aut iam ſunt aut deinceps erunt, generationem. Ad hæc ENTIA vobis Medicis attendendum erat, nec vniuerſos morbos ab ENTE vno, aut vna origine promanare crederetis: ſed hoc omnino perſuaſum haberetis, quinque partes ſeu ENTIA quinque exiſtere, ex quorum vnoquolibet ſinguli morbi orirentur. Huius documentum ab exemplo facite: ponatur in medium morbus vnus, nimirum peſtis. De hoc quæritur vnde oriatur? Ex diſſolutione Naturæ, vos reſpondetis. Loquimini ergo vt naturales. Aſtronomus verò motum vel curſum cœli huius cauſſam ponit. Horum itaque iam vtrum verum? Ego ita concludo, verum vtrumque affirmare: operatio nimirum vel origo vna à Natura: ab aſtris itidem vna: & præter has ex tribus aliis. Natura ſiquidem ENS vnum eſt: ENS vnum etiam Aſtrum eſt. Hoc itaque ſcire debetis, peſtes quinque eſſe, non ſecundùm ipſarum genera, eſſentias, formaſq; ac ſpecies: ſed ſecundùm ſuas origines, vnde progignantur, cuiuſcunque illæ tandem generis ſint. Ita ergo loquimur, corpus noſtrum quinque ENTIBVS ſubiectũ eſſe: vnumquoduis ENS autem omnes ſub ſe morbos continere, & cum ipſis in corpus noſtrum certam poteſtatem. Nam & quinque genera hydropis, & totidem morbi regii, & totidem febris, & totidem cancri ſunt. Id quod & de aliis verum eſt.

Parenthesios explicatio & diviſio.

ENS ENTIA quinq.

Morborum entia quinque.

Peſtis vnde.

Peſtes quinq.

NVMERVS VII.

PROLOGVS TERTIVS.

VT iam ENTIA quinque enumerata ſunt: ſic porrò vobis medicis attendendum eſt, quidnam ENS cognoſcatur. ENS ergo eſt cauſſa ſiue res quæ vim regendi corporis habet. Vos autem contra nos errore inducti ita ſtatuitis, peſtem ex humoribus, aureo, quod intrinſecus in corpore latet, oriri. Quæ opinio valde erronea eſt. Hoc imò attendite, quidnam ſit illud, *quod* corpus veneno contaminet: & non, quomodo corpus infectum ſe habeat. Non meminiſtis hoc, aut omnes, aut vnum quempiam ſaltem morbum, ex ipſo tantùm corpore emergere? quod aut inflammatum, aut alio modo affectum eſſe, omnino fas eſt. Nam ſibi ipſi ad morbum nunquam cauſſa ſit. Præter hoc ad vos etiam commentamur, res quinque eſſe, quæ corpus lædant, & ad morbos ipſum diſponant: quibus id quidem contra luctari nequit, ſed vt ab ipſis infirmetur, pati omnino neceſſe habet. Iſtæ enim hanc in corpus vim habent, vt pro ſua natura id afficere queant. Et vnumquodvis ENS ita conſtitutum eſt, vt ipſi vniverſi morbi, nullo excepto, ſubjecti ſint. Itaque quintuplices ignes corpus noſtrũ regunt

ENS quid.

Corpori noſtri rectores quintuplices.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 45 sur 913

tegunt, eive impendunt ita quidem constituto, vt nunc ab hoc, nunc ab illo invadi ac labefactari possit. Sic si medico paralyticus offeratur, ante omnia ipsi trutinandum est, quisnam ignis, quod ENS paralysin illam genuerit. Eorum siquidem quinque existunt in omnibus morbis, in totidem caussis seu principiis persistentia. Et hæc qui non capit medicus, hunc cœcum esse euentus docet: cùm nullam vspiam alterius curationem suscipiat.

NVMERVS VIII.

PROLOGVS QVARTVS.

CVm hactenus de quinque ENTIBVS mentionem fecerimus: iam consequens est, vt ENTIA illa, quid sint, perquiramus. Etsi verò proaui ac antecessores nostri, si quidem ad vitalem auram hanc reducerentur, isthanc nostram medicinam oppidò admiraturi essent: de isto tamen nihil agemus. Nec ipsorum quidem remedia despicatui nobis erunt: verùm neruum eorum ac medullam potiùs conquiremus aut exsugemus. Pro parenthesis ergo nostræ exordio, vt libellum prologorum finiamus, & ipsissima ENTIA, quæ corpus nostrum moderantur, reguntq; ac vi cogunt, certiùs intelligamus, hæc ita statuantur.

Primus Parenthesis tractatus tradit, quam essentiam & vim astra in sese contineant. Vis ea in corpus nostrum agit ita, vt hoc eorum qualicunq; impressioni ac operationi vltro subjaceat. Hæc verò astrorum vis ENS ASTRORVM vocatur: quod ENS quidem eorum, quibus *subiecti* sumus, omnium primum numeratur.

Ens Astrorum.

Secunda vis seu potentia, quæ nos violenter alterat, & in morbos præcipitat, ENS VENENI est. Penes quod notabitis: etsi ipsum astrum quidem salutare in nobis sit, nec iniuria aliqua lædat corpus: nihilominus tamen ENS veneni nobis infligere noxam potest. Cui veluti subiecti sumus, ita impressio eius nobis expectanda est, nec vim eius declinare licet.

Ens Veneni.

Tertia vis est, quæ & ipsa corpus nostrum atterit & labefactat, etsi duo prænominata ENTIA per se quidem in nobis salutaria & fortunata existant. Et hoc ENS NATVRALE nuncupatur. Hoc ENS intelligitur, si ipsum corpus nostrũ immoderatione sua nos infirmat, aut mala complexione debilitat. Ita ex hoc multi ac diuersi, imò omnes morbi, nullo excepto exoriuntur, cęteris ENTIBVS per se quidem commodè habentibus ac dispositis.

Ens Naturale.

Quartum ENS de potentibus SPIRITIBVS intelligitur, qui corpus nostrum violant & infirmant, in quod nimirum ius habent: quorum operationem corpora nostra, prout ab iis imprimuntur, in sese suscipiunt.

Ens Spirituale.

Quintum ENS, quod ceteris vniuersis rectè habentibus in nos agit, ENS DEI est. Et hoc ENS ante omnia diligenter expendendum venit, vt scilicet, quæ vniuscuiusque morbi ratio sit, accuratiùs intelligere queas. Prout ergo hactenus de his ita explicuimus: ita studiosè notate tandem, horum ENTIVM vnumquodlibet sub se omnes morbos continere. Et hoc intellectu pestes quinque existunt: vna ex ENTE astri, alia ex ENTE veneni; alia iterũ ex ENTE naturæ: quarta ex ENTE spirituum: & postrema ex ENTE Dei. Et ista cęterorum quoque morborum omnium ratio est, ad quam vobis attendendum est, statuendumq;, morbos omnino non ex vno, sed ex quinque principiis ac caussis oriri, sicut hactenus citra fundamentum cum certo errore opinio vestra vnico saltem ENTI adhæsit.

Ens Dei.

Morbi omnes ex vnoquolibet Ente.

NVMERVS IX.

PROLOGVS QVINTVS.

NOn est autem, cur prologum nostrum in hanc parenthesin admiremini. Nam admiratio ab insciitia est ac imperitia. Quòd si verò admirari vobis omnino allubescit: hanc quæso parenthesin legendo euoluite, quæ admirationi vestræ finem imponet. Quanquam nos stylum vestrum nihil metuamus: vt qui limis nos & transuersis oculis aspiciat. Videmini vobis quidem vniuersa febrium medicamenta, seu (vt vocant) Recepta, artificiosissimè concinnata habere. Sed qualiacunque ista sint, certum est, eorum vsu vos voti vestri adeo non fieri compotes, vt euentus vobismet ipsis terrori sit. Quòd si eorum fundamentum consideratis: leuiùs quàm quidem ignari sitis, ipsimet animaduertitis Aliud enim, quàm debebatis, respicitis. Febrium genera in 70. propè species partimini: hoc tamen non attenditis, febres quinquies 70. numerari. Nam ingenium mentemq; vestram ad solum ENS naturale impenditis: &

Febrium quot species.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 46 sur 913

præter id quatuor adhuc alia esse, minimè cogitatis. Quod si Ens naturale illud, quod vos ponitis, ægrotationis aut febris principium esset, vel caussa: sententia vestra nonnulla ex parte vigere posset. Sed vos vt morbum, illud consideratis: adeoque vos ipsos errore intricatis. Hoc vobiscum repetite, quoties accidat aut acciderit, vt iure à vobis qui febrientes curastis, quæri potuerit, an vestra illi opera sanati sint, necne? Nam, si febriens ab Astro inflammatus est: ab eodem quoque vel obit, vel restituitur. Vos, vtut vultis medicemini, adeoque vniuersum ipsi ægro pharmacopolium propinetis: frustra omnia tamen attentabitis: sicut tractatus, Ens Astrorvm demonstrat. Id ergo curate, ne Entia vobis incomperta aut incognita sint: vt scilicet, quid agatis, & an ægro profitis vel noceatis potiùs, intelligere possitis. Theorica ista vobis planè physicis metis proposita est. Huic vni inhæretis, & solum Naturale Ens attingitis. Quod tam certo errore fit, vt inde, quid Ens naturale in veritate sit, haud quaquam intelligere queatis: idq; hanc ob caussam, quòd omnia inuicem permiscetis, nec quid & vbi eligendum sit, distinguere potestis.

Entia ante omnia med co cognoscenda.

Protestatio de stylo, quo vtitur.

fis tractatus: qua nimirum ratione Ens Astrale in hominis corpus dominium habeat, vt illud vel infirmet, vel interimat. Et sic etiam de ceteris omnibus. Antequam verò ipsam parenthesin auspicemur, sciri velim, nos stylo in scribendo gentili seu Ethnico vsuros esse, licèt à Christiano homine prognati simus. Caussa, cur hoc faciamus, Fides est. Nam si, vt Christiano, scribendum nobis sit: tum quatuor illa *Entia*, *Astrale*, *Venenale*, *Naturale & Spirituale*, omitti oporteret, nec illa à nobis describi possent. Nam iste non est Christianus stylus, sed Ethnicus. Postremum verò Ens Christiani styli est: quo etiam concludemus. Sed & gentilis iste stylus, quo in quatuor entibus describendis vtimur, fidei nostræ nihil labis inuret: verùm ingenium saltem nostrum promtius acuet. Stylum autem gentilitium ideo nominamus, quia fidem Christi alienat is: & tamen hoc vnà profitemur, vos vniuersos, qui quatuor *Entium* naturam scrutamini ac sectamini, tribus ac ortus esse Christiani. Cur verò quatuor *Entia* cetera gentilitia sive profana, postremum autem diuinum vocemus: id ex parte quadam in isto tractatu percensebimus. Et tamen; vt verum ipsius veritatis fundamentum perfectè intelligamus, Ens istud in nouissimo conclusionum libro Fidei plenius deducemus & definiemus. Quo in libro stylo profano nuntium mittemus, & in fide deinceps, ceu Fideles, quibus paganismus nulli curæ est, perseuerabimus. Idem nobiscum vos Christiani *etiam* conemini, & de libris *Fidelibus* nos tandem æstimate.

* *
*

NVMERVS X.

Prologvs Sextvs.

ITa ergo nobis porrò attendite. Postquam potestas supra corpora nostra in quinque principatus distributa est, quorum vi corpora nostra subjiciuntur, & ab iisdem in morbos aguntur, vt sunt, Ens astrale, Ens venenale, Ens natvrale, Ens spiritvale & Ens Deale: hoc ordine sequentur etiam quinque ipsius parenthe-

TEXTVS

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 47 sur 913

TEXTVS PARENTHESIS SVPER ENTIA Quinque.

LIBER ENTIVM MORBORVM PRIMVS, ET PAgoyum primum.

TRACTATVS
De Ente Astrorum super corpora inferiora.

CAPVT I.

DEscripturis nobis ENS Astrale, hoc primum negotii incumbit, vt essentiam, formam ac proprietatem Astrorum probè consideremus. Hoc prestito, deinceps qua via *Ens Astrale* eliciatur, sequetur. De hac re fundamentum vos ex doctrina Astronomica excerpsistis, documentum verum parùm attendentes, nec, quod opus erat consideratu, trutinantes. Nimirum profitemini, cœlum ipsum corpus seu astrum constituere. Sed hoc vanum est. Homo enim semel corporaliter conditus, porrò à nullo alio, quàm *Ente Seminis*, citra omnem astrorum concursum formatur. Ad hoc respondetis vos, astra ipsa corpora moderari, disponere, fingere & pro natura sua imbuere. *Qui sensus* certè prauus est. Nam cur ita non sit, id de Ente seminis vobis indicatur. Hanc ergo sententiam vestram porrò nihil arguemus: vt quæ sua ipsius solutione cadat & vanescat. Pro fundamento tamen nostræ Parenthesis hanc vobis declarationem largiemur. Adam & Eua corpora sua per creationem acceperunt, & per *Ens seminis*, vsque ad interitum mundi. Et licèt nec stella vlla, nec vllus Planeta vnquam in natura, vel fuisset, vel esset, nihilominus tamen liberi generatione parentum æquè nati ac complexionati fuissent, sicut aliàs factum est. Alius nimirum esset Melancholicus, alius Cholericus: hic fidus, ille infidus natus fuisset. Sic etiam alius probus, alius improbus fuisset: quod videlicet hæ naturæ hominum in *Ente proprietatis* consistant, nec ex astris defluant. Hæc enim corporis partem nullam complent, id est, nullam infundunt complexionem, nullum colorem, nullam naturam, nullam substantiam.

Cœlum an corpora disponat & fingat.

CAP. II.

VNumquemlibet admonemus Medicum, vt in homine duo Entia constituat: *Ens Seminis* & *Ens Virtutis*. Et licet hîc priuatim nihil addamus: hinc tamen huius doctrinæ memores estote, vt suo loco illa legatis & observetis. Hîc tali axiomate vtimur, quod velut textus initium ad *Ens astrale* quadret. Et cùm nobis institutum sit docere, quo pacto *Ens astrale* nos lædere possit: priùs explicatu vobis & scitu opus est, quòd astra, siue Planetæ sint, siue stellæ firmamenti aliæ quæcunque, corporis nostri nihil condant, nihil in colore, pulcritudine, moribus, virtutibus ac proprietatibus aliis moliantur. Et sententiam hanc ex animis vestris eliminare debetis, quam tamdiu fouistis, ac ex stellarum natura posituque de hominibus iudicia ac ipsos homines feciſtis: quod sine risu repetere non possumus. Quanquam contra aduersarios nostros longiorem hîc discursum non instituamus: ideo cumprimis, quod inchoatæ huius nostræ Parentheseos is finis non sit, vt vnicuique instanti ex professo respondeamus: cùm vel deinceps etiam tanta papiri ac atramenti copia futura sit nobis vt ipsas, volente & fauēte Iehoua, in hanc rem impendere possimus: Iam ergo postquam comprehendistis, ista Astra nobis nec naturam, nec proprietates alias

Entia hominis duo, Seminis & Virtutis.

Astra nihil potestatis in corpus habent.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 48 sur 913

tes alias indere: nunc animum ad diuersum adjicite, qua ratione eadem corpora nostra labefactent & occidant. Non vtarbitremur,nos,quòd soboles Saturnia simus, ob id vel longioris, vel breuioris vitæ existere. Nam hoc vanum est. Saturni siquidem motus nullius hominis vitam afficit, nec eam vel prolongat,vel abbreuiat. Nam etsi quidem Saturnus ipsum cœlum vel firmamentum nunquã ascendisset: nihilo tamen minus huiusmodi nascituri homines fuissent. Et licet nulla vnquam Luna condita fuisset: istius naturę homines tamen emersissent. Quin ita persuasum habete: etsi quidem Mars ferox ac crudelis sit, non propterea tamen Neronem huius prolem exstitisse. Et licet vtrique eiusdem quidem Naturæ sint: alter tamen ab altero nihil mutuatus est. Videte: Helena certè & Venus vnius naturæ exstitêre: & tamen Helena adultera futura fuisset, siquidem Venus nunquam nata esset. Et licet Venus Helenâ antiquior sit: tamen & ante Helenam meretrices vixisse, vobis credendum est.

Astra qua ratione corpora nostra occidãt.

CAP. III.

PRæter hactenus commemorata, videtis iam porrò de iisdem multò plura percenseri posse. Sed cùm istorum in Ente Seminis & Virtutis mentio fiat, sermonem istum hîc præcidimus. Existimare tamen debetis, ipsum firmamentum ac astra omnino ita condita esse, vt homines, ac creaturæ animales sine istis vigere non possint. Per ipsa tamen minimè fiunt. Id ex exemplo addito intellige. Coniectum in terram semen,ex seipso fructum suum promit: in se enim ENS Seminis reconditum habet. Interim tamen si Sol semen non foueret,non germinaret illud. Nec cogitare debetis semen istud aut Solem, aut firmamentum, aut quiduis aliud generare. Hoc verum putate,calorem Solis tale tempus constituere: veluti, si quid digerere, & rem in suam operationem seu effectũ deducere vultis, tum id per digestionem faciendum est. Sic digestio nihil aliud, nisi per tempus operatur. Ipsa res, quæ digeritur,operationem suam in se habet. Hoc ita accipe, quid digestio sit. Citra digestionem fœtus accrescere non potest. Nam ipsa digestione augetur, hoc est,in matrice. Ita ergo ad hoc opus fœtus nullo astro, nullo Planeta indiget. Matrix ipsa illi pro Planeta & pro stella est. Semen digestione opus habet: hoc fit in terra. Ipsa vero terra digestio nulla est sine Sole. Matrix verò digestio est, etiam sine quibusuis astris. Et licèt nullo vsquam tempore luceret Sol, ac ipse Mercurius retrocurreret:tamen gignuntur liberi,tamen augescunt,tamen Sol & digestio ipsis non adimuntur. Astra siquidem planè nullam vim ad inclinandum pro sua natura hominem possident: nec ipse homo, vt inclinationem suscipiat, vllo iure tenetur. Hoc iterum sic intellige. Ex duobus militibus, eque ferocibus ac iracundis, quis alterum (vtar hoc verbo)naturat aut ingeniat? Nullus. Ex gemellis sibi inuicem apprimè similibus, vter alteri hanc similitudinem contulit? Neuter. Cur ergo nos Iouiales aut Lunales vocamus ideo, quod ad gemellorum exemplum eadem nobiscũ ratio sit? Fœtus vnus est vt semen in sua substantia; est gemellus vt semen: & non proles Solis, sicut de geminis traditur,

Homines sine astris viuere nequeunt.

Digestio.

Astra nõ inclinãt.

CAP. IV.

HIs ita demonstratis, scitote, nos porro Parenthesin ad Ens Astrale perducere velle, vt qua ratione astra nos lædant & occidant,omnino intelligatis. Hactenus persuasum vobis fuit astra nos inclinare, & inclinationẽ hanc ad astrorum ingenium nos fingere. Inde factum vt grandes libellos de hac re condideritis, qua arte astris resisti possit ac debeat. Quod tamen scriptum vmbratile est. Nec nostra interest,quo sensu Prouerbiũ illud,*Sapiens vir imperat astris*,intelligatis. Attamen,quo sensu à nobis accipitur,id ita admittitur. Astra nihil in nobis cogunt,nihil fingunt formantq;, *nihil* similant, *nihil inclinant*. Ipsa per se sunt *liberrima*: liberrimi itidem & nos. Et tamen notate, sine astris nos viuere non posse. Nam & frigus & calor, & rerum, quibus victitamus, digestio ab ipsis proueniunt. Solus homo non. Et tantum ista nobis commodãt, aut in tantum ipsis opus habemus,quantopere frigore caloreq;, cibo potuq;, ac aëre indigemus. Vltra tamen nec ipsa in nobis sunt, nec nos in ipsis. Quod si vero ipsa nobis similia sunt,aut nos illis:vel, si illa nõ sunt, vt nos; nec nos vt illa:quo ergo prolixas istas propositiones ac disputationes molimur? Sic nimirum ipse fabricator condidit. Quis nouit, quid in firmamento lateat, quod quidem, quibusnam, prosit, nos ignoramus? Nam nec Solis claritas

Astra liberrima.

Astris quatenus indigeamus.

nec

nec ars Mercurij,nec pulcritudo Veneris quicquam nobis commodat.Solus ſplendor & radius Solis nobis vſui eſt,qui fruges producat & æſtatem, qua noſtræ annonæ prouentus eſt. Sed pro ſermonis concluſione, vt Parentheſis principium habeatis hoc animaduertite. Fœtus,qui ſub Planetis ac aſtris maxime beneficis, ac pro voto generoſiſſimis conceptus natuſue eſt,ſi naturam diuerſam ac plane contrariam acceperit: cuiuſnam ea culpa erit? Huius nimirum, à quo iſte ſanguis defluxit: ſicut de generatione traditur. Pariter arbitremini,aſtra ipſa nihil hic operari, ſed ſolum ſanguinem. Quod ſi vero ſtatuta ſua hora planetis aſſimiletur: tunc & id ex ſanguine habet. Sæpius quidem bona cum bonis, mala cum malis coincidunt: ſed vnicum ſaltem horum cauſſæ vim habet, non etiam alterum. *Hoc eſt Ens ſeminis.*

Sanguinis in fœtu vites.

Ens ſeminis.

CAP. V.

PRiuſquam ad propoſitum noſtrum deſcendamus,tale quiddam de aptitudine & habilitate corporis vobis opponemus. Poſtquam probe omnia expendiſtis & ſtatuiſtis,homini fortunam ac induſtriam ſuam ab aſtris defluere,ita vt alter altero citius augeſcat,hic artibus & eruditione,ille diuitiis,alius,potentia & ſimilibus:hæc omnia aſtris aſcribitis, à quibus illa acceperitis. Hæc nos vniuerſa euertimus,& rem hoc modo interpretamur. Ipſa fortuna ex induſtria eſt: induſtria ex ſpiritu;Prout quilibet homo genium vel ſpiritum habet, ita ad hanc vel illam rem induſtrius ſit. Et prout in hac vel illa re induſtrius eſt, ita fortunatus euadit. Genium hunc vt cognoſcatis, ſcitote, ipſum inſtar Archei eſſe:ſicut de Archeo traditur, nec longius nos hic diſſeremus, ne qua ex propoſito noſtro digrediamur. Plura etiam de formarum in hominibus diſſimilitudine affertis, quod à primæuo Adamo per tot annorũ ſecula,inter tot hominũ myriades nemo vnquam alteri facies æqualis fuerit, præter Geminos: quorum ſimilitudo miraculoſa & admiranda ſit. Hanc vos aſtris acceptam fertis, & eius mirabili motui. Quæ res nobis velo implicita apponitur. Imo hoc ſcitote (quod tamen de termino vitæ aptius intelligimus) à Deo Ens ipſum ſeminis ita creatum eſſe,vt omnes formas, colores, ſpeciesq; hominum, quarum nullus numerus eſt, impleri neceſſe ſit.Eis productis ſemel & impletis, tum poſtliminio prodibunt homines, eandem faciem exhibituri, quam præſentarunt,olim qui fato functi ſunt. Die extremi iudicij inſtante, tunc & colores & mores omnes hominum expleti erunt. Nam ille præciſe ad punctum id ſtatutus eſt, quo colores, formæ, ſpecies ac mores omnes iamiam anteceſſerint, nec vllus amplius naſci poſſit, quin priorum alicui ſimilis ſit. Tum temporis hora primi circuitus mundi finita erit. Nec in hanc vos ſpeculationem demittatis, vt plures mundi ætates conſtituatis,& mundum in partes diſtribuatis. Nam ſi omnes colores & mores hominũ effluxerint,nec noue formæ produci poterunt, ſed ſimilitudines erunt,tunc vera ætas deſierit.

Fortuna ex induſtria non ab aſtris.

Formarum in homine diſſimilitudo vnde.

CAP. VI.

SEd quorſum iſti cogitatus? ad hoc nimirum,vt, quidnam velimus ac propoſuerimus, clarius & dilucidius intelligatis.Hoc itaq; ductu Ens aſtrale vobis ita accipiendum eſt. Res vna quædam eſt, quæ non videtur, quæ nos,& ea vniuerſa, quæ viuunt ac ſentiunt, in vita tuetur ac conſeruat. Et ea ex aſtris profluit. Hoc ita explicamus. Ignis,qui ardet, ligno opus habet. Sine eo nec ignis eſt. Ita attende, ignem eſſe vitam. Et tamen non viuit abſque ligno.Sed & hoc obſerua. Quod etſi quidem craſſum ac pingue exemplum eſt, vobis tamen idoneum ſatis eſt. Nimirum corpus eſt lignum. Eius vita,eſt ignis. Iam vero vita viuit ex corpore. Corpori viciſſim opus eſt,vt habeat aliquid, ne à vita abſumatur, ſed in ſua ſubſtantia perduret. Id hoc ipſum eſt,de quo vobis Ens exponimus.Et hoc ex aſtris promanat, aut firmamento. Vos quidem aſſeritis, nec falſo: niſi aer eſſet,fore,vt omnia prolaberentur deorſum, & quæcunque in ſeſe vitam haberent, ſuffocarentur & perirent. Sed viciſſim accipite, adhuc vnum quiddam eſſe, quod corpus ſuſtineat: quod ipſum corpus viciſſim vitam ſeruet. Eius inopia aut interitus, aëre perdito nihilo tolerabilior ſit. In eo enim, & ex ipſo aer fouetur. Quod ni eſſet, aër diſſolueretur. Ex ipſo firmamentum viuit. Quod ſi in firmamento non eſſet, id periret. Id vocamus M. Nam in vniuerſis nihil conditum eſt ſupra hoc: hoc nihil potius eſt: nihil iſto plus ad contemplationem Medici facit. Hoc ergo probe notate, vt M. vobis indicemus:nõ quod

Corpus quid cõſeruet.

Vita ab ignis.

M.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 50 sur 913

quod ex firmamento oriatur, aut in eo enatum sit, aut ab eodem ad nos transmittatur. Nam horum nullum ita se habet. Sed hoc tamen tenete, M. illud creaturas vniuersas tam cœli quam terrę conseruare: & insuper omnia Elementa ex eo & in ipso viuere. Quo vero pacto id à vobis accipiendum sit: memores vos esse æquum est eorum, quæ de primo creato indicantur, & quæ in præsenti discursu de M. porro tradentur.

CAP. VII.

POstquam ex nobis M. indicatum accepistis: vlterius iam hoc exemplũ attendite. Quod obturatum & conclusum hypocaustum est, id intra sese odorem talem concipit, qualem tu ei immiseris. Is odor ex ipso hypocausto non enascitur, sed ex tete. Iam animaduerte. Hunc odorem, qualem tu conciliaueris, talem olfaciunt, quicunq; eo loco versantur. Et fieri potest, vt tum morbos omnes, tum eorum curas similiter in eo conclaui excites ijs, qui in illo habitant. Nota hoc. Aer, qui intus est, à te non proficiscitur. Odor autem ex te emanat. Sed intellige vlterius: nos ita de aere loqui, vt vobis recenseamus *Ens astrale*. Vos explanatis, aerem oriri ex motione firmamenti, id quod nos inficiamur. Nõ autem æque de vento, vt Meteorologia euincit. Aer à summo bono defluit, & ante creaturas vniuersas exstitit ille prior. Post ipsum res creatæ aliæ sunt. Firmamentum ipsum ex aere viuit, vt & creaturæ omnes. Ex firmamento ergo aer non producitur. Firmamentum enim per aerem conseruatur æque ac homo. Et si quidem omnia firmamenta quiescerent, aer tamen nihil minus exsisteret. Quod si vero in quiete ac statione ista mundus interiret, huius rei hæc foret caussa, quod firmamentum aere careret, & hic interijsset. Et tunc hoc signum foret, de ipso quoq; homine actum esse. Omnia elementa dissoluerentur. Nam in aere vniuersa sustinentur. Hoc est M. magnum. Nunciamusq tibi, hoc M.m. rem talem esse, ex qua omnia creata viuant, vitamq; suam in ea tum ex ea protrahant. Hoc vero M.m. ita alterari ac venenari potest, vt venenum hoc homo in sese hauriat. Quoniam enim in eo eius vita est & habitat, necessario corpus etiam eius, ab eodem, quod in M.m. latet, alterabile & contaminabile erit: sicut mutatus in hypocausto aer, de quo paulo ante discurrimus. Sic ergo aliquid est, quod M. hoc inquinat: quod ipsum deinde & in corpore manet, & ab eodem separatur.

Aer ante creaturas vniuersas à summo bono.

CAP. VIII.

SIc ergo *Ens astrorũ* intelligatur. Astra ipsa varias suas naturas ac proprietates possident: sicut & in terra homines. Eadem astra suam mutationem in se habent, nempe melioris peioris, dulcioris, acidioris, amarioris. Quæ si in sua bonitate persistunt quidem, ab ijsmali nihil emanat. Sed in deprauatione, eorum malignitas emergit. Recordamini vero, eadem orbem vniuersum ambire, sicut putamen ouum cingit. Per putamen aer ingreditur, & id primo penetrat, pergens ad mundi centrum. Sic iterum censeatis: quæcunque astra venenata sunt, eadem suo contagio aerem inficere. Ita, quo hoc virus pertingit ibidem isti morbi pro conditione malitiosi astri emergũt. Nam ea potentia non est, vt vniuersum totius mundi aerem contaminare queat. Partem saltem eius vnicam inficit, prout vis eius valida est. Eadem etiam ratio est bonitatis astrorum. Hoc ergo est *Ens astrale*, id est, odor, halitus vel vapor, sudorue stellarum cum aere permixtus, sicut cursus astrorum id patefacit. Hinc enim proueniunt frigus, calor, siccitas, humiditas & similia, quæ suis proprietatibus indicantur. Hinc ergo concludite, astra ipsa nihil inclinare: sed halitu suo saltem inficere ac contaminare M. per quod porro nos venenamur & affligimur. Et taliter se habet Ens astrale, quod corpora nostra tamad bonum, quam malum disponit, hac via. Quisquis hominum secundum naturalem sanguinem ita temperatus sit, vt halitui isti aduersetur, is inde ægrescit. Qui vero contrariam naturam non adeptus est, huic nihil incommodat. Sed nec iste noxam sentit, qui contra illud tam fortem ac generosam temperiem accepit, vt vincendo veneno sufficiens sit ex sanguinis sui nobilitate: aut qui medicinam venenatis superiorum vaporibus reluctãtem, assumsit. Hinc etiam hoc colligite, res vniuersas creatas, homini aduersari, & hominem iterum his ipsis.

Astra mutationem in se habẽt.

Astra nihil inclinant.

CAP. IX.

POst indicium factum de M. ab exẽplo iam discite, quomodo Planetarum halitus nostris corporibus noceant. Lacus, qui probum suum M. habet, is piscosus

Planetarum habitꝰ quomodo corpori nostro nocent.

piscosus est. Frigore vero supra modum inualescente, ille cogitur glacie: pisces vero moriuntur, ideo, quod M. propter naturam aquæ nimiopere refrigeratum sit. Hoc frigus non ex ipso M. prouenit, sed ex astro, quod, huius naturæ cum sit, id perficit. Pariter & solis calor ita operatur, vt aquæ nimis incalescant, ac pisces in ijs interimantur, simili ex caussa. Sicut ergo hæc duo, duæ proprietates sunt quorundam astrorum: sic & aliæ sunt plures, per quas M. acescit amarescit, dulcessit, arsenicessit, aut alijs infinitis gustus qualitatibus imbuitur. Hęc insignis alteratio alterationem facit corporum. Ex his iam censete, quo modo astrum M. inficiat, vt & morbis simul ac morte corripiamur, prout vaporum istorum naturæ fuerint. Quod ideo nullus mirabitur medicus, quia in astris, quam *in* terra multo plura venena recondita sint. Hoc etiam cuiuis medico ratum sit, nullum vsquam morbum sine certo veneno affligere. Venenum siquidem cuiuslibet morbi principium est: & ex veneno omnes morbi emergunt tam externi, quam interni, nullo excluso. Hoc si ita constitutum habueritis, inuenietis vni Arsenico præter 50. morbos, 50. adhuc alios attributos esse, quorum tamen nullus alteri similis est, etsi ex vno arsenico vniuersi exorti sint. His plures ex Sale: istis iterum plures ex Mercurio: his denique multò numerosiores ex Realgar ac Sulphure progigni. Et hæc ideo vobis significamus, vt sciatis, sine cognitione originis vos frustra cuiuslibet morbi peritos esse, cum res vnica tot *morborum* caussa fieri possit. Illam si perscrutati *fueritis*: ceteras caussas facili negotio deprehendetis. Fixam vero hanc regulam vobis tenete, vt studeatis ante omnia rem illam cognoscere, ex qua morbus generatur, potiꝰ, quã vt caussas, quî generetur aut generatꝰ sit, inquiratis: sicut de his praxis plura docebit.

Morbus sine veneno nullus.

Nota.

CAP. X.

HOrum vero vt cognitionem pleniorem hauriatis: sciendum est, nos quidem æstatem ac hyemem non solas accusare, quasi corporibus nostris, sicut prioribus exemplis innuimus, damnosæ exsistant: sed sontem facinus planetam ac stellam quamlibet, quoties cousque ad exaltationem conscendit, vt M. penetret, & id secundum naturam suam temperet. Sic M. à nonnullis præter modum salescit: à nonnullis plus arseniceſcit, aut

Stellarũ exaltationes quid noceant astris.

sulphureſcit, aut mercurieſcit. Eorum enim exaltationes corporibus nostris, aut veneno aut saluti sunt: ni hoc forsan obstet, vt vapor iste propter distantiam ad nos non penetret. Huius documentum hinc capite. Arsenicarum stellarum exaltatio si faciem ac centrum terræ attingit, & cumprimis aquam: tunc vi sua arsenicali vniuersam aquam contaminat. Hoc malo infecta aqua, malũ illico pisces persentiscunt, & ab vna sede migrant in alias. Sic ergo ex abysso ad superficiem enatãt, dulcem & intaminatam vndam sedemq; sectantes. Sic ergo secundum littorum metas magno & stupendo interdum numero confluentes conspiciuntur. Quod si ergo locis quibusdam magna aliquando copia piscium, aliquot annis non visorum, comparet, id locis istis vicinis magnam internecionem portendere credibile est. Arsenicum etenim, quod foras agit ex profundo longo tempore non spectatos pisces, idem homines quoque inficit, vt post pisces ægrescant & infirmentur. Eò enim homines piscibus fortiores sunt, quò illis tardius afficiuntur. Æquo modo & ab alijs venenorum generibus ab astris emissis, & M. alterantibus (sicut id virtutes stellarum comprobant) non solum cum piscibus homines labefactantur: sed & fruges agrorum, & viuentia vniuersa terræ conuenenantur.

Arsenicarum stellarum vires.

Arsenicꝰ vires.

CAP. XI.

AD dictorum similitudinem respectu quodam & corpora nostra lacus, membra vero eorum, pisces referũt. Quod si ergo vita, quæ corpori & omnibus membris inhabitat, per astra in corpore ita veneno inficitur: tunc & interiora membra inde infirmantur, quę venenum concipiunt. Et sic Entia alia astralia eius veneni conditionis sunt, vt solum sanguinem lędant, sicut *Realgarica*: alia caput tantum respiciunt, vt *Mercurialia*: nonnulla solis ossibus minantur ac venis, velut *Salia*: quædam eius naturæ sunt, vt hydropisin & tumorem pariãt, vt *Auripigmenta*: aliqua, quæ febres inducant, vt *amara*:

Entium astraliũ diuersa venena.

Hęc vt accuratius assequamini, distributionem rerum & ipsum Ens vobis largiemur. Vbi notabitis hoc, quædam in interius corpus peruadere, vt sunt quæ ipsum liquorem vitæ feriunt. Et ista morbos pariunt corporis. Altera sunt, quæ vulnera gignunt, vt sunt, quæ virtutem mouent expultricem. Et in his duobus consistit vniuersa Theorica.

Particula

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 52 sur 913

Particula prima.

QVemadmodum nunc explicuimus, vt ENS Astrale tam intra, quam extra corpus nos afficiat, nimirum secundum morbos, qui extra corpus non egrediuntur, & eos, qui in ambitum eius abeunt: Sic pariter ad scientiam vestram requiritur, vt recenseamus, quomodo in qualibet stella venenum situm sit. Nam hoc plus Astronomicæ, quam Medicæ facultatis est.

Venena hydropis quintuplicia.

Quicquid vero huius sit, venena quintuplicia sunt quæ hydropisin pariunt. Ea quidem sub vno genere sunt: Sed naturis quinque distant. Sic vnum venenum astrorum est: Cetera quatuor Entium aliorum: quæ tamen singula hydropisin gignunt, vt quintuplicia sulphura, & alia similia.

Particula secunda.

QVo vero pacto à vobis cognosci possit, ex quo Ente hydropisis oriatur, & quibus eadem remediis sanari queat: hoc in morborum medicationibus traditum legitur. His itaque hactenus traditis, Ens ipsum conclusum volumus: hoc addentes, frustra vos astrales morbos sanare cogitaturos, quamdiu stella morbosa dominetur. Eius enim potentia medico superior est. Vnde id colligere debetis, æquum omnino esse, vt probis functuri medicis tempora diligenter animaduertatis, nec ante conueniens tempus morbi vllius sanationem moliamini, cum conatus omnis futurus sit frustraneus.

Stellæ potentia medico superior.

PARENTHESIS SECVNDA.

LIBER ET PAGOYVM SECVNDVM TRACTATVS

De Ente Veneni.

Caput I.

POstquam hactenus de Ente Astrali tractatio absoluta est; ordo postulat, vt de *Ente veneni*, quod alterum est, vnde corpora nostra afficiuntur, iam disseramus. Priori vero fundamento, cui in tradendo Ente Astrali incubuimus, adhuc memores operam damus: nimirum ex quinque Entibus corpora nostra violari, &, vt patiantur, induci. Veruntamen, vt viam faciliorem & breuiorem teramus: prædictam præfationem non resuemus, sed basin & veritatem *Entis veneni* ita constituemus. Confirmatum apud omnes est, corpora nostra conseruatione egere, hoc est, vehiculo quodam, cuius beneficio vigeant & nutriantur. Quod vbivbi deest, ibi vita exsulat ipsamet. Aeque autem & hoc notandum est eundem ipsum quicorpora nostra condidit aut creauit, ipsos similiter quoque cibos procreasse: eadem quidem facilitate, sed non æqua perfectione. Hoc ita accipi velim. Corpus quidem nobis veneno vacuum datum est. Hoc vero quod vice alimenti corpori porrigimus, venenum coniunctum habet. Sic ergo corpus perfectum creatum est: non itidem alterũ. Ex hoc animaduertite, cętera animalia & fructús nobis cibo esse. Ergo & veneno. Sibi ipsis vero nec cibi nec venena sunt, verum sui respectu, & quatenus creaturæ sunt, nobiscum æque perfectionem participant. Quatenus vero nobis pro cibo sumuntur, eatenus nobis veneno sunt: qua ratione nobis venenum est, quod sibimet ipsi venenum haudquaquam est.

Entis veneni basis.

Corpus veneno vacuum.

Cibi venenorum bis sunt.

Cap. II.

SEd res ista longius expendenda est. Res vnaquælibet in seipsa perfecta est, & bona facta sibimet & pro sua ratione Sed si alienos vsus spectemus, tum & bona & mala condita est. Hoc ita arbitremini: Bos, qui gramine vescitur, ex eo & venenum & sanitatem accipit. Vtrũq; enim in se gramen habet, alimentum, & medicamentum. Gramini tamen ipsi, gramen veneno non est. Sic & homo, quicdquid edit bibitq hoc ipsi venenosũ simul & salubre exsistit. *Illud* tamen quod edit, sibimet ipsi venenum non est. Et hoc, quod proponimus, duobus modis accipite. Vno de ipso homine, exclusa natura animalium & plantarum. Altero de assumtione. Sed & hoc ipsum dilucidius attexemus ad intellectum faciliorem: Vnum hoc in homine, est magna natura. Alterum, est venenum, quod in naturam infertur. Ac vt parenthesin hanc in vestram gratiam compleamus, recolligite vobiscum, Deum res omnes sibimet ipsis perfectas condidisse: aliis vero imperfectas, propter & ad vsum. Et in hoc fundamentum secundi nostri *Entis*, videlicet *veneni*, quiescet. Sed nos vlterius ita intelligi velimus: Deum quidem homini, aut creaturis propter seipsum nullum Alchimistam ordinasse: sed si

Res quomodo bona & mala cõdita.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 53 sur 913

Alchimista quo fine a Deo destinatus.

sed si imperfectum ad vsum nostrum, quo opus est, conferamus, Alchimistam destinauit, hunc in finem, vt venenum, quod specie & vice salutaris cibi assumimus, non vt venenū manducaremus, sed idem à salutari segregaremus & discerneremus.

De hoc Alchimista quod vobis tradimus, sedulò vos animaduertite.

CAP. III.

Alchimista qualis artifex.

CVm ergo vnaquælibet res in se ipsa perfecta, secundum alia, tum veneni, tum salutaris rationem habeat: oratione nostra procedentes ita statuimus, DEVM huic, qui alio quodam, quod scilicet ipsi tam in pernitiem, quam salutem, sumtum cedit, vescitur ac vtitur, Alchimistam omnino constituisse: qui tantus artifex sit, vt hæc duo probe à se inuicem discernere possit, Venenum nimirū *in suum* vidulum, cibum autem in *corpus* ingerendo. Hoc modo, vt supra *monuimus*, fundamentum nostrum intelligi ac à vobis acceptari volumus. Sed exemplum alterius generis accipite. Qui dominus aut princeps est, is in seipso, vt Principi conuenit, perfectus est. Sed Princeps esse sine seruis nequit, qui ei Principi seruiant. Serui interim in seipsis perfecti sunt quidem: sed non Principi: verum huic & veneno seu damno, & emolumento sunt. Sed vt Alchimistam naturæ intelligatis, sic putate, Deū Principi largitum esse scientiam in se ipso, qualem Princeps requirit. Hoc ipsum docet venenum à seruis suis separare, & ab ijs bonum quoq; acceptare. Exemplum hoc si vobis non vsq; adeo *quadrare* videbitur: fundamentum rei *præsentis positum inuenietis* ii. docendo secundum doctrinam *Sapientis*, vbi istud explicatur. Sic enim res habet. *Homini*, vt edat ac bibat, opus est. Corpus etenim hominis quod hospitium eius vitæ est, cibo potuque omnino opus habet. Ita ergo cogitur homo ad sumendum intra se tum venenum, tum morbos, ac ipsam mortem, nimirum per cibum ac potum. Sic ergo hoc argumentum aduersus eū dirigi posset, qui corpus nobis largitus est, & cibos addidit, vt nos iugularet. Sed scitote, creatorem creaturæ nihil detrahere: sed vnicuiq; suam perfectionem relinquere. Et licet aliud alij veneno quidem sit: de isto tamen creator accusari reprehendive minime potest.

Homo sumtione cibi contrahit morbos & mortem.

Creator creato nihil detrahit.

CAP. IV.

EX his vero creatorem ita indagabitis. Si omnia in seipsis perfecta sunt, & ita composita ordinatione creatoris, vt vnum ad alterius conseruationem faciat; veluti gramen vaccam, vacca vero hominem alit: adeoque perfectio vnius rei, rei alteri, quæ illam assumit, tum malo, tum bono est, & ob id imperfecta: statuendum est, creatorem propter vberiorem creationem, quæ plus sit, quam creatio ipsa, ista condidisse: hac ex caussa, quia res hac conditione creatas voluit, vt in eo, quod alteri necessarium est, talis virtus, efficacia & ars lateat, vt per hanc virtutem venenum à bono, ad salutem corporis & alimenti necessitatem separetur, & ordo iste mutuus seruetur. Exemplum. Pauo vorat anguem, lacertam, & stellionem. Hæc animalia quidē secundum seipsa perfecta & salubria sūt: sed secundum cætera animalia, omnia citata ista venenum merum sunt, si pauonem excipias. Huius diuersitatis hanc caussam tenete: eius Alchimistam ita subtilem esse, vt cum eo animalis nullius Alchimista conueniat, qui tam exquisite & pure venenum à bono separet, vt cibus iste pauoni innoxius sit. Sic verum aliàs etiam est, animali cuilibet suum nutrimentum peculiare ad conseruationem assignatum esse, & præter hoc peculiarem quoque datum Alchimistam, qui illud separet. Struthiocamelo talis Alchimista datus est, qui ferrum, hoc est, stercus à nutrimento separet, quod alij nulli possibile præstitu esset. Salamandræ, pro cibo ignis, seu corpus ignis datum est. Hoc ad opus additum Alchimistam habet. Sui, stercus cibus est, licet id venenum sit: qua ex caussa etiam ab Alchimista naturæ ex corpore hominis excluſum est. Sui tamen nihilominus alimento est: quod scilicet Alchimista suis, hominis Alchimista multò subtilior sit. Nam Alchimista suis, ex stercore separat id alimentum, quod segregare Alchimista non potuit hominis. Propterea etiam stercus suillum ab alio animali nullo voratur. Nam subtilior, & qui alimentum exquisitiùs separet, suis Alchimista nullus est. Idem de cæteris, quę consulto omittimus vt sermo breuior sit, pari intelligendum modo est.

Alchimista qua virtute à bono venenum separet. Pauo.

Struthiocamelus.

Salamandra.

Sui.

Stercus suillum.

CAP. V.

IAm, vt de Alchimista quædam protulimus: sic credendum vobis est, ipsum à solo Deo ex hac caussa conditum esse,

Alchimista cura Deo conditus.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 54 sur 913

vt à bono ſeparet, quod ab eo diuerſum exſiſtit, in illo nimirum corpore, quod aliquid pro ordinatione diuina ad vitæ ſuæ ſuſtentationem aſſumit. Iam ad prius data recurrite, nimirum, res quinq; eſſe, quæ in hominem poteſtatē habeāt, & quibus ipſe ſubiectus ſit,: vt *Ens aſtrale*, de quo pertractauimus, & deinde *Ens veneni*. Iam etſi ab aſtris quidem homo nihil afficiatur, non æque tamen etiam tutus ac ſecurus ab *Ente veneni* eſt: ſed vt ab eo labefactetur, metuendum eſt. Hæc, vt in proœmiis narrata ſunt, ita relinquimus. Sed vt facilius omnia complectamini, primum initium obſeruate, vt, qua ratione venenum vobis nocere poſſit vel noceat, apertius intelligatis. Cum ergo Alchimiſtam in nobis habeamus, à Deo creatore in corpus noſtrum inditum hoc fine, vt venenum à bono ſeparet, ne illud nobis damno ſit: deinceps differendum de eo eſt, quæ nimirum ratio, quis modus ſit, quod æque ex *Ente veneni* morbi omnes humani emergant, ac ex cæteris. Qua in diſquiſitione id omne nobis prætereundum eſt, quod corporibus nihil noxę ſed aliquid commodi præſtat: ſicut vobis deinceps declarabimus.

CAP. VI.

SEd prius ſciendum vobis eſt, etiam hoc loco Aſtronomos hallucinari, dum corporis noſtri ægritudines indicantes, corpus ponunt fortunatum, & corpus ſalubre. Iam ſi id non ſit: vnica hæc cauſſa ſupereſt, quod Entia reliqua, quorum adhuc quatuor ſunt, corpus lædant, & haud quaquam ipſa aſtra. Vnde meritò ipſorum ſcripta ridemus & explodimus, in quibus tam large ſanitatem pollicentur, & hoc tamen iuxta non conſiderant, quod & alia quatuor Entia exſiſtant, cum aſtro æque potentia. Sed ludendum nobis cum ipſis eſt. Quid enim felis fine mure? quid Princeps ſine morione? Plane ſimilem hiſtoriam Phyſiomanticus quoque texit: qui tamen lacrymas nobis nunquam ciebit. Is pollicetur ſanitatem, nec de quatuor Entibus cogitat, quorum ignarus eſt. Nam ex ſolo Ente naturali auguratur, & cætera omnia obticet: quod nos non parum titillat. Res multarum rerum periti viri eſt, ea prædicere, quæ ex curſu dependent. Motionum enim vel curſuum quinque exſiſtunt, & tantum homo vnus. Qui motus aliquot omittit, & in reliquis pergit: is vere Propheta vanus eſt. Diuidere, & ſecundum diuiſionem loqui, quiſque prout didicit, iuxta indicium & opinionem eorum, id oppidò laudandum eſt. Ita enim Entiſta pyromanticus ſuum iudicium ſuper ſpiritus ponit. Sic Entiſta Phyſionomus ex natura hominis vaticinatur: Entiſta Theologicus ex curſu Dei: Entiſta Aſtronomus ex aſtris. Sic quilibet per ſeipſum mendax eſt. Sed veraces ac iuſti ſunt ſi in vno conueniūt. Hoc vobis edicimus, ne ita vaticinari pergatis, niſi Entia quinq; Entium prius cognoueritis. Tum demum cachinnum noſtrum prememus.

Sanitas an ex ente naturali prædici poſſit.

CAP. VII.

VT autem cognitionem fundamentalem Alchimiſtæ habeatis: cognoſcite iam, Deum cuilibet creaturæ ſuam ſubſtantiam, & quæ ad hanc requiruntur, largitum eſſe: non propter ſui ipſius regimen, ſed propter vſum eorum, quibus neceſſariò indiget, quæ ipſa cum veneno coniuncta ſunt. Creatura illa intus in corpore habet, qui venenum ſeparet ab eo, quod corpori apponitur. Hic ipſe vero Alchimiſta eſt: ideo quia arte chymica in agendo vtitur. Prauum à bono ſeparat: bonum in tincturam tranſmutat: corpus is tingit ad ſuam vitam: ſuum naturæ in ſe ſubiectum ordinat ac diſponit: eam tingit, vt in ſanguinem ac carnem abeat. Alchimiſta hic in ventriculo habitat, velut in inſtrumento ſuo, vbi coquit, vbi operatur. Hæc ita intellige. Homo, quam carnem edit, ea & venenum & bonum in ſe habet. In ipſa tamen eſitatione omnia proba & bona cenſentur. Sub bono ſiquidem venenum reconditum latet: ſub malo vero boni nihil eſt. Quam primum itaq; cibus, vt eſt, caro, in ventrem delabitur, confeſtim aſſiliens Alchimiſta, ſeparationem inſtituit. Et, quod ad ſanitatem corporis non facit, in peculiaria loca deponit: quod bonum inuenit, in ſuas ſedes ſequeſtrat. Huiuſmodi ordinatio diuina eſt. Hoc modo corpus, ne à veneno eius, quod edit, interficiatur, præſeruatur: atq; illud per Alchimiſtam ſine vlla ipſius hominis induſtria ſecernitur. Et ita ſe virtus ac potentia Alchimiſtæ in homine habet.

Alchimiſta poteſtia quomodo in homine ſe habeat.

CAP. VIII.

SEd & porro intelligite, in re vnaquauis, quam ad vſus ſuos aſſumit homo, venenum eſſe, ſub bono reconditū, taliter. In vnaqualibet re exſiſtit tum eſſentia, tum venenum. Eſſentia eſt illud,

Venenū & bonū in vno quouis cibo.

Eſſentia & Veneni quid differāt.

illud, quod hominem ſuſtentat. Venenum contra, quod eum deſtruit, & morbis percellit. Et hæc vera ſunt in omni re alimẽtoſa, reſpectu eius animalis, quod illa vtitur, nullâ exclusâ. Ad hæc vos attendite nunc Medici. Si hoc pacto corpus in alimento conſiſtit, nec eo carere poteſt, ſed illi omnino ſubiectum eſt: tũc corpus alimentum, tale quale inuenit, ſub vtraq; ſpecie boni & mali aſſumit: & ſeparationis officium Alchimiſtæ delegat. Iam ſi Alchimiſta infirmus ſit, ita, vt venenum pro perfecta ſua induſtria à malo ſeparare non valeat: porro autẽ ex veneno & bono vnita putrefactio, & tandem digeſtio aliqua fiat tunc hoc ipsũ eſt, quod nobis morbos hominum indicet. Nam morbus omnis, in homine ex Ente veneni genitus, ex putrefacta digeſtione dimanat, quæ ipſa in temperie cõſiſtere debebat, ne vllum exceſſus modũ Alchimiſta ſentiret. Digeſtione vero interrupta, tunc perfectus in ſuo inſtrumẽto Alchimiſta perſiſtere minime poteſt. Sic ergo corruptionem ſequi neceſſe eſt, quæ ipſa deinde mater morborũ omniũ exiſtit. Et hanc vobis Medicis penitiſſime in animo obſeruari decebat, nec vos ambagibus veſtris intricari. Corruptio enim corpus inquinat, pro eo ac eſt, vel fit: hoc pacto. Vnda quæ clara & pellucida eſt, quocunq; lubet, colore tingi apta eſt. Sic & corpus vndæ ſimile eſt: corruptio color eſt: nec color eſt vllus, qui ſuam ex veneno originem non trahat: qui ſimul & veneni ſignum ac indicium exiſtit.

Morbi omnes ex putre facta digeſtione.

Corruptio.

CAP. IX.

HÆc autem vt plenius aſſequamini, ſcitote, Corruptionem duabus viis fieri: *Localiter*, & *Emunctorialiter*, hoc nimirum pacto. *Si*, vt diximus, in digeſtione eſt, atque Alchimiſta in ſeparando ex deficientis digeſtionis vitio ſuccumbit: tum demum iſtius loco generatur putredo, quæ venenum eſt. Vnumquodlibet enim putridum, venenum eſt eius loci, in quo moratur, adeoque fit mater certi ac mortiferi veneni. Putredo enim, quod bonum eſt, corrumpit: & ſi bonum ſua vi exuitur, tũ euincit malum in bono: quod tamen ipſum non apparet aliter, quam ſub ſpecie eius boni, quod putredini ſubiacet. Et ſic iſtud mater eorum morborum fit, qui ipſi ſubijciuntur. Iam vero quod Emunctorialiter fit: id à naturæ expulſiuæ aberratione accidit, iſto modo. Si Alchimiſta venenum expellit, vnumquodlibet per conuenientia ſua emunctoria: ſulphur nimirum album per nares: arſenicum per aures: ſtercus per monoculum: & ſic quęcunq; alia venena, prout quoduis peculiare ſuum emunctorium habet. Horum venenorum vnum, ſi aut per imbecillitatem naturæ, aut per ſe ipſum & alia impediatur: tum mater fit morborum ſibi ſubiectorum. Sic vniuerſaliter in omnibus morbis duæ origines pateſcunt. De quibus ad vos hic plura quidẽ verba non faciemus: ſed in libris de Origine morborum in ſpeciali vberiora vos legetis.

Corruptio, duobus modis fit. Localiter.

Emunctorialiter.

CAP. X.

PORro, quemadmodũ ſuperius dictũ eſt de Alchimia naturali, quomodo ſcilicet illa in quolibet animali ſita exiſtat, propter neceſſitatem ſeparationis eius, quæ in ventriculo inſtitui debet: ſic breuem quandam doctrinam iam attendite; quomodo prædicto modo vniuerſi cęteri morbi quoq; explorari ac indagari poſſint. Quod ſi homo ab Entibus omnibus bene ſe haberet & valeret; Vt, ſi exempli cauſſa, idoneum haberet Alchimiſtam, qui probe ſepararet commodis inſtrumentis, reſeruaculis & emunctorijs: tunc ſcire neceſſe eſt, præter idonea inſtrumenta plura alia quoq; huc ſpectare, nimirum vt aſtra faueant, & cetera Entia omnia benigna ſint. Quamquam nec iſta vniuerſa nos admodum moueant, ponendo, omnia bona & efficacia eſſe: attamen corpori plurima accidunt, quæ Inſtrumenta, Reſeruacula ac Emunctoria aut frangunt, ac maculant, fœdantq;, aut obſtruunt. Naturæ enim & corpori contrarius ignis eſt. Is enim ſua qualitate, natura, ardore, ſiccitate & vi alia nos ita corrumpere poteſt, vt per ipſius præſentiam inſtrumenta Alchimiſtæ violentur: vnde ipſe poſtea debilis appareat. Sic & ipſa aqua corpori ac Reſeruaculis noſtris ſuâ naturâ, ſubſtantia & qualitatibus aduerſa occurrit, ita vehementer, vt inſtrumenta ab illa aut obturentur, aut peruertantur, aut alio modo alterentur. Idem iudicium etiam de aëre, & rebus neceſſarijs quibuſuis eſt, velut & de externis accidentib⁹, quæ vniuerſa potentia ſunt, vt Reſeruacula, Inſtrumenta & Emunctoria diffringant, permutent & inepta reddant. Tunc enim Alchimiſta infirmus ac mortuus, operi ſuo perficiendo ineptus euadit.

Accidentia hoſtilia Alchimiſtæ.

Morbi ex inſtrumẽtorum Alchimiſtæ violatione.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 56 sur 913

CAP. XI.

Instrumenta quomodo per os corrumpantur. Ab aere.

SEd nec hoc vobis elabi debet, per ipsum os quoque Reseruacula, Instrumenta & Emunctoria corrũpi posse, ab aere, cibo, potu, & si quęalia huius sint generis: hoc scilicet modo. Aer, quem attrahimus, sine veneno non est, cui nos præcipue subiecti sumus. De cibi vero quantitate ac potus, vt & de praua eius qualitate, quæ cum instrumentis corporis discordat, hoc tenendum est, quod & per ipsa organa violenter confringantur: ita, vt etiam hoc casu Alchimista in suis operationibus manifestè interturbetur. vbi dein accidit Digestio, Putrefactio & Corruptio. Et qualis proprietas est veneni eius rei, quam homo assumit: talem naturam quoque induit ventriculus, ac cum eo cætera in corpore. Hæc post modum mater fit morborum eiusdẽ corporis. Hinc enim vos Medici comprehendere debetis, vnicum saltem venenum, nec plura, matrem morborum parere: veluti, si manducatis carnẽ, olus, pultem, aromata: & ex his comestis corruptio in ventre generatur, tunc huius corruptionis non in vniuersum omnes cibi caussa sunt, sed ex omnibus vnus tantum, nempe venenum aut oleris, aut carnis, aut pultis, aut aromatum. Et hoc magni arcani loco habere debetis. Hoc ipsum si probe cognoueritis, quodnam venenum mater morborum sit: tunc iure vos Medicos vocari patiemur. Sic enim compertum habebitis, quo remedio vti debeatis: quod aliàs erronee attentabatis. Et hoc sit vobis fundamentum matris omnium morborum, quorum sexcenti numerantur.

Cibo & potu.

CAP. XII.

IAm vero breuem etiam de venenis institutionẽ vobis communicabimus, vt, quæ venena & qualia intelligamus assequamini. Indicauimus vobis, in omnibus alimentis venenum exsistere. Ex alimentis ergo potens Ens quoddam educitur super corpora nostra. Postea explicauimus, qui in nobis alchimista sit, qui in corporis commoditatem per instrumenta & reseruacula sua venenum ab alimento segregeret. Hoc facto, ipsa Essentia in tincturam abit corporis. Venenum vero per emunctoria extra corpus secedit. Hoc ordine dum singula administrãtur, Entis ipsius ratione homo sanus ac vegetus est. Vna tamen etiam meminimus accidentium hostilium, quę in ipsum Ens ita impingere possunt, vt id perdant. Vnde postea Mater morborum oriatur. His repetitis, porro de generibus venenorum audite. Scire vos arbitror, quid & quot emunctoria sint. Horum ratione adcognitionem venenorum descendite. Quicquid per poros cutis transsudat substãtialiter, id resolutus est Mercurius. Per nares quod excernitur, hoc sulphur candidum est. Per aures, Arsenicum eijcitur. Per oculos, sulphur. Per vesicam, resolutio salis: per anum putrefactum sulphur. Et quamuis vestri ratio posceret, scire, qua forma ac specie vnũquodque probari posset: id tamen nostra Parenthesis non admittit. Sed è lib. de Constructione humana Philosophiæ ea fundamenta haurietis, quæ cognitu Medico necessaria sunt: sicut & horum remedia debita, multis de caussis, quæ de putrefactionibus (quorum lectio ad vos pertineret) copiosius traduntur ibidem etiam, quomodo venenum in alimento lateat, reperietis.

Venenorum corporis in singulis membris cognitio.

CAP. XIII.

EXemplum vobis ob oculos ponemus, ex quo breuiter pernoscatis, quomodo venenum sub alimento sit: & vniuscuiusq; rei conditio in seipsa perfecta, respectu vero aliorum hominum ac animalium qui ea vtuntur, vitiosa & venenosa sit. Id sic statuemus. Bos suo cum ornatu sibi ipsi pro necessitate conditus sufficit: cutis eius ad accidentia carnis: emunctoria ad Alchimistam. Sed hoc huc exemplum quadrare non videtur. Dabimus aliud. Bos creatus est, sibiquidẽ ad necessitatem istâ formâ, quâ est: homini vero ad nutrimentum in cibo. Iam attendite, bouem ex dimidio hominivenenum esse. Qui si solius hominis gratia conditus fuisset, non etiam *sui ipsius*: tum nec cornibus egeret, nec ossibus, nec vngulis. In his enim nullum alimentum hæret: & quod ex illis fit, necessariũ non est. Videtis ergo, bouem sui ipsius ratione oppido bene creatum esse, nec in ipso quicquam esse, quo aut carere possit, aut abundet. Iam vero si ad victum ille hominis assumitur, tunc homo id vna etiam edit, quod contra ipsum, ac venenum est, cum tamen id boui ipsi venenum non fuisset. Hoc iam ab hominis natura separandum est, quod Alchimista eius præstat: vbi varia venena generantur citra exceptionem. Quodlibet enim venenũ opera Alchimistæ in sua Emunctoria excutitur, vnde illa implentur. Quicunque autem ex hominibus Alchimista id præstare

Venenũ quomodo sub alimẽto.

præstare potest, quod Alchimista in corpore: huic nulla vspiam ars deest. Cuilibet enim hoc exemplo sit, vt, quemadmodum Alchimista naturæ operatur, sic operari conetur ipsemet. Et si venena ita separata sunt, vt venenum non videatur amplius: cogitate, quod etiam ex pileo hoc spectatissimum aureum oleum fiat, quod tamen oleorum omnium detestabilissimum est. Mucus quoque narium suum venenum quidem non refert: sed venenum tamen maledictissimum est, ex quo omnes morbi destillationum oriuntur: quod ex ipsis morbis facile pernoscitur.

Oleum aureum pilei. Mucus narium.

Particula I.

HIsce ergo hactenus dictis, satis vobis explicasse videmur Ens veneni, quod ex solo isto progignatur, quod cibi potusue vice assumimus, hoc est, venenũ & alimentum. Hinc porro annotate, digestionem eã esse, quæ corruptio, si corrumpitur. Inde vlterius scitote, qui quoue modo venenum quodlibet in suo loco generetur: & quinam successu tẽporis ex eo veneno vel morbi vel mortes excitentur.

Particula II.

QVamuis autem in præsenti Ente vobis non explicemus, qua ratione quilibet morbus ex commemoratis ciborum venenis, ad sua emunctoria amãdatis gignatur: tamẽ vitandi erroris gratia in hac Parenthesi id omittite, & in libris de Morborum origine quærite: quo loco id secũdum fundamentũ hoc vobis aperte declarabimus. Et sic etiam vna opera cognoscetis, qui morbi sint Arsenici, Salis, Sulphuris, Mercurij, pro distributione vniuscuiuslibet formæ ac speciei, sicut secundum seipsam apta est ad generationem morborũ. Sic ergo hisce Ens hoc conclusum volumus: quæ vobis pro fundamento ceterorum librorum nostrorum intelligenda offerimus.

PARENTHESIS INTERCLVSÆ
LIB. TERTIVS ET PAGOYVM TERTIVM.
TRACTATVS
DE ENTE NATVRALI.
CAP. I.

CVm nihil addubitem fore, vt de Ente nostro Naturali, & vestris scriptis admodum iudicium dissimile facturi sitis: id ipsum tamen flocci facientes, *Ens Naturale* vnum profitemur, quod in Parenthesi nostra tertium est, ex quo omnes morbi generari possint, adeoque generẽtur, quoties Ens Naturale eo mutationis prolabitur, veluti sequentia capitula enumerabunt. Principio notate, quid Ens naturale sit. In cuius definitione faciendo, si maternæ vestræ quidem linguæ, adeoque eius, quam ex Heinrichmanno didicistis, proprietate non vtemur: velim vos memores esse noui cuiusdam iuris, & simplicitatis etiam veterum exsoletorum auctorum. Ens naturale hoc est. Cognouistis ex Astronomica influentias, firmamentum, & astra omnia, & stellas, & Planetas, & cœli genium, quæ ad assẽ extremum & nouistis omnia, & percensetis. Sic hoc nobis introductorium ad rem sit: quod æqua ratione, quâ elementũ in cœlo pernouistis, similis aliqua cõstellatio, firmamentũ, & his simile quidin homine reperiatur. Nec vestræ nos doctrinæ pudebit, quâ hominem *Microcosmum* appellatis. Nomen ipsum quidem probum est: sed istud vos haud vnquam recte intellexistis, vestræque interpretationes, obscurę ac meræ tenebræ sunt. Rem ita estimate, vt nos Microcosmum explicamus. Quale cœlum, cum omni suo firmamento, constellatione, & cęteris secundũ & per se ipsum est: sic homo quoque constellatus intra se & pro se erit potenter. Ac vt firmamentum in cœlo pro se est, adeoque à creatura nulla gubernatur: nihilo magis firmamentum, quod in homine est, ab aliis creaturis regitur, sed per se solum potens ac liberum firmamentum est, nulli imperio parens. Hinc duplices creaturas concludite: vnã cœlum terramq; : alteram Hominem.

Ens naturale quid.

Homo microcosmus, vt cœlũ suas stellas in se habet.

CAP. II.

HOc ita enarramus. Motiones firmamenti ad minimum vsq; punctum pernouistis. Postea & terram cum omnibus nascentibus perdidicistis: cognita habetis ipsa elementa, & vniuersas substantias. Id ipsum vniuersum in homine debebatis intelligere, & exploratum habere: in ipso homine firmamentum mira Planetarum & stellarum corporearum motione circumagi: quę nimirum omnia suas exaltationes, coniunctiones, oppositiones & alia, vt pro vestro captu indigetatis, constituant promantque: & quęcunque doctrina astronomica ex profundis & abstrusis principiis, per aspectus, per sidera, & alia hausit, ea omnia vobis documento ad corporale hoc firmamen-

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 58 sur 913

firmamentum esse conueniebat. Nemo enim vestrum Astronomia vacuus, Medicina plenus fieri potest. Pro vna ergo hac parte dictum sit: quod nempe, quæ firmamentum complectitur, vobis exemplum & deductio ad firmamentum corporale esse debeant. Ab hoc porro recordari fas est, terram fructus omnes pro gignere, hoc fine, vt homo ex iis viuat, ex iis alatur. Idem de homine quoq; credere debetis, quod in ipso omnes fructus, quoscunque orbis profert, seu magni, seu parui, seu alterius differentię sint gignantur, hoc modo. Non diffitemini, terram vnum hunc ob finem exsistere, vt, ferat & fructus & hominem. Idem corporis quoq finis. Sic ex & in ipso corpore emerguntomnia alimenta, quibus illi opus habent, in corpore qui sunt. Et hi sunt corporis membra. Horum incrementa eadem sunt, quę fructuum terræ. Hi vt se ad corpus habent: sic enascentia corporis nutrimenta vicissim ad corporis membra: adeoq; in homine omnia enascuntur. Quæ ideo huc producimus, vt intelligatis, corporis membra extraneo nullo alimento opus habere. Nam ipsum corpus illis alimenta ex sese suppeditat. Vbi hoc quoq; obseruare debetis, quatuor tantum membra esse, quæ corpus nutriant: cętera omnia Planetas esse, nec vllo egere alimento, sicut nec ipsum firmamentum. Duplex etenim corpus est: Firmamentale & terrestre. Vobis autem dico: creaturis hominem duabus constare, nimirum Nutrientibus, & Nutriendis seu egentibus.

Astronomiæ ignarus nunquã fit medicus.

Alimẽta in corpore.

Membra corporis nullo extraneo alimento indigẽt. Corpus duplex.

CAP. III.

VT nunc perstrinximus, in corpore aliquid exsistere, quod exteruo cibo minime indigeat: ita sciendum est, illud esse firmamentum corporis. Sic enim cœlum in suo firmamento sine alimentis viget: eodem modo & corporale firmamentum se habet. Corpus vero, quod terræ rationem habet, ex sese quatuor membris alimoniam præstat. Hac illa fruuntur, nec extranea vlla opus habent, quod quatuor in corpore spiritus exsistant, quos corpus vegetat ac nutrit. Sed quod præter hoc ad corporis sustentationem accedit, hoc est, vt comperiatis, omnino aliquid esse, quod firmamẽtũ & terram sustineat, tueaturq;, vt illud ipsum ministret, quod in illis esse comperimus. Quod vero nostræ industriæ sit perquirere, quam formam, quam faciem illud præ se ferat: de isto nihil gloriamur. Dicta nostra vos, tamen ita accipite, quasi ipse quoq; homo, simili vinculo astringatur, vt extrinsecus alimentum sortiri aliquod cogatur. Sed hoc alimentum ad vnicum spectat corpus sicut fimus ad agrum. Ex se quidem id fructum non gignit, nec ipsum auget semen eius, nec aliud quicquam agit, quam quod corporis substantiam vegetet & prolificam faciat, sicut fimus agrum. Nam præter hoc aliud non confert. Simili modo cibus homini confert, quasi eius fimus esset. Nam nec vita, nec intellectus, nec interim spiritus, nec tale aliud suum à cibo aut potu principium habet. Imo inde nec meliorantur, nec deteriorantur. Cibus ergo in corpore se habet, vt fimus in agro. Fimus agrum fouet & pinguefacit, modo arcano. Itidẽ facit cibus corpori ratione corporali: sed nihil iis, quæ in corpore sunt. Hæc ergo vobis introductio sit ad intellectum capitulorum sequentium: vt noscatis, nos hominem ponere in firmamentum sui ipsius corporis & suæ ipsius terræ, & similiter in sua elementa &c. Sicut ex lectione sequutura intelligetis.

Firmamentum corporale nullo alimento eget.

Cibus quid homini præstet.

CAP. IV.

INtellectionis principium de firmamento sumemus. De quo primum attendetis *Creationem* & *Destinationem*: hoc est, initium & finem, & quicquid vnumquodq; interea acturum est. Hoc de firmamento profitemur. Circa quod notate, in corpore septem membra sita esse: quæ ipsa alimentum nullum asciscunt, sed in se ipsis septem Planetarum ritu, qui se ipsos nutriunt, nec alter ab altero alimentum capescit aut cibum, nec quisquam ab ipsis astris quicquam sumit, consistunt. Et huius hoc documentum facite. Eius naturæ Planeta Iupiter est, vt ad sui corporis sustentationem nullo fimo egeat. Is in creatione annonæ satis sortitus est. Pari ratione & hepar, vt stercoretur, non opus habet: sed suam substantiam sine omni cœno habet. Quod si vos obiectione instatis, & de digestione hepatis infertis: id nos in risum detorquebimus, non secus ac si Teutonicum poetam de cæruleis montium coloribus, qui nihil sunt, nugantem audiremus. Quomodo vero nos coctionem ponamus, id isti Alchimistæ enuntiandũ demandamus, id est, rustico, qui fimum in agro facit. Septem enim membra dicta nihil stercorant. Hęc vt de Ioue & Hepate comprehendistis: sic pariter censete, cerebrum

Planetę corporis nullum adciscũt alimentum.

Epar.

Cerebrū. Cor. Splen. Pulmo. Renes.

cerebrum Lunam esse: cor Solem: splenem Saturnum: pulmonem Mercurium: renes Venerem. Et sicut superiora firmamenta cursus suos præstant ac exhibent: sic eadem censete de his inferioribus. Quod si enim cognituri crisin estis; certe opus est, vt prius cursum ac motum naturalem in corpore fientem didiceritis. Huius si ignari estis: tum pol, morbos naturales, id est, ex Ente naturali: in crisin disponere nullo modo poteritis. Eorum enim ac cœlestium crises duplices sunt, à se longis metis distantes, sicut deinceps planiùs intelligetis.

CAP. V.

Sic ergo de inuestiganda crisi doctrinam vobis participabimus, quantum quidem ad hanc parentheſim spectat. Hoc modo. Quãdo nascitur infans, cum eodem suum quoq; firmamentũ & septẽ membra, [quę sibi ipsis, vt septem Planetæ *sufficiunt*,] nascuntur: adeoque omne firmamentum, quod ad firmamentum pertinet ac requiritur. Namq; de vno si firmamento loquimur, firmamentum plenum intelligimus, haud quaquam inane: quale etiam in infante perfectum est. Huius infantis firmamentum in natiuitate sua ascisçit *prædestinationem*, hoc est, quamdiu Ens naturale currere aut vigere debeat. Pono enim, creationem fieri hac hora. Tunc huius creationis finis iuxta erit, hoc est, anno 30. Creatio enim & ipsius finis hoc habet, vt in natura præsentiat, & ex ipsa natura ediscat, quamdiu Ens naturale, & quot in annos excursurum sit. Clepsamum si ponas, finasq;: quam primum illud perlabi incipit quo temporis puncto quieturum sit, *pernosti*. Itidem se natura habet in creato vt sciat, quamdiu Ens naturale cursurum sit. Et prout aliquandiu currit aut cursurum est: ita secundum tempus illud, Ens naturæ & creati ponit omnes motus ac cursus, qui corporeis Planetis debentur, in ipsum corpus, vt omnes in vniuersum perficiantur in eo tempore, quod est intra creationem & prædestinationẽ. Huius exemplum esto. Infans hac hora nascitur, & secundum Ens naturale 10. horis victurus est, ita nimirum, vt eius prædestinatio in Ente creato, taliter ordinata sit. Sic ergo Planetæ corporei cursu suo omnes horas perficient, non secus ac si ad ætatis annum 100. processisset infans. Nec centenarius vir cursum alium habet, quanquam isthoc tardioré, quam infans vnius horæ, aut temporis etiam concisioris vel breuioris. Sic nos in Ente naturali, quid creatum & prædestinatum sit, omnino intelligi volumus, obseruarique, quod cętera Entia prędestinationem persæpe infringant.

Crisεos inuestiganda doctrina.

Prædestinatio.

CAP. VI.

IAm declaramus vobis, cœleste firmamentum semel creatum esse, & equali tempore cum hominibus ipsis durare. Quare id cursum suum semel peperit ac simul prædestinationem, nec sobolem vllam porro gignet. Ideo omnes illius cursus prolongati sunt, hoc quidem modo, vt prędestinationem suam exspectare possit. Homo vero cursusistos suos omnes in vna hora conficit, si Ens ipsius naturale in vnam horam concluſum fuerit. Quare mutatio Lunæ cerebrum nihil attinet. Causa est, quia pluries cẽtenis millibus cerebrum à corde innouatur, dum interim Luna ne semel quidem lumen à Sole recipit, & totidem etiam nouilunia & plenilunia in sua prædestinatione facit, quot Luna in prędestinatione sua. Sic quidem Deus condidit ac constituit. Criticatio ergo seu crisis explicatio Astronomica super Ens naturale, est omnino inartificiosa. Quicquid vero ipsum corpus in sese per Ens naturale infirmat, id secundum suum motum critizat, & nõ secundum cœli firmamentum. Sic respectu Entis Naturalis, Saturno & spleni nullum commercium est, nec spleni cum Saturno. Dinumera ergo à creato vsque ad prædestinationem, & iube cœlum cœlum sit sui firmamenti. Nec enim suum infanti creatum communicat, nec vicissim infans illi. Sic ratione Entis nullum quicquam ab alio accipit. Si quis esset, qui prædestinationem cœli nosset: is quidem etiam prædestinationes hominis sciret. Solus autem Deus prędestinationis, id est, finis conscius est. Sed, ne huius rei fors immemores simus, hic quoque mecum expendite, quid exaltationes, coniunctiones, oppositiones, & similes sint. Eas nimirum non materialiter fieri, sed omnino spiritualiter. Hi cursum illum complent, non ipsa substantia. Rapiditas etenim cursus seu motus corporei firmamenti conceptionem hanc in substantia non admittit. Itaque solus Spiritus in quolibet membro motus perficit, sicut Planetæ, quibus satis temporis est ad incrementum & decrementum. Itaque hoc *Ens longum* vocatur: homo vero *Ens breue*.

Lunæ mutatio cerebrũ nihil attinet.

Cœlum infanti nihil communicat.

Exaltatio &c. corporis quid.

Ens longũ, breue.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 60 sur 913

Cor Sol est. COr Sol est. Ac vt Sol operatur in terrā ac semet:sic pariter Cor quoq; operatur in corpus & sese. Et siquidem non splendor Solis sit : Splendor tamen corporis exsistit , quo cor opus habet. Corpori enim à corde splendoris satis

Luna cerebrum defluit. Sic Luna quoque sese cerebro,& hoc se illi æquiparat:sed in spiritu tamē, non in substantia. Qua caussa cerebrum

Lien Saturnus tot accidentia affligunt.Lien motū suum Saturni ritu peragit, ac quoties hic à suo creato ad prædestinationem suam contendit : toties lien quoque à natiuitate sua , vsque ad obitum cursum conficit.

Fel Mars Fel Mars est. Sed in substantia sua Marti minime conuenit ; ideo , quod quoduis firmamentum proprium morem ac substantiam ad subiectum suum , quo directum est,possidet. Sic ergo fel in sua se substantia habet, sicut Mars in spiritu & fel est in suo spiritu , sicut Mars in aëre.

Renes Venus. Renibus natura inest Venerea , vt & illius exaltationes , magis minusue, prout ipsa Venus ,iuxta vtrorumq; prædestinationem. Et quam Venus operationem molitur , ea ad fructus terræ gignendos dirigitur. Sic virtus renum fructum humanum spectat,ita,vt Venus in corpore nihil operetur,nihil accendat. Nā huius rei renes officium præstant , nec præter hos quid aliud. Et sicut Venus per conceptionem virtutis à magno Ente accenditur : sic renes à sensu & voluntate humana vim acceptant. Mercurius pulmo-

Pulmo Mercurius. nibus Planeta similis exsistit. Vterque in suo firmamento potens est : nec vnus alteri in suo quicquam importat. Et quē vsum Mercurius terræ , ac quibus fructibus progignendis confert:hunc eundem vsum in Homine præstant pulmones.

Epar Iupiter. Iupiter Planeta est assimilis hepati vsque adeo secundum suam substantiam,vt cōpertum sit, absente hepate nihil in toto corpore reliquum fore : non secus ac ipse Iupiter sua benignitate tēpestates omnes mulcet & temperat. Vtrique etiam æqualis motus,equalis exercitij in suo firmamento exsistunt.

CAP. VIII.

QVæ hactenus de Ente naturali posuimus, quomodo se nimirū in suis constellationibus id habeat : vt fundamentum rei melius percipiatis , eadem de sideribus corporum quoque perscrutabimur , & inde quiescemus. Veruntamen pro vberiore inductione nōnulla alia quoque deinceps afferemus , quæ vsum nostræ huic Parenthesi non leuem præstabunt.Id sequentibus fiet capitulis, hoc cognitionis principio. Motus Spirituum astrorum corporeorum fit ab origine seu stemmate suo , ad finem istius membri,econtra,ad suum stemma,veluti reflexio ad suum centrum. Exemplū hoc esto.Cor spiritum suum per vniuersum corpus diffundit , non secus ac Sol per omnia astra ac ipsam terram. Spiritus hic solus corpori vtilis est;non septē illa membra,pro sua sustentatione. Cerebrum solum ad cor peruadit, & à corde retroit ad centrū suum spiritualiter. Nec metam aliam vllam terit. Hepar spiritu suo ad solum progreditur sanguinem , nec præter hunc quicquam attingit.Splen cursum suum in latera & intestina dirigit.Renes viam per lumbos & partes vicinas,perq; metas vrinarias moliuntur. Via pulmonis circa pectus & guttur fit. Fel motum suum in ventriculum & intestina suscipit. Hæc vt indicata sunt:sic nosse debetis, si illorū aliquod aberret,& in vias alias penetret , nempe Splen in vias fellis,tunc necessariò morbos generari. Et ea aliorum quoque ductuum ratio est.Et hæc ex lib. *de Generat. morborum* dilucidius & clarius intelligetis. Sed hæc hic sufficiant. De cæteris stellis simile iudicium facite , quod & ipsæ in corpore reperiantur secundum quidem normam istius firmamēti:Quod verum reperitur de sideribus corporum, & erroribus astrorum , quæ sese ipsa suis ex reflexionibus quas in motibus faciūt, alunt fouentq;. Pro expositione huius dicimus , intelligere vos debere septem vitas,quarum nulla genuina & vera vita sit,vt est illa , in qua mens seu anima habitat : sicut de anima & vita traditur. Sic ergo comprehenditis , quomodo cetera membra à septem illis vitam sortiantur, nimirum vnumquodlibet à suo Planeta, id est,in eo motu,quem proprium habet.

Spiritus astrorum corporeorum si in alias , quas suas penetrēt vias , morbos generant.

Vitæ hominis septem.

CAP. IX.

CAput proximum finiuimus septem vitis, addentes, quodlibet membrū à peculiari Planeta foueri. Eo intellectu scire iam debetis , id hepati subiectum esse, quod ab hepate vitam habet. Sic, quod à corde viuit , cordi subiacet. Ita etiam de ceteris omnibus. Iam ergo Elementa corporis vobis obseruanda veniunt. Quā in doctrinā si stylum alium inuehemus , quam qui vobis placeat, & qualem collectæ vestræ resipiunt : de hoc non magnopere turbabimur. Ex his ergo intelligite , quidnam Elementa in corpore

Elementa in cor.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 61 sur 913

pore quidnã. corpore ſint. Nam illa in Ente naturali vna dominantur. Morbi enim alij ex ſtellis : alij ex elementis oriuntur : alij ex qualitatibus promergunt : quidam ex humoribus conflantur: nonnulli ex complexionibus fiunt: ſicut deinceps dicetur. Sed vt hic Elementa corporis intelligatis, rem ex fundamento eruite. Ignis originem ſuam ex motu 7. accipit. Motus enim, quem illa habent, calorem in illis concluſum eſſentialiter extrudit, hoc modo. Elementum ignis in corpore inuiſibile eſt, niſi per ictum aut plagam oculorum exſiliat. Tum enim ſcintillæ promicant, hac de cauſſa, quod iſto in loco ductus patent; & quod ictus iuxta oculos factus eſt, quo loco ſcintillæ omnium difficillimè occultari poſſunt. Sic, veluti in mundo hoc ignem nullum habemus, niſi excutiatur: pari modo idẽ in corpore quoque reconditus latet. Aqua in vniuerſo corpore inũdat, in omnibus venis, neruoſis partibus, oſſibus, carnibus, tandem in omnibus membris. Nec vllum totius corporis membrum eſt, quin in ſe aquam habeat, & veluti terra, eadem cinctum ſit & perfuſum. Aer etiã in corpore eſt, ex continuo motu membrorum, qui ventos in corpore ciet. Et ſicut quatuor venti in mundo exoriũtur: ſic idem intellige etiam de corporeis ventis. Porro, terra eſt id, ex quo nutrimenta enaſcuntur. Sic in homine quatuor Elementa reperiuntur, non ſecus ac eadem ſecundum prædeſtinationes ſuas in mundo exſiſtunt. Nobis tamen id potius probabile fiet, creatorem liberam creaturam ex quatuor Elementis condidiſſe, quæ non ex aliis membris oriantur: ſicut libri de *Creato primo* demonſtrant.

Ignis. Aqua. Aër. Terra

CAP. X.

SIcut hactenus traditum eſt de motu ſtellarum, hoc eſt, ipſius firmamenti: deinde Elementorum, quomodo in viuo corpore habitent, & ſubſtantialiter in ſeipſis conſiſtant, vnumquodlibet in ſua ipſius poteſtate: ſic annexa cętera quoq; planâ doctrinâ vobis ediſſeremus. Et vt Ens naturale fundamentaliter innoteſcat, imaginationi veſtrę reinculcamus quatuor complexiones, Choleram, Sanguinem, Melancholiam, & Phlegma. Sed prout has enumeramus : ſic nihil nobis negotij datũ volumus iſta opinione, qua aſſeritur, quod illæ ab aſtris aut elementis, ſint aut veniant. Quorum nullum vel parte minima verum eſt. In hoc tamen vobis cedemus, & argumentum veſtrum probabimus, quod nimirum ſingularis creatura in corpora data ſint: ita nimirum. In corpore guſtus 4. exſiſtunt. Totidem & in terra : *aciditas, dulcedo, amaritudo*, & *ſalſitudo*. Horum quatuor vobis talem explicationem afferimus. Quatuor guſtus perfecti ſunt in vnoquolibet ſubiecto. In nullo tamen ſubiecto, præterquam in homine perueſtigabiles ſunt. CHOLERA principium ſuum ab amaritudine deſumit. Et res quæuis amara, calida & ſicca eſt; ignem tamen non attingit. Ignis enim nec calidus, nec ſiccus eſt, ſed eſt Ignis. Aciditas eſt MELANCHOLIA. Quicquid enim acidum eſt, frigidum ac ſiccũ exſiſtit. Et hoc ſub appellatione Melancholię intelligitur, nec ad terram quicquam pertinet. Terrę enim & Melancholiæ magnum interuallum aut diſcrimen eſt. PHLEGMA ex dulcedine oritur. Omne enim dulce, frigidum & humidum eſt: nec tamen aquæ æquiparatur : ideo, quod Phlegmatis & aquæ eadem ratio ſit, quę ignis & aquæ. SANGVIS ex ſale eſt : & quicquid ſalſũ eſt, eſt ſanguineum, id eſt, calidum & humidum. Et hæc de 4. complexionibus notanda ſunt, veluti in corpore oriuntur: vt ſunt *Aciditas, Dulcedo, Amaritudo, & Salſitudo*. Cęterorum in ſequente capite mentionem faciemus. Ita ergo pronuntiare licet: ſi Sal in homine ex Ente complexionis ſuperat, tum ſanguineus eſt. Si amaritudo prȩcellit, Cholericus eſt. Si aciditas prȩualet, eſt Melancholicus. Si dulcedo præminet, eſt Phlegmaticus. Sic itaq; 4. complexiones ſunt in corpore, veluti in horto quodam, in quo naſcuntur Amariſſa, polypodium, vitriolum, & ſal nitrum. Et hæ in corpore perſiſtere omnes poſſunt, ita tamen vt vna ſola prȩcellat.

Complexiones quatuor vnde.

Guſtus 4. explicatio.

Cholera.

Melancholia.

Phlegma.

Sanguis.

CAP. XI.

INdicatis complexionibus ſciendum eſt, prȩter has, prout exiſtimatis, ex ipſa earum eſſentia nihil de homine pronuntiari poſſe : velut ſi dicatis, ſanguineũ eſſe hilarem; melancholicum triſtem. Nam hoc falſum eſt. Siquidem, quas vos proprietates naturæ vocatis, eas nos *proprietates ſpirituum* appellamus. Ita ſtatuite, naturam horum nullum largiri, vt ſunt hilaritas, doctrina & ſimilia. Soli ſpiritus, iſta gignunt, nõ ex natura promta, ſed ex incorporeis, quæ in corporeis concluſa ſunt. Prouerbio ergo iſto, quod de natura promtum eſt, vti non debetis. Sapiẽs enim vir iſtud non promulgauit. Sed ad naturale

Complexiones an certi quid de homine ſtatuant?

naturale Ens adhuc pluribus designandum,attendite ad humorem. Is tantundem est, quod *Liquor vitæ*. Ex eo enim viuit corpus. De hoc id cognoscite:humorem aliquem in corpore esse,qui corpus vniuersum sustineat & foueat.Is vita est membrorum. Is humor Ens per se est,gignens metalla in terra, & in homine bonitatem ac malitiam. Itaque hæc tali modo accipe. Homo dispositus ad mille virtutes est,& ad totidem malitias. Hoc ad eum non ex astris defluxit, nec ex vlla alia stella firmamenti : sed ex solo illo humore emersit. Id ab exemplo pateat:Mundus in se plurima metalla cõtinet (hoc est, multas virtutes) alio loco peiora, alibi meliora. Id æque & in homine se habet. In eo virtutes plures insunt : ratio,quia ipsius humor est naturę boni minera.In eo vitia plurima habitãt; hæc causa est, quæ multa mala metalla parit. Et hæ virtutes non respondent moribus aut ingeniis hominum:sed ęstimantur à coloribus & habitu. Qui enim bene coloratus est, is bonæ mineræ est. Qui prauum colorem habet, is mineræ prauæ est.Sed nec hoc affirmare potestis, hominem, qui rosam refert, ob id sanguineum esse:aut qui ceram repręsentat, cholericum exsistere. Imo sic pronuntiabitis : Hic rosei ruboris est: ergo probè solaris. Aurum enim nobilis iste color in rosis est. Idem de aliis etiam coloribus iudicandum est. Quod ideo ad vos profitemur,quod ratum sit,colores vobis de humore testari. Ex quo etiam iudiciũ facere potestis, cuius naturæ iste humor sit. Ipsi enim multi subiecti morbi sunt, qui in alterius nullius potestate versantur.

Humor siue liquor vitæ.

Color quid in homine præsagiat, & an de humore testetur.

Particula prima.

AD prædictas de motu corporis demõstrationes iam hoc addite,motionum illarum in corpore quatuor esse: Firmamentum,Elementa, Complexiones, & Humores. De his quatuor notate,quod in illis omnes morbi consistant, & ex ijsdem oriantur. Nam secundùm Ens naturale morbi omnes in quatuor genera distribuuntur, Genus vnum syderum est. Hi sunt morbi Chronici. Alterum Elementorum. Hi peracuti exsistunt morbi. Tertium complexionum. Hi sunt morbi naturales. Quartum Humorum : qui morbi sunt tingentes. Et vt se quatuor hæc genera morborũ habent: ita vos morbos Entis naturalis disponere discere debetis.

Morborũ quatuor genera.

Particula secunda.

Quo nomine vero omnia genera in specie designentur : id hac in Parenthesi non explicamus : sed in lib. de *Morborum Origine* planius definiemus. Atq; veluti Ens naturale vndecim distinctis capitulis descripsimus vobis:sic scitu vobis op⁹ est, corpus, illius violentia tum demum impeti, si cętera entia illud non impediant, sed benignè aspiciant. Cuius si fundamentum solidiùs poscitis,plura de morbis & in Practica inuenietis, quibus locis quod deest, hinc sarciri commode potest.

TEXTVS PARENTHESIS SVPER ENS QVARTVM

LIBER QVARTVS ET PAGOYVS.

TRACTATVS

De Ente Spiritvali.

Cap. I.

ENs spirituale definientes, dicimus ipsum perfectam potentiam esse ad corpus vniuersum violandum, ipsumq; in quoslibet morbos conijciendũ. Cõtra hæc etsi varij insultus, variæ obiectiones importari possint:nos tamen iis omnibus tergum obuertemus.Nec enim nos valde ista mouere debẽt:quæ obiectiones, sese ipsa promtissime diluunt & conuellunt. Et instantias ipsas firmas esse oportet: quales quidẽ,quę nobis obduntur,nondũ apparent. Explicaturi vero vobis, quid Ens spirituale sit,hortatores sumus,vt stylum quem *Theologicalem* vocitatis, excutiatis & abiiciatis. Quandoquidem non omne,quod Theologia vocatur,sanctum est: nec omne pium, quod illa vtitur, pariter nec omne verum quidem est, quod ex Theologia sumit, eam qui non intelligit. Quanquam & hoc constet, Theologos omnium operosissimè hoc *Ens* describere,licet non sub nomine & textu nostri quarti pagoyi. Adde quod ijdem inficientur, hic quod demonstramus nos. Interim vbi nerui & medullæ defuerint, verbis cum ijs haud colluctabimur. Garritus enim ex nuda bucca emergit. Qui,si auctorem Deum haberet, papiri nostrę iacturã differremus, & nos ipsorum scriptis addiceremus. Vnum interim mihi vobiscum est,& tale. Cognitio Entis huius haud quaquam ex fide Christiana profluit. Nobis enim Pagoyũ est. Sed nec contra fidem eam est,in qua Christiani exspiramus. Hinc ergo vosmetipsos

Ens spirituale.

Theologia nõ omnis sancta.

Entis spiritualis cognitio non est ex fide Christiana.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 63 sur 913

vosmetipsos noscite, quod nullo modo Ens aliquod inter spiritus intelligere debeatis, vt si dicatis, omnes Cacodæmones esse. Sic enim incondite loquimini, & oratio vestra tota fatua est, quâ ipse diabolus edit. In hoc Ente Spirituali attendite, quod nec diabolus, nec eius effectus vllus, nec vlla eius conspiratio hic contineatur. Diabolus enim spiritus non est. Ens spiritus quid. Nec spiritus etiam angelus est. Id nimirum spiritus est, ex cogitationibus nostris quod gignitur, sine materia in viuente corpore. Quod ab obitu nostro nascitur, id anima est.

CAP. II.

CONstituto ita in priore capitulo consilio, vt vaga somnia & opinatiunculas dictorum Theologicorum missa faciamus: iam secundo vos instituemus, quomodo spiritum intelligere debeatis. Angelorum & dæmonum hic nullam mentionem faciemus: vt qui ad Philosophiam pertineant, quę Ens nostrum nunquam descriptura est: sed ipsissima Medicinæ mater erit, de his quæ verba faciet. Spiritus hic quid. De spiritu ergo, quem Ens nostrum complectitur, quod primo cognoscendū est, sic se habet. Proponimus vobis, spiritum hunc morbos omnes suscitare non minus ac Entia cętera, citra omne impedimentum. Ex quibus colligite, subiecta morborum duplicia esse, in quæ morbi inuadant & imprimantur. Morborum subiecta duplicia, corpus & Spiritus. Subiectum vnum est materia, hoc est, corpus. In hoc omnes morbi iacent, in hoc inhabitant, prout cætera Entia in ipsum agunt. Alterum subiectum materia non est, sed spiritus corporis. Is in corpore est impalpabilis, inuisibilis. Is per seipsum morbos omnes & pati, & ferre, & tolerare sicut corpus ipsum potest. Et ideo dicitur *Ens Spirituale*, quod corpus cum eo nihil habeat. Vnde iterum videtis, tria prædicta Entia ipsum corpus spectare. Duo vero sequentia, Spiritale scilicet & Deale, referri ad spiritum. Et ne memoriæ vestræ elabatur, cogitate, quod patiente spiritu, corpus patiatur. In corpore siquidem se exhibet: nec tamen in corpore exsistit. Cuius rei hanc explicationem accipite. Morbi duplices. Materiales. Duplices morbi in vniuersum sunt, Materiales & Spirituales. Materiales sunt hi, qui tingūtur materialiter, ceu Entia tria prima. Spiritales. Spirituales vero isti sunt, qui materialiter non tinguntur, vt Spirituales & Deales. Spirituales ergo iam persequemur, & eorum rationem explicabimus.

CAP. III.

QVod duo subiecta esse constituimus: id hoc fundamento stabiliemus. Compertum vobis est, in corpore spiritum exsistere. Iam excogitate, is ad quid faciat ac vtilis sit? Spiritus ad quid prosit. Ad hoc tantùm, vt corpus conseruet, non secus ac aer creaturas à suffocatione tuetur. Idem de spiritu sentite. Spiritus iste in corpore est substantialis, visibilis, tangibilis, & sēsibilis cęteris spiritibus. Hi in collatione sibi inuicem cognati sunt, sicut corpus vnum alij, hoc pacto. Ego spiritum vnum habeo: habet vnum & alius. Horum mutua ea notitia est, quæ mea & illius: suo illi inter sese idiomate, vt nos vtimur, nihil tamen nostris sermonibus coacti, sed loquuntur, quod sibi lubitu est. Spiritus mutua notitia & ira. Ex his iam intelligite, fieri posse, vt hi duo spiritus inimicitias ac iras inter semutuo alant, ac alter alterum lædat, sicut homo hominem sauciat. Ea læsio spiritus est: spiritus autem exsistit in corpore. Iam ergo patitur corpus & ægrotat, non materialiter, ex Ente materiali, sed ex spiritu. Hùc itaq; medicina spiritualis requiritur. Duo itidem sunt, qui miro & insolito sese amore prosequantur. Amor mutuus vnde. Caussa affectus huius non in ipso corpore latet, nec ex corpore oritur, sed ex duorum corporum spiritibus exsilit, qui societate ista coëunt. Gemini hi spiritus & ipsi mutuis accendi odiis possunt, & in simultate ista perdurare. Odium mutuū vnde. Quod, vt verius intelligatis, attendite, quod spiritus à ratione non gignantur, sed à sola volūtate. Voluntas & ratio differūt. Volūtatem ergo à ratione ita distinguetis. Quicquid secundum voluntatē suam viuit, id in spiritu viuit. Quod vero secundum rationem viuit, id contra spiritum viuit. Ratio siquidem spiritum nullum gignit: sola mens à ratione gignitur. A voluntate nascitur spiritus iste, de quo Ens nostrum describimus, animam suo loco ponentes.

CAP. IV.

DE natiuitate vero spirituum hæc animaduertite. Certū est, in infantibus spiritum nullum exsistere. Nam perfecta voluntas in ipsis non est. Hoc ita accipite. Qui perfectam voluntatem habent, & ex ea agunt, hi in seipsis substantialem spiritum generant, adeoq; factitium. Is homini non confertur aut immittitur ex cœlo: sed is illum sibimet fabricat. Sicut ignis ex silice generatur, Spiritus quomodo generetur. sic ex voluntate hic quoque spiritus gignitur. Et qualis status voluntatis: talis

etiam

etiam ſpiritus eſt. Hinc exſtruite, omnes, qui in voluntate viuunt, ſpiritum illum habere, de quo præſens Ens enuntiamus: qui veluti ſubiectum quoddam ſit, in quod omnes morbi imprimantur, qui morbi iſti nimirum ipſi ferendi ſunt, qui illum peperit ſibi. Ita iam percognita natiuitate ſpirituum, hoc porro intelligite, mundos duos eſſe plane ſubſtantiales. Vnus corporeorum eſt: alter ſpiritualium. Iam vero corpora & ſpiritus vnita ſunt. Spiritus enim ex corpore per voluntatem gignuntur. Nihilominus tamē ſpiritus ſuum æquè certum mundum ſeruant ac nos: in quo perpetuò habitāt, & ſubſtantialiter permanent, ſicut nos ſupra terram: & mutuò inter ſeſe pangunt alūntq; inuidiam, odia, iras, & his ſimilia, ſine conſenſu corporum. Iam ad propoſitum noſtrum intelligite, licere nobis hominibus mutuò viuere, vt lubitum eſt: itidem & ſpiritibus licere. Etſi enim corpora ſe mutuò lædant, ſpiritus tamen mutuò ob id minimè ſe violant. Sic viciſſim, lædentibus ſe quoque inuicem, quod bono iure ipſis licitum eſt, ſpiritibus; tum nec corpus inde materialiter afficitur, ita, vt propterea nobis id faciendum eſſet, quod non eſt. Quod ſi tamen ſpiritus ſeſe mutuo lædunt; tum læſi ſpiritus corpus iniuriam illam ferre cogitur, quam ſpiritus eius accepit.

Spirituū mundus

CAP. V.

Spiritus duabus vijs corporibus morbos infligūt. I.

SPiritus corporibus morbos infligere, iam dictum eſt. Id vero qui fiat, ita intelligendum eſt. Huius duas vias vobis oſtendimus. Vna, de qua prius etiam dictum, eſt hæc: quando nimirum ſpiritus ſeipſos mutuo lædunt, citra voluntatem ac conſenſum hominum, ſolis inuidię aut aliorum affectuum malorum ſtimulis concitati. Sicut horum vberior mentio fit, vbi de Spiritibus agitur. Quæ vt hic repetantur, opus non eſt. Cognitio tamē iſta neceſſaria Medico eſt, vt rem in numerato intelligat. Alteram vero viam, qua ſpiritus nobis morbos infligūt, vobis iam expediemus. Principio ita conſtituimus: nempe per cogitationes noſtras, per ſenſus atque voluntatem, perfectè inter ſe conſentientes, perfectam in nobis voluntatem ita confirmari, tandem vt conſentiamus, cupiamus ac quæramus alterius corpori noxam ac damnum infligere. Decreta hæc & confirmata voluntas *Mater* eſt, pariens ſpiritum. Hoc ita accipe. Sententia verbum facit, ita ſententia mater ſermonis eſt. Sic, vbi ſententia non eſt, ibi nec oratio nec verbum. Idem circa ſpiritum accidit. Sicut verbum gignitur: ſic pariter & ſpiritus, qui habitationem ſuam pro noſtra voluntate poſſidet, quæ plena & perfecta ſit.

II.

CAP. VI.

Spiritus quomodo damna inferant.

SEd de his ſpiritibus vlterius attendendum eſt, quomodo damna nobis inferant, ita nimirum. Si plena voluntate alteri nocere ſtudeo: hæc voluntas in me, creatio eſt quædam in ſpiritu, vt nimirum ſpiritus meus pro voluntate mea, ſatagat contra ſpiritum illius, quem cupio lędere, & non contra ipſius corpus, ſed contra ſolum ſpiritum, quem etiam lædo. Spiritus iſte patitur & afficitur in corpore, ac in corpore damnum ſentitur: & nec eſt extra corpus, nec in corpore materialiter. ſed ſpiritus hoc omne agit. Sed interim inter duos iſtos ſpiritus libera lucta intercedit: qui vincit, re potitur. Quod vero aduerſarius meus ſuccumbit, ea cauſſa eſt, quia non eundem animi mecum feruorem & contentionē attulit. Quod ſi vero per accenſionem, ſpiritus in lucta me feruidior fuerit: tunc ego caderem, ille vinceret. Ex hac ſpirituum inſtitutę luctę commemoratione intelligere debetis, quod per concertationes eas, vulnerarij & ſimiles morbi gignantur, non corporales. Corporales tamen morbi ita per ſpiritus gignuntur, vt corporaliter ſecundum ſuam ſubſtantiam incidentes morbos accipiant, qui in corpore perficiuntur & terminantur: ſicut in lib. de *Origine morborum* amplius tractatur.

CAP. VII.

Imaginū ex cera fictarum poteſtas.

CLarioris intelligentiæ gratia de his pauca quædam exempla accipite: quibus, vbi vobis ſatisfecerimus, Ens hoc Spirituale finiemus. Primum eſto. Compertum vobis eſt, imagines ex cera fictas pro voluntate ſpiritus contra alium, ſi terra obruantur, & lapidibus aggrauētur: tunc hominem illum, in cuius damnum imago ficta eſt, multis anxietatibus affligi eo in loco, vbi lapides congeſti ſunt: nec liberari prius, quam imago liberetur & eruatur. Tum & ipſe anxius liberatur. Sed porro notate: ſi crus iſti imagini confringitur, tum fractio iſta ipſum hominē quoque attingit. Idem etiam verum eſt, de punctionibus, vulnerationibus & ſimilibus. Huius rei cauſſam hanc attendite. Cognita vobis eſt Nigromantia, ex qua iſta originem & vim deſumūr. Poteſt enim Nigromantia facies quidem aut imagines

Nigromantia quid poſſit.

Arborē nigromanticā truncās cur seipsum vulneret.

imagines fingere, quasi res talis esset, quę talis tamen non est. Sed corpus lædere minimè potest, nisi sit, vt spiritus alterius hominis per spiritum hunc lædatur. Sic Nigromanticus arborem fabricat, & eam fundo inserit. Hanc qui ferit aut vulnerat, seipsum vulnerat. Cuius hæc caussa est, quod spiritus ipsius, per spiritum arboris superiorem sauciatur. Is spiritus æquè manus ac pedes, ac tu, habet: qui, si cæditur, te cędit. Tu enim & spiritus tuus, res vna sunt. Sed hoc ita accipe; corpus tuum id vulnus non accipere, etiamsi illud corpori palpabile simul & visibile sit. Id spiritus caussatur tuus, qui tua membra habet, ac corpus. Vnde cauere debetis, ne ipsi corpori remedia afferatis. Frustraneum enim est. Spiritui medelam facite, & sanum tunc quoque corpus erit. Spiritus enim saucius est, non corpus.

CAP. VIII.

Imaginū cerearū fictio.

DE cereis autem imaginibus hoc obseruate. Si in voluntate mea contra alium inimicitia flagro: tum hanc perfici necesse est per medium, hoc est, per corpus. Sic possibile est, vt spiritus meus, citra auxilium corporis gladio meo alium perfodiat, aut vulneret, propter ardens meum desiderium. Sic & hoc fieri potest, vt per voluntatem meam, alium mei aduersarij spiritum in imaginem compellam: & ipsum aut distortum, aut claudum, pro meo lubitu, in cera reddam. Et quamuis multæ aliæ quoque caussæ huc afferri possent: hoc tamen in Ente necessitas id non postulat. Nam philosophia clariùs hæc omnia proponit. Hoc scire & tenere debetis, *operationem* voluntatis magni in medicina *momenti esse*. Nam sibi ipsi qui bene non vult, ac odio est, fieri potest, vt id, sibi quod imprecatur, omnino sentiat. Maledictio enim ex permissu spiritus est, fieriqúe potest, vt hoc modo imagines quoque maledictis factis in morbos conijciantur, velut in febres, Epilepsias, Apoplexias & similes, si prædicto modo paratæ sint. Nec is vobis ludus sit, ó Medici. Nam voluntatis efficaciam ne ex parte quidem minima compertam habetis. Voluntas Genitrix est istiusmodi spirituum, cum quibus rationalis nihil commune habet. Huiusmodi operatio in pecudibus quoq; accidit, multò quidem quàm in hominibus faciliùs. Hominis siquidem spiritus remittitur & resistit multò potentiùs, quá spiritus pecudum. Quę omnia multò dilucidiora reperietis in lib. de *Spiritibus*, & de *Generatione Spirituum*.

Voluntatis efficacia.

Volūtas spirituū genitrix.

CAP. IX.

IDem & de Characteribus compertū habetis, quòd nimirum fur redire cogatur ad locū, vnde profugit, quòd itidē talis, etiam multis milliaribus absens, cædatur. Huius caussam notate: quod est fūdamentum Entis spiritualis. Si quis figuram homini similem fingat, eamq; ad parietē depingat: certum est, omnes puncturas, plagas & vulnera, in imaginem directa, huic ipsi infligi, in cuius nomine figura picta est, veluti fur est: idq; hac virtute, quod furis spiritus in figuram illam pertrahitur per voluntatem spiritus alterius, qui illum in hanc figuram compegit. Vbi & hoc tenere debetis, spiritus hos non secus ac homines inter sese admodum pugnaces esse. Hac de caussa, quicquid postulas, vt illi, qui furto tuum abstulit, inferatur: id re ipsa sic fiet, si in fictam figuram illud committas: ideo nimirum, quia spiritus tuus, spiritum furis in figuram eam coegit, vt tibi pro subiecto iam sit ferendi & patiendi, quicquid illi inferas. Sed hæc tamen cæteris, qui probi & boni sunt, inferri ita non possūt, ideo videlicet, quia spiritus furis trepidus instar hominis sit: cùm econtra probi viri spiritus, vt masculus, contraluctetur, & se tueatur, non secus ac duo viri inter sese depugnarent. Quod verò fur ad locum furti recurrere cogatur, hinc fit, quod spititus tuus, spiritum alterius ad locum illum reducat, vbi furtum admissum est: ex tua nempe voluntate. Et si spiritus ille ita superatus est, tum redire non potest illuc, nisi sit, vt in subiectum quoddam, hoc est, imaginem siue figurā cogatur. Ea autem non prędsente, tum operatio in mediū pergit illud in quo iste est. Sic cogit spiritus hominem, vt ad locum eundem redeat. Quicquid enim per spiritus fit, id sub specie subiecti, in quo spiritus versetur, fieri necesse est, (siue id figura, siue imago sit.) vt spiritus nimirum tuus spiritum alterius in illud subiectum compellat: aut subiectum, in quo spiritus est, id est, homo ipse cogitur currere, & id præstare.

Fur cur vsu characterū ad locū furti redire cogitur & cædatur.

Non idē probus & bonus.

CAP. X.

EX commemoratis attendere debetis, spiritus reos superare & euincere, itemque operationes inuidiæ & odij perficere. Quod ideo vobis

Spiritus reos superant & euincūt.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 66 sur 913

indicatum voluimus, vt intelligeretis, quàm violenter & imperiosè *Ens spirituale* in corpora dominetur, vt nimirũ hac vi morbi plurimi, & eorum vniuersa genera in hominem deriuari queant. Quibus in casibus non naturalibus morbis debita remedia adhibebitis, sed ipsi spiritui medebimini. Is enim est, qui ægrotat. Deinde & hoc notate, multos à spiritibus ægrotare per voluntatem, qui tamen non per figuras, imagines ac alia media afflicti sunt: veluti sunt huius vię ignari. Et tamen in ipsis voluntas adeò potens est, vt spiritum alterius accendat & lædat. Hoc per medium fit ipsorum *Somni*: ita nimirum. Si dormiunt, tum somnia ipsorum in alteris perficiuntur ac implentur, ita, vt spiritus tuus alterius spiritum tibi dormienti addueat, quem tu dormiens ac nescius veluti per insomnium lædas, idq; per medium verbi tui, quod dormienti egreditur nihil eius conscio. Somnia enim inuidorum hominum verificantur, si sibi inuicem occurrunt operabiliter, aut manu, aut ore: velut de *Somniis* clariùs traditur. Somnium enim non est, quod ex spiritu fit, nisi fortè ita fiat, vt indicaui. Ex spiritu enim ipso oritur, de quo iam meminimus.

Ens spirituale plurium morborũ caussa.

Somnia inuidorũ cuius efficacię

Particula I.

SIc iam intelligere debetis, manum lædere virum etiam non comprehensum, vt superius dictum est. Sic os ferit verbis illum, quem quæris. Sint tamen hæc ita intellecta, quod nimirum illud omne per medium quoddam fiat, idq; per virtutem spiritus.

Particula II.

SImiliter notate, fidem hìc nihil operari, sed solam voluntatem. De fide quidẽ aliquid huc afferre aut introducere, plus stultitiæ, quàm sapientiæ affine foret. Exemplum sit. Per fidem seu credulitatem duo viri sese cædere inuicem non possunt: sed per ipsum opus. Sic duo spiritus voluntatis, non ex credulitate, sed ex incandescentia suorum virorum oriuntur. Duo hi pugnant sine credulitate, verè, ipso opere, & impensis viribus: sicut de *Fide* & *voluntate* plura, vt & de Vitoniſſis & incantationibus indicantur.

TEXTVS PARENTHESIS SVPER ENS QVINTVM.

LIBER QVINTVS ET NON PAGOYVS

TRACTATVS

DE ENTE DEI.

CAP. I.

POstquam in prioribus, in principio nimirum librorum nostrorum indicauimus, constitutum nobis esse, ex parte quadam quatuor libros more & stylo Ethnico conscribere, hac de caussa, quòd quilibet homo Christianus, qui quomodocunq; aliter, quàm pro tenore Fidei nostræ scribit, gentiliter scribat: nunc ergo in hac Parenthesi nostra morem & ritum istum gentilem remittemus, & per omnia Christiano stylo vtemur in quinto hoc libro ENTIS DEI conficiendo, ne gentilissimum nostrum porro accusádi ius habeatis. Etsi vero absolutâ hâc Parenthesi, quinq; Praxeos libros annexuri simus, vt hic liber compleatur & perficiatur: præmonitos vos tamen velim, nos ipsum hunc quintum librum Christiano stylo iterum finituros, & quatuor sequentes, quos in principio indicabimus, gentilitia dicendi proprietate, tractaturos esse. Id quod citra confessionis Christianæ probrum nobis facilè licebit, ideò, quòd ritus Ethnicus pro ipsa & ex ipsa procedat, sicut à Deo id ita prædestinatum est. Quanquam autem ipsi morbi quoque ex natura oriantur, secundum prædicta quatuor Entia: fas tamen erat, nos ipsorum curationes ex fide indagare, & non ex natura. Sicut hoc praxeos liber V. planius faciet. Ideóque non verebimur quatuor Entia enumerare, etsi quidem Ethnica exsistant. Vos tamen verum & integrum fundamentum curationis ex quinto libro, in qua genuina medicina producitur, eruere debetis. Cæteros quatuor praxeos libros non pro Christianis, sed pro gentibus condimus. Nam medicinæ fundamenta ad omnes homines propagare satagimus: partemque suam Turcis, suam itidem Saracenis, suam Christianis, suam Iudæis conferimus, sicut hi libri declarabunt.

Protestatio de genere scriptionis.

CAP. II.

CHristianis hominibus hæc commẽtantes, eosdem admonitos velimus, vt hanc quintam Parenthesin diligenter euoluant: ex qua addiscent, quomodo vniuersos morbos ex hoc institutionis puncto tum quęrere, tum curare debeãt.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 67 sur 913

Sanitas & morbi à Deo.

Idq; hoc modo. Notum vobis est, tum sanitatem, tum morbos à Deo immitti, & non hominibus. Hominum vero morbos in duos ordines digerere debetis: Nempe in Naturam, ac in Flagellum. Naturale, est Ens primum, secundum, tertium, quartum. Flagellum est quintum. De hoc id notandum est. Deum nobis prefixisse pœnam, exemplum, & in morbis conscientiam, vt ex illis intelligamus, res omnes nostras nihili esse, & quod in nulla scientia solidè fundati simus, veritatemve sciamus. Quinimo nostra imbecillitas vbiq; elucet: & nec posse nec scire nostrum quicquid est. Sed vt ad rem veniamus: sciendum est, Deum & sanitatem largiri, & morbos immittere, & remedia his debita simul ostendere. Quomodo se verò ista in Medicina habeant: credite *mihi*, super hoc explicationis nostræ punctum constituta & predestinata omnia esse. Punctum id, tempus est. De quo attendite, necesse esse, vt morbi vniuersi in temporis commoda hora sanentur, & non pro nostro arbitrio cogitatuq;. Cuius dicti sententia hęc est, nullum nimirum Medicum sanitatis terminum scire posse. Hic enim in manu Dei est. Et morbus quilibet *purgatorium* est. Ideoq; sanare nullus medicus potest, nisi sit, vt Deus hoc purgatorium remittat. Medicus siquidem is esse debet, qui in prædestinationem purgatorij operetur ac laboret.

Morborũ ordo duplex. Natura & Flagellum.

Medicus nullus sanitatis terminũ scit.

Cap. III.

Diximus quemcunq; morbum purgatorium esse. Cauendum ergo diligenter vnicuiuis Medico, ne temerè *præsumat* sciens esse horæ vel sanitatis, vel medicæ *suæ operationis*. Hoc siquidem vniuersum in manu Dei positũ est. Prædestinatio nisi talis sit, qualem vos Medici presumitis: tum nullâ medicinâ ægrum sanabitis. Si vero instet hora prędestinationis: ægros sanitati redditis. Hoc attendite hìc: si offertur vobis æger aliquis, hunc Deus ad vos transmisit, si in cura vestra sanescit. Sin minus, à Deo ad vos missus non est. Nam si tempus instat horæ redemtionis: tunc demum ad Medicum Dęus ægrum relegat: ante id tempus vero nunquá. Et quidquid citiùs aduenit, huius non est fundamenti. Imperiti ergo Medici purgatorij sũt dæmones, à Deo ęgris immissi. Intelligens, medicus eorum est, quibus Deus horam sanitatis admouit. Tum & hoc inculcãdum vobis est, prædestinationem impediri minime posse, etiamsi medicus generosissimus & artificiosissimus exsistat. Horam eam instare oportet, quæ finis sit purgatorij. Et ad quem felicitatis & sanitatis Medicus à Deo non mittitur, isti à Deo sanitas nulla donata est. Cum ergo hoc modo Deus Medicum ægro immittat: iam expendite apud vos, an beneficio artis suæ Medicus quicquam efficiat, an minus. Sic cogitate: Deum & morborũ medicinas, & præter has, ipsum Medicũ creasse: sed differre hæc ad ęgrum tã diu, dum constituta tęporis hora impendeat. Et tum demum cursus tam naturæ quam artis procedit. Ante id nequaquam, nisi tempus appropinquarit.

Medicus imperiti dæmones sunt purgatorij.

Medicus an arte sua quicquam efficiat.

Cap. IV.

Cogitandum ergo vobis & recolligendum erat, quod Christianos vos profiteremini, supra naturã, & super eam constitutos; vobis vero virtus artis subtracta est (etsi via quidem recta aliquãdo incedatis) dum temporis hora appulerit. Hora siquidem temporis, hora vestræ operationis est: nec prius, etsi hora artis instaret. Cum vero testemur vobis, Deũ caussam esse omnium morborũ, id ita accipite, q. æquè id, quod aduersũ est nobis ac vtile & commodum, creauerit, ideo, quod nostrum purgatorium habemus: sicut de *purgatorio* vos prolixiùs informabimus. Et licet ille quidem, vt qui morbos nobis creãrit, sine omni medicina eosdem à nobis auferre facile possit, si hora tęporis instaret, & finis purgatorij approperaret: attamen cur id non faciat, id in caussa est, quia sine hominibus, aut horum opera nihil quicquam agere vult. Quod si miracula edit, humanitùs & per homines eadem edit. Quod si miraculosè sanat, per homines id exsequitur. Sic hoc ipsum quoque per Medicos perficit. Sed quia duplices sunt Medici, qui nimirum miraculosè sanant, & qui per remedia sanant: hos ita distinguite: Quod, qui credit, operatur per miraculum. Cũ vero credulitas non tam fortis sit in omnibus, & hora purgatorij elapsa sit, & tamen fides non adsit: tum medicus miraculũ exsequitur, quod Deus mirabiliter ederet, si credulitas in ægro vigeret: sicut de his in 5. libro de *cura Deifica* vel *fidelium* hæc clarius deducuntur. Sed ne quæstionem hanc nudam vobis relinquamus vberioris intellectus caussa ad explicationem sequentem animum aduertite.

Deus cur morbos à nobis non auferat sine medicina.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 68 sur 913

CAP. V.

Curationes cur Hippoc. tempore felices fuerint.

SCiendum ergo vobis est, temporibus Hippocratis, Rhasis, Galeni, &c. curationes valde fortunatas & felices fuisse. Causa est, quod purgatoria illis seculis fuerint parua. Sed & iam & deinceps, quia mala confertim inualescunt, in dies magis magisq; infelices redduntur curationes. Qua de causa etiam peiores in orbe medici nunquam exstitere, quam hodie. Purgatorium enim nimis violentum est, vt à nullo sopiri medico possit. Quod si primæui Medici ad nos postliminio redirent, tota eorum ars quidem cæca & nulla esset. Hoc siquidem verum sit: tamen & pœna nouiter accessit. Quare in hoc tractatu Christianum stylum adhibemus, quo inducamur ad intellectum verum, nempe morbos omnes flagella esse, exempla, & indicia seu commonefactiones, quòd Deus illos à nobis per fidem auferat, Christianè, non per medicinas ethnico more, verum in Christo. Æger enim, qui spem in medicinam ponit, Christianus minime est. Euentum vero qui Deo credit, is demũ Christianus est, qui Deo modum, quo sanari queat, committit, siue id miraculosè fiat, per sanctos, siue per industriam propriam: siue per medicos, siue per anus. Hoc vos Christiani tenere debetis, Deũ pro supremo medico habendum esse. Is altissimus est, nõ infimus, potissimus atq; potẽtissim⁹ est, sine quo nihil fit. Ethnici vero & infideles de auxilio hominesinuocant. Vos contra ad Deũ vociferamini: is vestrũ sanatorẽ oportunè immittet vobis, siue is sãctus, siue Medicus, siue ali⁹ sit.

Morbi omnes flagella sunt.

Deus supremus medicus.

CAP. VI.

CVm iam demonstrauerimus, Deum esse, qui sanitatem simul & morbos conferat: hoc loco recuperandæ sanitatis mentionem non inuehemus. Nec enim isti tractationi hic locus tam proprius est, ac illo libri quinti praxeos. Potius hic explicationem instituemus, quo modo Ens Dei potens sit vniuersos homines morbis affligendi, præter id, quod ex motu & ordine naturæ accidit, sicut de 4. prescriptis Entibus docuimus. Id breuibus hoc modo vobis præfigurabimus. Nouistis, in hoc mundo hominem Deo subiectum esse cum vniuersis creaturis. Ex hoc ergo fateri debetis, Deum hunc esse, qui creata fortunet aut infortunet. Porro attendite, Deo pœnas geminas in manu esse: Alteram quę vitam, alteram quæ mortem spectet. Hæ ex quibus causis sint, alibi explicabitur. Pœna, quæ mortẽ sequitur, hic omittetur. Quæ in vita irrogatur, hæc huc spectat. Ita dicemus. Meministis, ex peccato mortẽ profluxisse, vnius viri causa, qui quidem peccatum ipse non patrauit: sed propter magnum iudicium cœlestium, sicut de morte differemus in lib. *de Morte*. Porro autem notate, quod causa ista, quæ mortis iudicium super nos pronuntiauit, iam deinceps contra nos nihil agat. Id agit creator. Quicquid cum aduersarij parte non facit, id punit, non propter ipsius peccatum, sed saltem propter signum. Tum etiam, vt illi dignoscantur, quos suos habet. Et hi nullo medico subiecti sunt. Deus enim ipsos, vt suos, signatos esse vult signo aduersarij. Sed alij sunt, quos Deus pœna afficit ex ipsorum recta fide & petitione. Hi subsunt medico ex hac peculiari permissione.

Ens Dei quomodo possit morbos infligere.

CAP. VII.

HInc colligere potestis, aduers⁹ mortem nullam medicinam prostare, sed saltem aduersus morbum. Hunc medicus probe cognouisse debet. Nullus enim Theologus istũ Medico patefaciet. Et licet morbi quidẽ gignantur ex quatuor Entibus: tamen nec hæc causa est, vt contra voluntatem Dei pugnetur. Saltem horam & tempus considerari oportet. Cauendum ergo hinc sedulò vobis, ne quocunque modo medicari attẽtetis, nisi hora messis instet: qua vel Deus vel vos metat: quę omnia clarius lib. *de Morte* explicantur. Quomodo vero & medicina & ægri se habent inuicem, id diligenter notandũ est vobis medicis: quia morbi ex mandato diuino insiliunt, nec vlla ex causa alia, sicut Archidoxis euincit: tum &, quia naturales medicinæ quoque similiter ex prouidẽtia diuina creatę sũt: & quia, vt supra quoque dictũ est, nullus æger sanari potest, nisi hora messis, id est, mandatum diuinum adsit, sicut prędestinatio commonstrat. Hic ergo quomodo Medicina quadrabit ad huiusmodi, vt merito profiteri possit medicus, se Medicum esse? Ita nimirum: seruus & minister naturæ est. Deus vero dominus naturæ. Sic ergo porro consequitur, Medicũ sanare neminẽ posse, nisi Deus illũ ad locũ immittat. Sic attentè quoq; notate, quod Helleborus ad vomitum perducat. Quod vero à quocunq; Medico sumtus vtilis sit, hoc vanũ est: Ratio, non cuilibet Medico prędestinatus est, vt efficax sit ab ipso datus in salutem ægri, cui datur. Ars enim

Medicina & ægri quomodo se inuicẽ habeant.

Medicus neminẽ sanat. nisi ipsum Deus immittat.

mittitur

veri Medicia Deo manat, vt & dosis & praxis,& principum,Tum & eger ad ipsũ ut ittitur,& hic ad ægrum. Et quęcunq; ciuitas bonum Medicum alit, qui plurimos sanat:hæc habet, de quo iure suam felicitatem deprædicet, potius,quam illa,quę malum fouet Medicum. Hoc etiã intelligimus de Medicis sanctis, quos nullo modo hic excludimus.

CAP. VIII.

Medicina & medicus cur à Deo creati.

VT vero sciatis,quæ causſa sit, quod Deus & medicinam & Medicum crearit, ipse tamen nihilominus medicetur,& per Medicum operetur,nec ipse per sese sine auxilio medici sanet:pro explicatione huius attendite,hæc nimirum Dei arcana esse,quod nolit,vt æger sciat, Deum Medicum esse: sed vt ita ars & practica suos progressus habeat:& vt homo auxilium ipsius,non in miraculis saltem sentiat,sed idem etiam in Dei creaturis animaduertat, quæ per summum medicinæ artificem sanent, idq; vniuersum ex ipsius permissione in tempore suo,sicut prius quoque commemoratum est.

Morborũ causſæ peruestigari nequeunt.

Iam porro hoc quoque intelligite, causſas morborum, ex potestate diuina, hoc est,ex Ente eius, ortorum, peruestigari non posse,vt sciatur, per quem, aut quo modo infligantur, sicut id in quatuor Entibus fundamentaliter cognosci potest. Huius rei simile exemplum est, ac si quis pannum habens, tunicam sibi pro suo arbitrio fingat. Sic Deus quoque nobiscum agit, modo adeo secreto, vt nullus sentire Medicus queat, ægrum illum ex potestate diuina decumbere vel non decumbere. Suam enim potentiam ac pœnam ita tacite cum quatuor Entib⁹ commiscet,vt nemo intelligat aliter,quã Ens illud esse ex Entibus quatuor vnum. Et hæc ipsissima causſa est, cur quatuor Entium morbi nonnulli,nulla ope sanari queant. Nam hora finis non instat, non impendit tempus,non numerus. Continuant ergo & durant ad horam vsque mortis,qua omnes morbi finiuntur. Vbi tam insignis fit mutatio, vt morbus nullus amplius relinquatur,sed is velut albũ in nigrum mutetur.Quamdiu enim morbus durat,mors nulla est. Hæc vobis pro commonefactione purgatorij, & horæ finis,velut Christianis dicta sunto.

Particula I.

SIcut de Ente Dei ad vos disserimus: sic certo statuere debetis vobiscum, vanitatem summam admitti,si fiduciam aliquam in artes eas,quarum probe periti estis, figatis. Id enim gentiliter egisse est. Semper vos autem in Ens Dei dirigere debetis. Et hoc Christianum est cũ successu prospero coniunctum. Medicus enim,non simul Christianus,voluntatem Dei,(ea est prædestinatio) nihili facit: sicut Archidoxis vobi monstratura est.

Particula II.

QVod si vero de Ethnicis medicis, siue Christiani siue infideles (nam vna omnium secta eorum est,qui fide nõ vtuntur)sint,obijci nobis possit, quod & illi ipsi ægros, fidelibus Medicis nihilo infelicius sanent:id Ens quidem nostrum nec infringere nec grauare potest,hac ex causſa. Nam si quid fieri cessareve necesse est: tunc omnino profici ab iis debet, qui id aut possunt, aut ibi prẹsto sunt. Hoc in hac re discrimen est,quod fidelis contra naturã non operetur,velut Ethnicus: Vult Ethnicus, & instat, medicina succedat, nec ne, quasi quidã Deus esset. Fidelis, si, quæ ad medicinam pertinent, accurauerit; tum, si non succedat, rem horæ & tempori committit, quod Deo placiturum sit. Nam & ipsa medicina aratrum Medicorum est, quod Deus non prohibuit: quia vtilitas priuata dominatur, Respublica nihil est, tum pijs suam quoque annonam difficilẽ redditiomnia ad laudem sui creati, & vt virtutes,quas creauit,emicent, quæ scilicet causſa potior est omnibus his,quas ante statuimus, sicut *Musalogium* commonstrat.

CONCLVSIO.

Prædictæ Parentheſis Theophraſti de Quinq; Entibus.

POstquam vobis indicauimus Parenthesin, quam Prologo & 5.libris praxeos interseruimus: iam eius hic finem statuemus. Ac veluti Parenthesin intellexistis, sic quinque Entia esse, compertum habetis. Illa admodum efficacia &potentia sunt ad quosuis morbos introducendum, vno quouis etiam in se considerato. Deinceps autem finita Parenthesi, opus incipit, quod procedens in quinque libros diuiditur, sicut Prologus conclusionem excipiens, ostendit. Citra illos ita versabimini, vt non puteris, practicam super morbos vnius originis saltem constitutam esse: sed eam in quinque

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 70 sur 913

vias diuisam proponi, sciatis, sicut supra quoque dictum est. Id quidem, si vos Naturalis Entis medici cum complicibus astronomis fortassis nobis nō indulgebitis nihil id nos mouebit, vt necipsa scripta Theologica. Nam penes vos hactenus veritatis haud multum inuenimus, si de fundamentis & veris principijs loquamur. Si bonos & industrios omnino vos medicos probare vultis: tum id operam date, ne quid causſæ perdatis per Ethnicum & Christianum, cui studuistis, stylum: nec patiamini imperitos medicos vobis obloqui, qui nigro & purpureo colore velantur. Phantastæ etenim sunt, qui ex phantasia sua nugantur, cui nemo fidere potest. Et in conclusione hac annotate, partes duas esse, quibus homo vtitur: Artem, & Phantasiam. Ars; hoc est, omnis ratio, sapientia & intelligētia, procedit in veritate, quæ experientiæ basi innititur. Quj vero Phantasmatis indulgent, fundamento carent. Præsumta enim sententia, numerata & cognita ambitio est, quæ vicinis vestris haud inexplorata est. In partibus his duabus, virum sapientem probe emunctum & politum esse decet, nimirum, vt sit artifex; & non sit purpuratus phantasta.

Ars. Phantasia.

Medici imperiti taxātur.

PROLOGVS IN LIBROS QVINQVE PRAXEOS PARAMIRI THEOPHRASTI HOHENHEIMENSIS incipit.

Candido & æquo Lectori S.

BENEVOLE *Lector, cum Theophrastus Paracelsus, in libellis Prologorum huius Paramiri, ac præcipuè in præcedenti conclusione expresè planèq; polliceatur, se quinq; libros praxeos, ad paramirum hoc spectantes, ac post parenthesin locandos describere velle: suspicio apud animum tuum oriri posset, quasi illi quorundam inuidia supprimerentur, cum hic omnino desiderentur, & pro auctoris pollicitatione finitam parenthesin medicam iam non sequantur. Hac igitur de causſa cumprimis necessarium visū fuit, paucula quædam præfari, teq; suspicantem certiorem facere, istos quinq; libros practicos apud hosce Theoricos nunquam repertos fuisse. In chartis enim istis, in quibus auctor Theoricam hanc designauerat, plura non conscripsit, sed hoc* Titulo Prologi in libros quinque praxeos *illam finiit, ita vt tria prope papiri folia in Quarto vacua relinqueret: sicut id ex ipso auctoris autographo, quod apud eximium dominum D. Ioannem Homelium Secundum in Styriæ oppido* Pettauio *asseruatur, patet. An vero Paracelsus practicam illam singulari alio libro consignârit & absoluerit, nemini compertum est. Hunc is quidem valde familiarem morem habuit, vt cognatos sibi ac affines libros minime in vnum opus colligaret. Vnde fieri facile potest, vt isti quidem alio loco, hactenus tamen nondum explorato, reconditi lateant. Ego tamen, quod sciam, à nemine quoque vnquam quid comperi, qui eos practicos quinque libros viderit aut vbi reconditi asseruentur, cognorit. Interim tamen, si Deus ac Fatum fauerint aliquando, vt alicubi eruantur, & ad manus nostras perueniant: rei literariæ publicæ minime inuidebuntur. Istis interim, quæ sors nobis obtulit, vtamur & fruamur contenti. Nam, quæ alia desiderantur, egomet quoque cum plurimis aliis doleo ac queror. Nullum siquidem dubium est quin Paracelsus dictos quinque modos Sanationis omnium morborum solide ac dexterrime descripserit, quanimirum ratione quilibet morbus industrie, idq; aut iuxta methodum Naturalem siue rationalem, aut secundum experientiam ex Forma rerū Specifica, aut per Characteres & Imagines, aut Spiritualiter, aut tandē per fidē Christianā sanari possit ac debeat. Hic ergo quæ deficiunt, sedulus Lector eadē ex aliis Paracelsi libris, in quibus particulatim huiusmodi curas monstrauit, sparsimq; colligere ac cōplere poterit.*

Practices Paracelsicæ libri nūquam reperti.

Alterum vero Pramirum, quod iam sequitur omnino à prænominato diuersum est, nec ad præcedentia spectat, ac ab auctore ipso, modo alio dispositum est, velut idem in nonnullis aliis quoque libris fecit: quorum nonnulli vice secunda ac tertia diuersis dispositionibus ab ipso descripti exstant. Ad Paramirum autem sequentes libri hi annumerantur.

De causſis & origine morborum ex tribus primis substantijs Liber primus ac secundus.

De causſis & origine morborum ex Tartaro, sex Tractatus, qui pro libro Paramiri tertio habentur.

De causſa & origine morborum matricis, Liber Quartus.

Libri de causſa & origine morborum inuisibilium pro parte seu libro quinto habentur.

Etsi

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 71 sur 913

Etsi enim libri hi non vniuersi ab auctore titulo isto donati sint, sicut idem in pluribus aliis quoque libris diligenter (vt debuerat) non admodum obseruauit: vniuscuiuslibet tamen libri initium aperte prodit, memoratos eos libros ad Paramirum hoc spectare, sicut bono ordine sese inuicem consequuntur.

OPVS PARAMIRVM

AVREOLI THEOPHRASTI BOMBAST,

AB HOHENHEIM SVEVI HEREMITÆ,

dicti Paracelsi Magni.

In honorem eximij ac præstantis Ioachimi de Wadt *Doctoris & Consulis apud S. Gallum conscripti.*

LIBER I.

QVONIAM sine cognitione principiorum & præceptorũ verè nihil & solidè intelligi potest: æquũ est, vt opus hoc Paramirum, tibi pro cęteris vir eximie, Dn. Doctor Ioachime de Wadt inscribatur, qui solus præ omnibus, quamcunque viam ad veritatem tendentem, vt & singulariter eos, qui illã terunt coluntq; promoues. Æquum inquam est, vt ante omnes hoc tibi opus consecrem, propter obortos miros errores in arte medica: cuius tu quidem ex omnibus Heluetiæ patriæ nostræ, ciuibus, cultor es præstantissimus, qui iure palmam hanc laudis obtines, vt te præ vniuersis huic meo operi iudicem præficiam. Nam te censorem candidum & noui, & spero hic fore: vt quem non pudeat errores cognitos repudiare, & splendenti veritati astipulari. Hæc mihi causſa fuit, cur te cum primis aspicerem. Et ne tempus meum, quod in S. Galli vrbe tero, frustra impenderem, placuit famam tuam, & in rebus *naturalibus* cognitionem ac sapientiam ita suscitare ad *iudicandum*, vt vtriusq; nostrũm perpetua memoria apud eos omnes, qui medicinam admirantur, gliscceret. Tu enim non tantum conseruator & membrum primarium in veritate quę æternum respicit, accipienda & propaganda inuentus es: sed etiam rerum corporis, in quo ęternum habitat, promus ac ministrator non parcior clares. Quare omni iure me decuit, vt hoc Paramirum meũ opus tibi dedicarẽ, quod ita incipit.

Encomium Ioachimi de VVadt.

Primo omnium nouisse Medicus debet, hominem tribus subſtantiis constare posse. Licet enim is ex nihilo conditus sit: est tamen factus in aliquid. Hoc aliquid diuisum in tria est. Hæc tria totum hominem constituunt, & sunt homo ipsamet, & homo est idem quod illa tria, ex quibus, & in quibus ipse omnia sua cũ bona, tum mala, quoad corpus Physicum, possidet. Ad hæc itaq; consequitur, medico opus esse, scire illorum diuisionem, & cognoscere eorundem compositionẽ, conseruationem, & dissolutionem. In hisce etenim tribus consistit tota, dimidia & minima tũ sanitas, tum ægritudo: ita vt hic inueniatur, quantum & quam multum sanitatis, & quodnam pondus morborum sit: Hoc enim medicus negare non debet, ægritudinem consistere in pondere, in numero, in mẽsura. Quod si ergo consistit ita: ante omnia harum rerum fundamentum, ex quo sese proferant, statuendum est. Et hoc omnium maximè necessariũ est, quod in introitu hoc probè examinetur. Iuxta illa, mors quoq; est in isto, si tribus illis vita præciditur, quorum tamen colligatio vita est, & ipse homo. Sic à tribus illis subſtantiis prodeunt omnes causſæ, origines & cognitiones morborum: porro etiã signa & proprietates, & quicquid medico scitu opus est. Ergo necessarium est, vt tria hęc à medico rectissime pernoscantur, & secundum omnes suas proprietates, quales nimirum sint, & quomodo sanos vel ægros reddant, expendantur. Nam vna eademq; est scientia, quo modo homo sanus, & quo modo æger sit, vel fiat. Nam sicut ex sano ægritudo oritur: sic ex ęgritudine sanitas fit. Quare non saltem sciendæ ęgritudinum origines sunt: sed etiã reparationes sanitatis. Imperiti autem medici in lucem naturæ illapsi sunt, & illam obscurarũt: qui tres has naturæ subſtantias inexploratas relinquentes, fundamentum quoddam extraneum assumserunt, quod propriumeorum cerebrum per phãrasias illis suppeditauit sine omni

Homo tribus subſtantiis constat.

Ægritudo in quibus consistit.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 72 sur 913

naturæ lucis teſtimonio. Nec cogitarũt iſti,non poſſe quenquam medicum fundamentum,aut morborum, aut hominis cognitum habere, niſi teſtimonij ſatis à luce naturæ acceperit. Lux iſta eſt magnus mundus. Sicut enim aurum ſepties per ignem probatur; ſic etiam ſepties & pluries medicus per ignem probari debet,hoc eſt,ignis probat tres has ſubſtantias, quas puras & nudas,mundas & ſimplices exhibet. Hoc eſt, quia ignis non adhibetur,propterea nihil probi præſto eſt. Ignis omnia probat: hoc eſt: ſi impurum ſeparatur, tres puræ ſubſtantiæ exhibentur. Sic & Medicus probatur: non vt ipſe comburatur: ſed vt ars eius, theorica & practica in igne initietur aut baptizetur. Nam illa ante oculos ruſticorum ſe non produnt,nec etiam tam facile prehenduntur. Quare ignis eſt illud, quod obſcurum prodit, & in apricum protrahit. Et tali modo ſcientia medicinæ proponi debet.

Lux naturæ.

Ignis omnia probat.

Iam ſequitur, quia Deus medicinam creauit,ideo per ignem conſiſtit. Sic etiã medicum creauit, vt ex igne naſceretur. Iam vero medicus ex medicina eſt, non ex ſeipſo, ideo naturæ examen ſuſtineat opus eſt,quæ natura ipſe mundus eſt, & omnis eius capacitas. Et quod natura ipſum docet,id ad ſuam ſapientiam is referre debet,in ſua tamen ſapientia nihil quærere,ſed in ſola naturæ luce:& poſtmodum doctrinam illamin condum memoriæ reponere. Iam vero Medicus cũ ſuis operibus aſpectabilis eſt; manifeſta eſt etiam ipſa natura, nullo recondito. Tam conſpicuas quoque oportet eſſe cauſſas ſanitatis & ægritudinis, & nihil obſcurum latere. Ideo primo ignis nominatur, in quo diſſoluuntur ea, quæ abſcondita erant,vt fiant conſpicua. Ex hoc aſpectu naſcitur medicinæ ſcientia. Ita enim illa teſtatur. Quia medicus ex medicina medicus eſt,& non abſque ea: ipſa vero illo antiquior ſit, quod ille ex ipſa ſit, non contra:tum opus eſt,illud vt conſideret, & in eo ſtudeat, quod ipſum conſtituit,non in eo quod ex ſeipſo promit. Sic in natura Medicinæ poſita eſt ſapientia,ars,Theorica,Practica,&c.Medici,nec in medico ipſo ea ſita ſunt.Quibus abunde ſatis confutatus eſt error, quicunque in natura non inuenitur, ſed ex ſolo præiudicio ſtabilitur & proponitur. Nam in igne præceptor eſt, non in diſcipulo ipſo. Sed adhuc multo intelligibilius hoc eſt:In homine intus nihil eſt, quod ipſum medicum faciat, etſi in ſe pręclarum ingenium habeat. Nam in eo nihil artis eſt: ſed vacuum illud exſiſtit inſtar ciſtæ inanis,affabre factæ. Idoneũ tamen idem eſt ad recondenda ea, quæ ingeruntur ipſi, Theſauros nempe noſtrarum manuum. Sic ergo præclarum ingenium illud ſine omni experientia, arte,& medica ſcientia eſt. Verum, quæ diſcimus ac experimur,hæc in ipſo aſſeruamus, & ſuo tempore repromimus.Sed iam duo contemplemini exempla,vt medicum eo facilius contemplari poſſitis. Primum tale exſiſtit. Vitrarius,à quo ſuá accepit artem? Non à ſe ipſo quidem: quod propria ratio eiuſque penetrare nõ poſſit. Sed poſtquam arripuit ſubiecta artis, eademque in ignem coniecit:tum demum naturæ lux vitrum illi commonſtrauit. Hęc ars aſſeruata eſt in hac ciſta. Eadem & medici ratio eſt. Itaque ſequatur nunc alterum exemplum. Tignarius,qui domum exſtruit, artem hanc ex ſuæ ſapientiæ promo aſſequi poteſt, ſi ſecurim & ligna promta habeat. Non itidem vero Medicus.Etſi enim tũ pharmaca tum ægrum habeat:attamen ſcientia & rerum cognitione deſtituitur. Si vero hanc ſecurim ac ligna habeat,tum poſſit quidem eſſe Medicus. Ideo opus eſt,vt primo faber ſit,qui ſecurim parare queat.Porro ei opitulatur ingenium proprium, vt ea vti diſcat. Pari modo præclaritas ingenij arcula medicinarum, & ipſius ſcientiæ eſt. Sed ex igne prodit theſaurus,in eam condendus. Quare ſicut vitrarius artem faciendi vitri ab igne didicit,cum antea,quidnam faceret,neſciret, artem autem detectam recondiſſet: ſic pariter ignis docet ſcientiam artemque medicinæ. Et hæc probatio medici eſt. Hoc verum eſt; partem imperitam (id eſt, eos, qui ex natura nati nõ ſunt) ſuum præceptorem agnoſcere non velle, ſed ſuam ipſius rationem pro medica ſapientia habere,& illi incumbere. Quod in arena ædificaſſe merito dicendum eſt. Quicquid ignis docet, id ſine igne, nec comprehendi, nec comprobari poteſt. Nam ſapientia duplex eſt: Vna,quam ab experientia haurimus. Altera, quam ex noſtra induſtria colligimus. Sapientia experientiæ iterum duplex eſt: Vna medici fundamentum & magiſter eſt. Altera ipſius error & ſeductio eſt. Prima eſt illa,quam ex igne accipit, dum artem vulcaniam exercet in tranſmutatione, fixione, exaltatione, reductione

Medici conſideratio.

Ingenij bonitas arcula medicinarũ eſt.

Ignis docet medicinam.

Ignis facit medicum, eſtque medicinę thesaurus.

Sapiẽtia duplex, experiẽtiæ & induſtriæ.

Experiẽtiæ ſubciuſio.

I. II. reductione & perfectione, cęteriſque his annexis operibus. Hac in experientia tres illæ ſubſtantiæ indagantur, cuius naturæ ac proprietatis aut compoſitionis ſit, quicquid ex rebus vniuerſis in omni mundo continetur. Altera vero eſt illa, quæ fortuitò aliquid aſſequitur, ſine prędicta experientia. In hac quod ſemel rectum inuenitur, non confirmatur, quod ſemper rectum ſit, vt in hac experientia fidendum & ſtandum ſit. Hoc ædificium fundo caret, ſuper quo exſtructus error eſt, qui fictitiis ſophiſmatis gloſſatur. Talis ſiquidem ſic ſecum ipſe cogitaret: quis hoc tibi largitur experimentum? Nimirum iſte. Quis huic? Alius, & ſic retro vſque ad omnium primum, à quo omnes acceperunt: tunc res ad Vulcanũ redit & ſpagyrum. Ita ſcitote nos non ex huiuſmodi auditu aut lectionibus in medicina doctos fieri debere, ſed, qua ratione primus docuit? Ita & nos. Illum qui docuit: is doceat & nos. Adeoque natura Vulcani & noſtra magiſtra ſit. Nã ſi quis dicat: *Fac hoc, & ſaluus eris*: tum certè neceſſitas poſcit vt ſcias, iſtud quiſnam dixerit. Tum res redit ad eum, qui ſalus ipſa eſt. Sic in hoc quoq; negotio: penetremus ad ipſam Medicinam, id eſt, in naturam: aliàs Medici minimè erimus. Nam ſi velim, vt fundamentum conſiſtat: non de inuiſibilibus, ſed de aſpectabilibus rebus omnino dicendum ac docendum erit. Nam magni hoc reputandum Medico eſt, quod Deum viſibiliter ac palpabiliter ante oculos noſtros verſatum habuimus, ita, vt Saluatorem ipſum noſtrum, veritatis omnis fundamentum audiuerimus. Illo vero multò conſpectius & viſibilius ipſa Medicina ante nos ſtat: quam viſibiliter etiam, non per ſomnium, palpabiliter, non in vmbra apprehendere debemus. Hęc omnia vero inaſpectabilia fuere credita illis, qui oculis ignis caruerant. Ex quo deinde panolethria illa emerſit, ſuper quam etiã vaga & mobilis illa medicina ſtabilita eſt. Durum creditu eſt, in homine quatuor humores ſecundum ſuas explicationes condi. Res penes fidem eſt. At medicinam non in fide, ſed in oculis conſtitutã oportuit. Nihil in fide perſiſtit, præter animi morbos, & ſalutem æternam. Omnis contra medicina corporis aſpectabilis ſtat, ſine omni fide. Cum panolethria hac ita comparatum eſt, ac cum religionibus erroneis: vbi non quilibet, qui dicit, *Domine, Domine*, illico exaudietur. Hoc eſt, ſi Medicus non ſis, eius tamen vſum affectes: ſi experimentum tuum offerens dicas, *hoc fac, hoc fac*: iam iterum ſuccedit male. Nam medicina te non exaudit: nec tu verus harum ouium paſtor es. Hoc tamen reſpondet tibi: *Non nouit te*: ægrotis medico opus eſt, quę ipſi quoq; norint. Nam ipſorum cauſſa conditus eſt. Quare ſolus iſte, qui vocatur, Medicus eſt: huic medicina ex terra producitur: Ea ipſum nouit, ipſum extollit, & iuuat. Fundamentum ergo hoc relinquitur; ſubſtantias tres nobis cognoſcendas & explorandas eſſe: idq; non ex noſtro cerebro, non ex auditu, ſed ex experientia Naturæ diſſolutionis, & iſtarum proprietatũ indagine. Homo enim à magno mundo docetur, non ab homine. Hæc eſt concordantia, quæ medicum integrat: Si mundum cognouit, & ex eo hominem: qui vnum ſunt, non duo. Cętera experientiæ remitto.

Vulcanus noſter magiſter.

Humores quatuor.

Medicus quis.

Subſtantiæ tres omnino cognoſcendę.

CAP. II.

SVbſtantiarum tres ſunt, quæ vnicuiq; ſuum corpus conferunt: hoc eſt, vnumquodlibet corpus in tribus rebus conſiſtit. Harum rerum nomina ſunt, *Sulphur, Mercurius, Sal*. Hæc tria ſi componuntur, tum vocantur corpus: nec illis quicquam apponitur, præter vitam, & cũ hac cohærens. Sic, ſi corpus quoddam manibus prehẽdas, tum inuiſibiliter tres ſubſtantias habes ſub vna ſpecie ſeu forma. De tribus his nobis diſſerendum eſt. Hic enim tres ſubſtantiæ ſub vna forma exiſtunt, quæ dant & faciunt omnem ſanitatem. Nam ſi lignum manibus teneas, tunc oculorum iudicio vnum ſaltẽ corpus habes. Et hoc ſcire tibi nullo vſui eſt. Idem & ruſtici ſciunt videntq;. Eò vſque deſcendere & penetrare debes, vt ſcias, manibus te premere ſulphur, Mercurium & Sal. Quas tres res, ſi aſpectu ipſo, & tactu atque palpatu; vnamquamlibet ab alia ſeparatam ſentis: tum demum oculos eos nactus es, quibus Medicus videre debet. Hi oculi in tribus his peruidendis tam perſpicaces eſſe debẽt, quàm certò lignum videt ruſticus crudum. Hoc exemplum eò tibi faciat, vt ipſum hominem quoque in his tribus cognoſcas, non minus ac ipſum lignum: hoc eſt, ipſum hominem ſimili forma conditum habeas. Si huius oſſa vides, ruſticum vides. Illius vero ſi ſulphur ſeorſim, ſiſeorſim Mercuriũ vſi ſal ſeparatim habes, iam peruides, quid os ſit; & ſi infirmũ ſit, quid vitij habeat, ex qua cauſſa, & quo-

Corporis ſubſtantiæ tres, Sulphur, Mercurius & Sal.

Oculi medici.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 74 sur 913

& quomodo patiatur. Sic ergo exteriorum aſpectus, ruſticorum eſt: Interiorum contuitio, hęc ſecretum eſt ad Medicos ſpectãs. Iam ſi has res viſibiles fieri oportet, & citra aſpectabilitatem hanc medicina manca ſit: pol eò deducenda natura eſt, vt ſeipſam denudet & exhibeat. Propterea videte, in quam vltimam materiam eæ res abeant, & in quot genera. Tot nimirum in genera inuenietis etiam tres ſubſtantias illas à ſe inuicem diremtas. Id quidem non curat ruſticus: curat tamen Medicus. Idem & Experimentator negligit: non tamen Medicus. Nihili hoc facit error: plurimi tamen Medicus. Nam ante omnia tres iſtæ ſubſtantiæ, & omnes earum in magno mundo proprietates ſciendæ ſunt. Tunc ſimiles eaſdemq; in homine quoque reperiet. Iam, quid ſub manibus habeat, intelligit: & cui dominetur, agnoſcit.

Lignum tres iſtas ſubſtantias habere.

Hæc ergo vt planius cognoſcatis initiũ à ligno facite. Id per ſe corp⁹ eſt. Hoc crematur. Id quod ardet, ſulphur eſt: quod efſumat, eſt Mercurius. Qui cinis relinquitur, Sal eſt. Ipſa exuſtio ruſtici intellectũ peruertit. Medico verò initium miniſtrat & viam ad oculos medicos. Sic ergo hic tres res, nec plures, nec pauciores inueniuntur, vnaqualibet ab altera ſeparata. De tribus his porro notandum eſt, quod eas æquali modo res vniuerſę habeant. Quæ ſiquidem oculis non illicò pateſcerent vno modo: per artem tamen reuelantur: quæ eas eò redigit, & ob oculos conſtituit. Id quod ardet, eſt ſulphur. Præter ſulphur, nihil flagrat. Quod fumat, eſt Mercurius. Nihil ſublimatur prę-

Subſtantias tres res æquali modo habent Sulphur

ter vnum Mercurium. Quod in cinerem abit, Sal eſt. Nihil cinereſcit, niſi ſal ſit. Id quod cinis fit, eſt ſubſtãtia, id eſt, pars, ex qua lignum conſtituitur. Et quamuis ſit vltima, non prima materia, de prima tamen materia teſtatur, cuius ipſa vltima eſt, dum viuenti corpori cohæret. Quanquã in viuente corpore nihil quicquam appareat, præter ſpectaculum ruſticum: Separatio tamen oſtendit ſubſtantias. Hic nunc non loquor de prima materia: cum Medicinam tractem, non Philoſophiam. Vt de ſale recenſuimus: ſic de fumo noſcite, ipſum de Mercurio teſtari, qui per ignem ſuſtollitur & ſublimatur. Ac licet & huius materia prima hic aſpectabilis non ſit: viſibilis tamen eſt primæ, vltima materia. Ita, vt Mercurius iſte ſit altera rei ſubſtantia. Sic, quod ardet, & oculis ſplendidum apparet vel igneum, id ſulphur eſt. Id abſumitur, quia volatile eſt. Iam hoc quod ignis eſt, ſubſtantia & ipſum eſt tertia nimirum, quę totum corpus conſtituit.

Mercurij Sal.

Ex his iam Theorica auſpicanda eſt, quidnam Mercurius, quid ſulphur, quid ſal ſit, quid in ligno, quid in alijs: vt ſic cũ Microcoſmo conferantur. Iam de homine habes, corpus eius nihil eſſe, prętet ſulphur, Mercuriũ, & Salem. In his tribus reb⁹ ſanitas illius poſita eſt, vt etiam egritudo, & quicquid his coheret. Et ſic vthęc tria ſola ſunt: ſic ſola etiam cauſſæ fiunt omnium morborum, non quatuor decantati humores, qualitates, ac alia ſimilia. Quamquam autem non omnia ardeant, vt lapides: alchimia tamen commonſtrat, & hos, & metalla, & alia omnia incombuſtibilia credita, flagrabilia reddi poſſe. Licet etiam multæ res non ſublimentur: tamen iterum ars euincit, eas eò redigi. Eadem etiam de ſale intelliguntur. Nam quod ruſticorum oculis non patet, id in arte, planum eſt, id eſt, in arte ſeparationis, vnde poſtea res oculis obijcitur. Iſtorum cognitionem prædicta ars largitur, rerum omniũ conditionem aliam non eſſe.

Nomine ſale ſulphure & Mercurio conſtare.

Iam ſi de proprietatibus & natura iſtorum trium loqui velimus: res ita cenſenda eſt, Naturam aut in Mercurio, aut Sulphure aut Sale ſitam eſſe, ſiue bona ſit ſiue mala, ſana vel ęgra. Vnaquælibet enim ſubſtantia ſuam naturam habet. Iam ſi concurſus in vnum corpus fiat, tum naturę ſub vna forma produntur. quæ tamen in ſuam ſubſtantiam & non in commune poni debent. Naturę enim bonæ ſunt. Iam ſi non adſint illę, morbus adeſt. Hinc ergo ſcire potes, quid ſubſtantiæ decedat: Nam ſeceſſio vnius eſt acceſſio alterius. Quot morbi (quot naturæ) tot numeri morborum. De iſtis naturis loquentes, opus habemus cognitione materiæ primæ. Cum vero prima materia mundi fuerit FIAT, quis hoc *fiat* explicare conabitur? Aliquid tamen huius cognitum habemus per ignem Vulcani, per quod tria illa prima declarare poſſumus: nempe per ſulphur, ſulphur, quia conueniunt: per Mercurium, Mercurium: quia & ipſi ſimiles ſunt: per Salem, Salem: quia vnius operationis ſunt. Sed quanquam hæc ſint in magno mundo: tamen & de paruo mundo ſimiliter intelligenda ſunt: hoc tamen diſcrimine, quia ſuam materiam primam homo habet in *limbo*, qui

Sales, ſulphurea, & Mercurij materia.

mentorum,

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 75 sur 913

Morbi omnes in tribus substantiis consistunt.

Sulphur, Mercurius & Sal fuit 4. Elementorum, in vnum hominem congestus. Debet itaque scire Medicus, omnes morbos in tribus substantijs consistere non in quatuor elementis. Quam quidem ipsa Elementa vim habeant, aut quid sint, id ad medicinam non spectat propter humores. Nam matrices sunt. Quo vero id modo, proprium capitulũ indicat. Quare tres istas res solus Medicus cognitas ac exploratas habere debet. In his enim causſæ omnium morborum latent.

Iam vero, quia homo, quamdiu vita fruitur, ista in se non videre potest, sed saltem post destructionem: ideo mentem defigere debet ad illas res, quæ dissoluuntur, quod nimirum pretiosæ ac ornatæ in corpore cõsistant, quamdiu viuunt valentque, Sulphur siue Mercurius, siue Sal, quamdiu viuunt, non ægrotant, sed tantùm cùm dissoluuntur. Quare meritò ad separationem animus intẽdendus est. Carbunculum videte, pulcerrimum ac amœnissimum, miræ virtutis ac naturæ. Nihil tamen is est aliud, quam Sulphur, Mercurius & Sal. Qui si separetur, tum iste res deprehenduntur; informe scilicet quiddam, si vita priuatus sit. Vitæ ergo adsigna, quod ista non videas. Vita enim id velum est, quod res istas abscondit. Pariter & hominem contueamini, si viuit, quàm pulcer sit & venustus: si moritur, quãta destructio sit: aut si vnum saltem in eo membrum emoritur, quàm manifestè & sensibiliter illud in tres istas substantias abeat. Quod verò per mortem tale est: id itidem tale per vitam, sed ornatius, sed excultius. Sic & Cedrus, quamdiu viuit, pulcra exsistit. In ignem autem conjecta illa: tum, quod vita eius occuluit, per illum proditur. Et hæc rerum omnium veritas est. Vniuersa hęc, quæ modis multis demonstrari possent, velim intelligi tantum propter principia ipsorum ex quibus morbi nascuntur. Tria enim ista si vnum sint, nec separata, tum bene se habet sanitas. Si verò inuicem soluuntur, id est, dissęparantur & segregantur, tum vnum putrescit, alterũ conflagrat, tertium alia via vanescit: & hæc vera sunt morborum principia. Nam quamdiu corpus vnum manet, tamdiu morbi desunt. Sin vero contra, & corpus dissipetur: tum id prodit demum, quod scire opus est Medico. Et, veluti, si 20. viri in vno fœdere sint, omnes tum nouisti: sic noueris, quod si separentur, dicturus sis, hoc vel isto modo separati sunt: id ex ipsis notans, quod in illis agnoscis. Sic hìc quoque omnia nouisse debes. In separatione verò, quidnam separatum sit, exactiùs peruides. Hoc nisi fiat, quid aliud, quam principium mortis, hoc est, destructio vniuersi regni supereſt?

Vita abscondit substantias tres.

Iam vt in fundamẽto huius capitis argumentum intelligas, scito, id saltem hìc indicari, sulphur, Mercurium & salem tres dictas substantias esse, sed per vitæ tamen præsentiam absconditas. In vitæ autem separatione deteguntur & manifestantur. Vnde etiam iam earum tum genera, tum species intelliges, ita nimirum, quòd iam omnes nominatæ sint: & si morbus vnus, duo pluresve incidant, dicere possis, hoc est morbus, hoc illum suscitauit. Et quale exemplum fuit de fœdere vnitatis, ex multis constituto: quod si dirimatur, tum dicis, hic aut iste fecit, per hoc, aut hoc modo: nec illud dicis, cholera, melancholia, phlegma, &c. fecit, sed asseris potius, hic vir fecit; sic idẽ hic quoq; intelligere debes. Nam si dicatur, hic fecit: id plus & rectiùs dicitur, quàm cholera fecit. Nam morbus, secundum omnes partes nulli commodiùs quàm viro comparari potest. Et vobis hoc dictum sit Medici. In hoc rei cardo est, vt id, quod morbus est, vir dicatur. cum omnibus viro appertinentibus proprietatibus. Sic complecteris 3 Elemẽta, 3. Substantias, 4. Astra, 4. Terras, 4. Aquas, 4. Ignes, 4. Aeres, & omnes conditiones, mores, proprietates & naturas viri, sine quibus nullus morbus est: quorũ tu quidem oblitus es, vbi scripsisti, morbos oriri ex 4. humoribus: qui tamen cum elementis, & quatuor ac tribus rebus nihil quicquam vnquam affinitatis habuerunt. Ea proprietate loqui fas est, vt omnes viriles naturæ in morbo inueniantur, & vir is nominetur: vt qui ex perfecto limbo conditus est velut & ipsi morbi.

Morbus viri nomine indigetandus.

CAP. III.

SEd hæc prolixiore explicatione indigent: quia morbi hoc modo conditi sunt, & ita viriliter intelligi debent. Res ergo ita se habet: sulphur humor est. Mercurius humor est. Sal humor est. Sic eorum tres sunt. Tres verò isti humores sunt corpora. Corpus hoc loco est humor, non res peregrina. Corpus ipsum id est, quod, Medicus tractare debet. Et licet dicere velis, id causſam esse, quæ morbum

Humores tres.

morbum pariat: id nos minimè concedemus. Humor enim morbum nullum gignit. Quod morbum gignit aliud est: nempe *Ens substantiale*. Iam verò opus est, vt, quicquid morbos ciet, masculum seu virile, id est, astrale, ex toto limbo sit: cùm tamen humor, vt censetur, nihil ex astris in se habeat. Ergo morbos parere non potest: Quare meritò morbus debet viriliter appellari, propter masculam naturam, quam facit ac imprimit. Iam ergo attendite, quid illa tria sint, quæ hic causſæ & genitores morborum vocitantur.

Humor nullum morbū gignit.

Primùm est *Sulphur*. De huius vi ita æstima, quod nunquam in suum malum per se pergat, nisi Astralis sit, id est, nisi scintilla ignis in ipsum coniiciatur: tunc enim viresçit suscitatus à scintilla. Ardere enim an non virile est, aut virilis operatio? sine hac nihil fit. Quare si morbus quispiam de sulphure declaretur: tunc omnium primò sulphur secundùm nomen suũ nominari debet: deinde mascula illius operatio, & quis ipsum suceenderit. Sulphurum multa sunt: *Resina, gummi, Botin, Axungia, pinguedo, butyrum, oleum, vinum ardens*, &c. Sulphura nonnulla etiam sunt lignorum: quędam animalium: alia hominum: aliqua metallorum, vt *oleum auri, Lunæ, Martis*, &c. Nonnulla lapidum, vt *liquor Marmoris, Alabastri*, &c. Quædam seminum, & rerum aliarum omnium, suis omnia peculiaribus nominibus indigetata: & postea ignis in ea incidens, qui solus astrum est, cum suo nomine. Iam hæc operatio est materia peccans, ex parte vna.

Sulphuris vis.

Sulphurum species.

Porro de sale sciendum est, quod is per se humor materialis exsistat, qui nec ipse morbum infert, nisi illius astrum cõiungatur. Astrum vero eius, est resolutio, quæ ipsum masculat. Nam is non minùs, quàm spiritus Vitrioli, Tartari, Aluminis, Nitri, &c. si resoluitur, tumultuosè sese exhibet. Humoribus autem vnde talis natura immitti posset sine astro? De quo Medici vniuersim omnes siluerunt. Et licèt nullum vnquam alium errorem designassent, quàm quòd in omnibus causſis & curationibus astrum omisissent: tum certè ex eo vno abundè constaret, ipsos super muscum & arenam ędificasse. Scitote ergo, salia multa esse. Quædam sunt calces: quædam cineres: quædam Arsenicalia: quædam Antimonicalia: quædam Margasitica, & alia similia: quę omnia fiunt gignunturque (prout corpus salis est) peculiares morbi: qui deinde etiam cuiuslibet priuatum nomen & naturam accipiunt.

Salis vis.

Salium species.

Sic & de Mercurio intelligite. Is. solus per se non est virilis, nisi astrum Solis ipsum sublimet. Aliàs non ascendit. Illius quidem præparationes multę sunt: sed vnum tantum corpus. Corpus verò huius non est vt sulphur, vel sal, quę plura corpora habent, vnde etiam varia salia & sulphura reddunt. Hìc vnicum saltem est corpus: quod ipsum tamen astrũ variè & in varias naturas mutat. Vnde ab eodem plures morbi gignuntur. Ideóque mascula eius natura ex astro est, à qua in morbos deducitur. Si vniuersi morbi in tribus his continentur, sub nomine & titulo suo: scitote ergo, ad sulphur redigi debere, quod sulphureum est, vt ardeat. Et quod Mercuriale est, in sublimationẽ redigatur, ad eam si aptum est. Et quod ex sale est, in salem reducatur, quantum eius est. Hìc ergo continentur generales causſæ morborum, sicut supra comprehendimus.

Mercurii vis & potestas.

Morborũ causſę generales.

His ergo consistit, quod prius diximus, nempe, hominem in tribus positũ esse: & tria hęc corpus habere medium, hoc est, corpus viuum. Nam ante hanc vitam est prima materia: post eã, est materi vltima. Et hoc est quoddam mediũ intra primũ & vltimum: estq; hoc ipsum, cuius gratia Medicus & medicina creata sunt. Porro, etsi medium corpus caput est, tamen ipsum subiectum non est: sed solę tres hæ substantiæ, sepositа vita, essentia, ac natura, cui quod addamus ac demamus, nihil habemus. Iam verò quod nostrum subiectum exsistit, id in seipso frangitur tribus vijs. *Primò*, per seipsum. Quod si fit, tum se vita deijcit. Vitæ enim ea ratio, quę pacis. Vbi pax, ibi concordia. Et quamprimum concordia dissoluitur, pax quoque perit. Similiter & vita. Tria ista si nolint indiuisa inter se permanere: tum vita euolat, corpus exanime ac solutum relinquens. *Secundò*, si violenter illud dissoluitur, aut in natiuitate, aut in educatione, aut arbitrio nostro, quo astra contra nos inuitamus & inducimus, non secus ac ciuitas Dominum suum suis ceruicibus irritat. *Tertiò*: si nec seipsum soluit, aut separat, sed vnitum manet: nec nos etiam externa vi id causſamur: tum via tertia prestò est, nempe *Finis*. Ita omnium rerum suus finis est: Et licèt sint optimæ, fortissimæ, pulcerrimæque: tempore tamen omnes finem suum sortiuntur.

Subiectũ nostrum quibus vijs frangatur.

tur. Sic huic fini ipſe quoque homo addictus eſt: quem annorum numerum nunquam tranſiliet.

Rerum cur tam varię ſpecies creatæ ſint.

Deinceps verò etiá cauſſa expendenda eſt, cur nimirum tres res, non vna, & tot tamque varię ſpecies earum, quę infinitę ſunt, creatæ ſint? Nam tot ſpecies ſunt, vt reſina Rhetia non ſit, quæ Norica: nec oleum amygdalarum Neapolitanum, idẽ quod iuxta Lacum Cumanum. Sic etiam quę in montibus ſunt, ab ijs, quę in planis naſcuntur, differunt: quod hic deſcribere largiùs nolo. Cauſſa verò multiplicitatis & varietatis huius eſt quia Chriſtus inquit, *omne regnum in ſe diuiſum, peribit.* Quod ſi ergo perituras ũt, in propriis mẽbris bella inteſtina excitari, & ſic corpus diſſolui & occidi neceſſe eſt: idq; modis planè plurimis. Nam ſpecies imperueſtigabiles ſunt. Et hoc fundamentum morborum eſt: non humores. Sic etiá variæ medicinæ ſunt: & ob id etiam variæ deſtructiones. Caduca & ipſa medicina eſt, & cũ homine oritur, occiditq;. Hi enim anni Platonis ſunt, in quib. res vniuerſæ innouantur: de quo Arnoldus paucula quædam tradidit, intellectus iſtius argumenta: ſed à propoſito nimis citò relabitur. Qui verò capita deſtructionis regni cognouit, is idoneus eſt, qui ad ſcientiam monſtrati mei fundamenti admittatur. Pro cuius concluſione, vt vniuerſi morbi cognoſcantur: ſequentur deinceps ad præſtituta tria puncta, Tres Libri: in quibus illi morbi, qui per ſe, per nos, & per finem temporis ſignantur accidunt q; & qui fiant, explicabuntur.

Morbus vt homini ẽ ciuſq; morbos cognoſcat quæ requirãtur.

Cum rebus autem huiuſmodi ita cõparatũ eſt, vt, ſi medicus cognouiſſe hominem, & eius morbos perſpexiſſe velit, rerum vniuerſarum morbos, quos natura in magno mundo patitur, perſpectos ipſum habere oporteat. Ideo enim ille patitur, vt nos id videamus: patitur autẽ in hoc genere iſtud: in alio aliud: in homine autem omnia. Nam ſi omnino ex limbo is conditus eſt, hoc certè fine conditus eſt, vt omnia ſua ſecum bona ac mala cõportaret geſtaretq;. Ideo medium à Deo ſtatutum eſt, ne duo illa ſequeremur, ea nimirum menſura ac ordine, qui ab initio præfigurátus eſt. Cùm itaq; extranea ſint, medicus extrancè eadem quoq; addiſcere debet, & ſumere concordantias in præparádo & ſeparando morbos à rebus viſibilibus, eaque corpora per artem ſpagyricam reducere in vltimam materiam: tunc inueniet, quænam ſubſtantia morbum gignat. Quòd ſi verò ea omnia reduxerit, tunc cognitionẽ omniũ morborum habet. Quod ſi ſuæ ſaltem regionis gnarus eſt: extranei alicuius ægri medicus eſſe non poteſt. Medicus enim in ſolis eſt notis, nõ ignotis. Ideo non debet pati ſe ſeduci vel ab Arabibus, vel Barbaris, vel Chaldęis: vt nec noſmet. Quilibet alteri credat tantum, quantum in igne expertus eſt ipſemet. Neſcit enim credere Medicinę, quod per ignẽ non probatũ eſt. Per ignem ſiquidem naſcitur medic⁹, ſicut dictum eſt. Diſce ergo Alchimiam, quæ aliàs *Spagyria* dicitur. Ea falſũ à vero diſcernere docet. Talis & lux naturæ eſt, vt in omnibus probatio fiat, & in luce ambuletur. Et ex hac luce naturæ ſapere & garrire debemus, non ex phantaſia, in qua nihil gignitur, niſi 4. humores & eorum compoſitiones, augmentum, ſtatus & decrementũ, & gerræ huiuſmodi alię; quæ non ex præclaro ingenio, boni theſauro conferto egrediuntur, ſed ex fundaméto fictitio & minimè comprobato.

Medicis Arabibus & extraneis quatenus credendum.

Spagyria

CAP. IV.

IAm verò inſtantia mota eſt de cõplexionibus, vt cùm dicitur: *Hic eſt ſanguineus, ſiue Cholericus, ſiue Phlegmaticus, ſiue Melancholicus:* quorum tamen nullum verum eſt. Id multis cauſſis probatur. Generaliſſima eſt hęc, quia vita illud largitur, quod *complexiones* vocant. Quod ſi ergo vita illud confert, non tres ſubſtantiæ: ergo medico id non conſiderandum eſt. Nam vita, & quod vitæ cohæret, medico neutiquam ſubiectum eſt. Et licet huiuſmodi quidem complexiones ineſſent: illarum tamen conſideratio ad medicum nõ pertineret. Nam quod cũ vita tranſit, id ſub theoricam medicá nõ ſpectat. Et hoc altè meminiſſe velit medicus. Nec enim error iſte corpus ſanum ſaltem attinet, verùm etiam pertinet ad ægrum. Nam ad morbos deriuant, quod in ſano corpore ineſſe arbitrantur. Porrò cauſſarum vna & hæc eſt; quòd nimirũ totũ corpus non ferat, vt huiuſmodi quatuor complexiones in homine inſint: quia ſpecies ſunt. In nulla ſpecie ineſt complexio, ſed natura ſuæ ſubſtantiæ. Natura autem complexio non eſt. Nam, ſi dico: *Hoc calidum eſt*: id non ipſius complexio eſt: Eius natura habet hoc ex ſua ſubſtantia, ſicut colores. Id verò nec ægritudinem nec ſanitatem parit, oportet aliquid eſſe vel calidum vel frigidum, &c. in ſua natura. Id verò ad viuum corpus nihil attinet. Præterea quod dici ſolet, *mores*, *ingenia*, *naturas*,

Complexiones refelluntur & euertuntur.

Mores ingenia &c. an ex complexione oriantur

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 78 sur 913

vſus &c. ex complexione oriri: falſum & hoc eſt. Nã iſta ab aſtro ſunt non à cõplexionibus. Bilis iram non mouet: ſed Mars. Ex hoc ſequitur, bilem effundi aut exundare, ſicut ventriculũ nimio potu repletum. Sic effundit Mars bilem. Harum rerum quæ natura ſit, examen ad Aſtronomos, non Medicos pertinet: quorum illi non meminerunt. Ideo facilè in errorem præceps datur ille, qui principia & adiuncta artis ſuæ non perfectè tenet.

Complexiones non ſunt cauſæ morborum. Ex his iam intelligite, malè vos ſentire de hoc, quod complexiones Medico ſubiectæ ſint, aut materiæ ſeu cauſſæ fiant morborum. Huiuſmodi enim res vitæ inſitæ ſunt, non phyſico corpori.

Morborum cõditiones quæ & quales. Quod ſi verò morbus vel calidus, vel frigidus, humidus vel ſiccus eſt, propter hoc ne dicas, eos illius cõplexionis eſſe. Nam hæ ſunt eorum conditiones, non complexiones. Complexio vna conſiſtit in duobus: nimirum in calido & humido, vel calido & ſicco: ſic etiam in frigido & humido, vel frigido & ſicco, vergitq; ad naturam elementarẽ, quod loco hoc non eſt tractandum. Huiuſmodi conditiones morborum ſunt calidę vel frigidę: ſed iuxtà nec humidæ nec ſiccæ: aut ſunt humidæ & ſiccæ: nec iuxtà calidæ vel frigidæ: ſed ita ſe habent, vt aut calida ſola aut frigida ſola, aut ſicca ſola aut humida ſola conditio ſit. Eaq; conditio in vno ſolo eſt, non in duobus.

Complexio gemina in Medicina reſpuitur. Dico ego Maniam calorem eſſe: ſed nec humiditatem, nec ſiccitatẽ habere. Sic hydropiſis humiditas eſt, coniunctum nec calidum nec frigidum habens. Et ſic etiam de reliquis. Ita conſtitutæ ægritudines ſunt. Id pariter etiam in medicina conſiderari debet ita, quòd ſcilicet alter gradus, id eſt, dupla vel gemina complexio non aſciſcatur: ſed omnes res tuẽtur ſuam vnicam conditionem, id eſt, calorem, frigus, ſiccitatem, humiditatem. In morbis enim vnà conſiſtere non poſſunt: oportet vnum ſolum ſit. Quia duo & duplex eſt: ideo vitæ ſubiacet, non Medico.

Complexio ad Medicẽ nihil ſpectat. Vt exempli loco: Res, quę pulcra, nitida & bene colorata eſt, quid ea ad Medicũ attinet? Nihil. Sic nec complexiones ad ipſum ſpectant. Sunt enim veſtimenta naturæ, & eam ornant, Medico haud quicquam examinandæ. Quòd ſi verò ſcire velis, quod calor ſolus conſiſtat, itidem & frigus ſolum, & humiditas ſola, & ſiccitas ſola: tunc illud tibi propone, quod ſolum conſiſtit. Illud ſine vita eſt, & vitam deſerit. Quare iam præſtò morbus eſt. Sic porro: corpora accenduntur ab aſtris, aliàs non ægrotarent. Aſtra mouent bella inteſtina. Itaq; ſi iam corpus accenditur, vnum ſaltem inuadit, nõ duo. Conijcitur enim vel in calorem, vel frigus, vel humorem, vel ſiccitatem. In quodcunque iam conijcitur, id medico expendendum ac examinandum eſt, Sed in exemplo res dilucidior erit. Quidam infligit alteri vel vulnus, vel tumorem, vel detruncat pedem &c. Ipſe hic ictus certè per ſe nec calidus, nec frigidus, nec humidus, nec ſiccus eſt: ſed ictus eſt. Sic pariter intellige initio omnes morbos eſſe, & ita oriri. Quod ſi verò intus in corpore is ſit: quid aliud erit, quàm vulnus, vbi neq; calor, neq frigus, neq; humiditas, neq ſiccitas conſideranda veniunt? Quare vera & genuina ars eſt, *Incarnare*. Incarnatiua illa, ſiue calida, ſiue frigida, ſiue humida, ſiue ſicca ſint, id te nil moueat. Si incarnatiua ſunt, id ſatis eſt tibi. Cętera dimitte. Et quanquam accidat, vt vulnera incaleſcãt, inflammẽtur, & febrilia fiant: tamen hæc ipſe morbus non ſunt. Morbum ipſum aggredere: is nulla refrigeratione nulla reſtinctione indiget. Et hæc pro demonſtrãda erronea & manca arte tua adducuntur, quod ab Incarnatiuis minimè inſtructus ſis, ſicut id tui officij erat. Eadem ſimiliter etiam in hydropiſi accidunt. Ea propria nimirum, quę ſalem reſolutum pellunt, & nec ad calida nec ad frigida reſpice. Nam in his medicina non eſt fundata: pari omnino ratione, ac ſicut colocynthis purgat, ac Turbith ſine reſpectu complexionis. Virtutem enim eam non habent à complexione, ſed ex maſcula natura. Quare omnes virtutes rerũ ſunt *Arcana*, ita vt morbos ſuos curent eo modo, quo facti ac geniti ſunt. Sine complexione fiunt: ſine complexione ſanantur. Et pro veriſſimo hoc omnes recordamini: qua cum natura accedit, cum eadem etiam recedit. Quod ignis aqua exſtinguitur, non ab frigore fit, ſed ab humiditate. Sic, quod ignis calefacit, non cauſſa ſiccitatis eſt, ſed caloris. Perpetuò ſic manet id, quod morbum gubernat: ſed non quòd materia peccans ſit, verùm vt color, qui nihil addit, nihil demit. Morbus adeſt, veluti gladius, qui ſcindit ſine complexione.

Incarnatiua.

Vulnerũ aut ictus cura ſine complexionibus.

Ignis perfici cura. Accidit vt ſulphur accẽdatur & flagret veluti in igne Perſico. Iam quæ huius erit medicina? Nimirum exſtinguere, vt ignẽ. Quia verò, cũ frigidis & cáphora curatio vobis inchoatur: ideo euẽtus dubiꝰ expectadꝰ eſt. Vnũ hoc hic fundamẽtũ cõſiderandum

randum erat, quid ignem inuisibilem restinguere posset. Exstinguere enim scopus est: refrigerare venenum est, quia retropellit, & mala alia conciet. Sic vt agamus, Deus non postulat: sed vt perfecta medicina, quæ bono ordine continetur, id moliamur, quod nobis oculi in aqua & igne commonstrant. Sic ergo aperiendi nobis in arte oculi sunt, vt medicinaliter & ignitè perspiciamus ea, quę rusticus videt manifestè. Ad hoc fundamentum compellimur, inchoaturi curationem. Quare iure merito à complexionibus & quatuor humoribus desciscendum est. Nam hìc minimè considerandi illi sunt. Quod fecerunt, qui Medicinam tot obscuritatibus inuoluerunt. Hoc quidem verum est, oportere morbum vel calidum vel frigidum esse. Nam quid sine coloribus exsistit? Ita nihil sine istis. Et tamen illa nihil pręter signa sũt, ac haud quaquam morbi. Qui signa arripit pro ipsa materia, is sibijpsi in mora est. Quid hoc est, quòd feruet frons, quòd inflammatum est caput cũ vniuerso corpore: quòd rubrum est lotium: quòd pulsus celer: quòd hepar siticulosum: & si quæ his sunt similia? Hæc certè saltem morbum signant, non ipsam materiam. Alia enim sunt quàm materia: & morbum ipsum mentiuntur. Sic in colica à constipatione, ecquid sentitur? sæua tormina, ardor, paralysis, sitis, vomitus & similia. Hæc te tamen omnia nihil angãt ac detineant. Si constipationem sustuleris, tum accidentia cætera omnia solluentur. Calculum considera, quæ symptomata inducat. Vis ea tollere? Tolle *lapidem*. Hunc tolles neque calidis, neq; frigidis, sine complexione, sine humoribus: solo cultro tolles. Et hæc documẽta vobis non in vno, sed in omnibus sint rata. Culter lapidis arcanum esto. Sic ergo arcana cognosce, qualia esse debeant. Hoc dico qui frigida calidis, humida siccis deberi putat: is naturam morbi non intelligit. Nam ad maniam redite. Hanc quid aliud iuuat, quàm venæ diruptio? Ita enim ille conualescit. Et hoc eius arcanum est, non verò camphora, non nenufar, non saluia, non maiorana, non clysteria, non infrigidantia, non hoc, nõ illud, sed vna phlebotomia. Quod si hoc in mania verum est, verum erit in morbis etiam alijs. Nec his nouum ius erit.

Quod si quis verò de homine etiam sano dicere velit, eum esse Melancholicum: hic iterum falsum dicet. Nescit enim Naturæ lux, quid sit Melancholia. Si verò diceres: *hic morib. suis Saturninus aut Lunaticus est*: probe loquereris. Mores siquidem nostri, & naturarum proprietates ab astris formantur, & Melancholia ab astris corpori non ingeritur. Quòd si ergo ab astris non est: nec in Medicinam quoque recipienda erit & substituenda pro columna, quæ pondus professionis sustineat. Si sedes autem eius in Splene est: tum Splen Saturni est, à quo regitur. Iam verò Saturnus ac lien iunctim morbum lienis ingerunt: & tamen ipsi nec de Splene quicquam, nec de Saturno meminerunt: sed de vna melancholia. Sed & ipsa quartana ex Saturno fabrefacta ac condita est, ac secundũ eius impressionem procedit. Vbi ergo hìc Melancholia? Sic ergo humor vester falsus est, & nihil. Itidem & de Phlegmate cerebri nugantur: qui error priore multò crassior est, haud dignus, qui hìc tangatur. Idem etiam verum est de cholera & sanguine. Vbi nunc relinquitur Ren, Pulmo, Stomachus, & cętera, cum primis verò Cor? Si omnino humores fabricaturi illi erant: cordi certè ante omnia, deinde & pulmoni, & hepati, & renibus, vnicuique peculiari aliquo opus erat humore: quos etiam habent. Nam vnumquodlibet in corpore membrum suos humores continet: sed non quales isti quatuor præsentant, sed veluti ipsa membra exhibent, vnumquodlibet pro se, nec alterum pro altero respõdet. Lien tuetur suum locum: suum etiam renes: suum pulmo, suum regio vbi cholera est: suum sedes phlegmatis; suum confine Melancholia &c. Id verò longè à nobis absit, vt corpus in quatuor columnas humorum, velut in quatuor Elementa sequestremus. Hoc quidem verum est, Elementorum quatuor esse. Quod si quæris, quid elementum sit, respondeo, est *matrix sui fructus*: veluti, Terra est matrix sui fructus, vt planum est. Fructus eius nec frigus nec siccitatẽ terræ curat, & per seipsum etiam nihil est. Ibi necesse est congredi omnia 4. elementa. Idem dicimus etiam de aqua, de aëre, de terra. Vos verò vt de his disseritis: sic cõstat, ipsa Elementa à vobis nondum cognita esse. Quæ si intellexissetis, tum certè microcosmum aptiùs partiti essetis: quẽ tamen satis crasso modo explicatis.

complexiones quatuor omnino reiicendę.

Colica

Calculus

Melancholicus ne quis sit appellandus.

Mores ab astris non à melancholia.

Melancholia in medicina non recipienda.

Humores in quolibet mẽbro.

Elementũ quid.

CAP. V.

IAm, quoniam vltima materia id euincit, res vniuersas in tribus substantiis

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 80 sur 913

consistere, quæ ipsæ verum medici subiectum sint: huic verò corpus medium nihil simile sit, propter miram fabricam & peruersionem: tamen mutatio aut peruersio illa nihil aliud est, nisi veluti pictor imaginem in pariete depingit, aut in statua lignea exprimit. Ibi lignum nemo videt, sed pulcram iconem. Spongia tamen madida leui negotio omnè exsterget, quicquid pictor de suo addidit. Talis æquè vita est. Semel à Deo sculpti, & in tres substantias congesti, & postea illuminati sumus vita, quæ nobis, stare, ire, mouere &c. largitur. Sed hæc omnia spongia vna absterguntur. Iam verò hoc omnino hìc sciendum est, nos à vita cum suis appertinentibus seduci non debere. Nam admodum ingeniosus is est pictor, qui tres illas substantias coloribus illeuit, ita, vt in vno Sol, in altero Luna, in tertio Venus &c. depicta videatur. Hic candidus est, ille fuscus, alius aliter coloratus. Et hoc est pictoris magisterium summum, qui statuas suas tam affabrè exornauit. Sed ex his prædictis tamen tu nihil sume. Colores saltem sũt & pigmenta, non cum oleo aut glutino subacta, sed leuia, velut vmbra aut aër. Interim tamen verũ est, quosdam in ipso homine notari colores debere. Sed ij à morte illinuntur. Nam & mors sua pigmenta habet. Quę si inuadit & se figit, tum cedit ei vita, & tum ista pigmenta sese proferunt. Hæc quid indicant? Mortem & eius morbos. Hi duo colores scitu necessarij sunt quidem: sed cognitionẽ tibi ad morbum nullam ministrant. Nã saltem signa sunt. Signorum verò natura fallax est & incerta, sicut verbum è lingua, quòd euolat vel seriò vel ioco, Quia verò hi colores his rebus insunt: ob id iudicare non debes, posse tibi subijci. Nã neque cœlum, neque terra tecum sunt. Hoc est supra omnia. Nihil tamen sciẽdum ac cogitãdum aliud est, quàm quòd res omnes in ista imagine consistant: hoc est, omnes res sunt effigiatæ. In hac effigie ipsa anatomia est. Homo fictus est. Effigies eius anatomia est, Medico scitu cumprimis necessaria. Nam ita & morborum anatomiæ sunt: hoc est: Hydrops effictus est ita, vt effigiei competit. Propterea non satis est, cognitam habere anatomiã hominis, verum etiam hydropis; non secus ac fictus ac pictus in sua forma astaret. Sic æquè omnes alij morbi. Huic huius effigiei anatomię studere debemus. Nam sine hac, natura nos nunquã testabitur Medicos. Exemplum præfigite vobis de rosis ac liliis. Cur Deus ea tali forma & effigie expressit, vt & alia similia? ideo quia & Medicum & medicinam eius ex terra creauit. ita vt sciat, quid è terra prodeat, in sua anatomia. Eorum si anatomias nouit: postea & anatomias morborum nouisse debet: tunc inueniet concordantiam, quæ sibi similia sint, & ad inuicem pertineant. Ex binarum hac anatomiarũ concordantia medicus cresçit, & sine ea nihil is est. Beata hora illa foret, qua laborare liceret in ista, illi, qui nulla miseria impeditus esset. Hoc attẽdite. Vnaquælibet res, quæ matrici prodest, matricis anatomiam habet: & qualescunque ea morbos sentit, in ea anatomia continetur. Quare meritò maximi fieri deberet anatomia tam morborum, quàm rerum naturaliũ aliarũ. Sic Deum ex magnalibus suis nouisse, & apud nos intimè concludere debemus, tam varias imagines propter vnam illã caussam esse, propter quam ipsæ quoque effigies mirabiles morborum. Et qui rosæ morborũ anatomiam callet, ad eius conspectum intimè gaudere debet, quòd Deus medicinam talem exhibuerit suis oculis, quæ & late, ipsũ intueatur, & efficaciter prõtéque adiutet. Similiter & de liliis, & de Lauendula, & cęteris omnibus sentiendũ est. Sed quid sunt colores? Nihil, nisi exteriorum oculorum pabulum. Morbi cũ ipsis quidem conuenire possint, si in materiam suam vltimam abeant. Sic & cum gustu cõparatum est. Nam quid is aliud, quàm pars anatomię? qui aliud nihil designat, quàm similitudinis conuenientiam. Ad quod nunc sequitur omnium in eorpore membrorum distributio huius gustus, vt dulce ad suum dulce, amarum ad amarum iungatur, sicut gradus dulcedinis, aciditatis, amaritudinis &c. complectuntur. Quis est, qui hepatis medicinam in Gentiana, Agarico, colocynthidéque quærere vellet? Nemo medicorum. Quis est, qui bilis medicinã in Manna, Melle, Zuccaro, polypodioque quærat? Nemo medicorum. Simile ad simile pertinet: in ordine tamen anatomiæ nihil frigidum aduersus calidum, nihil calidum contra frigidũ datur: sed saltem in anatomiæ linea. Cõfusus is ordo foret, si in contrariis salutẽ nostrã quęreremus: Æquè ac infãti patrẽ de pane sollicitanti, is haudquaquã serpentẽ pro pane porrigit. Nos verò patrẽ in cœlo haberem⁹, qui nos creasset: & non pro petitu nostro nobis necessaria

Compatio vitę elegans à pigmẽtis desũpta.

Herbarum anatomiæ.

Medicus ex anatomiarum concordantia.

Anatomia maximi facienda.

Mortis pigmẽta.

Colores quid.

Signorũ natura fallax.

Anatomiæ ordo & linea.

Morborum anatomia.

ria,sed serpentes offerret? Mala certe medicina foret absynthium pro Zuccaro. Ideo,sicut infanti,quod petit, porrigitur, & non venenum:sic hic quoq;:Felli suum petitum:cordi suum idoneum:hepati suum proprium. Hæc columna esse debet, cui insistat Medicus, vt in anatomia vnicuique id ministret, quod similitudine conueniat. Panis enim, quem infans mâducat, eius anatomiam habet, ac edit is proprium suum corpus. Sic vnaquæuis etiam medicina anatomiam sui morbi habere debet. Qui anatomiæ huius imperitus est, huic valde difficile sit,probitatem sectari & arripere. Facile verò illi est, cuius probitas modica sit, qui scelere ac infamia nulla mouetur. Et hi hostes sunt lucis naturæ.

Anatomię imperitiæ incommoda.

Oculum in capite contueamini,quam miro artificio is fabrefactus sit : & quomodo medium corpus anatomiam suam adeo mirabiliter in hanc imaginem impresserit, & ei suum gustum indiderit, Ex imagine & gustu procedit cognitio ipsius medicinæ. Nunc atendite ad anatomiam illi accidẽtium morborum: *Cataracta*, *Macula*, *Albugo*, *Scotomia &c.* Quare hoc? Iam si habeas ocularia simplicia, tum intende in ipsa, vt speciem morbi in eius anatomia inuenias. Exemplum. Morbi descendunt ex transmutatione. Transmuta iam oculares illas anatomias:& in ista transmutatione inspice anatomiam gustus & speciei seu imaginis; minus autem imaginis,magis gustus. Et si nactus sis iunctarum illarum rerum concordantiam : quis cæcus panem à Deo efflagitaret, cui pro pane venenum subderetur? In anatomia itaque fundatus & peritus esto : tum haudquaquam lapides pro pane ministraris. Scire siquidem debes, te patrem esse morbi, non illius Doctorem, seu Medicum. Illum ergo pasce,sicut parens suum filium. Et sicut pater affectus est erga filium:vt eum pro necessitate sustentet, & ei præbeat quod filius ipse est : pariter & Medicum erga sum ægrum affectum esse oportet. Hoc exẽplum vt intelligis:sic cætera quoque exempla in aliorum ægrorum acceptatione,similia esse decet. Quicquid transmutatur,idem tu quoq; transmuta, & in id intende,vt saluæ anatomiæ iuuicẽ cõcordentur. Postea,si morbi incidunt, da operam,vt eos in vtrapue transmutatione componas. Et sic recepta poni componique debent, non more agyrtarum longis schedijs ex syrupis, theriacis, & aliis, in quibus nulla anatomia apparet, sed mera phantasia.

Anatomia oculorum.

Nota.

Receptorum cõpositio Theophrastica.

An me ergo non jure à processu illo hereditariorum *Recipe*, vt vocantur, separo?Imo jure.Nam licet multæ virtutes & efficaciæ in nonnullis illorum remediorum, quoad sanitatem (quanquam sæpe periculosè) interdum reperiantur; euentus tamen ex ijs tantum est, quod fortuitò in Anatomiam aliquam inciderint,aut principale quoddam à sano veroq; medico acceptum immiscuerint: quod Theoricam eorum velat & integit. Et tum principale illud dignitate sua priuatur:adiectitia verò illam asciscunt seruantq .Hoc est istorum hominum magisterium. Quàm fœdè erratis, cuius fundamentum muscosum est, qui quotidie suffulcire cogitur, vt terrenum fundamentum seruare possit? Nempe fulcra plena sunt sophismatis & blandimentis, palpationibus, ac crebris additamentis: ac illi ipsis mõrionibus plures gestus simulant, quorum tamen nullus numerus.

Hæc quæstio sit : *an vinum & oleum vulneri competant?* Sicut Christus de vulnerato iuxta Iericho loquitur. Nimirum id tu negare potes. Sit autem verum oportet : non figuram,non similitudinem, non facetias,nec iocum.Iam si solum est, & medicina est, stultitiam vestram ipsi profitemini.Ex eo enim nihil sanare poteſtis,quod tamen Samaritanus fecit. Et licet res quidem ea verè gesta non esset, Christus tamen (vt qui ipsa veritas est) ineptam medicinam indicare nõ voluit, sed potius Anatomiã & arcanum quoddam. Et procul à nobis sit, vt dicamus, Christum naturæ simplicia dextre non nominasse. Quia ergo hoc ad vulnera arcanum est : iam vos contemplemini, quantum vobis desit aut decedat. Huc redibit res,oportere olei & vini satisesse: aliàs nullum in medicina fundamentum erit. Attende ergo ad præparationem, ad virtutem, ad tempus & horam, ad proprietatem, & quæ alia huc spectant. Nam si hoc annuis, granum fructificare non posse, nisi prius in agrum conijciatur, & putrescat:tum & alterum verum esse necesse est, vulnus nempe esse agrũ, oleum ac vinum semen. Iam tu diuina, quid fructus sit?

Vinum & oleum aa vulneri cõpetant.

CAP. VI.

IAm hæ res manifestè in lucem educunt artes eas, quę secant & separant, vinum corpus, quod non sit Microcosmus : hoc est, in vita experientia fieri

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 82 sur 913

Experientia in vita fieri debet.

debet. At verum est hoc: in vita experiri, quid in medio corpore sit, & dissoluere vnum, & deducere in aliud. Super id, quod vitæ, nihil fundatur id quod primum est, diuerte ad alterum: in eo inquire. Vita illa ex artibus oritur, non ad ministerium animæ, id est, non est ipsius hospitiũ in hac vita. In hac vita eruuntur artes & fundamentũ, quod proponitur. Nam cõsiderate infirmitatem primæ vitę: quę, si proceditin operationes suorũ arcanorum: tum prima vita mori cogitur. Nihil enim in ea est, quod homini vsui sit. In prima sua vita Rosa magna

Rosa viua inutilis.

est, & gustu suo splendidè exculta. Hunc quam diu retinet, tam diu nulli vsui est Medicinæ Oportet, vt putredinem subeat, & in ea moriatur, & de nouo nascatur. Et tunc de viribus medicis dissere: tunc eam administra. Nam si ventriculus nihil imputrefactum relinquit, quod homo fieri debet: nihil imputrefactum quoq; manebit, quod medicina fieri debet. Quare primam vitam nihil cura, nec in ea quicquam scrutare. Omnis

Medico quid sit subiectum non sit.

ipsius complexio, & quicquid eius est, perit, nihilq; manet. Quod non remanet, quod non in nouam natiuitatẽ abit, id Medico nec subiectũ est. Huius omnis labor is sit, vt in nouam natiuitatem ducatur. Hinc demũ emergunt verum Sulphur, Mercurius, & Sal, in quibus omnia

Arcana rerum quæ.

arcana, & fundamenta, & opera, & cura latent. Introducta ergo vita secunda, iam visibiliter materia prima prę stò est, cuius vltimam vides, si prima vita medij corporis abscedit. A qua vita media, vita noua inchoaridebet, quę nulli morti subiecta est, præterquam soli fini, in quo res omnes pereunt. Et quia mors fragilitatis incumbit, ideo noua vita nulla restat.

Iam in homine res has antè consideratas, & super hoc fundatas esse oportet. Nam in expositione & separatione medij alicuius corporis manifestatur primæ materiæ. Has qui ex noua vita cognouit, is vitæ illius subiectum scit. Subiecta duo sunt. Vnum est æger, is in vitam nouã nõ reducitur: sed media ipsi remanet. Alterum medicina est. Ea vitam mediam tuetur per vitam nouam suam. Hac ex caussa, in noua vita arcana posita sunt: non in

Anatomia quotup ex Anat. Localis quid? Anat. Materialis quid

prima, nec media. Sed & Anatomiam Microcosmi dupliciter indagari, nec idipsum malè fit. Vna est *Localis*: Altera *Materialis*. Localis est, quando homo per se dissecatur: vbi, quid ossa, caro, venæ, &c. sint, & quam sedẽ occupent, spectatur. Sed hoc omnium minimum est. Altera potior est: ea nimirum, qua noua vita in hominẽ introducitur post primã mediam vitam, in transmutationem: in qua, quid sit sanguis, cuiusmodi Sulphur, Mercurius & Sal adsint, obseruatur: sic etiam quid cor sit, quale sulphur, qualis sal, qualis Mercurius. Sic etiam de cerebro, & vniuersis membris totius corporis. Hęc iam vera & genuina est Anatomia. Et hoc fundamentum initij est: ita nasci oportet Medicum. Hæc tamen natiuitas dura est intellectu: & sermo hic auditu durus est iis, qui suis phantasiis nuntium mittere nolunt, qui suo cerebro confidunt, non ipsi viæ veritatis. Itaq; vnum hoc consultum est, vt in artibus educemur & viuamus: alias quis nobis hominem credet aut confidet? Hæc est inuentio primæ materiæ. Hæc est materia, quæ nobis morbum indicat. Hæc nobis pernoscenda est. Hoc facto: tum transmutatam Anatomiam quoq facili negotio assequemur.

Sed prę terea alia adhuc Anatomia sequitur. Ea morborum est, vt sæpius diximus. Hanc hic percenseri, superuacuũ est. Sic ergo tres Anatomiæ sunt in homine celebrandæ. Prima Localis est. Hęc effigiem hominis, eius proportionem & naturam, & quicquid his cohæret, indicat. Altera viuum sulphur, volatilẽ Mercurium, & acrem salem in quolibet mẽbro cõmonstrat. Tertia docet, quomodo nouam anatomiã mors introducat (Hæc est mortis anatomia) & qua natura ac effigie ingrediatur Nam id est naturæ lucis indicium, quod mors tam variis cum formis ingrediatur, quã variæ species ex Elementis procedũt. Quot corruptiones: tot mortes. Et sicut quælibet corruptio aliud gignit: sic generatio illa hoc loco anatomia est. Nam & ipsa variè aduenit, donec omnes successione quadã moriamur, & per eã consumamur. Iam præter has omnes, similis etiam scientia est in anatomia medicinæ: & iterum prę ter hanc sic se habet firmamentum, sic terra, sic aqua, sic aer. Et si anatomiæ in noua vita eousque profertur, vt in ea firmamentum ac astra appareant: tum perfecta est. Saturnus enim Saturnum, Mars Martem reddat oportet. Et quamdiu id non fit, ars medica nondum inuenta est. Velut enim arbor ex semine emergit, ac herba ex suo semine erumpit: sic necesse est etiam in noua vita producatur illud, quod

Anat. mortis quid.

pro

pro inuisibili habitum erat,& tamen prę-
stò est. Eò enim redigi debet, vt oculis
conspiciatur. Quòd si enim Lux naturæ,
lux esse debet; tum illam esse cõspicuam
oportet,non obscuram,non tenebrosam.
Debet talis esse,vt oculis nostris per eam
ad illas res videndas vti possimus,ad quas
destinati sunt. Nam alij quidem illi non
fiunt, ac sunt:aliter tamen quàm rustico-
rum oculi tueri ac videre debent.Ad hoc
opus est, vt lux naturæ ijs præluceat.

Virtute ergo Anatomiæ, quæ in luce
naturæ fundata est, fas est æquumque,vt
Morbi vnde denominandi. morbi quoque iuxta lucem potius, quàm
secundum tenebras denominentur: hoc
est,vt cedri anatomia, cedricos morbos
det. Sic enim quilibet morbus intelligẽ-
ter, & ex arte rectè nominatur. Erroneè
Febris non rectè nominatur. ac citra rationem Febris, Febris appel-
latur. Hoc enim nomen à febris feruore
deducitur.Feruor verò est saltem signum
morbi illius,non materia,non caussa.No-
men autem procedere debet à materia
& proprietate & natura ipsius substantię.
Veluti vrtica est verè vrtica, quia vrit.
Sed verius, sal vrinæ. Vnam enim Ana-
tomiam habent. Quare Febris tale no-
men est, quod sui magistri stultitiam re-
sipit. Est enim morbus nitri sulphuris
incensi. Vnde etiam corpus quatit, vnde
horrore ferit, vnde interualla dat. Hæc
& alia nomina in proprijs capitulis suis
inuenies. Sic & Apoplexiæ nomen sui
denominatoris sapiẽtiam profitetur:quę
Apoplexia iustè dicitur Mercurij cachymãalis. iuxta rationem Medicã non Apoplexia,
sed Mercurius cachymialis sublimatus
vocari debebat. Talis enim eius est ma-
teria, caussa materia peccans. Signa ve-
rò eò saltem referenda sunt, vt per ea
corpus ac substantia denotentur.Qui ve-
rò signa & caussas perperam inuehit, is
in tota practica errat. Multa siquidem
sunt corpora & species, quæ vel calefa-
ciunt vel refrigerant. Quare nomen fe-
bris falsum est : non autem Nitrei. Ad
hęc febris ex principio humorum pro-
cedit, vnde procedere tamen non debe-
bat. Quanquam iustiùs nomina ex arte
Caducus viridellus morbus. sanationis indi deberent, vt caducus, *vi-
ridellus morbus*. Illa enim species caduci à
viridello curatur. Hæc si præscripto cum
discrimine non fiunt : error admittitur.
Hæc enim discrimina seruat anatomia.
Nec te hoc moueat, quod rusticanei tui
Medicio culi quales esse debeant. oculi tibi ista non exhibent. Nam me-
dium corpus illos oculos obfuscat. Sed
propter hanc caussam scientia præstò est,
cui incumbere debet Medicus. Ea ipsi
plùs reuelat,quàm rustico. Quod si enim
plura vel nouisse vel videre nolit rustico:
certè ad Medicinam nec vocatus nec
creatus videtur. Rusticus ad hæc non
electus est: electus verò est Medicus. In
caussa est scientia,qua pollere debet Me-
dicus. Est enim Medicus ille, qui mira- Medicus quis sit.
cula Dei publicitus reuelat.Hoc fine iam
si adest, fas est, vt ijs vtatur rectè, non
improbè, verè non falsè. Nam quid in
mari absconditum est quòd ipse non de-
beat pandere? Nihil. Quid in mari latet,
quod ipsi non compertum esse debeat?
Nihil. Producere ille in apricum debet:
non è mari solùm, sed etiam è terra, ex
aëre, ex firmamento, id est, ex igne : vt
nimirũ vniuersi mirabilia Dei aspiciant,
cur sint, & quid portendant. Quia verò
res omnes non expediuntur : id signum
est,abesse intellectum eum,qui require-
batur. Quæ verò caussa est,quod profe-
ssio tam grandi stultitia,ac simul tam
tenui arte confecta sit, quæ tamen tam
magno haberi loco cupit?Hæc nimirum,
quod sola non sit : sed eadem cœcitas,
idem glaucoma, alias quoque profes-
siones occupet. Nam sicut nos non no-
uimus cetum, monstrũ illud marinum:
sic nec altera professio, qui bestia Apo-
calypsis aut Babylon sit,cognitum habet.
Affines ergo cœcitates sunt: quas tamen
emendari oportebat. Et sicut cœcitas
medici in huiusmodi casibus ægri interi-
tus est: sic pariter altera cœcitas mors
animę est.Christus mirabiliter & inaudi-
ta loquutus est. Mirabilis etiam est Me- Medicina & Theologia inseparabiles.
dicina. Vt vnum,sic alterum quoque in-
dagari & inuestigari oportet.Duæ enim
hæ professiones diuortiũ nunquam pa-
tientur. Et sicut corpus animæ domici-
lium est; sic vnum cum altero cohæret,
vnumque alterum subinde patefacit.

CAP. VII.

QVod hactenus Anatomia, ac noua
vita vnà cum scientia in omnibus
substantijs considerandа ac perueстiganda
proposita est: scire debetis, frustra id
non factum esse. Est enim id solum ac
fundamentum Medicinæ. Iam ergo por-
ro opus est, vt omnes interni nostri af-
fectus cum externis auertantur.Ita, quic-
quid sumus, id est quoque externum. Et
licèt id quidem non ita effigiatum sit: se-
minarium tamen adest,corpus scilicet,&
intra nos effingitur, ad hoc, quod est:vt
semen nimirum arbor est : sed in terra
perficitur.Sic ventriculus etiam sculptor Ventricu lus qua-

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 84 sur 913

lis Mechanic°.

est illius, qui visibiliter facit illud, vt inuisibile sit. Secundùm quod iam omnes morbi suas imagines habent: & vnaquælibet insuper imago suam à Deo constitutam medicinam habet, cuius Anatomiæ morbi similis exsistit. Super his ergo exemplum de nutrimento attendite, hoc modo.

Alimentum nostrũ, est, quod nos sumus.

Quicquid nobis alimẽto est, illud hoc ipsum est, quod sumus nos. Sic nosmet ipsum comedimus: talis etiam est medicina, discrimine tamen habito sui morbi. Et quod per sanitatem secedit, id ipsum reponit membrum illud in membro suo. Id tibi nihil mirum sit. Ratio: Arbor in campo vigens, nisi suum alimentum haberet, arbor non esset. Quid est alimentum? Non est impletio aut saginatio, sed restitutio formę. Quid est fames? Index aduentus mortis, in interitu membrorũ. Forma enim in vtero materno à Deo ipso sculpta est. Hæc sculptura in forma imaginis manet. Perit autem & moritur sine appositione formę externæ. Qui non edit, non augescit: qui non edit, non viuit. Iam si augescens ex cibo augetur, & opifex formæ intus in ipso est, qui formam suam intendit, si formam habet, sine qua nihil potest: sequitur inde, alimentum imaginis sculptæ formam in se continere, in quam id etiam abeat, & eã augeat extendatq;. Pluuia in se arborem habet, vt & liquor terræ. Pluuia eius potus est: Liquor terræ cibus, quibus crescit. Iam quid hic crescit? Nihil aliud, quam quantum arbori in incremento apponitur, tantum ex imbre & liquore fit corticis ac ligni. Formator ac plastes ipse est in semine: lignum, cortex &c. est in liquore & imbre. Faber iste in ligno exsistens ex duobus istis potest lignum fingere. Itidem & cum herbis fit. Semen nihil est. Principium saltem in se habet, in quo forma ac faber, ac natura & proprietas est. Id si crescere debet: tum pluuia, res, &c. & liquor ipsam herbã producunt. Ideo in hac caules, folia & flores sunt.

Alimẽtũ quid?

Famis quid?

Pluuia est arbor, planta.

Sic quælibet forma, extra in alimento est rerum omnium augescentium. Et si hac destituamur, nunquam accrescimus, sed in deserta forma morimur. Si ad plenum incrementum ascendimus: forma ea conseruata opus est, vt non deficiat. In nobis enim essentia quædam similis igni exsistit. Ea essentia & formam & imaginem nostram depascitur. Quod si ergo non adderemus, & formam corporis nostri cumularemus, tunc in deserta imagine id exstingueretur. Ideo opus est, vt nosmetipsos comedamus, ne ex defectu formæ moriamur. Sic edimus nostros digitos, nostrum corpus, sanguinem, carnem, pedem, cerebrum, cor, &c. hoc est, bolus quiuis, quem ingerimus, is in se continet omnia nostra membra, quæcunque totus homo in se continet & cõclusa habet. Ex his dubium nonnulli mouerũt, quia indicatũ est, quòd membra quod corpus alimẽto indigeãt. Sed in hoc tamen subsistunt, quare alimẽto opus habeant, & ad quid? Ii non intellexerunt, quid in homine alimentum sit, & quid fiat, & à quo fiat. Ideo faber ille nihil assumit ad imaginem, quàm quòd conducat, id est, quòd lignum sit. Cætera modo excrementorum eijcit, effigie sola remanente.

Nutritio. est formæ reparatio.

Sed hoc quoque iuxta expendendum est. In rebus vniuersis nutritio instituta est propter solam formam. Æstate appropinquante, tempus instat famis in arboribus: & tunc eæ folia, flores, fructus &c. pollicentur. Ex his quid conspicitur, si formæ earum extranei nihil assumunt? In se id non habent. Si enim haberent, tum præcisæ ac deiectę id ęquè largirentur, ac in terra defixæ. Ideo in terram defixæ sunt, vt forma ea intret, & fabricetur, quod arborum magisterium ac donum est. Isto quidem homo opus non habet. Suos enim fructus æquo modo ac arbores non promit. Secundum fructus creatura alia est. Hinc scitote, vniuersa viuere propter conseruationem suæ formę: & propter eius consumtionem, famem ac *sitim* sentire, vt his imago reponatur & suppleatur. Non aliter videtis, pinguedinem ac adipem ab alimento augescere. Id nisi subdatur, tum pars ea imaginis aboletur. Itidem & alterius pars. Quanquam ita comparatũ sit, vt defectu ad partes principales attinente, mors subitanea se ingerat. Nec enim vita remanet, deficiente interiore imagine totius corporis. Sic ex hominibus homines crescunt: id est, Alimentum homo est, & itidem hominem reddit, id est, eius imaginem. Sic edimus nos ipsos. Et nisi hoc pacto nos ipsos ederemus, tum corpus nostrum euanescerct, & vita media, & quicquid in nobis est. Hoc verò modo duo sunt homines: visibilis & Inuisibilis. Visibilis duplex est: nempe secundùm corpus, & animam. Inuisibilis est simplex, nimirum secundùm

Alimentum homo est.

Homo duplex.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 85 sur 913

secundùm corpus. Huius hoc exemplum esto. Quod ante nos iacet lignum, ex eo potest statuarius imaginem sculpere si demat demenda. Sic in homine inest statua, quæ primo aspectu non apparebat talis. Sic alimentum se habet hominum: quod in corpore abit in sua membra. Nõ vt in vna parte subsistat: sed elaboretur artificiosissimè. Supremus enim cælator hominem fingit, id est, disponit membra quousq; homo extenditur. Iam si scimus, quòd nos ipsos comedamus ac bibamus: & sic quoque quamlibet arborẽ, quamlibet creaturam viuentem seipsam edere: cognoscendum porrò est, quid ex hoc emergat quoad Medicinam, vt dicetur deinceps. Etsi quidem nunquam comedamus ossa, venas, ligamenta, rarò autem cerebrum, cor, pancreas, omentum: tamen scitote, non os generare os, nec cerebrũ cerebrum: sed bolus quilibet *ist*hęc est vniuersa. Si forma hic inuisibiliter ineſt. etiam os inerit. Panis est sanguis. Id quis videt? Est adeps. Quis conspicit? quis apprehendit? Est lardum. Nemo tamen aut sentit aut videt. Et tamen generatur inde: adeò industrius artifex operatur in ventriculo. Qui ex sulphure potest ferrum, quod sulphur est, facere: is ipse quotidie hic præsto est, & fabricat homini quotidie id, cuius gratiâ eum finxit. Idem si ex sale gignere potest adamantem: ex Mercurio aurum: poterit hoc etiam in homine. Nam hominis, quàm rerum aliarum, longè maiorẽ curam habet. Ideo cudit ei, quæcunque necessaria sunt. Tu saltem operarius esto, subijce ipsi materiam, sine ipsum separare, formare, vt volet. Is modi, numeri, ponderis, proportionis, longitudinis, & cæterorum omnium probè conscius est.

Homo spermaticus & alimentarius.

Sed attendite, creaturam vnamquamlibet duplicem esse. Vnam ex sperma te alteram ex alimento. Sperma semen est. Id si iactum sit, suum alimentum illico appetit. Ipsum creatura est: eius hoc alimentum est. Ipsum libertatem habet formæ hominis, vt quod edit, homo fiat, & membra humana. Ideo homo in consumptionem formæ constitutus est per mortem: quod facit causa feminis. Mortem hanc sustinere cogitur in eo, quod alimentum præstat ac sufficit. Sic non satis est, hominem ex aluo materna natum esse: sed etiam æqualiter ex ipso alimento. Quicquid humanæ vitæ naturam, quoad animam, concernit; id ab alimento separatum est. Ea enim vitæ

Vita ab anima.

proprietas cum anima accedit, non cum corpore, quoad mores & ingenia, accedit, ab homine oritur iuxta ipsius sapientiam. Hic verò quicquid ex alimento adest, id corpus est: secundùm quod nec virtus, nec ira, nec probitas, nec nequitia censentur. Quid corpus sit, id Medico probè compertum est. Qui corpus in vtero materno fabricat: idem in ventriculo quoque ipsum fingit. Sic enim architectus iste suo operi continenter incumbit, vt sabinde nihil agat aliud, quam vt id, quod factũ est, farciat, emendetq;: id est, conseruet formam illam, quę in dies nunc hic, nunc illic minuitur, soluitur, frangitur & vel hac, vel illa via dissipatur: sicut ista tam in sanis, quàm ægris corporibus modis multis obseruantur. Sanitas enim in probitate sua ac statu nihil minus conseruari vult, quàm curari morbus.

Patet ex his, nos ista ratione duo corpora habere: quæ vnum quidem corpus sunt; sed dupliciter creata, in semine & alimento: & quod alimentarium corpus spermatico simile sit. Vnde cognoscere nos fas est, quod, quam primùm ex vtero materno elidimur, ex sola gratia & misericordia Dei viuamus, & corpus porrò non ex vtero matris, sed ex alimẽto producamus. Vnum enim corpus ex iustitia à patre & matre accipimus. Id ne pereat ac moriatur, sustinemus ipsum ex gratia per precationem ad Deum, dum oramus, *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*, quod idem est, ac si dicamus, *Da nobis hodie corpus nostrum quotidianum.* Corpus enim ex matre assumtum vsq; ad horam mortis se alit. Ideoque de quotidiano oramus. Quotidianum autem est, quod nobis corpus dat. Sic duo nobis corpora sunt: Iustitiæ, & Misericordiæ. Itidem & duæ medicinę: Iustitiæ & Misericordiæ: hoc est, ad vtrumque corpus vocati sumus: ad id, quod à patre & matre datum est: & ad illud, quod ab alimento nobis confertur. Propterea docemur à Christo, vt de pane quotidiano sollicitemus: quasi diceret: *Corpus vestrum à matre acceptum nihil est. Id hodie, heri, pridem mortis fuisset. Itaque panis porrò vestrum corpus erit. Operam ergo date, vt nunquam deinceps ex iustitia de patre & matre viuatis sed ex corpore misericordiæ. Ea de causa ad cælestem vestrum patrem preces effundite de dando pane quotidiano, id est, de corpore vestro. Et tunc dabit vobis corpus, id est, corpus misericordiæ.* In hoc deinceps viuimus, &

Corpus duplex: Iustitiæ & Misericordiæ. Medicinæ duplex: Iustitiæ & Misericordię.

de

de corpore Iuſtitiæ nihil reſeruamus,niſi initium noſtræ natiuitatis. Ideoq; nos ipſos edimus ex gratia & miſericordia. Hoc enim ſecum ita cogitare debet homo: etſi quidem ex vtero matris egreſſus ſit, ſe tamen porrò matris ac patris filium non eſſe,ſed eſſe filium eius,qui alimentum miniſtrat. Ideo ipſe pater noſter cœleſtis eſt, non ſecundùm eam ſaltem iuſtitiam, quam in Adamum & eius poſteros contulit : ſed is quotidie pater noſter eſt ab eo, quando corporalis ac mortalis parentis noſtri corp⁹ perdimus. Nam à mortali parente noſtro præter ſemen nihil retinemus. Cętera vniuerſa à patre cœleſti manant.Huius ſumus,hunc de corpore noſtro oramus,& non de corpore iuſtitiæ. Quòd ſi corpus gratiæ non eſſet , alterum iuſtitiæ concideret quolibet momento. Itaque quid corpus ſit, videte. Noſmet ipſos edimus, non tamen ex iuſtitia, ſed ex gratia & precatione.

CAP. VIII.

ITaque ſedulò nobis conſiderandum ſit,qui ac quales ſimus,ſi porrò non ex corpore matris, ſed ex corpore panis per gratiam,& non iuſtitiam victitamus.Ad hoc enim alluſit Ioannes Baptiſta,vbi ad Iudæos teſtatur,*poſſe Deum Abrahæ filios ex lapidibus ſuſcitare*. Hoc quid aliud eſt dictu, quàm ex lapidibus panem facere, veluti ex terra? Qui panis corpora filiorum Abrahæ promat,qui poſtea agnituri ſint ſe ex corpore gratiæ viuere. Itaque nos habemus corpus panis alimenti.Quę ideo enuntio ita, vt porrò propoſitum meum confirmem,nempe, hominem foris ſuam Anatomiam habere, quam medico compertam eſſe oporteat: qui ſuam etiam ſcientiam ita informet,vt per eam ad cognitionem trium ſubſtantiarum, quidnam illæ ſint, penetrare poſſit. Sic enim poſtea ex hoc corpore ſequitur Regimen ac diæta, quę occaſio noua eſt ad deſcribendũ morbos plenitudinis ſeu ſatietatis, immoderationis,& ciborũ praua qualitatis, qui corpori noſtro non conducant. Etſi ratum ſit, ventriculum noſtrum in ipſum quod ingeritur in nobis & in nos id tranſmutare : nihilominus tamen petitio panem reſpicit,& porrò etiam hoc, quòd nobis omnia munda & ſubiecta ſint.Quò verò quicquid pani affinius ; eò corpori ſalubrius eſt : modo in rebus omnibus conſtituto. Ita innouamur & iuueneſcimus. Ac prout ſementem alimenti iactamus,ita metimus. Et ex corpore iuſtitiæ quidem vnum morbũ habemus ac retinem⁹.Licet iuſtitia morbos non pariat, vt nec panis, de quo oramus. Veluti & Ioannes Baptiſta, & nonnulli alij ſine morbis ex hac cauſa vixerunt. Verùm vt in pane luxuries committitur: ſic adhibetur etiam in dono iuſtitiæ:ita,vt in vtraque parte exceſſus modi ac ordinis patretur, ex quo poſtea morbi ac ſimilia oriuntur. Quibus nunquam affligeremur, ſi ſecundùm legem & petitionem viueremus. Sic morbos concipimus ab vtero materno. Et quia denuo nos naſci oportet, ideo denuo quoque illos morbos concipimus, hoc eſt, per panem quotidianum.Quare ſi fundamentaliter nobis de Regimine loquendum & ſcribendum ſit : Regimen ac diętam preſtituere aliam nullam poſſumus, quàm manendum eſſe in lege iuſtitię & cibi, de quo rogamus : in qua iugiter omnes ſanitates conſeruantur, & à morbis cuſtodiuntur.Hoc verò regimen ſi non ſeruemus,tum nec ſanum noſtrum corpus retinebimus. Quia autem Deus beneficus eſt, & delicta huiuſmodi ac contemtus à ſeipſo dati regiminis non vindicat: ideo Medicũ creauit, qui ſimilis ipſi eſt,quum ad diſcipulos ſuos Chriſtus dixit: *Remittite peccata, quoties peccator ingemiſcit*. Sic Medicus quoque ſanando paratus ſit, quoties morbi incidunt. Propter vim mandati quemlibet morbum ſanant Medici, etiam leproſos. Sic ſe medicina habet, ſic cum hac Medicus, vt ſanent ac ſeruent corporis virtute illius,qui animam etiam in corpore conſeruat.

Ioannes ſine morbo vixit.

Regula præſcribenda diætæ quę.

Medicorum eſt, omnes morbos ſanare poſſe.

Ideo arduum quid ac eximium eſt adminiſtrare officium medicinæ : non res adeo leuis, vt nõnulli perſuaſum habent. Velut enim Chriſtus ſuis diſcipulis ita mandauit : *Ite, mundate leproſos, clauſos expeditos facite, cæcis viſum reddite, &c.* Sic iſta ad Medicos non minus, quàm ad Apoſtolos ſpectant. Iam qui lepræ ſanandæ imperitus eſt,is virtutem medicinę non intelligit. Qui claudos pedibus non reſtituit : is immerito Medicus vocatur, & ſic deinceps, de rebus cæteris omnibus. Statuite ergo ſcientes, Medicum à Deo conſtitutum eſſe,non ſaltem propter catharrum, cephalæam, apoſtema, aut dolorem dentium : ſed potius propter lepram, Apoplexiam, Epilepſiã & ſimiles morbos, nullo excepto. Si hos curare non poſſumus, tum & ars & ſapientia

Medici prouincia dura.

Medicus, quibus, nam præcipue morbis ſanandis præſtitutus.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 87 sur 913

pientia nos deficit, quæ huc tamen neceſſariò requiritur. Sine benedictione Dei nihil ſuccedit. Supra terram omnis quidem medicina eſt. Sed quæ penetrare, aut neruum tangere (quod aiunt) debet, illa deeſt: hoc eſt; ad meſſem quidem vſque medelæ creuerunt: meſſores autem nondum venerunt. Si meſſores veræ Medicinæ ſine concurrente falsáque ſophiſtica aduenerint, tum & leproſos mundabimus, cœcos viſui reſtituemus, &c. Nam virtus hæc omnis in terra eſt & creſcit. Ambitio verò & jactantia ſophiſticæ myſteria naturæ & magnalia Dei non ſinit erumpere. Medicinam talem judicant, quales ipſi ſunt: quorum ſcientiæ ac probitatis multum capit drachma vnica. Suam inſcitiam hoc reſponſo velant: *Iſte morbus eſt incurabilis.* Quo non ſaltem ſuam ſtupiditatem produnt, ſed etiam mendacium. *Deus enim nullum vnquam morbum immiſit, cui medicinam non concrearit.* Sed inſcitiæ noſtræ is mos eſt: vt obliuiſcamur, Deum nobis corpus largitum eſſe, & largiri quotidie. An non idem ergo medicinam nobis quoque contulerit, qua morbos incidentes definito ſuo tempore ſanemus? Et de qua medicina haud quiſquam facilè cogitauerit? ſed hic valde ſe torquet pars noſtra aduerſa.

Medicorum effugia quæ.

Quamuis hoc loco multa recenſeri poſſent, nempe, velle Deum vt non minùs homines ægri, quàm ſani in terra viuant: eumdemque vnius ſæpe viri cauſſa legionem integram plectere ac morbis infirmare: nihilominus tamen ſemper ex ſua gratia idoneam medicinam communicauit, *dixitque infirmos egere medico.* Iam ſi medico egent: hac eo ex cauſſa egent, vt ab ipſo ſanentur. Hoc niſi fiat, qui ipſo aliàs opus habeant? Tali opus habent, qui ipſos ſanet, & non ægros iacere ſinat, aut illis blandiatur. Et hæc eumcunt, fas eſſe, vt quicquid ægrum eſt, ſanare poſſimus, ſiue lepra ſit, ſiue cœcitas, ſiue claudicatio. Omnes enim ægroti ſunt, & medico indigent. Verum quidem eſt, iſtum, qui oculos ſuos, ad *luſus*, falſimoniam & deceptiones impendit, ijs opus non habere. Sic qui lingua petulanter ad maledicta vtitur, is nec ipſa opus habet. Horum aliquem ſi Deus iſto membro priuaret: ille vero medico diceret, *Ego æger ſum, opus eſt meis oculis medico:* tum in ſcholis iſtis reſpondebunt, *illis ipſum opus non habere: vt nec ſcortatorem pedibus.* Iſta vero penes Deum ſunt, non penes hominem. Non extra rem quidem eſt, vt excuſetur medicus, non in vno ſaltem, ſed in omnib. morbis, qui malum aliquod impediunt. Iſti enim qui ſic afficiuntur etiam beatiores exiſtimátur ſanis improbis. Quos cùm Deus diligit, hos caſtigat: modo tamen adeò ſecreto, vt nulli id medico exploratum ſit.

Ægris cur opus medico

Iam verò, vt ſecretorum & magnæ fidelitatis Dei non obliuiſcamur, intelligi à vobis debet, quàm illuſtris à DEO medicina creata ſit. Ea enim non ſolos à nobis hactenus commemoratos morbos ſanat, ſed & hos, qui à natiuitate inhęrẽt: vt natiuam cœcitatem, reſolutionem &c. Ad hoc faſtigium ſi non aſcendit medicina: certè folia plurima in medicina adhuc vacua ſunt. Quanquam horum plurima repleta ſint, ſed inanibus nugamentis. Et tamen mota nondum ſunt, quæ moueri cumprimis oportuit. Quod ſi enim oculos noſtros in ſtupenda miracula naturæ conuertamus: partus ac euentus planè admirandos videbimus: vt quod Leo mortuus naſcitur, vitamque clato parentis clamore cõſequitur, quod multò maius eſt, quàm viſum impetrare. Nempe non hoc ſaltem Leo habet, ſed & alia plura, quæ nondum nouimus aut explorata habemus. In quibus nobis natura prefigurat, quantũ nobis in ſecretis naturæ deſit. Iniquè ergo nos tantopere cum noſtris ornatibus efferimus, cum metas eas nondum tranſilierimus, quas tranſmiſiſſe dudũ putamus. Dies iubilationis noſtræ eſt dies miſeriæ & valde amara. Nam hîc ne initium quidem eſt: ne quid dicam de abditis naturę. Et hęc qui dicit, hunc ſibilo excipiunt. Et tamen meræ nugæ libri vniuerſi illi ſunt, quos proferunt & iactant. Hoc opera veſtra teſtantur, doctrinam veſtram nihili eſſe. Clauem ſapientiæ ac ſcientiæ quidem arripitis: & illius tamen penetralia non aditis. Hoc nimirum modo comprehendi debent, quę ad Medicum requiruntur, ſicut ſucceſſiue in omnibus capitulis propoſitum, adeóque in natura rerum optimè fundatum eſt. Ipſa enim in ſuis ſecretis non vſque adeò patet: imo vix quicquam. Res mira erat degeneratio aut euariatio populorum, cùm tamen vnicus primò Adam eſſet, ex quo vniuerſi producti ſumus adeò diſſimiles. Huius quæ cauſſa erat? Sola naturæ ſecreta; quæ ipſa & gigantes produxit: quæ

Medicus natiuos etiãmorbos ſanare debet.

homines

Patriarcharum sæcula, quibus rebus ætatem produxerint.

homines ad 600. 700. 800. & 900. annorum culmen euexit. Hi nimirum ista callebant abscõdita, vt in quibus medijs viuerent, & ijs perfruerentur: quæ scilicet sæculis illis secretorum omnium cognitionum familiarem haberent. Fieri enim non potest vt bonum malumque frustra designatum fuerit in pomo, quod Hebron. in Hebron Adamo gustare vetitum erat: verùm indicium magnum est, multò plura isthoc in natura latere, quæ nobis non cognita sint. Imo nullo dubio, insignes scientiæ, sapientiæ ac prudentiæ. Nec enim in pomo solo illud inerat, verùm & in rebus alijs quam plurimis: sicut & hodie mira multa sese offerunt, quæ reuelari non satis tutum foret: Ni sit, vt Deus prohibuerit virtutem istam emitti. Quòd si enim in terra venenum exsistit, è quo mors: certè in terra quoque quid sit oportet, quòd ipsam vitam faciat. Si est, quod morbos parit: est etiá, quod sanitatem gignat. Sed reuera circa istas res parum laboratur atque inquiritur: intercipit illas communis professio spectandi lotij. Id lucellum culinarium persuadet quo desides domi contenti viuunt, artis ipsius securi. Quòd si tanta ex lotio vsura est: quo labores operosiores, cùm radendi nummi caussa sola medicentur?

LIBER SECVNDVS.

CAP. I.

IAm verò à me dicturo intellecturi, quomodo tres substantiæ in vnum corpus coëant: exemplum hoc attendite. Semen quodlibet triplex est: id est, semen vnum, in quo tres substantiæ exsistunt & crescunt. Et sicut vnum saltem semen præstò apparet: sic & ista tria vnũ tantùm esse videntur. Iam verò res quælibet in semine vnita est, & non diuisa, sed ipsa coniunctio vnitatis. Vt in nuce iuglande, sunt lignum, cortex & radices. Hæ res tres diuersæ quidem sunt, coniunctæ tamen in vno semine. Sic & homo. Is principio vnum semen est, cuius cortex sperma est. Ipsum semen nemo vnquam vidit propter eius paruitatem & subtilitatem. Iam verò ex semine gignuntur homines. Quòd si generatio incipit, tum tres hę res crescunt, vnaquælibet in sua natura permixta & vnita, in vnum corpus, nõ in tria: vt homo crescit, vel abit in ossa, carnem, sanguinem. Hæc licet tria: tamen vnum saltem crescens. Sic ista tria vnum corpus constituunt, & ipsamet sunt in isto inuisibilia. Sic ergo tres illę substantiæ excrescunt in vnitate permixtæ, ad suum vsque tempus iunctæ: velut arbor, ea primum crescit in medullam. Medulla illa est substantia triplex, sed vnum saltem lignum. Et quod in eo tres istæ substantię sint, id demonstrat Ars, Natura & Mors, quibus res quælibet separatur, ac seorsim secedit, prout esse debet. Ita ergo habetis principium istarum rerum, quod inter sese coalescant, & vnum sint, & vnaquæque suum officium habeat ad corpus complendum.

Semen quotuis triplex est

Homo vnus, & triplex.

Subſtantiarũ trium quale officium.

Porrò autem & hoc cognoscite, qualenam cuiuslibet officium sit. Ex sulphure crescit corpus, hoc est, totum corpus est sulphur, & sulphur vsque adeò subtile, vt ab igne consumatur inuisibiliter. Iam verò sulphura plura sunt. Sanguis sulphur aliud est, aliud caro, aliud partes principes aliud medulla, & sic consequẽter. At enimuero est sulphur volatile. Ossa, quæ ipsa quoque varia sunt, sulphura exsistũt, sed ex sulphure fixo. Et in separatione facta per scientiam, sulphur quodlibet, quale est, reperitur. Iam verò congelatio corporis ex sale est: hoc est, sine sale nihil adesset tangibile. Nam ex sale duritiem suam habet Adamas, suam ferrũ: ex eo mollitiem suam habet plumbum, suam Alabastrum, &c. Omnis congelatio, coagulatio ex sale. Ideo sal alius est in ossibus, alius in sanguine, alius in carne, alius in cerebro, & similiter in alijs. Nam quotuplicia sunt sulphura, tot etiá salia. Tertius est Mercurius, is liquor est. Omnia corpora suos habent liquores, in quibus consistunt, ita, vt sanguis liquorem alium, alium caro, alium ossa, alium medulla habeat. Ideo habet Mercurium. Et tamen is vnus saltem, qui tam varias species ac differentias habet, quot nimirum sulphura sunt & salia. Vt ergo homini opus est, vt corpus habeat: sic necessariò compactionem, id est congelationem, & item liquorem poscit. Et hæc tria homo sunt, qui vnum tantùm corpus est. Ergo percipitis, vnum tantũ corpus esse, sed tres res.

Sulphura quotuplicia.

Salia quotuplicia.

Mercurij quotuplex.

Sic ergo vna composita, vnum corpus constituunt, & tamen tria sunt. Ideo sulphur conflagrat. Nam merum sulphur est. Sal abit in Alkali, quia fixus est. Mercurius effumat: non conflagrans quidem, sed

Sulphuris natura: Salis natura. Mercurij natura.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 89 sur 913

sed vi ignis secedens. Sic ergo ex tribus his omnes dissolutiones oriuntur: veluti arbor, cuius liquor abscedit, arescit. Hinc si sulphur aufertur, nulla reliqua forma est. Si demitur sal, congelatio nulla supereſt, sed concidit ac diffluit arbor, velut dolium vinculis suis destitutum. Corpus hoc si erit, vnius saltem naturæ sit, vt pyrus. Hoc idem dictu est, ac pyrus vnius tantum generis pyra fert. Ista eodē modo & de cęteris arboribus intelligantur. Scias autem, quotuplices fructus sint, tam varias esse species in microcosmo. Ex quo sequitur, eum, qui pyrum nouit, eius quoque arborem nosse, vt & tres ipsius substantias, pyrales. Idem etiam de morbis intelligi debet. Cum his ita constitutum esse debet, vt, si morbum videas, dicas, hoc est pyrum, hoc est pomū: id est, tam probè tibi cognitę tres illæ substantię esse debent, prout in morbo se habeant, ac ista arbor. Quare si tres hæ res vnius generis pyra promunt, non trium; atque in vltima sua materia tres substantias habent: tunc & morbi æqua ratione cognosci debent, quod corpus habeant sulphureum, & liquorem mercurialem, suamq; congelationem à sale: Quæ tria à tribus cæteris enascuntur. Medicina ergo conueniens debet esse ignis, qui absumat id est, Ignis essentiæ, & sine igne Medicina nulla est. Sicut enim ignis absumit sulphur arboris, ita vt nec sulphur, nec arbor maneat, sic medicinam quoque oportet esse consumtionem, non in sulphure tantùm, sed & in liquore & sale. Nā in morbis sūt volatilia: & licet fixa quidē occurrerēt, medicinę tamen valde subiacēt, vt volatilia fiant.

Substantiarum quā necessaria cognitio.

Iam verò de natura harum rerum, id est, morborum, loquentibus, vnicum nomen salis est, velut & de fructib. vt dicatur nimirum: Hoc est pyrum. Eo enim omnia comprehensa sunt. Hoc est pomū. Iam iterum hoc nomine omnia continentur. Eadem & morborum comprehensio est. Nam si lepram vides, dicito, Hæc lepra est: Nam id satis est. Nec hic attendendum est ad eius vel frigiditatem, vel calorem, vel humiditatem. Ex illis enim qualitatibus nihil in corporibus ac substantiis enascitur aut generatur, quòd ad cognitionem requiratur: Medicina siquidem in Lepra velut in Regeneratione procedit: quæ omnia citra considerationes istiusmodi fiunt. Nec enim saturus arborem quandā, eius aut colorē, aut formam, aut simile quid, verum solum illius semen intueris. Nam cętera vniuersa per se sequentur tandem. Sunt enim vltimæ materiæ substantiæ, id est, eorum vitæ. Ideoq; momenti in ipsis nihil positum est. Æquè etiam in icteritia facito. Quam si suo nomine appellaueris, nihil porrò iudica an frigida vel humida sit. Cura enim eius se habet, velut securis, quæ arborem deijcit: aut velut ignis, qui volatilia omnia consumit. Et sicut in igne exemplū est, quòd omnia is consumat: Sic & medicinam constitutam esse oportet. Nec æstimandum est, vbi calor vel frigus sit: sed simpliciter auferendum ac demendum est, quod arcanorum natura ac proprietas poscit. Sicut enim aliquid est, quod vitā eripit: sic aliquid etiam vel aliqua causa exsistit, quæ auferat morbos. Pyrum si ab arbore carpis: arbor iam inanis est. Iisdē etiam nominibus ac causis morbos decerpere ac exscindere debes: non circa substantiam ac corpus pyri, verum eius pediculum, quo firmatur, occupari. Hinc iam propius intellige, quid medicina sit, & in cuius cognitione consistat.

Morbi vno tantū nomine exprimi debent.

Qualitates in morbis non considerādæ.

Morbi qui exscindendi.

Sed hęc iam exempla attendite. Cernitis quib. vicissitudinibus hyems ac æstas ita mutentur, vt vnū alterum subinde excipiat, iam frigus, iam calor. Idem & in corpore quęre. Hoc autem morbum esse, nemo dixerit. Vnum aliud sponte sua expellit. Homo enim & æstati, & hyemi subiectus est. Et licet per hyemem quidem circulo aut meta ignis ita circumdaretur ille, vt hyemem nullam sentiret: hyems tamen ipsa nihilominus operationes suas in eo exsequitur, vt & quilibet mensis pro suo dimensu. Et hoc à nulla exclusione impeditur. Sic æquè & ab æstate homo afficitur. Hæc verò talia cur medicus cognoscere, & simili trutina cursus cœlestes expendere recusat? Quasi verò natura errasset. Quem errorem ipsi emendare student, nimis improspero euentu. Videantur istæ quidem causæ ad morbos, cùm vt hyems, sic ipse quoque æstatis feruor homini aduersetur: sed reuera morbi non sunt. Sic enim & stellæ oriuntur, interpolatis diebus frigusque ac calorem suscitantes. Similia & per febres accidunt, &c. Quid aliud verò istiusmodi quàm causa cœlestis mouet? Attamen Medicus ipsi microcosmo talia assignauit, suo arbitrio, cùm ipsum cœlum in considerationem non admisisset. Vnde iure erroribus implicatur. Tum & hoc

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 90 sur 913

vērum eſt, multoties accidere, vt homo ardoribus corripiatur. Iſte tamen ex ipſo non oritur: ſed veluti Sol ſe habet, qui cum dominatur, feruidus eſt. Huius tamē æſtum qui patitur, illum non innatum habet, verum accidens eſt. Qui ſolem vertit, morbos quoq; euertit. Itaque, cœleſti illiuſmodi feruore oriente iudicium eſt, auram borealem occludi. Quæ ſi reſeraretur, tum ad conueniens temperamentum omnia reuerterentur.

Caloris humani dignitas.

De calore ergo hominis ſcitote, vnde exoriatur. In eo exſiſtūt omnia cœleſtia, terreſtria, vndoſa, & aërea. Iam ſi iſta vniuerſa commoda contemperatione vnita ſunt, tum in corpore neque frigus, nec calor dominatur. Iam vero calorem aliquem adeſſe oportet, hoc auctiorem: is ex ventriculo emergit, ac corpus calefacit. De ventriculo autem ſcitote, calorem eius admodum efficacem eſſe, qui tam potenter coquat ac digerat, externo igni non multum diſſimilem. Iam vero is non ſolus eſt: ſed huiuſmodi ventriculum membrum vnumquodlibet habet in ſe ipſo. Quare membro vnicuilibet ignis inhabitat, & ignis quidem digeſtionis. Et ex hoc corpori continuus ignis affluit, nō ex ipſis Elementis in corpore exſiſtentibus aut ſimilibus. Et hic eſt præminens calor, quem digeſtio profert. Ac quo digeſtionis operatio vehementior: eo intenſior calor exſiſtit: & econtra, quo digeſtio leuior, eo homo frigidior. Et hic calor colorum cauſſa eſt, quos ille protrudit intus latentes, euomendo nimirum Mercurium, vt efflorēſcat. Iam ſecundū hanc efflorēſcentiam, quis dicere auſit, *hic eſt ſanguineus*: cum flores illi a ſolo igne digeſtionis ſuſcitentur? Sic & alij pariter colores à quotidiano calore proferuntur, qui alij ſunt in pueritia, alij in ætate media, alij item in ſenectute. Sed illę ſunt complexiones. Iam, qui horum reſpectu dicturi ſunt, *iuuentus eſt ſanguinea, conſiſtens ætas eſt Cholerica, Phlegmatica, Melancholica*, &c. Hi obliuiſcuntur caloris digeſtionis, & materię trium illarum ſubſtantiarum ſecundum ſuam excellentiam. Vt enim vnaquæque arbor ſuos flores habet: ita & homo. Quos flores, iſti complexiones vocitant, qui canō falſus ac erroneus eſt.

Ventriculū pars quæuis habet.

Homines non dicendi ſanguinei, cholerici.

Ideo de his compertum habete, quod ſimilia etiam in natura rerū, ſuper orbe creſcentium eueniant. Non ergo gradus ſunt, ſed ſpecies. Specierenus iſta accidunt, non graduatim. Nam res vniuerſæ extraneæ gradum illum minime retinēt, quem Platearius ac alij herbarij tradiderunt, quoties in ventriculum illabuntur. Siquidem, quod tu non præparaſti: id ventriculus (ſi poteſt) aggreditur, & infringit omne frigus, calorem & ſimilia, ipſumque adeo arcanum producit. Nam iſta vniuerſa in ventriculo emoriuntur. Et quæ emoriuntur, ea Medico non cōſideranda veniunt. Quod ſi ventriculus illa minime frangit: ſignum id eſt eius infirmati ac male habentis. Hoc tempore data medicina non conuenit, quia in vēntriculo computreſcere nequit. Et tamen, vt cōputreſcat illa, opus eſt. Quod vero medicamenta quædam tempore peſtis, cum rebus calidis, veluti aromatibus ac ſimilibus, propinantur: ea quia non putreſcunt, nihil operatur: quia, vt putreſcant, neceſſariū eſt. Ideo ex medicamētis illis non conualeſcunt iſti, quorum ſequi celeritatē vēntriculus putrefacere nequit. Ex quib⁹ ſequitur, putrefactionis celeritatem ſanationis. Et quę putrefactionem impediūt, eadem obſtant quoq; ſanitati. Et prauus iſte ſudor eſt, qui aliquando per imputrefacta medicamenta expellitur. Ad vitam enim parum facit. Ex quibus intelligi debet, res eas vniuerſas, quę ſecundum gradus & complexiones inſtituuntur, in corpore nihil proficere. In corpore ſiquidem nec calidi, nec frigidi morbi ſecundum radices ſuas exſiſtunt. Quo ergo vel calida vel frigida medicamenta faciant? Pyri pediculum auelli opus eſt ab arbore.

Platearij opinio.

Medico quæ non conſideranda.

Medicinæ inutiles quę non putreſcunt.

Graduū in medicamētis commētum nihili.

CAP. II.

Arcana quid.

IDeoque arcana ſunt non res veteres, ſed nouę: non partus antiqui, ſed recētes. Antiqui partus ſunt ſubſtātiæ ac formę, veluti in mundo exſiſtunt. Et veluti iſtarum rerum forma nihil nobis cōfert, ſed eam diſſolui, ac innouari oportet, ſi vſui eſſe debet: ſic concurrere quoq; opus eſt abolitionem omnium proprietatum, veluti caloris & frigoris. Hoc eſt: niſi ſolatrum ſuum ſtigus amittat, medicina nō fiet. Sic & niſi Anacardi ſuum calorem amittant, remedium minime erunt. Et, vt ſummatim dicam, niſi fiat, vt veteres vniuerſæ naturæ obeant ac deponantur, ac in natiuitatē nouam traducātur, nunquā medicinę conſtituentur. Hæc abolitio principium eſt ſeparationis mali à bono. Sic ergo nouiſſima medicina, id eſt, recēs nata relinquitur, ſine omni complexione ac ſimilibus, purum ac abſolutum arcanū. Cur vero errones iſti profitentur, ac prohibent

Qualitatibus nō abolitis nihil operatur medicamentum

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 91 sur 913

prohibent, ne gradus nimirum intendamus, id est, quod primo gradu efficere potes, non tentes tertio aut quarto præstare? Nimirum dicunt, ventriculum istud non ferre nimis infirmum: alias, quo quid vno gradu frigidius, eo commodius ac vtilius fore, vt ita dosis minuatur. Sed & iste non leuis error est, quando dicunt: Hoc illo vno aut duobus gradibus frigidius est: cum tamen ipsius frigiditatis vnicus saltem gradus sit. Multo vero æquius ita loquantur: Herba hæc semunciam frigoris vnam habet: illa vero vncias duas frigoris pendet: nimirum si vtriusque æquale pondus accipiatur. Ad quę consequitur istud: *Recipe frigoris, prout inueneris, drachmam vnam. Propina in ardore.* Quia verò isti peculiares herbas assumunt, exempli gratia, non portulacam, sed nenufar, non chamomillam, sed piper: hoc ipso facto produnt, se nec frigus, nec calorem, sed ipsa arcana quęrere: quæ tamen pro gradibus ipsis accipiuntur. Quod si scirent, vnicum saltem frigus, vnum calorem; vnam humiditatem, vnam siccitatem esse: à proposito suo haud difficulter desisterent. Quod si vero ratio dictaret ac vsus, duplicia ac triplicia, vel calida vel frigida, vel sicca, vel humida exsistere, sententiæ equidem eorum concederem lubens.

Gradus frigoris vnicus, vt & qualitatum cętera-rũ.

Hæc hactenus dicta eo spectant: vt sciatur, magnos errores in censendis gradibus admissos esse hactenus, vt & in complexionib. rerum non recte intellectis, quòd omnia vnum essent in istis quatuor. Posuerunt enim humores quatuor, cum vnicus saltem liquor Mercurij exsistat: cuius non quatuor saltem naturæ, sed genera ac proprietates, aut patefactiones propè infinitæ reperiuntur: quarum tamen ipse non solus caussa est, sed cum ipso duo cętera concurrunt. Vnus. n. quilibet morbus ex tribus istis secundum compositionem suam exsistit. Quæ vero duorum reliquorum caussa sit: id peculiarib. capitulis traditur. Sic .n. oriuntur morbi, veluti Lucifer in cœlo, ex sua nimirum propria superbia ac elatione, quæ postea bella omnia intestina ciét. Vt si Mercurius, propter suum liquorem, qui magnus quidem & mirabilis exsistit, sese effert. Deus n. ipsum supra omnia miracula creauit. Is si iam ascendit, nec in suo gradu persistit: tunc id principium discordantiæ est. Eadem & sulphuris & salis ratio est.

Humores quatuor non ponendi.

Morbi vt oriantur.

Mercurij mirabilis natura.

Quod si enim se sal effert & separat, quid aliud nisi res exedens & consumens est? Cuius fastus vbicunq; dominatur, ibi rodit & exedit. Hac ex rosione deinde gignuntur vlcerationes, cancer, cancrena, &c. Quod si sal in sua sede persisteret: homo nullo vnquam tempore in corpore exulceraretur. Quod si sulphur ambitione intumescit, tum eliquat corpus, non secus ac niuem Sol. Et ipse quidem Mercurius subtilitate sua eovsq; progreditur, ac ascēdit, vt ea re pentinā ac subitaneam mortem inducat, quoties extra gradus suos sese effert. Sic.n. à natura constitutum est, vt is in suis gradibus sine fastu consisteret. Tot vero capita, tot sensus sunt, vt vi quadam suos constitutos limites perrumpant. Iam vero; quia nihil ex creaturis carnalibus æternum esse debet: ideo necesse est, illa tot modis efferri ac separari per dotes, virtutes ac operationes multiplices illas, quas habent. Ac veluti regnum seipsum dissipat; sic quoq; sanitas. Ideoq; sciendum est, vniuscuiusq; rei eandem omnino bonitatem ac præstantiam esse cum alia. Sic carbunculus pumice non melior est: nec abies cupresso ignobilior. Id euincit lux Naturæ. Qui vero aurum argento præstantius fecit: hunc auaritia ad id compulit. Nec enim argento minus, quam auro donum datum est. Ideoque non ex naturæ sapientia, sed ex arbitrio humano illa ita constituta sunt.

Exulcerationes à quo.

Principiorum corporis contrarietas est fatalis. Rerum omnium ęqualis præstantia. Aurum argento præstantius auaritia fecit.

Iam, si mors imminentem regni dissolutionem videt, ipsa irruit: non secus ac, quod regnum ruiturum est in manus alienas peruenit. Sic si tres illæ substantiæ vnionem ac concordiā suam soluunt, tum vicina mors adstat, suaq; industria subinde vnam earum post alteram sensim ita edomat ac corripit; dum tandem aliquibus euictis totum regnum occupet, ex quo deinde nulla ope eijci potest. Quod si vero id non fiat, sed mors ex parte saltem quadam huic aut illi substantiæ insidietur: tum prętò medicina est, quæ naturæ auxiliaria accedit, & hanc in integrum restituit. Sic quicquid sal exedit, id sanat consolida: & quantū sulphuris dissolutione abscessit, tamen restaurat ac reponit crocus: & quod Mercurius nimiopere subtiliauit, hoc ingrossat aurum. Et hoc auxilio naturæ succurritur. Sicut vero regnum aliquod non sine manifesto ac irreparabili damno occupatur: sic & caro, quę à sale erosa est, fatua reponitur, nec

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 92 sur 913

nec acceptum ſemel damnum æquè ſarciri poteſt. Sic etiam de cæteris. Quo maior impendenda cura eſt, vt corpora iſta in ſua integritate ſuſtententur. Facili ex cauſſa ea omnino corrumpuntur: leui occaſione illis aſperitas auri aduerſatur. Sic enim iſta Deus conſtituit nobiſcum: qui medicinam habuimus à primordio rerum huc vſque, & ab hoc ipſo tempore habituri ſumus ad conſummationem mundi vſq;, eadem omnino vi, poteſtate ac virtute, qua eam ſuis Apoſtolis ad ſanandos ægrotos contulit ac impertiuit. Quæ ſanatio ex vnica virtute mandari diuini procedit.

Medici ac Apoſtoli vna ſors.

Ideo medici cum Apoſtolis idem mandatum acceperunt. Illi ergo, ſi ſub hoc mandato viuunt, ac ad illud alligati ſunt: neceſſe eſt, ſecundum ipſum vt agant, ac verum genuinumq; fundamentum diſcant & cognoſcant. Sed multi adulteri exſiſtunt: id eſt, multi illud mandatum tranſgrediuntur, multi contemnunt ac ſpernunt. Iſtud autem cui rei comparo? Iſti nimirum dicto Chriſti:

Ionæ allegoria.

natio prauа & adultera: quæ ſigna quidem videre, nec tamen ipſa operari cupit. Ideo ſignum illi nullum dabitur, præter ſignum IONÆ, in ventre piſcis reconditi. Sic & ipſi in terra quærere debebant, quemadmodum Iudæi reſurrectionem in ceto.

Tres ſubſtantiæ quomodo ad Elementa quatuor reducantur.

Cęterũ ars hæc tã multiplex exſiſtit, dicęq; tres ſubſtãtię vſq; adeo certę sũt: vt S.M. & S.S. ad quatuor vſq; generationes doceri poſſint, id eſt, vt in naturam 4. matricum ac Elemẽtorum referri poſſint: vel: Ex quatuor Elementis naſcuntur res vniuerſę. Ex terra quidem herbæ ac ligna & ſimilia. Ex aqua metalla, lapides & horum mineralia. Ex aëre ros, & Tereniabin: ex igne tonitru, fulgur, nix, pluuia. Sed hæc ad Meteoricam, quæ ex ipſa naturæ luce conſtituta eſt, relego. Pergamus iam vlterius. Ipſe Microcoſmus, ſi in diſſolutionem ſuam abit, fit terra: cuius tam mira eſt virtus, vt promtiſſimè fructus ex ſe gignat, qui in illam conſeminantur. Hæc illa præparatio eſt, quam nouiſſe medicus debet. Sic ex hoc ipſo corpore oritur ſecundum Elementum aquæ. Quæ aqua cum matrix mineralium ſit, ideo Spagyrus ex ea Rubinum conficit. Sic hæc præparatio tertium Elementum nimirum ignis promit, ex quo grandines oriuntur, & quartum Elementum aëreum, hoc eſt, in concluſo vitro ſibi ipſi rorem ex aſcendente ſuo ſpiritu ſtillat. De hac generatione ſcribere multi cœperunt quidem: ſed in opere tamen deſperarunt. Nec enim conuenit, porcum in agro rapis conſito verſari. Sed & tranſmutatio alia ſupereſt poſt hanc, quę ſcilicet genera vniuerſa Sulphurea, Mercurialia ac Salia largitur, ſicut iſti Microcoſmi mundo demonſtrare conuenit. Et multi quidem ſedulò laborarunt, vt in homine reperirent eius ſanitatem, aquam vitæ, lapidem philoſophorum, arcanum, balſamum, aurum potabile ac ſimilia. Quod rectè fecerunt. Nam iſta omnia in eo latent: ac in externo mundo quoque conſiſtunt. Quæ qualiter ſe in externo mundo habent: ſic in interno noſtro quoque aſſimilantur. Nec quicquam vobis perſuaſum habete aliud, quam hoc ſcilicet, nihil tam nigrum exſiſtere, quod non aliquem candorem in ſe habeat: nihil contra tam candidum, quod non nigrorem foueat. Sic & de cæteris coloribus. Quare ſicut hi colores producuntur: ſic illi quoque prædicti. Sal albus eſt: & omnes in ſe colores habet. Sulphur ardet. Ideo omnia olea continet. Mercurius diffluit. Ergo omnes in ſe humores claudit. Et ſic de cęteris quoque, quæ ad philoſophiam remittimus.

Elementa quæ quid gignant.

Spagyri ars.

Sic verò homo ſibi ipſi medicus eſt. Quod ſi enim naturæ ſuæ opitulatur, tum & hæc ipſi neceſſaria miniſtrat, hortumque illi pro totius Anatomiæ ratione erogat. Nam ſi ex imo rerum omnium conditionem euoluimus, inuenimus, Naturam ipſammet noſtram nobis medicam exſiſtere, hoc eſt, ea omnia in ſeſe habere, quibus ſibi opus eſt. Obiter quæſo ad vulnera attendite. Vulneri quid deeſt? Nihil præter ſolam carnem. Hanc intrinſecus enaſci, non deforis accedere oportet. Itaq; vulnerum ſanatio nihil niſi defenſio eſt, vt natura extraneis nullis iniuriis obruatur, ſed inoffenſa in ſua actione procedere poſſit. Sic ſeipſum id ſanat, ac complanat, ac diſponit; ſicut iſta peritorum Medicorum Chirurgica docet. Nam Mumia eſt homo ipſemet. Mumia eſt balſamum, vulnera ſanans. Maſtiche, Gummata & Lithargyrum ad carnis generationem ne tantillum quidem conferunt, præterquam, vt defendant naturam, ne in operatione ſua interturbetur. Hæc & morborum internorum ratio eſt. Natura, ſi ſeipſam defendit: tum ſola omnes

Vulnerũ ſanatio quid.

Mumia eſt homo.

morbos

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 93 sur 913

Natura sibi Medica, Medicus eius minister.

morbos sanat. Eorum enim sanandorum certam industriam possidet: quod Medicus ignorat. Ideoq; naturæ saltem minister ac defensor est. Sic intus in natura tot sunt proprietates, quot foris in scientia. Illa sibi eas innatas habet: nos hausimus ex institutione. Nos foris tales sumus, vt possimus ea, quæ potest intus natura. Hoc de medicinæ potentia dupliciter intelligi debet; Medicinę nimirum magni mundi, & hominis. Via vna est in defensiuis: altera in curatiuis.

Medicina duplex: Defensiua: Curatiua.

Quando naturam defendimus nos, tum illa sua ipsius scientia vtitur. Nam sine scientia non sanatur. Quod si nos præter defensionem scientiam etiam adhibemus, tum nos curatores ac Medici sumus. Superiùs enim saltem in genere medicorum rituum memini, prout illi apud erroneos istos abhibentur. Ideoq; duplices sunt Medici, primi, qui scientiam suam Naturæ addicunt, solisque defensoriis vtuntur. Quamquam horum nonnulli sibijpsis non constent. Alteri curatores sunt. Hi ipsius naturæ scientiis vtuntur. Vt, si quis vulneratus sit. Vulneri sanando duo modi prestituti sunt: Defensionis & Curationis. Defensiua curatio superiùs tradita est. Sanatio curatiua est, si vulnus ventricosum fiat, ita, vt medicamenta indantur, quę carnem gignant. Huiusmodi medicamento in vulnus indito, natura intrinsecus insurgit, ac medicamentum ita digerit in vulnere, vt caro fiat: sic vt vulnus ipsum, ventriculi rationem habeat. Nam sine ventriculo istorum nihil fieri potest. Sed hæc in chirurgia fusiùs explicantur. Æqua ratione & de ceteris morbis intelligere potestis, quomodo se scientia in medico habeat vna: altera in natura microcosmi.

Iam vero hisce in rebus intelligendum est, hominem nimirum ac externa illa consensum quendam ac similitudinem inter sese mutuò fouere, dum sese mutuò afficiunt ac admittunt. Hoc est, Sciat homo, quamprimum naturas eorũ, quæ sese inuicem agnoscunt ac admittunt, perspexerit, tum se Anatomiæ cognitionem habere. Quia vero homo conditus ex Limbo est, Limbus vero vniuersus mundus exsistit: ex his statuendum est, rem quamlibet sibi simile admittere. Nisi enim ex omni orbe, ex huius omnibus partibus ita constitutus esset homo: tum certè paruus mundus minimè exsisteret, nec capax eorum esset, in magno mũdo quæ fierent. Quia vero ex hoc constat: quicquid illius edit ac assumit, hoc ipsemet est. Nam ex eo est: ideo idem fit: & idem in ipso est. Nec enim de nihilo conditus homo est: sed ex magno mundo fabrefactus est. Ideo in eo quoque consistit. Sic ex his consequitur: ex quo constat, ex eo viuit. Ideo si nexus iste præstò est, qualis filij ad patrem: æquum sanè est, vt nemo filio promtius opituletur, quam ipse pater. Huic accedit, huic decedit. Sic etiam consequenter, externum membrum interni medicina exsistit, vnumq; subinde membrum alterius respectum habet. Maior enim mundus, humanas omnes proportiones, diuisiones, partes, membra &c. cum homine ipso habet. Ideoque homo ea omnia in cibo ac medicamentis edit assumitq;. Nec in quoquam alio à se distant inuicem, quam in medio corpore, in figura, ac forma. Secundùm scientiam vero vnica & forma & figura & medium corpus exsistit, si corpus spectes physicum. Sic corpus hominis corpus mundi assumit, sicut filius sanguinem à patre. Vnus enim sanguis, vnum corpus est, sola anima diuisum, secundum vero scientiam haudquaquam discretum. Ad quæ consequitur, cœlumq; ac terram, & aëra aquamque, hominem esse in scientia. Ipse quoque homo mundum vnum constituit, cum cœlo, terra, aere ac aqua, itidem in scientia. Sic Microcosmi Saturnus, Saturnum cœli ascisit: sic Iupiter cœli, Microcosmi Iouem amplectitur. Duo siquidem cœli, & vna coniunctio, non disseparati: Sic æquè Melissa terræ Melissam Microcosmi, & Cheiri Microcosmi Cheiri terrę assumit. Sic Cachymia aquę, Cachymiam Microcosmi adoptat, & Talcum Microcosmi, Talcum aquæ. Sic ros aëris, rorem Microcosmi, & Microcosmi Tereniabin, Tereniabin aëris acceptat: Et in hac cognitione omnia versantur. Sic cœlum & terra, aerque ac aqua, res tantum vna sunt, non quatuor: non duæ, non tres, sed res vnica. Quæ nisi coniungantur, partitæ & diuisæ exsistunt. Quæ si ad medicum transferre vsum volumus, scire fas est, nos medicamenta administraturos, vniuersum mundum administrare, hoc est, vniuersas virtutes cœli ac terræ, aeris ac aquæ. Caussa hæc est: quod vno in corpore vigente morbo, pugnata sanarum omnium membrorum

Homo Limbo. Limbus quid.

Medicamentum quale esse oporteat.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 94 sur 913

gliscat: non vnius inquam membri, sed vniuersorum. Vnus enim morbus, vniuersorum mors est. Id quia natura præsentit, ideo contra morbum vires ac copias suas vniuersas producit. Talem ergo & medicinam constitutam esse oportebit: vt in sese nimirum concludat firmamentum vniuersum tam superioris, quam inferioris Sphæræ. Vnde exstruere potestis, quanto robore natura morti renitatur, adeo, vt in auxilium cælum ipsum ac terram, horumq; virtutes & potestates vniuersas vocet atque asciscat. Eodemque planè modo, ceu comperistis, animam contra diabolum viribus suis vniuersis collectis, Deoq; ipso ex toto corde, ac viribus omnibus ad resistendum diabolo, inuocato, reluctari: sic æqua cura ipsam quoque naturá habet, vt præsidia omnia, quæ à Deo ad expugnandam mortem constituta sunt, cogat ac impendat; tanto scilicet horrore mortis crudelis & acerbæ, truculenterq; oculis suis obuersantis, quam nostri oculi non vident, nec tangunt manus, illa quatitur ac percellitur. Ipsa natura tamen illam & videt, & tangit, & nouit. Ideo ad se cœlestes omnes & terrestres virtutes asciscit, vt formidolosæ illi resistat. Valde enim horrifica, mors est, & crudelis, ac acerba. Quod si is, qui mortem fecit, nimirum Christus in monte oliuarum ad conspectum eius tantopere expauit, vt sudore toto ex corpore cruento emanante, patrem cœlestẽ de ea auferenda & amouenda rogarit: non immeritò ipsa quoq; natura coram ea vehementer trepidabit. Quò enim mortis cognitio maior: eò maior cautio, præseruatio ac inquisitio medicinæ: quá sectatur vir sapiens.

Naturæ & mortis antipathia.

Naturæ sagacitas

Mors quàm horribilis.

CAP. III.

ET tale est magnum compositum: hoc est, vera medicina, vt dictum est, procedit ex cœlo, terra, ex elementis omnibus, ex omnibus eorum viribus. Et hoc est illud compositum, in quo discendo sudare debet medicus: hoc est verum Recipe: Hæc sunt simplicia: non in numero quidem, sed compositione, ex quibus componitur vniuersus homo exterior. Hoc coniuncto & vnito, in ipso coniuncta sunt vniuersa Remedia, Medicamenta ac arcana: in hoc potestates omnes conclusæ sunt. Et hę vires morbis, hominem affligentibus, obluctari possunt: Qui verò præsenter non affligunt, eorum arcana aut inter sese mutuò operantur, aut quiescunt. Simili modo hoc exemplum attendite de ligno, quod in manu statuarij est. Is artifex ex vno ligno formas ac imagines infinitas sculpit. Sic etiam corpus hominis morbos infinitos producit, & tamen vnicum tantùm corpus est, ex quo illi omnes sculpuntur. Iam velut è ligno imaginum alia non minus alio ab igne aduritur & consumitur: sic in magno quoque composito medicina similis est, quæ instar ignis depurat, & impurum à puro disparat. Quia verò ambigua remedia proponuntur: illa etsi legitimo ordine quidem sumantur, spes tamen periculo non vacans vna eadem comitatur.

Sic in hoc magno composito vniuersus mundus, cœlum nimirum ac terræ virtutes, & microcosmi totus homo constitutus est: hoc est, veluti mundus in eo, ceu in gutta consistit: sic ipse quoque homo, cum membris suis omnibus, artubusq;, ac natura, & proprietate: tam sanum ac malum, quam ægrum ac bonum constat: Sic si eadem assumit: suum limbum, è quo natus est, sumit, séque adeò sumit ipsummet, corpusque medium vnit cum eo, ex quo constat, in id quod ipsi deest. Et hoc compositum in cęteris medicinis consistit, sicut Sol supra omnia astra. Quid Sol aliud est, quàm Luna? Quid nox aliud quàm dies? Nisi quod distincti sint, Sol ad suum lumẽ: ad suum itidẽ dies. Ita & cœlum à terra, floresque omnes, ac radices omnes, gemmę ac lapides, distinguuntur. Similiter operæ pretium est ipsum quoq; Medicum nosse discrimina medicamentorum, non secus ac si separet tenebras à luce, diem à nocte. Medicum etenim medicinas ita interstinguere decet, velut Moyses in lib. Geneseos tradit, quomodo nimirum Iehoua à se inuicem separarit hodie istud, cras aliud, perendie iterum aliud. Sic nobis quoque cogitandum est, rem nos præ manibus planè similem habere, ac Deus habuit: habendamque omnino scientiam separandi ac distinguendi nigrum ab albo, clarum ab obscuro, hoc est, medicinam à luto, in quo condita iacet. Sic enim illud Deus creauit.

Medicinæ quæ distinguendæ sint.

Sed quid de operatione dicendum est? Hoc ipsum, vt scilicet declaretur. Vult nempe Deus aliter eam non cognosci, quàm securim quæ arborem præcidit. Sic poscit ille suum quoque opus in medicina considerari: pariq; cum efficacia ac virtute illud

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 95 sur 913

illud procedere, qua ipse in terra sanauit. E cuius ore priusquam nouissima verba iam euolarent, iamdum omnes infirmi conualuerant. Quanquam in hoc multa consideranda essent: nimirum grandis ignorantia medicorum, & eorundem imperfectio, ac ægrorum culpa, multæq; culpæ aliæ, quæ Deo cognitæ, à nobis nec sciri nec detegi debent. Cùm itaque operatio medicinæ virtus tam potens sit, viribus omnium cœlestium ac terrestriũ geniorum stipata: iam vobis cogitatu facile est, nec hyemem æstatem vorare, nec hanc illam absorbere: hoc est, vos nequaquam per Elementum ignis, aquæ elementum dispellere posse. Veluti enim aqua ab igne inexpulsa manet: sic pariter & humidum frigidum à calido sicco minimè expellitur. Taceo, quod hoc loco elementa morbi non sint, sed enascentia potius ex arbore facta, quæ morbos saltem indicat. Sic enim complexiones ingenitę sunt nobis vt nulla alteram pellat, nulla alteri cedat. Et vt cœlum terram non expellit, nec hæc illud: sic idem etiam in homine. Quicquid autem gradum hunc transcendit, complexio non est, sed accidens. Quo verò modo ista gerantur ac ordinentur, id proprijs capitulis traditur.

Hactenus ergo postquam hoc modo descripta est sanitas ipsa, cum homine, ac eius morbis, sub generali Theorica ac Physica, vnde omnia capitula, de morbis precipuè consignata deducuntur, & super hanc generalem Theoricam fundantur: iam præterea tradendum est etiam de morte, & eius accidentibus, vt tempore &c. Constitutum & prefixum suum rebus vniuersis tempus est, quamdiu nimirum durare debeant, siue id ad bonum sit, siue malum. Sic nempe & Sancti suam prescriptam metam habent, qua finita in hac terra viuere desinunt. Suus etiam terminus improbis est. Ad definitum tempus vniuersa à Deo religata sunt. hoc transcendere nequit quisquam, vtcumque pius, iustus aut populo commodus ac salutaris fuerit. Temporis momento instante, nihil superest, nisi hoc, *surge & abi*. Huius temporis terminus mors est. Illa nobis ad latus adsidet, & bella nostra præstolatur intestina, occasionem captans, vbinam irrum pere queat. Nec enim vel ipsi morti ex se compertum est, qua hora inuadere aut accidere debeat. Ad irruptionem tamen sedula, diligens & circumspecta est, ne quod fors momentum negligat, sed Domino suo cœlesti iugiter obsecundet. Quòd si ergo ex seipsa horam & momentum finis nostri non nouit; tum se quidem à medicina pelli ac abigi patitur: gradum tamẽ semper adeò propinquum confert, vt tempus instare assiduò putet; quo insultum ac impetum faciat, etsi nonnunquam incassum.

Iam etsi quidem omnia formosa, ac bona, speciosáque, plenaque diuinitatis cuiusdam & singularis bonitatis in nobis exsistant: nihil tamen hæc sunt aliud, quã ex auro ac gemmis congestus thesaurus, ac in cistam reconditus: quem fur postea prædatur, domino residuo nullo relicto. Hic enim nemini parcitur, nulliusve respectus habetur, nec vtilitatis, nec damni, nec probitatis, nec malitiæ; sed vnicus hic rhombus est, *surge & abi*. Et siquidem vniuersus mundus in vno aliquo recumberet; ante Deum tamen is nullus est, nec quicquam eius dignitas obstat. Sic vita nostra constituta est nimirũ vt thesaurus minimè tutus. Quem si quidem modis ac laboribus omnibus diligenter custodiamus, quid ea sedulitate proficiemus? Hoc nimirum, vt sub accuratissima & oculatissima custodia nobis ille surripiatur. An vero ea non fidelis custodia est, si decumbens eger ad Deum persugiat, & hunc de auxilio imploret? Si Medicum sollicitet, & de ope præstanda inclamet? Et tamen, cum sperauit minimè, iugulatur & abripitur. An is non munitus satis Rex sit, qui copias suas vniuersas cogens, pugnamque aduersus hostem susci piens, vallo ac fossis se vndiquaq; firmissimè cingit, & quasi sepelit, apparatuque tam equestri quam pedestri velut muro aheneo circumdatus dimicat? Et tamen is, cum putat omnia tutissima & securissima, glande irruente trajicitur. Quid vero Mors est? Quæ nobis vitam adimit multis modis. Beatus vero ille est, quem mors abripit ita affectum, velut exstitere I. Baptista, Prophetæ & Apostoli. Itaque vigilandum nobis est, & ad insultum eius attendendum. Ad iudicium siquidem nos vocat, vbi rationem reddamus de temporis vsura ad extremum vsque momentum. Ipsa lictor est & minister, qui ad iudicium Dei nos inuitat. Inuitationis huius, per quam anima à corpore discessionem facit, quæ summa quæstio est alia, quam, Ite ad iudicium ante Dei conspectum, hac hora, hac die? die nimirum miseriæ, qua cœ-

Hominũ res quid & quales.

Mors nõ est σφαγοπλανητης.

Mortem quæ se quantur.

Periodi stata rebus omnibus.

Mortis intentæ excubię.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 96 sur 913

lum ac terra contremiſcent & attollentur: qua tubę inuitatum ſuſcitabunt ac defunctum. Sed Mors etiam illa eſt, quæ nos reſuſcitabit, reddetque, à nobis quæ abſtulit. In iſta vita vnà cum lictore noſtro ſtatuemur ante Dei iudicium. Cuius carcer terra eſt. Nam vniuerſi in peccatis commorimur. Ideoque huic carceri adiudicamur, in quo ad tempus vſque iudicij vincti detinemur. Iam vero in hac mortis inuitatione, ſpiritus noſter ad Dominum euolat, corpus vero terrę mădatur, quæ ſolius corporis, non etiam ſpiritus carcer eſt. Sic vtrumque in ſua ſede permanet, dum aliquando iterum coniungantur: quo tempore tres dictæ ſubſtantię ſuo flori ac eſſentiæ reſtituentur. Ex his vero quid dum porrò futurum ſit, penes eum id eſt, qui corpus ac animam creauit: quod abſconditum vniuerſis eſt hominibus. Eo quidem ſeculo morbi nulli ſupererunt: nec vlla erit medicina aut medicus, nec vllus æger & harum rerum omnium finis erit. Sed vt dictum, fas eſt, nos id tempus vigilanter exſpectare, ac in ſcientijs interim ita exerceri, vt de vocatione noſtra probabilem Deo rationem reddere queamus.

Homi-nis car-cer terra.

CAP. IV.

ET ſi mortem quidem, quæ rerum omnium vltima meta eſt, indicauerimus: tractatus tamen hic nondum finitus eſt: ſed neceſſitas poſcit, vt diutius in his immoremur, quo, quæ propoſita ſunt, clarius pateſcant. Ideo porro in genere procedendo, dicemus de tribus ſubſtantijs, ſuperbia ſeſe efferẽtibus, hoc eſt, in exaltatione ſua vltra gradũ ſibi prędſtitutum tranſilientibus, quo nimirum id fiat modo. Omnium autem primò dicemus de Mercurio. Cum autem comprehenſum ſit, Mercurium eſſe liquorem in homine, eumque multiplicem, de qua cauſſa etiam multiplices naturæ ab ipſo procedant: iam vos ſcire velim, eius ſeparationis modos ac vias tres exſiſtere. Prima via quâ Mercurius aſcendit, Deſtillatio eſt. Altera, eſt Sublimatio. Tertia, Præcipitatio. Et quanquam in hiſce modis ſpecies variæ exſiſtant: tamen, vt enumerentur ſingulę, opus non eſt. Sufficit, principalia hic tradi. Sicut autem prędter tres vias dictas, tres modi alij ſuperſunt: ſic in ipſo quoque corpore. Et hęc eſt Operatio Naturę.

Mercurii ſeparandi modi tres.

Iam vero primò tradendum eſt quidnam id ſit, quod Mercurium int res iſtos ordines cogat; id eſt, in viam illam deducat, quâ ſublimetur, deſtilletur, & præcipitetur. Nec enim ex ſe id facit: verũ opus eſt, vt extrinſecus quid aſciſcat, per quod aſcendat, & â cæteris duobus diuortio ſeparetur. Exemplum. Superbia non è natura Luciferi erat, ſed is eam aliunde aſſumſit. Ideo ſupra alios ſeſe extulit. Sic hìc quoque res ea aliud â natura eius eſt: quod hoc modo intelligi debet. Quod Mercurium gradu ſuo emouet, id calor eſt, & per calorem is aſcendit. Iam vero calor iſte virtutis eſt Digeſtiuæ: ideoque Accidentalis. Calor iſte ſi intenſus ac plenus exſiſtit, tũ Mercurio potentior, illum eleuat, hoc eſt, prævalet, ipſumque agitat, velut lignum, quod ab intenſo Solis calore incenditur & ardet. Sic ipſe quoque Mercurius ab extraneo peregrinoque calore aſcendit. Iam vero calor iſte tribus vijs illũ pellit, ſecundum ſcientiam nimirum ſuæ magiſtræ Mechanicę. Sic alius calor eſt, qui ex commotione corporis emergit, priore non infirmior quidem, ſed tamen variabilior, nec cum primo æquè certus. Iſte tamen quacunque ratione ſuſcitetur, Mercurium incendit, & ad aſcenſum redigit. Præter hos, ſcitote exſiſtere etiam tertium, ab aſtris ſuſcitatum: ſi nimirum accenſa ſtella quędam incidat, quod prędſagium eſt ſubitaneæ mortis, & morborum Mercurialium aliorum hoc anno, illo tempore &c. Sic ergo extranei calores tres ſunt, Mercurium attollere idonei: cuius aſcenſionẽ deinde morbi ſequuntur, hoc eſt, præcipitationes ſuperbiæ in mortem. Ideo opus eſt, nouiſſe Medicum, & diſtinguere poſſe calorem exercitij, & calorem aſtrorum. Sic enim ſuos ęgros tueri, iisque ex hac conſideratione certum regimen ac prędſeruationem prędſcribere poterit.

Mercurio à quo ſeparetur.

Mercurium ſeparatis caloris tres ſpecies.

Porro autem attendite, qua ratione Mercurius incendatur. Modi tres ſunt. Accenditur enim vel in ſicco, vel in depreſſo, qui vel humidus vel ſiccus eſſe poteſt. Iam vero Mercurius in toto corpore, in omnibus membris iacet. Quot membra: tot ſpecies Mercurij. Adhæc cognoſcite, partium multas in corpore eſſe, cum ſuis officijs: Et ſic, hoc officium eſt Rationis, hoc viſionis, hoc auditionis. Vnde varia genera illius morborum emergunt. Huic rationem expilat: illi demit venas: iſti linguam adimit. Sic autem calor incipit. In corpus inuadens ſi id accenderit, tunc quo potiſſimum

Mercuriusquot modis accendatur. Mer. quotſpecies.

potiſſimum inuadit loco, eo ſuam operationem inchoat, hoc eſt, ignire incipit, quaſi locus iſte focus eſſet, in quo Mercurius iaceret. Vt, ſi calor à ſatietate ſeu plenitudine oriretur, plenitudo autem ea caloris eſſet adeo ſubtilis, vt ſpiritum vini æquaret, iisque adeo attolleretur, vt cum ſpiritu in cerebrum penetraret: tunc calore ſatis forti exiſtente, Mercurius longius peruagatur, quam pro metâ ſua, & quicquid attingit, illud ferit ac lædit. Idē etiam de corde ſciendum eſt. Si cor calor occuparet, tunc cor quaſi focus eſſet quo proprium ſuum Mercurium ejiceret. Quócunque vero iſte Mercurius pertingit, ibi morbus generatur.

Sic in validis complexionibus, in quibus quotidiana plenitudo aut immoderata exercitatio eſt, aut etiam ſtella, ita vt diximus compoſita: tunc corpus totū mouetur, hoc eſt, vniuerſa eius membra in calore conſtituta ſunt. Vnde fit, vt totus Mercurius ſurſum deorſum feratur, nec ſecus ac in Pellicano per corpus deſtilletur. Quod ſi vero ad ſummum gradum conſcendit, tum nequitiam ſuam perficit: hoc eſt, ſi nimirum intenditur, ac ſubtiliatur: ſiue deſtillando id fiat in corpore, ſiue ſublimando, ſiue præcipitando, ita, vt ad eſſentiam ſupremam perueniat: tunc è ſolio ſuo deijcitur: & morbus poſtea fit corporis & mors præſentanea. Nam ante id tempus eò non erumpit, verum ſpatij aliquantum habet ad aſcenſionem, circulationem & præparationem, vſque dum ad extrema perueuerit. Tunc demum ad ima relabitur ac deijcitur.

Sic quoque ſi ſtella quædam partem ſuam corripiat incendatque, non feriatur prius, quam ad vltimam ſubtilitatem aſcenderit. Et tum ſuos morbos parit. Sic Mercurius extraneo calore in exaltationem ſuam agitur, quæ nihil aliud eſt, quàm defectio, hoc eſt, ſeminarium morborum.

Mercurii accenſi effectus.

Sic ergo, vt dictum eſt, tres viæ exiſtunt aut modi: Vnus repentinam mortem & eius ſpecies inuehit. Hæc eſt deſtillatio Mercurij: Alter inducit Podagram, Chiragram, Artheticam. Ea eſt Mercurij præcipitatio. Tertius Maniam, Phreneſin ingerit. Iſta eſt Mercurij Sublimatio. His ſingulis vt & ipſorum ſpeciebus, ſuis in libris peculiaria capitula aſſignata ſunt, vbi planius explicantur. Sic ergo materia vltima, rerum, quæ gradum ſuum tranſcendunt, multiplex eſt. Varij enim Mercuriales, varia officia, varię partes & horum omnium variæ naturæ, modiac proprietates. Quę ſi coniungūtur aut coincidunt, varios morbos pariunt, diuerſis ſignis, moribus ac alijs diſtinctos.

Mercurii mira ſubtilitas.

Per præparationem ſuam, Mercurius vſque adeo ſubtilis fit, vt propter naturæ poteſtatem interiorem nemo ei reſiſtere queat. Cauſſa eſt, quia reliquæ duę ſubſtantię propter caloris intenſionem, cuius vi reprimuntur, ipſum edomare nequeunt. Hinc vſque adeo ſubtiliatur, vt & carnes & oſſa penetret, adeoque non per poros ſaltem, ſed etiam extra illos tranſſudet ac peruadat. Ex quibus deinde etiam puſtulæ, morbus gallicus, lepra, ac morbi ſimiles enaſcuntur, & ſuam inde materiam ac cauſſam primitiuā hauriunt. Quibus vero id modis: proprijs capitulis enuntiatur. Iſto ſuo calore, quemadmodum aſcendit: ſic multis modis quoque frigus ardorem, rigorem, horroremque ſuſcitat, quoties paroxyſmus eius impendet. Quoties enim tam acre ac ſubtile venenum ipſam naturam impetit, tunc quodam quaſi pauore illa corripitur. Iſte pauor corporis tremor eſt, ortus ex metu frigoris, & æſtus, quæ vnà concurrunt. Ibi enim obturatio eſt & fluctuatio vaporum, veluti in occluſa olla, quæ ebullit & ſeipſam attollit. Frigus vero materia eſt ac cauſſa cuiuſlibet timoris. Ardore autem contra augeſcente & præualente, tunc remittens frigus, inflammationi locum cedit. Et hæc de mirabili natura Mercurij tradita ſunt; Quia vero propter ſtudium breuitatis hoc loco varia eius natura plenius deſcribi non poteſt: partem huius tractationis maximam in cætera noſtra volumina differimus.

CAP. V.

CVm tractatio hęc de Mercurio, quadam ex parte exacta ſit & finita: idē ius ſali quoque conferemus, qui trium ſubſtantiarum pars altera eſt. De hoc primum id noſcite, quod, ſi in ſuperbiam ſuam abeat, quatuor modis varietur: nimirum in Reſolutionem, Calcinationē, Reuerberationem, & Alcaliſationē. Iam vero ſalis natura varia eſt: ideoque varię etiam ſpecies eius præparationis, varij modi. Multa ſalia calcinantur: multa reuerberantur, alcaliſantur & reſoluuntur: Quæ omnia intra hominē nihilo incertius fiunt, ac extra eum in ſcientia.

Sal quot modis mutetur.

Principio autē cognoſci oportet, quid ſit illud, à quo ſal infringitur; ita, vt in prædictam

Salis reſolutio.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 98 sur 913

prædictam præparationem ſupremi gradus, à quo abeſſe debebat, aſcendat. Cauſſæ autem triplices ſunt, Prima eſt immoderatio ciborum, qua concoctio perit, partes ad luxuriam deducuntur, caro nimis lubrica redditur: id eſt, qua caro nimis tenera, mollis ac medulloſa redditur, & ſanguis admodum luxurians ſufficitur. Ita quam primum abundant, ſal in ſua eſſentia & integritate conſiſtere nequit, quâ tamen eſſe conueniebat: quemadmodum ager nimium pinguis ac luxurioſus fruges ita afficit, vt citius putreſcant. Quod etiam fit, ſi nimiâ pluuiâ inundetur ille, ita vt humore abundanti ſemina putrilagine imbuantur, aut in naturam aliam degenerent.

Salia quibus infringantur.

Hoc ſimiliter & de rebus aliis intelligendum eſt. Sic etiam luxus nimius ſalem in ſuam exaltationẽ concitat agitq; omnium vero maximè ac promtiſſimè, ſi luxus coitus oriatur ex pruriginoſo, ſudorulento, & cruorifico ſtimulatu. Vnde nimiopere augetur ac efferatur. Qua ex commotione corpus frigidum ſpiritum concipit, id eſt, flatum. Is ſalem in aliam naturam, cæteris potentiorem, conuertit, Nam ſi abundantia ſpermatis in meatum quendam dirigitur, tum ſalis natura perit, & liquidi nimium contrahitur: adeò, vt ſal in luxum, hoc eſt, naturam aliam abeat.

Eadem etiã ab aſtro, in ſalem ac eius partes incidente, fiunt. Et quemadmodum ventus exſiccat: ſic etiam aſtra. Sol ſicut liquat grandines: ſic & ſalia. Nec enim ſalia alio modo in corpore ſita ſunt, ac grandines in campis. Quorum natura cum hæc ſit, vt taliter ſiti maneant, & ea tamen ſatis reſiſtere non poſſint: hinc fit, vt frangantur ac ſeparentur. Eadem etiã ſalis ratio, qui reſiſtere nequit. Impetente ergo aliquo cõtrario, is facile alteratur ab abundantia carnis, pinguedinis, ſanguinis, teneræ ſubſtantiæ. Sic etiam per coitum. Similiter & ab aſtro fit.

Iam vero ſalia nonnulla ſunt, quæ mutationibus huiuſmodi correpta nimis modo liqueſcant, hac ratione. Si liquantur illa: tum caloris in corpore exſiſtentis ea natura eſt (ſicut etiam de Mercurio diximus) vt ſaltem liquefactum aut reſolutum extra corpus eijcere aggrediatur. Internus enim ille corporis calor ſalem nullum reſolutum in corpore relinquit, ſed multis ex cauſſis illum eliminat ac eijcit. Et hoc verum non ſaltem de ſalibus reſolutis, verum etiam de calcinatis & reuerberatis. Hinc fit vt ſudor ſalſus ſit. Nihil enim eſt aliud, quam ſal huiuſmodi reſolutus. Vnde conſequitur, ſudorem nonnullum ex ſanguine, nonnullum ex carne, oſſibus ac medullis defluere: quod etiam confirmatur eo, quoniam ſalium diuerſa natura exſiſtit. Ex ijs enim oriuntur ſerpigines, impetigines, pruritus, ſcabies, & genera ſimilia: quæ in Chirurgicis tradita hoc iam loco miſſa faciemus.

Quod ſi ſalia naturæ calcinentur, talia fiunt. Si liquidum ſuum perdunt, ſal iam in ſua eſſentia calcinatus eſt. Is enim iam ante per ſeipſum in natura calcinatus eſt. Is ſi temperamentum ſuum humidum amittit: eo ſubtracto, ſal calcinatus relinquitur, ſicut etiam in ſua præparatione Alumen, & Vitriolum, & alia ſimilia. Nã ad eundem modum hanc quoque præparationem intelligere debetis. Sic ergo calcinatione incipiente, humidum per ſudorem ſecedit. Humidum id cutem rodit ac mordicat: quem pruritum deinde ſequuntur ſcabies & vlcera. Nam tandem, ſi ſal ſine humido eſt eò, quò pellere debebat, foras erumpit, ac ſibi ipſi eo loco corporis, quo deliteſcit, foramen parat ac exedit. De his a. plura in Chirurgia.

Salis calcinatio.

Qui vero reuerberatur: ſal alius eſt: nimirum liquidus humidus. Ille in Anatomia ſua deſtillatur ſurſum deorſum: quæ operatio vocatur *Reuerberatio*. Nam calor nullus, nec etiam luxus extraneus in illius ſubſtantiam abire poteſt: verum, ſicut aqua cum oleo commiſceri nunquã poteſt: ſic alia quoq; cum hoc vniri non poſſunt. Sic ergo ſpiritus ſupra & infra ſalem hunc, nunc ſurſùm, nunc deorsùm peruolitando fluctuant, vſque dum quædam mucilago aut viſcoſitas gignatur. Et tum temporis acrimoniam æquo maiorem accepit. Sic ergo perrumpit: hoc eſt, calor internus eius ſubſtantiam extra corpus excutit. Quod dum fit, foramina ac vlcera alia externa corpori inducuntur. Sic ergo ſal pro naturæ ſuæ modo ſe habet ac operatur: qua ex operatione, varij ac multiplices morbi oriuntur, qui à me in chirurgiâ vulnera æruginoſa vocantur. Ærugo enim quælibet ex interioribus foras per poros expellitur, & in aëre ſuam operationem præſtat.

Salis reuerberatio.

Sic ergo porro intelligite: nullum vlcus, vel morbum externum alium fieri, niſi à ſale concitetur, qui vnà cum aëre foris in cute operetur, & ad aërem omnia perliciat.

Omnia vulnera à ſale.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 99 sur 913

perliciat. Vnde colligi potest, salem iam hoc, iam illo modo sese habere. Hinc etiam sicca, humida, fluentia, purulentia vlcera dicuntur & ducuntur. Quanquam autem & ista variè cum erosione substantiæ medii corporis partim, partim ex victu, ciboque ac similibus appareant: tamen ista hic tradi, nihil attinet. Sic enim ex sale generantur vulnera salis ambulantia, peregrina, corrodentia, cancrizantia, profunda, putrida, sicca, &c. & multa alia non cauernosa, vt *alopecia*, *pustulæ*, *cicatrices*, *condylomata*, &c. quin etiã *Morphæa*, *Lepra*, & omnes huius species. Et prout genus salis est: sic etiam doloris. Sed & qualis nimirum stella est, taliter in sua exaltatione se exserit, & corpus mouet. Insuper & hoc sciendum est, cum formas varias inducunt, vt in cancris, fistulis, gangrænis, corrodentibus: ex sale nimirum & illud ipsum fieri, cuius ea natura sit. Sal enim omnibus his formã tribuit, sicut ista per lucem naturæ patent. Qui sal prout se habet, talem etiam morbum infert, vel acutum, vel diuturnum, vel breuem, vel lethalem. Quæ omnes differentiæ, peculiaribus suis capitulis explicantur.

Vulnerũ species quæ.

CAP. VI.

Sulphur à quibus separetur.

EAdem etiã ratio est sulphuris: quod à rebus quatuor separatur ac exaltatur. Hæ sunt quatuor Elementa. Eius autem ista natura exsistit. Si ab elementi humido occupatur, tunc ad illius similitudinem ipsum quoque humescit, prout impressionem illam accipit ab Elemento aquæ. Sic si ab Elemento aëris inuaditur, tum siccescit, & gradum siccitatis concipit. In Elemento enim aquæ humiditas, in aëre siccitas consistit. Sic ergo sulphur duas naturas exaltationis induit. Sed & de duobus reliquis Elemẽtis, igne nimirum & terra idem censete. Si terra dominatur sulphuri, tunc illud frigidum & reddit, & seruat. Taliter & ignis, hoc est, firmamentum. Id sulphur calidum constituit, postquam calorem illi impressit. Sic ergo quatuor Elementa artifices sunt, qui sulphur ad transmutationem suã perducunt, vt ex officio suo elapsum degeneret in suscitationem morborũ, quorum genera varia fiunt, ceu frigidi, calidi, humidi, sicci: & in quolibet genere varię species, pro natura nimirum sulphuris materiæ in corpore ac membris alteratę sese habentes.

Humiditas ab aqua. Siccitas ab aëre.

Caliditas ab igne.

Sic sulphur fit frigidum, & per Elemẽtum illud redditur volatile vel fixum. Iá vero frigus istud multiplex est: *Congelatũ* & *Resolutum*: *Coagulatum* & *Dissolutum*. Ex quatuor his Elementis emergit illud, quæ tamen omnia sub nomine Elementi terræ comprehenduntur. Pars enim frigoris ex aqua: pars eius ex igne: pars ex terra: pars ex aëre progignitur. Sic ergo vnumquoduis Elementum partẽ aliquã frigoris confert. Interim tamen frigus solum Elementum nuncupatur: idq; his ex caussis, quam ad philosophiam remitto. Hæc ergo nunc frigora expendite, quę in frigiditate suam essentiã habent. Vnica enim saltem frigiditas est, non plures; sed pondus tamen varium est: h.e. in vno plus frigiditatis est, quam in altero. Vnde etsi alterum altero frigidius appareat, vnicũ tamen æquabile frigus exsistit. Sed id secundum sut stantiam diuiditur: in duritiem & humiditatem. Durities duplex est, *congelata Coagulata*. Humiditas etiam duplex, *Dissoluta*, *Resoluta*. Congelata ex frigore igneo fit, veluti *cõgelata aqua*, *nix*, *grandines*, &c. Sic in sulphure congelatio fit, quæ ex Elemento ignis procedit, peculiaribus morbis ac eorum speciebus, quæ non immerito niui, pruinæ ac grandinibus conferuntur, ac similis exortus sunt, stipata. Id nunc ex parte quadam ab astris progenitum est, diciturque, ex igne frigido natum. Firmamentũ n. ignis est. Porro autem coagulatio frigiditas alia est, quæ suum ex aqua ortum habet. Hoc frigus etsi quidem aliud sit: vnius tamen gradus cum igneo est. Hoc si ad operationẽ suam procedit, tum coagulatur, quod per frigus hoc impetitur. Coagulatio hęc à congelatione in eo differt: quod illa fixa, hæc volatilis exsistat. Nã quicquid ex frigore Elementi aquę procedit, hoc omne est coagulatum & coagulatum frigidum. Hoc modo coagulata videtis Corallia, Alumina, Entalia, & similia his vitriolata, Salia, Aluminosa, &c. Eiusdem generis sunt etiam morbi, ex coagulato frigido, id est, ex frigido aquę nascentes. Simili modo & ex aëre frigidũ nascitur. Hoc secundum substantiam suam nec congelatum, nec coagulatum, sed vẽtus est. Et quemadmodũ Boreas vel Zephyrus per & ex se frigidum calido inducit: sic ipsius quoque elementi terræ hæc est natura, vt frigidi aliquid in aëre ac vento exhibeat. Vnde etiam ipso in corpore huiusmodi vẽto-frigida, chao-frigida & aëro-frigida, sine substantia, sine tactu, sine visu deprehenduntur, morborũ peculiaribus generibus ac speciebus comitata.

Frigus duplex.

Frigiditas à terra.

Durities dupl'ex.

Coagulatio vnde?

Humiditas duplex.

Coagulatio vnde.

Coagulatio & cõgelatio quo differant.

Frigiditas sua ex singulis Elementis

comitata. Sic in ſeipſa quoque terra, quæ *terra* verè dicitur, peculiarem generationem morborum ex ſe progenitorum habet, non ſecus ac frigidæ ſupra terram herbæ naſcuntur, vt *Solatrum*, *Roſa*, *Lactuca*, *Portulaca*, *&c.* Et ſicut hæ herbæ à cęteris ſeparantur: ſic ipſi quoq; morbi cũ ſuis generibus ac ſpeciebus. Sic ergo noſſe debetis, quo modo Elementum terræ in homine, in quatuor Elementis quærere oporteat, eo nimirum diſcrimine quod ſupra traditum eſt.

Ignis in omnibus 4. Elemẽtis.

Sic non minus id de Elemento ignis, id eſt, de calore noſſe debetis, vt ignem quoq; ſimiliter in 4. Elementis quęratis. Quare ſi quis ex ſulphure morbus oriretur, vnius iſtorum quatuor naturam omninò haberet. Sulphur nimirum per ſeipſum in ſuo officio perſiſtit. Hoc ſi iam ab Elemento ignis, qui in firmamẽto eſt, incendatur, tũ à ſtellâ fulgureâ ſeu æſtiuâ incenditur. Vnde fit, vt ſulphur ardeat, necaliter ſe exhibeat, quàm ſi fulmen de cœlo in arborem quandam præcipitetur, eamq; comburat. Talis quoq; operatio inuiſibilis firmamenti reſpectu noſtri in corpore exſiſtit. Et quemadmodum ſulphur arboris ea incendit: ſic idem quoque in homine inflammat. Et quodcunque corporis membrum tunc ferit, in id poteſtatem ac vim ſuam exercet. Iam verò præterea in aqua ignis etiam alius eſt, qui æquè ſulphur accendit, ac ignis cœleſtis. Quod ſi enim ſilex, aut Cacedonius ignem edant, quem incluſum habent: idem etiam participabit internum hoc Elementum, quod minimè videmus. Vnus enim in Elementis fabricator eſt, quem minimè ſpectamus, is nihil feriatur, ſicut de multis morbis enumeratum eſt. Sic Elementalis ignis etiã in terra eſt, quod ſimiliter ſulphur accendit. Et, vt videtis flammulam, vrticámque ex terra enaſci; ſic etiam cernitis, quibus viribus inſtent, ſi corpus phyſicũ attingant. Conſimiles generationes etiã in ipſo homine fabricantur: quæ omnes ſuis capitulis deſignantur. Ex quibus tandem varij morbi, tam externi, quàm interni gignuntur, à Mercurialibus ac Salinalibus morbis explicitè diſtantes, ſicut ex peculiari libello de morbis articularibus cognoſcendum eſt. Hic enim flammularis, ille piperalis, iſte Aronalis exſiſtit. Porrò autem calidum etiam Elemẽtum ignis in aëre eſt, ſicut & de frigore dictum eſt, admodũ Euri ac Auſtri: quod & ipſũ igneos morbos parit, iſti Elemẽto reſpondentes. Iam verò iſtis omnibus adeſt coagulatio, in igne firmamẽti, ac terrę, & aquæ. Vnuſquiſibet enim calor, ſolus coagulat. Vnde tres coagulationes exſiſtunt. Ex terra nimirum: hæc eſt vt herbæ. Ex aqua: hæc ſimilis eſt calidis mineralibus. Ex igne, hæc impreſſionis eſt. Sic in frigore Elementum aquæ ſuâ quoque coagulationem habet, qualis eſt coagulatio ſaliſnitri & ſimilium.

Coagulationes à quot elementis.

Similiter ex quatuor Elementis etiam humiditatem habetis: hoc eſt, vnam in aqua: vnam in terra: vnã denique in aëre: quæ tamẽ vnius tantum gradus Eleméti ſunt, & cauſſa ipſius morborum. Horũ 4. genera exſiſtunt. Hic humidus eſt ex humiditate ignis: ille humidus eſt ex humiditate aëris: tertius humidus eſt ex humiditate terrę: quartus humidus eſt ex humiditate aquę, vnà cum ſpeciebus in illis comprehenſis.

Humidũ quadruplex pro 4. Elemẽtorũ numero.

Hæc eadẽ & ſiccitatis ratio: quæ quadruplex eſt. Hæc quoq; quatuor genera ab Elemẽtis emanant, ſicut & de cæteris dictum eſt. Siccitates enim quædam ex igne ſunt; aliquæ ex aqua; nonnullæ ex aëre: quædam ex terra. Hę, quales ſint, ſicci morbi ſatis declarant. Sic enim hęc quatuor genera in ſummo cenſu morborum exſiſtunt: nimirum frigidum, calidũ, ſiccum, humidum. Quare meritò quilibet morbus in hiſce gradibus incipit & intelligitur. Et licet quidẽ in hac Theorica morbi ſe inuicem non ſecũdum ordinem conſequantur: iuſta tamen ac ordinaria ſerie ibi explicabuntur, vbi eorum practica tradetur. Breuiter autem pleraque hic ideò perſtringuntur, quia alibi multis in locis ſparſim pleniùs illa tractãtur: vt in lib. de *Cõplexionibus & Gradibus*, ac naturalibus aliis, quæ propriè ad Philoſophiam referuntur.

Siccitas quadruplex, e quatuor Elementis.

Iam verò inficiari non poſſumus, ſingulares interdum morbos oriri, qui tamẽ ex Elementis non ſint, etſi ipſis nonnihil ſimiles exſiſtant: vt, ſi ſal calcinetur, & ex corporali humiditate accendatur, vnde fieri poteſt, vt proprium ſuum ſulphur, in quo conſiſtit, inflammet: adeoq; id non vno ſaltẽ modo, veluti prædicto, euenit; verum cæteris modis omnibus. Ad hæc reſpondendũ eſt, iſtiuſmodi ſuis ex ſignis cognoſci, quæ illa omnia diſcernunt. Qui verò differentias certas non nouit, is nec ipſa ſigna commodè diſcernet: veluti de bellis inteſtinis ſuo loco explanabitur. Ad cæteros ergo libros noſtros attendite, non quidẽ ſecundum partitionem,

Morbi non omnes ex elementis.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 101 sur 913

partitionem, sed alia. Et quamuis tituli quidem designatio sit de *Tribus*: de *accidentibus*: de *fine*: tamen iuxta hæc subinde alia quoq; introducuntur, hoc est, de accidentibus. Quæ quidem in se continent accidens, non saltem plenitudinis, sed & Elementorum ac similium. Quod si enim morbus nominandus est: ea quoq; nominari fas est, quę morbum genuerũt. Quare ordo bonus in capitulo illo, vbi de isto morbo tractatur, seruatur: etiamsi liber ipse ita non consequatur. Manent enim libri in sua Theorica & Physica: cum practicæ in suis voluminibus aliud agant.

CAP. VII.

PORro autem verum est, quod præter hæc vniuersa, adhuc genus aliud morborum exsistat. Horũ in hoc capite duo traduntur. Vnus ex semine spermatis oritur: alter ex forma specifica. Qui & ipsi diligenter notandi veniunt, vt à cæteris morbis recte distinguantur. Notum autem vobis est, quomodo res vniuersæ in tribus istis primis, siue substantiis, vt dictum est, consistant. In illis autem aliud ac singulare quoddam accidẽs exsistit, quod ad ea, quæ hactenus tradita sunt, non spectat. Id eiusmodi est: Res nimirum aliæ sudorem mouent, alię aluũ laxant, aliæ vrunt, &c. Hæ omninò altè expendendę sunt. Vocantur enim ęgritudines specificæ. Nec ex prædictis causis deducuntur, sed nobis implantantur, ac ipsius intimæ naturę sunt; vt hic ita sudet, hic ita laxus sit, &c.

Morbi specifici quæ.

Iam autem de sperma te tenendum est, multo plures generationes fieri, quá cognoscantur. Quarum causæ inscitè aliò relatæ sunt. Nam id & camphora, & sperma ceti, & similia plura euincunt. Ex illis suscitantur morbi vesicę & renũ. Etsi enim tartarus, lapis, hoc est, ipsius materia exsistat: sine tamen illorum natura in lapidem non concrescit. Ipsum enim congelat frigus spermatum, aut caliditas diaphoretica eorum. Talis iam coagulatio est. Calor vero aut frigus istiusmodi: non ad prędictorum modum intelligenda sunt: sed semen spermatis, peculiarem suam Anatomiam ac Physicam habet, secundum diuisionem supra dictam. Vt vero prædicta: sic æquabiliter hæc quoque intelligenda sunt, quæ vero præter ista cognitu digna erunt: ea propriis suis capitulis tradentur. Hoc iam peculiare capitulum est: quod hoc modo à cæteris quoque morbis dissepa-

Morbi seminis qui.

ratur. Quicquid congenitum aut complantatum est, id ex radice desumere non possumus. Complantata autem nobis sunt specifica forma, & semen spermatis, hoc est, ipsius natura. Ideo radicem suum germen, sustinere fas est. Si quis vero natus cœcus esset, id congenitum non foret. Licet enim visum quis non habeat: visus tamen in ipso est, quamuis non in idoneo ac iusto loco. Hæc causa est, cur cœcus sit, & cœcus natus putetur, cum tamen visum intra se habeat: veluti si quis in vna manu sex digitos, in altero tantum quatuor ostenderet; tum digiti saltem in debito loco non exstarent. Sic ergo nullus peritus medicus dicere possit, *Cœcum istum incurabilem esse*. Natura enim artificiosissima & valde mirabilis exsistit. Itaque quia visus adest, ad locum suum proprium cogi ac disponi poterit. Id quod cum digitis fieri non potest. Hi enim sunt corporis substantia: ille autem ventus est, corpore destitutus. Ideo è loco moueri potest, quod in transposito corpore minime licet. Cęterum eorum, quæ hoc in capite traduntur, non ista omnino ratio est: sunt enim res congenitæ, sicut ferro sua durities, cretæ suus candor. Vnde intelligi potest ea ita accipienda esse, velut incidunt. Niué enim, vt cadat, nemo prohibere potest. Hoc vero euitari potest, vt hominem non lædat. Ideoque cum sperma sit limbus in quatuor Elementis: eius quoque vires in se continebit. Hæ vires iure merito *Impressiones* vocantur, ab hominibus ita indigeratæ. Verè enim impressiones sunt. Sed errorem astronomorum hic istiusmodi notate. Aiunt *impressionem cœlitus fieri*. Hoc nihil est. Cœlum enim nihil nobis imprimit. Effigiem à manu Dei conditam accepimus. Secundum istam quales quales simus, tamen citra omne medium manus Dei opus ac simulachrum sumus cum membris vniuersis. Iam quas vel conditiones, vel proprietates ac mores proferimus, ista vniuersa cum in-spiratu vitę accepimus, cum in-spiratu isto illa nobis insita sunt. Morbi autem, quibus affligamur, ex tribus dictis substantiis emergunt ea ratione, quam explicauimus. In hac quod imprimant, astra habent, sicut ignis ligno aut stipulæ vel crocus aquæ aliquid incidit. Scitote ergo, impressionem id esse, quod à nobis propellere non possumus, ve-

Cœco visus nõ deest.

Sperme limbus.

Impressio cœli astronomorum commẽtum.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 102 sur 913

luti sunt morbi, extrinsecus ex limbo corpori introducti. Talis fit etiam impressio in sperma ac specifica, vnde pellimur quidem nos, sed illa expellere vicissim non possumus. Sed de inclinatione quod addunt, itidem nihil est. Quod etenim profitentur, hominem inclinare in Martem, Saturnum, Lunam, &c. aut in furta & similia, id merus fanatismus ac nugamentum est. Imo commodiùs sic loqui possumus, Martem imitari hominem. Homo enim Marte ac Planetis omnib. potior est. Qui vero cœlum scrutatus est, & hominem nouit, is huiusmodi nihil loquitur: sed id potius censet, hominem adeò nobilem, & apud Deum magnum exsistere, vt imago eius cum omnibus illius actionibus bonis malisq; in cœlo depicta ac expressa sit. Hoc vero inclinatio minimè est. Et quanquam suum errorem ex parte quidem aliqua moderentur, dum aiunt, *astra non necessitare:* id tamen ingeniosum saltem velamentum est. Cœlum ab homine duas diuisiones habet: vnam, quod ipsum in cœlo depingit. Vnde falso sequitur, hominem hunc vel illum esse Saturninum. Quod idem est, ac si quis in tabula depingatur & effigietur, ac postea homines dicerent, imaginem hanc prototypo suam conferre inclinationem, ita, vt quicquid agat, vi imaginis actus agat. Altera est præludium. Vsque adeò enim exornatum cœlum est, vt omnium hominum futura opera, actiones & mores in eo exhibeantur ac repræsententur. Et hoc præludium aiunt inclinationẽ esse, quasi dicerent, à preludio eum cogi & impelli, vt hoc vel illud faciat. Omnia præludia saltem sunt vaticinia, quę futura præsagiunt. Sed inclinatio, impressio, constellatio & similia, hic iste limus est, quem Astronomi suis oculis offusum habent. Quod si ipsis id obiicitur, ringuntur. Errores vero ipsorum si ad classem artium superstitiosarum referuntur, ac veræ scientiæ producuntur, dicere non erubescunt, istam esse Necromantiam.

Inclinatio Astronomorum fictitia.

Astronomorum superciliũm.

Sic ergo porro attendite, naturam illam ex his duabus pendere. Vna in semine est. Hæc ex prima Theorica probè intelligenda est. Etsi quidem substantia ac corpora non adsint, nihilominus tamen ex iis generationes procedere possunt. Sic pariter, vbi ægritudo specifica inest, cogitate illam non in radice auerti posse. Eius tamen accidens tolli commodè potest. Sæpe etenim accidit, vt in stomacho, ac intestinis specifica laxatio insit: sic etiã in sanguine specifica lepra inhæreat. Hoc secundum artem dictu idem est, ac si Colocynthis, Turbith, Scãmonea, &c. in ventriculo essent: diceretur; à quodam, *Illum specificum Scammonium siue Colocynthidem, siue Esulam, siue Agaricum, aut quicquid aliud sit, habere.* Aut ita: *Habet specificam flammulam aut specificam aquam, quæ iam innata Lepra aut Morphæa, aut quid simile exsisteret.* Ita enim sæpe pinguedo specifica fit, hoc est, accidit, vt quis ita pinguescat, cum cibi ea caussa minimè sit. Sic & specifica macredo fit, vt multi gracilescant, nullo cibo iuuante. Et hæc quidem Medici in specifica scientia minimè inseruerunt, sed cum imperitis Astronomis eadem obganniuerunt, dicentes, *hæc est Melancholia &c. Hic Saturnus, hæc ipsius ascendentis natura.* Nec enim homo ab ascendẽte quicquam assumit; sed ex limbo, & à manu Dei conditus est, non ab ascẽdente, non Planeta, non constellatione aut similibus. Quasi vero hæc ipsum cogerent, vt aut pinguescceret, aut emaciaretur. In hisce morbis necessarium est certam cognitionem haberi, vt à primà interpretatione cæterorum morborum probè discernantur. Nam siniſtrè sæpe expenduntur, vt suo loco docebimus, cumprimis vbi de auersione eorum agetur: vbi principaliter de semine spermatis & specificis tractatur.

CAP. VIII.

IAm vero præter hæc omnia corpus in homine inuisibile exsistit, quod ex tribus dictis substantiis minimè constitutũ est: hoc est, Corpus habet homo ex Limbo non productum. Huius origo est ex inflatu Dei. Et veluti inspiratus seu halitus quiuis in manibus nostris nihil est: Sic quoque in nostris oculis nihil est corpus illud. Quanquam hoc loco eiusmodi sermone vti cogor, qui mihi vt Medico donari, istoq; sensu intelligi debet, vt Philosophia ipsa de homine pandit. Quæ talis est: Ex sacra scriptura scimus, nos in hoc corpore die iudicij extremi resurrecturos, & de peccatis nostris responsa daturos esse. Iam vero corpus id peccauit, quod ante oculos nostros nihil est. Vnde colligi potest, illud corpus resurrecturum esse. Nec enim rationem reddituri sumus de ægritudinibus corporum nostrorum, aut eorum sanitatibus ac similibus: sed de iis potius rebus, quæ ex corde processerunt, quæ solæ hominem concernunt.

Corpus inuisibile in homine, vnde.

Et hoc

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 103 sur 913

Et hoc quoque corpus est, non quidem ex Limbo, sed ex Spiritu seu halitu Dei productum. Cum autem in carne nostra Deum saluatorem nostrum visuri simus: consentaneum est, corpus ex Limbo natum ibidem compariturum: quod verè caro est. Quis vero nescius sit istarum rerum, quæ fient in clarificatione, quæ per os Dei instituetur, vbi corpus vnum alteri simile futurum est? In carne ergo resurgemus. Iam autem vnam saltem carnem nouimus, non duas: duo tamen corpora, licet vnam saltem carnem, eamq; ex Limbo sumtam, quę subiectum morborum est.

De hoc porro corpore scitote, ipsum præter famem, sitim, ac alia corpori naturali iure debita, naturam stimulantem habere, & instigantem ad ea, quę metam transcendunt. Caro ex limbo natura quidem est, quæ in modo, mensura, ac iustitia sua permanet. Quicquid vero præter hanc est, id ex malo procedit, non ex natura. Id ergo ex impalpabili corpore promanat: quod & modum, & naturam prætergreditur. Quicquid enim naturæ ministratur, id in loca ac secessus naturales, ad operationes naturales secedit aut diuertit. Vt, quicquid cibi pro necessitate naturali illi datur, id in ventrem descendit, & porro per secessum emittitur, quod bene fit. Sic & semen Naturæ, in agrum suum, scilicet matricem diuertit, & ibi fructus parit. Quicquid autem præter hæc est, ex malo procedit. Nolim autem me improbum Christianum videri, qui Paulo aduersor, qui mandat, vt *mulierum libidini satisfiat.* Quod ab ipso non ita dictum est, quasi id iustum & purum opus esset: sed saltem vt vitetur adulterium, in quod satiandæ voluptatis caussâ præcipitari possent. Peioris ergo mali vitandi caussâ ea ita dicta sunt. Similiter & de viris. Cum autem hisce proponatur de eo, quod præter naturam sit ex altero homine, non de eo, qui ex limbo est: id merito expendendum & explicandum à medico est: vt nimirum inde duo corpora, duos homines addiscat: quæ deinde contra astronomos proferat, corpus astris subijcientes. Hoc inquam corpus, quod ex ore Dei & non astris creatum est: vt probetur homo, quid velit, quid nolit, in quo vel bono vel malo ambulare cupiat, quantopere Deum veneretur, & quid in ipsum confidat.

Sic ergo homo vnum adhuc corpus habet, quod illud est corpus, cui Adam ac Eua in paradyso perfectionem adiecit esu pomi, secundum quod integer erat: intellige bonum & malum. Vnde nunc sequitur abundantior quam pro natura esitatio, & largior quam pro siti potatio. Adeo benignus est Deus, vt pro petitu nobis proponat, bona vina, formosas fœminas, electos cibos, splendidam pecuniam: vt per illa probemur, quem vitę modum seruemus, & quî naturæ metam vel teneamus vel transeamus. Hic enim quædam est consociatio duorum istorum corporum, spiraculi nimirum & limbi, similitudinem coniugij habens. Vnde elicitur, violationem huius, nationis prauę & adulteræ esse, quæ nullius modum teneat. Insensile enim corpus promissum fecit, nolle se naturale corpus aggrauare, aut vltra modum agere. Hoc si non fit, quid aliud nisi adulterium est, quod debitum ante Deum maximum exsistit? Sed ad hoc propositum quæ faciant, dicere plura mihi non conuenit. Quinimo istis vniuersalem Theoricam, Physicæ ac Chirurgię originem, ac morborum omnium caussam concludamus. Post quam generalem comprehensionẽ libri sequentes plus informationis ac intelligentiæ conferent in singulis præcipue capitulis seorsim. Et cum istarum rerum declaratio singularem Philosophiam exposcat: locis illis, volente Deo, qui & iam nobis suâ gratiâ alluxit, finiam, vosque adhortabor, ex ista Philosophia vt medicinam illam cognoscatis: vt nimirum in medicina compleatur omne illud, quod in ipsam Deus contulit.

D. Pauli locus explicatus quomodo laudanda cupiditas vxoribus.

Dei ingens beneficentia.

Epilogus ad Doct. Ioachimum de Wadt.

SIc ergo intermittere non potui, Excellentiss. Domine de Wadt, *quin primum meorum Paramirorum operum librum producerem. In quo diuturnis nocturnisque laboribus id sategi vnicum, vt auditores rei Medicæ discursu isto meo instruerem ac informarem. Ex quo fructus plus emerget, quam nunc opinamur. Non deerunt autem, qui meam in his superbiam ac ambitionem accusaturi sint. Arguent nonnulli furorem. Quidam insciti am culpabunt. Sed hoc vnum ipsis obtendo: quantũ in arte quiuis nouit, tantum de Theophrasto iudicat. Qui in Philosophia corruptus est: is huic Monarchiæ in idoneũ se sciat. Qui in Medicina humor ista*

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 104 sur 913

est, is Theophrastum nunquam elogio exornabit. Qui in astronomia erro est, is mea dicteria omnia nullo loco habebit. Intricatam, nouam, miram, inauditam dicunt esse meam Physicam, Meteoricam, Theoricam, Practicam. Quomodo vero non videar mirabilis ei, qui sub sole nunquam ambulauit? Me quidem non terret multitudo assectarum vel Aristotelis, vel Ptolomæi, vel Auicennæ. Maleuolentia me terret potius, quæ vbique nunc gliscit: velut & iniustum ius, ritus, ac ordo seu consuetudo (vt vocant) Iurisprudentiæ. Cui donum datum est, is illud habet. Qui vocatus non est, hunc vocare, meum non est. Deus autem nobiscum sit, protector & conseruator noster in æternum. Vale.

DE MORBORVM VTRIVSQVE PROFESSIONIS ORIGINE, ET CAVSSA,

Aureoli Theophrasti Paracelsi ad D. Ioachimum. Vadianum Medicum.

LIBER TERTIVS PARAMIRI.

Ad Lectorem.

QVanquam magna mihi quieti temporis penuria sit, perite & benigne Lector, nemoq, qui id conferat, prodeat: nihilominus tamen, cum præsens mihi sit excellens Dominus Ioachimus Vadianus, Medicinæ Doctor, ac vrbis ad S. Gallum consul ac Physicus, præterire, prout conueniebat, non potui, quin generalem Theoricam vtriusque medicinæ ex mea ipsius experientia conderem ac conscriberem. Etsi vero eandem non sine magna diligentia pridem Basileæ inchoassem, fore sperans, vt certo multis vsui ea esset: (licet, veritate prodeunte, multi continuò ac sæui trucesq, venti surgere plerumq, soleant) magis tamen magisq, indies credidi hoc me comperturum, vt, qui amarent animam, corpus quoque diligerent, quiq, parcerent animæ, eandem & corporis rationem haberent. Sed valde aduersus huius meæ sententiæ euentus fuit. Hîc se ventus ingessit prærapidus. Ideoque te attentum velim, candide Lector. Caue autem, ne quicquam ex primo, secundo tertioue capite illicò iudicij facias: sed lectionem potius ad finem vsque continua, idq, quod tam paucis pagellis comprehendo, cum tua ipsius experientia confer. Nihil te isti moueant, quos hic tango ac taxo. Trutina ac æstima singula, lance æquâ, nullius fauore ac amicitiâ corruptus. Nam plures etiam (iuuante gratiâ diuinâ) libri deinceps prodibunt, super hoc ipsum fundamentum exstructi, qui voluptatis plus tibi conferent. Hoc agnosce & disce. Dab. ad S. Gallum die 15. Martij An. salutis 1531.

THEOPHRASTI AB HOHENHEIM, DE CAVSSA ET Origine morborum.

LIBER TERTIVS.

TRACTATVS TERTIVS.

QVIS vero Philosophorum, circa res naturales versantium, non in risum effundatur, dum videat, Medicos illorum plurima, & maximè necessaria oblitos esse ac omisisse, quæ ex Philosophiæ fundamentis eruta, in ipsis quoque doloribus ac morbis præsentia sese exhibent? Hæc tamen illi vniuersa transiliũt: ac id vnum agunt, vt hamum captandę pecuniæ exponant, aut suas cum rusticis ac laicis disputatiunculas vrgeant: cum tamen ipsis Philosophis: propter commune ipsorum subiectum, disputationem intentare potius conueniebat. Qui quamdiu cum Philosophia non faciunt: tamdiu, quodnam verum subiectum habeant, ignorant. Porro autem, quia cum Philosophis non consentiunt, nec cum his mutua concertatione pugnare audent: ob id persuasum vobis sit, erronea ac frustranea esse, quæcunque ipsi tractant ac moliuntur. Admodum enim probosum Medico sit, vocari Medicum, ac eum se profiteri, qui tamen Philosophiæ ignarus sit ac imperitus. Ex quo quanti errores oriantur, ex sequen-

Medicus æquiuocus & nihili.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 105 sur 913

sequentibus vobis dilucidè patebit.

Etsi antecedens quoque Liber de caussa & origine morborum conditus & inscriptus sit: tamen vnum adhuc restat præter superiora, quod & ipsum caussæ vim habet, & morbos varijs modis gignit. Id vos probè intelligere, & ex ipsa Philosophia accuratè trutinare, operæ pretium est, nimirum, res vniuersas tres substantias continere. Iam vero in tribus illis est quædam egestio, stercus aut excrementum. Nihil enim alimentũ præstat, quod non stercus aliquod, ac excrementum suæ digestionis in se contineat. Hoc vero articulatius ita intelligendum est. Res vniuersæ, quæ aut sunt aut crescunt, eæ in seipsis proprium stercus aut merdam continent. Istiusmodi sicut in homine sunt: sic in re qualibet etiã per se. Idem in principio quoque de tribus primis corporis substantijs dictum est. Hoc verò iam porrò de trium illorum primorum morbis explicat, nimirũ quid egestio, stercusve ac excremẽtũ in nobis gignat. Hoc intellecturi, nihil moueamini isto, quod veteres talia obticuerũt. Nã hæc caussa huius est, quod in omnib. reb⁹ nihil intellexerunt. Quid mirum ergo, si nec in hoc perfectiora aut accuratiora tradiderunt? Iam ergo porro ex Philosophia expromam, quod à vobis hìc intelligi velim. Scire autem debetis, Omnia crescere ac viuere, ac ob id cibo alimento, q; opus habere. Quod si ergo, vt edãt, opus habent; ventriculum quoq; & eius virtutem habeant, necesse est. Hinc iam conficitur, quod illa æquè ac homo tam pura quam impura edant. Sua tamen nõ vt homo emunctoria habent: sed quod edunt, hoc intus retinent. Bonum à malo separatur, & in alimentum eius rei conuertitur. Malum secedit ex illa anatomia, suamq; peculiarem anatomiã habet, ac ipsummet quoque in re ista permanet. Sic in re ista stercus ac simul nutrimentum retinetur. De hoc stercore, quod ita in nutrimento relinquitur, iam differam, pleraque tamen ad ipsam Philosophiam reuocans.

Alimentum nullum sine excremento.

Alimẽto egeat, quicunque viuunt.

Hùc autem quod spectat, scitote nutrimentum id ad stercus ab homine simul ac vna edi bibique. Ex quo consequitur, naturam hominis id inuicem separare, nec coniunctum in ipso relinquere. Sed quia duplex est, ideo duo quoque fiunt, hoc est, *Natura* & *Stercus*. Quanquam hominis ventriculus hæc duo non separet. Nam suum saltem stercus à puro separat, non vero rerum naturalium stercus. Id enim cum nutrimento ita vnitum est, vt vnitionis huius separandæ vim ac potestatem ventriculus non habeat; sed officium hoc ventriculo subtiliori, qui est in mesaraicis, in hepate, in renibus, in vesica & intestinis &c mandat. In his ventriculis illa stercora separantur. Vnde colligite, ventriculum nostrum, hoc est, primum ventriculum, gulæ continuum, id saltem dirimere ac separare, quod putrescit & non putrescit, quod comminuitur, & non comminuitur. Iam vero nihil comminuitur aut frangitur, quam quod caro non est, non est medulla, non os. Quare quicquid homo non est, stercus est. Quod homo est, stercus non est. Stercora autem istarum rerum, non sunt stercora hominis. Sic etiam non franguntur, non homo sunt. Quare intra hominem manent, ac exsistunt. Ideo sunt coctilia.

Ventriculus quid separet.

Sic ergo quia in homine insunt, quæ inesse in eo non decebat, quæ ipsius stercus non sunt, nec ipse homo sunt, sed rerum naturalium stercora exsistunt, id est, cibi potusq;, sicut prædictum est: ideo describi opus est, quidnam nutrimenta illa in corpore agant ac moliantur. Hæc autem cur peregrina & mirabilia sint, imperitia id eorum facit, qui ista admirantur. Iam vero morbi illi, qui ita gignuntur, alij ac diuersi sunt ab ijs, de quibus in primo libro dictum est. Quanquã hoc verum maneat, quod omnia stercora in tribus illis substantiis sint & maneant, æque ac alia, ab aliis tamen separata & distincta tantùm, quantùm distinguuntur homo & ipsius stercus, sicut suo loco demonstratur. Sic etiam inter sese distinguuntur morbi, qui ex homine gignuntur, ab iis, qui ex stercore fiunt, discrimine plane eodem. Ita vt longe aliud ac singulare in his morbis ex stercore intelligendum veniat.

Et quanquam scriptores veteres cum suis affectis, choleram, phlegma, Melancholiamq; valdè speciosè pro caussis morborum producant: quia tamen ista, ratione & fundamento carent, quis eadẽ magnopere curet ac æstimet? Ista dum commentantur & efferunt, haudquaquã ipsius Philosophiæ fundamenta consulunt, vt nimirum inde videant, se cum suis humoribus locum tueri minimè posse. Cogitate nimirum sedulò, quibus momentis istud probare possint, quod ex phlegmate, Melancholia,

Humores non sũt caussa morborum.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 106 sur 913

Sanguine,ac Cholera iſtiuſmodi generationes fiant: cùm tamen tales naturæ in illis non exſiſtant. Quo verò pacto aliquid ab alio tale fiet, quod ipſum tale nõ eſt?Huiuſmodi morbi ſunt *Calculus, Arena, Bolus, Viſcus.* Iam de veſtris humoribus vos amabo explicetis nobis, quomodo vel *Calculus, Arena, Bolus* ac *Viſcus fieri queant*, cùm horum nihil in principio exſiſtant? Si omnino in homine calculus,arena,&c. fieri debet,tum hæc illi ineſſe debent, vnde generantur. Si non inſint: certè non fient, quod non ſunt. Etſi verò pro confirmandis his, multis inductionibus, extra quidem 4. humores,inſtent: fundamentum tamen ac rationes eorum in hoc æquè infirmæ ſunt ac nutantes, ceu ſunt in aliis omnibus. Hic nodus eſt. Quod ſi pro Poetis Philoſophi, pro Canonicis Anatomici, pro nugatoribus veraces illi eſſent:tum certè in harum rerum morbis, extra quidem humanam conditionem naturamq; æſtimandis multo rectiùs & ſaniùs procederent.

Vos autem contra ſcitote,corpus ſcil. hoc, quod huiuſmodi morbos gignit ac profert, eſſe multiplex: nimirum calculum,arenam, bolum & viſcum. Hæc 4. rerum naturalium 4. ſtercora ſunt. Et omnia nutrimenta, quæ res naturales edunt bibuntq;, quatuor hæc genera ſequuntur, vt, aut calculus, aut arena, aut bolus, aut viſcus. Omnia verò poſtremò ſunt coagulatio, h. e. vltimum eſſe: ſeu, poſtremò vniuerſa calculus fiunt,hæc eſt coagulatio.Primum autem demonſtrandum eſt, ſtercora vltimam ſuam materiam in calculo habere. Id, ita fit. Hominum ſtercora in vltima ſua materia habent putrefactionem. Rerum naturalium vltima materia eſt coagulatio. Hęc iam ſibi inuicem aduerſa ſunt. Nam hominis digeſtio ſua habet emunctoria. Ex his quicquid ſecedit, vi putrefactionis excernitur. Ea ſibi ipſi ſuſcitat virtutem expulſiuam.Nam virtus expulſiua in ſtercore ac excremento conſiſtit,non in hominis natura.Illa vero in reb.naturalibus minimè ineſt. Talia itaque ſi ſunt, ſunt coagulatiua: idque hac de cauſſa, quod nutrimenta ſua ſumant à ſuis ſimilibus. Plantago enim edit plantaginem,acorus acorum, & ſic de cæteris. Iam vero in huius nutritionis principio omnia in coagulatione ſunt: eaque ſe reſoluit in nutrimentum. Quare illud, quod non digeritur in hoc, à quo editur, in coagulationem eius redit, ex quo prouenit. Iſta enim reſolutio ex coagulatione abit: quæ duplex eſt. Vna,quæ nunquam coagulatur, hæc eſt nutrimentum. Altera, quæ coagulatur: Hæc eſt ſtercus. Nam veluti in homine, quod homo non eſt, fit ſtercus: ſic etiam hic. Quare reſolutio multiplex eſt,in forma calculi,in forma arenæ,in forma boli, in forma viſci. Ex quatuor his fiunt calculi,arenęq;:quę vocari debent vltimæ materiæ ſtercoris nutrimenti,hoc eſt,in rebus naturalibus. Hæc vltima materia duobus modis explicatur. Vno per ſeipſam in Microcoſmo. Altero per hominem in ſeipſo,hoc eſt, in illis morbis, de quibus hic Liber tractabit. Vltima materia eorum, quæ per ſe fiunt,ſunt lateres terræ. Nam hæ res omnes edere opus habent. In principio autem tantùm viſcus eſt: huius tamen naturæ,vt,quamprimùm extra corpus eijciatur, coaguletur. Quatuor elementa id exturbant:non res creſcentes. Res etenim creſcentes in ſeipſis ſe ſuſtinent. Scitote ergo,id quod areſcit, ſtercus,in ſe habere:quod ſecedit,nutrimentum eſſe ſine ſuo corpore. Qui lignum præparat, ex eo Duelech facit. Qui parat herbam, ex ea Alabaſtrum & ſimilia condit. Hæ ſunt vltimæ materiæ ſtercoris rerum naturalium. Omnino enim quod ardet, in ſe ſulphur continet. Si cinereſcit:ſalem habet. Si effumat,Mercurium habet. Iam,ſi hæc tria continet, ſimilia horum quoque excrementa habet: non vſtilia, ſed calculoſa: non effumantia, ſed coagulata: non cinereſcentia, ſed in forma conſiſtentia. Hoc ita intellige: ſi lignum cinerem,cinis ſalem,ſal lapidem reddit:tum hoc ſcitote, quod Mechanicus *in corpore iſta* ita cõſtituat, & ſuam vltimam materiam in corpore manifeſtet. Quis ruſticorum in ligno videt oleum? Nemo. Quis in lapide aquam quærit? Nemo, præter vnũ Medicum. Sic viciſſim etiam in eo quæret, quod non eſt, vt ſit; hoc eſt,in oleo lignum, in aqua lapidem. Hæc iam eſt Philoſophia adepta ſagax.

Vt ergo comprehenſum eſt, horum genera 4. ſunt: *Calculus, Arena, Bolus, Viſcus.* Quatuor hæc in corpore quæri neceſſe eſt, h.e. in nutrimento. Nutrimentum enim corpus eſt. Quod ſi ergo in corpus ingrediuntur, ibidem naſcuntur, prout ſpiritus operatur, qui eius loci Mechanicus eſt, h. e. faber iſtarum rerum. Hic ergo Liber in ſuo genere

Reſolutio duplex.

Duelech eſt lapis ſpongioſus.

Ardor à ſulphure: cineratio à ſale:effumatio à Mercurio.

Morborum tartareorũ 4. genera.

Nutrimentum ſui ſimilis eſt.

genere de Tartaro meritò inſcribitur. Quælibet enim vltima materia rerũ naſcentium, ſi in corpore ſeparantur, Tartarus vocatur. Vnde Tartarus etiam, lapis ſeu calculus, arena, bolus, & viſcus cũ eſt, tum vocatur. Proprius ergo de Tartaro iam Liber ſequitur, quomodo is nimirũ cum ſuis ſpecieb. intelligendus & accipiendus ſit. Quib. hactenus concluſũ eſt, quòd Tartarus ſaltẽ ſit excrementũ cibi potusq; per ſe, qui per hominis ſpiritus ita coaguletur. Quæ excrementa, niſi cũ propria ſua expulſiua virtute cõmiſceantur, & in permixtione eijciantur, tum ex illis id generatur, quod deinceps tradetur. Sic nos tartarum & edimus, & bibimus: qui in nos ingreſſus, niſi cum excrementis noſtris permiſceatur, & cũ mole illorum excernatur, in corpore reſtes manet. Vnde deinceps multiplices morbi emergunt, modis quidem plurimis, qui tamen hactenus nec à priſcis nec modernis medicis explicati ſunt, non quidem ex ipſorum inuidia & maleuolentia, ſed ex inſcitia potiùs & ignorantia:

Tartarus quid?

Tartarus cum externis rebus aſſumitur.

Deinceps verò primò ſciendum eſt, quomodo tartarum aſſumamus in leguminibus, vt hordeo, piſis, &c. Nam iſta omnia in ſe tartarum habent. Certum eſt autem, tartarum fieri ex mucilagine ſeu limo eorum, quem reddunt, ac ipſorum craſſa ſubſtantia, quę ex ſola vltima materia gignitur, hoc eſt, ab eo quod dulce eſt. Quare omnes quoq; eſcę, quæ cum mucilagine coquuntur, aduerſus calculũ exhibẽtur. Quod ſi verò per coctionẽ viſciditas adimitur, tũ in eo frangitur, quòd materia illa cũ excrementis aliis ſecedit, quę alias adhęreſcere & agglutinari ſolet. Sic ergo Bitumen, viſcus mucilago, glutẽ leguminũ, nihil aliud eſt, quàm materia ſtercorũ, quæ in corpore in lapidẽ aut arenã abit, quoties in vltimam ſuam materiã vertitur. Æquè & de lacticiniis perſuasũ habete. Iſta bolarem materiam, id eſt, argilloſam ſuppeditant. Hoc ita accipite: Lacticinia omnia bolum in ſe continere. Ex bolo fit tartarus, niſi cum excrementis aliis exturbetur. Sic & carnes & piſces bolum in ſe habent. Scitote ergo, legumina ſtercora ſua teddere viſcosè: piſces autem & carnes, & lacticinia bolaricè, hoc eſt, argillosè. Ex his duobus duo iam ſtercora attendite. Præter hæc ex cibis tartara alia nulla gignuntur, quã tartarum boli, & tartarum viſci, vnà cum ſuis ſpeciebus, prout legumina, carnes, frumenta, herbæ, &c. ſeparantur. Caules enim, radicesq; ac frumenta ſub leguminibus cõprehenduntur & intelliguntur. Medicus ergo in prę ſcribẽda dieta iſtiuſmodi morborum hanc nauare operam debet, vt tartarea iſta genera & ſtercora cum putrefactionibus & excremẽtis vẽtriculi, eorumq; expulſiua virtute commiſceantur. Extra enim hanc præparationem aliâ viâ regimen ac diæta minimè præſtitui poteſt. Nec enim abſtinentia quicquam facit. Tum nec ſeparatio vllibi eſt, præterquàm in homine.

Tartarus ex qua materia. Tartarus excomeſtibilib⁹.

Similiter & in potu vini aut aquæ, aut quicquid potus nomine venit, duplicia excrementa habemus. Primò autẽ ſciendũ eſt, potus eos, qui ex fructibus arborũ, vt pyris pomiſq; parantur, vino ac aquæ comparari. Cereuiſia autem, & quicquid ex leguminibus extrahitur, vtrumq; in ſe tartarum habet, tam leguminum, quàm ipſius aquæ, vnde paratur. Ideoq; iſtiuſmodi potus correctionem ſuam in eo habent, quod citò permeent aut perfluant, nec diù in corpore morentur. Et quo digeruntur minùs, eo meliùs. Fortis enim digeſtio, cita ad generandum calculum operatio eſt: minus autem, quæ leuis eſt. Nulla enim vnquam leuis digeſtio aut calculũ aut tartarũ peperit. Digeſtiones autem calidæ ac validæ, tam ſunt rapidæ & fundamentales, vt nihil prætermittãt, quòd non ſeparent. Et hoc in cauſſa eſt, cur in vno homine tartarus magis reperiatur, quàm in altero; prout nimirum in illis locis digeſtionem cum ſeparatione fortiorem imbecilliorémve habent. Cæterùm de huiuſmodi ægro, ſcitote, in eo tartaros duos eſſe, qui ſecundùm regionis illius naturam ac conditionem denominantur. Vnde perſæpe accidit, vt medicina quædam in hac regione, alia in altera ad iſta tartari genera conducat: in alia verò minùs. Huius cauſſa eſt multiplex proprietas vinorum ac aquarum, quæ regiones iſtæ proferunt ac gignunt.

Tartarus ex potulentis.

Cereuiſia tartarum duplicem gignit.

Tartarus quando magis, quando minus gignatur.

Tartarus cur in aliis paucior, in aliis vberior.

Tartari varietas ex varietate rerũ.

Porrò verò conſpicitis, quomodo in vino tartarum, in aqua lapis viſcoſus gignatur: quæ interdum per ſeipſa ſecedũt, & vaſis adhæreſcunt: interdum minùs: Vtcunq; tamen ſeparentur, verus tartarus ſemper in illis remanet, nec elicitur aut extrahitur vnquam. In rebus eſilibus id quidem non fit: ſed tantùm in potabilibus, quæ ſimul & copiam excrementorũ habent, & ad ea retinenda nimis infirmę exſiſtunt. Vnde fit, vt à ſeipſis ſeparentur. Iam verò genus aliud in vino, aliud in aqua hæret. Sic & eorum vltimæ materiæ

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 108 sur 913

à se inuicem distinctæ sunt. Quod autẽ hic calculus, illic arena generetur: id vniuersum ex conditione & natura, illius regionis prouenit, ita, vt vtraque præstò sint calculus & arena. Tum & multoties calculus cum excrementis eiicitur, cum arena maneat: & contra, eliditur arena, relicto calculo. Idem & in hac regione fit, in illa minùs. Innumeri enim & diuersissimi sunt homines, in quibus calculus, id est tartarus gignitur: in quibus omnibus peculiares ac diuersæ naturæ seu generationes reperiuntur: sicut suis capitulis declarabitur.

Rari sine tartaro.

Tartarum ergo bibimus cum vino, cũ aqua, cum succis arborum. Qui nisi à digestione imbecilla non excernatur & nõ seperetur, impossibile est hominem reperiri quenquam, qui tartaro non affect⁹ aut grauatus sit, quocunq; corporis loco id fiat. Quod sedulo attendendum est.

Idem etiam de natura coagulationis, indurationis, formę, speciei, &c. censendum est, quod gignantur nimirum pro conditione alius loci, ciborum ac potuũ. Sic enim contingit, Heluetium calculo Norimbergensi aut Westerburgensi corripi, ex illorum locorum leguminibus ac frumentis. Sic hæ nationes vicissim calculum Helueticũ sentire possunt ex horum lacticiniis. Idem etiam de Sueuis, Bauaris, Alsatis, Francis, &c. verum est, prout hi illorum potibus vtuntur. Sic etiã extraneus, qui peregrinatur in Lusitaniã, in Apuliam, in Angliam, in Sueciam, &c. si is deinde in Germania resideat, separationem lapidis, quę multis annis dilata est, successu temporis sentire potest.

His iam Tractatum hunc primũ claudamus, postquam abundè satis definiuimus, quomodo nimirum tartarum forinsecus assumamus, nec ipsum ex nobismet ipsis gignamus, vt ex prædictis patet. Ideoque de generatione calculi qui sentiunt aliter, in aperto errore versantur ac ignorantia. Leuis fundamenti indicium

De tartaro error nonnullorum.

id est, quod nutrimentorum ac hęc consequentium excrementorum naturam ignorantes statuunt, ciborum, substantiã viscosam tartari caussam exsistere: nec tamen, & quæ & quid ista viscositas sit, quiue aut quando aut vnde calculus gignatur, addunt. Nec enim id satis est dicere terram arbores gignere & parere herbas: sed id addendũ est, qua ratione, quo modo: illud vel rusticis exploratum est: sed medici, de terrenis cognitio altior & perfectior esse debet. Quin & coagulationem ponis: sed quid ea sit, ignoras. Calorem quidem aliquem producis: sed vnde calculus oriatur, & quidnam potissimum sit, id omittis. Hæc omnia tuæ stoliditatis & insciti argumenta sunt: sicut eam vbiuis locorum prodis, dum in principiis medicinæ te probè nondum versatum esse profiteris. Damnum vero temporis sit, quod istis nugis impendatur: quibus te cumprimis dignum facis.

TRACTATVS SECVNDVS
LIBRI III.

CVm rerum naturalium ac plantarum alimentum ex resolutis lapidibus, in quas deinde iterum coagulantur, trahatur: sciendum primò est, quod è lapidibus oritur (velut id Philosophia demonstrat, nec probare hujus loci est) in lapides iterum degenerare, per nimis celerem & subtilem calorem digestionis, quæ ipsa, res huiusmodi separat, non autem gignit. Nec enim ea lapides gignere potest, cum lapis non sit. Vbi vero lapides sunt: ibi separare potest. Factà istâ separatione à nutrimento & excrementis: tùm in operationem suam procedũt, prout se spiritus ille habet, qui spiritus salis est, & originem ex excrementis accipit: alius nimirum abit in lapidem solarem, & cineré; alius in lapidem alium, & aliam formam caussamq;: vt planiùs in sequentibus docebitur.

Quo quid cõstat in id redit.

Ex hoc iam persuasum habete, spiritũ salis ipsa tartara coagulare & formare. Coagulationẽ hanc & formationem instituit secundum locum, in quo versatur. Inest enim in toto corpore. Sic etiam spiritus sulphuris: sic etiam spiritus Mercurii. Hi autem nihil negotii habent cum hisce excremẽtis & morbis tartareis. Nec enim iis quicquam addunt aut demunt: nihil separant, nihil formant. Solus sălis spiritus id præstat: Qui quoniam materiam lapidis inuenit, in eam operatur velut calor solis: cui spiritus sălis similis exsistit. Is si mucilaginem aut viscum reperit, tum exsiccat. Et quicquid in coagulatione est, id ipsum fit, pro officio eius. Quia vero illa non est spiritus salis: ideo materias lapidales in lapides mutare nequit. Sic & de cæteris lapidibus. Nullus enim est, hoc qui ius teneat. Solus sălis spiritus lapideam materiam in lapides conuertit, hoc est, in vltimam suam materiam dẽducit. Documentum in cibis etiam est. Hos nullus calor, nullus ignis, nulla

Tartarũ coagulat spiritus salis solus.

Tartarus ex quali materia.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 109 sur 913

nulla digestio in suam materiam vltimâ deducere potest, præter solus ventriculus hominis, qui hanc potestatem habet. Ob id multi errores in arte Vulcania committuntur, quibus non rectâ viâ, vltima materia deducitur.

Multi sunt, qui putrefaciunt: nec tamẽ ob id ea via vltimæ materiæ est, verum illa aberratio est. Ideo illud non corporis calor præstat: sed spiritus salis. Is qualis sit, solus philosophus cognouit, minimè Medicus. Hæc ergo cum taliter Philosophia doceat, quibus ipsum quoque Medicum acquiescere fas est: propterea ista hic omitto, & vlterius ad separationem me confero, quomodo ea in sequentibus fiat, ac vt ex ea genera tartari oriantur, & qua ratione per spiritum salis eo reducatur.

Tartari generadi ratio & modus.

Principio, quicquid edimus ac bibimus, id os accipit. Hoc vero aliter non retinet os, quam infundibulum: in quod quicquid effunditur, in subiectum doliũ defluit. Hæc vero per os facta permeatio inanis non est: sed & ipsum os tartarum aliquem retinet: quia nimirum in ore calor est digestionis & non complexionis, nec Elementorum, nec humorũ, sed solius digestionis. Calor digestionis virtus alia est. Alterius enim caloris officium est potius & maius. Quare quicquid in os ingerimus, id non minus in digestione est, ac si esset in ventriculo. Possibile est os edere, & id in se continere, nec quicquam in stomachum absorbere, præterquam id, quod in ore digerit. Nam in stomacho edere, rusticum est alimentum: edere autem in ore, nutrimentum nobile exsistit. Qui in ore edunt, non cacant. Cacant autem, qui in stomacho edunt. Illi tamen in ore edentes, mingunt. Ideoque sanctorum multi se sustentarunt: cũ tamen putarẽt homines, ipsos, quia stercora non redderẽt, nihil quicquam edisse: cum tamen os vnum toti alendo corpori satis sit. Sic ergo virtute ista os digerit, & naturale excrementum separat. Hoc verò, quia, vbi adhęrescat, non inuenit: dentibus agglutinatur. Cætera enim os constituentes partes, vt fauces, lingua, vuula, gingiua, humidiores & glabriores sunt, quam vt id ipsis adhærescere queat. Sic ergo in dentibus tartarus gignitur. Nec à potu solo: sed & à cibo, prout eius natura ac conditio est. Quod si verò in ore permanens quædam concauitas & capacitas esset: tum id in plura genera facesseret, nec in solũ abiret tartarum, prout plura etiam genera inueniũtur. Quæ formę ad coagulationes propter lubricitatem loci fieri minime possunt.

Edere in ore & edere in stomacho quid?

Tartarus cur fauciũ partibus nõ adhęrescat.

Quare in ore nihil aliud fit, quàm prima separatio excrementi naturalis, dentibus adhærescentis. Vnde postea sequũtur putrefactiones gingiuarũ, exesiones dentium, dolores & cruciatus, & similia, nimirum ex natura acrimoniæ, quæ tartaro cuilibet addita est. Ideóque paroxysmum dentium ex tartaro, cum paroxysmo calculi in vasis conferre debes, sicut plura de his in peculiari capite.

Tartari dentalis effectus. Tartari natura acris.

Illud ergo ex ore, porrò in stomachi os deriuatur. Vbi hoc sciẽdũ est: id quod descendit, non illicò, ac in momento, in fundum stomachi illabi. Sed in ore stomachi alia digestio intercidit, similis illi, quę in ore erat. Vbi hoc accidit, vt in isto nihil minus tartarus adhęrescat, ac in dentibus. Materia enim, ex qua constructus est stomachus, hanc naturam & aptitudinem accepit, vt tartarum concipiat, & eius adhæsum admittat. Quo facto, morbi singulares oriuntur, velut ardor gulæ, angustia diaphragmatis, ac compressiones, torturæq; aliæ. Quin & paroxysmi oriuntur, paroxysmis calculi similes. Hoc loco repętendum est, fieri persæpe, vt per ascendentis è ventriculo cibi vaporem ac fumum, talis quoq; tartarus gignatur. Veluti, cum vinum destillatur, tartarus adeo subtilis est, vt vnà ascendat, Ista enim via non est, separandi eius vltimam materiam excremẽti. Ideo is vnà simul transuolat. Attamen, si alia & vera industria adhibeatur, tum tartarus in vino ardente separatur, non secus, ac in vino alio: quem deinde spiritum vini vocant, qui vini tartarus est: id est, tartarus vini est, qui cum excrementis resiccatus est. Is ita generatur. Quare si id in stomacho fiat, vt ebulliat, ac tartarum eleuet, tum in opificio isto plus acrimoniæ adsciscit. Vna quælibet enim res destillata ac digesta in sua natura acuitur. Iam vero dolor seu ardor gulę multis à caussis fit. Aliquandò enim est calcinatus tartarus, aliquando sal, & similia alcalia, prout eorum natura se habet. Hæc omnia gignit ac fabricat natura, ipso homine nihil ineptius. Vnde deinde magnitudo & multitudo dolorum emergit, si ita ardeant ac ebulliant, velut ab aqua calx. Fit etiam sępe, vt æstuatio huiusmodi in stomachi ore aut à cibo, aut à potu, aut à sale inducatur: quæ omnia probe

Tartarus in ore stomachi.

Tartari stomachi orificii qui morbi.

Tartarus ex eleuato vapore.

Destillatio omnia acriora reddit.

Ardoris gulæ caussæ.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 110 sur 913

notanda ſunt. Cum enim tartarus vnius naturæ ſit: vniformem etiam paroxyſmũ cõcipit ab ingeſto cibo, potu, vel refrigeratione vel exercitatione, & ſimilib⁹. His adde paroxyſmũ calculi, & ipſum pro ſua natura, ac conditione. Hoc ergò modo in ventriculum introducitur. Sæpius autem fit, vt in ſtomachi ore tartari reperiantur adprædictum modũ, & cũ illis calculi quoq; varię formæ, qui dolores cõcitant iis ſimiles, qui à bile gignuntur. Hi ab Auicenniſtis ac Galeniſtis quidẽ expurgantur, ſed non exturbantur. In ventriculo quoque accidit, vt tartarus ibi adhæreſcat ex calculis, bolis ac ſimilibus, æquè ac in dentibus: non vero à limo. Qui calculi aut tartari ventriculi virtutẽ infringunt, illumque mutant ac alterant ad varios morbos ac dolores, ſicut hiſce morbis peculiare capitulum inferiùs aſſignatum eſt. Nec verò hæc tantum fiunt: verùm interdum etiam lapides meatus inferciunt, vt aluus cohibeatur. An vero non æquum eſt, ea hic proferri & explicari, quæ tot ſæculis ex inſcitia ſuppreſſa latuerunt. Errores enim priſcos videte: Quotus quiſq; purgationibus ſollicitatur, cum tamen nulla neceſſitas poſcat, vt humores ac viſcoſitates, aliaque, quę in vẽtriculo hęrent, educantur: Nec enim tantùm illæ nihil iuuant: verum res ipſa indies inſuper periculoſior fit. Purgationes enim tartarum non educunt, aut exigunt. Niſi enim ſit, vt calcinatum tartarum in arenam reductum noueritis, illiuſq; tranſmutationem tenueritis: veſtrum omne molimen, conatus vniuerſus, fruſtrà impendetur. Sicut ergò jam in ventriculo ſua tartari genera videtis, quorum varia eſſe, & ventriculo adhæreſcere, adeòque à ſpiritu ſalis coagulari poſſunt: ita nunc porrò attendite, quod ardor, compreſſio, exæſtuatio, & morbi alii ita ſe habentes, quaſi mola aliqua, aut ignis, aut lapis aut truncus opprimeret, quod inquam iſta omnia à tartaro proueniant: qui vnus regulas veterum vniuerſas confundit & annihilat. Illi enim omnes reductionem tartari nec vnquam intellexerunt, nec nôrunt, multo minus hodie eam ſciunt. Ideò cũ certo pudore ac opprobrio medicantur, ſuiſque Receptis iugulant homines ante cõſtitutum tempus. Inuenêre, quæ non inueniri oportuit. Sed alia illorum ſapientia non eſt. Reduc, & te extricabis.

Medicorum inanis opera circa tartarum.

Tartari varia opera.

Vt autem rem clarius intelligas, duo ſaltem modi ſunt, quibus in homine quolibet Tartarus naſcitur, â ſe tamen ipſo diſtinctus. Vno modo naſcitur ex cibo, altero, à potu. Qui â cibo fit, is ad inteſtina vadit, & hinc per aluum excernitur. Alter ad hepar & veſicam contendit, & ſic ſecedit. De primo, priùs; de altero poſterius dicemus. Principio autem repetite vobiſcum, quę ſupra dicta ſunt nimirum in ore, in ſtomachi ore, & in vẽtriculo tartaros generari. Iam vero iſti morbi peculiariter diſtinguntur ab his, quos deinceps enarrabimus. Nimirũ iſti tartari, qui ex cibo pariter & potu vnitis ſunt, commixtura vna fiunt. Id obſeruandum eſt. Nam calculus, qui ex cibi tartaro illic gignitur, ſolutu facilior eſt altero, qui ex potu naſcitur. Explicatio alia eſt eius, qui à potu: alia itidem eius, qui ex cibo fit: & tamen præ calculis ac tartaris cæteris vniuerſis, naturam ac proprietatem aliam habent. Quæ differentię ob id meritò in cura ſingulariter notãdæ ſunt. Illa enim alterâ facilior eſt. Quò enim longius ab ore ad emunctoria: eò durior & firmior coagulatio â ſpiritu ſalis. Subinde enim magis ac magis tartarus deſtillatur, ſubtiliatur & præcipitatur: & quò longiùs peruadit, eò accuratiùs attendendus eſt. Ille itaque qui in ore, eſt facilimus. Qui in ore ventriculi, ſecundus. Tertius & ex tribus contumaciſſimus, qui in fundo vẽtriculi reſidet. Hinc porrò, qui â ventriculo remotior in inteſtinis, adhuc peruicacior: obfirmatiſſimus autem, qui in hepate, renibus, & veſica. Is enim, qui in inteſtinis, â cibo eſt. Ideò lenior illo, qui in meatibus vrinariis. Cõſequitur ergò vlterior diuiſio viarum illarum geminarum, cum ſuis conditionibus ac naturis. Atque vtinam, ceu fas erat, hæc dudum ante me præſtita & explicata fuiſſent: tum certè operam ſuam illi laudabilius collocaſſent, & plus emolumenti attuliſſent, quam ſuis nugamentis faciunt, quibus Galenus, Rhaſis, & Auicenna cum ſuis commentariis tantopere inſoleſcunt ac efferuntur.

Tartarus à cibo & potu.

Tartari à cibo quæ meta?

Tartari à potu quę meta

Tartari quæ ſedes præcipuę.

Tartari à cibis qui differant à tartaris potus.

Tartari differentia ſecũdùm loca.

Medic. reprehẽſio.

Sicut ergo ſeparatrix vis in ventriculo condita eſt, quæ putre ab imputri, ſtercus ab alimẽto diſcernit: ita duplex quoque ſtercus ex cibis producitur, nimirũ ex rebus ſeu cibis eſilibus, & potabilibus. Hoc ita accipite, vt intelligatis, multos eſſe cibos, qui prẽterquam quòd cibi ſint, etiam potus exiſtant: item multos potus eſſe, qui etiam cibi ſunt, & ad id vehant, quod potu paſcunt. Vnde iam tartari generatio vna conſequitur, non duæ. Et licet

Separatiuę virtutis officium.

Cibi potulenti.

Potus cibales.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 111 sur 913

licet ex duobus origo ſit: commixtura tamen vnum ſaltem genus facit. Illud in ſuas ſpecies diuiditur, prout cuiuſque natura eſt. Et quanquam hoc loco fors ſtatuendum eſſet, à potu plus cauſæ, quam à cibo eſſe: id tamen præſumi non opus eſt, non potus, niſi ſub forma potus aut cibi ingrediatur. Sic enim in via potus etiam intelligendum eſt, hoc eſt, ſi proueniret à potu ciborum, hoc eſt, qui in cibis eſt.

Tartarus intelli-norum.

Cæterum de inteſtinis regulam generalem obſeruate. Omne ſtercus ex ventriculo ea peruadit. Iam vero in ipſis cõmoratio longa eſt, priuſquàm egrediatur: ita vt in iſto loco diù moram faciat. Ibi ergo tartarus aggluntinatur, ſicut dictum eſt. Is in ventre varios morbos ſuſcitat, quorum numerus infinitatem excedit. Ex eo nempe magna ex parte colica gignitur, vt etiam tormina ac torſiones ventris tam ſuperioris quàm inferioris, oppilationes, profluuia, & ſimilia. Precisè enĩ ſcire debetis, tartarum hunc ſimiles paroxyſmos facere cum calculo veſicæ, hoc eſt, paroxyſmum vnum eſſe. Itaque ſi calculus dolorem ciet in ſuo loco: tartarus quoque excruciat. Et quod à veſica in lithiaſi & ſtranguria proditur: id ab inteſtinis in colica ac torminibus manifeſtatur. Et ſicut nouiſtis, à calculo veſicæ neminem reſolui in membris infra cingulũ conſtitutis: ſic ſcire hic quoque debetis, in omnibus membris æquabilem reſolutionem fieri. Nec enim vel deorſum ſolũ, vel ſurſum; verum per vniuerſum corpus tartarus iſte vagatur. Ideo in peculiari ſuo capitulo originem Colicę diligenter animaduertite.

Tart. inteſtinorũ morbi.

Medicorum reprehenſio.

Sed magnus error à veteribus in huius morbi deſcriptione admiſſus eſt. Sæpiùs enim factum eſt, vt tartarus iſte in inteſtinis tantam conſtipationem monerit, dum nimirùm veluti tartarus vini aliquibus inteſtinis adhęſit, & adipi, ac mollib⁹ eorum partibus inſertus, ſubinde cumulatus eſt, nec ſui quicquam emiſit: vt neque purgationes, nec ſyrupi, nec clyſteria, nec quicquam aliud auxilio eſſe potuerit.

Ex tartari lapide obturatio inteſtinorũ.

Multoties etiam coagulatio facta eſt: quę diuturnitate temporis, continua ſuperinductione coųſque increuit, vt tandem lapis in molem maximam excreuerit: qui nihil præterlabi ſinens, monoculum, vbi creſcere ſolet, violenter occluſit & obſerauit. Quę generatio ſilici ſimilis exſiſtit, cui ſubinde limus vnus poſt alium adhęreſcit, dum tandem grandis lapis ex eo fiat: Eius enim in aqua tale incrementum eſt. Ideò verò, quia tartari multa genera exſiſtunt, velut ſunt calx, Duelech, itẽ alius aſper, glaber, Mercurialis, Aluminoſus, &c. hinc quoque tam variæ Colicæ (vt vocantur) generantur. Sed hoc tamẽ ſedulò cauete, ne tartarum aut pro Colica, aut ventoſitatibus habeatis. Is enim error nobilis eſt. Valdeque res indigna eſt, tot Italos Galloſque Medicos, comprimis in monte Peſſulano, Salernæ, ac Pariſiis degere, qui omnes de palma concertant, & reliquos deſpicatui habent, & tamen nec quicquam ſciunt poſſuntq;, manifeſtéque deprehenduntur, quod in lingua omnem ſuam artem conditam habeant, quæ mera blateramenta proferat. Non verentur imperare clyſteria, etſi mortem quidem inuehant: & tamen ſic probè curata omnia putant. Altè gloriantur de accuratis & ſubtilibus anatomiis, & tamen nondum obſeruarunt, in dentibus tartarũ adhæreſcere: ne de aliis quid dicam grauioribus. Hi nimirum oculati ſunt medici, quorũ naſo perſpicillo nullo opus eſt. Quid veſtra quæſo eſt autopſia & Anatomia? quam ne tantillum quidem calletis? Hos æmulantur Germani quoq; cuculi Medici: qui fures ac ſimiles ſecãdo inſpectant: vt & recentes excluſos moriones. Et cùm omnia peruiderunt, paulò minùs nihilo ſciunt. Sic ergo in ſtercore & cadaueribus quaſi ſtrangulantur. Quo facto Requiem captant. Vtinam vero viſitarent ægros.

Medicorum reprehenſio.

TRACTATVS TERTIVS.

SEd iam de altero modo calculi, vrinę excrementa attinentis, diſquirendum quoque eſt. Id hoc diſcurſu fiet. Quod ſi fiat, facta ſeparatione potus ac cibi à ſtercore, & illis ad hepar amandatis: ſcitote, inde quidem vrinam generari extra regionem ventriculi: hoc eſt, primo nutrimentum attrahitur ad hepar. Per iſtam attractionem vrina ſeparatur à nutrimẽto in venis meſaraicis. Ideoq; notate hepar nihil ad ſe, quam quod ſuum eſt, prolectare, hoc eſt, illud, quod nutrimentũ eſt. Alterum, quod ſuperfluum eſt, illud tranſcurrit, & ad vias vrinarias deproperat. Æquè enim ac pluuia ſtillatim decidit ſi generatur, non vniuerſa ſimul aqua, ſed guttalis generatio ea eſt, quæ taliter etiam decidit, ſicut in Mechanicis traditur: ſic pariter accidit cum materiâ nutrimenti ad hepar pertinente: Ea cum vrina

permixta

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 112 sur 913

permixta est,& ex vrina attrahitur,ita vt vrina iam sola remaneat. Hæc tandem per propriam virtutem expulsiuam ad vesicam, & inde foràs exturbatur.

Sed nutrimenti tractationem in suum locum differamus: de quo pleniùs in tractatu sequẽti differemus:agamusque hoc loco de Tartaro vrinæ, hoc modo. Ille iam velut extra regionem ventriculi inchoatur, & per meatus suos deducitur:sic illis quoque adhæresci, & venas Meseraicas, porosque ac alia, quæ permeat, obstruit ac oppilat. Vnde postea variæ oppilationes & similes punctiones nascũtur,quæ falso sanguini adsignantur,vt etiá humoribus alijs. Sicut enim ardor gulæ, & compressio vẽtriculi inducitur: sic hęc quoque. Et velut in intestinis Colica generatur: sic hic dolores alij,pro natura eiꝰ loci, in quo tartarus situs est. Frequenter etiam fit, collectionem ibi nimis magnã esse, ita vt propter hunc tartarum nutrimentum permeare non possit.Eo ergò in ventriculo relicto, sequuntur vomitus,in appetentia cibi,tabes membrorum,paroxysmus calculi &c. hoc est, velut febris quædam cum frigore & ardore, ceu pestis, pleuresis, & morbi similes alij : cum tamen ista vniuersa vnus saltem paroxysmus tartari sint, sicut etiam erysipelas magna ex parte suam ex tartaro originem sortitur.

Tartarus vrinæ.

Tartari vrinæ morbi

Similiter etiam scitote, quod si hæc materia nutrimenti & vrina in vno meatu conueniunt, & ad vias suas pergunt: tunc eo transitu nutrimentum extrahitur. Vnde sequitur, necesse esse, per omnes istas venulas,quæ hepar constituunt,tùm vrinam, tùm nutrimentum peruadere.Iã verò vrina nutrimentum præcurrit in hepar, per venas nimirum expressa. Quæ si diutiùs ibi moretur,nec celeriter ac expeditè transfluat, sed à calore celeri digestionis afficiatur & siccetur: tum tartarus in hepate relinquitur. Quæ materia etsi quidem retineatur:perinde tamen se habet, ac si à sole resiccata esset.Ideo tartarus tamen nullus ad est, sed adest spiritus salis. Is concurrit, & materiam in tartarum coagulat, secundum eam formam, cuius materia prima capax est. De illis ergo venis seu meatibus sciendum est, quod ita obstructæ, certos hepatis morbos pariant. Videtis enim,quomodo morbi in vesica operentur, vt nimirum erodant, exedant, excauent,doloresq; ac morbos alios plurimos inducant. Ista multo verius de hepate quoque credere debetis.Hepar enim origo multorũ morborum est, veluti pars admodũ mobilis, quæ membris plurimis, atque adeo omnibus famulatur ac seruit. Hepar si afficitur, noxa non leuis est, sed magna & multiplex. Itaque ab illo peculiaris generatio hydropis, & febris, & hepatidis, & morborum plurium, maxime variarũ erysipelatum est,quemadmodum suis capitulis explicabitur. Ad augendam medicæ professionis auctoritatẽ multò cõducibilius fuisset, si perspecillo naso admoto hunc tartarum cõsideràssent priùs, quam de caussis hydropis ac morborum aliorum scripsissent, quos ipsi ex hepate deducunt. Nec enim euentus astipulabitur, hydropẽ ea ratione gigni oririque, veluti de hoc ipsi blaterant. Magnus iste & grandis defectus est tot Doctorum, Dominorum, Magistrorum ac Baccalaureorum Academicorum, quod in hisce oculatiores non fuerunt,sed cataractis tã obfirmatis excœcati sunt. Miror equidẽ, qua fronte,cum vsque adeo cœci sint, sese inuicem impositis rubellis tiaris exornare ausint, qui tamen vbi sua capita gestent, vix palpare possint.

Tart. hepatis morbi.

Medicorum reprehensio.

Sic ergo vrina peruadens ad vesicam, contendit per vias peculiares ab hepate in renes directas. Eæ viæ seu meatus isti, nihil aliud, quam crudam & immaturam vrinam continent. Et quemadmodum excrementa ventriculi in ipso nondum resiccata sunt, vt nec in intestinis, sed in monoculo primum formam suam accipiunt,eâ nimirum exsiccationis horâ,quâ virtus expulsiua in ipsis generatur : sic in vrina quoque sciendum est, eam,quò vesicę propior est, eò subtiliorem & conformatiorem exsistere: non quidẽ, quasi meatus illi, qui intermedij iacent, suum alimentum ab vrina hauriant, sed quod calor illam perfectius excoquat,& subinde magis depuret ac clarefaciat. Quod ipsum etiam intestinorum stercoribus accidit. Intestina enim à potu nullum alimentum sumunt,sed hoc à locis & partibus alijs alliciunt. Quod verò cùm stercus, tùm vrina, ita præparentur,caussa ea est, quod paulatim vnaquælibet res maturescat,vsque dum ad locum suum natiuum perueniat.Sic etiam potus,sic vrina, quæ sensim matureſcit, dum in vesicam illabatur: ibi enim perfectè maturuit & depurata est: veluti pyrum, quod à mense Maio crescere incipit. Si ad autumnũ peruenit, maturum est. Ante id tempus maturum nondum est, nec etiam pyrum est,

Vrinæ quę vię

Tartarus viarum vrinalium.

Nutrimenti qui transitus.

Tartarus hepatis.

est, Sic ergo cognoscite, quod in viis illis, quæ inter hepar & emunctorium interiacent, tartari generentur multi acriores, vehementiores & validiores, quam in ventriculo, Mesaraicis ac hepate. Ibi enim vrina secundum probationem interdum purior & splendidior inuenitur. Et quo purior ea fit, eo durior & acrior ipsius tartari generatio est. Vnde deinde suscitantur oppilationes, cum annexis tabulis, foliis, sabulo, arenulis, & calculis, similibusq; aliis, quibus vrina contaminatur, concurrentes. Sic etiam in lumbis multę Erysipelæ, Phlegmones, Apostemata & exulcerationes gignuntur, quæ tamen in lucem nunquam prodeunt, & nec videntur, nec cognoscuntur. Hisce ergò in casibus opus esset, arte anatomica hominem dissecari, & tartarum hunc probe introspici ac considerari. Isti vero stupites, etsi illum quidem suis oculis aspiciant: stant tamen stupidi veluti vitulus ante Episcopum, dicúntque vnum id, Hæc est quædam viscositas. En domine Doctor, an stercus non est rubrica?

Eius morbi qui.

Medicorum reprehensio.

Porro autem ex axiomatis cum Physicis tum anatomicis constat, renes ab vrina non augescere alive: sed eo modo nutriri, vt in proprio capite traditur. Ratum etiam hoc est, in renibus vrinam nihil operari aliud, quàm vt ipsorum sordes abstergat & eluat. Vrina enim est renum balsamus, qui sine vrina facilè putrescerent. Propterea hic etiam de vrina, & non de natura ac conditione rerum pertractatur. Sic ergò vrina postea adhuc magis clarificatur, & ad rubedinem suam ascendit, hoc est, appropinquat autumno. Sed & concauitas quædam ac spatium præsto est, cui perfacile veluti dolio adhærescere potest, si spiritus salis nimis velociter tartarum persequatur, ita vt à suo excremento; hoc est, vrina dissęparetur. Tum enim generatur aut foliaceus tartarus, aut arenosus tartarus, aut calculosus tartarus: quę differẽtiæ omnes ex renibus deducuntur, quorum ea isto in loco proprietas est. Huius exemplum è Philosophiæ adytis tale accipite. Si quis aquam bibat, quæ silices gignit: tartarus autem istius aquæ ab excremẽto seponitur ac extrahitur: isti autem spiritus salis superueniat: tum ex isto tartaro calculus generatur, non folium, non ramentum, non arena. Quod si vero ab aqua arenosa secedat: arena gignitur. Sic etiam de cęteris formis. Quanquam & hoc accidat, vt interdum suo limo & detrimentis adhæresćat, quæ tamen nimis cito distinguuntur. Id enim nisi fiat, tum siccus tartarus adhęresćit: qui dum locũ vniuersum occupat & occludit, mortem accersit. Sic aliàs etiam lapidescit, prout aquæ natura exsistit. Quod si aqua illa multis gignendis lapidibus idonea est: tunc eius quoque tartarus multos profert. Si grandes, si asperos &c. patit: tartarus quoque eiusmodi secũdum omnes differentias producit. Colores suos imbibit ex vrina, & succo renum. Nonnunquam proprios suos ac summos colores retinet, velut cæruleum, rubrum, purpureum, flauum, croceum, &c. viridis & cyaneus & niger non generantur, quoniã isti colores in orificio stomachi separantur, vbi pereunt. Tum isti etiam alias rari & infrequentes sunt. Prout ergo regionis mos est, & cibi potusque natura: sic nos quoq; formam, genus & paroxysmum inuenire posse ęquum est, secundum modos omnes, velut tartarus continet, eiq; innatum est.

Renes vrina non aluntur.

Vrina renum balsamus.

Tartari renum differentia.

Calculis vnde color.

Calculi cur non virides, cyanei & nigri.

Sic ergo vrina in vesicam prouehitur. Huius & hoc in loco generario talis est, vt annecti quidem facile possit. Nam & loci & materiæ ad id satis habet: quæ tamen non manet, sed deradi tur & detrahitur. Quamquam parietes, folia ac ramenta non deradantur, cum nimis lata sint. Grana tamen distinguuntur, quæ arenæ aut calculi more annascuntur. Scitote autem, formam arenosam ex sola regionis natura oriri, hoc est, ex natura cibi potusque illius regionis. Ex quibus iam facilè intelligere potes, vnde aut calculus aut arena proueniat, postquàm genera lapidis arenęq; &c. istius regionis vt pumices, silices. & alios considerasti. Nulla etenim forma aliunde, quàm ex istius regionis natura generali lapidum producitur. Tum & coagulatio ex solo spiritu salis fit, qui in ista conditione ac forma persistit. Iam vero veluti contingit, lapidem vnum, duos pluresue; itemque multam arenam simul vno loco fieri aut nasci: ita horum omnium breuem hanc regulam tenete. Si lapis vnus pluresue nascuntur, eadem causa est, propter quam duo tresue infantes nascuntur. Hic enim vna similis materia adest, vna similitudo. Duo tresue infantes hac ex causa nascũtur, quia natura in vnũ infantem ordinata est. Iam verò accidit, vt dupla tũ natura, tum genitura in vna testa colligatur,

Tartarus vesicæ.

Calculi quando plures: & qui fiat. Infantes qui plures gignũtur.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 114 sur 913

velut sæpe duo vitelli in ouo vno: duæ nuces in vno cortice: duæ castaneæ in vno putamine. Eodem modo & in lapide duo iuncta sunt in isto semine. Quę si dissiliant & separentur, tum vtraq; annectuntur & adhæresc unt, viscumq; arripiunt, quod tartarus est, hocq; modo augescunt, vno scilicet altero vberiùs. Vnde vnus altero quoque maior minorue est. Nam de magnitudine, forma ac similitudine definiri non potest. Sic & de vesicæ calculo ratum habeatur, non duos successiuè generari, hoc est, vnum tot annis crescere: & post hunc generari nouũ. Æquè enim ac ex duobus infantibus vnus post alium concipi non potest: sic nec lapides. Verum de sabulo ac arenis communis regula est, quod perpetuò crescant. Nam lapidum generationi non æquiparantur.

Satis ergò hactenus dictum est de generatione Tartari in viis vrinariis, quo nimirum modo fiat. Quod siquidem breuius, id propter peculiaria capitula factum est, quibus vnumquoduis genus ac species sigillatim proponitur. Interim tamen meatus indicati sunt, nimirum tẽdentes ab ore ad stomachũ, ab hoc, ad anum: & à ventriculo iterum ad hepar, renes, & vesicam. Sed & quod lotium concernit, & excrementum intestinorũ: eorum nihil omissum est. Porrò, præter ista in rebus illis tartarus etiam alius noscendus est. Is de membris principalibus indicat, quoties illa Tartaro aggrauantur, quibuscunque ex caussis & materiebus. Suos enim is peculiares morbos cõtinet. Caussa est, quod non ex iam dictis tartaris emergat: sed tartarus peregrinus est, qui talis in istis locis gignitur. Et quamquam & ipse suum ex cibo principiũ ac caussam habeat: non tamen in excremẽtorũ ratione is consistit, sicut priùs monstratum est: sed per vias alias impellitur. Quâ caussâ meritò etiam à cęteris seiungendus est. Huius vt genus aliud est, sic peculiaria quoque membra occupat, vt suo libro docebitur.

Tartarus mẽbrorũ principalium differt à tartaro excremẽtorum.

Primò autem superiùs propositum est de *Curatione*, quod per reductionem calculi expellendi sint. Nec enim scindi possunt, nisi in solis pudendis. Illic ergò ars posita est, in preparatione illarũ rerũ, quæ reducunt, & non transmutant, nec præcipitant. Alia tamen curatio illius est, de quo paulò pòst tradetur. Hoc loco sciendum est, sępius accidere, vt calculus vnus elidatur, in cuius locum pòst alius sufficiatur: velut infans vnus post alium nascitur. Ibi, caussa nulla alia est, quam prima, quæ secundò & pluries redire potest. Vnde colligi debet tartarum esse morbum extraneum rerum crescentium, qui ex terra & eius liquoribus enascitur. Liquores autem istiusmodi sunt, vt, ex quibus bolus, lapis, viscus, arenaque gignuntur: quæ iterum aut cum leguminibus & frumentis, aut oleribus, aut vino, aut aqua, aut carne in nos descendunt, ac, vt dictum est, annascuntur aut agglutinantur. Contra quem adhæsum, medicina præsentior nulla est, quam butyrum & oleum oliuæ, sicut illorum regimen demonstrat.

Tartarus qualis morbus.

Tartari quod præsentissimum remediũ.

TRACTATVS QVARTVS: *Tartarus quartus.*

PErgamus autem de generatione Tartari, quæ in aliis quoque membris, vt pulmone, folliculo fellis, corde, liene, cerebro ac renibus fit. Quomodo verò in istis partibus ea generatio fiat, id ex communi hac regula ita cognosce. Vnumquodlibet, quod in homine est, cibo opus habet, & quotidiano suo quæsito alimento. Alimentum illud sese habet, prout in ventriculum ingestum est. Quod si ad sua loca attractum est, tunc scitote, vnamquamlibet partem in corpore sibijpsi pro ventriculo esse, & separare aut à se amoliri, quod aut bonum nõ est, aut non appetit. Nec vllum membrũ pro alio hoc coctionis officium subit. Solus ventriculus reipublicę caussâ operatur. Et quod in lotio quoque, gratiâ hepatis, renum ac vesicæ molitur, idipsũ in commodum cæterarum partium etiã suscipit. Per hunc autem, non vniuersa sufficienter separantur: sed vnumquodlibet membrum præparationem nouam aggreditur, quodque sibi affine & commodum arbitratur, arripit: inutile vero separat & excutit. Quæ ita separantur, Excrementa quoque sunt: quorum exitus varij conditi sunt. Sic, pulmo expurgatur per arterias: cerebrum per nares: lien per hæmorrhoides: bilis per ventriculum: renes per vesicam: cor in chaos. Sicut ergò partes nutritionis principes seorsim in suos meatus terminantur: sic excrementa ista membrorum principũ, materia sunt, ex qua generationes tartar instituuntur, secundũ suas naturas. Subtilia enim admodum illa sunt, si illic se perdunt & manifestant. De horum conditione hoc exemplum attendite: veluti si quid

Stomachus suus cuilibet parti. Ventriculus, seruus publicus.

Per quas vias quęlibet excrementa educantur.

ti si quid ad summum distillatur, & vltiùs ad volatilitatem perducitur, vt sine corpore fit. Iam vero sine corpore nihil factum est. Et si quidem esse videatur: tamen à perito proboq; artifice eius corpus semper inuenitur. Sic hic quoque: quoniam, nec in ventriculo propter secessum, nec in vrina reperitur: sed corpus tartari inuenitur volatile, & in cętera prædicta membra instar vini ardentis ascendentis permeat, vt putetur sine corpore esse. Sine eo tamen non est. Et siquidem in pellicanum indatur & circuletur, tamen in se tartarum continet. Sic illa quoque. Quare si in conuenientia loca prænominatorum membrorum incidant, tùm demùm geminus artifex præstò est, qui corpus, & volatile separare potest, quod artifices cæteri, puta, ventriculus, hepar &c. minime possunt. Sic res vnaquælibet in congruis sibi locis secundum proprietatem suam ac exaltationem verè inuenitur: sicut ex hoc vulgari exemplo patet. Vir vnus, & fœmina vna, vno coniugio ligantur. Hi iam duo, si, vt iuncti sunt, congrediuntur, nullum adulterium patratur. Ratio est, quia anatomia & concordantia in vno est, nec quid ipsa violat. Quòd si verò non congrediuntur, solidus ac firmus amor non est, sed vacillans sicut arundo in aquis. Qui enim procatur vir, is suam legitimã coniugem non habet iuxta tenorem Anatomiæ. Sic nec quæ procatur fœmina, suum legitimum maritum. Vnicuilibet enim homini à Deo congenita libido vel voluptas sua est, quæ illum adulterũ fieri prohibeat. Mandatum itaq; ad illos pertinet, quid nullo fœdere iuncti sunt: vt seruent illud, quasi iuncti essent. Ideo coniugia duo sunt: vnum eorum quos Deus coniungit, vt supra: alterum, quod homines ipsi iungunt. Primi fidem seruant sine mandato. Secundi minimè, sed per mandatum alligantur. Sic in nostro quoque proposito. Si res quæpiam in coniunctionem & concordantiam suæ anatomiæ ducitur, tum promit quicquid habet. Id si non fiat: coërceri non potest vt separetur. Quare si naturę arcana explorari velint, ipsis semper Magister geminus addendus est, & secundum magisterium illud, cum illâ omnia tractanda & obscruanda sunt. Alias cœca & obscura omnia erunt, ab illa quæ eduntur.

Corpus habent etiam volatilia.

Coniugium duplex.

Tartarus pulmonum Cur paucior, quàm a-

Sic primo sciendum est, quod, si illa ad loca sibi destinata producenda sunt, pars ad pulmones detinetur. Id ptiusquá explicare aggrediar, prępmonitos vos velim, illic tartari parum, nec tanto cumulo aggregari, ac in cæteris vel vrinæ vel intestinorum meatibus. Caussa est, quia pulmones quod edunt ac bibunt, id nimis paucum est. Quod si enim metiaris multitudinem eorum, quæ homo ingerit: ac à mole illâ tum stercora tum vrinam detrahas: parum certè in corpore reliquum deprehendetur. Quod si ergò ex ista exigua quantitate omnia mẽbra, quorum plurima sunt, ali debent: in distributione certe illa admodùm parum pulmonibus cedet. Ideoque ab ista prætenui mole non tam solemnis, manifesta ac quotidiana operatio seu tartareum genus proficisci possit, velut in lotio & intestinis fit. Ideoq; secundum generationem illius hæc accuratius quoque obseruanda sunt. Sed pro intellectu horũ hoc quoq; sciendum est: quod econtra exiguum tale plùs damni inferat, quàm multum aliud. Adde & hoc: quod in rebus huiusmodi, spiritus salis non toties ad operationem sese accingere possit. Nec enim hic æquè potens est, ac in meatibus alijs: sed quadantenus quiescere cogitur. Vbi enim multitudo deest: ibi nec potestas eius abundat. Ex multitudine enim materiæ, multitudo oritur spiritus salis.

liis pertibus.

cur damnosior alio copiosiore.

De tartaro ergo pulmonum deinceps hæc trademus. Multoties conspicamini, in pulmonibus tam animalium cæterorũ, quam hominum, calculos reperiri, granis milij similes. In pulmones autem hominis venæ ingrediuntur. Istæ venæ non similem habent anatomiam cum venis sanguinalibus cęterarum partium principum. Istis itaq; venis hoc loco tractatus peculiaris debetur. Pulmonum venæ, stomachus sunt pulmonum. In venis istis pulmo purum ab impuro segregat, & sibi quod idoneum non inuenit, abijcit. Hanc separationem ventriculus quidem non nouit: nouit tamen pulmo. Hinc etiam fit, vt excrementum peculiare reperiatur in pulmonibus, hoc est, ipsius cannis insertum, quę solæ ipsius stomachus sunt, à Deo in hunc vsum cõditæ, vt excrementum in ipsis pellicanetur & articuletur, dùm in ipsos pulmones incidat. Nec quicquam enim aliud persuadetis vobis, quam vnicuilibet membro peculiarem suum stomachum obtigisse, mirabilem quidem & operosum, sicut scientia externè demonstrat in præparationibus, in quibus purum ab

Venæ pulmonum stomachus.

Venæ, pulmonis stomachus.

Stomachus cuilibet parte.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 116 sur 913

impuro separari solet. Quare, si talis etiã pulmonum stomachus est, certe in ijs conseruabit, quod oportet, & superfluum per cannas extra os exturbabit. Et hoc peculiare etiam excrementum est, quod in solis pulmonibus gignitur, non etiam in partibus aliis. Nam peculiaris ipsorum quoque stomachus est. Porrò autem, in ista discretione puri ab impuro pulmo stercus quoddam reddit, & cum hoc, ipsum tartarum. Sic ergo tartarus vna cum excrementis è pulmonibus elidi deberet. Id si fiat minùs, & tartarus separetur ab excremento: tunc in sede illa relictus, ibi annascitur, & cannas infercit. Sic ipsę cannæ tartaro, foliis, ramentis, tabulis & granulis afficiuntur ibi relictis. Iam autem tartarus hic subtilior est eo qui hæret in intestinis aut meatibus vrinarijs. Nam & subtiliùs separatur, ac ex volatilitate incorporalitatem redigitur. Hic enim simile simili iunctum est. Vnde ratione loci quoque, cui ex officio pulmones insunt, varij morbi emergunt: qui & ipsi quidẽ tartarei morbi sunt, sed tamen alia indicia ac operationes habent. Vtpote, cum officium pulmonum sit, liberè sursum ac deorsum moueri, & aërem attrahere: tunc meatus aëris à tartaro impediuntur, ita, vt multi inde morbi exsurgant, qui à medicis nõnunquam asthma, interdum tussis vocitantur, cum tamen merus tartarus sit. Sic & anhelitus impedimentum & similia, quæ post phthisis comitatur, qua homo secundum substantiam suam tabescit. Sic & Ethica febris, quæ omnia ab vno hoc tartaro proueniunt, qui in pulmonibus situs est: sicut hæc suis capitibus traduntur.

Tartarus pulmonum qui gignatur.

Tartarus pulmonum subtilior cęteris.

Tart. pulmonum morbi qui.

Similiter etiam peculiaris stomachus est, qui cerebro dicatur. Is autem stomachus est extra cerebrum, non intra hoc. Ad cerebrum autem omne nutrimentum indiscretum, h.e. secundum veram vltimam materiam indisseparatum infertur, prout huic loco competit, & cerebro commodum est. Hoc ergo si cerebrum assumsit, operationem suam stomachalem aggreditur. Æquè enim ac stomachus (de primo loquor) corruptor pręcipue est omnium membrorum, dum in suo officio non erectus & probus versatur: sic & de membrorum stomachis intelligendum est, quod ex eorum imbecillitate multi morbi nascantur, qui vniuersi tamen hactenus â nemine traditi, sed obliuione & ignorantia obliterati sunt. Magnum itaq; opus est, spiritum efficacem, qui ventriculi habet rationem & officium, cognouisse. Is si prauus est, membra simul vniuersa, quam gubernare & alere debet, nihili sunt. Primum quidem stomachum, seu magnum, degustarunt illi quidem, quem etiam sentire rusticus possit. Hos autem stomachos, in quibus tantum momenti est, ne olfecerunt quidem. Ex quibus non ineptè colligi potest, plurimos exsistere morbos ex istis ventrculis enatos, quos ipsi in aliena capitula perperam locarunt, parum pensi facientes, quid agant, & quam rẽ tractẽt. Quare æquum est, vt de huiusmodi morbis peculiaris libellus condatur: quo hæc ego differo. Alimentum ergò, si dicto modo in stomachum cerebri impellit, tum necesse est, vt stomachus illi Alchimista fiat & artifex genuinę separationis, quæ ad commoditatem & emolumentum cerebri facit. Ibi ergò aliud quoddam excrementum, â cæteris diuersum prouenit, cuius emunctorium est nasus. Excrementum autem mucus est, ê naribus elabens. Vnde videtis, cerebri stomachum extra cerebrum constitutum esse; nutrimentumq; præ foribus cerebri præparari, ac ita præparatum in cerebri cellas obseratas attrahi. Sic ergo excrementum foris in venis relinquitur, quæ secundum anatomiam illam positæ sunt, & cerebri ventriculum continent. Illæ manifestum suum emunctorium habent, sicut primus ventriculus suum pylorum. Emunctorium autem illud deriuatur in nares. Sic ergo extra ipsum cerebrum huiusmodi tartari reperiuntur, quousq; nimirum stomachus in illa regione extenditur. Ex quibus, postea phrenesis, mania & vesanię similes enascuntur, quas medici ex abundantia sanguinis definierunt, sed perperam: quem morem solent obseruare etiam in aliis, sicut suo loco explicabitur.

Stomachus cerebri vbi.

Medicorum reprehensio.

Tartarus cerebri.

Tart. cerebri qui morbi

Medicorum reprehensio.

Porro autem & de renibus cognoscite. Etsi autem vrina isto quidem loco stabuletur: ad renum tamen corpus id nihil attinet. Non enim ex vrina illi aluntur, sed ex eodem alimento, quo membra reliqua. Quanquam id raro fiat. Nam vrina nimiopere humectat & madefacit, ita vt tartarus promtè è renibus elabatur, & à suis excrementis separari non possit. Et tamen non minus renes, quam partes cæterę ad hoc constitutæ sunt. Iam vero & renes suum alimentum asciscunt pro ratione distributionis, & illorum

Renes vrina nõ aluntur.

Tart. renum & ur p õtè eiiciatur.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 117 sur 913

illorum Anatomiæ, quæ in homine fit hominem edente. Is eo modo cuilibet distribuitur, quo conuenit, cum coniunctis nimirum suis excrementis: quæ nullibi separantur, nisi in membro illo, cuius id alimentum proprium est. Sic ergò ista ratione & renes ad modum membrorum aliorum sua excrementa colligunt. Hæc cum vrina permixta, cum eadem eiiciuntur: quę vrinæ hypostasis fiunt. Quare hypostasis de renum malis arguit. Nam ea illorum excrementum est, quæ à cætera vrina seorsim in suum locum separatur, velut oleum, aut aqua, quæ se permisceri non patiuntur. Ac veluti oleum supernatat: vnda autem subsidet: sic proprietas hypostasis hæc est, vt aut in medium, aut desuper vsque ad fundum separata consistat, prout probe illa extunditur aut emittitur. Iam vero artis opus est, hypostasin â lotio separare posse: ita, vt hypostasis in singulare vas, & seorsim ipsa quoq; vrina excipiatur. Et hoc qui nouit is excrementum rerum ipsissimum in rei veritate contuetur, & vnà cum præparatione & separatione illa, vltimam quoq; calculorum materiam perspicit. Sicut autem vltima materia calculorum in vno inuenitur: in eodem ipso scitote materiam quoq; primam reperiri eius rei, cuius materia vltima apparet. Pinguis ille autem error est, quando dicunt; hypostasin testari de ventriculo. Quid autem imperiti dicant aliud? Nam omnino proferendum aliquid est, vt sua commenta tueantur. Nõ mirum ergo, si lotij tam probi spectatores sint, vt à nemine laudentur, contra vero omnium pipulo differantur. Nam & eò ab ipsis res deducta est, vt à medicinâ iam omnes homines abhorreant, eamq; meram deceptionem & fraudem esse arbitrentur. Sic ergo artibus suis imposuerunt hominibus, vt & rusticis & Iudæis iam plus fidant illi, quam ipsis. Qui etiam, si probè attendatur, illis doctoribus longè peritiores sunt. An enim hoc non probrum & flagitium est, poliatrum in quadam ciuitate ali, qui ægros fugiat, nec ipsos iuuare possit, sed eosdem deserere cogatur: cum tamen aduenies alius, simplex & minime literatus illis opem & auxilium ferat? Hic si honor est dictu certè turpis est. Causa autem horum est, quod studia vestra nihili sunt. Poëtas agitis: & poëtice etiam medemini. Et si duplo quidem numerosiores essetis: ne sic tamen vestros Doctores defendere possetis, nec illi vos nisi quod per consuetudinis diuturnitatem, & ordinationem Academiarum priscam, ex quibus nihil nisi adulatores & scribæ prodeunt, ratum profertis. Is enim scriba merus est, qui recepta quidem proponit, sed neminem tamen sanat. Ex hoc quoq; saltem doctor scriptionis, non sanationis exsistit. Ita ergò scribæ estis, h.e. adulatores, & singularem sectam conditis veluti Pharisæi. Sibi enim à nemine quicquam importari patiuntur. In hoc etiam monachorum ordines æmulamini, qui quid album sit, quod nigrum, ignorant. An non propudium h.e. quod ne semel quidem ex hypostasi de calculo iudicare potuistis? Quid ergo didicistis ô Doctores! Solos nimirum stultos pectere.

Istiusmodi cor quoq; patitur. Hoc & ipsum more partium aliarum nutritur. Similiter & sua excrementa separat. Iam autem de solo illius excremento dicendum est: quod in ipso tartarus contineatur. Cor autem in sua capsula conditum est: Ex illa prodit eius excrementũ, nec quicquam in illa remanet. Ad quę scitote, cor omnium pauciſſimum ac purissimum alimentũ assumere, suaq; reddere excrementa instar guttæ ocularis, in capsulam eam, qua continetur, defluentia. Id iam si modum excedit: ex illo transsudat. Quod autem per capsulam transsudat, non ponderosum est, sed aereum, & leuis spiritus. Quanquam dicant, pulmonem cordi suaue refrigerium afflare. Quorum similes sermones inanes aliàs quoq; funduntur. Refrigerium, quod pulmones præstant, vniuerso corpori inseruit, non cordi. Alius enim est calor hepatis, alius cordis, alius huius, alius illius partis. Falsum ergo est, omnem calorem ex corde prouenire. Vnumquodlibet enim membrum suum ex se ipso calorem habet. Quare ibi commune refrigerium præstatur. Cæterùm de excrementis scitote, quod, si tartarus in capsula coagulatur, & spiritus salis ipsum corripiat, illicò generatio tartari prę stò sit, in ea omninò forma, quâ est illa, cuius prima materia præsens est. Sic ergo tartarus generatur in capsula cor includente. Vnde deinde multi huiusmodi morbi fiunt, quod longè aliis nominibus, ac cardiaca, tremor cordis & similes insigniuntur, sicut in propris capitulis percensebitur. Iam autem paroxysmant huiusmodi morbi cum calculo, eundemque cum illo plane

Hypostasis renũ excrementum

Hypostasis separabilis ab vrina.

Medicus reprehensio.

Academiarum præiudicium taxatur.

Monachorum insciti.

Excrementum cordis quale, & vbi.

Medicorũ reprehensio.

Tartari cordis qui morbi.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 118 sur 913

Medicorum reprehensio.

paroxysmum habent. Quia vero locus quoque diuersus est: propterea paroxysmi quoque alij concitantur. Hìc illi cœcutiunt, ac aliena nomina comminiscuntur, dicuntq; hunc aut illum morbum esse, & cum melancholia ac cholera, &c. sua incedunt. Adeoq; ignorant stulti, cor nullo vsquam molimine eò adigi posse, vt illa recipiant, quæ isti imponunt, ac inesse dicunt. Interim quia ipsis nemo contradicit, mendacia sua ac dolos facile propagare possunt, & humores suos ciuitate donare. Nemo est, qui ipsos reprehendit. Sic stulti, medicinæ Doctores manent ac habentur, quorum cor huiusmodi ineptiis plenius est, quam verorum fatuorum. Quòd si verò res accuratiùs inquiratur, & censura ordinationis iustior fiat: digni apparebunt, qui aut fustibus comminuantur, aut virgis cædantur. Hi latrones isti sunt, de quibus mandatum Dei loquitur, Non occides. Aut ergo hoc disce, vt neminem occidas, aut rusticare. Mandatum illud ad omnes artes extenditur illas, per quarũ abusum homo interimi potest. Nec enim de solo gladio id dictum est, sed de te ipso quoq;. Nec te de hoc eripient Doctores tui, ad quos te refers. Illi enim æquè ac tu carnificis manibus traditi sũt. Quare nemo iure furem se cum fure tuebitur. Cœci in vnam foueam corruent. Altè gloriamini de vestra anatomia: & tamen quid videatis, ignoratis. Et quod in ipsis tenetis manibus, non nouistis. Sicut Norimbergæ Doctores faciunt, Pharmacopolia visitantes; qui, quod ipsissimet manibus premunt, quærunt, an in officinis promtum non sit? Et hi homines nostri ordinis Germanos omnes examinabunt? O fraudulentum & impostorium examen. Quantum autem è re ipsorum est, quod cum sui similibus agant. Id enim ni esset, quomodo cum nugis suis starent? Non autem in vno saltem, h.e. in lepra: sed in cæteris omnibus his similibus. Totum hoc ipsis asylum est, quod apud Satrapas ac magnates gratiâ valent. Extra hoc, mercedem debitam dudum retulissent.

Tartarus fellis.

Iam vero etiam è felle tartarus gignitur, qui ex illius excremẽto æquè ac cæteri prouenit. Hunc autẽ tartarum fel in seipso continet, nec distribuit longiùs. Et si ab excremento separatur, nec in ista separatione exundat: tunc generatur illa forma, quæ in felle inest. Ex quo ipso quoq; sui morbi oriuntur, hoc est, isti paroxysmi, quales calculus quilibet ex se gignit. Vnde tandem comprehensiones, contusiones, vomitus, tormina, bilis exũdationes, sui paroxysmi tempore exsurgunt: cuius bilis eructatione, postmodũ in intestinis colica & similia alia suscitantur. Medici autem alias nugas cudũt, quo ex principio ista oriantur. Nisi enim id operam des, vt ipsum calculum proximè tractes, labor omnis irritus futurus est. Sic nisi originem ex bile statuas, â calculo in illa contento caussata, curamq; ita instituas, vt dicas, solum calculum in felle demi oportere: impossibile erit, vt auxilium afferas. Sed vsq; adeò industriè in istis morbis exculti estis, quia fides vestris fumis confertur. Id vos tam suauiter titillat: vt in aliis etiam, quęcunq; obiter saltem opinamini, statutis vestris acquiescendum simpliciter sit. Et meritò quidem: qualis enim grex: talis & rex. Attendite ergò, vt morbos fellis cognoscatis aut à calculo esse, aut sine eo. Scitote etiam, fellis non maiores esse inimicitias, quam excrementorum: raròque illud ægrescere, si tartarus non concurrat, siue separatus, siue non. Sed & hoc credite, calculum in paroxysmo suo fel expel ere, multis quidem viis modisq;, hic describi minime conuenientibus. Natura illa arquatum morbum & alios varios parit. Iam infilit: iam recedit Icterus etiam quilibet, qui per remedia ipsi debita non expellitur, is cum tartaro permixtus est. Et solus calculus exturbetur: aliàs nulla Asallia seu stercus anserinum aut quicquam aliud iuuabit. Ideò sedulam operam impendite. Probè quoque nosse debetis calculi proxysmos, quod resoluat, quod distorqueat, putrefaciat, totum corpus pererret. Sic hic quoque idem molitur: id est, parit icterum, paralysin, distorsionem, colicam, pectoris compressionem, vomitionem, dyspepsiam, &c. Et ad hęc omnia non erubescunt Medici dicere, esse choleram. Miram vero choleram: imò verò choleram apud vos moriones, non autem apud peritos. Prout tamen homines estis, sic vestris partibus consulitis. Quoties quęso in felle generatio lapidis, vltima materia lapidis inuenta est: Sed vos erudituli manus non libenter maculatis. Si situm saltem istorum cognitum habetis, iam vobis id abundè sufficere arbitramini.

Medicus reprehensio.

Medicus reprehensio.

Tartarus fellis morbi qui.

Sed ad splenem etiam descendamus, qui materiam calculi & ipse æqualiter

Tartarus splenis.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 119 sur 913

æqualiter in ſuis excrementis continet. Sunt verò qui dicãt, lienem ſe per oculos exonerare. Id euentus non comprobat. Vbi enim emunctorii exitus patet aut finis, ibidem ſanitas quoque comparari poteſt. Vt: ventriculi emunctorium per monoculum fit. Is ſi quo vitio tenetur, id per monoculũ expellitur. Quod ſi nõ fit: morbi ſui periculum ſuſtinebit. Hoc & de vrinæ meatibus verum eſt. Iam ſi ſplenis emunctorium in oculis exſiſteret: opus eſſet nobis illiuſmodi remediis, quæ lacrymas cierent, vt per illas ſcilicet morbi ſplenetici, veluti quartana, oppilatio, &c. illàc exigerẽtur & extraherẽtur. Quia verò per lacrymas lienis morbi non tolluntur, vt nec per riſum hepatis mala: tũ certè illorum emunctoria non erunt, ſed aliud eſt quod lacrymatur, aliud quod ridet. Ideò craſſus error eſt Medicorum, qui obliti ſunt, omnia emunctoria ſuas medicinas habere: velut inteſtina, colocynthidem, eſulam: ſtomachi os, Nipalẽ præcipitatum: hepar, Pt. Mz. veſicam, raphanum, linariam: naſum, Helleborũ, folia perſici, & ſic de cęteris. Sed ad lacrymas nulla vnquã medicina exſtitit, quę lienis emunctorium expurgaſſet. Sed quã arguti doctores in aliis ſunt: ſic hic quoque. Illorum ſapientię momentum & hoc eſt. Sic enim pro eorum opinione quartana per aures abſcederet. Ipſi vero per podicem eam exturbant, & per ſudores, ac modos alios. Hunc autem errorem omnem committit inſcitia eorum & imperitia in Anatomia, in Philoſophia, & in luce naturæ. Sic ergò lien calculo obnoxius eſt, quem ex excrementis ſuis concipit. Iam vero ſtomachus lienis in propriis eius poris verſatur: in illis lien coquit, & nutrimentum ſuum ab excremẽtis ſegregat, ac ex poris inſtar ſubtilis & probè clarificatæ aquæ procedit, cuius exitus deſtillatur in veſica, ſicut ſuo loco percenſebitur. Quod ſi hoc pacto tartarus generatus ac ſeparatus ſit, ac ſpiritus ſalis ſecum habeat: tunc ex eo quoq; Eryſipelæ naſcuntur, non autem quartanæ.

Medic. reprehẽſio.

Nipalen præcipitatum. ſtomachum per purgat.

Stomachus lienis vbi.

Meminiſſe ergò debetis, ſicut iam propoſitum eſt, de partium principum tartaro, vt ipſum rectè cognoſcatis priùs, quã ægro indicetis; id eſt vt tartarum hunc ſeponatis, & illum ſigillatim comprehẽdatis, Hactenus ſiquidem valdè nociuum morem fouiſtis, qui parũ commodi præſtitit, fœnus autem reddidit largum eorũ, aquæ ucta emendari (potuiſſet) fas eſſet. Velut ex aliis hoc quoque eſt, quod profitemini, ſplenem purgari per oculos, & fel per aures. Vtrumque enim falſum eſt. Ideò verò iſta aſſeritis, quod nemo intelligere ac experiri poſſit. Quod vobis tamen creditur, & habetur eo loco, quo mendacium coactum. Quis enim tam lectæ cateruæ Academicorum facile obnitatur aut obſtrepat? Inter quos ſunt extorres Baccalaurei, Ludimagiſtri, Procuratores, Poetę, Hiſtorici, Græci, Arabes, Chaldæi, Iudæi, Monachi, moniales, Carnifices, meretrices, canum iugulatores. Quod ſi omninò probi Doctores eſſetis, libri certè veſtri ea proderent, quib. â carnificibus exſuperari non poſſetis. Cum verò illi nullius momenti ſint: carnifici procliue eſt, vos iam arte & diſputatione ſuperare. Hic veſter defectus eſt.

Medicorũ reprehenſio.

TRACTATVS QVARTVS.

POrrò autem adhuc aliud quoq; genus tartari exſiſtit. Id extra membra principalia cõtinetur, in ſanguine, carne, medulla, & cęteris ſimilibus. Cautum autem hic ſit, oculorum ſtillas ſeu lacrymas hoc loco non intelligi. Nam ſciri non poteſt, vndenam erumpant, aut ſecundùm materiam ſubſtantiamq; ſuam gignantur. Nam & â fletu & â riſu concitantur: quorum geminorum origo incerta eſt, vbinam ſcaturigo illa, ex qua profluant, lateat. Ideò ſuam quoq; in illo loco deſcriptionem non habent. De hiſce ergo rebus tenendum eſt, ipſum etiã ſanguinem, medullamq; ac carnem ſuum tartarum gignere & continere: & hunc, veluti prius dictum eſt, in ipſis, inque ipſorum ventriculis cum omni digeſtione & ſpiritu ſalis concludi. Ex quo conſequitur, in iſtis membris non minus tartarum gigni ac exſiſtere, quã in aliis. Æque enim ſua etiam excrementa habent, ac illa, de quibus diſſeruimus.

Tartarus extra membra principalia.

De hoc autem omnium primò dicendum eſt, quò nam illa ſua excrementa condant. Solus autem ſudor, qui cutem permeat, excrementum ſanguinis eſt. Cruor qui in ramulos ſtillatur, excremẽtũ carnis eſt. Quod in medulla eſt, id aridi-tas oſſis cõſumit. Quod verò nõ conſumitur, id in concauitates articulorum, ligamentorumq; ac alios ſinus ſecedit. De tribus hiſce veluti præcipuis & maximis, præcipue quoq; dicendum eſt. Quæ vero tartari genera alia ſunt: ea ſuo loco explicabuntur. De tribus vero hiſce id ſingulariter notate, admodum numeroſos

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 120 sur 913

morbos ex sanguine oriri ac profluere, quorum tamen causſæ generationis longè aliter explicantur, quam exsistunt. Vnde necesse est, in Receptis suis ac curis illos etiam hallucinari. Hinc ergo verum genus tartari intelligite, vt errorem illorum anteuertatis, quo multi ad mortem dati sunt, ex mera illorum medicorum temeritate & inscitia.

Tartari consideratio duplex.

Vias autem tartari duas notate: vnam in suo ipsius stomacho: alteram in eius exitu. Sanguinis exitus ex venis est per cutem, h.e per poros. Carnis, est stomachus in carne, h.e. in suo stomacho: similiter & in exitu. h. e. à carne vsq; ad vesicam: & sic in sanguine proprius stomachus in ipso sanguine, sicut hic in carne. Sic & medulla i psa, & in exitu de medulla, h.e. in venis, membris, ossibus & cauitatibus aliis. Hæ res ac priuatæ differentiæ accuratè notari debent, sicut & deinceps tartareus paroxysmus. Nam qui paroxysmos tartari non nouit, hic immeritò medicus vocatur. Paroxysmus enim tartareus, & sedes tartaricę docent medicum cognoscere morbos: quos alias sanare non potest, & incurabiles pronuntiat. Ideò diligenti obseruatione opus est in omni Anatomia, & istiusmodi morborũ prefractâ naturâ, vt nimirum illud inueniatur, quod medicũ confundit, & in opprobrium dat.

Sanguis, medulla, caro. tres partes corporis præcipuę.

Pro compræhensione horum sciendũ est, ipsum quoq; sanguinem, ac medullã, & carnem suum alimentum attrahere, sibi ipsi coquere, & alienum â se amouere. Iã autẽ hæc tria magni momenti ac ponderis sunt, de quibus maxima corporis nostri pars pendet. Notandum ergò est præcipuè, illorum digestionem vsq; adeò acrem, & destillationem in tantum subtilem esse, vt nullum chaos ita lucidum sit, quin hoc ipso lucidius exsistat. Quod si iam ad suas separationes deducuntur, tunc excrementum eorum id est, quod visibile quidem, sed tamen subtilissimum est Nutrimentum autem istorum trium est inuisibile: non vt spiritus per os egrediens, & halitum post se relinquens, aspectabilem quidem, sed non tangibilem. Illud nutrimentum sit in sanguine, carne, & medulla adhuc subtiliùs: & quicquid in eo crassum supereſt, (quanquam id sit inuisibile & impalpabile) illud in hoc stomacho, vbi caro, sanguis & medulla est, adhuc clarius redditur: & quicquid vspiam est, quod corpus refert, inibi subtiliùs paratur. Et hoc est sudor. Is visibilis & tangibilis est: quanquam intus in corpore vsq; adeo subtilis fuisset, vt chaos quoddam referret & ei assimilaretur. De isto ergò hic dicendum est, & non de nutrimento, quod tantum spiritus est, qui suum excrementũ visibiliter separat. Sic etiam carnis ac medullæ nutrimenta tantùm spiritus sunt, sine omni visibilitate, & palpabilitate. Excrementa tamen visibilia sunt: sed subtilissima omnium, quæ in toto corpore deprehenduntur,

Rarum nutrimẽtum subtilissimum.

Sudor ex

Elementã quare.

De excremẽto sanguinis scitote, quod tartarus in ipso ad eam subtilitatem non conscẽdat: sed sese permiscat, non secus ac in vino ardente. Id vtcunq; distilletur aut circuletur, etiam ad summũ: tartarum tamen in se retinebit. Vinum, vtcunque subtilissimum sit, & destilletur ad summũ, secum tamen tartarum conditum habet. Sic æquè & hic. Digestiones etsi hic fiãt subtilissimæ: separatio tamen adeò subtilis est, vt in nutrimento nihil relinquat, quod non expellat. Ideòq; hic tartarus subtilis est & multiplex in sua essentia. Hoc enim credite, quod coaguletur à spiritu salis. Tum etiam ab ipso & per ipsum resoluitur. Hinc intelligite, omnem tartarum sanguinis, carnisq; ac medullæ in duabus vis consistere: in coagulatione, & resolutione. Quanquam verum sit, alias quoq; digestiones multoties resolutum tartarum reddere. Ille tamen non vniformis causſæ est: sed ex natura istiusmodi tartari vini prodit, quæ tamen hic intelligi non debet, verum ita potiùs, quod separatio ac digestio adeo acriter, subtiliter & velociter pergant per Vulcanium suum Athanar, vnà cum Archẽicâ præparatione, vt tartarus vnus, qui ad coagulationem ordinatus est, frangatur, & in aquam abeat. Et qui ad resolutionẽ abit, ordinatus in ea, ad coagulationem pergit. Vt qui ex ferro aquam facit, ex ea aqua fit ferrum: aut qui ex granatis mucilaginem, & ex hac iterum granata, aut genus aliud his simile facere velit. Vnde in istis notate, quod tartarus ex elementari aqua nascitur, siue per nutrimentum, vel per potum veniat. Vnde etiam ita resoluitur & coagulatur, veluti comprehensũ est. Ideò etiam in suam vltimam materiã abit. Aqua enim mater est ac matrix huiusmodi generationum vniuersarũ. Nunc ergò hoc scitote, quod, in sanguine, hoc est, in venis, huiusmodi excrementa â tartaro relinquantur, tunc sanguis granulis, arenæ aut oryzæ similibus, repletur. Sic etiam extra venas, seu in poris huiusmodi

Tartari sanguinis ratio.

Tartarus triũ partium qui afficitatur.

Athanar.

Aqua matrix rerum.

modigrana naſcuntur. Et quanquá plures quidem reſoluriones quam coagulationes ibi fiant: omnes tamen in coagulationem abeunt tandem, finito ſuo tempore, quo locum tenuit cum ſalis ſpiritu.

Mucus excremẽtũ ſang.

Iam verò mucus ſanguinis excrementum eſt. Qui ſi craſſus ſit, nec tranſſudet, verũ mucus maneat: certum eſt, tartarũ inter excrementa eſſe, hoc eſt, vnita, miſceri. Ibi nulla quidem amplius generatio tartari fit: fit tamen ſtercus & excrementũ, quod aliter iudicari non poteſt, quàm ex vtraque natura, tam tartari, quam excrementi: vnde poſtea ex ſanguine peculiares morbi enaſcuntur. Inſuper & hoc tenete, quòd quandiu illud excrementum adeſt, naturæ ſubiectum ſit; ita nimirum, vt ea hoc, quod malum eſt, putrefacere & expellere conetur, vt cum ipſa non amplius ſit. Quę expulſio tamen naturę morbus & mortificatio ipſa eſt. Vnde patet, ex putrefactione eius tartarum & excremẽtum dignoſci poſſe, quidnam ſit. Tum demum operationem excrementorum quæres: de quibus plura dicere nolumus.

Sed de Tartaro, qui in carne generatur, vlterius cognoſcite. Caro eſt Sulphur, Sal, & Mercurius, in mollem ſubſtantiam coagulata. Eius ſtomachus, eſt liquor in carne conditus. Iſte liquor carnem in mollificatione ſua retinet. Sic liquor eius ſtomachus eſt, carni ingenitus, materia inſanabilis, ſi ſeparentur. Ex quo videre eſt, indè multos morbos oriri: cumprimis omnes eos, quæ emaciant & tabefaciunt. Quicquid enim tabeſcit, id primam ſuam originem, ex illius membri ſtomacho habet. Quare ſi caro tabeſcit, certum eſt, hunc quoque ſtomachum, de quo diximus, contabeſcere: h. e. non concoquere, non alere. Scitote ergò, hic in carne tartarum ita generari, vt liquor, carnis nutrimentum, ſeparetur. Quæ ſeparatio ſi iterum ſeparetur, hoc eſt, ſi ſeparentur â ſe inuicem iſta duo, excrementa nimirum carnis, & nutrimenti propria excrementa: tum & tartarus ibi generatur, ſicut de reliquis dictũ eſt. Porrò autem ſciendum etiam eſt de locis ſeu ſedibus, in quibus tartarus iſte gignitur, & excubat: ita nimirum. Omnis liquor carnis, qui carnis ſtomachus eſt, purgat ſe per ſudorem interiorem, qui ſudor in veſica reſidit. Is penuadit ac penetrat iſtas venulas, poros, & orificia: & hac meta tandem in veſicam colligitur, ad vrinam. Ideòque duplex eſt in ſua Theoria: Alter à nutrimento: alter à liquore carnis. Qui à nutrimento, is viam ſuam indicat ac ſtomachum, quem permeat, quantum ad ipſum ſpectat. Qui autem â carne: de carne teſtatur, quouſque totum corpus extenditur. Quare qui morbi in corpore exiſtunt, in carnẽ introducti, aut communionem intùs habentes, hi omnes in lotio deprehenduntur. Qui autem nihil eius participant, hi in vrina carnis liquoris non conſpiciuntur. Ideòque ſcientiam habere debetis, anatomiæ vrinam ſpectandi. In ea enim totus microcoſmus depingitur, cuius cognitio medico laudabilis eſt. Qui verò anatomiam vrinæ, quæ velut ſpiritus in ea latet, non cognouit: is garritu ſuo & inanibus indicijs omnem populum dementat & eludit. De hac vrina ſcitote, quod in veſica & renibus multis modis gignantur lapides, qui ex ſudoribus iſtis & excrementis principium acceperunt. Hos per tartarum diſcite cognoſcere ſecundum ſuas proprietates, vna cũ vniuſcuiuſque generis cura. Hoc qui facit, is plus quam dimidiam medicinam comprehenſam tenet. De hac natura & lapidibus tartari tenete, quod in multis corporis regionibus reperiãtur ſæpius, priuſquam regionem renum & veſicæ attigerint. Quod ſingulariter annotandum eſt. Hinc enim multę gignũtur oppilationes, varijs morbis chronicis in lumbis, dorſo, coxendice, artubus, lateribus & ſimilibus ſtipatæ. Et hæc genera calculorum in his locis ſunt etiam omnium vehementiſſima: cuius cauſſa eſt, quod multo durius & grandius illi coagulentur, magisq; angulares & aſperi, quam rotundi ſuccreſcant, maioriq; copia gignantur, & pluribus ac quotidianis ſymptomatis implicentur, quam reliqui, qui ex lotio proueniunt. De his plura inproprijs capitulis.

Anatomiæ vrinę neceſſitas.

Lapides veſicæ & renum.

Similiter ſtatuendum etiam de medulla: cuius liquor, proprius illius ſtomachus exiſtit. Iſte vero liquor eſt; carnis autem, tenuis aqua: ſanguinis, eſt ſpiritus. Huius medullę ſtomachus ęquè ſuam digeſtionem habet, ac ſtomachi cæteri, medullæ illi, cuius ſtomachus eſt, conuenientem & conducibilem. Huius tartarus coagulatus non eſt. Pinguedo enim coagulationem non fecit: ſed macredo. Quare pinguedo tartarum arcet. Hæc ſumma eſt præſeruatio eius anteuertendi. Quòd ſi ergò medullæ tartarus non coagulatur, & tamen ſeparatur, tunc reſoluitur; hoc eſt, ex ipſo alius peculiaris liquor naſcitur, qui liquor æquè paroxyſmum illum ſuſcitat,

Stomach' medullæ quis.

Tart. medullę cur non coagulatus.

Stomachus carnis quid & vbi.

Tart. carnis morbi qui.

Tart. carnis locus vbi?

ſuſcitat, ac coagulatus tartarus cum omnibus calcularib. accidentibus, & adiunctis ſimilibus. De hoc tartarico liquore id tenete quod multos morbos producat, quos arthritides, aut defluxus, aut ſimiliter pro regionum natura nominant. Hoc omne tartaricus pinguis liquor exſiſtit, qui in ſciatica ac arthetica exundat. Hoc probè obſeruandum eſt, omnem arthéticam, ſciaticamq́, quæ perfectæ podagrę non ſint, merum tartareum liquorem exſiſtere, qui in articulis, ſcia, neruis ac iuncturis pinguis ſucci inſtar decumbit, & velut calculus in ſuis locis paroxyſmat, prout paroxyſmi natura ac conditio eſt. Qui calculum curare & tractare nouit: is hunc quoque morbum ſanabit. Illum qui curare neſcit: nec hunc poterit. Vnde recordari poteſtis, quam incongrua Recepta Scribæ noſtri concinnârint, qui arthéticam, ſciaticam, dolores iunctuarum & ſimilia, ſuis incõditis & inidoneis medicinis curare conati ſunt. Benéque Recepta ad ipſorum intellectum quadrarũt. Nihil nouerunt: nihil præſtiteruut.

Tart. medullæ qui morbi.

Med. reprehenſ.

Liquor hic alijs quoque pluribus morbis permiſcetur: qui corpori extra naturam tartaream inhęret, ſeque ita inſinuat, vt interdum ægrè ac difficulter deprehẽdi poſſit. Is tamen qui tartaricum paroxyſmum cognouit, ſedem & locum eius nouit in quo ſeſe permiſcuit, & cum quibus morbis cognationem habet. Morbi iſti in genere omnes, qui cũ tartaro vniti ſunt, paroxyſmum duplicem habent, nimirum de altero morbo, appendicem ſuę naturæ: & morbus iſte, appendicem illius naturæ, de hoc liquore. Huiuſmodi vnio multiplex eſt in lepra. Et hæc cauſſa potiſſima eſt, cur priſci dixerunt, lepram eſſe incurabilem. Nec enim tartarum vel in minimo olfecerunt, nec eius curam quicquam comprehenderunt. Ideò, cùm non intellexerunt, meritò crediderunt incurabilem. Scire vos autẽ velim, quod non ſaltem incorporeum paroxyſmum, hoc eſt, inuiſibilem, verum etiam viſibilẽ ſuſcitent in eo, quod tartarus liquor eſt, velut hic in medulla, Sic enim in chiragricos omnes morbos procedit, & cũ ipſorum eluuionibus in eadem loca ac ſedes ſeſe ingerit, & ſali in exſequendo, erodendo, & excauando ſuppetias fert. Ideo perſępe vlcera pinguia inueniũtur, quæ tantum pinguedinem iſtam ex tartaro medullæ conceperunt. Quòd ſi ergò prædicto modo in permixtionẽ concurrit, & calcinatiuæ aut corroſiuæ naturæ eſt; tunc ſuam ipſius medullam rodit, & in oſſibus hęrens illa exedit, & dolores conciliat omninò implacabiles; niſi forte tartarus ipſe obſideatur & expũgnetur, qui tamen hactenus ſilentio oppreſſus latuit. Ideò medulla ſana eſt, vt excremẽta in oſſibus conſumãtur, nec ad regiones alias peruadant, hoc eſt, in articulos, in carnem, in venas, in aquam articulorum. Si verò tartareo more erumpant, multos morbos inuehent, quorum originis & cauſſæ falsò ac mendicaciter inexploratéque, cum tam inconcinnis Receptis, apud veteres deſcriptæ exſtant.

Morbor. tartar. paroxyſ. mus duplex.

Lepra cur veteribus incurabilis putata.

Med. reprehenſ.

In aqua articulorum ſimilis etiam digeſtio eſt, quemadmodum de cæteris dictum eſt, in quibus tartarus ſeparatus eſt, & peculiares morbos creat. Iã verò aquæ articulorũ nobiliſſima pars corporis eſt, & ſenſus acutiſſimi, ita, vt omnium minime pati ac tolerare poſſit. Huius tartari excrementum duplex eſt: vnũ eſt *liquor*, alterum *coagulatum* eſt. Omnium primò liquor exſiſtit: qui longo tẽporis ſucceſſu à ſpiritu ſalis coagulatur in ipſius formã, pro natura eius. Hæc natura diligenter notanda eſt. Multæ enim podagræ, chiragræ, ac gonagræ reperiuntur, cum hoc tartari liquore permixtæ, quarum cura debita nondũ inuenta ac manifeſtata eſt. Nec enim tartarum nouerunt: vnde curá eorum mancam eſſe oportet. Huiuſmodi podagram aiunt eſſe incurabilem. Imo id auctoribus illis crede & eorum complicibus. Quomodo enim incurabilis nõ ſit, cum genuinam cauſſam nec norint, nec intelligant? Nihil memorabile ac arduum hactenus docuerunt: non mirũ ergo ſi in hoc quoque ambigant. Solis nugis & blateramentis ſe exſatiant. Sic ſimilis ſimili vbique iungitur. Quod ſi ab Adami ſæculis impoſtor aliquis delituiſſet: hi tamen illum indagarent & eruerent. Et ſi modo ægri tacuiſſent, tunc hi nihil quicquá ſciuiſſent. Sic iam, quę ab ægris didicerunt & expiſcati ſunt: ea norunt: nec prẽter illa quicquam. Illa ita imperfecta doctrina ſit oportet, vbi diſcipulus docet præceptorem ſuum. Ideòq; nec ægri medicos docebunt. Saltem de doloribus & horum generib. loquuntur: de quib. ipſi in infinitum blaterant, nec quicquam aliud norunt. Sicut permanifeſtũ eſt, quod in morbis inuicem mentiãtur, nullum excipientes, ſed omnes in vnum comprehendentes, & nec cœli, nec concordantiæ, nec aſtrorum mentionem vllam facientes, in quibus tamen momenti

Tart. aquæ artic. culorum.

Aquę articulorũ. duplex excremẽtum.

Med. reprehenſ.

plurimum

plurimum situm est. Adde quòd etiam ignorent, quid prima vel vltima materia sit, quid homo sit, & qualis eius vita: & tamen omnia pro suo disponere & gubernare satagunt, inscij interim & ignorantes, qualená ipsorum obiectum sit. Ideo fides ipsorum magna est: opera exigua. Vos autem scitote, in podagra multos calculares paroxysmos concurrere. Et sicut calculus, qui magnum sæpe paroxysmum concitat, & conditiones varias promit: sic in podagra quoque multi paroxysmi insiliunt, ex podagræ natura minimè erumpentes, sed ex calculari natura surgentes. Illi tamen nihilominus podagrę tantum remedia applicant, & malum subinde deteriùs reddunt. Medicina, quę tartarum coercet, eadé in hoc casu quoq; podagram edomat. Ideoq; si hic tartarũ adimere nescis: nec podagræ etiam mederi poteris. Ideò illa nimis diù in libris tuis imperfanata manet, ac vnum hoc elogium tenet, Podagram esse morbum incurabilem. Quia enim falso fundamento vteris: ideò ad mendacium non erubescis, sed in illo strenuus es. Quod si ad summum te extricasti quidem, tum nihil nisi merus impostor es. Nam & in principijs & caussis aberras: & nugis tuis nescio per quę roseta diuagaris. Hoc ergo modo capitula quæ de podagra inscribuntur, intelligite: hoc est, discite nouisse differentias, quidnam podagra ex se sit, & quid sit, si tartari iste liquor illi permisceatur: maximè autem, si quando accidat, vt tartarus coaguletur, & in lapidosam naturam abeat. Tunc enim calcinatis medicinis vti debetis. Nam quod in principio secundum primá suam substantiam liquor est: id in liquorem rursus abit. Et hanc quidem transmutationem nouisse debes, si medicinę peritus esse velis. Sin minus, garritum præcide, & desiste, Sed denarius, per mendacia partus, ipsa veritate multo sapidior est. Istiusmodi docent Academiæ.

Podagra falso incurabilis dicta. Med re preheus.

Auaritiæ vis.

TRACTATVS SEXTVS.

PRæter hæc, quę hactenus percensuimus, plures aliæ quoq; in homine generationes lapidis sunt, quæ extra tartarum fiunt & enascuntur. Ista generatio similis est externæ. Quia enim homo Microcosmus est: in ipso etiam exterioris mundi generationes fiunt secundum suas differentias, prout Philosophia comprobat. Huiusmodi generatio in illis accidit hominibus, qui calculum non ex tartaro accipiunt quorum digestio & separatio proba est, ac tartarus cum excrementis permixtus manet, sinecq; contactu spiritus salis secedit. Cum itaque genus adhuc aliud supersit, simile priori, non tamen secundum tartareum paroxysmum, aut speciem, aut formam &c. sed saltem secundum generationem naturalem: ideo scitote, cum duę generationes sint, duas quoq; essentias præstò esse. Tartarus in se paroxysmum habet. Hæ autem paroxysmum non habent, nisi fiat, vt paroxysmus excitetur è confinio illo, vbi tartarus latescit. Tunc enim paroxysmi illi nõ calculo, sed confinio illi adscribi, & secundum id iudicari debent. Huiusmodi generationum multæ infantibus accidunt ex vtraq; natura, tàm ex natiuitate, quàm ex caussa propria: sicut suis capitulis sigillatim de his pertractatur. Huc autẽ ideò ista adduco, vt in infantibus idem fieri censeatis. Sępe enim nimiopere calculosi euadunt, ipsis quidem senibus grauius. Ipsorum tamen ac senum eadem caussa est.

Calculi extra tartarũ.

Quibus familiaris

Sed ad generationem naturalem extra tartarum iam attendite. Generatio in materia duplex est. Hoc est, quilibet gignendus calculus, necesse est calculosam primam materiam habeat. Ad quę consequitur, calculosarum materiarum duas esse. *Vna* eo modo in nobis est, sicut ea, quæ in magno mundo. *Altera* in nos ingreditur; hoc est, si eã in nos ingeramus: veluti si potum quendam sumamus, qui ex verè calculosa natura esset: non quidẽ nutrimẽtum, sed calculi materia ipsamet. Hæ istæ duæ materiæ sunt: ex quarum qualibet calculus in homine gignitur. Iã verò quod calculos parit, id eleméti istius astrum est. Astrum hoc, est igneus spiritus salis, qui illos congelat. Quod ipsum potiùs *congelatio* quam *coagulatio* vocatur. De his autem cogitate; opus esse, vt ante omnia quatuor in nobis eleméta cognoscamus, in quibus calculosa materia quædam lateat: hoc est, in illa aqua. Iam vero ignis in suo spiritu salis, in isto elemento ipsamet cõgelatio est. Quare quatuor astra, quatuor ignes sunt, hoc est, quadruplex spiritus ignis vel spiritus salis. Et si generatio adornatur aut emergit, vnà quoq; ipsius astrum adest, vnde congelatur: non secus ac in cœlo, nullus lapis aut fulmen est: & tamen veluti lapis ille erũpit, & alicũde oritur: sic quoq; scitote, vobis hanc generationem intelligendam

Calculi generationis qui modus.

Fulminis & lapidis collatio.

&

& accipiendam esse, non quidem lapidũ in fluuijs, in montibus, in riuis ac alijs, sed lapidum tonitrui. Illa enim hæc est generatio, de qua hic traditur, quę se in Microcosmo nõ aliter habet ac in cœlo.

Fulmen vt gignatur.

Primò autem necessarium est, istas generationes mũdi externi describi. Scitote ergò, lapides illos ex elementis ab ipsorum aquis lapidosis desumi, quæ tamẽ lapides non sunt, sed formam roris habẽt, ex suo elemento in aliud ascendentis. Et alterum elementum, est huius elementi vltima materia. Sic terminantur primæ materiæ lapidũ in cœlo: hoc est, quietus mundus istarum rerum mirabilium in se generationem hanc habet. Iam verò in Philosophia res quidem inuisibilis est: visibilis tamen eadem fit in vltima materia. Quòd si ergò spiritus cœli, ex sale geniti, cœlum gubernant: tunc occurrũt illis hæ generationes, quæ iam ista materia sunt. Spiritus, tempus, id est quod coagulat, in qua coagulatione alia quoq; concurrunt, generanturque eo modo, quo Meteorica tradit. In congressu verò istorum vnitorum elementorum, nascitur in cœlo lapis, qui indè violento elisu deorsum in terram deturbatur. Ad huius similitudinem scitote, hęc astra ac elemẽta in ipso quoque corpore latere, non aliter quàm in cœlo. Iam verò homo est cœlum, hoc est, omnes homines sunt cœlum vnum; hoc est, ex vno limbo. Quare huic, hoc: illi, aliud accidit. In suas diuisus partes, vnum tamen cœlum est: diuisum inquam in homine. Ex quibus consequitur, quod repentè, vnâq horâ, vnico momento talis lapis in homine gignatur, ea in homine gignatur, ea nimirũ ratione, quâ prædictum est.

Homo est cœlũ.

Lapis in homine vno momẽto fit.

Operæ pretium esset, huius generationis Mechanicam exactè perscrutari: sed hic locus ideò id non requirit, quod iam ante deceat medicum esse Philosophum ac astronomum. Quales cùm esse illos modo multiplici persuasum habeam: breuior institutio sufficiat. Hoc certum est, quoduis fulmen ex sale oriri, nec aliud quicquam esse, quam salem in prima materia. Spiritus autem salis congelat seipsum. Ideò verò quòd tanto cum fragore elidatur, caussa salis est, qui cum sulphure vniri non potest. Sal autem hic abit in lapidem: sulphur vertitur in ignem, hoc est, ipsius fulgur. Sulphur in aëre intra terram ac cœlum conflagrat. Sal autem lapidescit, & lapidis formâ deijcit ur. Iá verò primæ in homine materiæ sunt omnes spiritus, & omnia astra, & id tempus, hoc est, iste motus seu cursus. Quicunq; verò hominum cursum illum habet, quẽ tempus facit, is lapidem haudquaquam effugiet, sed eo necessariò corripietur & occupabitur. Lapides huiusmodi non multùm differunt â lapide fulminali in nigritie, coloribus, & adiunctis alijs: sed tantum duritie. Alius enim alio durior, molliorue cæteris lapidibus omnibus. Quare si eius Theoricam probè nosse desideras, opus est, vt primò diligenter expendas generationem fulminis: & tunc materiam ipsius quoque lapidis cognitã habebis. Ideò de hac hìc multa dici nihil attinet: quia Philosophia hoc loco medicum facit in eo, dum caussarũ cognitionẽ suppeditat. Cętera, quæ ad curam spectant, quærat Medicus in suis capitulis.

Fulminis quæ materia

Calculo qui magis obnoxii.

Sed & de istius generationis loco ac regione, vbi nimirùm in homine crescat, & vbi condatur lapis, quærendum est. Scitote ergò, corpus vniuersum generationẽ lapidis procurare. Est enim Olympus: & lapis olympi generatio est. Ideòq; omnia iungenda sunt. Ad ista iam consequitur: corpus, quod mollius est, materiam suppeditare in compactionem. Illa se colligit ad generationem in chao, hoc est, in concauitate media corporis, intra verticem & plantas pedum. Ex hoc medio generatio procedit versus imum fundum. Iam verò medium cœli secundum naturam stellarum in homine, est in cauitate diaphragmatis. Imum fundum est terra, Sic & vesica, & eius regio, quæ renibus subest. Et velùt in terram fulmen decidit: sic in vesicam quoq; & renes. Ibi enim anatomia est terrę & aquæ; hoc est, inferior globi & sphæræ planities. Iam ad ista consequitur: Quoniam regio hæc planities est inferioris sphæræ: eam etiam locum esse, qui generationem hanc sustinere cogatur, proùt cadit ac ponitur. Non autem in congelatione cadit: verũ in liquido. Congelatio autem vsq; adeò velociter incidit, vt cõgeletur, quàm primùm inferiorem planitiẽ sentit. Sic etiá quoduis fulmen in regione inferioris sphærę planitiei demum fit, cum antè liquor exsistat, id est, liquor lapidis. Congelatio enim in peregrina, non sua regione incipit. Ideoq; scitote, vnamquamlibet huiusmodi generationem, non vbi inuenitur, fieri: sed omninò in regione aliena, non sua inueniri. Tum etiam non talis est, qualis in suo loco. Velut ferrum, quod in igne liquidũ est, ex igne extractũ

Calculi quis loco.

Hominis & cœli collatio.

durescit

dureſcit & congelatur. Adeò magnus ſpiritus ille ſalis eſt, vt ea non liquefaciat, niſi ipſe effundatur. Sic enim dureſcit. Vt in noſtra Meteorica.

Spiritus ſalis vis maxima.

Porrò autem exploratum habetis, quomodò ſol lapides generet, ſi materiam ſuam habeat: hoc eſt, ſi habeat aquam, aut liquorem naturæ lapidoſæ, qui lapis quidem fuerit, ſed per aquam reſolutus, & à ſua congelatione eiectus ſit: hoc eſt. Aqua congelationem eius diſſoluit; veluti lapides plurimi ſunt, qui ſimili modo aquæ non poſſunt reſiſtere. Hi lapides cum ſua aqua, ſi à ſole exſiccantur, iterum lapides fiunt. Hac ex cauſſa arena & lapides indies creſcunt augenturq; , ſicut docet Meteorica. Iam ſi antè quidem in homine talis ſiccitas, velùt *Bolus*, *Lapis*, *Viſcus*, *Arena*. &c. exſiſtat: & materia illa per aquam reſoluta ab inſcio bibatur, tunc nihil fit aliud in corpore, quam ſupra terram. Quod ſi id natura extra ſe non eiicit, ſed retineat: tunc illud per interiorem ſiccum ſpiritum excitatur, ſicut aqua per aërem, per ſolem &c. & tandem fit lapis. Multis tamen is in locis agnoſcitur pro lapide terræ, hoc eſt, veluti illi in terra reperiuntur. Porrò autem vobis etiam hoc ſciendum eſt, quod in homine frigida brumalis conſtitutio vſq; adeò interdùm inualeſcat, vt ea frigiditate liquores congelet, ad modum glaciei; & tamen rurſus diſſoluat & liquefaciat. Nam ſi in homine tùm æſtas, tùm hyems eſt; ineruntq; eidem etiam Sphæra ſuperior, inferiorq; , & quæcunq; illorum corpora ſunt. Vnde ſequitur & comprobatur congelatio humiditatum in corpore, ex huius partibus egredientium, quas nos vapores vocamus: quorum ſedes in ſanguine, & quacunq; corporis parte humida eſt. Iſti ſiquidem vapores aqua ea ſunt, quæ ſupra terram congelatur, qui forſan non immeritò humores vocari poſſent, non tamen ſenſu vetere. Iſtam congelationem, ſi iterum ſoluitur, ſequuntur morbi apoſtematum, papularũ & ſimilium, quos ſcriptores veteres recte nondum aſſecuti ſunt: ſicut ſuis locis planiùs tradetur. Quicunq; vero ipſum hominem ſecundum hanc aſtralem, temporalem & eſſentialem naturam nõ cognouit, is iniquè Medici titulo donatur. Lapidum autem iſtorum ſedes priuata aut peculiaris non eſt: verum vbiuis locorum in corpore ſit: nimirum in emunctoriis ventriculi, veſicæ, renum, & in meatibus intercedentibus. Ad quæ iam conſequitur, medicamenta plurima eſſe, quæ huiuſmodi lapides reſoluãt, liquefaciant, & vel in bolum vel pollinem comminuant. Cauſſa eſt, quod talia ante quoq; fuerint. Ideoq; congelatio altera tam fortis non eſt, vt quicquam moliatur aliud, quam vt non reſiſtat propinatę medicinæ, reſoluendi vim habenti. Id verò lapides cæteri pro medicina adhibiti non præſtant: ſed in iſto medicorum decepti plurimi ſunt, qui cancrorum oculis, & lapide Iudaico, & milio ſolis &c. illos elidere & excutere anniſi ſunt. Sed horum inſcitia iam ſatis eſt detecta.

Lapidũ foris & intus ſimilis generatio.

Lapis in homine exintenſo frigore.

Vapores quid & vbi?

Calculi quis lædat.

Medici reprehenſio.

PARAMIRI LIBER QVARTVS.

De Matrice.

ITa hactenus quidem de morbis hominem affligentibus multa verbà fecimus: nondũ tamẽ perfectè omnia à nobis tradita ſunt. Quòd ſi enim ad fundamentum medicinæ reſpiciamus: tunc ſe Theorica alia Philoſophia & Aſtronomia in homine prodit præter dicta ſuperius. Ea autem de matrice eſt, ſolas mulieres attinente. Cum verò huius noſtri libri propoſitum aliud non ſit, quam vt rectè deſcribatur matrix cum ſuis morbis, velut etiam de cæteris partibus tractatum eſt: ſcire vos velim in principio, me de rebus inuiſibilibus loqui. Quis enim eſt vſpiam, qui in anatomia matricis ea inſpexerit, quæ deinceps ego propoſiturus ſum? Et licet quidem verum ſit, in iſto loco nihil admodum conſpicuum exſiſtere: viſibiliter tamen id omne iudicandum eſt. In ipſo aëre nihil ſpectamus: ipſum tamen manifeſto ſentimus. Sic & de matrice. Ideòque quod in aëre ſentimus, meritò videre debemus, quaſi videretur. Nec enim videre ſolum oculis datum eſt: ſed etiam ſentire. Secundùm tamen naturam Anatomiæ hęc omnia inſtituenda ſunt, hoc eſt, ex vero ac naturali fundamento omnia deduci ac ſeſe inuicem conſequi

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 126 sur 913

debent, non ſecundùm opinionem ac arbitrium noſtrum ſtatui ac definiri: ita nimirum: vt hac ratione contemplatio fiat inconſpicui, quaſi conſpicuum eſſet, vereque exſiſteret. Nec enim, quod videmus ſolum fundamenti loco eſt: ſed etiam quod tangimus: cuius tamen vtriuſq; vna demonſtrationis ratio eſt. Et quanquam matrix res longè quidem alia ſit: in hoc tamen ſaltem alia eſt, quod qui mundus minimus exſiſtit, is matrix ſit. Quo vero id modo ſit: explicare noſtri iuris & inſtituti eſt.

Matrix mundus minimus.

Conſpicitis autem, cœlum ipſum vtramq; Sphæram, ſuperiorem inferioremq; complecti, vt nimirùm nihil mortale ac caducum tranſgrediatur & peruadat in externis regnum, quod extra cœlũ hoc aſpectabile poſitum eſt. Mortalis enim rei cum immortali nulla cognatio eſt. Sic ergò magnus mundus forinſecùs concluſus eſt, vt extra ipſũ nihil egrediatur, ſed omne, quod eius eſt, in ipſo maneat, ac ita incluſum cum ipſo vnum perſiſtat. Et taliter ſe habet magnus mundus. Iam verò minor mundus homo eſt. Is ipſe quoque ſimiliter cute obductus & concluſus eſt, vt nimirum ipſius ſanguis & caro, & quicquid homo eſt, in communione magni mundi non ſit, hoc eſt, vt interna eius elementa, ſecundùm ſubſtantiam ſuam externa non contingant. Sic enim vnum ab altero mutaretur & frangeretur. Quod vt vitari poſſet, homo cute ſuperinductus eſt. Eâ homo eſt, vt â ſe inuicem duo mundi ſeparentur, maior nimirũ & minor: hoc eſt, mundus ac homo, ne duo ſcilicet diuerſa & contraria in vnum confluerent & coinciderint. Sic mundus in ſuo domicilio manet integer indiſtractus, nemoque in domo illa eſt, qui eum aut interturbet, aut violet. Itidem & homo in ſuo domicilio, hoc eſt, in cute ſua manet, nihil vel intromittens vel à ſe emittens, ſed ſtabili ſede ſe continens, ac cutis ſuæ homo vnus exſiſtens. Iam autem porrò, nec ſolus homo, nec mundus ſolus ita ſe habent: ſed præter hunc mundus quoq; alius eſt, omnium minimus. Is matrix vocatur. Hæc ipſa quoq; ſeorſim eſt: hoc eſt, ſua vaſa, cutem & vincula habet peculiaria, vt per ſeipſam quoque ſubſiſtat. Hæc â paruo mundo ſeparata eſt. Vir enim paruus mundus eſt. Hoc, minor fœmina eſt, exſiſtens ſcilicet mundus minimus. Ea enim â viro diuerſa eſt, ſuamq; peculiarem Anatomiam, vt & theoricam, cauſſas, rationes & curas habet. Et licet cum viro multos communes morbos ſuſtineat: iſti tamen à medico diſtinguendi probe ſunt: hoc eſt, a morbis viri diſcernendi. Illa enim â viro alius mundus exſiſtit.

MVNDI Magni, minoris & minimi mundi conſideratio.

Matrix autem nihil aliud, quam mundus concluſus eſt, qui cum cæteris nihil cognationis quidem habet, & tamen ipſemet per ſe munduseſt. Mundus enim eſt, eratq; prima creatura. Alter mundus erat vir. Tertius fœmina. Sic mundus ille maximus eſt. Hoc minor mundus, vir. Minimus & vltimus, fœmina. Iam vero mundus ſuam Philoſophiam & ſcientiã habet. Sic & vir. Sic & fœmina. In mundo naſcuntur vermes: ſic in viro: ſic in fœmina. Hoc vniuerſum iſto ſenſu accipiendum eſt, quod nimirum tria iſta creatura vna ſint, tanquam in Aſtronomia, & Philoſophia & Theorica. Quòd ſi mundus parit vermes: eoſdem parit & vir, & foemina. Generationibus enim non diſtinguuntur. Alia tamen ea eſt in mundo: alia eſt in viro: alia in foemina. Hinc conſequitur: quia forma dat eſſe mundo alteri, idem dare & corpus. Ex corpore ergò ſingularis medicinæ monarchia conſtituitur, ita, vt alia monarchia mundi ſit, alia viri, alia foeminæ. Sic triplices quoque Medici fiunt. Vnus mundi, hoc eſt, qui eum ſeruat, & ab iniuriis pruinæ, niuis, &c. tuetur. Alter viri, qui hunc ab offenſis præſeruat. Tertius foeminæ, huius curam agens. Hæ tres monarchiæ, etſi quidem â ſe inuicem ſeparatæ ſint: res tamen in monarchiis vnica eſt. Non enim â ſe inuicem ſeparantur arte, ſed ars omnes in vnum cogit & complectitur.

Mundus minimus fœmina.

Tres Medici, triũ mundorum.

Initium autem docendæ huius artis mundus eſt. Is quatuor Elementa in ſe continet, proùt in matrice ſua ſita ſunt. Medium horum homo eſt, qui concordantias vtriuſque illorum complectitur. Tertia & vltima ſcientia, foemina eſt. Iam ergo Medicus in Theoricis ſuis rationibus integer & perfectus exſiſtit. Extra has quid quæſo eſt Medicus? Sed de hoc porro attendite: foeminam ipſam mundum peculiarem eſſe. Et ſicut caro hominis terra eſt, alia tamen eius ratio, cauſſa, phyſica: ſic etiam foeminæ. Et veluti ſanguis Elementum aquæ eſt: ſic etiam cæteræ formæ ac corpora. Nullum tamen aliud, præter ſolum Elementum. Et, quemadmodum homo ex tribus conſiſtit,

Mercurio,

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 127 sur 913

Mercurio, Sulphure, & Sale: sic in tribus his mundus quilibet positus est. Caro sal est, & Mercurius & Sulphur. Ipsa terra quoq; est Sulphur, Sal & Mercurius. Sanguis est Mercurius, Sulphur & Sal. Mare quoq; est Mercurius, Sulphur, Sal: & sic consequenter etiam de cæteris. Elementa inter se differunt. Nam matrices sunt. Ideòq; discerni ea oportet. Ipsorum tamẽ corpota manent, Mercurius, Sulphur, Sal. Iam fœmina quoq; aliud est: estq; tamẽ etiam Mercurius, Sulphur, Sal, nõ minùs ac ipse mundus, non minùs ac ipse vir. De ipsa ergo ratum habete; cum id tale corpus in ista substantia sit, quod etiam ea mundus sit: diuersa tamen â mundo, diuersa â viro, sicut diuersa eius quoq; Physica est. Quia verò mundus est: ideò quoad morbos, similis quoq; est homini & mundo: alio tamen modo, & distinctè. Aliud etenim officium habet. Vnumquodlibet priuatũ officium separat Physica, & Theorica. Quare etsi quidem fœmina hydropisin, Ictericiam, Paralysin ac Colicam patiatur æquè ac vir: tamen monarchia aliter se ad virum, aliter ad fœminam habet. Fœmina non à viro tantùm differt, quantùm ex eo est; hoc est tantùm de pondere eius decedit. Ex viro ipsa est: ab eo tamen diuersa: ideoq; eius diuersa etiam est Anatomia, Philosophia, Theorica, Physica. Et similis tamẽ est etiam duobus reliquis. Nam caest mundus minimus & vltimus. Quousq; ergò matricis consideratio te docet fœminam â viro distare: couſq; etiam illius morbos â viri morbis distingues, statuesq; tecum, produci à mundo minime posse, quod potest â vito: & similiter etiam â viro produci nũquam posse, quod potest â fœmina. Ideòq; quia in hoc distant: secundum idem distabunt quoq; omnes eorum morbi.

Elemẽta matrices sunt.

Viri & fœminæ diuersa Anatomia.

Sic ergo nobis officium corporis mõstrat, Medicinæ Philosophiã aliam ergà fœminas præsumendam esse: nimirum, vt morbi earum cum virorum morbis minime conferantur, nec etiam signis similibus idem iudicium adhibeatur. Etsi enim similis mors viri ac fœminæ: etsi similes morbi viri ac fœminæ exsistant: tamen aliter vir, aliter fœmina medico considerandi venit. Si mortem ipsam ac miseriam spectes: vtrobiq; vna sitis, vna fames. Alia tamen sitis viri est, quam fœminæ: alia etiam fames. Vir enim si fameſcit, medius mundus fameſcit. Si fameſcit fœmina: mundus postremus fameſcit. Alius enim est postremus, alius medius. Quo interuallo ac discrimine mater distat â suo filio: tanto hæc quoq; â se inuicem distant. Non ergò curandus iste antiquorum error est, qui more suo exorbitantes, virorum fœminarumque morbos similes faciunt; vnã nempe Paralysin, vnam Apoplexiam, vnam Epilepsiam: hoc enim falsum est. Alia enim natura viri: alia fœminæ. Quare & medicina consistit in cognitione causarum, & notitiâ debitę curę. Quod si quidam erũpentia in fœminis menstrua, pro discrimine morborum eius à viri morbis, producere velint: tùm hæc distinctio ita aperta est, vt & à rusticis ac bardis inueniri ac statui possit. Quod enim ita fœmina est, id se non esse, rusticus nullo dubio credit. Ita tamen non sentit probus medicus: sed taliter iudicat medicinæ corruptor, & ægrorum seductor. Si enim medicus ita pronuntiat: *Apoplexia viri hanc originem habet: ex hoc vel illo subiecto, taliter se habente, taliter disposito gignitur*: aut *apoplexia fœminæ secundùm radicem suam ex matrice, in suo subiecto hoc illoue modo dispositæ ac temperatæ, suscitatur*: nisi, inquam, definite ita pronuntiet, Medicus certè nullo iure vocari possit. Duplices enim Medicinę supra terram. Fœminarum ac virorum. Alia enim illarũ: alia iterùm horum. Fœminis sua remedia conueniunt: viris pariter etiam sua. Et hanc discretionem qui negligit, is artem nullam habet, quâ contra hydropisin quâlibet pugnare queat. Hoc enim fundamentum est medicinæ: quod eadẽ æqualiter vtrisq; creaturis minimè competat: nisi hoc ipsum forsan affirmetur ore potius, quam præstetur opere. Quare enim omnis orbis ita sentit & loquitur: Hæc herba foeminea, illa virilis: hæc mas, illa fœmina est? Hanc nimirum ob causam, quod alij atq; alij etiam subinde vtriusq; sexus morbi sint. Qui si vnum exsisterent, quò diuisa in natura medicina opus esset? Ideò verò diuisa ea est, quod scilicet duo in homine mundi sũt, vnus fœminæ, alter viri. Quorum morbi cũ inter se diuersi sint, diuersam quoq; esse medicinam æquum est. Hinc iam dolum ac errorem intellige; quo Medicina hactenus intricata fuit. Ideòq; viris remedia commoda ex sua medicina, foeminis viciſſim è suâ Anatomiâ remedia debita depromite: nec latum quidem vnguem de hâc Anatomiâ decedite. Illius enim metam nemo nisi insipiens

Medic. reprehensio.

Medicinę vel virilis, vel fœminales.

Medicor. reprehensio.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 128 sur 913

transgreditur: qui causſa & radix omnis impoſturæ eo ausu redditur.

Æquum verò eſt, vt de his porrò diſſeramus. Nec enim leuiter hæc res aduerſę partis noſtræ aures vellicabit. Fœmina mundo propinquior eſt quam vir. Vir autem, ab eodem eſt remotior, in Anatomia, propter officium: idque hoc modo. Mundus ſunt quatuor Elementa, ſicut Philoſophia docet. Mundus autem is eſt, qui quatuor ſuis Elementis nutrimentum homini depromit. Aër non eſt primus cibus hominis. Cœlum ſecundus. Tertius terra. Quartus aqua. Hiſce quatuor cibis homo quotidiè eget, nec ſine ipſis viuere poteſt. Ex illis ergo nutritur homo: cum in ipſis & omnia nutrimenta & quicquid præter ea vſui eſt, enaſcatur. Iam autem, ſi homo concipitur, in matrice eſt. Semen vero hominis, ipſemet homo eſt. Vnde eo quoque cibo eget, quem requirit homo. Non quidem in externo mundo verſatur: ſed latet in poſtremo. Vnde ab interno quoq; mundo ſuſtentatur, non ab externo. Hoc reſpectu, fœmina mundi velùt matrix eſt, non autem talis vir. Ideoque matrix non es. Cùm verò conceptus homo nondum in magno mundo verſetur, ſed ſuſtentetur in mundo minimo: neceſſe eſt, vt mundus ille conceptui iſti ſuum quoq; nutrimentum ſuppeditet, tamdiù, donec in mundum magnum ingrediatur. Et cũ matrix iſte mundus ſit, in quo cœlum ac terra, aërque & aqua, quæ hominem â conceptione vſque ad eruptum in mundum nutriunt, contineantur: fœmina iã omnino aliud erit, quam vir. Alimentum enim fœtus ex ipſa miniſtratur, non ex viro. Quòd ſi Deus duos condidit, & in vno eorum mundum, qui ſemen claudat & comprehendat: tunc ipſam quoq; Anatomiam, & Philoſophiam & Phyſicã inter ſeſe diuiſit, in hoc, vt videat vir, quam altis natalibus ortus ſit: Ideòq; fœmina aliud ſubiectum eſt omninò, quàm vir. Illius enim radix ad nutriendum facit. Viri autem, in viro quieſcit. Quantopere à ſe inuicem diſtant pyrus cum ſua natura, & terra: tantopere quoq; vir & fœmina. Vir ſemen eſt. Semen eſt viri & fœminæ. Semen enim ipſius eſt, & in ipſo: eductio autem & propagatio eius in fœmina eſt. Arbor ſe ipſam gignit, ſi in terram defigatur. Aliàs enim in ſeipſa areſcit. Iam quicquid ſemen eſt, id ex eo excreſcit. Porrò terra arborem ex ſemine profert: quâ naturâ autem & virtute, aut potentiâ, id manifeſtum eſt. Eadem ſimilitudine ac virture fœmina parit infantem, ſiue maſculus, ſit, ſiue fœmella. Ad hæc iam conſequitur: ſi fœmina ager eſt, habebit ſe vtiq; velùt ager mundi, qui ex quatuor conſtat, nimirùm Elemẽtis. Ager autem terra eſt, in quam ſemẽ iacitur. Sic matrix terra eſt, & receptaculum peculiare. Ex terra verò nihil enaſcitur, niſi tria cætera Elementa ipſi coniuncta ſint. Nempe aqua. Aqua fœminæ, ſanguis eſt. Hic neceſſe eſt etiam aërem & ignem preſtò eſſe. Hæc duo cœli ſunt, Chaos & Aſtra. Et quemadmodum â Sole, Lunâ, ſtellis ac aëre, fructus terræ elici & ad incrementum produci manifeſtò deprehendimus: ſic in matrice quoque excreſcere nihil poteſt, niſi Elementa cætera præſtò ſint. Quòd ſi ergò Elementa talia eſſe omninò res poſcit: de his ſcito, nihil credendum tibi eſſe aliud, quàm quòd aliter ſe habeant ac vir, aut quod vir in ſe habet: nam ad nutritionem omnia faciunt. Ideò, quia nutritioni deſeruiunt, alia ſunt ab iis, quę ad nutritionem nõ faciunt. Ideoq; homo duplex eſt in mundo: aliud corpus vir eſt, & aliud officium: aliud etiam corpus, corpus eſt fœminæ, & aliud eius officiũ: & ſic alius etiam mundus: adeòq; alia monarchia in quâcunq; cognitione rerũ, quas de ipſis ſcire fas eſt. Et veluti terræ ac arboris nec natura vna, nec conditio ſecundum ſubſtantias & corpora exſiſtit: ſic iiſdem limitibus vir â fœminâ ſeiunctus diſtat.

Elemẽta mundi hominẽ nutriũt.

Matricis cũ mundo apta collatio.

Ex hiſce iam animaduerte, quantus error ſit, morbos tam fœminarum quam virorum vno eodemq; iudicio cognoſci. Non enim ex ſignorum ſimilitudine, ſimiles quoq; cauſſæ, ſimiles medicinæ præſtitui ac definiri debent: ſed intima ſcaturigo & cauſſa expendenda eſt, quid vnumquodlibet ſit, & quantum ab altero diuerſum ſit. A veteribus frugaliter & ſapienter id ita definitum fuiſſet, ſi conſideraſſent, fœminam quidem omnibus morbis, qui in viros cadunt, obnoxiam eſſe; cum illa ex viro ſit: ſed preter hos, alios quoq; deſignaſſent, mulieribus adeò vernaculos & proprios, vt impoſſibile ſit, à viro illos intelligi poſſe. Quia vero fœminarũ æquè ac virorum morbos vno communi capitulo, ac ſub eadẽ curâ cõplexi ſunt: indiciũ eſt, hinc eos ſeductos eſſe, quòd philoſophico examine illa nõ trutinarint aut expenderint. Fœmina, etſi quidẽ ex viro facta ſit: vir tamẽ nõ mãſit,

Medici reprehenſio.

Mulierũ morbi à virorum omnino diſtincti.

ſed

sed facta mulier fuit. Ideò verò, quia ex viro est, vir autem non mansit, sed facta mulier fuit, hoc addi debuisset, fœminæ morbos quoq; amplius minime viriles, sed omninò fœminales & dici & cognosci iure optimo oportere. Si ergò fœmina â viro diuersa est: morbos etiam vtriusq; adeò diuersos esse æquum videtur. Illi autem quoq; iuxtà probè attendisse debuerant, quòd prouidentia diuina Anatomiam in rebus nascentibus omnibus, diuiserit in fœminam & masculum; idq; non frustrà, sed pro instituendo medico, vt nimirum ex hac naturæ luce videat, qualem se gerere debeat. Sed his neglectis omnibus, ipsam naturæ lucem ille omisit, & phantasiæ suæ credens, medicinam eò redegit, vt idem verè euenerit, ac si quis per murũ, quæ intus in areâ fiant, perspicere velit. Illud vt impossibile: sic etiam hoc. De inuentionis modo, proprius libellus conditus est: quâ nimirũ ratione artes omnes inuentæ sint; non scilicet per huiusmodi speculationes; sed per autopsiam & experientiam ocularem: non per acumen imaginationis; sed per splendorem lucis naturæ. Qui rem quandam ipsis oculis contuetur: is rem expertus est. Qui rẽ non videt, nec eam etiam experitur. Sic nos quoq; nihil testamur aliud, quam quod videmus, cumprimis in Medicinâ, in quâ duas Anatomias magni mundi & rerum nascentium omnium videmus. Sic duas etiam hominis: vnam viri, alteram fœminæ. Id cùm videamus, ad indagationem penitiorem nobis ansa porrecta est: nimirum monarchiâ aliam fœminę esse, aliam viri, nec eandem in vtrisque. *Præter hæc* omnia autem, singulares etiá casus fœminas præ viris affligentes, ex suâ ipsius monarchiâ, non alterâ, cognoscendos esse: item, morbos illos, qui præter communes aliàs insiliunt, cognationem quandam & affinitatem cum morbis omnibus mulieribus sortitos esse. Quæ quidem pensitatio Physicam omninò aliam parit: quam tamẽ turba illa medicorum fallax ne quidem olfecit. Id quàm indignum sit, facile iudicatu est.

Medici reprehensio.

Glaucoma ergò, ô Medice, ab oculis distringe, & seductricem sectam depone. An enim nõ vides, quod dedecus cõmiseris in capitulis illis, in quibus pro vno morbo ponis tam virum, quam fœminã? Hoc est, vt [ceu dicetur,] consideres, omnium morborum muliebrium scaturiginem in mulieribus esse, & non in viris. Ideò ipsarum quoq; Physica â viris distincta manet. Præterea, alia quoque Anatomia fœminarũ est, quàm virorum: quod & ipsum â diuersâ Physicâ prouenit. Haud quaquàm ergò id tecum ita cogitabis, quasi vel cerebrum, vel cor, vel hepar in viro idem sit, quod in fœmina: sed hoc potiùs persuasum habe, mulieris cerebrum muliebre & non virile: cor eius, muliebre cor, non virile exsistere. Hoc discrimen tibi semper ante oculos positum esse debet. Mulierem vel de externo habitu cum viro compara, & videbis quid inter eam & virũ discriminis sit: & simul id, da operam, an nõ inuenias fœminam aliam â viro, & virum alium â fœminâ cognosci. Quod si hæ res separatæ sunt: separatæ multò magis illæ erunt, quæ cum Physica arctius cognatæ sunt. Si ergò fœmina aliud est: alij etiam radici incumbet. Ista radix matrix est: quæ illius caussâ genita est. *Si propter* matricem mulier genita est; super eandẽ quoq; fixa & statuta erit; ideò, quia propter eam condita est, & suum nomen accepit. *Si propter* matricem condita est, necesse etiam erit, vt ex ea sit, eiusq; simul naturam & conditionem cum & ex eâ habeat. Hoc ergo discriminat fœminâ â viro, quod vir viri instar crescat, ex naturâ virili: fœmina contrà ex naturâ muliebri, hoc est, ex matrice, super quam vir minime positus est, sed fœmina. Quæ si ex matrice est: eius etiam omnia membra, & quicquid in se continet, ex matrice erunt, & ab eâdem fouebuntur ac gubernabuntur. Ex quibus consequitur, quod omnes etiam morbi eius ex ipsâ sint, hoc est, cum radice ex ipsâ nascãtur. In hoc discrimen est, quod omnes morbi ex matrice suam conditionem, naturam & proprietatem adepti sunt: non itidem verò vir, sed is ex naturâ virili constat. Vnde colligere potestis, quanto interuallo â se distent, paralysis fœminæ, & paralysis viri. Quòd siquidem similibus signis se vtraq; proferat: id non immeritò fit. An non enim fœmina homo est, & homo etiam vir? Imò. An non ergò æquum est, vt similibus signis conueniant ceu homines? Reseruatâ tamen Physicâ, & conditione singulari Monarchiæ.

Matrix radix est fœminę.

Matrix caussa morborũ omnium fœminalium.

An verò hoc non discrimen sit, si fœmina Matrix verè vocetur, & Matrix exsistat, cum tamen id viro non conueniat? Item, si omnes illius morbi matricis sint? Nam virilia Elementa habere non potest, cum fœmina sit, & matrix.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 130 sur 913

Et licet nomina quidem morborum muliebrium cum virilibus conueniant: id tamen aliud nihil infert, quam vtrosque virum ac fœminam homines & vocitari, & esse; prædictâ tamen differentiâ dirimi. Quòd verò hinc sequatur, cùm nimirum similia signa habeant, cùm vtriq; homines sint, necessariò vtrósque etiam vnius naturæ & conditionis esse: id aprimè falsum est. Nam distinctionem eâ perpetuò seruari oportet, quòd nimirum fœmina super matricem consistat, & ex eâdem tùm crescat, tùm creuerit, & illam eius radicem esse. Ideoq; meritò etiam primũ illa est, quod in morbis illiusmodi Medico considerandũ offertur. Illi enim ex ipsâ enascuntur, non virtute virili, sed potiùs matricali. Secundùm virtutes has etiam trutinabis Physicam, causas & indicia: aliàs quicquid egeris, frustraneum erit. Et veluti ratum est, vnicam radicẽ vigere, ex quâ vniuersi morbi in viro enascantur: sic vnica talis est etiam in fœminâ, Tua vero scripta produnt, quod harum tu radicum nullam noueris. Aliàs enim tibi ipsi digitũ prius admordisses, quam mendacium prodidisses. Iam verò radicem morborum virilium considera: considera etiam radicem morborũ muliebrium: & computa tecum, quam honestè staturus sis cum tuâ Physicâ & causis ac indiciis? Nisi enim mulieribus radicem priuatam attribueris: suam peculiarem etiam viris adsignaueris; scieriſque medicinam diuisam esse, & partem hanc viris, partem illam fœminis porrigendá esse: non medicum certè, sed seductorẽ egeris. Ad quod nomen impetrandum, non magnâ vobis in mentiendo & adulando industriâ opus est. Ea enim vobis velut insita, studio facili in Academiis addiscitur. Hoc exemplum nunquam falsum reperies in Monarchiâ & Physicâ. Eodem enim modo, quo ex vnâ pyri radice pyrum enascitur, & ex radice pomi pomum: idemq; quod enatum est, suæ radicis saporem reddit: sic hic quoque morbus â radice non disseparatur, sed cum eo vnde excreuit, vnum manet. Et licet pyrum quidem â radice longe absit: ex radice tamen verè est. Eadem & colicæ ratio est. Quæ etsi quidem â matrice longè absit, ex ea tamen profluxit & genita est, sicut morbi etiam cæteri.

Medici reprehensio.

Ante fœminam viro nullus morbus.

Vt autem ex fundamento veritas eruatur, vobis adhuc quæstio vna proponenda est: *an morbi in genere, tam fœminarum quam virorum similitudine quadam conuenientes, á viris aut fœminis præsto sint?* Sed res clariùs explicanda est. Nullus in viro morbus deprehenditur, ante creatam fœminam. Nec etiam constat, virum, qui sine fœminâ creatus est, istiusmodi morbis vllis, quales à posteris eius ad nos vsq; propagati sunt, afflictum vnquam fuisse. Vnde iã intelligere licet, quòd, cùm morbi vniuersi deinceps primùm inundarint, ex fœminâ omnes ægritudines, miseriæ ac afflictiones nostrę scaturierint. Quòd si ergo de morborum nostrorum principio & natalibus, ex fœmina multò certiùs quàm viro, documentum desumi potest: tùm pol æquiùs esset, nos principaliter hanc quoq; causam aggredi, & de radice primâ, sicut ex eâ morbi enascantur, propius loqui. Nec enim ex matre sanguinem solum nostrum ac carnem haurimus: sed cum his etiam omnem nostram miseriam, omnesq; morbos ex eâdem extrahimus. Quæ si ita constituta sunt, consequenter etiam distinguẽdum videtur, inter morbos viri & fœminæ; & expendendum, quâ cognatione & familiaritate conueniant: adeòq; statuendum, illorum expressum discrimen dari, cùm & herbę & medicinæ discriminentur. Nimirùm semen viri, in viro manet, tanquam vir. Ac ob id, quia vir separatus est, in ipso etiam transmutatio dabitur, quâ â fœminâ ille separetur. Sicut forma ipsum separat â fœminâ (quâ formâ etiam eiusdẽ natura separatur, vt vir fiat, & maneat) sic fœmina quoq; manet, & fit fœmina. Sic ergò de formatione & eius dignitate statuendum est. Et tamen primę omniũ morborum radici hisce nihil adimitur. In viro enim radix alia non reperitur, quàm quæ â fœminâ extracta est. Ea autem formationis ratione in aliam Physicam traducta est: cuius physicæ scriptores veteres obliti sunt: nec id incommodè quidem, verùm vt assectæ illorum intelligant, quam leuibus fundamentis plæraque sua illi superstruxerint, ac de rerum veritate decreuerint.

Ex fœmina miseria humana.

Viri morbi à fœminę diuersi.

Vnaquælibet res, in alio crescens ac enascens, diuersa est ab eo, in quo crescit. Vir autem in fœminâ aliter non est, quàm piscis in aquâ, in quâ viuit, in quâ augescit, sine quâ viuere non potest. Iam autem piscis, aquæ quidem est hoc est, aquæ naturam habet: & tamen ob id aqua minimè est. Est ergo ab aqua diuersus. Sicut ergo aqua & piscis â se inuicem discrepant & tamen

Piscis diuersus ab aqua.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 131 sur 913

tamen vna iunguntur: sic vir quoq; in fœmina. Fœmina maris rationem habet. In eâ homo ceu piscis versatur, in natiuitate tamen separatus. Quod ideò fit, vt homo seipsum noscat, cuinam similis sit, nimirum, quod sit animal mundi. Quia verò mentem homo habet, ideò foras datur & nascitur; quod in pisce non est. Iam ergò, si pisci aliud tribuitur, quam aquæ, & aquæ quoq; aliud quàm pisci: propterea æquum est, medicum similitudinem istam attendere, scireq; virum esse semen, fœminam autem agrum. Et licet ipsa quoq; fœmina semen sit, licet ex viro: vir tamen ipsa minimè manet, sed in fœminam abit. Et tùm temporis ipsum semen euasit aut superauit, nec secundùm illud deinceps iudicanda est. Sicut enim vir illa erat in Adamo: sic à plastæ manibus tractata, vir ac costa Adami non remansit. Ideòq; de his ita statuendum est: conuenire vtique, vt fœminę â medico in peculiarem monarchiam collocentur, ac in aliâ tum Theoricâ tum Physicâ accuratiore scrutinio considerẽtur. Perperam enim ita scribunt: hoc capitulum tractat de *Iĉteritia* viris ac fœminis communi. Probatio ea etiam nauci & nihili est, qua per alios nimirum Galenum, Auicennam, Rasin &c. nostra tuemur & velamus. Nulla probatio est vel penes ipsos, vel vos, vel nosmet. Ea consistit in Philosophia, in fundamento lucis naturæ. Per hanc stabiliri omnia decet, non per nugatores istos & logodædalos, qui basin rerum in vesana suo cerebro locatam gerunt. Vnde decipi necesse est, quicunque vocem eorum audiunt.

Homo propter mentem foras datur.

Fœmina ager: vir semen.

Medic. reprehẽsio.

Quid dicemus de matrice, quòd inuisibilis sit: cùm nemo eius materiam primam videat? Quis enim id videt, ante se quod fuit? Omnes quidem ex matrice proferimur: nemo tamen eam vnquam vidit. Fuit enim ea, antequàm homo esset. Et quanquam homo quidem ex ipsa prodeat, ac subinde nascatur: nemo tamẽ ipsam conspexit. Ipse mundus ex matrice conditus est, ac ipse homo, & sic consequenter perpetua serie, quicquid Creatura est, id vniuersum ex matrice prodijt. Ob id operæ pretium est, vt, quid matrix sit, describatur. Matrix autem est, ex qua homo nascitur, ac prodit. Hic iam necesse est, inuisibile esse, quicquid in quatuor elementis conditum est. Velut enim mundus matrix est rerũ nascentium omnium: ita matrix quoque in corpore eâdẽ anatomiâ æstimanda est. Ante cœlum ac terram condita, Spiritus Domini ferebatur super aquas, & ab illis veluti sustinebatur. Hęc aqua matrix erat. In aqua enim creati sunt cœli & terra, nec in matrice vllâ aliâ. In hâc ferebatur Spiritus Domini; hoc est, Spiritus Dei, qui in homine est, quo cæteræ creaturæ vniuersæ destituuntur. Propter spiritum hunc, ne solus is esset, ipse postea homo cõditus est; & in homine ipsemet Spiritꝰ Dei. Ideòq; Spiritus Dei in hominem ingreditur, ac â Deo est, adque Deum redit. Cùm ergò mundus, mundus nondum esset, verùm aqua; & Spiritus Domini super aquas ferretur, aqua facta mundus est. Et sic hæc matrix est mundi, & creaturarũ eius omnium. Cùm verò tunc matrix quóque esset hominis: in eâ Deus hominem formauit, Spiritui nempe suo domicilium in carne. Eius hominis matrix, erat mundus vniuersus. Ipsius semen Limbus erat, semen nimirum, in quo mundus vniuersus inesset. Et hi primi hominis natales sunt. Porrò autem â matrice istâ homo separatus, & ex eo in illo ipso propria matrix condita est. Ea est matrix fœminę: quæ deinceps nihil aliud est, quã totus mundus. Et in ipsa Spiritus Domini fertur, qui se insinuat & imprimit in illius fructum. Quo modo is super aquas ferebatur: Sic â nobis hominibus is fertur super terram & aquam. Quem Spiritum nemo vnquã aut vidit aut videt. Spiritus autem ipse est, qui in matrice hominis, hoc est, fœminæ versatur. Ideóque in scortationem impẽdi ea non debet. In ipsa enim Spiritus Dei est, qui â Deo egreditur, & ad eundem redit.

Aqua matrix mundi.

Limbus semen mundi.

Scortatio cur cauẽda.

Iam autem in fœmina limbus quidem non exsistit: exsistit tamen Spiritus. Quid limbus aliud, quam semen est? Is quemadmodùm â Deo creatus, ab eodẽ posteà inde homo formatus est: sic illi deinde Deus virum substituit, vt limbus iam ipsemet esset, & hominẽ sibi fingeret secundùm similitudinẽ â Deo primitus conditam. Cumque homini non conueniret, vt ex terrâ, aut limbo hominem crearet, eique vitã inspiraret: Deus matricẽ aliã, quam in se contineret, & alium limbum, quẽ animaret, ipsi subdidit. Sic ergò homo in naturâ mũdi manet. Et sicut Deus cœlum conclusit, cùm in cœlo esset, & in cœlo hominem fabricaret: sic scire conuenit, nos hominem gignere non posse, nisi in matrice versemur pro datâ nostrâ potentiâ. Nec enim Deus se totum â suo solio extulit: sed saltem manum. Ita &

Matrix quid?

Homo non gignitur nisi in matrice.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 132 sur 913

homo ex solio suo totus non effertur, sed partes saltem porrigit ad hoc opus definitas & constitutas. Sic ergo matrices tres sunt, Prima Aqua, super quibus ferebatur Spiritus Domini. Et hæc ista matrix erat, in quâ cœlum ac terra condita sunt. Postea fiebat cœlum ac terra, & matrix Adę, manu opificis Dei conditi. Tandem ex Adâ formabatur fœmina, matrix omnium hominum, vsq; ad consummationem mundi. Quid includebat matrix prima? Regnũ Dei, circumdabat Spiritũ Dei. Mundus concludit æternum, ipsum ambigiens. Fœminam claudit propria eius cutis. Quicquid enim intra eam est, matrix est. Ideòque corpus eius cum viris conferri non debet, etiamsi ex viro descenderit. Ideòque in similitudine ipsi conuenit. Hanc enim ideò accipit, vt ipsi similis sit: in rebus tamen plurimis alias separata ab ipso, nimirùm, in substantiâ, conditione, naturaque ac proprietatibus. Patitur enim vir, vt vir; patitur fœmina, vt fœmina: ac vtrique patiuntur, vt duæ creaturæ, â Deo dilectę. Ideòque idem etiam demonstrat duplici medicinâ, â se datâ: virili nimirum, viris debitâ: & fœmineâ, fœminis attributâ. Ex his enim operari medicum oportet. Deus enim ipsum creauit, non homo. Ideòque opis ferendæ, non mendacij dicendi gratiâ datus est. Hâc gratiâ qui pollet, ipsum iuuat medicus.

Tríũ mũdoriũ tres matrices.

Cæterum cùm limbus sit prima materia hominis: operæ pretium est, cognitũ habere medicum, quid limbus sit. Quicquid enim limbus est, id homo est. Qui limbum nouit, quid homo sit, cognouit. Talem decet nasci medicum. Iam verò limbus est cœlum ac terra, superior ac inferior sphæra, quatuor elementa, & quicquid in his continetur. Ideòque merito microcosmus vocatur: quia totus mundus est. Cum ergò ista omnia homo sit: necesse est cognoscat medicus superiorem ac inferiorem sphæram, cum suis elementis, substantijs, naturis ac proprietatibus omnibus. Hæc si iam didicit: morbos hominis facili negotio nouerit. Is enim, quem Deus creauit, plura scire debet eo, qui ab homine gignitur. Ideòque penes ipsum scientia ac ratio est: quæ â Deo procedit, non homine. Et hæc de semine dicta sint. Quæ vero hanc materiam vlterius spectant, sciendum vobis est, quod Deus ex matrice, ipsemet, sine omni medio, hominem crearit, & ex matrice ipsum produxerit, ac hominem fecerit. Is verò ordo ac modus deinceps seruandus non erat: sed Deus homini limbum in naturam inseuit, aut cogenuit; vt porrò ipsemet limbus esset: hoc est, vt proprius sibi filius esset: Quòd si ergo is filium fors desideret; Deus matricem illi addidit: hoc est, fœminam. Sic ergò porrò ex duobus, non vno, homo gignitur: non ex ipsa matrice, sed ex viro cõditur. Quãquam in matrice fingatur. Quare deinceps quidem duo erunt, sed tamen vnum: duæ carnes, sed tamen vna, non duæ. Hoc ita intellige: Isti vtrique gignunt hominem, non solus alter. Ideòque duo sunt in vno: & vnum saltem est, quanquam duo. Sic homo conditur ex limbo, qui vir est: in matrice autem fingitur, formatur, erigitur, & naturâ suâ donatur, sicut in magno mundo homo primus, ceu suprà dictum est.

Limbus in homine.

Ideòq; apprimè necesse est, duos porro morbos cognosci, ex caussa scil. generationis liberorũ, sicut comprehensum est: vnũ, insitum aut aduentitium limbo: alterum insitum aut aduẽtitium ex matrice. Et hæc differentia caussa mihi erat, cur generationem hanc vobis explicarẽ, vt erroribus obuijs contrairetur. Iam autem matrix quidẽ visibilis facta est: proprietates verò eius ac operationes sunt inuisibiles. Qui enim fœminam videt, matricem viri conspicit, hoc est, mundũ, in quo nascitur. Quid vero id sit, quod hominem fabricet: nemo perspicit. Qui enim Deus olim hominem secundùm similitudinem suam fecit: is idem vel hodie præstat. Is autem est Spiritus Domini, in illo loco, qui super aquis fertur. Aqua autem est receptaculum & condus seminis, ex quo homo gignitur: quod semen est limbus. Iam vero matrix in operationibus suis inuisibilis exsistit. Quod inuisibile est, nihil patitur. Ideòq; de rebus inuisibilibus nullum nobis sermonẽ sumtum volumus. Quod vero visibile est, id fœmina exsistit. Ea ex tribus substantijs constat, Sulphure, Sale, Mercurio, prout cæteræ res omnes. Quicquid enim palpabiliter vsurpari debet, id necesse est visibile simul ac tangibile exsistere. Ideòq; & illa in his tribus consistit. Iam autem trium istorum prima materia inuisibilis est: visibilis vero vltima, quæ est totũ corpus fœminæ. De hâc vltimâ materiâ differendum est, vt eius monarchia inueniatur. Huius enim respectu ex illis tribus omnes morbi emergunt: hoc est, quicquid materia vltima prędictæ materiæ primæ

Duo in homine genera morborum.

Matrix qui inuisibilis.

Limbus quid?

Sulphure, Sale Mercurio, omnia visibilia cõstant.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 133 sur 913

primæ exsistit, id prima materia illius morborum est. Ideòque primò sciendum est, tres substantias esse, quæ morbos eos gignant, prout in fœminam cadant, vel scienter, vel ignoráter, prǫteritè vel prǫsenter, vel etiam in futuro. Ex quibus colligendum etiam est, fœminas externis astris solas ad modum viri subiectas esse, quanquam in diuersa Physica. Panis, qui nobis datur, is cibus omnibus animantibus est. Illum si homo manducat, hominis caro ex ipso fit. Si piscis: piscis caro inde generatur. Iam, quantum duæ hæ carnes inter se distant, tantum distat etiá Theorica illiusmodi impressionum, infectionum &c. Quare illa differentia meritò attendenda est. Nam cùm medicinę omnes ac herbę istud discrimen habeant: id medicus etiam admittet, cuius scientia veritas est, non mendacium.

Medic. reprehẽsio. Errauit ergò medicus, qui matricem in hypogastrio sitam, pro integrâ ac totali descripsit, & præterea fœminam cum suis operationibus secluſit, extraq; illas, eandẽ cum viro æpuiparabit: & hoc glaucoma est, quod illius oculis obtenditur. Nimirùm oblitus erat, in mundo foramen exsistere, per quod Deus manum suam immittat, ac in eo pro suo arbitrio operetur, & quicquid velit, faciat. Oblitus erat, Deum, fœminam mundum constituisse, in quo homo conderetur: ibique virum Dei vices gerere, qui ob id contactũ suũ quoque liberum habeat, non aliter intelligendum, quam, vt Deus etiam ê suo regno in mundum cœli & terrę manus suas iniecit, limbumq; arripiens ex eo hominem condidit: sic quoqũe vir, qui cum fœmina rem habet. Quod si hoc fors obstare videbitur, Deum nimirum solum limbum accepisse, hoc est, ex vno saltem loco non ex omnibus: scitote, neminẽ adhuc ilud intellexisse aut sciuisse, præterquàm quod homo mundus sit, & limbus sit mundus vniuersus. Eadem etiam in fœmina ratio est: vt tota fœmina matrix sit. Nam ex eius membris vniuersis ager hominis constitutus est. Et veluti terra opus habet, vt ab omnibus elementis, hoc est, omnibus totius mundi virtutibus sustineatur: sic homo quoque ex toto corpore fœminæ. Centrum autem id est, in quo fit operatio. Idem etiam aditus est â superficie omni exteriore. Et cuius naturæ matrix est, eiusdem exsistit etiam centrum, & totum corpus; cor scilicet, hepar, lien, & quicquid sanguis ac caro est. Iam verò quantùm distat matrix â viro: tantùm separantur etiam sanguis viri & fœminæ. Et licet vtérque quidem rubeat; quid id ad Medicum? Rustici pro sanguine vtrumque habent: non itidem medicus, nisi rusticorum venis donatus sit. Saltem enim putat se medicum esse, cùm tamen scientiam suam melius rustico non callear. Cum istiusmodi nihil proficias. Persuaderi enim non possunt, vt credant, discrimen aliquod intercedere inter metalla, lapides, ligna &c. Simile discrimen in his quoque est. Licet enim homo sit vir ac fœmina: duæ tamen formæ ac figuræ, adeoque duæ naturæ, exsistunt. Itaque fœmina monarchiam aliá agit, in morbis tam communibus quam singularibus.

Centrum fœminæ quid?

Medic. reprehẽsio.

Quemadmodum se vires maris seu Oceani habent, quoties id æstu suo statis exundat: sic se quoq; monarchia hæc habet. Iam quę causa est æstus marini? Hęc est, quòd mare scilicet consumit, quicquid in id ingreditur. Huius enim id mors est. Sic omnes aquę deuorãtur & obtruncantur in mari, in eoque immoriũtur, velùt homines supra terram. Quicquid verò absumit & occidit, id suam operationem habet, per quam infringit id, quod accipit. Operatio v. eius quotidie semel fit. Et quemadmodum homo, cibum quẽ comedit, concoquit: eoque accepto, operationem consumtionis aggrediens ventriculus, inflatur & distenditur: sic mare quoq; operationem suam exsequitur. In mari enim mors aquæ est; nec vlla aqua mare iterum egreditur, sed vniuersa in ipso commoritur, sicut omnia nascentia in terrâ moriuntur. Veluti ergò mari sui accessus sunt & recessus: sic ista in fœminâ quoq; euenire credendũ est, hâc de causâ quia mater est filiorum. Mare, mater est aquarum. Quia verò fœmina mater est: ideò sibi ipsamet huiusmodi fluxus parit, quorum æstuatio singulis mensibus accidit, per quam, ductibus â naturâ datis, ea ita expurgatur; vt nihil mortuum in ipsâ maneat, sed foras omninò exigatur & elidatur: quod tamen similiter in mari non deprehenditur. Sic ergò menstruum excremẽtum est rerum, ad matricem mortificationis gratia confluẽtium: quę porrò expelluntur & eijciuntur. Falsa illius medici est sententia, qui ex suo cerebro finxit, *hoc excrementum menstruum florem mulieris esse, velut arboris cuiusdam.* Probus certè medicus, qui stercus pro flore intuetur! Flos mulieris emergit, cũ concepit. Ea enim ipsa hora is erumpit.

Florem

Mare mors omnium vndarũ.

Analogia cĩtus maris & fœminæ.

Menstruum quid?

Menstr. flos non est, sed excrementum. recte.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 134 sur 913

Florem hunc deinde etiam fructus excipit, qui est fœtus. An verò ignoratis medici, quamlibet arborem florentem, ex fructu, qui erupturus est, florere? Et arbor etiam illa, quæ in se fructum non habet, non floret. Fœmina autem pro opinione vestrâ floret, & tamen in sese fructũ nullum continet: hoc est, florent pro vestro arbitratu virgines; sed vbi ipsarum fructus? Nullus est. Ideóque illud excremẽtum est.

Medic. reprehẽsio.

Quanquam is error valde crassus sit & Medicos tàm Galenicos, quàm Auicẽnistas cum suis asseclis nimiopere conspurcet, dicentes, *florere virginem sine viro, ex quo flos egrediatur.* Quòd si enim omnino florere dicenda est: tum fructus quoque necessario protrudet. Ex quo sequeretur, liberos nasci sine viris. O bliteos Doctores! Quid enim ex vestrâ inexploratâ scientiâ boni hauritis? Vos ipsos conuellitis, sicut istiusmodi hominum mos est. An verò ignoratis, quòd matrix nihil sit aliud, quam *Microcosma*. Si ergo parere debet, ad id emundata sit oportet. Hæc vero emundatio est, vt omnes sordes per constitutas vias extrudantur. Nisi enim depuratio illa integra sit, & mortuum omne secedat: conceptionem non admittit. Pura autem manet vsque ad euanescentiam lactis: quod lac non ex menstruo gignitur, sed ex mamillis, in hunc vsum destinatis & consecratis, emergit. Et quandiù impregnatio & lactatio durat: tamdiù excrementum nullum exsistit. Tranquilla enim omnia sunt, & huic tempori cedunt. Hoc tempore nihil quicquam etiam impurum, quo excernẽdum sit, nascitur. Talis enim natura est fœminę: vt quàm primùm cõcepit, transmutetur, omniaque illius sese habeant, quemadmodum per æstatem, qua nullæ niues, pruinæ aut hyemes gliscunt: sed iucunda, & amœna omnia rident. Huiusmodi amœnitate, & æstiuali iucunditate ipsa quoque matrix perfusa est. Itaque excrementa omnia tranquilla quiescunt, vsque dum hyems redeat, & eius pruinæ ac niues resultent. Tunc enim excrementa quoque rursus æstuant. Hîc autẽ opus est, vt intelligatur tempus pariendi, qualem id conditionem aut proportionem habeat. De hoc medico differendum est. Illud enim si ignorauerit, nihili erit, quicquid attulerit. Cœca nimirum illa inductio est, quòd menstruum lac gignat, ac id fœtus alimentum fiat. Stulti, naturam priùs percontamini: quàm libros commentamini. Hæ res omnes & singulæ in Philosophiâ dilucidius enarrantur, quo loco de generatione hominis traditur.

Mẽstruũ nõ datur prægnantibus & lactantibus

Lac non ex menstruo.

Ex hisce ergò cognoscite Anatomiam matricis, quidnam vniuersum corpus fœminæ sit: quodq; fœtus in vtero ex mamillis suum alimentũ attrahat, extra vterum, proliciatque ex illis optimũ & nobilissimum lac, haudquaquàm excremẽtum id, quod *menstruum* vocant. Cùm enim illo nullum venenũ tetrius aut nocentius supra terram inueniatur, qui illud foetui alimẽto esse possit? Quàm insciti & impolitus is sermo est, *hominem* nimirum *nutri eo veneno*: cum isto excremento nihil in corpore virulentius insit, aut alijs propinari possit? Nam aliam ad bonum transmutationem non admittit. Hoc est, nullum venenum cibus fit: sed venenum manet. Quis patrum est, qui filio suo lapides, aut serpentem pro pane porrigat? Nemo. Multò minùs ipse Deus: quod sedulò expendite. Hoc tamen verum est, naturam secundùm vẽnenũ suum quiescere & supprimi, quemadmodum sol steterat & figebatur tempore Iosuæ. Sic etiá sistitur omnis motus naturæ, à tempore conceptionis, vsque dùm infans desinat ita viuere, & more cæterorum hominũ pascatur & enutriatur. Quin & hoc verũ est, id, quod per partum ejicitur, inutile exsistere. Ex eo tu putas lac produci: cũ cõmodiùs mola inde succrescere possit. Et hoc fidelitatis diuinæ indicium est, quod sordes huiusmodi foetum non offendant, isq; ab illis tutus & securus reddatur. Et tamen tu ab illis foetum nutriri dicere non erubescis. Nihil enim vspiã ex sordibus vnquam nutritur, sed ex puris succis, siue arbores sint, siue herbæ radicesque. Ex subtilibus liquoribus, vt rore, pluuijsq; omnia nutriri volunt ac sustentari. His tamen omnibus dignior foetus est secundùm alimentũ. In infante plùs situm est, quã in herbâ campi. Tum is etiã naturæ molliſſimæ, ac tenerrimæ exsistit. Ideóque is curę matricis & pectoris demandatus est, vsq; dum solidius ad cibos robur assequatur. Iam iste fluxus in arbore, quid aliud est, quàm suũ ipsius sperma? Omnia enĩ se expurgant per spumã. Sic ipsa quoque natura per spumam emundatur, vt cibus foetui purior & exquisitior sufficiatur. Tu tamen contrarium asseris, spumam nimirum hanc, fieri cibum, & ex menstruo produci lac, quod in matrice retineatur, dum foetus in lucem edatur? quo demum tempore

Mẽstruum nullũ venenum fœdius.

Qui & cur menstruum cesset in gestatione & lactatione.

Nutritio à succo bono est.

Fœtus succo optimo nutritur.

Medic. reprehẽsio.

menstruum

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 135 sur 913

menſtruum in lac vertatur. Abundè ſatis ex huiuſmodi liquet, quo tu Philoſophię liquore tinctus ſis. Quod exundat, *(diligenter attendite.)* ſpuma eſt excoctæ eius rei, quam fœtus in utero materno comedit, & ex mammillis ſugit. Tu iam vide, quomodo excrementa exſpumentur. An non intelligitis ſi potus exſpumari deberet, tunc eius nihil fore reliquum? Hi Stoici auſteri ſunt.

Æquum ergò ac conueniens eſt, proponi tum morbos, tum, ſanitatẽ in ſingulari monarchiâ, cùm â virorum affectibus tanto interuallo diſtent; non quidem ratione pectoris, aut matricis, aut ipſius mẽſtrui: verum etiam reſpectu totius corporis, quod propter pectus ſeu mammillas, propter matricem, & propter menſtruũ conditum eſt. Quare ſi corpus propter iſta conditum eſt: ſecundùm illorũ quoq; naturam idem conditum erit, & non ſecundum naturam alienam: hoc eſt, maſculam. Et licèt perſæpe quidem vna eademque medicina viris pariter ac fœminis commoda ſit, veluti in peſte ac febribus accidit: ſciendum tamen eſt, iſthæc omnia ex vi aut narcotica ac ſtupefactiua, aut diaphoretica, omninò euenire; quæ tamen non ſecundùm veram originem ac methodum commodorũ remediorum adhibentur. Hinc etiam, quia non ex legitimo ordine deſumuntur, accidit, vt hodiè proſint, cras minùs, vt iuuent in peſte, in alio morbo non iuuent: de quibus plura ſuis locis. Quia autem recta & legitima methodo curandũ eſt; æquum eſt, fœminas cum ſuis morbis cũ ſanitate ſuâ, â viris omninò ſeparari. Exẽplum dabitur. Foemina eſt inſtar arboris, ſuum *fructum* ferentis. Vir inſtar fructus eſt, quem fert arbor. Hoc ita intellige. Arbori multis opus eſt pro ſuſtentatione, dùm proferat id, cuius gratiâ adeſt. Iam, ſicut iniuriæ arborem laceſſere plurimæ poſſunt, pyrum autem, paucæ: ſic quoque foeminam, præ viro. Foeminæ reſpectu vir eſt, quod pyrum, reſpectu ſuę arboris. Id deciditquidem, ſed arbor fixa perſiſtit. Iam verò arborem cura habet fructuum etiam aliorum, & diuturnioris vitę. Ideóque multa perferre patiúque cogitur, propter fructus, vt illi probè & feliciter naſcantur. Diligenter ergò; ſi boni eſſe velitis medici, quid hoc exemplum doceat, & quî intelligendum ſit, expendite. Si enim feceritis ſecùs: periti haud vnquàm medici futuri ſitis. Monarchiam hanc ſeorſim ruminate; & videbitis, quæ peculiariter arbori neceſſaria ſunt, pyro neceſſaria minime eſſe: & quod pyro neceſſarium eſt, arbori non eſſe. Hoc documentum ſiquidem externum eſt: tamen eadẽ etiam viri ac foeminæ ratio putetur eſſe. Vnde colligetis etiam, diſcrimen maſculi ac foemellę idem eſſe, quod ipſius pyri, & nuclei in illo incluſi. Quâ conditione hæc duo â ſe inuicem diſtant: ſimili etiã diſtãt puelli ac puellę: quod ad Philoſophiam hinc remitto.

Foemina eſt inſtar arboris: vir fructus.

An verò nunquam in vobiſmet ipſis expendiſtis, quod homo deſuper, nimirùm ex limbo ſit: ſed vir tantùm, non foemina? Secunda creatura eſt foemina, non prima, nec cum primâ. Ideoque infra virum eſt. Si ergò ſecunda creatura eſt, non ex limbo: alia quoque corpore erit. Si enim eiuſdem cum Adâ corporis eſſet, ex limbo quoque condita foret. Ideò verò, quia aliam monarchiam agere debebat, poſt virum facta eſt, ex viuente carne, quę caro fuit. Ex quâ tamẽ carne, caro alia creata eſt, ſicut ex limbo caro facta prodiit, quæ id non fuit, quod inde factũ eſt. Sic ergò foemina ex carne viri eſt. Caro verò illa foemina non manſit: ſed ſeceſſit à viro tantùm, quantùm vir â glebâ, ex quâ creatus eſt. Et hæc cauſa eſt conſtituendæ nouæ Theoricæ de foeminâ, eiuſque ad peculiarem Phyſicam referendæ: adeóque confutandorum eorũ, qui virum ac foeminam eâdem ſimilitudine cenſent ac æſtimant. Quanquàm hi ſpecioſè ſe proferant aliàs, ſi excipias ea, quę matricem, (quę locum & nutrimentũ foetui præſtat) attinent. Fœmina non ex limbo.

Iam verò foetus indigentiam conſiderare, quod ad eam toto corpore opus ſit: nec vnica in corpore ſanguinis quidem guttula ſuperſit, quæ matrici neceſſaria non veniat. Ideoq; ſanguinem immeritò illi ſepararunt. Sed rem nec ipſi intellexerunt: nec capere hodie volunt eorum pulli. Quam ſuauiter id vos fricat, quoties inſtatis, *hoc Galenus, hoc Auicennas dicit*. Hoc pacto nimirum vos ſatis velaſtis, & ſcopum attigiſtis. An verò putabitis, quia iſti illa dixerunt, ideò vera eſſe? De auctore primùm id conficite, quod verax & inculpabilis ſit; & tunc demùm ipſum authenticum facite. Sed labor iſte vobis magno conſtabit. Quia v. putridis illis auctoribus fides addicitur, eorumq; verba pro Euangelio habentur: tu verò nec ipſe per te emunctior es: ideò meritò cũ illis mendacibus auctoribus colliqueſcis. Similis enim cum ſimilis facile iungitur: & vtroſq; Medic. reprehẽſio. Auctores qui admittendi ſint.

& vtrosq; diabolus plerunq; congregat. Quia verò constat, conditionem aliam ac monarchiam in fœminâ vigere: iam duas quoq; monarchias statui necesse est: hoc est, monarchiam aliam esse fœminæ, aliam viri. Vnde quoq; consequitur alia notitia cœli, & vtriusq; sphæræ inexsistẽtis Microcosmica consensio, quæ â dictis cœcutientibus medicis omissa est.

Quoniàm nunc igitur ita separatur corpus hominis, vt aliud sit fœminæ: aliud viri: connexionis ratione, ad ista quoq; proponendũ discrimen est in morbis: vt nimirùm ea, quæ hactenus dicta sunt, planius & promptiùs intelligantur. Exemplum autem istiusmodi attendite. Ponatur icteritia vna, quæ virum occupet: ponatur etiam vna, quæ fœminam affligat. Vtriusq; autem icteritiæ eadem signa sint & prognostica, ac similia cætera, ita vt in vnum genus, aut specie vtraq; conferenda videatur: nec alia species viri, alia fœminæ statuatur, sed consideratis omnibus circumstantiis & indiciis, vna species morbi, hoc est, res vna putetur: Ad hanc etiam deinde vna cura, vna medicina afferenda videbitur. Sed ea tamen cura non procedet. Caussam vobis proponam. Medicamina quidem alia sunt Hermaphroditica, vtriq; sexui conducẽtia: de quibus singularis liber confectus est, quod loco hoc excipio. Sed ad tenorem veri regiminis hoc ita intelligite. Fœmina icteritiam habet, vt vir & prẽter eam aliud quid etiam: hoc est, corpus hoc, quod icteritia est, est profluuiũ. Quid est profluuium? Non est excrementũ seu menstruum: sed est totum corpus, ex quo menstruum emanat. Id corpus retinet nomen, profluuii, quod morbus fit. Aliàs est liquor Microcosmi. Liquor hic Ictetiæ subjectus est, ita adueniens, vt vna causa in viro ac fœmina sit, non tamen vnum corpus. Sic enim simili modo & pauum & lignum luteo colore tingis, qui vnus quidem color, id est, vnus morbus est: sed duo tamen sunt corpora illa. Et licet vnus quidem color, vnumq; signũm se proferant: medicinam tamen ad corpora dirigi oportet, non ad colorem. Sic & lignum, dolabra, ferrum malleo domatur. Veluti ergò respectus ad has res habendus est: sic scito, ipsum quoq; corpus medici oculis similiter subiectum esse debere. Eo modo nisi procedat, morbum nunquam expellet. Etsi enim medicamentis instet colorem dementibus: corpus ipsum tamen præstò relinquitur.

Icteritia fœminæ alia quà viri.

Hermaphroditica medicamenta quæ.

Profluuiũ quid?

Liquor enim Microcosmi, si in profluuiũ suum vergit, albescit. Hoc quid aliud est, quàm icteritia alba? Altera enim flaua est. Alba ex flaua nõ procedit, nisi sistatur. Sic effusiones multæ sunt: rubra, alba, flaua, nigra: quæ omnes vno capite comprehendi debent:

Icteritia species.

Porrò quoniàm corpus inuadendum est: non colores, verùm corpus & colores iunctim: ideò separatam & seiunctã medicinam esse oportet. Et licet quidem vtaris Hermaphroditicis simplicibus, aut compositis: tamen, vt id suo loco fusiùs deducetur, eadem tu non ex arte habes, aut impendis; verum ex vesaniâ aut imperitiâ. Nec enim aliter nobis persuaderi potest, quàm quòd saltem ea commisceas & confundas. Si succedit, attigisti rem. Hæc vera ars est, vt medicamentis muliebribus, non addas virilia; nec virilibus, muliebria: sed vtramque monarchiam in suâ Anatomiâ cõtineas, nec illas permisceas. Quod verò permiscetur, id ab vtrâque parte tale est, vt perfectum non reddatur. Vnaquælibet enim Hermaphroditica medicina sola ac seorsim, non cõposita propinari debet. Nimirum res ita se habet. Plantago compescit dysenteriã virorum ac fœminarum res ita se habet. Plantago compescit dysenteriam virorũ ac fœminarum. Est enim Hermaphroditica. Et tamen se separat, ac vtramq; in se Anatomiã habet, & ad vtramq; monarchiam seruit. Sic aliæ plures: quarum tamen numerus haud magnus est Si viro adhibetur, tunc arcanum mulieris intermoritur. Si adhibetur fœminæ, alterum viri interit. Ex Hermaphroditicis medicinis enata sunt experimenta. Ideóque in simplicibus cæteris nullum experimentũ consistit, sed saltem practica canonica. Ideò verò experimenta Hermaphroditica sufficere, â veritate longe abest. Quare enim iuuant experimẽta? Ideò nimirùm, quia morbus non canonicè inuadit, sed cõtra canonem. Ob id illa prosunt. Quod verò canonicè insultat; id canonicè quoque tractandum est: nec hùc quicquam facit experimentum vllum. Similiter, & quod canonicè non inuadit, canonicâ curâ tolli minime potest; sed hîc commodat solum experimentum. Sed his multa disquiri decebat: quæ tamen differuntur ad locum idoneum. Ex his cognoscite, magnum errorem eum esse, quòd scriptores, omnes morbos canonicè oriri autumant; ac ob id vbique curam canonicã proponũt. Hanc sequitur deinde

Hermaphroditicę remedia qui propinanda. Plantaginis vis.

Experimenta vnde enata.

Medic. reprehẽsio.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 137 sur 913

deinde canonica cura, ſuper quam error eorũ exſtruct⁹ eſt. Porrò, ſi cura canonica minùs proficere videtur, eã ſequitur Theſaurus pauperum, & alia euporiſta. Itẽ, *hoc vtere*, inquit, *in multis probatum eſt*. Itẽ, *Hoc efficax eſt: iſte enĩ id teſtatur*. Sic ergò error eorũ manifeſtus eſt, quòd non intelligãt diſcrimen inter curã canonicã & experimenta. Spectate verò cœcos medicos.

Cæterùm de exemplo ab icteritiâ, aut morbis ſimilibus desũto cognoſcite, flauedinem nõ vnam, ſed multas eſſe: ac ob id plures quoque icteritias exſiſtere. Et licet quidem bilis colorem illum exprimat: in ipsâ tamen vnicus tantùm color non eſt; ſed flaui vniuerſi in illa latitant, ſicut ſuo capitulo docetur. Iam vero aliud fel fœminarum eſt, aliud fel virorum. Sic alii quoque ſunt colores. Ideóq; ſi hi diuerſi ſunt: diuerſa etiam erunt medicamenta. Si hæc iterũ diuerſa: diuiſa quoq; medicina erit. *Aſſa* colorum promotrix eſt. *Reſſella* eorum ademtrix eſt. Centaurea eſt experimentum. Principalia tamẽ, quæ in his rebus ſunt, non Hermaphroditica, non colorum ademtricia experimenta: ea ex fundamento tractari debẽt, vt corpus obediat ac obtẽperet. Corpora enim in canonicis morbis mutantur: velut res quę coloratur, cuius tinctura nunquã euaneſcit, ſed corpus & color in vno inſeparabilia manent. Hoc modo conſtituta re, medicina non prædicto modo ſe habere debet: ſed procedet ex ſuâ monarchiâ: quæ corpus aggrediatur. In reNatura morborum duplex. ductione corporis, reduciturquoque ipſa ſanitas: ſicque abſcedit morbus. Duplex enim, natura eſt in omnibus morbis: *Cum corpore, & Sine corpore*. Quia verò hactenus id diſcrimen obſeruatum non eſt; argumento id nobis ſit, in curã eos aberraſſe. Quia enim aliud fel eſt in fœmina, (quod tamen omnes fellis conditiones ac proprietates habet:) ideò fel illud in canonicis morbis edomari non poteſt, niſi per propriam monarchiam; hoc eſt, per huiuſmodi medicinam, quæ â virorum medicinâ, in aliam Anatomiam ac Phyſicam ordinata & coniecta ſit. Ideóque, quod centaurea maſcula in viris præſtat, id eodem gradu prẽſtat etiam centaurea Dei prouidentia. fœmina. Tanti enim apud Deum id momenti fuit, vt fœminis peculiarem ſuam monarchiã attribuerit. Et ſicut eas â viris in aliud corpus ac naturam tranſpoſuit: ſic illis peculiariter etiam ſuum mundũ, & alimentum aſſignauit: medicumq; ad id prẽſtituit, vt ea ſcrutetur & cognoſcat, non verò Auicennam aut Galenum. Prouidentia enim diuina ingeniis iſtis fictitiis præuenit, dicens, illum ipſum creaſſe Medicum. Hoc idem eſt, ac ſi dicatur. *Is Medicus id poteſt, quem creaui egomet. Alter qui ſeipſum ingerit, falſus eſt.* Iam verò ex luce naturæ diſcernite, vter adulterinus, aut genuinus ex nobis ſit.

Sicut autem, ceu dictum eſt, propter duas monarchias, res naſcentes vniuerſę diſtinctæ ſunt: diſtinctum etiam eſt firmamentum, terra, aquaq; & aër in duas iſtas monarchias, vt vtraq; ſuam naturã tueatur: ita conſequenter iam intelligite, cibum, quo homo veſcitur, & cibum Medicinæ, rem vnam minimè exſiſtere: hoc eſt non eſſe vnius conditionis aut naturæ. Ratio eſt: quia omnis cibus, qui editur, ſimplex eſt. Et licet quidem in duas monarchias diſtinctus ſit: diſtinctio tamen illa ſaltem vires medicas concernit, non ipſum etiam cibum vel alimentum. Quanquam autem mulieribus cibus ex ſuâ monarchiâ ſumtus, in multis rebus ſalubrior ſit, quàm ex monarchia virorum: id tamen ex cauſſa morbi fit, non alimenti. Faber ac opifex in ventriculo habitat: is ex eo carnem humanam fingit. Is autem duabus naturis inſtructus eſt, cum coctio tamen ſaltẽ vnica ſit. Altera natura in eo eſt: vt, ſi in viro operetur, carnem virilem gignat. Si operetur in fœmina, fœmineã carnem generet. Hic *Archæus in corpore vis. cibus ſimplex, & humanus exſiſtit. Archæus autem, eum præparat homini in ſua monarchia. Ideò alimenti miniſtrãdi nulla cura medicũ angit: ſed ſaltem promẽdæ medicinæ, vt ipſa in ſuam monarchiam deducatur. Quod enim alimentũ concernit, id domat ac ſubigit Archæus in ventriculo, ac ex eo fingit formatq; quod opus eſt. Ac vt faber, ex ferro ſuo, quicquid viſum eſt, fabricat: ſic Archæus Cibus eſt homo. quoq;. Medicinæ autem ſimilis ratio nõ eſt. Illa ex monarchiâ ſuâ promẽda eſt, vt in ſuâ natura ſeruetur. Iſto enim in loco Archæus eam in aliud mutare nõ poteſt, quã quod eſt. Omne quod edimus, homo ipſemet eſt. Id ſi edit ac ingeſſit homo, facit ex eo, quod ipſemet eſt; hoc eſt, carnem & ſanguinem. Nam illa ſumus nos. Medicina verò non ſumus: ſed hęc hunc, illa alium morbũ pellit, prout affecti ſumus. De eâ ſpecie & genere, nobis dandũ & porrigendũ eſt. Nec enim ventriculus ex eo id producit, quod nobis opus eſt: niſi id prius acceperit, quod prodeſſe debet. Sin minus: tum virtute ſuâ id â ſe rurſus exigit. Ac ob id corpus ac illius morbi duo ſunt in vnum.

Cibi alimentoſi, à medicamentoſis differunt.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 138 sur 913

Ad hanc normã etiam reg mẽ cõſtitui debet, vt diuiſum ſit ſecundum ſuam monarchiam. Vnum enim regimen non ideò dari debet, vt ſanguinem ac carnem producat: ſed od id potiùs, vt expellat illud, quod ſanguinem ac carnem corrupit aut contaminauit. Ideoq; medicina vna præſens eſt, & vnus cibus; hoc eſt regimen producit ſanguinem ac carnem, non tamen ex alimento, ſed medicinâ. Hoc ita accipe: regimen ſcilicet eſſe *alimentum*, & eſſe *medicinam*. Corpus enim, quod morboſum eſt, non augeſcit, ſed minuitur. Ideoq; ſi velis, vt augmentetur, regimen oportet eſſe medicinã, quæ id agat ac procuret, vt corpus cibum pro alimento ſuſcipiat. Ac ob id monarchiã in ægro continuari oportet tum cibo, tũ medicinâ, quantum quidem ad morbum ſpectat. Quod ſi corpus ſanum ſit iſtâ opus non eſt. Hoc tamen verum eſt, nos res iſtas, quæ cum alimento medicina ſunt, vt *Lactuca*, *Bleta*, *rapæ*, &c. non ſimpliciter in cenſum huius monarchiæ locare, ſed aliquatenus diſtinguere, dũ conſtet, eas cũ medicinâ aliquâ concurrere, quæ vis in monarchia iſta ſeparari ita debet, vt fœmineſua bleta, ſua quoq; viro detur. Ex huius enim neglectu poſtea ſequitur, vt firmamẽtum ac aſtrales motus incidant, & in contrario corpore extra monarchiam diſſolutionem quandam moliantur. Vnde in mulieribus ipſarum tempus interpellatur: in viris, alia caro ſubnaſcitur. Quodque in hoc, viro commodum & ſalutare eſt, in altero, fœminę damnoſum ac nocens euadit. Nam regimen ponere homini ſano plùs eſt, quàm ponere egro: ſani enim multiplex notitia eſt, quę membris omnibus proſpicit: cùm contrà regimen ægrorum minimum exſiſtat, & arcana omnium potiſſima ſint. Iam qui in iſtiuſmodi, ſanitatis regimen præſcribit, is diuidatipſam monarchiã, & conſideret motum cœli, & ſubiecta perſonarum: & tunc præueniet cum eo, quod motus eſt in cibo. Cibus enim ſuũ aſtrum velut cœlum habet: ideóq; illi etiam reſiſtit. Hoc qui non intelligit, in aperto errore verſatur. Nec enim præueniet illi, quod iam eſt: ſed quod futurũ eſt. Iam verò ars omnis in hoc poſita eſt, vt, quod futurum eſt, id anteuertatur. Huius enim plenam cognitionem habere debet medicus. Si non habet, ars ipſius carnificina & latrocinium eſt.

Alimẽta medicamentoſa.

Medici in præſernando officium

Quoniam autem prima materia carnis ac ſanguinis hominum, res vna eſt, hoc eſt, cibus ac potus: ſed vltima materia duo ſunt, quæ ex vnica prima materia producuntur, vt caro maſcula, caro fœminea; quæ tantum inter ſe diuerſæ sũt, quantùm caro & piſces: tamẽ nec prima materia, nec vltima cognoſcenda eſt. Deus etenim, qui coniunxit virum & fœminam, vnam ibi carnem condidit, id eſt, in vnam carnem eos iunxit, vt vnum quoque cibum ederent, vnum potũm biberent, non duos. Ideoq; primam etiam materiam vnam habent. Archæus tamen alius eſt. Is monarchiam ingreditur eius, quod edit: ſed ex vnâ tamen ollâ cibantur, qui coniuncti ſunt. Quod ſi iam hic aliquâ Theoricâ opus ſit: eam ita intelligite, nimirum in his neceſſitatẽ eſſe, eius quod tranſmutatur. Scire autem conuenit, quomodo id ſit: & quid Archæus agat, ſi ex eo, quod vnum eſt, producit carnem maſculam & carnem menſtrualem, quæ magno diſcrimine diſtant. De his ita præſume. Quia ex cibo morbi naſcuntur ac inuadunt, id fundamentaliter cognoſci ęquum eſt, in vltimâ tamen materiâ, non in primâ: niſi fortaſſis prima materia in ſuis viribus. Hermaphroditica ſit, aut medicina aliqua diuiſę monarchiæ, aut virum, aut fœminã concernentis. Tunc enim illa adimi & excludi debet: quomodo vnâ operâ quoq; morbus adimitur. Si enim defectus in vltimâ, non primâ materiâ hæret, tunc id non primâ, ſed vltimâ deprehenditur. Ideò morbos etiam in eâ quærite, quod vltima materia hoc loco in ſeipsâ fracta ſit, & ſibi morbos ſuſcitet. Hinc etiam meritò Theorica eius ad præſcriptũ iſtius Phyſicæ dirigenda eſt. Et ſic demùm Phyſicâ eius aſſequetur. Videmus autẽ ac cognoſcimus, ſubiectum noſtrum in vltimâ materiâ poſitũ eſſe, nõ in primâ. Vnde conſequitur, nobis illic noſcendũ eſſe, quanto interuallo diſtent inuicẽ vltimæ materiæ fœminarũ ac virorum, vt æquo interuallo caſdẽ etiã in Monarchia diſſeparem⁹ & diſiungamus. Id enim niſi dicto modo fiat, certũ eſt, eo loco chronicũ, aut mortalem morbũ gigni ac contineri.

Archęus alius in viro: alius in fœmina.

Vltimæ materiæ virorum & fœminarũ diſferunt.

Porrò autem, de matrice alia quoq; tradenda ſunt, quomodo ea ſecundùm naturã Microcoſmicam cognoſci debeat, nimirùm, vt parua, ac tertia, adeoq; vltima creatura, quę tamẽ Microcoſmi naturam retineat. Scitote ergo, cognitionis generalis hoc eſſe, vt vas illud, quod concipit, condit, atque tuetur infantem; communi nomine Matrix vocitetur. Quanquam autem tota fœmina illa ſit: æquum tamen eſt, vt ſemen, cuius gratia

tiâ fœmina condita eſt, hoc nomen principaliſſimè ſeruet. Propter enim vas hoc mulier præſtò eſt, nec propter vllius alterius membri aut partis neceſſitatem. Vt autem matricem probius intelligatis, *ſcitote, totam fœminã terram eſſe, & omnia elementa.* Hæc matrix iam arbor eſt, è terra naſcens. Fœtus, fructus eſt ex arbore erumpens. Et quẽadmodùm arbor fundatur in terrâ, & ſic cum terrâ etiam in aëre, ac in aquâ, & in igne, quæ omnia ager præſtat: ſic in fœminâ quoq; inſunt quatuor fructus, quatuor Eleméta, ac ſuperior inferiorque ſphæra: in quorum omnium medio arbor figitur, cuius gratiâ fœmina facta eſt. Sicut terra & eius fructus cum Elementis propter ipſam arborem ſunt, vt eam ſuſtentent: ſic propter matricem quoq; adſunt omnia mẽbra mulieris, cum omnibus ſuis naturis ac proprietatibus. Cognitio ergò creaturæ iſtiuſmodi ita inchoãda eſt, vt inde diſcamus ſubiectum noſtrũ cognoſcere, quod ad ipſam medicinam ſpectat. Sed porrò. Veluti arbor ex quatuor fructibus, & quatuor Elementis, ac ex inferiore ſuperioreq; ſphæra ſui corporis & incrementi alimentum allicit, ſine quo vigere non poteſt, quodq; varie commutat ac alterat, vſq; dum arbor fiat, ac ſeruetur: ſic in fœminâ quoq; matrix, arborisinſtar ad ſe prolectat, ex omnibus vniuerſi corporis partibus, quicquid ad ſui conſeruationem opus eſt. Hocq; modo matrix à corpore fœminæ ſecundùm omnem formam ſuſtinetur, ſicut arbor ab omnibus, Elementis & fructibus. Vnde iam conſequitur, quia matrix ſuum alimentum arripit, opus quoque eſſe, vt ſuo ſtatuto tempore, ſingulis nimirùm menſibus excrementa eiiciat ac deponat, *Velut ſuperius dictum eſt.* Hæc ergò ſi iam ita cõſideres, quaſi matrix eſſet velut mare, & velut arbor: facili etiam negotio cognoſces, qui eius morbi, quæ vitia ſint.

Mulier propter ſolam matricẽ condita eſt.

In fœmina omnia inſunt.

Sic ſe ergò Microcoſmus ſeu minor mundus habet, in ſuo corpore continẽs omnia mineralia mundi. Ad quod conſequi ſcitote, quòd corpus medicinam ſuam ex mundo conquirat. Is enim ipſũmet eſt. Vnde iterùm conſpicuum eſt, *mineralia omnia homini vtilia eſſe, ſi quodlibet ad minerale ſuum in corpore Microcoſmi ſitum, adiungatur.* Horum qui cognitione caret, Philoſophus minimè eſt, vt nec Medicus. Primò enim ſi Medicus dicat, Marchaſitam ad hoc vel illud facere ac prodeſſe, neceſſe ſanè eſt, vt priùs ſciat, quid Marchaſita mundi, & quid Marchaſita Microcoſmi ſit. Iam autẽ hoc Philoſophicum eſt. Porro autẽ ſi medicè loqui affectet, dicet: *Marchaſita homini morbus eſt: ideoq; hominem iuuat aut ſanat.* Si corporis cutis exeditur, & eroſione illâ membrũ vlcus contrahat: quid id aliud eſt, quam Minerale? Inſtar enim ſalis eſt, & iuxta ſalẽ vnius gradus, vnius generis. Iam Colcothar foramenid ſanat. Quare? Ideò, quia Colcothar ſal eſt, foramen exedens. Sic Mercurius quoq; ſua vlcera ſanat, vt & Arſenicalia alia. Hæc verò vera eſſe, vel ab externis ſenſibus diſcere potes, atq; differentiâ illorũ ope experientiæ cognoſcere; nimirum hoc ſalis genus ſanare, & illud generis ac naturæ alterius eſſe: huiuſq; quæ sũt claſſis, vulnera minimè ſolidare, ſed potiùs Conſolidam, Mumiam, Balſama, quæ ſalia non ſint, vulnera ſanare. Id quamobrem? vulnera non fiunt â ſale. Ideoq; nec ſalia, nec vitriola, nec Mercurij, nec Arſenica iuuant. Quia vero foramina à ſale fiunt: Balſama vero, Mumia ac Conſolida, ſalia non ſunt, ideò ad foramina curanda eadem non faciunt. Hæc ſi taliter foris in cute eueniunt: ſciendum eſt, interiùs quoq; corpus iſta mineralia habere, ac ſecundum illa ipſa, non verò ſecundùm humores cognoſcendum eſſe. Sic ipſum corpus ex his tribus ſubſtantiis conſtat: ſic omnia materialia. Ac ob id taliter quoq; conſideranda eſt prima & vltima materia, quarum illa huic deinde concordare debet. Nam in concordantiâ omnia ſubſiſtunt. Hanc qui ignorat, iniuſtè, *medicinæ Doctor ac ductor* vocatur. Ægrorum ſiquidem nullum ſanat, niſi illi ex ſe ipſis conualeſcant, ad bonam fortunam & exiſtimationem medici: præter hanc enim aliam ex ſe non merentur.

In Microcoſma omnia mineralia ſunt.

Colcothar quid & cuius vſus.

Trium ſubſtantiarum cognitio vtriuis neceſſaria.

Ita ergò matrix morbos ſuos è terra concipit. Ac velut arbor, quam terra corrumpit, ſuum virorem, naturamque ſuam ac virtutem, ſuos etiam fructus ac poma amittit: ſic idem fœminę quoque euenit. Cuius corpus, niſi bonum, ſanum, ac ſymmetrum ſit, tunc matrix ipſa quoque vniuerſa, corrupta, ſterilis, inſalubris, inepta, & generis omnis morbis imbuta euadit. Ergò, quâ ratione terra & eius fructus cognoſcendi ſunt: ſic pari examine ipſam quoq; Microcoſmam expendes. Et quod terra in arbore perdit: corrumpit etiam matricem. Et quod acciditarboribus, matrici quoq; accidit. Si ex rebus extraneis arborem aliquid occupat, eam corrũpit

Antiquatum corpus ſterile.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 140 sur 913

Id naturaliter etiam in matrice euenit. Si color alius arbori præter natiuum inditur: tunc fructus quoq; eius tingitur & decoloratur. Sic matrix quoq;. Vnde in eâ multa emergunt, quæ infantes expiare coguntur, vt aut distorti fiant ac monstrosi, aut colorib. varij ac maculosi, aut alio modo affecti. Quorum euentuũ omnium caussa matrix est. Nam quod in tingendâ ac colorandâarbore vir manib. præstat:id fœmina præstat imaginatione suâ, sicut suo loco fusius dicetur. Vnde iam colligere licet,matricem vel sanam, vel ægram fieri,prout ab eo, in quo conditur,afficitur. Huius enim impetum sequitur. Illius ergò morbos iudicaturi, primùm omnia corporis mineralia euoluemus:deinde quatuor Eleméta, fructus, firmamentum,ac sphæram vtramq;.Hæc omnia si probè iudicamus: affectus matricis se facilè prodent. Omnium enim primò dolor se profert: de quo illa testatur. Has ergo mineralium species qui non cognouit: is nec matricis vitia discernere poterit. Quòd si enim Cachimia,arboribus strumas,& talcum vermes ingenerare potest:idẽ in vtero quoq; suscitare possunt, vt nascantur strumæ, ganglia,& nodi:& ex hoc exemplo iudicium etiam de morbis aliis facite.Quod si vos autem nullâ commoditate ita loqui potestis,hunc scilicet morbũ ex melancholiâ aut phlegmate, &c. generari: minetalibus omninò, id acceptũ feretis, ex quibus struma enascatur,seu fibrosa sit ac venosa, seu carnosa. Adeoq; ex hac caussâ morbos omnes inueniri opus est.

Fœtus affectus à matrice.

Sed de prærogatiuâ seu eruptione specierum in mineralibus, ita statuendum & censendum est. Quæ species dominiũ adipiscitur, ea gubernat etiam arborem istius terræ, id est,quę in eâ figitur. Hoc posito,scitote iam iterum:si natura quæpiam in speciem influit: non eximitur iterùm, antequàm species consumatur aut per mixtionem alienam superetur. Vnde post gignuntur fatui,amentes,strumosi,& alij monstrosi, vel secundùm naturam, vel personam, vel membra, vel proportionem. Et hæc secundùm morbos in aliis etiam rebus eueniunt. Iam vero conditione istâ in matricem depositâ,an non alia constituenda Theorica foret:Et quanquàm verũ sit,ipsum quoq; parentem per minerales huiusmodi species, similes sibi liberos generare posse: in quantum nimirum ipsius species fœmine indita exsistit:scire tamen oportet, matricem casum duplicã sustinere. Vnus ex ipsâmet eâ est. Is arboré concernit. Bona arbor,bonum fructum fert.Is sanus est in corpore, in terrâ,atq; etiam fertilis seu f[illegible]cundus.Tum & arbor bona est. Vnde bonus quoque fructus prouenit. Alter in generatione liberorum cõsistit: hoc est probum semen probum fructum gignit. Sic ergò semen ac arbor hic duo sunt, in duas partes diuisa. Arbor terræ, fructum suum etiam sine semine promit, perpetuò. Non itidem autem arbor fœminæ,nisi semen ad arborem apponatur per virum. Vnde patet,momenti plurimùm in semine positum esse. Quòd nisi ex se probum sit, arboris bonitate nunquam emendabitur. Ideoq;, quod arbori accidit: idem etiã semini.Vtraq; enim bona esse conuenit. Si quidem vtraq; bona sint: bonum tamen vnum tantum adest,nimirum fructus. Ideò alia quoq; accidentia concurrunt,quę in plantatione seminis matricem afficiunt:qui morbi secundum proprietatem viri, non fœminæ iudicandi veniunt. Sic ergo iam matrix diuisa est: in morbos nimirum proprios,& conceptos à viro.

Matrix duplicitèr afficitur.

Qualesemen, talis fructus.

Et hæc demũ vera & artificiosa Theorica est, ex ipsa naturæ luce enata, non ex cerebro fanatico. Morbi, qui fœminas ex viro attingunt, remedia virilia expoſcunt.Ex quo constitutum est,vt remedia virilia nephritidis, mulierũ quoq; nephritidem tollerent. Quâ ex caussâ? Non quòd vnica vtriusq; morbi caussâ esset, velut ipsi arbitrati sunt: sed quòd illa à viro affecta ægrotasset. Ideoq; virile etiam proderat.Quòd verò ex seipsâ habet,cõtra id,huiusmodi nihil prodest: sed ex suâ monarchiâ,& non aliâ, medicamenta depromi necesse est. Ideoq; ex dictâ caussâ remedium aliquandò proderat,aliquãdo minus.Et hęc non vnius, sed vniuersorum morborum veritas est. Hoc enim credere debetis,quòd semen icteritiâ perfusum, in matricẽ coniectũ, fœmininæ icteritiam concitet.Ratio est, quia id attractum, ad suam anatomiam progreditur.Quare si istiusmodi icteritiâ correpta mulier est,virilibus medicamẽti omninò curari vult ac debet.Vsq;adeò enim emittendi seminis auidum corpus est, vt ad opus illud omnes artus, omnia mẽbra sua moueat ac cogat.Vnde manifestum est, quod si dicta membra secedant, vnumquodlibet sui loci anatomiam, quoad egritudines, secum abripiat, ac se isto facto ipsummet contaminet,

Morbiin fœmina viriles vt curẽtur.

Semen icterici icterícam facit fœminam.

Vnde nascantur fatui & alij mõstrosi.

taminet, istiusque morbi generationi principium ita constituat. Magnum id præsidium imperiti medici esse putant, quoties clamant, *medicinam hanc, illam, hoc illoue loco, hunc, istum, morbum sanasse, tam in fœminis, quam viris.* Sed hic inscitè eos loqui, ratio euincit. Quod si similia etiam de puellis, virũ nondum expertis, testantur: eo sane suæ inscitiæ opinionem apud nos grauiùs confirmant. Ignorant enim, *puellas ex semine hæredes esse paternorum tùm bonorum tùm morborũ.* Cumq; mala ista à patre acceperint: paternis quoque ob id remediis sanescunt. Hæc pura puta illorum inscitia est ac imperitia, quòd nec morborum origines causasq;, nec eorum modos nouerunt. Dum autem suos subinde humores refundunt: exemplum Ioannis de Garlandia apprimè æmulantur: qui, quod potuit optimum, præstitit, & glossam super Alexandrum fecit. Quæ etsi quidem nauci sit & nihili, fecit tamen is, quod potuit.

Medic. reprehẽsio.

Ioannes de Garlandia.

Iam verò etiam noscendum est, quomodò duo ista conueniant; nimirum quòd à viro est, & corpus fœminæ. Igitur duo corpora sunt, quæ mutuam permixtionem non patiuntur sine alterutrius interitu. Corpora hæc duo sunt, corpus morbi, & corpus mulieris, quod passurũ est in suâ anatomiâ. Iam verò corpus fœminæ integrum est, nec frangitur. Vbi enim corpus anatomię frangitur, ibi medicina nihil proficiet. Nam corpori fracto nullum auxilium superest: sicut etiam lignum combustum, fractum, ac carbo redditum ac comminutum, nunquam redintegratur. Corpus autem morbi, hoc est, quòd à viro adest, est corpus morbi: sed non corpus materiæ primæ, verùm vltimæ tantùm. Porrò hæc duo corpora distincta sunt. Quod à viro corpus est, instar spiritus est. Quod à fœminâ est; corporeum exsistit. Spiritus autem & corporeum, ita consistere inuicẽ possunt, sicut aër in corpore, aquâ, ligno, aut lapide. Quod si aër prauus sit: tum & lignũ ex se morbosum fit: non quòd lignum, aut lapis ægrescant, sed quòd illud morbosum sit, in ligno aut lapide quod inest, & nec lignum tamen, nec lapis est. Id verò aër est. Sic ergò liquet, morbosum esse aërem, non illud corpus; & non lignũ ægrum putandum esse, sed ipsum aërem. Sic in hoc quoq; : vbi vir in semine suo morbidus est: seminis morbus aër est. Sic ergò morbus in corpore mulieris pro sua anatomia versatur, veluti aër in corpore alieno: hoc tamen dato discrimine, quod hic colores addantur, qui aëri concurrentes non adduntur. Sed quasi color exsistit: sic hoc accipite. Assumuntur, si peregrini sunt in isto corpore, in quo reperiuntur. Hoc enim accuratè obseruãdum est: quia quatuor corpora in substantiâ vnâ consistunt. in quibus morbi iacent, non humoris, sed corporis instar; & non quasi in isto corpore humor esset, sed liquor. Iam ergò Humor ista tu consideras, quæ tua ars sit. Quia enim nondũ corpus vllum ex quatuor constans cognouisti: ideo de sede pestis necessariò dubius es, an ea in sanguine, aut carne sit. Nescis enim sanguinem corpus quadruplex esse. Nescis etiam corpus quadruplex esse lapidem. Hoc ergò discе, priusquàm tiaram rubeâ capiti tuo imponas.

Corpus aliud morbi, aliud fœmina.

Spiritus & corpus qui consistant?

Medic. repre.

Probè à scientiâ instructus is est, qui compertũ habet, quid apostemata, quid corpus faciat. Is enim cognouit, sanguinem non facere ea, quę sanguinis naturæ non sunt: nimirum tam corpora mirabilia. Is quoque industrius ac peritus est, qui nouit, qua ratione fœmina à viro concipiat, in corpore alio. Hoc verò quare? Taliter hoc accipite. Cœlum facit alium virum, alium hominem, aliam fœminam. Hoc potest firmamentum, hoc astrum, hoc cursus potest. Sic vir quoque simili ratione, vt dictum est, mulieris astrum, & firmamentum ac cœlum est. Et sicut cœlum alium hominem facit: sic vir quoque aliam fœminam, hoc est, aliam naturam, ac proprietatem in iis rebus, quæ ad microcosmi rationem spectant. Ex influentia ac impressione fœmina constellatur à viro, illiusq; sydera ab ipsâ recedunt, ac in horum locum sydera viri recipiuntur. Hæc qui nouit, is veræ medicinæ viæ insistit. Qui verò astra minime nouit: isti horum nihil vel verisimile quidem erit. Quis enim naturę hostis est capitalior, quam qui eâ prudẽtiorem seipsum iudicat: cùm tamen illa nobis suprema schola ac disciplina sit? Talis labor habendus est scriptorum veterum, qui de morbis mulierum tot vana commenta addiderunt. Nec enim vel verbo vnico vnquam meminerunt mutationis istius, quę in interiore mulieris corpore per sydera viri instituitur, prout microcosmicæ duæ istę naturę inter sese mutuò afficiuntur. Inferior enim à superiore impressionem suscipit, id eoq; ad modum superioris etiam incli-

Medic. reprehensio.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 142 sur 913

natur. Hæc ex virtute Theoricæ & Phyſicæ duobus modis deſcribenda ſunt. Quod ſi enim corpus ex ſidere viri infirmandum eſt: tunc is impreſſione ſua inficit, quod ad ipſum inclinatur. Et ſicut ſtellæ cœli, quoàd morbos, inclinát ac cogunt: ſic iſte quoque curſus inclinat, vt adipiſcatur corpus aliud fœminę, gignendo iſtos morbos, qui ad aliam Phyſicam referuntur. In hiſce vos medici cœcutitis: cum non ipſam artem, ſed ſordidam pecuniam ſectemini.

Cœlum hoc, quod ita â viro eſt, ſeduló ac diligenter expendite. Ex ipſo enim morbi plurimi naſcuntur, qui perperam ad origines & cauſſas alias relati ſunt. Suffocatio matricis vnde. Sit pro exemplo ſuffocatio matricis. Ea vndenam eſt, niſi ex cœlo viri, corpus mulieris ita conſtellantis? Hæc huius morbi prima origo eſt. Qui ſi in actum deduci debet, tunc vir ęger eſt in caduco, hoc eſt, ſidus ipſius eſt caducum. Et hoc etſi quidem non ſit: tamen eſt inclinatio. Sic enim & ſtellæ hominibus morbos eos infligunt, quibus ipſæ tamen non laborant. Conſtellatio hæc ſi coniunctio ſit, aut impreſſio; tunc emergit ſuffocatio, quæ caduco ſimilis eſt. Iam verò hæc ſcholarum omnium inſcitia Medic. reprehenſio. fuit. Quarum alumni cum de caduco & ſuffocatione plurima commentati ſint, id tamen omiſerunt turpiter, vt indicarent, qualenam corpus ex quatuor caducus haberet, aut in quonam lateret. De his quia ſiluerunt: ſuſpicio non fallax eſt, ipſos de eſſentia morbi multò ignorátiores ac imperitiores fuiſſe. Commẽtaria ergo illorum meræ opinationes ac præiudicia ſunt.

Primum, quod medico incumbit, eſt, Vir, vt in fœmina agat. vt deſcribat corpus, ſubſtantiam. Hoc fundamentum id eſt, ex quo perfectus in arte medica iudicari poteſt. Idem hùc quoq; facit. Vir, ſiquidem ita in ſuo cœlo conſtellatus ſit, vt coniunctionem talem in ſe habeat: tùm eam erumpere neceſſe eſt. Iam verò duo is corpora habet, hoc eſt, duo ſubiecta; corpus proprium & corpus fœminæ. Si inclinatio in virum ipſum vergit, tùm ſydus eius, ac voluntas infirma eſt ac euanuit. Quod ſi vero non in virum ipſummet vergat, ſed in fœminam: tunc in eam peruadit caducus, non is quidẽ, quem vir habet: ſed matricis. Hic enim aliud eſt corpus, non illud, quod viro comparari poſſit. Nam duę quoq inclinationes adſunt: vna cœli externi, viri cœlũ referentis: altera cœli viri, quæ ſuffocatio eſt matricis. Ideóque hinc tres diuerſi caduci eluceant. Viri, virilis eſt: fœminæ, fœmineus: vterq; tamẽ ex vno cœlo. Nam huic conditio virilis eſt. Tertius, corporis eſt interioris, ſuumq; cœlum â viro accipit.

Scitote ergò ex hiſce, res iſtas hæreditario modo propagari, ſi non in patre, ſi non in matre, tamẽ in ipſo fructu. Hoc iam vnum eſt, quod vir ſeipſum non inficiat in rectis caducis cœli interioris, niſi in ſyncopen. Fœminam autem in matricis ſuffocationem. Puellæ, quę naſcitur, imprimitur ſuffocatio dupliciter: virginaliter, & muliebriter. Virginalis, ſyncopi ſimilis eſt, cum nonnullis incipientibus ſignis caduci inſultans. Suffocatio autem, ſyncope plus eſt. Et de his morbis ſuo loco peculiaria capitula condita ſunt, cumprimis ad intelligendum Mechanicum: quæ fuſiùs hic non enarrabimus. Puellæ duplicitèr ſuffocatione afficitur.

Iam quod de ſuffocatione dictum eſt, hoc ſimiliter etiam de præcipitatione ex viro, hoc eſt, ex ipſius cœlo intelligendũ eſt. Nam vniuerſi illi morbi, quos matrix ſuſcipit plures, quam ſub virilibus nominibus comprehenduntur, ex cœlo viri proueniunt. Et licet quidem in corpore muliebri oriantur ex terrâ, firmamento, aëre ac aqua, veluti pluries ante dictum eſt: cœlum tamen maxima cauſſa eſt, viri. Sicut enim peſtis morbus eſt, præter naturã viri è cœlo genitus, & tamen in viro incipit, ac in eo vltima materia eſt: ſic hoc quoq; in caſu. Iam autẽ præcipitatio ex aſtro eſt, vnde apoplexia emanat. Profluuium matricis ex aſtro eſt, vnde dyſẽteria, lienteria, diarrhœa oriuntur, quæ ſe in matricem ſecundum illud Microcoſmi corpus dirigunt, ac finiunt: vnde videre poteſtis, eſſe operæ pretium, vt res omnes ſecundùm primam originẽ, quomodò vnum ex altero & in alterum procedat, â medico conſiderentur. Poſteà ſequitur monarchia cum ſuâ interpretatione. Niſi enim morbos iſto modo in quatuor corporibus ſecũdùm ſpecies definias, primumq; rerum principium explices, & in anatomia perſeuerans, creaturam ſepares in virum & fœminam, adeoq; ipſam æquè quoque medicinam: ars certè aliud nihil referet, quàm cinnamomum exſoletum & exſuccum, in ore veluti pileus villoſus liquefcẽs ac diffluens. Sic arrident artes ac ſciẽtię iis, qui eas amãt: hoc eſt, illis, quib⁹ Deus eas impertiuit. Has etſi tu quidẽ apprimè calleas: tibi Omnia ſecundũ originẽ ſuam explorãda.

tibi tamen soli eas non tenebis, aut in illis blandieris: verum ijs imperties, quorum gratia omnis medicina creata est.

Medicus solus cõtemplator hominis accuratissimus.

Cùm ergò medicus is solus sit, qui Deũ omnium maximè extollere ac celebrare possit: æquum est, vt omniũ quoque peritissimus & sapientissimus sit. Nam, quis vsquam est, qui hominem, quid & qualis sit, & quam sublimis à Deo factus sit, accuratiùs cognoscere possit, ipso medico? Is vnus graphicè opera Dei præ cæteris illustrare potest, quàm nimirùm nobilis mundus sit, & hoc illustrior ipse homo: & quo pacto vnum ex altero versatili serie subinde procedat & fiat. Et istorum qui imperitus est, is de medicina nihil quicquam glorietur. Nimis enim operosè ac miraculosè homo fabrefactus videtur, si, quid is secundum suam substantiam ac natutam sit, altiùs speculando euoluatur. Et maximũ quidem hoc est, quòd assidue meditari debebant: Nimirũ nihil quicquam vel in cœlo vel in terrâ exsistere, quod ipsum nõ in homine quoque vigeat. Hæ enim virtutes sunt cœlestes, quæ mouebuntur. Deus enim, qui in cœlo est, in homine est. Quod enim & vbi cœlum est, nisi *Homo*? Quo si frui debemus: ipsum inesse nobis consentaneum est. Ideoque velut ex ore ad os præsentit, quid velimus. Nam & cordibus nostris propinquior est, quàm aut lingua, aut cogitationes nostræ. Is suum sibi cœlum spatiosum ac venustum, nobile ac optimũ condidit. Nam is vere in cœlo, id est, in homine habitat. Nam ipsemet quoque testatur, se in nobis habitare, nosque ipsius templum exsistere. In nobis ergo si est, ipsum adoremus ibi, vbi versatur, nimirum *in cœlis*, hoc est, in homine. Sedulò itaq; trutinet & expẽdat medicus, quid manib. suis tractet. Sibi enim curandum sumit subiectum nobilissimum & maximũ: nobilissimũ inquam, & in quo nimis, quam multum situm est.

Quid in mundo, idemetiã in homine.

Homo ipse cœlum, Dei sedes.

Quòd si ergò nec mundũ, nec elemẽta, nec firmamentum is nouit: quid quæso de homine nouerit, qui id omne est, quod cœlum ac terra complet? quid cœlum, & illa terra, & iste aër, & hæc aqua ipsemet exsistit? Hæc qui condidit, is vtramque quòque monarchiã condidit, & medicinas creauit in suis monarchijs, velut ipsum etiam medicum. Talem v. ipsum condidit, vt ex creaturis disceret: non speculationi aut imaginationi suæ fideret, sed ex singulis naturalibus scientiam sibi compararet. Hæc enim eius præceptores sunt. Ex ipso enim homine istarum rerum nec fundamentum, nec scientia vlla educitur. Hoc tamen verum est, Deum sibi medicũ constituere, quandocùnq; velit. Ea enim potentia est eius, qui omnia creauit. Sinit itaq; illum nasci, quando non homini, sed ipsi Deo tempestiuum visum est. Hoc enim sibi ad arbitrium reseruauit.

Medico vnde discendum.

Quemadmodùm ergò videmus, terrâ arbores suas ex coelo malas ac bonas facere (nam pauci anni sunt, quibus terra sola dominium habet, ac fructus suos secundum naturam producit, etsi valde bona sit: vsq; adeò fortis ac valida influentia est in rebus nascẽtib.) Sic de corpore foeminæ quoque statuendum est, eam sine inclinatione non esse. Iam verò cognitio ista non leuis est, quòd nimirùm bona terra bonos fructus parit, modo non ab externis, hoc est, coelo externo quid impedimenti inuehatur. Hoc ita intellige. Terræ ipsi secundum se prospicere non possumus, sed ferendum est, eam accommodari statui & conditioni coeli: nisi forsan quis prodiret, qui Philosophiam medicam rerum naturalium calleret. Sic ex parte foeminæ id se quoque similiter habet, imò magis. Custodiri enim ea ita potest, vt à coelo inferiore, hoc est, à viro non inficiatur. Infectione non introductâ, bonos fructus gignere ex eo potest, quia terra ferax & bona est. Multũ autem refert, nos id rectè intelligere, quomodo bona arbor bonos fructus pariat. Sensus autem genuinus is est. Arbor, quæ bonę naturæ est, bonos fructus parturit. Ea autem probæ naturæ arbor, malâ omni naturâ fortior est, ac in bonitate ita defixa, vt à malâ naturâ nullâ violari possit. Exẽplum ergò hoc omni ex parte quadrat isti allegoriæ Christi, dicentis: *Bona arbor bonos fructus fert*. Hoc enim bono sensu, à naturâ deprompto, dictum est. Ex bonâ ista progenie, à naturâ procedente, Christus suos sibi discipulos elegit. Ex illa vero, vnde malum prodit, duodecimum discipulũ sumsit Iudam. Apostolus enim probæ naturæ Christũ minimè prodidit. Sed is, qui ex malâ naturâ secretus erat. Quoniam autem Christus naturam bonã & malam tam diligenter nobis inculcat: ideoq; ex naturâ ipsâ id nobis euoluendũ est. Bonâ oblatâ nobis naturâ, efficacia præsto medicamenta sunt. Malâ naturâ obiectâ, idem nobis accidit, quod Christo cum Iudâ. Atq; modus hic seu allegoria negligi minimè debet. Ex ea sola enim

Bona arbor bonos fructus ferẽs qui intelligendũ.

Iudas à mala progenie.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 144 sur 913

proueniunt morbi curabiles & incurabiles, nec ex fundamento alio quocunque.

Natura quæ bona quę mala sit.

Quia autem Christus ipse præuidit, in natura tantũ situm esse, vt seligenda, bona ac mala natura etiam de salute æternâ intelligenda sit: tùm certè & medico dignum erit, nosse, quæ bona aut mala natura sit. Quâ caussâ id etiam hic propono ego, tali discursu. Mulier, probæ secundum sanitatem naturæ, ab inferiore cœlo, hoc est, viro, præseruari simul, ac non pręseruari potest. Videtis enim bonas alioquin in fide naturas, ad bonum & malum per præconem verbi inclinari & persuaderi posse. Os enim præconis cœlum quoddam est, & inclinatio. Sicut ergò is cœlum est: sic cœlum quoque fœminæ vir est non per os autem, sed per id, quo duo caro vna sunt. Concionatores prauæ naturæ, in illa perseuerant, ac per illam populum seducũt. Probi vero, hunc in officio continent. Fœminæ ergò bona sua natura retinenda est, cum viro, & ipso similis bonitatis exsistente. Sic enim bonum cum bono iunctum, mali nihil gignere potest. Sensu modoque planè naturali Christus ergo de coniugio locutus est cum dixit: *Quos Deus iunxit, hos homo non separet.* Id enim indicaturus erat: *Vos diuortio coniuges separatis, & pro arbitrio vestro statuitis.* Quare autem? Quia nimirũ vestra copulatio est. Vos autem prauę naturę estis. Ideò prauè etiam de coniugio decernitis. Coniugium autẽ, quod à Deo est, est iunctio eorum, per quos liberi electi nimirum Dei, nascuntur. Hoc vos separabitis minimè. Hoc idem dictu est, quasi explicuisset: *Coniugium, seu patrem & matrem, Petri, Ioannis, Iudæ Bartholomæi, Simonis, Philippi &c. Deus iunxit, & hi vinculo vno ligati manserunt. Ex his natus est Petrus, Iudas, Ioannes, Philippus &c. Bona enim natura ipsorũ patres ac matres & auos, omnes bonæ indolis coniunxit. Ideoque à se inuicem non separabuntur.* Quia ergò Christus bonam naturam tàm sedulò inducit, & ex eâ suos eligit: conuenit bonam naturam à medico quoque cognosci, vt eam in sua bona statione conseruet, nimirùm microcosmum & macrocosmum conuenientes. Nec verò eas conseruet saltem secundum virtutes, sed etiam secundum res corporeas, de quibus hic loquimur. Hæc cognitio ardua est, & magni momẽti. Quia enim hoc modo suos discipulos elegit Christus: ideò talem etiam regem esse conuenit, populumq; magistratus suos hâc normâ creare decet. Mala enim natura, bonitatem simulans, Iudas est: qui & ipse erga pauperes probum se præstiterat: sed non nisi suum lucrum quærebat. Non ergò ex specie externâ sermonis, verum ex intimâ naturæ probitate electiones fieri oportet. Plùs enim boni habet in ore natura mala, quàm bona. Bonaq; cõsistit in operibus, & actionibus: mala cõtrà nihil præstat, promittit multa. De ore iudicãdum nil est: sed est de corde. Quod quidem os nunquam ingreditur, nisi per opera. Hæc omnia ita intelligite, quasi conueniens sit, vt medicus naturam bonã in bonitate eius cognoscat. Quia enim in corde illa sita est: naturam eius indiciũ facere æquũ est. Sic enim & Christus de coniugio loquitur: *Quos Deus iungit, hominum nullus separet:* hoc est, si bona natura coniugium est, vos iunctionem illam non separabitis, sed ipsa inconcussa manebit, quam vos etiam haud vnquam dissoluetis.

Os præconis, quoddã quãficelum.

Tale facit tale. Christi verborũ sensus.

Iam, velut ex coniunctione natura cõiugij, proba ne sit an mala, dignoscitur: sic scitote, idem ipsum quoque in ipsâ natura rerum inquirendum esse. Nam quicquid in ea bonum est, ex eo boni nihil gignitur. Sicut enim res vniuersæ à se inuicem distinctæ sunt, velut Sol, Luna, Nox, Dies, Diaboli, Angeli: sic hæc duplex natura inter homines quoq; deprehenditur. Quæ natura tenebrarũ est, ea, quocunq; se vultu ac modo exhibeat, semper tenebrosa & mala est. Ex eâ nihil boni statuitur, vt nec ex diabolo.

Ex malo nihil boni manat.

Si ergò ita cum natura comparatum est; certe nihil quicquam ad bonum conferri posse videbitur. Quod ideò hîc repeto, quia superiùs constitueram, bonam arborem, id est, fœminam, bonam manere, si in principio bonæ naturæ fuit. Si talis est: ab infero cœlo viri sui deterior non fiet, hoc est, ex quâlibet bonâ naturâ, sani bonique fructus nascentur.

Eadem & cordis ratio est: quod hîc ad medicum non spectat. Verùm enimuerò & hoc discrimen in medicinâ tenendum est: quod nimirum sæpe terra quædã bonos fructus fert, id est, bonum in eam semen conijcitur, quod tamen degenerat. Quare res quęque ad suam naturam referenda est: vt nimirum terra & semen conueniant. Hoc est enim illud coniugiũ, quod homo non separat, hoc est, quod iũxit Deus. Super saxum enim semen iactatum, perit: hoc est, tabescit, ex se alias nõ malum.

Christi discipuli quales q. electi.

malum. Bona natura assiduò conseruatur, ne in odium Dei agatur: etsi quidem cum istiusmodi corde deficiat, sicut bonæ naturæ proprietas ea est. Sic in medicinâ quoque: si quispiam illorum morbo occupatur, tunc is ex eo vi medicinę resurgit: mala verò natura decumbit. Vnde ęgri curabiles & incurabiles reperiuntur. Qui certè, si inter se conferantur, Petri & Iudæ similes fient. Hîc, qui non surrexit, sed se suspendit talis mansit.

Morbi quãdoin curabiles.

Multa quidem hactenus dicta sunt de incurabilibus morbis: sed fundamentum nondum tactum est, nimirùm propter naturam. Bona natura ipsa quoq; moritur, nisi resurrectionem, hoc est, auxiliũ medicinę accipiat. Hîc insciția medicorum concurrit, qui ex inopiâ artis hoc incurabile pronuntiarunt, quod curabile omninò fuit. Sic primò hîc considerandum est, cœlum inferioris sphæræ. Deinde, superior & inferior sphæræ iunctim, veluti cœlum vnum. Porrò natura ac conditio. Deinceps corpus. Tandem matrix per per seipsam. In his Theorica tota continetur. Similis natura in medicinâ quoque quærenda est. Ex fundamento enim procedit ars cõpositionis, ex anatomiâ emergentis: non quidem ex gradibus, complexionibus & experimentis: sed ex anatomijs, quæ cuiuslibet medici & principiũ, & finis esse debent. Sine his enim composita non erit. Ars suę ipsius index est, per istiusmodi, nec se abscondit quicquam. Virum enim ac fœminam iungi oportere, ex solâ anatomiâ nouit. Æquè & medicum nosse decet, medicinam & morbos pro naturis suis iungi oportere. Hoc enim si nouit medicus, medicinam sanare morbum: scire ipsi hoc etiam conuenit, cum morbi plures vnico sint, medicinas quoque plures exsistere, quæ & diuidantur inuicem, & in vnum congerantur. Et hoc per anatomiam fieri oportet. Quanquàm & hoc verum sit, Medicinam dari vnicam, cui, omnes anatomiæ insint, morborum omniũ simul, & omnium medicinarum: qui medicina rerum omnium summum est. Eò etiam suo tempore cœlum recidet, vt vnus saltem saltem gliscat morbus; vnatantum medicina superet. Et hoc solus astronomus ac Medicus intelligit. Quia verò sophistica, quæ hactenus inualuit, nondum eliminatur: ideò arcana ista nemo scrutatur. Nã pharmacopœorum fex veram medicinæ præparationem polluit ac contaminat.

Plures morbi, plures medicina.

Medicina quæ summa.

Med. & pharmacopœorũ reprehẽsio.

Sed vt ad principium redeam, & conclusionem inchoem, porrò hinc discite, quo pacto vniantur inuicem *Centrum matricis*, & matrix integra seu tota: & attendite, quâ ratione vnum alterum inficiat. Nimirùm ita. Quâ ratione Sol subtilitate suâ vitrum penetrat, ac quod intus in vitro concluditur, calefacit, ac velut ignis per fornacem in hypocaustũ insinuatur, rebus interiectis nihil lęsis: sic spiritus morborum centrum matricis peruadunt; non poros ipsos, aut meatus. Ideóque credite, parùm fidei tribuendum esse vanitati isti, quâ in magnis & acutis morbis transitus per poros statuitur. Nam omnes huius generis morbi tantum spiritus sunt, à corpore non egredientes aliter, quàm velut calor à Sole. Quem Sol vrit, hunc spiritus Solis vrit. Discrimen v. in hoc obseruate. Sicut Sol calefacit per vitrum, ignis per fornacem: non æquè tamen calefaciunt per cutem hominis. Calor, qui in morbis illis emergit, calor corporis est, qui ab extraneo quidem auctus, in suis liquoribus efferuescit. Vapores enim is eiicit, sicut ebullientium rerum omnium natura ac conditio est, per poros. Spiritus morbi, de quo hic sermo est, ex centrò matricis ita intelligendus est, quod is alia & diuersa à sole substantia sit. Et est substantia matricis: & sol illius substantia est: sicut tres istæ naturę ac centra distinguuntur. Quod si ergò matrix morbum fouet: id primum est, quod morbus iste corpus fiat, quod ipsum decumbit. Postmodùm vapor eius exundat, seu spiritus ab eo effunditur, qui non nisi odoris, ex moscho aut rosâ exspirantis instar est. Is peruadit & penetrat, à nemine vel visibilis vel palpabilis. Tales sunt omnes morbi ex matrice in corpus egredientes. Qui vere deforis ex corpore in matricem inferuntur, hi cum suis corporibus corporaliter exsistunt: sicut suo loco deducitur. Iam ad hęc scitote, spiritus ex matrice in corpus peruadentes, coloratos esse; hoc est, vim colorum cõtinere. Causa est: quia sicut spiritus vitrioli tingit, & tamen spiritus est; Sic spiritus quoq; tingunt aut colorant morbos, corpusq; in locis omnibus corripiunt, non secus, ac si ipsi corpus essent.

Centrum matricis & ipsa matrix vt se mutuo afficiant.

Solis radii & spiritus morbi compa-ratio.

Spiritus matricis colorati.

Quanquàm autem multi in matricem morbi incidant; tamen hoc sæpe accidit, vt pars vna ab alterâ sanetur: vt, cum centrum matricis ægrotat, si multoties à matrice curatum est: & sic vicissim matrix à centro: ita vt vnum alterum lædit ac offendit: ita peræquâ vi vnum alterum

sanare

Morbi & ſanitatis vna radix.

ſanare poteſt. Vbi etiam morbi exoriuntur ibidem recuperandæ quoq; ſanitatis radix poſita eſt. Ex eâdem ſiquidem radice, vnde morbus emergit, ſanitatẽ quoque enaſci opus eſt. Et ſic viciſſim. Iam ſi fieri poteſt, vt morbus à ſe ipſo gignatur; fiet etiam, vt ſanitas ex ſe ipſâ emergat. Si per accidens infirmari poſſumus: per accidens etiam poſſumus confirmari. In quo ægrotamus: in eodem quoque ſaneſcimus. Itaque ſi aſtrum nos affligit: Idem nos quoque valetudini reddet. Si plethora nos deiicit: eadem nos quoque reficiet. In ſuâ enim meta permanet quoduis auxilium, nec quærendum in alienâ. Si ergò in Microcoſmi corpore idem non minus verum erit, nimirùm, ſanitatem exteriorem, interiorem ęgritudinem euincere: hoc eſt; corporis ſanitatem emendare morbum centralem, & morbum centralem, & morbum centralem ſuperare morbum corporalem matricis. Nam, ſi cœlum corpus hoc noſtrũ ſanum, quod è terra aſſumſimus, forinſecùs infirmare valet: tùm quoque viciſſim ſanare & cõſeruare poteſt corpus id, quod imbecillitas affligit, aut afflictura eſt. Similis omninò & hic ratio eſt. Quare rectè Hippocrates, ſi iſto ſenſu dixit, tradidit; *Virtutem eſſe eam, quæ morbos pellat.* Hoc idem eſt, ac ſi dixiſſet, *ſemper virtutem vnam aliã pellere.* Sic virtus eſt vis cœleſtis, non ex medicinâ: ſed eſt medicina inuiſibilis: velut, ſi quis ſuo ipſius ductu, ſine medicamentis conualeſcat; is per virtutem conualuiſſe dicitur. Virtus hæc eſt cœleſtis Aſtronomia: ideò ægros ſanat. Hoc autem modo qui non ſaneſcũt, hi medicamentis vtentes per arcana ſanãtur. Arcanum virtus non eſt, ſed vis ac potentia, virtute potentior. Quanquàm error iſte antiquus ſit Medicorum, quod vires potentiales, virtutes nominarint. Vnde factum eſt, vt nec Hippocratem: nec ipſius commentaria intellexerint.

Hippocrates audatur.

Arcanũ quid?

Hiſce ergo traditis, in genere tam cõcluſam volo Monarchiam ad fœminas ſpectantem, medicíſq; cumprimis conſiderabilem. Quanquam prędictis iſtis materiam hanc omninò finitam velim. Porrò etenim *(volente Deo)* ſingulos mulierũ morbos, quos aut cum viris communes ſuſtinent, aut peculiares proprioſq; ſine conſuetudine virorum patiuntur, ſeorſim ac ſigillatim trademus: vno hoc fine, vt hæc Microcoſmi Monarchia probe recteque & cognoſcatur, & intelligatur, cũ definitione & explicatione adiunctâ rerum ac cauſſarum omnium, prout neceſſitas poſcet: cumq Maſculâ & Anatomicâ, & Archimeicâ inſtitutione ac mundanæ intelligentię origine: extra quorum conſiderationem nemo aut Medicus ſit, aut eſſe poſſit. Non diffiteor equidem, me in huius monarchiæ explicatione à cæteris Medicis longè deſciſcere. Sed id iure facio. Deprehenſi etenim iſti abundè ſatis ſunt, quòd non ſolum inſcitè & ſine fundamento omni curent, ſed quod etiã extra omnem naturæ lucem ſcribant: cũ tamen non deceat, Medicum, commentari quicquam, quod ab ipſâ naturæ luce nõ ſimiliter probetur & ſtabiliatur. Quod ſi enim medicinã à terra deſumere is debet: opus eſt, vt terra ipſa Medicus ſit, non homo. Tum is quoq; ex terra ſuam doctrinam hauriet, vt nimirum eo, quod terra miniſtrat, ad res vtatur definitas & neceſſarias. Hoc ſi nec facit, nec nouit: ſcriptitatione omni ſuâ nihil molitur aliud, quàm ſeductionem tàm ſui, quàm ægrorum. Quanquàm autem iſti eouſq; dignitatis & maieſtatis euecti ſint, vt inter Academiarum quatuor columnas, ſuper quas neſcio quid ſtruunt, quaſi nemini quicquam contra iſtum ordinem mouere ac loqui liceat, non vltimi ſtatuantur: de his tamen ſcitote, eos ipſos, qui illas poſuerunt, liberè quidem fateri, à ſe quod poſitæ ita ſint: neſcire tamen ſe, an id factum recte ſit, nec-ne. Prouinciam ſuam cuiuis tuendam relinqui. Vt tamen id facerent, dicunt, ſe perſuaſos ac compulſos eſſe propter nonnulla experimenta & rationes. In quibus, an fundamentum aliquod ſitum ſit, ſe curioſiùs non inquirere, reſponſionem mandare his, ad quos iſta ſpectent. Sed, ô bone Deus, quã fragiles & vacillantes hæ columnæ ſunt! Quàm fundamentum hoc eſt futile! Super quod tamẽ ipſi, neſcio quę oracula ſtruũt, clamitantes ſubinde, *illos, qui pro quarto membro Academiis præfecti ſint, errare non poſſe.* Sed reuera in iſto fœdè erratum eſt, dum vos pro columnis poſiti eſtis. At pro adminiculo etiam Chriſtum ſibi aſciſcũt, dicentem, *infirmos opus habere medico.* Hoc nomen quia illi ſibi arrogant: de cætera perfectione nihil anguntur. Quod ſi vero hoc probè trutinaſſent, Déum nimirum *medicum creaſſe, ac medicinam è terra produxiſſe, vt ille per eam honoretur:* tunc in ſcholis ſuis circularem quæſtionem mouiſſent, *an vos à Deo, an vero Diabolo creati eſſetis*: hoc eſt; an veritatem, vel mendacium profiteremini. Sic nimirum de

Medic. reprehẽſio.

creatore

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 147 sur 913

creatore vestro omnibus indubitatè constitisset. Nam quòd Deus pro Medicis vocet perditos ludimoderatores, procuratores, pharmacopœos, laïcos, monachosq; ac similes: id merum nugamentũ est. Vos autem creauit *Lipsia, Tubinga, Vienna, Ingolstadium.* Et istis creatoribus vestris vos similes estis. Non pernegamus quidem, vos quiddam in Astronomiâ, nõnihil etiam in Philosophiâ, aliquantum etiam in Logicâ quidem olfeciſse: sed id nec calidum, nec frigidum est. Quod si Astronomus in exilium relegaret suum sortilegium, sua etiam rationabilia Philosophus, & nugas Logicus: fieri quidem posset, vt aliquod medicinæ fundamentum complecteremini. Iam verò, quod causſam vestram tutamini citatis auctoritatibus Machaonis, Apollinis, Aristotelis, Galeni, Auerrois, Auicennæ, Rasis, Mesuæ, &c. id longe extra metam est. Vobis prius noscendum incumbit, an illi mentiti sint, nec-ne. Hoc constituto, illi vel admittentur vel reiicientur. Illorum scripta si fistulæ ac tibiæ essent: probus ac industrius organista ille fuerit, qui super illis cantiunculam aliquam fingere possit. Cum ipsis æquè comparatum est, ac cum Geometris: qui speculationibus suis circulos ac instrumenta varia, quæ se ipsa mouent & promouent, commiscuntur. Sed dùm videas, ipsi cum suis instrumentis corruunt ac confunduntur. Equuli lignei sunt. Quos peregrinaturus si conscendas, vanitatem rideas. Quod si Deum non pro prætextu habeatis, & per hunc insaniam vestram velaretis: Alchimistis certè ac vatibus omnibus longè vaniores & crassiores deprehenderemini. Eo prætextu freti occinitis, *Deũ hoc nolle, id Deum immisisse, cuius quis iudicio ac potẽtiæ resistat?* Nam in manu eius omnia posita sunt. Ista talia verò cur prætexitis? Ideò nimirum, quia ex prauâ naturâ prodiistis. Vnde verbum Domini assiduo in ore circumfertis, necessarium hoc omittentes, *ægros suo medico opus habere.* Quare autem? Hic consilescitis. Et si quidem responsum daretis, ideò id saltem fieret, vt pecuniam & fidẽ ab hominibus extorqueretis. Sed cor tamen medici à linguâ longè distat. Hæc apud vos pensitate, & rhombũ respondete.

AVREOLI PHILIPPI THEOPHRASTI AB HOHENHEIM.

LIBRI QVINQVE.

DE

Causis Morborum Inuisibilium.

PRÆFATIO AVCTORIS.

CONFECIMVS *hactenùs tres libros ex luce naturæ ac in illis explicuimus affectus ac morbos visibilis & corporeæ partis Microcosmi, eosque tùm singulari diligẽtiâ & experientiâ, tùm & sufficienti Philosophicorum ac experimentalium documentorum & demonstratione conscripsimus. Quanquàm autem in libris istis pathemata aspectabilis corporis Microcosmi accuratè & abundanter satis tractata, omniaque in quolibet capite efficaciter in tantum stabilita & confirmata sint, quantum ex ipsa naturæ luce, nullo aut omisso, aut neglecto, erui potuit: tamen ne sic quidem visibilis partis Microcosmi, morbi, quotquot in corpus incidunt, vniuersi enumerati sunt. Etsi enim descriptum sit, quicquid visibiliter oculis & palpabiliter manibus occurrit: cuiusmodi morbi ex solido Philosophiæ fundamento operosè eruti sunt, sicut peritus quilibet circa hæc absque omni errore versari potest (quanquam Humoristæ in mediis erroribus omnem suum discursum produxerint) attamen in illis libris saltem complexi sumus dimidii hominis affectus, nimirum partis eius, quæ visibilis existit. Sic ergò vsus ac necessitas postulat, vt porrò quoque alteram partem dimidii hominis describere aggrediamur: vt hoc pacto homo totus ac integer in cognitione & speculatione medici consistat. Ea quanquàm inuisibilis sit: est tamen palpabilis. Et quod palpabile est id visibile nõ est, hoc in luce naturæ quoq; est similiter: cæcus, qui palpat nõ videt id, quod palpat. Sic & in cõtrario videmus & palpamus. sed quod palpamus, nõ sentimus. Et sicut mirabilis occurrit cæco palpatio sic nostris quoque oculis mirabile id est, quod non sentiant id, quod manus tangant. Et hoc exemplum probè attendite. Nec enim frustra cæcus nascitur: sed is nobis pro exemplo & monumento est, quod nos quoque cum acutis oculis in luce naturæ caligemus. Quare id*

consideratione

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 148 sur 913

consideratione meritò dignum est putandum.

Homo sine lumine naturæ nihili.

Homines non terreni, ecquid tandem sine luce naturæ in rerum naturalium cognitione proficimus? Ex quâ luce id ego iam profero, quod à visibili extenditur ad inuisibile, non minus admirabile in hoc, ac in visibili. Vt autem naturæ luci insistam: inuisibile, visibile est. Quicquid oculi vident (veluti in altera dimidia visibili parte propositum est) id vlteriore demonstratione minimè eget: Ipsi enim oculi magnum hunc mundum contuentur: eumq; in Philosophiam ita deducunt, vt oculis admotis is aspectabilis sit. Nam quicquid ex eo constituitur, id visibile est. Iam verò, quod porro in sequentibus libris de hoc argumento desumitur, id visibile non est. Curare ergo, vt inuisibile, visibile reddatur; id laboris non tenuis est. Hæc vt diducamus latiùs, scitote, mundum, & quicquid in vniuerso eius ambitu videmus ac palpamus, dimidiam saltem mundi partem esse. Id verò, quod non videmus; tantundem est secundùm quantitatem, naturam, ac proprietatem. Caussa hæc est, quòd dimidius alius adhuc homo sit, in quo mundus inuisibilis operetur. Hoc sensu, duo mundi, duos homines in corpore vno constituunt: vsque adeo mirabiles sunt creaturæ, tàm altè in luce naturæ pensitandæ, secundùm id, quod Deus inuisibile in ipsis fecit. Itidem quoque secundum hoc, quod visibiliter cognoscimus. Isthoc nimirum artificio Deus magnalia sua, & disciplinam lucis naturæ illustrat, vt illorum intuitu non saltem oculos nostros pascamus, sed etiã oppidò admiremur res istas naturales, quas oculus non capit, mentis indagine perscrutemur: quæ tamen ante nos ita euidenter stant promtæ, sicut columna ante faciem cœci. Porrò verò, cùm in luce naturæ adeò euidenter visibilia reddantur, quæ alias inuisibilia sunt: quonam pacto oculi nostri aperiri possint, deinceps explicare proponimus: ductu nimirum huius exempli. Luna lumen est: sed hæc colores tamen internoscere non docet. Quamprimum verò sol exoritur, colores omnes distinctè & videntur, & internoscuntur. Similis quoque lux Naturæ est, lumine solis multò clarior. Et qualis lux lunæ ad splendorem solis: taliter naturæ lux, supra omnem conspectum ac oculorum vim effertur. In hac luce inuisibilia visibilia fiunt. Perpetuò vos autem hoc retinete, lucem aliam aliâ semper splendidiorem exsistere.

Quicquid mũdi videmus eius saltẽ dimidium est.

Naturæ lux præstantissima.

Nos fidem addicimus operibus. Et vt addicamus, cogimur. Qui enim minùs credit: huic opera desunt, opera testantur de eo, vnde prodeunt. Quod si opera visibilia sint: illud verò, ex quo procedunt, inuisibile: credere debetis, aliter ea inuisibilia non esse, quam quia nos in luce illâ, per quam visibilia redduntur, non ambulamus. Idemq; hîc accidit, quod illis, qui caliginosâ nocte tinnientem campanam audiunt. Hi campanam ipsam non vident: & tamen eius opus peruident: hoc est, audiunt quidem. Quod si vero id, vnde sonitus editur, videre satagũt; id per lucem quandam fieri opus est. Lux quidem Luna est: Sed obscurior. Sol omnium lucidissimè singula exhibet. Propterea non conuenit, nos contentos esse eâ luce, quæ opera monstrat, & ea visibilia facit: sed pergendum vlteriùs est, & cogitandum id, quod opera faciunt, ipsis operibus potiùs ac maiùs exsistere. Quare & lumen eius potiùs ac lucidiùs esse oportet. Rei enim cuilebet sua lux est, per quam conspicitur: vnaquælibet etiam lux rem suam visibilem reddit, quæ ad præsentiam lucis alienæ inaspectabilis manet. Quod si ergò opera nos longiùs abducunt, quàm vt in ipsis subsistamus: is certè qui indicem hunc sectari nolit, ad operum fidem nunquam induci poterit. Quod si operi credimus: magistro quoque operis credemus. Ista enim fides mortua est, quæ ab operibus ad magistrum non ambulat. Ædificia quidem nobis splendida placent. Multò magis autem placeat eorum Architectus. Ædificia nihil nos docent: scientia autem eorũ, ab opifice dimanat. Exemplum habete. Christus mundi lux erat, sed inuisibilis: homo enim erat; illud opera eius testabantur. Qui opera ipsius ad lucem illam æstimarunt, hi multò clariùs videbant, quàm stellæ firmamenti vniuersæ lucere possunt. Oculi nostri, videbant opera ad lucem à sole egressam: sed eadem tamen lux magistrum ostendere non poterat. Ideóque qui illũ cognoscere, & visibilem, vt erat, habere volebant, hi luce illâ opus habebant, quæ illum illuminaret, de quâ ab Apostolis dictum erat: Hic tria tabernacula ædificabimus. Sic vnaquælibet res suam lucem habet. Et qui ad lucem primariam caligant, ante huius oculos inuisibilia apparent, velut sub densam noctem mons fastigiosus. Sic ergò in naturâ lucem quandam reperimus nos tales perspicaces reddendi, quales nec Sol, nec Luna præstare potis est. Quæ hoc fine adducta à nobis putentur, vt noscamus, nos hominem & creaturas vniuersas, ex parte saltem dimidiâ contueri: ac ob id nobis ansam vlterius procedendi, porrectam arbitremur.

Dionysij Areopagita.

Quemadmodùm ergò Dionysius Areopagita ad lucem suam videre non poterat opera illa, quæ sub cruce Christi edebantur, etsi ipsius firmamenti Astronomici peritissimus esset: & tamen sese vltra opus ipsum proferebat, vt Architectum ipsum mundi perspiceret: sic nos quoque ad operis conspectum solum minimè subsistere debemus. Nam qui quærit, & pulsat, is inuenit. Sed de operibus res ita intelligenda est. Quanquam in nobis morbos deprehendamus, quorum

origo

origo ex hoc visibili corpore cognosci non potest: isti tamen morbi nihil nisi opera sunt: quæ nos iubent non dicamus, (hoc superat captum nostrum) sed vt facem incendamus, per quam dicere possimus. Hoc subest nostro intellectui. Id ergò dum conjectamur, aperte prodit euentus, alterum quoque dimidium hominem præsentem esse: nec solum sanguinem & carnem hominē constituere, sed insuper corpus accedere aliud, quod ipsum crassis nostris oculis nimis splendidum obueniat. Et in hoc morbos istos hærere, cum inuisibilibus suis caussis omnibus.

Explicatio futuræ considerationis.

De his caussis, & de hoc corpore, in quo illæ operantur, porrò commentari, nostrum institutum est vt nimirum morborum istorum cum suis caussis cognitio integrum & perfectum Medicum constituat. Sicut enim antea traditum est de morbis visibibus seu corporalibus: sic iam proponūtur incorporales, & tamen simul, vt dictū est, corporales. Ad quod audendum compulit nos opus illud, quod præter seipsum de suo opifice quoque testatur; ac docet, qua ratione edatur ipsummet; & quid sit is, à quo editur. Id quo pacto indagandum sit: sigillatim suis libris proponitur. Nam hoc in genere noscendum est, quod, vbicunque tandem opera aliqua fiunt, propter hanc vnicam causam illa fiant, vt causas eorum inquiramus & discamus. Omnia enim opera à DEO fiunt. Ea verò, quomodo ad nos pertineant, indagari nostri officii est. Nam nullo alio fine manifestantur

Finis operum diuinorum.

illa, quàm quòd DEVS per ipsa nobis aliquid innuat, ac diuina sua prouidentia teitetur, mirabilia multa in ipsius thesauris secretis condita esse, ex quibus profundam & incomprehensibilem eius sapientiam, quæ fine ac modo caret, cognoscamus: vt, quibus non saltem crassos nostros oculos exsatiare, sed insuper etiam illustria & maxima sua Magnalia proferre velit. Quia ergò is opera nobis ob oculos ponit: meritò de ipsis accuratius inquirendum est. Non enim vt dormiamus, conditi sumus: sed vt vigilemus, & ad omnia eius opera prompti ac parati simus.

Homini isti, qui in solâ visibili luce naturæ ambulat, offendiculum, imo indignatio & odiū

Corpus hominis à diabolo obsideri, rationi absonū.

secundum corporalem sensum, hoc est, hominem nimirum à Diabolo obsideri, adeoque regi ac gubernari posse, vt sensus externus iudicare aliud nequeat, quam hominem istum obsessum, non hominem, sed merum Diabolum esse. An vero hoc non stupendum DEI opus sit, hominem super terram viuentem, Diabolum intra se fouere apparere: cum tamen homo imago DEI, & non Diaboli sit, ab homine tantùm distans, quantum lapis à ligno. Tum & hoc præterea incredibile est, cùm homo imago DEI sit, à Diabolo per CHRISTVM redemtus, quòd nihilominùs is in tàm horrendum carcerem abripi ac distringi possit, nec vllam à merito redemtoris prærogatiuam paratam habeat. Quod cur fiat, vt explicetur, an non integrum capitulum ei impēdi debeat? Iam verò id tantum opus est, & per opus hoc, nos, vt credamus inducimur, causam longè maximam istius rei existere. Eam, vt cognoscamus, DEVS vult: iubetque, vt opus id non simpliciter & obiter contueamur, sed penitius omnino perscrutemur & indagemus, cur nobis ob oculos id positum sit. Quòd si enim nobis otium & animus suppetit, inquirendi, ad quos vsus lana ouis, & seta porci seruiat: quòd si rem vnamquamlibet ad suam seriem redigere, & crudos cibos coctione iustâ palato sapidos reddere, & aduersus hyemem hypocausta extruere, & contra pluuias tecta inducere (quæ tamen vniuersa ad solas corporis delicias faciunt) possumus: cur quæso intentum etiam meditationem non suscipiamus eius, cuius possessio non corpori, sed ipsi æternitati emolumento est? Nam quicquid corpus ledit, id domicilium æterni frangit.

Diaboli cōsuetudo.

In eo si iam diabolus habitat, destruit ac vastat ipsum. Iam ergò meritò indaganda causa est, cur is hoc casu opus factus sit. Id si ratio visibilis non prehendit: ad inuisibilem diuertendum est. Quæ si ad lucem rectam corripiatur: non minùs, quàm visibilis ipsa, offertur. Sic, quia ex operibus numerus desumitur, vnd quæuis etiam cùm Theorica tùm Practica dimanat: ideò sequentur deinceps morbi illi in versalibus suis; quomodo nimirùm spiri uales illi morbi in nobis subsistere queant, qui tamen spiritus ad lucem suam visibilis est, quandoquidem dimidius homo exsistat.

Sic ergò te admonitum velim, lector, vt in sequentibus omnibus morbis intelligendis intellectum visibilem induas. Nam opera omnia visibilia sunt. Visibiles ergò eorum quoque causas esse oportet. Nec te verò id confundat, quòd res istæ non vniuersæ in Solis propatulo versentur. Sed id cogita potiùs, quàm secretus Deus etiā extra Solem sit. Et si ista talia esse deprehenderis, scito, quòd hoc loco res inuisibiles immeritò inuisibiles vocitauerimus. Ex ipsis enim operibus patet hoc, quòd ab opere alio egressa sint. Sic etiam domus, opus est, & est visibilis. Opus est Architectus quoque, visibilis & ipse. Architectus hic, opus Dei est domus, opus est Architecti. Sic intelligendum etiam est, quòd opera visibiliter ante oculos posita videamus. Quòd si opificem operis cognouerimus, visibilis & ipse erit nobis. In rebus æternis

Per fidē res æternæ: per rationis lucē mūdanę patescunt.

fidei facit omnia conspicua. In rebus corporalibus inuisibilibus, lux naturæ res omnes visibiles facit. Ideò non expaueſcas, aut fastidias, quoties audis, rem quampiam visibilem fieri posse: nec id credas, quasi ea iam etiam non sit visibilis. Quod visibile futurum

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 150 sur 913

est, id eodem tibi loco sit, ab iam visibile exsistat, Infans, qui in conceptione est. Et licet inuisibilis sit: quid id derogat visibili? Et hisce, Lector, præfationi finem imponemus solemni protestatione adiunctâ, ne nos ante colophonem additam quicquam iudices. Hic enim quia opera tam illustria apparent, nos eadem ad sui indagationem vlteriorem inuitant & compellunt: maximè verò ob id, quod non tantùm egomet, sed alii plures in hisce rebus varia proferunt & aperiunt. Et tamen quia lux illa excutitur, huiusmodi Microcosmi contemplationes præstigiosæ, Diabolicæ, Veneficæ, Augurales & superstitiosæ à plerisq; iudicantur, vi nimirum & iniuria publica, sicut in secuturis libris euincetur, Vale.

ARGVMENTVM SEQVENTIVM LIBRORVM.

IAM verò, vt, quid in sequentibus traditurus simus, cognoscatis: scitote Philosophiam duplicem esse. Sic etiam duplex medicina est. Altera de *Corporeis morbis* tradita est. Deinceps de *Incorporeis*, cur inuisibiles sint & visibiles faciendi sint, tractabitur. Tractatus quatuor libris finitur. Primus continebit *morbos quos fides dat, & quantum fides comprehendere potest.* Alter tractabit de *impressionibus absconditi cœli, quo nimirum modo, quâ ratione id in nos agat.* Tertius definiet *morbos imaginationis, quomodo illa sine omniâ materiâ operetur.* Quartus statuet *de secretis naturalium virtutum, quæ præter omnem rationem corporalem, per sui corporis proprietatem, operantur.* Adeoque, velut hæ res naturæ opera sunt: sic â me quoque inquirentur. At verò, quia liber vnus, nempe de Sanatione, defecturus est: ideò post quatuor dictos libros annectitur: ex quo quiuis abunde exsatiari poterit.

INTROITVS LIBRI PRIMI, DE REBVS EX FIDE HOMINI ACCIDENTIBVS.

HAs res super doctrinam Christi fundari omninò opus est. Humanæ siquidem rationi, prout ea ab Adâ dimanat, omninò imperscrutabiles exsistunt. Ea doctrina veluti iâ proponitur: sic fide solidâ accipienda est. Homini quidē ex seipso fidei virtutes nunquam perscrutabiles sunt. Fides enim in hoc est lux summa, fundamentum indicans, quid in illâ fide intelligere debeamus. Sic ipse quoq; Deus fundamentum ac principium nobis indidit, naturalem medicinam addiscendi in herbis, lapidibus, motu cœli, & similibus alijs: quę dùm speculamur, in magnam admirationem abripimur: quam deinde indagatio naturæ sequitur. Et sic experimini, quid in eufragiâ, quid in rebus alijs lateat. Sic enim ipsa opera causę & motores sunt, quę nos ad genuinum sensum inquirendum suscitant. Sic ergò persuasum habete, quòd non res omnes in ista obiecta collocatæ sint, cognoscendi saltē ea, quæ ad visibile corpus pertinent: id enim pars tantum vna est: sed quod consistant etiam in verbis supremæ scripturæ, in quâ continetur obiectum illud, per quod indagare ea possumus, quæ ad propositum meum de Fide spectant.

Fides quid?

Admirationē sequitur perscrutatio.

Cognitum vobis & exploratum est, Euangelium breuem synopsin de virtute & potentiâ fidei tradere, quo loco sententiam hanc habet: si fidē habueritis velut granum sinapis, & ex fide & in fide istâ monti huic dixeritis *tu mons, iacta te in mare*; fiet. Ita ergo statuendum est; robur nostrum, quod in sanguinis & carnis soliditate consistit, admodùm imbecillum & fragile esse: verum autem & durabile robur in solâ fide nititur. Quâque facilitate granum sinapis manibus attollere, ac in mare iactare possumus, nullâ vel minimâ grauitate obstante: eâdem planè pronitate ingentes montes per fidem nostram in mare excutere possumus.

Euangelium quid?

Fidei robur quātum.

De fide ergò id ratum habendum est, quòd per eam mirabiles operationes fiant, quales visibile hoc corpus ne semel quidem attentare ac meditari ausit. Samsonem videte: Illius robur non tantillum corpus erat: sed erat illa virtus ipsius fides. Sic & Iosuæ fides fuit, & similium: qui omnes nobis documento sunt, terrenum hoc corpus nostrum nullo robore pollere: sed fortitudinem omnem, quâ frui & operari debemus, in fide ponendam esse. Et hoc modo fidei virtutem intelligendam

telligendam esse, attendite.

Spiritus quâ sint potẽtes.

Sed de his pergamus. Spiritib. hoc idem possibile est, qui olympum in mare rubrum præcipitare possunt. Iidem mare oceanum quoq; supra montem Ætnam disijcere valent. Simile in alijs etiam possunt permissu Dei. Ex his ita colligite: spiritus corpus non habent: & ob id nec sanguinem nec carnem. Et tamen tãto robore insignes sunt. Hoc fides præstat,

Spiritus fidẽ habent.

quam habent. Summa ergò Euangelij ista sit, quasi Christus dixisset: Quid vos homines estis cum vestris viribus? Nihil. Ego autem, vnde nam vires asciscere debeatis, monstro vobis: Nempe ex fide. Si fidei tantum habueritis, quantùm exæquat granum milij: ecce, vsque adeò robusti eritis, vt nec spiritibus vi cedatis. Iá verò, etsi quidem homines sitis, robur tamen vestrum ac fortitudo, ipsis quoque spiritibus, veluti etiam Samsoni, similis erit. Ex quo notate, quomodo per fidem spiritus fiamus. Nam quicquid vltra terrenam hanc naturam molimur, id omne fides præstat, quæ spiritus instar per nos operatur: nec nos ipsis spiritibus infirmiores sumus. Christi ergò verba hoc quoq; sensu accipi possunt: si fidem habetis velut granum sinapis, & terreni spiritus estis: quantò magis id præstabitis, si fides vestra sit, sicut melo? quanto robore exsuperabimus spiritus, si fides sit instar cucurbitæ?

Fide homo spiritib supe. rior.

Sic ergò isthæc omnia homo per fidẽ potest, & robur hoc in isto mundo sibi retinet: & per virtutem hanc fidei præcellit spiritibus, quos etiá promptè vincit, vt omnes illi subijciantur. Per fidem enim contra spiritus pugnatur, qui aliàs longè atrociore insultu nos oppugnarẽt. Per fidem illi sopiuntur & fugantur. Per fidem nos eorum plurimos domamus ac coërcemus. Quod simili sensu accipiendum est, ac si grandis panis super mensa positus esset. Et si fides nostra maior nõ esset detritâ minimâ micâ eius: tamen aduersus spiritus potentes satis & validi insurgeremus. Quantò magis verò, si de pane eo fragmentum grande ederemus? Ponimus enim, fidem esse instar istius integri panis. Scire verò oportet, fidem hanc à primâ creatione in nos translatam, ipsum Abrahamum, Moysen, & cæteros similes omnes in suo robore conseruasse. Vnde tàm mirabiles illi viri exstitêre, & vltra vires humanas toties operati sunt. Cognoscite vero etiam de ijs, qui hâc fide carcerunt, & confisi sunt in hâc frágili & humanâ fortitudine, sapientiâ & virtute. Hi à spiritibus victi & superati sunt, eoq; ignominiæ redacti, vt spiritibus victoribus, velut potentibus regibus genua inflexerint, eosque velut Deos adorauerint. An verò hoc non robur est, sine annonâ, sine armis ita deijci & profligari ab eo, quod nec carnem, nec sanguinem, nec ossa habet? Horum robur enim, quid aliud quam fides? Præter eam enim spiritus nihil habent aliud.

Confidentiæ incommoda.

Cæterum de robore isto vlterius attendite, quòd etiam in diabolis vigeat: de quo diuisam hanc explicationem notate. Fidem vniuersi habent: & ex eâ suá potentiam. Vnde duo sequuntur: Vsus, Abusus. Vsus per se est. Abusus is est, de quo plura verba facturus sum. Diaboli fide suâ abusi sunt, ideo extra cœlum exturbati sunt. Fides autem propterea ipsis ademta non est: sed permissio Dei ipsis opposita est. Ideò, si fides ipsis ademta non est: potestatem vel illi habebunt, montes in mare demoliendi, & similia alia faciendi. Iidem potestatem etiam habent per fidem suam tùm morbos introducere. Et velut Sol bonis ac malis, nullo respectu allucet: sic diabolus quoque contra homines agere potest. Ideóque vel bona vel mala signa edere potest. Quandiu enim fidem retinet: tamdiu eius virtutem quoque possidet.

Fides omnes diabolos firmat & roborat.

Sicut ergò fides de spiritibus intelligitur: ita de hominibus etiam statuatur, quòd nos inuicem inuisibiliter lædere, fidem rectè ac malè impendere possimus, prout Deus nobis illud permittit. Plagæ autem illæ ac vulnera, quæ hac virtute infliguntur, aliter probari ac mõstrari non possunt, quàm demonstraturus Samson fuisset, quomodo mandibulâ vnâ tantam populi turbam strauerit & confecerit. Occisio enim ista permissio Dei fuit, & est: ac vnusquilibet, qui Samsonis fidem habet, quorum multi sunt, strages easdem edere posset, si Deus tale robur in actum dirigi permitteret quod tamen ex vsu minimè est.

Samsonis historia.

Quanquàm autem ea fidei apud nos prærogatiua sit, vt ipsos diabolos ac spiritus in istâ virtute fugare, & montes in mare præcipitare possimus: ipsum tamen ob id factum tentare non debemus. Credendum saltem est, & in hâc fiduciâ quiescendum. Credebat Samson: opus erat: ob id fiebat. Quòd si

vel

vel hâc ipsâ horâ similis necessitas foret, Samsones certè in mundo plures prodirent. Nos autem decet scripturæ & Euangelio credere: ac iuxtà scire: quòd ista possimus: nec exemplum æmulari eius, qui alterum sibi euulsit oculum, vt ab eo non offenderetur. Quod credimus: nullis operibus firmandum est. Qui enim ad opera properat, properando à fide discedit, & ad damnationem festinat. Nec enim id Deus ideò locutus est, vt fieri ea cupiamus: sed saltem, vt sciamus, quæ fidei nostræ efficacia sit. Deus autem ipsemet illius exempla quædam in veteri testamento exhibuit: vt & in nouo vis fidei singulariter nobis declarata est. Ac licet quidem, dùm hic versamur, in carne ambulemus: fides tamen nostra, quam in creatorem rerum omnium iactamus, adeò efficax ac magna est, vt à nullo vis eius satis exprimi verbis queat. Quin & ipsa nulli adimitur, nisi ei, qui illam vltrò citroque abjicit. Idéoque duobus modis operatur: In bonis hominibus ad bona: in malis contrà ad mala. De bonis nihil hic attinet scribere. De malis autem hæc attendite.

Fideivirtus non tentare.

Fidei vis quanta etiam in infirmis.

Fidesduplex.

Ergò si fidē concepimus, quam postea rebus malis impēdimus hoc opus scriptura sacra suo idiomate tentare vocat. Ibi enim Deum tentamus, fidemque in illâ impendimus, ad quæ nunquam data est. Probare enim affectamus, an illa qualis prædicatur, re ipsâ talis sit. Sed à tentationibus cauendum est: credendumque nobis, ita pridem rem tentatam esse. Quòd si opera verborum non spectamus, in fide puri manemus. Porrò autem ad Deum singulariter id precamur, vt nos in tentationem non adducat: hoc est, tentationem nobis ne indulgeat. Nam cuiuscunque tentationi Deus obsecundat, hic de animâ suâ sollicitus sit. Propterea, quod id non fit, ac ex voto succedit, liberatio est à malo. Nec enim ipsis quoque spiritibus Deus indulget, vt voti compotes reddantur. Alias enim ineuersum & inexpugnatum nihil relinqueretur. Nec tamen minus id illi possunt, & nos cum illis. Possumus enim montes omnes & colles è viâ elidere, vt in plano ambulemus: sed id tamen non fit. Deus enim eo loco illos stare vult, procedas etiam tutò, quoquò velis. Sic tignarius domū exstruere in prato & nouit, & potest. Id si permittit prati dominus, domus exstruitur. Alias minimè. Et hoc exemplum abusus virium fidei sit.

Tentationis periculum.

Quomodo fides corpus infirmet ac lædat.

SEd quorsum equidem huiusmodi cōmemoro, cùm tamen nondum id attigerim, quod intendebam: qui nimirū fiat, vt fides corpus infirmet? Nam hactenùs saltem de viribus & efficaciâ fidei pertractauimus. Iam ergò punctum alterū abusus aggrediemur, hoc modo. Medicus in potestate suâ habet remedia bona. Qualis est, taliter ea impēdit. Illis ęgrum sanare, illis occidere potest. Quòd si enim melissam ad sanitatem: arsenicum quoque ad mortem appropinare potest. Sed hæc quomodo accipienda sunt? Ita scilicet. Per fidei nostrę virtutem, nos homines bonum ac malum operari possumus, si modo dominus tignario hanc potestatem faciat. Fides autem nostra non aliter se habet, ac opificis instrumentum. Is cudit cultrum, quo proximum suum ferit, ac corpus eius vulnerat. Sine cultro & similibus instrumentis proximum sauciare non potest. Id similitudine quâdam ad fidem quoque detorque, quâ nos abuti decernimus, & degenerare ab eo fine, cuius gratiâ illa nobis impertita est. Tunc enim fidei nostræ vim malæ viæ applicamus, ac à rectâ declinamus, credimusq; hoc esse tale, id aliud. Sic ergò abusus virium fidei nostræ in causâ est, vt dicamus, hoc esse. Cudit etiam arma, quę credimus hoc vel illud esse.

Fide operamur bona, mala.

Iam vero scitote, nos id, quod fabricatum est, vt culter, telum, iure merito spiritum vocare posse. Spiritus enim sine manibus ac pedibus facere potest, quicquid homo facit. Id si simili quoque modo operatur, iam nihil inter illos dissimilitudinis est. Sed institutio breuis prę-mittenda est de hac cusione seu fabricatione, quòd fides talem ordinem requirat. Si morbus nobis incidat Epidemicus, nosq; iudicemus, eum esse pœnam, vindictamque: tunc is est id. Et licèt quidem naturalis sit: fides tamen illum non naturalem reddit, eoque deducit, vt secundùm naturalia signa nemo ex illo sese extricare queat. Vnde fit, vt videatur auxilium naturale omne frustaneum esse. Id arma illa persuadent ita, quæ fides cudit ac fabricat. Nam si bona designare possumus per illa: possumus etiam per illa patrare mala. Et sicut mons in mare deijcitur: sic hic fidei

Spiritus quales.

quoque

quoque germen destruitur. Fides enim in seipsâ potest omnia herbarum genera producere, inuisibilem scilicet vrticam, & inuisibilem Chelidoniam &c. Adeoq; rem quamlibet, quâ natura terrena profert, fidei robur quoque progignere potest. Sic eadem fides omnes quoq; morbos producere potest. Sed in hoc differentia est, quòd Deus aut permittit ea, aut fieri prohibet. Potestatis nostræ est, nos mutuò transfodere, & alia pericula plurima intentare, sed abstinere debemus. Sic idem fides quoque secundùm suas vires potest. In rebus enim corporeis documenta condita sunt, quales sint in suis viribus, vt tàm bonum quàm malũ causari queant. Sic fides quoque idem in suis viribus potest. Similes enim reddimur spiritibus, quibus hæc omnia possibilia sunt, vt inuisibiliter faciant id, quod corpus præstat visibiliter.

Fide spiritibus cognati, quâdam potentiam.

Comprehensum ergò sit, fidem nobis per se adimi non posse: eamq; instrumẽti vicem subire (vt arma) ad omnia idonei & commodi. Quomodo terra hominem lædere potest: eodem ipsum quoq; venenare potest: idq; vniuersim ex virtute fidei; fidei nimirùm eius, per quã montes in mare iactamus. Iactus enim is damnosus esset, montem in mare præcipitare. Si verò fide abutimur, & istud credimus, quod proximo nostro in damnũ vergit: tunc ita accidit. Per intentam & seriam nostram fidem precationibus homines occiduntur, distortiq; ac resolutireddũtur. Naturales morbi vertuntur in non naturales. Quod si superstitiones eiusmodi in regione quâdam glisc unt, tunc Medico idem euenit, quod Christo in patriâ suâ, vbi signa & miracula nõ multa edere poterat. Nec enim credebant illi, quod fides poscebat: verùm in sese inuicem credebant infeliciter: cui Christus ita acquiescebat. Vult enim Deus, vt in verâ ac rectâ viâ ambulemus. In hâc si ambulamus: nos ipsos sanos fide præstare possumus, quod tamẽ Deus minimè vult. Hoc poscit, vt fidem interiùs gestemus, credamusq; possibilitatem intra nos esse. Externis autem oculis hæc nunquam subijcienda sunt: quia nimirum illa secreta & recondita esse vult; hoc est, in fide, non in probatione. Ideò medicinę etiam creatæ nobis sunt, quæ opera caritatis diuinæ in nobis exerceant, fidemq; cum operibus quiescere sinant: per quam fidem facilè sicco pede vndam transire possemus. Cur vero permittat Deus, vt per virtutem fidei alij aliis morbos infligere, ac per superstitionem nunc sanare, nunc infirmare homines possint, id Deus iudicet.

Fide vt homines lædam.

Discrimen Fidei.

Fides huius loci qualis.

CÆterum, vt fides probè distinguatur, scitote, eam nõ illam esse fidem in Christum, quæ saluos faciat: sed saltem agnata illa fides est, quam in Deum Patrẽ habemus. Ideoq; fides saluifica hîc non comprehenditur. De illa etiam hactenus nihil quicquam tractatum est. Fides enim illa procedit ex Christo, & ad Christum reflectitur. Non enim is hoc dicit; si in me credideritis, montes se in mare deuoluent: sed hoc innuit; si in me credideritis, per me salui eritis. Christus ipse, ceù filius Dei, neminẽ à morte & morbis liberauit. Quatenùs autem secunda persona Deitatis fuit, illius virtute illa præstitit. Quamdiù in terrâ ambulauit, officij sui hunc vnũ finem habuit, vt nos liberaret a Diabolo, terrâ & inferno. Vt vero rudi etiam popello, qui scripturæ ac testimoniorum aliorum capax fieri non poterat, voluntatem suam testaram faceret: hinc signa & miracula præstitit, quæ facere solius Dei erat: vt nimirum viderent & propter opera crederẽt, ipsum filium esse Dei altissimi. Sed hîc simul attendite, quomodo sanatio distincta sit. Quos Christus sanat, aut per nomẽ Christi sanant alij, hi per virtutem Dei sanantur: haudquaquàm per fidem propriam, sed propter preces ad Christum effusas, misericordiã ei⁹ impetrarunt, quâ eos ex morbis & omnib⁹ malis eripuit.

Sanatio Christi qualis & qualis fidei.

Sed ista quorsum dico? Mens nimirùm ac consilium nostrum est, vt hinc intelligatis; istos, qui per precationes ac vota, & per misericordiam Christi non sanantur, & tamen conualescunt miro modo: istos inquam, per propriam suam fidem se sanos reddere. De hâc sanatione seu conualescentiâ dicere mihi propositũ est. Nec enim debem⁹ per fidẽ nostrã sanari, sed per misericordiam diuinam. Hoc enim pacto, nullum natum cœcum fide visu donare, nec mortuum vllũ vitæ reddere possumus. Sed tamen per misericordiam id vt fiat, impetramus. Si autẽ fidem intentamus simpliciter & nudè, vt montem in mare exturbemus, adeoq; in nobis spiritum suscitemus: tunc eo facto in superbiam deuoluimur, quâ præces, & exspectationem misericordiæ excutimus, nos ipsos Deos constituentes, ac fidei potentiâ & virtute abutentes,

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 154 sur 913

Dei permissio quid operetur.

paralyticos ac infelices nos mutuo reddimus. Quare Deus quoque id nobis sæpè permittit, vt fidei nostræ vim & efficaciam videamus, adeoq; nos ipsos vel ægros vel sanos credamus. Quę vita verè desperata est: in quâ Dei nostri, & ipsius misericordiæ obliti, pro nostra ipsius contumaciâ ac liuore viuimus. Quæ nos tandem in desperationem inducit.

Porrò autem scitote, ex morbis his, qui hodiè toti mundo communes sunt, in mundi principio semper vnam alteram consecutam esse. Vnde factum etiam fuit, vt subinde populis aliis noui, peregrini, & rari crediti fuerint, eósque ipsi singulares pœnas & flagella censuerint. Ac ob id in illis angustiis eos inuocarunt præcipuè, qui inter ipsos maximi & præstantissimi viri essent, vt populum à plagis istis præseruarent. Vndè in superstitionem delapsi, non cogitarunt, vnamquamlibet plagam viâ aliâ auferendam esse. Sic ergò fides in abusum abiit: cuius abusus Ægyptij auctores primarij exstiterunt. Idem posteà apud Ethnicos quoq; succreuit, & idololatriam constituit, tádiù durantem, dùm tandem Æsculapius atque Machaon prodirent: qui medicinam & cursum naturalem eòusque euoluerunt & trutinârunt, vt deprehenderent, huiusmodi morbos merè naturales exsistere, quos postmodum libris descriptos & explicatos hominibus euulgarũt, docueruntq; solam naturam hic operari, non verò plagam pœnæ. Eo inuento abusum & superstitionem sopiuerũt parte magnâ: quemadmodùm hæc cura ad medicos potissimùm spectat. Interea autem superstitio huiusmodi radices quoque apud Christianos egerat. Ac veluti gentes sacerdotes suos Apollineos venerati sunt: sic horum nomina Christiani inuerterunt, & pro Apolliniſtis, Antoniſtas & Wolfgangiſtas coluerunt: adeoque ex fidei virtute insurgentes, montem in mare exturbarunt, omnisq; misericordiæ ac precationis ad Deũ, turpiter obliti sunt, præterquàm quod eius nonnihil ad speciem & fucum externum alicubi retinerent.

Fidei superstitiosæ qui primi auctores.

Æsculapius & Machaõ.

Superstitio de sanctis.

Iam verò vt rerum status hodiè est, nos alij aliis montem in crus, in ventrem &c. illidimus, nec tutum vllum vspiam ab hoc monte in nobis membrum relinquitur, nec morbus vllus est, cui mons iste non inferatur & permisceatur. Vndè nimirum morbi non naturales fiunt. Iam vero quod mõtem in mare credendo iecit: id ipsum eundem quoq; credendo eijcere & in locum suum reponere debet. Hæc ars medica est in huiusmodi morbis.

Necessarium autem est, vt aliqua superstitio, ex abusu fidei exoriatur. Et dũ montem iactamus, cum montibus nobis etiam negotium sumimus, hoc est, Sanctos constituimus montes, & illis nos mutuò ferimus. Iam vero sanctos loco suo deiicere non possumus. Ideò Fides sanctos nobis sculpit, eósque virtute sua in mare, quò credimus, iactat. Et quemadmodum Fides sanctos sculpit & effigiat: sic sculptura illa & effigiem exprimunt & adumbrát illi quoq;, qui sanctos in mare iactant. Vnde imagines ac statuę ligneæ oriuntur. Et quemadmodum corpus cũ his ludit & gesticulatur: sic fides id quoq; æmulatur, & ex istius spiritalis sancti virtute, spiritale dolum fingitur, quod in nos æquo modo iactatur, ac si S. Dionysij caput, aut rotam, S. Catharinę aut S. Wolfgangi vncum arriperes, eaq; in rustici faciem illideres. Sic enim vbi sancti hoc modo morbos innaturales reddiderunt, omninò modus similis exsistit. Corpus enim, & huius spiritus in fide, vno iugo iuncti semper incedunt, vnumq; alteri petæquè quadrat & conuenit.

Fides, homo inuisibilis.

Quis ergo hoc inficiare ausit, cum robur, quod terreno huic corpori indidit Deus, ligneisistis dolis impendatur, quod non æque etiam robur fidei, quod nẽpe homo est inuisibilis, Diis istiusmodi impendi possit? Nam quicquid corpus monstrat agitque, idem nihil ignauiùs fides quoq; præstat. Ex quo colligite iam, sanctorum istorum morbos aut sanationes, non ipsum diabolum facere, sed nosmet ipsos. Diabolus autem rebus huiusmodi impendio delectatur. Semel enim ratum est, fidem posse omninò id, quod potest corpus. Sic glande è sclopeto elisâ hominem traijcere fides potest, multo procliuiùs, ipso corpore. Exemplum hoc institutioni tibi sit. Tu visibilis & corporeus es. Iá vero alius quoq; est, & is ipsemet tu, non visibilis. Ergò quod corpus tuum audet: audet quoq; ille alter, tu visibilis, ille inuisibilis. Itaq; de fide scito, quod in specie imagines suam originem ac causſam habeant, ita nimirùm, vt homo imaginem ceream in nomine suis hostis fingat, eamq; in isto corpore lædat ac fauciet. Sic inuisibilis inuisibiliter ipsum suum hostem læsit. Quòd verò

Fidei quanta vis.

verò Deus id permiſit, iſ̃dicium eſt,nos illud poſſe : & ſimul eſt monimentum noſtri,qui ſimus. Non quidem vt tale faciamus. Qui enim id audet,is Deũ probat ac tentat. Et tamen cui id permittitur,væ huius animæ. Ex hâc nimirum potentiâ & fundamẽto incantatores ſuas præſtigias operantur:imaginẽ ex pariete depingentes, & clauum in eam defigentes. Id quoq; poſteà ſpiritus eorum facit vi fidei montes iactantis, & clauum inuiſibilem in hoſtem impellit, niſi Deus auertat. Hinc ſurrexerunt etiam amatores, qui fœminas incantarunt, imagineſq; cereas finxerunt, quas admotis cãdelis ſeu facibus eliquarunt, & ſic ſuum amorem compleuerunt aut exſatiarunt: hoc eſt,ipſorum quoq; ſpiritus cum inuiſibili face laſciuiuit. Sic Ægyptij quoq; & his ſimiles Chaldæi ſecundum faciem firmamenti ac motum aſtrorum imagines finxerunt : ſed omnes in iſtiuſmodi virtutibus, quas per ſimplicitatem, nec ipſi quidem intellexerant. Imagines fecerunt,quæ ſe ipſas mouerent & loquerentur. Ita obliti ſunt impoſſibilitatis naturæ, non virium, vt ſupra dictum eſt.

Incantationes vnde ortę.

Ideoq; probè accisèq; intelligendum eſt,quam mirabiliter operetur fides permittente Deo. Quòd ſi enim eiuſmodi ſcriptis mandare,ac præſtigiatoribus illis vel leuiter adbl̃diri vellem,recenſendo, quanta incãtationibus ſuis permiſſu Dei præſtiterint : chronica certè conſtitueretur admodum mirabilis. Quæ tamen vniuerſa ideò ſolùm Deus permiſit, vt per opera iſta videamus, noſmet ipſos quoq; vaſtum montem in mare iactare poſſe,noſq ipſos ſpiritus eſſe,& homines inuiſibiles. A me vero iſta hûc adducta & protracta ſunt, vt in his ſcrutemur, quoſcunq; ſanctos in fide fabricari,ſimiles iis, quos figulus finxit : virtutem autẽ ac potentiam eorum eſſe, homines infirmare ac ſanare, omni modo ac ratione, quemadmodum de imaginibus doctrina habet,quòd ſcilicèt omnia ea fides perficiat,ſi eâ abuti velimus,quę corpus ipsũ ſecundum vires ſuas,ſi illis abuti velit,effecta dare poteſt. Ac vt rem breuiùs traditam habeatis : Fides hominem reddit inuiſibilem:is cudit & operatur id, quod fabricaret corpus ſi poſſet. Ita enim in ſpiritum conuertitur,cui iſta omnia prę-ſtare procliue eſt. Et nobis quoq; robur corporis non adimitur, niſi per prouidentiam id fiat diuinam. Res ergò ſimiliter ſe habet,ac ſi quem Deus in morbũ coniiceret, ideò, vt robur ac petulantia eius nulli damno ſit. Hinc eum manibus ac pedibus reſolutum facit. Sic reſoluta quoq; facit fidem iſtorum improborum hominum. Sed vt ad finem deproperem; ſcitis,comprehenſum eſſe,ſigna ſanctorũ iam olim quòque ante natum Chriſtum conſueta fuiſſe : vndè â Chriſtianis dimanaſſe iudicari nõ poſſunt. Nimis enim veteſta ſunt, ac veluti aui : cùm tamen fides Chriſtiana auum nullum ſciat. Iſti verò homines, quibus Deus per fidem talia permittit,per fidei illius efficaciam ac potentiam, quâ ad malum abuti decreuerunt, audeant vpupam ſtipiti aut ſudi imponere, cuius deinde ipſimet iudices ſint. Quia enim fides vpupam ipſis dedit : ideò illic ex Deo ſedet.

Sanctorum cultus quãdo inceperit.

Propterea adorationis ipſos non pĩget, oblitos, Deum paſtorem ſuum Petrum iſto modo nemini commendaſſe. Sic pro veterum Ægyptiorum more, & ritu Ethnico, Apollo S. Iacobus factus eſt, vnuſque is eſt æquè ac alter. Apollo enim & huius ſimiles,per virtutem fidei introducti ſunt:non verò, quaſi ſpiritus ille, Apollo vocatus fuiſſet; aut ſpiritus ad S. Iacobum,*Iacobus* vocetur. Iſtorum enim ſpirituum nomina, illorum locis ſuppoſita, nemo vnquam nouit, præter vnum ſpeculatorem, qui in virtute fidei montem illùc iniecit. Is verò quod nomen habuit, hoc iure ſpiritus quoq; aſciſcunt,ad motum magiſtri eius,qui Deũ tentauit. Qui cùm per fidem ſigna edere cuperet, aſſiduòque ac iugiter tentare pergeret,hoc oblitus eſt,quòd fidei ſigna poſcere fas non ſit, ſed credendum potiùs ſit,non tamen vt fiat. Ea vero ſigna poſtulare debemus, quæ ex miſericordiâ Dei ad nos pertingunt. Ea Chriſtiana ſunt, ex Chriſto egreſſa, in ipſo nata. Quicquidergò ex miſericordia,caritate, ac fidelitate emanat, hoc Chriſtianũ eſſe arbitremini. Cætera, quæ hactenus perſtrinxi, fidem attinentia,talia putate, vt nec Apollo, nec Iacobus cum illis ſit. Ab iis autem cùm gentes, tùm Chriſtiani decepti ſunt.

Ethnicorum Apollini ſucceſſit Chriſtianorum Iacobus.

Signa qualia poſcenda à chriſtianis.

Sed & hoc non recordantur, ſanitatẽ credendo,neminem ſibi inducere poſſe, niſi per abuſum fidei ægrotet. Hûc ſpectat ſanitas ſuperſtitionis. Sanare,opus eſt,quod de ſuo opifice teſtatur. Decet autem omnem ſanationem ex miſericordia Dei profluere. Iam ergò ſanatio opus eſt miſericordiæ, ſicut exemplo medico confirmatur. Creauit nos Deus, ac tàm

Sanitas ſuperſtitionis.

Permiſſionis diuinę cauſſa finalis.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 156 sur 913

linguæ, quàm oculis voluptatem ſuam indidit, nobiſque aptitudinem impertiuit ea membra regendi, & gubernandi pro voluntate noſtrâ & placito. Nam prouidentię diuinę iam antè exploratum erat, qui, qualeſve morbi inde naſcituri eſſent. Ex præſcientia Dei medicina creata. Secundùm hanc ſuam præſcientiam, Deus medicinam, & huius peritos artifices creauit; hoc eſt, Medicos, qui iſtos morbos dignoſcerent, & illorum remedia præſtituerent.

Hic iam iudicate vos, *an id per fidem factum ſit, an miſericordiam diuinam. cum miſericordia iam ante hominem conditum exſiſteret?* Nam cum omnia iam creata eſſent, homo omnium nouiſſimus productus eſt.

Sic ergò noſſe debetis, ſanitatem ex medicina manare: medicinam verò ex miſericordia Dei creatam eſſe. Pariter & quod ex filio Dei profluit, ex eâdem origine deſumitur: nimirùm quòd miſericordia eius iam ante fidem humanam exſtiterit. Ideoq; opera ſanationis, non fidei, ſed miſericordiæ opera ſunt. Quod Sanare quaſe opus. ſiquidē aliquandò fides editura ſigna ſit, tunc Euangelij illius recordamini, in quo prædixit Chriſtus: ipſi ſigna edent. Quod ita accipietur, quaſi dicat Chriſtus: *non ex meâ miſericordiâ, ſed ex fidei virtutibus Apollinem & Iacobum conſtituent, pro virium ipſorum fidei tenore ac modo.*

Hic alia quoq; mentio illorum fidei facienda eſt, *quomodo nimirum communis apud ipſos opinio inualuerit, quaſi Diabolus* Diabolus hominū loco non operatur. *ipſe, loco, & nomine hominum, iſta talia patret.* Quod nullo modo admittendum eſt. Hoc quidem de poteſtate Diaboli credendū eſt, quod is per vim ſuæ fidei, quam habet, ſigna quidem edere talia poſſit: ſed eadē per ſe ipſum, in eo, cuius permiſſum à Deo habet. Ipſe quidem Diabolus iſtiuſmodi ſigna nihil curat. Diabolū miſericordia Dei male habet. Offendit ac mordet ipſum miſericordia Dei, quam nobis promiſit. Hanc vt quatiat & conuellat, ipſius vnicum inſtitutum eſt. Is permittit nobis ipſis, vt mala patremus: patitur, vt fide abutamur, & omnia deſignemus, quæ virium noſtrarum exſiſtunt.

Diaboli mira vafaties. Præter autem hæc omnia, ſi malorum noſtrorum cumulum non ſatis grandem putat, additamentum ad ea confert. Nec tamen hanc vnicam ſui moliminis ſummam habet. Primarius illi ſcopus præfixus is eſt, vt in deſperationem miſericordiæ Chriſti, (cuius iuratus hoſtis eſt) nos agat, ac fidem noſtram, in Chriſtum directam, vt & ſpem ac caritatem, euertat ac demoliatur. Nam per illa, damnationem nobis ciere poſſumus: præter illa, in omnibus indiuiſi ſumus. Et licet quidem per ſpiritus iſtos Iudicrum quoddá acceſſorium fieret, apud commentitios iſtos diuos gentium ac Chriſtianorum; nimirùm ſub ſpecie religionis Diabolicę: Idem tamen hoc eſſet, ac ſi quadratus ruſticus iuxta aurifabrum ſtaret, vt quod aurifex in auro ſculperet, ipſe ex ſtercore effingeret. Ideò ſua ſigna etiam & charagmata in vitulos ac porcos imprimit: quod indicio eſt, poteſtatē ipſius valdè coarctatam & ſtrictam eſſe, & illū liberè ac pro nutu ſuo in fide operari non poſſe. Aliàs ex fundamento imo iam omnia dudùm eruiſſet ſtrauiſſetq;, multoq; atrociorem ſeſe & truculentiorem exhiberet, quam vllius cogitatio capere poſſet.

De Morbo S. Valentini ſeu caduco nuncupato.

IAm autem porrò intelligite, curſum naturalem hominum, quem Elementa & aſtra dant, morbum quendam parere, qui hominē proſternat, eique ſpaſmum inducat, membra, manus, pedeſque conuellentem, ac oculos oſque, vt & partes alias, ſeuis horrendiſque ſignis diſtorquentem. Epilepſia ſeu morbus caducus. Is morbus quâ ratione omniū primò hominem inuaſerit non conſtat, Vnde introductus. Antiquitùs creditum eſt, ipſum immiſsū eſſe à diuis, quos in terrâ, iniuriâ aliquâ offēderimus. Et hos, cùm propter egeſtatem in hâc terrâ vindices eſſe non potuerint, pœnam hanc & vindictam iam deſuper de cœlo immittere. Hæc perſuaſio ſemel in fidem abiit. Fides autem tanto impetu montem in mare iactauit, vt tandem pro fide iſta virunculus fabricatus ſit, qui inuiſibiliter in hoc operetur. Et quemadmodum quis virum crinibus correptum quatit, vibratq; ac ex angulo vno in alium diſiicit: ſic fides quoq; operata eſt. Caduci auerſio ſuperſtitioſa. Ideòq; ſi hîc medicina illa quicquam iuuit, & naturalem illum conuulſionis morbum ſanauit: tùm certè fides operationem, ſuam longiùs produxit, quàm vt ęgritudini aliquid demi poſſet: adeòque iſto pacto Medicū in deſperationem coniecit. Præterea etiam â nonnullis è populo obſeruationes factæ ſunt, quod ſcilicet planetæ, nouilunium, quarta, & plenilunium, & motus aſtrorū ſimiles hunc morbum ſtimularint & auxerint. Superſtitio Aſtronomica. Vnde homines in ſectas diuiſi ſunt:

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 157 sur 913

sunt: vt putarent alij, stellas esse Deos: nonnulli persuasum haberent. Diuos iam Deos factos esse, qui stellis nutu suo imperent. Harum sectarũ iudicatio ad Medicos spectat: qui rerum istarum veritatẽ detegere debent.

De Morbis cum vulneribus & vlceribus S. Quirini pœna, & S. Ioannis vindicta vocatis.

Caussa naturalis morbi S. Quirini.

EOdem modo ipsa quoq; natura naturalem quandam diruptionem carnis & cutis molitur, per corrosiuum, siue salem fortem in homine conditum. Iam verò quia huiusmodi sales multiplices sunt: ideò multipliciter quoque tumultum corpori mouerunt. Et sicut salis corrosiui ea natura est ac proprietas, vt dolores incutiat: sic vulgus censuit quoque, istiusmodi morbũ esse, priusquàm vera medicinæ fundamenta panderentur. Opinio autem ista ad natum vsq; Christũ durauit. Cùm enim S. Quirinus omnibus è populo sanctior crederetur: omnes suos morbos istius diui pœnas vocauerunt: quasi verò præter istũ nullus alius morborum dædalus exsisteret. Porrò autem à sacerdotibus illis vlcerosa potissimum crura pro S. Quirini pœna habita & decreta sunt: cui hoc remedium additũ est, vt imaguncula in fide sculperetur, quæ crus solidaret ac sanaret, prout fidei illorum summa erat. Talis habitus etiam S. Ioannes fuit: cui & ipsi virunculum vmbraticum introduxerunt, quòd votiuus istius templi patronus crederetur. Idem honor aliis quoq; diuis exhibitus est, quos propter stupidi vulgi superstitionem malorum omnium cusores, & opifices esse oportuit. Vtut autem hæc comparata sint, mihi quidem, qui scio omnem adorationis cultum, ac ipsum sacerdotium super has vanitates fundatum fuisse, hæc mentis sententia perstat; quòd ipse Diabolus nequitias suas jocusas vbiuis immiscuerit, non quidem, vt multa signa ederentur; sed ne scortatio, auaritia, & similia vitia alia intermorerentur. His populus in fidem compulsus est, vt constanter omnibus crederent & astipularentur, & prætextu isto facinora omnifaria, vt scortationem & libidinem imprimis cumularent. Hi enim isti impulsus Saranæ sunt. Ideò se proximum sẽper istis superstitionibus adiũgit, vt inspiratu suo sacerdotium tale subindè firmet & promoueat. Aliàs enim de ipsis signis nemo bellum moueret, siue magna siue parua forent. Satanas autem, vt suam officinã ac merces quàm proximè semper adiungere possit: ideò sedulò ac curiosè dispicit, quonam loco potissimum talia miracula edantur, vt illis sese simul insidiosè ingerat.

S. Quirini morbus qualis.

Curatio eius

S. Ioannis vindicta morbus.

Cur Diabolus superstitiones tales inuexerit.

De Naturali igne, qui posterioribus sæculis ignis S. Anthonij vocatus est.

SIc natura in seipsâ quoque accensum ignẽ habet per hominis sulphur enatum, nõ secus ac cœli fulgura, ac stellę iactationes, aut ignis in fodinis accẽsiones. Etsi verò morbus iste à Medicis rectè secundùm naturam suam descriptus minime sit: ipsa tamen natura per admissionẽ allatorum remediorum tantùm manifestauit, vt iam abundè satis constet, morbum hunc naturaliter, genitum fuisse. Cùm autem pœnitentialium morborum concionatores ista pro suo oraculo definirent: populus etsi primò reniteretur, vt crederet tamen tandèm coactus est. Sic violenta persuasio obtinuit, S. Antonium Dominum ignis esse, qui tamen non faber nec ignem vnquam sufflauit, nec lacũ autincudem nouit. Et obliti sunt, ipsum nullius elementi dominum esse. Qui si in viuis adhuc esset, eum aut mutuò accipere aut ipse elicere cogeretur. Tùm nec Vulcanus est: nec Ætnam montem exstinxit vnquam. Hi verò iubent miserum, vt hodie cuiusuis putridum & oleosum crus exstinguat. Quòd etsi quidem super terram viuẽs simile quid fors olim fecerit: in hoc tamen illi nihil adminiculi inueniunt. Quicquid enim per ipsum factum est, id in libro sanctorum comprehensum erit, non vero sparsim inter veneficos. Per hanc tamen credulitatem res eò redacta est, vt fides fictitiũ quendam Antonium fabricârit, qui merito Vulcanus vocandus est. Is ignem sufflauit & flammas suscitauit plane instar fabri operosissimi, qui ferrum in focum immitteret. In hisce cuilibet sedulò aduertendum est, quo pacto huiusmodi morbi conditiones naturales amittant. Nam in abolitione cursus naturalis cognitio omnis posita est.

Eryspelas morbus.

De Morbo, quem choream lasciuam, siue choream Viti, siue Mentaphoram vocant.

HVius origo ac principium morbi mirum est, à prædictis aliquatenus diuersum. Ortus is narratur. Troffea fœmina hunc morbum prima passa est. Ea

Historia ortus chorea S. Viti. Troffea.

comatis

comatis miri, ac morum singulariũ erat. A viro suo iussa, hoc vel illud faceret: si commodum non erat, oblatrabat, rebellionem viro mouebat, vultum stupendũ induebat, ægrotam se simulans, & ad hoc persuadendum idoneum visum morbum quendam fingens ac mentiens. Itaq; saltarei ncipiebat, deierans, non saltare se non posse. Virum enim sciuerat nihil ægrius habere, quam saltationem. Personam ergo acceptam vt probè ageret, & confirmaret similitudinem morbi, certũ eius genus finxit, subindè tripudians ac saltitans, inq; altum euolans, cantillans, & nescio quid striduli edens. His peractis, ex artubus nonnihil conuellebatur, post indormiscebat. Et hunc saltum ipsa pro morbo venditauit, malitiam viro nõ detegens, aliàs per se credulo. Hinc deinde factum est, vt aliæ quoq; mulieres idem ingenium post induerent, aliâ aliâ subinde instituente, & ad scelus impellente. Tandem eo deuentum est, vt vulgus hunc morbum pœnitentialem crederet: sibiq; hoc ex indicio caussam fingeret, vel auxiliatorẽ, qui morbum illũ expugnaret. Fides in *Magor*, spiritum gentilium, incidit primùm. Eo exsolescente, in locum ipsius S. Vitus successit, post obitum in hâc terrâ deificandus. Ab hoc, nomen translatum in morbum est, vt Viti chorea vocaretur. Sensim ergò, ac indies magis magisq; apud vniuersos illâ opinione firmatâ, morbus ciuitate suâ donatus est. Eos autem qui saltationibus delectabantur, fides illa corripuit: quem morbum posteà stabiliuit, vt is vnà cum fide deinde perpetuò maneret.

Magor Deus gentilis, cui successit S. Vitus.

Hinc præiudicationis vim censete. Siquid opinionibus venditur, verũ esse: tunc certè assertio illa tam solidam fidẽ parit, vt confestim rata habeatur, ac stabiliatur. Et hoc modo multi morbi incidunt, non solum hic saltus, sed & alij quorũ genera, seu species numero carẽt. Sic nonnulli sibi persuaserunt, se obsessos esse: quod dùm crederent, tandem reuerâ ità accidit ipsis. Ità Valentini choream quoq; primò prædicabant: in quem tandem ipsi præcipites dati sunt.

Superstitionis vis.

Ex hâc origine primò morbi multi promanarũt, qui nũc quotidiè vno modo insiliunt, nec tamenanteà exstiterunt. Sic cum lue Gallica etiam factum est, in qua S. Dionysiũ caussati sunt. Simile in peste etiam fit: cuius hæc caussa ferè maxima, quod populus in desperationem actus, persuasum sibi habeat, illud ita fataliter, & ineuitabiliter accidere. Per desperationem hanc, fidem eo angustiarum redegerũt, vt ipsis succurrere medicamẽtis non impossibile minùs sit, quam grandẽ aliquem montem deuorare. Hi in suâ fide etiam adeò potẽtes sunt, vt ipsũ quoq; cœlum veneno inficiant: quod tum aliquos peste ita inficiat prout fides eorum est. Ac in rebus huiusmodi plurimis operatur fides id, quod alias fieret minimè. Sic, nobis ipsis tristes morbos, & ærumnas multas parimus: acciendisq; malis eo degeneramus, vt ad vnguem fere virum istum referamus, qui, etsi armis solidissimis munitus esset, tamen vbi cõspexisset, aduersus se stantem pusionem claudum cum fumante sclopeto, metu eius exanimatus est. Sic nobiscum quoq; agitur in isto casu, qui vel aduersus astra ipsa potentes satis sumus. Quamprimùm vero trepidatione percellimur, tunc vis fidei non secus, ac fulminaria glãs in nos illiditur, vt ferendũ deinde sit, quicquid mutuò in nos mali coniicimus. Sic aliis quoq; modis pluribus quidem, quam effari possumus, catenę & vincula nos obruũt, in quib⁹ miserè nos iactamus. Quod si ergo fidẽ inconuersam sineremus, nec probationẽ moliremur eius, quod Christus ipse affirmauit possibile esse: nec fidẽ nostram in tẽtationem ageremus, aut ad eas res illam impenderemus, de quibus dictum est, sed potius fidem misericordię quæreremus: quid sodes nobis in hoc mundo afflictioni esse posset vspiam?

Curpeste pauci liberẽtur.

Homo potens in ipsa quoque altra.

Sic opera fidei alia quoq; reperiuntur, ascititiis plane similia, velut in S. Viti chorea, quę & ipsa ex prefractis, & imaginariis hominibus proueniũt. Hi caussá sibi moliũtur ex inuido corde, ac nemini bona sua fauent, dictumq; quoddá ex S. scriptura excerpunt, quod secundum suũ cerebrũ torquent, ac interpretantur. Hoc si fecerunt, in explicationem suam, fidem tam potentem ponunt, vt illius virtus in eos ipsos reflectatur, & ipsos occupet, ac ita obduret, vt vel propter vnum suæ interpretationis periculum, capitis iacturá temerè facere ausint. Cuius obstinationis exemplum est in Anabaptistis, qui per abusum insanę fidei eò agũtur, vt in semel cõcepta sentẽtiâ perire & emori malint. Quorũ superstitio ac secta quoq; aptiore sensu, ac cõmodiore nomine describi nõ possit, quâ *incantatione*: non quod ab aliis hominibus incãtenturipsi, sed quod seipsos in talem fidem cõpellant, vt ex huius fidei vi, non ipsius veritatis caussâ, etiá in

Anabaptistarũ obstinatio.

S Dionysius suis gallica Patronus.

ignem

ignem ſeipſos dedant. Nam propter voluntatem Dei in igem intrare, cauſæ maioris ac dignioris eſt, quam vel altera, vel tertia baptizatio. Propter hanc cauſam Deus nemini mãdauit vt moreretur. Qui propter verbum eius mortem contemnit hunc ſpiritu ſancto valdè abundãtem eſſe oportet, vt ſic piè moriatur; Qui autẽ ſibimetipſis fidem ad opus aggerunt, ideò ſcilicet, vt ne illa ſine operibus ſit: hi per fidem ſeipſos ad opera flagellant, quid dicerent: *Si nolit per nos Deus ſigna edere, tum eadem ex nobis edemus.* Adeóq; nihil reliquum habent aliud, quam vt in præuicaciâ illâ moriantur: quæ mors æque ſe habet, ac ſi ſpiritus fidei in ſaltando ſubſultum incipiat. Qui enim ex hominib. iſtis ſaltu illo corripiuntur, vſq; adeò à ratione deiecti ſunt, vt naturam cum Anabaptiſtis eandem alant, nimirum propter conceptam ſentẽtiam mori & exuri malle, quam de illa cedere. Aliud nimirum eſt, quam noſtra peruicacia, quod nos ad martyrium illud ducere debet. Quilibet ſibi hoc horrendũ exemplum præſumat, quam miſerè ſuo ipſius dorſo montẽ vaſtum iniiciant, ideóq; profundè in mare ſe demergant, vt credendo, ſibi ſonticum morbum concilient, vſq; dùm moriantur & pereant. Quid hoc ſcripturæ fundamẽtum eſt aliud quam temeraria perſuaſio, quæ fide ſequente ſtabilitur? Et hæc illa ſigna ac prodigia ſunt quæ edunt, de quibus Chriſtus locutus eſt. Quod ſi laborarent, & panem ſui laboris ederent, tamq; ad dandum proximo quam auferendum prochues eſſent; & ſex partes miſericordiæ complerent, & alia facerent: tum certè ſuperſtitio illorum alium ordinem ingrederetur. Etſi propter iſtiuſmodi cauſas occiderentur, quis eos pro martyrib. non haberet? Quòd ſi propter opera miſericordiæ vitę ſuę periculũ facerent; nõ quęlibet certè flãma ipſos adureret: ſed mortem ſępiùs effugerent, nec tã leuiter cremarentur & obirent. Articuli verò, propter quorum defenſionem vitam impendunt, nimis manifeſtè de eorum fidei operibus teſtantur, quod apud Deum non admodũ accepta ea ſint. Nam propter ipſos articulos in crate prõptè torrerentur, & in ollâ olei elixarentur. Cogitandum ipſis ſedulò erat, ſactos ipſos à multis ſupplicijs redemptos fuiſſe, nec ſeipſos vbiuis morti obtuliſſe, ſed mirabiliter aliquoties è vinculis & carceribus ſeſe extricaſſe. Quià enim Deo placuerant: ideò eorũ operâ diutius vti voluit. Horum autẽ vita nihil prorogatur, ſed rectà in morte occidunt. Ac inter hos & ſanctos euidens quoq; diſcrimẽ intercidit. Illi enim mortem adierunt: cum hi ſaltando in ignem ſeſe coniiciant. Quòd ſi nos quidem faceremus omnia ea, quæ fecerunt ipſi, & doctrinam quoq; vniuerſam eorum amplecteremur: ne dum tamen ſex opera miſericordiæ perſtitiſſemus, quorum fundamẽtum eſt *charitas ergo proximum.* Quodnam verò hoc opus eſt, deſidem eſſe, & voracem, omniſq; perfidiæ plenum? Nec ipſi egenos veſtiunt, nec curant ægros. Vnum hoc ſuæ vitę ſymbolum habent, *oculos demittere, neminemq; aſpicere.*

Anabaptiſtarũ charactet.

Et huiuſmodi fides non ſeductrix ſit, ad numerum iſtorum morborum referẽda, ſicut ſuprà de fide ſcripſimus? Quòd ſi hiſtorias eorũ cum ſanctis confertis, præſumptio vbiuis facile ex fronte elucebit, quâ ſeipſos in fidem quandam inducunt, credendo montem quidem in mare iactantes, ſed non iterũ eiicientes. Propter fidem mori, res pia eſt. Mori autẽ propter articulos, quos condiderunt illi, mors eſt ex ſuperſtione nata. Nec admodum pretioſa iſta mors eſt, quæ propter res eiuſmodi ſubitur. Quòd ſi enim exurimini, quæ vos opera ſequuntur tandẽ? Vbi fructus manent ſanctorum? Bis enim baptizari, ſanctorũ fructus non eſt. Quoſlibet contemnere & calumniari, fructus ſanctorum non eſt: pro hoſtib. veſtris orare, qui vos ignominia afficiunt, fructus ſanctorum nullus eſt. Nam ſi vel rediuiuus Paulus articulos veſtros inſpiceret, ſine ignominiâ vos non dimitteret. Et pro hoc vos orare ſuſtineatis? Imò ipſum rogate, vt oret pro vobis. Vos enim ignominioſi illi eſtis, non hi, pro quibus vos oratis. Meritò ergò omnes, quorũ oculis huiuſmodi homines obuerſantur, ità æſtimare debent; quòd nimiùm credant iſti, ac fide ſuâ quæ in Deum dirigi debebat, abutantur ad opera propria, & hoc obliuiſcãtur, vt noſcant ſeipſos. Perſuaſi enim ita ſunt, à fide eò ſe inductos eſſe, vt deſiſtere nequeant. Sic ergò morbo implicantur, veluti qui choreâ Viti correpti ſunt. Quorũ paroxyſmus ſi inſtet, ad inſaniam illam omninò ruendum eſt. Quod ſi vniuerſi nos ad ingenia ipſorum cõpoſiti eſſemus, nullus tamen vſpiam eſuriens cibaretur, nullus nudus veſtiretur, nullus æger ſanaretur, nullus exſul hoſpitio exciperetur. Nam hæc omnia ex maiori fundamento procedunt. Ipſi interim labores fugiunt vt proximus eorum etiã aliquid habeat.

Quæ ex cauſſa martyriũ ſit ſubeũdum.

Sed

Sed torpescunt otio, & parasitantur. In hac schola sese docent inuicem. An verò fides hæc sit, quæ saltem culinam spectet? quę Biblicas & Euangelicas leges contemnat? quæ leges naturæ repudiet! Et summum Dei præceptum pedibus conculcet? Et quis hos dicat in Christianâ pietate mori? Hinc fit, vt eorum nemo dicat, *verte me, vt ex altero quoque latere torrear.* Quo enim ipsi citiùs è medio tolluntur, eò vtiliùs id mundo est. Idcóque Deus etiam in morte prędens ipsis nõ est.

Porrò autẽ fides etiam parit desideriũ in hominibus, veluti quidam sunt, qui credunt, se videre sanctos & admiranda alia. His hoc ita apparet, vt fides talem imaginẽ aut somnians aut vigilans concipiat. Nam ex istiusmodi fidei apparitionibus, somniorum interpretes exorti sunt. Nam quid somnium ex seipso est aliud, quam volatilis & vaga natura fidei? Et quod credunt ipsi, hoc illis apparet: fiuntque illicò sancti illi, quos esse putant, non secus, ac lignei & statuarij diui, quos corpus fabricat, vt illos fides. Sic fides etiã per talem fidei imaginẽ virgulã diuinatoriã in manu versat & dirigit: & faces exstinguit: & clauẽ reuoluit: & forficẽ ac cibrũ circumagit. Et quales illæ artes reperiũtur, hodie bonę, cras malæ, vna *Ita*, decem *Non*, aliquandò veræ, pluries mendaces: sic etiam somnia & apparitiones illæ mixtim verę ac falsę sunt. Fides enim eorũ commodè cum Alchimistâ conferri potest. Is nihil nouit: & tamen subindè quærit. Si vnum succedit, decẽ aliter & aduersè cadunt. Vnam veritatem semel exortam, perpetua falsitas excipit. Ita cum rebus etiam fidei comparatum est. Credis, quid ignoras. Quia verò ignoras id: nec fides exploratũ habet. Tu enim qualis es: talis & fides tua. Quanquam hoc verum sit, quòd in fide spiritibus similes simus, & omnia sciamus: non tamen, vt omnia corpori manifesta fiant. Ideoque quod temere credimus: temere commodat. Omninò enim credere debemus, nos ista posse: non autem optare, vt fiant. Quòd si enim medicina, quæ sanitati conducit, ad mortem quoque propinari potest: scire debetis, hoc loco fidem quoque in operibus suis simili modo intelligendam, & accipiendam esse.

Somniorum interpretes vnde nati.

Virgula diuinatoria.

LIBER SECVNDVS DE IMPRESSIONIBVS COELI OCCVLTI, TOTVS DESIDERATVR.

THEOPHRASTI PARACELSI

LIBER TERTIVS DE RĒBVS INVISIBILIBVS

Ergò, vt vnum consequatur alterum, actiq; labores non resumantur: deinceps liber tertius de rebus inuisibilibus tradetur. In quo proposui mihi describere vires rerum imaginatarum, solas mulieres grauidas concernentium: earum etiam, quæ infantibus imprimuntur & annascuntur. Trademus iuxtà etiam de viris, quid imaginatio ipsis operetur. Cum autem hactenùs ista ex fundamento Philosophiæ nemo attigerit, aut explicarit: pudori mihi non erit, aut probro, si veritatem primus hic quoque ceu in prioribus libris, pandam & eruam. Ipsum siquidem tempus messis, rebus nascentibus & iã maturis, suos messores & vectores attribuit, vt suo tempore vnumquodque colligatur, & in lucẽ producatur. Multi arbitrati sunt quidem, se triticum Philosophiæ dudum messuisse. Sed secuerunt illi lolium, folliculum sine grano, paleam, ac furfur farinâ viduum. Sed quis collectâ illâ messe cibatur? Nemo. Præpropera enim messis panem domui non præstat, Verâ autem messe instante, agatur, quod ex more & consuetudine istius temporis est. Ergò, candide Lector, cùm opera imaginationis fœminarum simul ac virorũ oppido mirabilia exsistant: vsus & res poscit, vt istarum rerum quas in nobis inuisibile corpus tractat ac disponit, veram originem profundiùs scrutemur. Ne quid verò inter hæc vel veneficij, vel spectri reperiatur; quod superstitiosis ac sectarijs adscribi possit: ipsum fundamentum tractaturus, nullâ veterum scriptorum auctoritate fruar, sed sepositis omnibus istis, intellectus humani lucem proferam, vt cognituri vos ipsi sitis, hoc vnum, nec aliud quicquam, verum fundamentum exsistere. Quod præmoneo, Lector, vt instituti nostri non nescius sis.

IN-

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 161 sur 913

INTROITVS LIBRI TERTII.

IN primâ Prefatione satis declaratum est; hominem duplicem esse: visibilem, & inuisibilem. De visibili hic scribere non proposui: nisi fortè quid similitudinis vice adducendum fuerit. Nam quæ vspiam magis decet similitudinis specie proferri, quàm quæ similia sunt? De inuisibili autem corpore vlterius tradam: de quo principiò hoc exemplũ attẽdite. Visibile corpus operationes suas in omnia extendit: omnẽq; eius motionem, & quicquid facit, homo videt. Iam verò quod videtur, opus saltem est dimidium: dimidium alterum, quod corpus inuisibile perficit, nemo videt. Vt, tignarius domum exstruit duobus corporibus. Vno inuisibili, in ideâ: altero visibili, visibiliter. Sic hic quoq; nosse debetis, corpus potestatem habere condendi, & fabricandi, & exstruẽdi, quicquid idea dat. Sic inuisibile quoq; corpus potest ædificare & agere similia omnia: vtrumq; hoc corpus secundũ proprietatem suam, & creationis rationem. Casum pono. Tignarius domum ædificat. Ad istud enim copus eius in creatione prædestinatum est. Secundò, exemplũ aliud notate. Mulier prægnans, domum illam aspiciens, eã tam forti imaginatione concipiat, vt illa quadret ad voluntatem, quæ respondeat voluntati tignarij, quam plenam ad ædificandam domum is habet: iam imaginatio mulieris interiùs in inuisibili corpore domum exstruit, qualis illa est, quam sibi imaginando concepit. Quicquid enim idea corpori exstruendum offert: id corpus eidem reddit: & quod imaginatio oculis vidẽdum porrigit, id oculi retrò ad imaginationẽ repellunt. Sic oculi domũ aspiciunt. Et si domus quidem ab omni conspectu remota sit, domum tamen vides. Sic nimirùm exemplũ hoc vniuscuiusq; corporis proprietatem, secundũ suam creationem declarat.

Visibilis & inuisibilis hominis analogia.

Cæterum, corpus sua ligna ac instrumenta habet, quibus omnia erigit & statuit. Ista omnia in corpore inuisibili quoq; insunt. Nec vllum opificium est, quod in imaginatione suâ non omnia instrumenta propria videat. Et quemadmodùm vniuscuiusuis imago res eas videre potest: eâdem perspicacitate in corpore inuisibili quoq; ea cernit. Visibile enim corpus discit ab inuisibili. Ideoq;, quoniam hæ res omnes in corpore inuisibili conditæ sunt: iis omnibus id corpus etiã vtitur omni modo ac ratione, velut facit corpus visibile. Corpus autẽ visibile operari nequit, nisi iuuetur à globis; hoc est, à cœlo & terrâ. Nam in illis & super illis res omnes perficiuntur. Pictor, qui pingere vult, pariete terreno opus habet. Latomus operaturus terreno solo indiget. Faber, incudem in terra desiderat. Vt in summâ hæc conferã: quicquid homo operatur, aut condit, super re aliquâ id condat, opus est. Nam sine illâ re aliqua ars ipsius nihili est. Iam autem à Deo ars nulla nobis confertur, nisi ad perfectionẽ eius necessaria omnia addat. Hoc, quòd faciat, ab exemplo discite. Imaginatio opifex est in seipsâ, instructa tùm arte, tùm instrumentis omnibus necessariis ad fabricandum, quicquid vspiam excogitari potest, siue sit in arte victoriâ, siue in pictoriâ, siue in fabrili, siue in textoriâ. Ad hęc omnia ipsa est promta & industria. Iã quid deficit ipsi? Nihil, nisi globi, super quibus operetur: hoc est, paries, in quo pingat, quod vult. Alio defectu non laborat. Ipsa vsq; adeò subtilis & præstans est, vt æmulando exprimere omnia possit, quæcunq; oculi vident & capiunt, etsi quidem proprium ipsius visibile corpus ista non possit. Tam inuentiosa ac ingeniosa ars est, vt muscã ex pariete depingat in plano illo, quod habet. Visus ac picturæ vna acuties, vna subtilitas est: vt telam aranearum quoque adumbrare possit eâdem subtilitate, quâ ipsam oculi vel videre, vel araneæ texere possunt.

Subiectũ requint quiduis agens.

Ars omnis necessaria à Deo accipit.

Artis præstantia.

Hæc vt de prægnantibus commodiùs intelligi possint: ne vlteriùs digrediens, soli seu plani obliuiscar, attendite, quòd fœtus, in vtero reconditus, id solum & ille globus sit. Quare fieri modo nullo potest, vt viri in suâ imaginatione istius opificij magisterium perficiant. Quâ causſã etiam hìc de viris mentio nulla fiet, sed de fœminis saltem, in quibus ars ea summa est. Quanquàm autem in pecudibus quoque colores omnes, quibus ipsæ insignes sunt, imaginatio exprimat, non naturalis generatio; tamen imaginationes illarum nimis obscuræ ac temulentæ quasi sunt, fatuum velut somnium referentes. Summa etenim speculatio, quam pecora tempore gestationis concipiunt, per refractionem saltem illam, quæ in aqua fit, si se in illâ videant, consistit. Vnaquælibet enim imaginatio per aquam fit fortissima. Quanquàm interdùm

Fœtus, imaginationis fundus.

Pecorũ imaginatio hominũ leuior.

terdùm etiã, imò sæpiùs ex consuetudine illa profluat, sicut in regionibus strumiparis accidit : in quibus plùs causæ desumunt ex consuetudinaria imaginatione, quàm ex momentis aliis naturalibus. Iam verò vt proposito insistam, cur infans solum vel terra sit, super quâ exstruitur id, quod imaginatio facit, causa hæc est. Corpus, quod videmus, mulieris est. Species imaginationis & ipsa illius est. Mulier enim id vtrumque est. Ideoq; super seipsã ædificare non potest, sed super aliud. Qui enim ædificat: vt ædificio fruatur ædificat. Se autem ipso nemo fruitur. Quia autem super terram ædificatur; istâ structurâ docetur, eam ipsam terram esse. Sic ædificia imaginationis demonstrant, quæ in vtero matris terra sit. Deprehenditur autem, ædificia illa infanti superinstructa esse. Ideò fœtus quoque terra est; & id, in quo iacet, sphæra ac globus exterior est, quem cœlum vocamus.

Fœmina opifex imaginationis: fœtus susceptor operis.

Sic ergò fœmina in imaginatione suâ opifex est : infans est paries, in quo opus perficitur. Iam de manu dicendum est, quę imaginem adumbrat. Hanc paucis ita cognosce. Manus inuisibilis est, vt & instrumenta : & tamen hæc duo perpetuò iuncta sunt. Iam, vt scitis, vaccam fœtem sequi : hoc est, quemlibet opificem officinam sectari, & de pauimento prospicere, super quo exstruat : sic manus quoque cum suo instrumento pergit ad cellam, in quâ fœtus conditur. Et sicut opifex locum sibi seligit, qui permissu genuini domini liber sit: sic censete etiam, quòd imaginatio cum manu suâ seruus sit; & quòd corpus nõ sit dominus in arte exercendâ, sed saltem in subministrando loco, structuræ futuræ idoneo. Porrò concipe, quasi corpus diceret : *Hùc istud exstrue, vt mihi continuò in prospectu sit:* tunc ad mandatum illud manus locum dictum adit, & in eum intendens, *Hic esse possit*, dicit. Sic ergò in nominato loco illo ab imaginatione, opus exstruitur, prout id ipsa concepit. Quod adhùc clariùs dicemus. Mulier, quæ huiusmodi imaginem concepit (pono quòd testudinem conspicata sit) & sibi impressit : in imaginatione illâ manu genu tangit, ita vt vtraq; corpora vno momento celeberrimè vnà moueantur. Sed nunc imago in fœtu est, & imaginis faber manu genu corripit : sic testudo super infantis genu exstruitur, non secus, ac si dominus quispiam pictori ita mandaret, depinge mihi in ramo isto testudinem. Ita rem accipite. Quò imaginationis tactus pergit, eò quoq; inuisibile corpus cum suis instrumentis procedit, ac illud exstruit, quod menti eius incidit.

Species vt fœtui imprimantur.

Sed vt de colore vos erudiam, quomodo is, cum inuisibilis sit, visibilis tamẽ fiat: de hoc exemplum tale obserue. Videtis, vnumquodlibet semen donatũ esse suo calore, antequàm in terrâ putrescat. Post putrefactionẽ illi erũpent demùm. Sic homo quoque in corpore corporeo, post putrefactionem rerum illarũ, colores exprimere nouit: hoc est, quid plumbum putrefacere potest, is inde rubrum, flauum & album gignit. Qui argentum putrefacere potest, is cyaneum producit. Iã res has corporeas visibiles, ipsũ quoq; inuisibile corpus inuisibiliter in sese habet. Quicquid enim in mundo exsistit, id oculi videre possunt. Et quicquid vident, id inuisibile quoq; corpus habet. Exempli gratia. Quemadmodùm res dictæ per hominem putrefiunt : sic eas inuisibile quoq; corpus putrefacit, easq; à visibili in mundo desumit, & visibiliter illas in se condit, dùm visibiles reddit in fœtu. Hic duo exempla vide : vnum *visibile* & aliud *inuisibile* : & tamen vtraq; vnum. Primum : Magnes ferrum sibi attrahit sine manibus, sine pedibus. Et sicut magnes visibile ad se attrahit: sic corpora quoq; inuisibiliter per imaginationẽ ad se attrahũtur. Nõ quòd corpꝰ ipsũ intret; sed hoc intrat, quod oculi vident, nec tamen palpabile est, vt sunt forma & colores, idq; sine damno corporis: quemadmodùm exemplum alterum docet, quod tale est. Super tabellam ex plumbo cinereo, seu bisemuto confectam succinum flauum colloca, ac trium spithamarum interuallo ab eodem vitriolum depone: tunc vitriolum & colorem suum, & acrimoniam perdit, & in præparatione succini, tum color, tùm acrimonia reperitur, & vitriolum etiam ante oculos commune vitriolum apparet. Hoc enim modo multi colores & virtutes in alia corpora traducuntur in rebus illis, vbi colores naturæ summæ sunt.

Magnes ferrum qui attrahat.

Succinũ quomodo ad se vitriolũ trahat.

Ita, si corpori possibile est, vt herbam decerpere & edere possit: possibile etiam erit, vt imaginatio cum ipso edat: sicut imaginatio domũ exstruere iuuat. Nemo enim pronũtiare ausit, visibile corpꝰ solũ id ædificasse, sed inuisibile cũ visibili iũgi ac simul sumi opus est. Quare etiam imaginatio potens est, vt cũ prægnãte fœminâ in isto appetitu edere possit. Et quoniam terra corporea est ; imaginatio autem

autem architectus in isto loco : ideò appetitus iste cibi cum adiunctis coloribus, formis, ac figuris illud expressissimè depingere & adumbrare potest. Quod simili ratione intelligendum est, ac si oleũ & aqua confunderentur, ac in miscellam hanc æs viride coniiceretur, & vtraque colorem illum imbiberent: aut tanquam cuprum illaberetur in stomachum Vulcani; tunc duo corpora producuntur, vnumquodlibet cum suo iusto colore. Ibi enim in fœminâ nulla diuisio est. Quicquid enim corpus vnum arripere & facere potest: idem quoq; potest alterum. Quicquid cum consensu corporis cogitare potest: id fit. Cum vero corporea exempla ægrè, ac difficulter intelligãtur, exemplum vobis illustriùs proponite: posse nimirùm hominem pro modo motus cœlestis sese in longæuam vitam Saturni dedere: aut se ipsum filium Solarẽ facere: hoc est, si soboles esset Lunæ, ac cùm in morbis, tùm in sanitate ad naturam Lunæ viueret: tunc ab eâ degenerare, & solaris fieri posset. Res vero istę fiũt per attrahentem vim quandam, quæ mirabiliter operatur. Æquè enim possibilè est, inuisibilibus rebus suas formas ac naturas detrahere, ac facilè est, corpus aliquod manibus prehẽdere. Sicut enim fieri potest, vt corpus carpat, & manibus prehendat rem corpoream: ita eâdẽ facilitate appetitus imaginationis idẽ quoq; arripit. Res enim quælibet externa corpora duo habet: visibilẽ, & inuisibile. Vtrumq; ergò corpus, quod suum est, arripit. Et sicut à corpore multa sumuntur, vbi exaltata imaginatio non concurrit: ita ab exaltatâ imaginatione quoque multa assumuntur, vbi exaltatum corpus non concurrit.

Ranæ qui pluuiis decidant.

Sed porrò exemplum tale attendite. Aiunt, pluere ranas. Id quî fiat, intelligite. Res, quæ pluuias faciunt, sunt inuisibilia corpora hominis: non secus ac terra visibile corpus est. Ranę autem fiunt terreno modo, & ex terra prodeunt, vnde visibile corpus suam originẽ habet. Jam verò, vt ranas pluat, contra naturam est. Ratio est: quod ex terra enascantur, non pluuiis. Quòd autem à pluuiis proueniãt, hoc id est, quod ex inuisibili corpore prodeunt, quod cum terrâ ex simili generatione constat. Ideòq; ranæ, terræ sũt visibiles, ex causâ & origine suâ: cæterę verò sunt inuisibiles. Id hoc modo fit. Superius corpus attractiuam virtutem in se habet, ex terrâ ad se attrahendi. Sed & terra attractricem vim habet, à supernis ad se attrahendi. Terra inuisibile ad se trahit, & id visibile reddit. Cælũ ex terrâ visibile allicit, & facit illud inuisibile. Et si vnumquodlibet horum eò redeat, vndè desumtum est; ad aspectum nostrũ idem est, quod fuit antè. Iam autem Sol ad se prolectat, quod suo magneti affine est. Sic etiam vnaquælibet stella pro magneticâ suâ naturâ trahit. Ita ergò substantia quædam ranalis vna attrahitur, per cœli naturam imprægnatiuam. Et quâ ratione macula generatur in fœtu: ita se habet etiam generatio ranarum. Imaginatrix enim vis in cęlo est terra, infans est: & quod desupèr in illam decidit de cœlo, est id, quod stella illa imaginata est, & quod secundùm naturam prẽgnantis magnetis allexit. Sic ergò illa omnia prægnantibus viribus adscribenda sunt, quæ, quod vident oculi, per magnetem ad se trahunt, & generant illud, quod cõspiciunt in fœtu: sicut de his ante dictum est.

Semen attractũ variarum rerũ generatio.

Noscendum quoque porrò est, quòd simili modo integrum semen nonnunquàm attrahatur, ex quo in fœminis posteà vermes nascantur. Vt res ista meritò admirationi omnibus esse debeat, raros eiusmodi, & insolitos vermes gestari in vtero mulieris, vbi officina generandæ similitudinis Dei posita est. Iam verò vermis non est ad similitudinem Dei: tũ nec ex semine viri est: porrò nec per cibum potumue in ea loca inseri ac deduci potuit. Pro intellectu huius, cognoscite prægnantem naturam (ita loquor) mulieris. Si hora conceptionis instaret: ac appetitus vinceret imaginationem: imaginatio autem vir esset, & in appetitu isto vigeret: ac vis attractrix in suam exaltationem ascenderet: iam sperma attrahetur inuisibiliter in officinam conceptionis, desumtum ex eo loco, vbi conditum est. Vermis autem in naturali calore generatur. Sic huiusmodi genera vermium in corpore mulieris succrescunt. Vbi nemo mirari hoc debet, cogitando de inuisibili corpore quod nihil maius est, quâ imago in fœtu. Vt exemplum hoc docet. Quicquid aut videt, aut appetit corpus in prægnante naturâ, hoc in fœtu perficitur. Interius enim corpus secundũ hoc opus itidem se habet, ceu pictor ad parentem. Pater suum opus agit corporaliter. Hic quod corporaliter perfecit. depingit pictor. Hi duo quo se inuicem respectu habent, eodem se habent

Appetitus vis.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 164 sur 913

etiã annatæ maculæ erga iſtas res, vndè prouenerunt. Quod autem huiuſmodi integrè in vtero materno gignantur, id per virtutem iſtiuſmodi fit, quòd attrahens magnes, in prẹgnante fœminâ conditus, æqualiter ad ſe trahat, ſicut magnes ipſum ferrum, cum corpore & aliis: & non ſicut ſuccinũ vires ex vitriolo exſugit: non etiam velut Amethiſtus, qui in ferreis lapidibus naſcitur, & ad ſe Myſy à lapidibus in inuiſibile ſuum corpus attrahit, ac cum ipſo ſimiliter vt Myſy, cum quo iacuit, creſcit, & augeſcit.

Vermes excludũtur calore. Aiunt calorem excludere vermes, velut gallina pullos ex ouo. Id æquè de nobis hominibus intelligi debet, quòd & ipſi per calorẽ huiuſmodi præparemur. Iam verò in cauſa non calor eſt, quanquã is neceſſariò dandus ſit: ſed natura ac proprietas fœminea id præſtat, quæ ſola fœminis conceſſa eſt: nec ea operatio ipſius corporei caloris eſt, ſed inuiſibilis potius naturæ, de quâ dictum eſt. Illa ex aſtris eſt: & is ipſe Sol, non qui eſt in cœlo, coquit hominem. Et ſicut Sol in firmamento vniuerſam terram calefacit: ſic ille alter calefacit corpus. Vnde conſequitur, naturam terrenam in nobis cũ fœtu, iſtarum rerum reſpectu, nihil negotij habere: ſed ſolum internum aſtrum iſtiuſmodi perficere. Ex quo hoc quoq; concluditur: quod quemadmodum videtis, Solem adurere, nigrare, & candefacere res ad colores iſtos ſuſcipiendos idoneas, ſimiliter res aliæ quoq; per has impreſſiones fiant. Iam nec cum fœtu in vtero aliter agitur, quam quod à Sole iſto colores iſtiuſmodi ipſi inurantur. Ideoq; quod dictum eſt, ſcitote, quomodò aſtra mulieris tales operationes perficiant. Homo enim plùs eſt, quam aſtra & imaginatio hominis. Ea enim procedit ex radice hominis: & aſtrum moderatur homo. Vndè patet, opificem eſſe aſtrum: & quod hoc pacto iubet imaginatio, id fieri. Imperium enim habet homo in res vniuerſas, quæ intùs in ipſo ſunt, ſiue appetitus ſit, ſiue voluntas. Vnaquælibet enim appetitio eſt conſenſio, & quædam iuſſio, vt, velut in imagine exſiſtit, id ita perficiatur. Homo etiam ſupra ſuum aſtrum eſt, ſicut Deus ſupra firmamentum, vbi mandat, *vt hoc hìc fiat, illud alibì, hìc cometa, illic ſtella vel ſignum aliud prodeat.* Quale nimirum hoc imperium: talis etiam imaginatio fœminæ, vt, quod in externo corpore appetit, id in fœtu deſignetur. Fœtus enim eſt facies cœli: corpus autem terra: homo autem genitor illorum ſignorum, ſicut Deus in firmamento. Et tàm celeriter fiunt huiuſmodi ſigna, velut ſcintilla ſit, quæ ex aëre elicitur. Et ſicut manus violenter ſcintillam illã ex ſilice excutit, ibiq; ignẽ ſuſcitat, vbi ignis non erat: ſic appetitus quoq; ignem poſcit, & in eliſione cogitationes omnes ad ignem directæ ſunt. Ideoq; inuiſibilis manus vmbratilem ignẽ in fœtum excutere poteſt, prout cogitatio, aut imaginatio illius mulieris fuerit. Interior enim eius imaginatio ſimilis eſt oculis Baſiliſci. Is, quem intuetur, occidit, hâc de cauſâ, quod fortis ipſius imaginatio cum viſu venenum eiaculetur, vt viſus ac venenum vnum fiant. Sic & cũ fœminis comparatum eſt. Quicquid tẽpore imprægnationis vident, ac ardẽter deſiderant, tunc illud vna cũ viſu in ipſas reflectitur, & in fructum propriũ imprimitur in vtero. Ipſi enim aliud nihil, quã fructus iſte ſubiacet. Sic etiam, quemadmodum Baſiliſco, ſi in Sole ſeipſum conſpicit, ſuum ipſius venenum repercutitur, quo iſte deinde venenatur: ita ſimiliter huiuſmodi res naſcuntur in oculis, & in cellâ imaginationis, quas oculi in fructũ vteri refringũt, qui huic arbori ſubiectus eſt, & in quem illa imperiũ habet. Extra enim ipſius corpus, imaginatio illa nullius efficaciæ eſt. Ideoq; in actum deducitur loco illo, vbi dominatur. Hoc enim ni ita eſſet: tunc aliis etiã huiuſmodi res imaginando imprimere poſſet, ſicut imprimit fœtui. Ac tanquam per hanc vim oculorum, menſtruum in ſpeculum excutiunt: ſic illâ horâ aliis quoque maculã quandam in oculos alterius immittere poſſunt: ſicut Baſiliſcus venenum ſuum per oculos in alium eiaculatur.

Fœtui quomodo imprimantur res.

Baſiliſcus qui viſu interficiat.

Homo imperat omnibus in ſe cõtentis.

Cæterum de imaginatione vlteriùs quoq; attẽdite, dici ſolitare: Quod ſi mulier tempore iſto imaginetur ſibi doctum & ſapientem virum, Platonem, Ariſtotelem: aut militarem hominem, vt Iulium, Barbaroſſam: aut eximium artificem, vt Hoffhammerum in Organis, Durerum, Norimbergenſẽ in picturis: tùm pariturũ illam eſſe prolem iſtiuſmodi, quę prædictos referat. Qui verò hoc cõmentus eſt, huius cerebrum grandi morione obſeſſũ fuit. Nam ad iſtiuſmodi non ſaltẽ appetitus requiritur & deſideriũ, ſed etiã cognitio iſtarũ artium & ſapientię: ſicut cognitio quoq; adeſt, ſi aut piſcẽ vident, aut fragum, aut quid ſimile. Iſtorum ſi cognitionem haberent, & hinc imaginatio fortis

Imaginatione an quis doctior, & ſapiẽtior reddi poſſit.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 165 sur 913

fortis accederet: tunc illis minimè contradiceremus. Ad quam tamen operationem adeò multa requiruntur, vt eius nedum documentum vllum ſpectatum vnquam ſit. Hoc quidem verum eſt; ſi fœmina artificem audiat, veluti muſicum, aut virum eruditum, & illo delectetur: tùm impreſſionem eam fœtui dari. Et licet quidem illa nihil intelligat, nec calleat: id tamen gubernat, ex quo ſequitur, vt fœtus deſideratum æmuletur. Hæc tamen æmulatio perfectæ eruditionis nõ eſt, ſed perſuaſæ, & quæ fundamento deſtituatur. Habilis quidem ad eiuſmodi res fœtus redditur, ſed inconſtanter & fluctuabundè. Hoc autem poſſibile eſt, ac in fœtu remanet, non ſecus ac impreſſum ſtigma, aut cutis macula, ſi nimirùm mulier illis horis deſiderio torqueatur furandi, procandi & ſimilia alia faciendi. Hoc enim in fœtu perficitur, eique innaſcitur, ac toto vitæ curriculo ea propenſio durat: Vndè multæ multorum opinationes natæ ſunt, nimirùm euentuum iſtorum cauſas Planetas eſſe, cùm tamen vnius imaginationis culpa ſit. Eâ ratione multa ſoboli innaſcuntur, quæ poſterioribus annis erumpunt: vt magna ferè iuuentutis malitia vbiq; deprehendatur. Cùm etiam in confeſſo ſit, alios ſubinde aliis ardentius in hos, vel illos cibos inclinare ac ferri, aut eoſdem grauiùs auerſari: ſciendum eſt, iſta vniuerſa ab externo appetitu ſtimulata per aſtrum hominis fœtui indi ſine omni additione rerum extra hominem poſitarum. Imaginatio autem aſtrum ipſum eſt.

Imaginatio fœtum ad furta & libidines diſponit.

Imaginatione cibi alii aliis fœtus gratiores reddũtur.

Paulò antè dictum eſt, mulieres imaginari poſſe, vt per deſiderium ipſarum res quædam cum ſuis formis, coloribus ac figuris alterius extranei quoq; corpori imprimantur, nõ ſecus ac fœtui proprio, niſi id obſtet, de quo dictum eſt. Suſcitatâ ergò imaginatione, menſtruum fit materia operis illius, quod ſoli fœminarum ſpiritui ſubiectũ eſt, ex quo ſpectra ſuum corpus deſumunt. De hoc exemplum attendite, quod imaginatio mulierum tam potens ſit, vt tale menſtruum in medium vſq; cœlum imaginatæ ſint, & virtute imaginationis ex eo id confinxerint, quod præ ſe pictum & delineatum conſpexerunt anteà. Poſteà verò eæ formæ & figuræ per illam imaginationem rursùs in homines delapſæ ſunt inſenſibiliter, mirabiliterq; : quòd ex cauſsâ nullâ accidit aliâ, quam quod imaginatio corpus ſuum menſtruale eò genuerit, vt ipſum non ſecus ac in infantem vtero incluſum, ſuper homines delãberetur. Quanquam hic fœda ſuperſtitio acceſſerit, q. diabolus huiuſmodi opera adornet, pingat ac tingat. Id quod à veritate quam longiſſimè abeſt. Quod ſi fundamentum iſtorum incidentium ſignorũ detegi, ac integrè manifeſtari oporteat: ſcitote, quod puerperæ, ſi in imaginatione tali verſentur, ex illiuſmodi rebus aſteriſcos, ſiue cruciculas & ſimilia alia gignant: quod nemini mirum videri debet. Quòd ſi enim rationi conueniret, menſtruum iuxta ſuas vires planiùs detegi, & explicari: multa plura miracula producerentur, quæ hic omitti ſatiùs eſt. Multi enim Epidemici morbi ac ſimiles alij, hinc ſaltem exorti & ſuſcitati ſunt: Quo tamen loco mulierum priuilegia, quæ tempore geſtationis & puerperij, & fluxus menſtrui habent, producturus ſum: veſtro omni de iſtis deſiderio ſatisfaciam.

Menſtrui miræ vires abſconditæ.

De his autem vniuerſis cognoſcite, quòd tempore creationis hominis, corpus eius inuiſibile æquè ac viſibile conditum, ac vtraq; pars ex limbo deſumta ſit. Altera etenim pars terrena eſt: altera cœleſtis. Ideoq; cœleſtis non minor eſt operatio, quam terreſtris. Terreſtri verò corpori mandata data ſunt ædificandi, manibus operandi. Ideò in cognitione huic plus iniunctum eſt, quam inuiſibili. Et quæcunq; operatur corpus externum: ea opera integra ſunt. Opera autem inuiſibilis corporis, velut vmbræ quædam corporis ſunt. Licèt enim externum corpus opera ſua per imaginationem perficiat: tamen ſaltem id corporeũ eſt. Quod verò hoc loco perficitur, id imaginatio per inuiſibile corpus deſtruere poteſt. Ac velut vmbra intelligi poteſt homine; ita eiuſmodi ſunt impreſſiones fœtus: à cæteris tamẽ vmbris diſtinctę in hoc, quod hæc vmbra conſtans, & ineuanida ſit. Quod ſi enim ſonitus auditum deſtruere, Sol viſum ita abolere poteſt, vt corporei morbi inde ſuſcitentur: imaginatio id quoq; ſimiliter poterit. Et quemadmodùm quiſpiam alium ante ſe ſtantem, oculis ſuis ita intueri poteſt, vt is à ſtatione ſuâ effugiat: aut, ſicut vnus alteri mandare poteſt, *Hoc fac*, quod tamẽ nudũ verbum eſt, ac nihilominùs perficit, vt imperatũ fiat, quod verbum ex corpore egreditur; ſic corp⁹ quoq; alterũ pellit & fugat vltra triginta milliaria. In quâ autẽ

Corporis humani partes.

Inuiſibilium, ſeu incorporearum rerum vis quanta ſit etiã in corpus.

Imaginatione quomodo extraneo quid imprimi poſſit.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 166 sur 913

virtute illud fit: in eâdem corpus quoque imaginationem cogit, vt voluptatẽ corporis expleat: nec aliter hoc loco accipitur, quàm verbum, quod ex corpore egreditur, nec tamen ipsum corpus est, cogitq; alterum, vt corporis, vndè verbũ egreditur, appetitui obtemperet & satisfaciat. Hæc autem opera spiritus Olympicus perficit, qui ab omnibus corporis operibus vmbram reuellit. In Olympico hoc spiritu ars Cabalistica, cum suis annexis sita est: quæ probat, quod imaginationis vis in multò plura efficax sit, si cõiunctiones olympicorum spirituum vniantur. Quã non ratione corpora visibilia coniungi possunt: eâdem iungi etiã possunt olympici spiritus creationis, qui astra sunt in corpore humano. Hæc autẽ in libris Gabaliæ describuntur.

Cabalistica ars, quid probet.

Sed sermo de morbis, ex imaginatione natis, hic continuandus est. Qui claudi ex vtero materno sunt: horum vero parentes, pater simul ac mater eius rei caussa non exsistunt: illorũ claudicatio aliũde non inducta est, quam quod interior homo imaginationis curvus sit. Quod si enim ipsum corpus curvum, aut distortũ esse potest: tale esse poterit etiam astrum. Vtraq; enim vnus homo sunt, duę partes vnius integri. Ideo sæpiùs accidit, vt corpus distortum, aut claudum sit, nulla morborum caussa pręgressa, sed interiore corpore vndiquâq; sano & expedito. Sic vicissim quoq; interius corpus sæpè contractum ac distortum est, externo saluo & incolumi. Iam verò quodlibet corpus refert fœtus, & is illius rationem accipit, ac ita nascitur. Tali autem monstro in lucẽ edito, sic vobiscum cogitate, quòd imaginatio fœtum distorserit & deformârit; siue id à sponte suscitatâ imaginatione sit, siue à contuitu externæ formæ, quæ posteà taliter in naturam abiit. Et huiusmodi quidẽ monstrorum plura eduntur, à solâ imaginatione producta, naturâ corporeâ huius nihil caussante.

Claudus fœtus vt nascatur à parentibus nõ claudis.

Imaginatio sola multa monstra edit.

Quanquam & hoc verum sit, ipsam quoq; imaginationem caussam esse succubi & incubi, eâ nimirum ratione, quod imaginatio res illas pariat, & deindè distrahantur. Hoc vt intelligatis, oportet primum sciri sperma incubi & succubi, vnde id proueniat & nascatur. Prouenit autẽ ex forti & pertinaci imaginatione eorum omnium, qui in cogitationibus ac animo procantur. Quia ergò ex imaginatione oritur, iam verum & naturale semen non est, sed est instar salis fatui.

Succubus & incubus ex imaginatione. Succubi & incubi quale sperma.

Vnumquodlibet enim sperma, quod fœtus principium futurum sit, ex imaginatione produci non potest, sed generatur ex operatione illarum partium, quæ huic rei in creatione destinatæ sunt. Nam exemplum tale pono. Nisi granum in terram coniiciatur & putrescat, fructum nullum producit. Ita hoc quoq; semen in suam terram, cui destinatũ est, iactari debet, vt eo loco à suâ terrâ putrefiat: aliàs ex eo fœtus nullus progignitur: non secus, ac si frumenti granum in paludem coniicias; ex eo quidem aliquid fatuo frumento simile produceretur, sed non frumentum verum. Et sicut semen futuri anni, pro tollendis in futurum frugibus seminandum, hoc anno cum labore educari oportet, adeoq; sine labore semen in agrum iaci non potest: sic nullũ quoq; semen naturale sine naturali conceptionis ordine prolificari potest. Ideoq; ex his colligite, *incubum & succubum sperma esse fatui salis, ex imaginatione sine naturali ordinatione productum.* Ideoq; id sperma naturale non est, sed res fatua. Vnde *Thomas de Aquino* reprehensione non caret, qui rem fatuam pro perfectâ accepit.

Thomas de Aquino reprehenditur

Iam verò sperma hoc, ita productum, ex imaginatione in amore Hereos natũ est, Quid vero iste amor est? Nihil aliud, quàm quòd sibi aliquis per phantasiam in animo fœminam fingit, & cum hâc rẽ habendo, amorem suum exsatiat. Vndè surdi quoq; ac fatui spermatis exitus est, quod ad liberorum generationem ineptum est. Ex illo tamen spermate *Incubus & succubus* gignuntur. Sed adhuc vnum hic notare debetis, nimirùm huiusmodi imaginationem matrem esse lasciuię impudicæ: vndè fit, vt si amatores & amatrices tales per intentam imaginationem congrediantur, minimè fœcundi sint. Imaginatio enim gubernat hoc sperma ita, vt natura ab extraneis infringatur. Quæ caussa potissima est multorum sterilitatis ac molæ. Vt verò de generatione istâ incubi & succubi dicere pergam: noscendum vobis est, spermata illa per spiritus nocturnos asportari. Hi illa in ea loca transferunt, vbi excludi possint, nimirùm ad serpentes, vermes, bufones, & impura animalia similia. Ibi enim à spiritibus illis actus, seu congressio cum spermatibus illis in animalia illa fit. Talis congressus instituitur etiam cum sagis. Vnde stupenda monstra plurima posteà nascuntur, quæ hoc loco enumerari nequeunt quidem, sed tamen

Amor Hereos quid.

Luxuriosi infœcundi.

Molæ caussa.

Spirituũ nocturnorum cũ sperm. petulantia.

tamen ad oculorum conſpectum valdè horrenda & formidabilia ſunt. Vndè ſæpè quæritur: *quid hoc animalis?* Anteà tale mihi non obuenit. Quæ certè ſi ſecum homo expenderet profundiùs & penſiculatiùs, quam hîc exaggeratur à me: quis vnquam iuramento temerario cœlibatui ſeſe adſtringeret?

Cœlibatus an vouendus.

Sed & ad naturam huiuſmodi monſtrorum attendite. Quia ex forti imaginatione illâ ortum ſuum conſequuntur: ideò imaginatio illa ipſis monſtris quoq; inſita inhęret. Scitote ergò, hinc baſiliſci generationem non longè abeſſe: cuius formam ac ſpeciem verè nemo ſcire poteſt. Quis is enim eſt, qui illum tam expreſſè intuitus eſt, cùm tamen illius oculis obuerſari nemini tutum ſit? Adeò enim pernici impetu mors ad aſpectum eius irruit, vt ad deſcribendum illum nihil loci, nihil otii ſuppetat. Valentiſſima etenim imaginatio, quam cum efficaciſſimo veneno in oculis habet, ex generatione incubi & ſuccubi cum adhærente naturâ ſpiritus nocturni ſuſcitatur, ac illi in locis abditis gignuntur: ſicut verbis veberioribus de iſtorũ naturâ in libris aliis pertractatur. Hinc ſcitote, quod vniuſcuiuſlibet impudici illius, & laſciui ſpermatis poteſtatem nocturni ſpiritus acceperint, ex quo nimirum gignant, prout idoneum ventrem inueniunt. Nihil tamẽ humanum, quod animam habeat. Quanquam dicant, nonnullos Gigantes hoc modo natos, & productos fuiſſe. Qui tamen, cùm animam habuerint, inde naſci minimè potuerunt. A fide tamen id tantopere non abhorreret: niſi ſtatuendum eſſet, hoc peculiare opus Dei factum ita eſſe, vt hominum aliqui nullam animam acceperint. De quo tamen, cùm mihi dicere nihil certum & integrum ſit, ſilere hîc, quàm pergere, malo. Mundus quidẽ perſępe innouatur, rebus mirabilibus nouis augetur. Sed & hoc ſi accidit, nobis illud pro Dei miraculo acceptandum eſt.

Baſiliſci generatio vnde.

Gigãtes qui progenati ſecundum quoſda.

Cæterum, quid tandem eſt ille amor Hereos de quo hîc dictum eſt? Id dictũ eſt de corpore viſibili, quòd huius origo ſit. Quemadmodùm etiam homo naturali conſtitutione ad hoc opus idoneus factus eſt, non ſolus, ſed cum altero perfectum corpus: hoc eſt, vir & fœmina corpus vnum ſunt. Et velut agricola ſine agro inutilis eſt, ager etiam viciſſim ſine agricolâ, ſed vtriq; vnum ſaltem ſunt: talis ipſe etiam homo eſt, non vir ſolus, non ſola fœmina, ſed vtrique ipſi vnum ſunt; ex quo deinde homo generatur. Si vero vir nolit integer eſſe homo, aut ipſa quoque fœmina: tunc vnuſquilibet in ſeipſo duo corpora habet terrenum nimirùm viſibiliter, & cœleſte inuiſibiliter. Iam verò & hoc modo cuilibet ſua priuatim natura eſt ad naturale ſemen, quod tamen in agricolturâ ſimiliter ſe non habet; ſed ſaltem ſemen vnum eſt. Corpora hæc duo in ſuis operibus diſtincta ſunt ita, vt vtrumque vel celeriùs, vel tardiùs, vel hoc, vel illo modo ſeſe mouere, ac incitare poſſit. Ex quo ſequitur, *corpus per ſeipſum ſine omni imaginatione pollutiones emittere.* Sed hæc pollutio non eſt in poteſtate ſpirituum nocturnorũ. Et quemadmodùm cœlum ſuos motus habet: ita ſuos habet etiã corpus cœleſte, quod omnia ſua opera in imaginatione perficit, eo modo, quo dictum eſt. Iam verò amor Hereos in inuiſibili corpore naſcitur. Si ad operandum procedit, non eſt amor Hereos. Sin verò minùs: tunc is eſt. Sic amor Hereos ipſe pater ac mater eſt, eiectio ſpermatum, ex quâ poſteà incubus & ſuccubus naturas ſuas accipiunt; hoc eſt, alterum eſt ſpiritus nocturnus mulierum, alterum virorum.

Amotis Hæreos cauſſa corpus viſibile.

Vir ſine fœminâ nihil gignit.

Pollutiones corporis.

Succub. & incubus vnde.

Sciendum etiam porrò hoc eſt, genituram illiuſmodi ſæpiùs in ipsâ matrice manere, nec labî. Vbi attendere debetis, quòd ſine operibus ſpermatum huiuſmodi res mirabiliter interdùm generentur. Vnde dicere ſolent homines: hæc mulier vterum dudùm geſtauit, mirabile quid ferens, quod ex motu noſcitur. Huiuſmodi genituræ, qualeſcunque ſunt, ſi viuæ ſunt & tali formâ imbuuntur: tunc ex ex tali fatuo retento ſpermate prę ſtò ſunt; nec exitum huiuſce fœtus quiſquam noſſe poteſt, qui tamen plerunq; in mortem terminatur. Quòd ſi enim duo corpora, nimirùm viſibile & inuiſibile vniũtur, & in naturam pergunt per imaginationem aut appetitum, contra naturalem ordinationem: tunc ſcitote, quia in officinâ conceptionis ſeipſum ſuſtinet ſemẽ, neceſſariò ex eo aliquid gigni, quodcunque tandem ſit prô naturâ ac formatione iſtius imaginationis. Quanquàm autem craſſum & inciuile ſit, de hiſce rebus plura tradere: tamen veritas hęc eſt, quod etiam vetulæ ac anus, quæ iam fœcundæ eſſe deſiêrunt, & annos huius finis tranſilierunt, nonnunquam libidine percellantur ac pruriant, ac intentis cogitationibus laſciuientes, ſeipſos titillent, atque

Retenti in matrice ſpermatis quę mõſtra.

Vetulæ prutientes.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 168 sur 913

imaginem ſuam eò vſque ſtimulent, vt huiuſmodi fatuum ſemen producant: ex quo deinde huiuſmodi res generari poſſint. Hæc cur dicam, iſta cauſſa eſt. Si imaginatio apud ipſas oritur: ipſę verò hunc, quem cogitatione deſiderârunt ad coitum, adipiſci non poſſunt: ſuccubus tamen & incubus illis offeruntur, qui locum iſtum complendi ſingulariter auidi exſiſtunt. Hoc modo amatores, ſeu proci ſagarum deprehenduntur: hoc modo ſuccubi, qui & ipſæ ſagæ ſunt, apud viros reperiuntur.

Vetulæ cum incubis libidinâdi.

Ad res autem has omnes & ſingulas anteuertendas & euitandas, ſobria, ſeria & pia vita nimiopere conducit. Qui ſeipſo contentus eſſe non poteſt, is ſolus non maneat. Et licèt quidem caſtitas purum cor alat ad diſcendum res diuinas: is tamen, qui, vt hæc diſcamus, mandat, caſtitatem quoque largitur: vt qui ſeipsũ citra mandatum & datum donũ frænare non poteſt, magnum Prophetã Dauidem æmuletur dicentem: *Vxor tua ſicut vitis fœcunda erit: & filii tui in circuitu mẽſæ tuæ ſtabunt, velut ramuli oliuarum circa caudicem ſuæ arboris. Cum illis manducabis opus manuum tuarum, & bene tibi erit, ac beatus es; & times Deum.* Res dura & contumax eſt imaginatio. Si enim ex ordine ſingula repetere & reducere animus ſit, quæ in hoc libro breuiſſimè, & dilucidiſſimè tradita ſunt, quæ nimirùm & quantæ vires per imaginationem tam virorum, quam fœminarum oriantur non dubito, quin vnuſquiſque magiſtratus otioſos ac deſides ad labores ſtrenuè compulſurus, & iis, qui imaginationi ſuæ imperare nequeunt, ita prouiſurus ſit, vt tot facinora, & tàm fœda opera deinceps omittantur. Corpus enim hoc, quod in terram conditur, per huiuſmodi illecebras corrumpitur. Cui, ſi olim in nouiſſimo die exſurgendum rurſus erit: væ paſtoribus illis, qui gregem ſuarum ouium, cui præfecti ſunt, male pauerunt, propter illas enim ordinati ſunt.

Imaginationis vis.

Magiſtratus officium.

Ac hiſce dictis iam tertium hunc librum meum de rebus inuiſibilibus concludo, ſuper multiplici experientiâ fundatum, ac ex facultate ipsâ deſumptum, in quâ hęc omnia viſibiliter fiunt, adeòq; ex ipsâ naturæ luce tam ſolidè & efficaciter depromptum. vt ne minima quidẽ litera falſa reperiri queat. Quòd ſi non plures libri, Deo ſuadẽte ſecuturi eſſent. Ideòque his paucis propoſitis prolixę interpretationes, & textus profuſus breuibus verſalibus eſt incluſus.

Multi alii quoque liberi naſcuntur, qui & ipſi cum dictâ origine quadantenùs cohærent: quales tamen declinandę formidinis gratiâ hîc omitto, cùm quâdam etiam ex parte ex præmiſſis cognoſci poſſint. De liberis autem, qui legitimè nati ſunt, & tamen, velut dictum eſt, annaſcentiis quibuſdam grauati: de horum inquam duorum coniunctione tale fundamentum accipite. Aurum, aut argentũ in ære ſeu metallo vno generatur. Id etſi quidem monſtruum ſit; verum tamen aurum vere viuit. Ideòque huiuſmodi monſtra quoque nihil minùs homines ſunt, licèt aſpectu etiam ſint horrendo. Sub horam enim conceptionis illorum mixtio confuſa fuit, & non in naturâ diſſeparata. Vſque adeò enim ſubtilis eſt natura in formatione fœtus, vt ſeparator nullus tam artificioſus in auro ſeparando eſſe poſſit. Æquo enim modo infans ex liquoribus ſpermatum erumpit, ac bene depuratus Salpetrę, qui Cryſtalli inſtar ebullit, & à ſordibus, in quibus iacet, ſe ſegregat: aut ſicut vnio, qui ex ſuo ſpermate abſcedit. Si verò heterogeneum incidat, tunc vnà vtraque creſcunt, nec quiſquam vnum ab altero diſcernit, velut argumentum & aurum, argentum & cuprum: & magis vt argentum, & ſtannum. Ita nimirum inuiſibiliter arcta & iuncta manent. Sed hæc ad meos iſtos libros, quæ de generatione hominis tradunt copioſius talia, relegans, iam hîc finio.

Aurum & argentum in metallo vno.

Naturæ ſubtilitas in formando fœtu.

THEO-

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 169 sur 913

THEOPHRASTI PARACELSI
AB HOHENHEIM DOCT.

LIBER QVARTVS DE
REBVS INVISIBILIBVS.

Præfatio ad Lectorem.

QVARTVM *hunc propositi nostri librum, perite lector, diligenter perlege. In eo enim res abditæ reuelantur, quæ per opera sua visibiliter sese exhibent, non saltē vt secretorum naturalium conscius sis: sed etiam, vt hinc discas, quàm fraudulentus eorum hactenus vsus fuerit. Nam per has inuisibiles naturæ virtutes* Mahometus & Apollo per quæ surrexerint. *Mahomet surrexit, & ipse Ethnicorum primarius Deus Apollo: qui irruptionem facientes in gentes, superstitionem, & idolomaniam talem concitârunt, vt ipsæ superstitiosè adnorarent hoc corpus, quod aut in terrâ iam putresceret, aut balsamo conditum asseruaretur. Sectæ illæ & cultus suas radices quoq; in nouū testamentū immiserunt, & schisma dolendū inuexerunt; adeo, vt superstitionibus fœdis non solùm omnia latè fœdarentur: sed facinora quoque, & flagitia omnifaria confertim irruerent. Et hæc omnia talia, sectarii, templorum ministri, non suscitarunt tantùm, verùm etiam pro viribus fouerunt. Mei autem instituti est, res naturales describere. Quæ si voluminibus inserantur, multa procul dubio ex iis innotescent, quæ hactenùs profundè abscondita latuerunt, & à nemine quoquam rectè, verèq; percognita fuerunt. Quòd si enim Medico licitum est, aurum ad quintam vsque essentiam redigere, ac Sophistam Auicennam, eiusque complices scriptis diffamare: fors etiam licitum erit, impostorem quendā in Medicinâ exsurgere, ac de eiusmodi medicinâ ita pronuntiare: Non natura hoc præstat, operatur id* Asmatheus. *Asmatheus: id quod etiam haud magno negotio fors tueri posset. Sophistæ enim Medici ex ignorantiâ suâ id largiuntur. Quare, ô Lector, ingentes naturæ virtutes sunt. Quis enim ita consideris sit, vt sustineat æstimare eius potentiam, quam & quantam habet? Hæ enim vires* Sapiētia Dei infinita. *vniuersæ ex sapientiâ diuinâ promanant. Huius verò quis finem attinget? Eam enim scriptura dicit sine numero esse: & eius prædicat immensam altitudinem ac incomprehensibilitatem. Quid ergò homo in abdito & profunditate terræ aget? quid præstituet sibi ac cogitabit, si è sublimi in luce ipsius naturæ dispiciat, quis status eius sit erga sapientiam diuinam? nihil nimirùm aliud, quàm quo interuallo ab imo puncto terræ is distat ad extremum solis apicem, & per hūc iterum ad nouum solem, illo septies clariorem & splendidiorem: sic tamen nihilo magis vel ipsū* Lumen naturæ quale. *principium sapientiæ diuinæ attinget. Quia verò lux naturæ similis est micæ mensæ Domini, omnibus gentibus colligendæ: & ipsa lux illa naturæ à Iudâ abscessit: æquum est, non cessari, sed de hâc sapientiâ legi & arripi, quamdiu mica vel minima decidit. Quanquàm hoc nobis in scrutando nimis altum sit. Ideò sit laus, gloria, & honor æterno Deo, summo benefactori, qui nobis naturæ lucem fulgere sinit, vt in naturalibus rebus rectè & fundamentaliter ambulare possimus.*

INTROITVS LIBRI QVARTI.

VNAQVÆLIBET res, quæ ex naturæ luce probè explicari debet, à releuatione primæ creationis deduci debet. Quodlibet enim principium causa est consequentium, vt & eorum natura, ac simile siquidem non parit dissimile. Talis quoque creatio est cœli & terræ, facta non solum secundùm formam & figurā, sed etiam secundùm vires & proprietates naturales. A creatione rerum istarum omnium, ex ipsis homo conditus est, factus per manum Dei, secundum similitudinem ipsius. Hic sermo verò quò faciat? Hûc vnicè, vt intelligatis, hominē esse microcosmum, non quidem secundùm formam & substantiam corporalē, sed secundùm vniuersas virtutes & operationes, quas mundus maior habet. Sic ab homine promanat nobile nomen *Microcosmi*; quod idem est, ac si dicas, cœlestes motus omnes, omnes terrenas naturas, & aquosas proprietates, & aëreas cōditiones, in ipso homine verè exsistere. In ipso viget natura omnium fructuum terræ, omnium metallorum, vis etiam aquæ, vt & constellationes vniuersæ, & venti quatuor mundi. Nam quid vspiam in terra est, cuius naturam ac virtutem in se non exhibeat homo? Vsque adeò

Homo quomodo microcosmus.

In homine vniuersa insunt.

subtilis

ſubtilis & acer limbus fuit, ex quo Deus hominem ſecundùm ſuam ſimilitudinẽ fabricauit. Hoc etenim cuilibet Phyſico conſiderandum eſt, quòd Deus hominẽ, ad imaginem ſuam conditum, ex nobiliſſimo compoſito creârit, cuius ſimile nullo vnquam tempore futurum ſit. Et hoc euincunt præſtantia opera eius. Nec enim ipſum cœlum in viribus ſuis tàm præſtans eſſe poſſit; nec poſſit eſſe tàm nobilis terra vel elementum quoduis: vt hominis corpus ea aut nõ exæquet, aut nõ exſuperet. Mirabilia illa in homine vniuerſa inſunt. Vires omnes herbarum ac arborum in muniâ reperiuntur. Nec verò terræ ſaltem naſcentium virtutes in eo deprehenduntur: ſed inſuper etiam naturæ aquarum omnes, omnes proprietates metallorum, omnia genera Marchaſitarum, omnes ſpecies gemmarum. Quæ cur hîc ſingula percenſeo? Omnia in homine inueniuntur: omnia nec minùs, nec inefficaciùs reperiuntur in Mumiâ. Tantùm, quod oculi ſpectant, formam attinens: & quod manus tãgunt, concernens corpus: quid quæſo præter hæc vſpiam deeſt, aut decedit? A riſu verò ſibi temperare non poſſit, qui cõmentaria euoluat eorum, qui Magiſtri naturales vocitantur, quæ ita ſonant vt ſentiatur ac palpetur, quòd ab ipſis lux naturæ ne quidẽ per trãſennam viſa aut cognita vnquam ſit: ſed fundamenta ſua ſtruxerunt ſuper fragmenta, à ſpiritibus ſibi ſubiecta. Et hoc dolendum eſt cumprimis quòd ſpiritus iſta talia fundamenta iecerunt, quibus Philoſophi naturæ cognitionem ſuperſtruxerunt. Iam v. deinceps idem ne fiat ſimiliter: ſed ſuper baſin illam ædificetur, ex quâ res omnes oriũtur & dimanant. Ac licèt ipſi quidem ſpiritus nobis adhùc plura particularia ſuggererent: nobis tamen non ſcholæ ſectandæ, ſed ipſa naturæ lux propiùs ſpectanda & arripienda eſt.

¶Mumia in ſe omnia habet.

Phyſici reprehẽduntur.

Lumen naturæ ſolũ ſectandũ.

Et vt ſummatim hæc vniuerſa comprehendam. Quicunque opopanacum quæritat, is illud in hâc mumiâ reperiet. Et ſic res cæteras vniuerſas. Quiſquis enim hominem explicare ac diuidere, hoc eſt, ea à ſe inuicem dirimere, quæ dirimenda ſunt, poteſt: huius deſiderio in omnibus fit ſatis, iſque ex illo ea profert, quæ per Vulcanum ac res externas ægrè elici poſſint. Nam ſi quis Meliſſam quærit, hic eam inuenit. Si quis Antimonium quærit, hic inuenit. In hâc mumiâ omnia naturalia ſunt, ſed hactenùs hominum cognitionem effugerũt. Fas ergò ac æquum eſt porrò de rebus Microcoſmicis loqui ac diſſerere, vt explicentur ea quę perinuiſibilem naturam fiunt, quę rudis populus pro reb. veneficis, præſtigioſis, & diabolicis habere ſolet, cùm tamen merè ac omnia naturalia ſint, & ex fundamento naturali eruantur. In hominis enim membris duplex natura conſtituenda eſt; tangibilis nimirùm agens virtus, & virtus impalpabilis. Viſibile enim hoc corpus, naturales ſuas operationes habet: ſed eaſdem etiam corpus inuiſibile. Quoſcunq; affectus viſibile hoc corpus patitur: eorum etiam medicinas eodem loco conditas habet: ac vndè is lædi, indè etiam ſanari poteſt. De viribus ergò inuiſibilibus hoc noſcite, rem oportere non eſſe tenuem & contemtam, quæ tam firmam imaginationem gignat. Vbi fundamenta talia poſita ſunt: haud dubio res plures cõduntur. Ac quemadmodùm vis lilij ſe pandit & exſerit: ſic inuiſibile quoq; corpus ſuam virtutem expromit. Si ergò mirabilia illa in corpore inſunt, ſicut ipſa promicant: & oculorum, ac linguæ, & aurium fide ſtabiliuntur: fixum certè etiam aliquod in microcoſmico illo corpore de iſtis inerit, ita, vt ex Mumiâ res maximę produci queant: non ſecùs, ac videtis, garyophyllos ex ſuis arbuſculis nitere, & chelidoniam in horto ſuperbire. Quæ dùm viuunt gratiâ ſummâ & amabiliter omnibus arrident. Sed arida & emortua, gratiam nullam habẽt: & tamen virtutes eorum adhûc præſtò ſunt. Sic, etſi Mumiam quidem nemo oculis conſpiciat: virtus tamen eius non euanuit. Vita enim ſaltem illud ſecum abripit, quod hominibus cognitionem mutuam præbet. Ex quo verò illud procedit, hoc in Mumiâ remanet. Sic ergò ſcire debetis, duas in homine naturas iſtas, viſibilem & inuiſibilem varijs viribus ac potẽtijs dotatas eſſe: hoc eſt, quod nimirùm viſibile corpus præſtat in Medicinâ, & quod itidem in eâdem præſtat corpus inuiſibile. Quemadmodùm enim viſibile corpus loquitur, ac nemo videt hoc, quod ſermo eſt: & ſicut vident oculi, nemo tamen id videt, quod viſus eſt: ſic comprehendite ſimiliter, quòd corpus viſibile, ſi Mumia eſt, ſecum adhuc inuiſibile corpus habeat: qua de cauſâ res admirandas operari poſſit, nõ ſecus ac viueret. Mumia autem hoc eſt: ſi homo vita exutus eſt, tum flos eius erumpit, in viribus & arcanis naturalibus.

Mumiæ vis.

Corpus duplex.

Mumia quid?

Hæc

Hæc vt intelligatis, notate, duas operationes hîc è mumiâ erumpere posse. Mumiæ miracula. Vna est: quòd mumia facit, quæ vir viués facere potuit. Altera, quòd partes Mumiæ integra medicina sint. Hæc planiùs & accuratiùs ita intelligite. Compertũ vobis est quomodò viuens corpus per virtutem medicinæ ægrotos sanitati restituere possit. Sic æquè scire potestis, quod in mortuâ mumiâ quoque idem accidere possit. Quibus vero vijs, id apprimè noscendum est. Hinc enim multæ Mumiæ emerserunt, quæ miracula ediderunt. Similiter & alio modo eadem mumia, velut ad Encœnia confluentibus æominibus, distributa est. Vbi non ipsa quidem â populo natura eius pensitata est, sed superstitio fidẽ eam extulit, adeòque in nomine Diuorum hæ virtutes pro miraculis æstimatæ sunt, quasi Diuorum quis vltra naturæ modum talia operaretur, quæ tamen res merè naturales exstiterant. Illud autem ideò factum erat, quòd de his nihil traditũ exstaret, & inuisibile corpus mirabiles operationes ederet. Nec ipsi hoc considerârunt, quòd etiam magnes magnam ferri molem alliciat: & quòd ipsemet quoque homo magnes sit, & magnetis modo, velut is ferrum, sic ipse homines attrahat & alliciat. Homo est magnes. Nam hoc exemplum de prępostera hominum consuetudine attẽdite. Si fors alicunde vir peregrinus, rari habitus, adueniat, certatim illi omnes affluunt, & virum extraneum spectatum accurrunt. Solent idem factitare, etiam ad conspectam extraneam auem canemve, ac similia alia. Iam velut natura huic vel illi tale quiddam indidit, propter quod accursus hominum moueatur: ita simile etiam corpori mortuo largitur. Vt cuilibet persuasum esse debeat, Quicquid natura viuens dat, idem illam etiam dare mortuâ. Vndè, si mumia sepulta sit, & natura accursum aut conuentum talem per miracula sanationis huius aut illius morbi cieat; tùm videatur tibi idem, quasi centurio vnus Lugduni militem scriberet, & numeratis coronatis ipsum conduceret: alter verò Tridenti aureos Rhenanos distribueret: tertius tandẽ in Saxonia grossis, gladio insignitis idẽ ageret: & tamen miles hic ad hunc, alius ad alium, vt scribatur, confluerent. Hæc enim omnia naturalia ac humana somnia sunt, ac viuentium quædam quasi superstitiones. Idem ad vnguem etiam mumiæ accidit. Hæc enim febres, illa pestem numerat, aut appendit. Et tamen vna eius ratio, vna natura est. Et veluti non cuiuis contingit centurionem esse, & pecuniam numerare; sic etiam non quælibet mumia signa edere potest. Quę autem de hâc Mumiâ vobis propono & naturaliter explico; ea diligenter legere, & cognoscere debetis.

Sic ergò institutum nostrum sit declarare Mumiam: Mumiam autem illam, quæ ex terra suum opus effluere finit. Mumia pro re facta traducta. Hęc à multis pro sanctâ habita, hominũ congregationem concitauit. Nec ob id solum: verùm etiam, quòd pro viribus suis à naturâ datis sanando homines meritò admirationi esset. Antequàm verò rem ipsam expediam: præmittendũ hoc est, Mumias multas cum prætextibus variis, concionibus publicis diuẽditas fuisse, proque Diuis exhibitas & adoratas, dùm non expenderent, quantò maiora Diuorum opera, & quantò sublimiora prę his exstiterint. Ad nullum enim diuum cursu opus est. Ad te auxiliatum properabũt ipsimet, si modo id Deo ita visum & constitutum fuerit. Et nec promissis, ac votis aut donis illi opus habẽt. Nam nec Christo merces vlla adnumerata est.

Ideò hoc diligenter expendite. Si ciuitatem adis, idem facis, ac si medicum implorares. Tã mortua, quã viua in opẽ ascisicenda, Is medicinam præscribendo te sanat. Ac vbi cõualuisti, iubet, vt pharmacopœo pyxidem soluas. An hoc non naturale est? Imo. Ita cum istis etiam corporibus comparatum est. Hoc enim ex luce naturæ patet, quòd non solum Doctores supra terram exsistant, sed etiam intra terram: & quod hic naturæ modus ac ordo sit, vt in opem ascisicantur non viua saltem, sed etiam mortua.

Hoc modo sui gentibus Dij nati sunt. Eodem etiam Christianis ac Turcis, dùm verum Deum, redemptorem vnicum ex animo excutientes, præsidium omne in istiusmodi corpora collocârunt. Quod Quod etsi quidem naturale sit: non tamẽ æquum est, ac conueniens. Deus enim creauit medicum, vt supra terram versaretur, non intra eam. Sic medicinam ex terrâ, non in eam creauit. Et viuis de loco cedendum est, non mortuis.

Quòd verò illi ea tantâ superstitione sectantur, leuitatis & seductionis causa est, ad quam Sathanas instigat & allicit. Circa mumiâ fra. diabol. Cum autem ista corpora, aut mumiæ vires suas primùm emitterent: ipse Sathanas quoq; sua stercora commiscuit. Cùmque homines non intelligerent, ea opera esse

esse naturalia: persuasit illis, ea à diuis edi, ac manare quibus posteà etiam mystas ac sacerdotes constituit, ac sua flagitia vna operâ propagauit. Naturæ verò ea conditio est: vt iam autumnalis sit; id est, nihil ferat: iam æstiua; hoc est, messem faciat. Sic cum hâc messe diuorum multi in horreum conuecti sunt: ac deinceps nec signa, nec opera vlla cõsecuta sunt. Quare autem? Nimirùm natura finem habet, nec durat in æternum: Natura finita est. cùm sancti æternè viuant. Quemadmodum autem rosa suo tempore erumpit seu oritur, & eodem prope momento iterùm occidit: sic cum corporibus istis agitur: hodie florent, cras inarescũt. Omnia enim naturalia sunt: ac ob id cum naturâ oriũtur ac occidunt. Ideòque vnumquemlibet hic sedulo admonitum velim, vt hunc librum diligenter attendat, ac, quid natura in viribus suis possit, expendat.

Quod si signa à Diuis quærimus, quæ dolo & fuco careant; non attendendum ad eorum corpora est, nec res naturales sectandę. Corpus enim nihil est aliud, quàm natura terrena: ac quicquid id operatur, naturaliter ipsi insitum est omne, non secus, ac sinapi sternutatio, aut ranunculo vesicatio. Hic nihil operis diuini est.

Quanquàm ex simplicitate & ignorãtia, de naturalibus facultatibus nos occupante, huiusmodi res pleræque supernaturales creditę fuerunt. Quò nos præcipuè etiam egerunt Magistri naturales, Philosophi, & Medici, qui nomen sine re habuerunt. Ideò distingue inter Naturale & Diuinum: & sic corpus, naturale corpus manebit; Diuus autem diuus Diui qui auxilietur. erit. Quòd si diuus in nostrum quopiam miraculum operaturus sit: id sine suo corpore facit. Facit enim ea in nomine Christi.

Iam autem expẽde, quid corpori eius in hoc negotij sit, quem iam dudũ mortuum, & apud Deum agentẽ tu de auxilio imploras. Pono autem, quod opem tibi ferat: at ob id non iterùm suo corpore induetur, sed id apud vermes relinquet, & operabitur in nomine Iesu. Quòd si ergò operatur absque corpore: quid in corpore quęritas! Mortui mortuos tractent: tu cum viuis rem habe. Natura naturę iungitur: ita iunguntur etiam inuicem Diui. Si te exauditurus & sanaturus Diuus est, (pono enim ita fieri posse:) tunc te non ad sepulcrum suum citabit: sed meta, illa in tuo pectore ac corde sita est. Quî ergò Diuo propiùs iungi possis, quàm si rectà stes? Nobis ad Diuos penetrare integrum non est: opus est, vt descendãt ad nos. Tum & diuortium cũ corporibus suis fecerunt, ac ob id nos cò gestare nõ possunt. Quòd si enim corpus apud Diuum esse oporteat, tunc, supra terram non erit; sed vnà cum Diuo suo per cameræ fenestram sursum ad cœlum euolabit. Cæterum, vespillones naturalia corporis opera primùm diuina appellarunt. Id, quo fine fecerint, ex splendidis eorum templis ac cænobijs satis elucet. De Diuis concionantes, in solum corpus digitum intenderunt: quò Sathanas eos instigauit, vt eos sustentaret; & luci naturæ cognoscendæ caliginem offudit, ne fors proderetur, ea non diuorum, sed ipsius naturæ opera esse; ne, inquam, sciretur, corpus ac vrticam vnâ explicatione definiri. Nam & corpus vrtica est. Quod si iam corpora sancta statuantur; nemo dubitet, quin ipsi Turcæ quoque æquè ac Christiani muniti sint. Sed interim id turpiter Christiani obliuiscuntur, quod Baptista Ioannes, qui tamen sanctissimus ex vtero matris prodiit, nihil vspiam suo corpore operatur. Qui, si corpus ipsum diuus esset, iure merito sacella plurima compleret. Omnes autem vos repetite admirandum id compositũ naturæ, ex quo homo factus est. Et huic glebæ omnia accepta ferte.

Opem naturalia quis primus Diuis imputarit.

Ioannis Baptistæ nihil operatur miraculi.

Vt verò vos de corpore, & de diuis vlteriùs breui discursu instituam: iam quomodò illa inter sese differãt, cognoscite. Semel hoc verum est, corpus in terram conditum, diuum autem in cœlum elatum esse. Quare, quicquid, id quod in terrâ est, operatur, id naturale est. Sic, quod operatur, quod in cœlis est, id supernaturale est. Iam, si corpori in die iudicij extremi resurgendum est, & de vitâ suâ ratio reddenda: necesse est, idem corpus priùs glorificari. Quid autem glorificatio, nisi ablatio virium naturalium? Et in quonam à me, aut alio differt diuus, nisi in hoc, quòd glorificatus sit? hoc est, nihil naturale ampliùs habet, cũ ego naturę plenissimus sim. Si enim diuus esset, & tamen naturales vires haberet, quis se de tali diuo extricaret. Nam adeò mirabilis virtus naturæ est, vt iure à populo diua censeri possit. Durum est dictu, & intellectu difficile, diuum nempe supra terram ambulare, & à viribus naturalibus non excluſum signa edere; an id naturæ, aut diuinitati acceptum ferendũ sit? nisi sit, vt sua opera in nomine Iesu stabiliret.

Diuiquibus à nobis viuis differãt.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 173 sur 913

ſtabiliret. Aliàs enim quis ambulationem eius ſuper aquâ pro diui opere habeat? Ad credẽdum ruſtici procliues ſunt quidem: mihi tamen id difficulter perſuaderi poterit, hâc in terrâ. Quis glorificatur, quem mors tranſiliat, & glorificationis ea non ſit principium. Quod autem non glorificatum eſt, id pro creaturâ naturali habendum eſt. Quicquid ex glebâ adhæret nobis, auferetur. Ideò elementa ipſa diſſoluentur, & omnia, quæ ex ipſis conſtant. Hæc ſi peribunt, quid faciet natura corporis ex elementis conflata? Omnia aliquando glorificabuntur. Quò ergò cõcedent corpora, & horum adiuncta, quæ naturalia arcana, per glorificationem deſtruenda concernunt? Ante glorificationem alter alterum non nouit, niſi teſtimonium Chriſti præſtò ſit. Ignis enim corpora conſumet, non autem diuos. Scitote ergò, quòd corpora in ægris operantur, id purum naturalem laborẽ eſſe, non ſecùs ac id faceret Medicus, aut ad thermas tu abires Piperinas. Quâ ratione thermę ſuas operationes naturales in te perficiunt; ſic tu quoq; lauas ſuper ſepulcro illius corporis. Deus enim opera naturalia mirabiliter condidit. Ideò ſapientiæ eius iugiter nos eſſe decet memores, quòd nullo vnquàm ſcrutinio ea indagari poſſit. Tandem enim hoc verum eſt, nos naturales in nobis virtutes non pauciores aut infirmiores includere, quàm ipſum cœlum ac terra continent. Si magnes, ad conſpectum res mortua, ad ſe ferrum prolectare poteſt; mortuus homo quoque viuum ad ſe attrahere poteſt. Si mendicis Soli ſuccedere licet: idem acceſſus etiam homini dabitur. Si Planetæ pro ſuo nutu hominem gubernare poſſunt: idem corpus mortuum quoque poterit. Et hæc omnia opera inuiſibilia ſunt: & tamen ſunt naturalia. Sicut enim natura herbas diſtribuit: ſic hic quoque ſimilis diſtributio erit.

Homo non minus virtuoſus ipſo cœlo & terra.

Iam quòd ſolum glorificatum diuus ſit, corpus autem in ſepulcro glorificatum non ſit: id eius putrefactio & vermes euincunt. Quicquid enim glorificatum eſt: hiſce affectionibus non ſubijcitur. Propterea corpus in ſepulcro naturam planetarum & ſtellarum omnium retinet, cuius naturæ ac virium in nobis nullus finis attingi poteſt. Quóque ſcrutamur penitiùs, eò plura mirabilia deprehẽduntur. Sic quoque hoc corpus omnes proprietates elementi aquę, ex quo fodinæ omnes oriũtur, retinet. Ideò corpus magnetem habet: & virtus magnes eſt. Quilibet enim magnes in ferri naturâ ineſt & ferrum exedit, non ſecus ac iſta corpora ſeſe mutuò abſumunt. In eodem etiam omnes vires elementi terræ remanent. Ideò in eo eſt virtus quoque Lauendulæ, & omnium terrâ naſcentium. Eodem etiam modo natura aëris in ipſo remanet. Quâ de cauſſa etiam Manna eſt. Iam cùm ipſum firmamentum ac cætera elementa à vobis ipſis admodum mirabilia cenſeantur: an non etiam corpora admirabilia ſint? Et hæc mihi non ſatis cauſæ ſint, vt corpoream naturam, quia ſcilicet huiuſmodi Mumia exiſtit, mihi deſcribendam ſumam? In quâ, inferioris & ſuperioris ſphæræ virtutes deliteſcant? Vt nimirum hoc pacto naturam corporis penſitans, eam in apricum producam? Hoc enim dùm facio, diuorum reliquias nullas attingo aut violo: ſed tracto naturam. Spero etiam me ſic ipſi diuo, in lucis naturæ rem gratam feciſſe. Ita enim inſignis res diuus eſt, vt ſi quaeunque ratione depudeſcere illi poſſent, ante conſpectum Dei verſari ne tantillum auderent, ſi tàm rudia tractare, & naturam ſanctuario inſerere vellent. Nec mihi hæc quiſpiam eo animo exprobrabit, quaſi diuorum contemptor, & miraculorum ab ipſis editorum irriſor ſim. Tam enim probè peritus & naturæ & diuorum ſum, vt hæc exactiſſimè inter ſeſe diſcernere apprimè valeam. Tum etiam, ſi miracula diuorum tàm veteris quàm noui teſtamenti euoluo, facilè mihi peruidere eſt, quæ ſancta ſint, vel minùs. Vnde etiam Deum apud ſanctos laudo ac veneror, quòd in glorificatione tàm mirabiles virtutes ſint, mortuos reſuſcitandi, cœcis viſum reſtituendi, leproſos mundandi, idque in nomine Chriſti; hoc eſt, ſupra omnia firmamenta & elementa. Hic non ignarus ſum, quod carpi nil debeat. Et licèt nonnulli de me quiritari poſſint, quòd ſepulcra ſanctorum deuaſtem: tamen è ſolâ culinâ hæc inſimulatio reſonabit: cui ne ipſe quidem Chriſtus vnquam adſtipulatus eſt. Quid ergo faciam ego? Sed de diuis proprius quo-

Diuorũ corpora qua vi homines attrahãt

Mumiæ mi ãda. naturæ

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 174 sur 913

que liber ſupplebitur.

Hic diligenter attendendũ eſt ad verba Chriſti dicentis: *Magna ſigna edent*. Quos alios enim innuit, niſi qui mortuos cuſtodiunt & prędicant? An verò non eſt ſigna dare, dum dicunt: *Ecce concurſum magnæ multitudinis approperantis*. Hoc ergo qui nihili ſit? Intuere oblationes eximias. Et hoc non ſit opus bonum ac Chriſtianum? Nec recordantur veſani, idem quoque gentes factitare, quibus tamen cum Chriſto nihil commercij. Speculemini, aiunt, frequentem numerum fulcrorum: contueamini cereas imagines cũ haſtis ac telis: conſpicemini cereos & phialas miracula edita legẽtes de tabula petite &c. Quæ, etſi quidem omnia facta eſſent; ipſa tamen baſis ac origo purum putum corpus eſt. Ideòque pro itinere ad balneum habe. Vtrinque enim res & benè, & malè cedit: eademque via eſt, quæ & paralyticos, & expeditos fert refertque. Iam verò is diuorum nimis vilis honor ſit, ſi fulcra noua pro veteribus darent & tot claudos à ſe remitterent, à quibus tamen per tot locorum interualla laſſatis & obtritis pedibus aditi ſunt. Si omninò diui opus eſſe debeat, neceſſe eſt, vt is in Chriſtum credat, aut peculiarem, ac à diuorũ aliorum conſuetudine alienam proprietatem habeat. Quantùm verò fides noſtra de Chriſto & Sanctis dictat, ſpero eos hæc non admiſſuros eſſe. Si oporteat Diuum in corpore exſiſtere, tùm nullius corporis vſus commodior nobis ſit, quàm ipſius Chriſti ſi mortuus eiuſdẽ eſſet potentiæ, cuius eſt viuus: ſed non ita. Ideò enim reſurrexit, & ad cœlos aſcendit teſtantibus Apoſtolis. Si corpus Chriſti in terrę ſepulcro ſigna nulla edidit: multò minùs id alij poſſibile eſt. Ideòq; ab anteceſſore harum rerum deflectendum non eſt: ſed veſtigijs eius inſiſtendũ. Cum autẽ eò peruentum ſit iam, vt naturalia opera ſupra Corpus ipſius Chriſti extollantur, & pro miraculis colantur: illo confirmatur verbum Chriſti, dicentis: *magna miracula edent*. Nec aliter à nobis acceptanda ſunt, quàm quòd ſimili modo primi medicinæ inuentores propter miracula & opera ſanationis à populo pro dijs habiti ſint, antequàm, quid Rhabarbara eſſet, ſciretur. Itidem & cum his corporibus agitur, quia incertum erat, *Species Betholdi hic ſepultas eſſe*. Cogitate autẽ de non glorificato corpore, quod aliud nihil eſt, quàm res naturalis. Ideoq; quicquid *terrenum eſt*, & naturaliter agit, terrenum ſit oportet. Ob id facit etiam pro credulis, incredulis, bonis, malis, probis, improbis, qui, & qualeſcunque ſint. Quicunque Colocynthidem deuorat, ad ſedem agitur. Ita enim vnaquęlibet naturalis operatio à Deo ordinata eſt, vt fiat ſine reſpectu perſonarum, ſine imaginatione, ſine fide & nec in nomine Ieſu, nec ſine eo: ſed vt natura ſimpliciter & ſuo modo ſuum agat. De quo ſcrutamini ſcripturas: quæ vos planiùs inſtituent.

Res naturales operantur ſimpliciter.

Vt verò naturam corporis explicatiùs tenere poſſitis, nimirùm an corpus totum ſit, aut eius pars aliqua: vias duas tenete hic terendas. Vna eſt, quod dicitur, *Hic tale corpus ſepultum eſt*, aut quod affirmatur, *Hic caput, aut aliud membrum de tali corpore conditur*. Hoc iam corpus ſi magnetẽ in ſe habet, popellelum adſe trahit: & quos ſanare poteſt, ſanat: Sanare quos nequit, dimittit. Alterum eſt, quòd magnes iſte clam abſcondatur, ſepeliaturq;, & pòſt cum elato clamore iactetur, *Hic mirabile ſacrarium cluet*. Sic ergò magnes ſe exerit, homineſque ab aratro retrahit tantâ velocitate, vt ne ligula quidem cõpaſſi perniciùs incitari poſſit. Hę origines ſuperſtitionis Ethnicę ſunt: & ſic abſcondita Encænia per impreſſiones naturales inſtituuntur. Ideò autem ſecretè fit: quia corpus illud olim nequam & facinorosũ exſtitit, ideòq; pro Diuo id iactare non auſi ſunt, ſcientes tamen, quòd magnetem in ſe habeat & multùm argenti viui ad inungendos homines. Sic ergò homines ad cadauer tale alliciuntur, non ſecus ac vultur. Quî verò vultur, & obiectum ipſi cadauer naturis ſuis quadrent & conueniant, id firmiter vobis inſculptum ſit. Sicut enim cadaueri vultur inhiat, ita vt etiam vltra mare iungantur: ſecundùm eaſdem vires intelligendum etiam eſt, quòd homines ad illud corpus confluant. Deus enim in natura nobis exemplum præfigit, vt eam in huiuſmodi rebus cognoſcamus, quod ſecundùm naturam ſimiliter vulturib. cadauer ita naturatum ſectemur. Exemplum autem hoc de naturâ ſumtum reiici non poteſt. Nam ipſe quoque Chriſtus ſic ait: *quo loco cadauer eſt, ibi congregantur aquilæ*. An hoc non idem eſt, quaſi dicat: *Nulla auis ſublimiùs aquilâ. Sic ex hominibus nulli altiùs volitant, quàm quos meâ morte redemi. Hi enim vſque ad ipſum cœlum peruolant*

Mumia qua vi homines attrahat.

Primi medici cur pro diis culti.

uolant. Fautem, vt ex altis volatu sese à me demittant ad corpus, hoc est, cadauer in terrâ. Hîc intellige iam, quando à Christo deficimus, & huiusmodi cadauer sectamur, an non sermo Christi prȩcisè verificatus sit? Aquilæ enim sumus, non minùs ipso Ioanne Euangelistâ. Quis altiùs euolat ad regnum cœlorum nobis? Quid corpus aliud est, quam cadauer? Aut quid aliud, per aquilam, quam hoc, quod dictum est, Christus innuisset? Iam ex corpore Diuum, vel cadauer cõdite. Quanquàm hæc cadauera putida sunt. Et propterea hîc mihi propositum est de rebus naturalibus tractare. Has autem in peculiarem librum congeremus, vt ea commodiùs explicari possint, quæ hactenùs tradita sunt. Hęc enim plùs nobis curæ sunt, quàm Philosophia. Quanquam hoc me quoque vrsit, quod vera Philosophia nondum rectè inuenta esset. Istiusmodi enim res aliàs iam dudùm ab Ethnicis perceptæ & intellectæ fuissent vt etiam à Medicis. Res ipsa tamen prodit quod ex luce naturæ nihil quicquam didicerint. Aliter enim negligendo ista præterire non potuissent. Qualem verò magistrum habuerunt: talia eorum quoq; sunt opera. Super spiritus suum fundamentũ locarunt. Et quemadmodùm vagantes scholares fragmẽta corrogant: sic ipsi hinc indè à spiritibus emendicarunt, hîc far, illîc triticum, istîc auenam, alibì hordeum, nonnullibì offas, alicubi pultes, quæ in vnum cacabũ posteà intrusa coniecerunt, & ex miscellâ eâ Philosophiam coxerunt, quę non quadrat aliter, ac si furfur cum arenâ, aut re absurdâ aliâ misceretur. Sic Aristoteles suam Philosophiam edidit: sic Plinius factus est Herbarius. Ab his collectis ac fragmentis Galenus quoq; & Auicennas intumuére. Et nisi spiritus Nigromantici garritores exstitissent, vndè nã moriones istisuam Philosophiam corradere potuissent? Hæ verò Philosophiæ illæ sunt ac medicinæ, super visiones fundatæ. Idemque mihi videtur, ac si Medicus lotium ex perspicillo diiudicet. Rem magnam præstitisse putant, si nouerint, tunicam vel cyaneam, vel viridẽ esse: consiliumq; de valetudine ægroti ex inuncto pollicis vngue captant, Marrubio oblato, ignorant, an vrtica sit. vel cardiaca Porrectâ pimpinellâ, nesciunt, rapunculusne sit an lapathum. Insciticæ verò huius ac ambiguitatis causa est, quòd spiritus veritatẽ fundamentalem ipsis fateri noluerint.

Medic & Philos. reprehẽsio.

Hic ergò dùm putati sapientes indurati essent, vultur sectabatur cadauer.

Scire etiam debetis, quòd beneficentia hominum spectanda non sit, vt cum dicunt homines: *Hic, dùm in terrâ vixit, bona multa operatus est, adeòque fas est, vt Deus illa retribuat, indulgendo operationem eiusmodi signorum.* Quis enim nouit, ante Deum quid vel bonũ sit vel malũ? Ideòq; hâc normâ nihil æstimare debemus. Et si quidem Deus per corpus aliquod signum ederent: tamen ex eo non cõsequitur, ob id corpus illud esse adorandum. Exẽplo sit. Quidam alicubi interficitur. Si iam à longo tẽpore fiat postmodùm, vt corpus hoc ad latronis astantis præsentiam cruentet, hinc non elicietur, *corpus hoc viuum esse.* Hoc verò indicatur cruẽtatione illâ, sanguinem profusum vindictam poscere à Deo, & magistratu. Sic æquè ponamus, quẽdam bona multa destinasse Lupanari cuidam, hoc fine nimirùm, ne prostibula die Sabbathi quid peccarent. Is iam si moriatur, & mortuum nemo sepelire dignetur præter istas meretriculas: an verò hoc corpus ob id dignius sit? Alio enim modo ista intelligere non debetis, ac si quis fidum haberet sodalem, & is moreretur, tu vero ipsius effigiem, tecum haberes, & eam præ rebus aliis asseruares. Hoc quid illi qui obiit commodat? Aut cur is ob hoc dignior euadit, quia tu eius imaginem tanti facis? Tale si quid accidat & mortuus sepeliatur: vt fiat id, permitte, corpus relinq;. Signum enim est, terram eum absumturam esse. Si quispiã sicco pede flumen pertranseat, quis iudicabit, istud vnde nam fiat, etsi verè fiat? Quid id factum ad corpus? Corpus eius caussa non est. Nec enim cadauer defuncti id poterit. Quod si non potest denuò, id nec fecit primò. Hoc, quod in homine inest, id efficit, spiritus nempe eius, à Deo egressus. Ideòque si corpus moritur pergit spiritus ad eum vnde venit, ex Deo iterum ad Deum. Corpus autem, quia ex terrâ desumtum est, ad eam redit. Sic vnumquoduis ad primam suam materiam reuertitur. His ita statutis quid quæso in corpore quæremus, cùm homo ita non sit integer? Quis offam edit non salitam? Quis ad lucernam videt, non ardentem? Quin & diui multi putantur, quorum benefacta admodum rara sunt. Multique ex horum proximis qui illos meritis longè excederent: sed magnetem istum non habent, & destituuntur istâ naturâ. Hanc

In bono factis Dei nõ cessat tuẽdi.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 176 sur 913

Vulcanis miracula edit magnetē habēs. Mumiæ vis ex vtero maternoinditur.

qui naturam habet, etsi canis esset, miracula tamen, eaque bona ederet. Ita enim illa constellatio mouet.

Attendite verò, has res nobis in vtero materno implantari. Ac velut rosæ odorem suum ex terra secum afferunt: sic nos quoq; hanc proprietatem nobiscum afferimus. Sic etiam sagæ & magi nascuntur: nec ex arte tales euadunt. Sic & mortui tales esse possunt, quales vivi. Quòd si ergò talis natura in mundo nascitur, vis peculiaris remanet in corporibus. Et licèt quidem spiritus à corporibus separetur: nihilominùs tamen id, quod eius innata virtus & proprietas est, in corporibus manet, & in terrâ conditum iacet, sicut in pyxide crocus: terraq; istiusmodi corporib. non secus instructa est ac pharmacopoliū pyxidibus. De quibus signis nisi ipse quoq; Christus prædixisset: quis quæso tā audax foret, vt eò vsq, naturæ abdita perscrutari velit? Quia verò signa talia fiunt & vnà ferūt prodigia, per ieiunia, per precationes & similia: cœli etiam signorum portenta concurrunt: ipsius quoq; terræ miseria, vt, sitis, fames, pestis, patris in filiū & filii in patrem concitatio &c. consentit: quis hominum in naturam non inuolet, & istorum euentuum rationem accuratiùs peruestiget? In confesso etenim est, non omnia à Diabolo proficisci. Nec omnia ab astris defluūt: non omnia etiam in nomine Christi eduntur. Quòd si ergò Christus iuuando iis astipulari non vult: tùm bona huiusmodi opera naturalia ipsis tempestiua sunt, ad decipiendam incautā plebem. Huiusmodi enim si à Christo manarent: cœci quidē viderent, mortui suscitarentur. Sed filius Dei iuuare nō vult. Ideò opera patris, hoc est, virtutes naturales arripiunt, & eā sub filii nomine venditant. Quia verò patris opera tractāt, ideò ętatis tantùm tempore signa edunt, Appellente autem autumno, omnia illa decidunt, & arescunt. Cursum enim tantùm naturalem, (secundùm quem etiam sunt) tenent. Eo finito tempore, diuorū quoque gratia finitus. Omnibus quidem temporibus facilè intelligi poterat, oportere scilicet verè diuina opera Christiana esse, & sine tali autumno durabilia, nō verò ex rerum naturâ desumi: sed in nomine Iesu ista dici: *surge, lectum tuum accipe & abi:* Et hoc sanare est, & fulcra abiicere, captiuosq; liberare, quos non liganimus. Morbi enim vniuersi incumbunt à Dei patris creaturâ: ab eiusdem ergò creaturâ eosdem iterū sanari æquum est:

Diuorū opera suo autumno exsolescunt.

nisi sit, vt filius Dei liberet ac sanet, qui ad opus perficiēdum creaturâ nullâ indiget, sed operatur secundùm potestatem diuinam. Christus sine medio sanat.

Sic ergò de his hactenùs explicatum satis est. Coronidis autē vice etiam pandemus, quâ ratione illa fiant, vt videamus sanescere homines, non ex viribus naturalibus, quià nimirùm nec syrupos potāt, nec degulant bolos, nec tragemata deuorant, nec membra linunt? quibus omnibus inferior est Hippocrates, qui sine propinatis medicamentis nihil agere poterat. Sanant enim illa inuisibiliter: nec inter ista discrimen est aliud, quàm propinare, & non propinare. In propinando autem nihil situm est: Quod enim dentes masticant, medicina minimè est. Medicinam siquidem nemo videt. Et quia ea non videtur: ideò medicinæ corpore nihil opus est. Corporea autem illa ideò est, vt oculi nostri eam videant. Incorporea siquidem in nostris viribus non est. Quod si mors irrepere, nosque iugulare & interimere potest: idem quoque medicina poterit. Nihil momenti in corpore situm est, sed in virtute. Propterea inuenta quinta essentia est, quæ nimirum libras 20 ad vnciam vnam redigit: quæ tamen vncia ipsa, 20. libras longè vi superat. Ob id, quò minus corporis, eò plus virtutis in medicina. Et si 20. libras has in vnciā redigere potest homo visibilis: inuisibiles id poterunt multò procliuiùs. Solis splendor si vitrum, si ignis fornacem penetrare potest, corpore ipso foris persistente: corpus hominis etiam virtutem suam latè effundere ac extendere potest, ipso nihilominus quiescente in suo loco, & minimè (velut & Sol) penetrante. Corpori ergò ipsi ex sese nihil adscribitur, sed virib. saltem ab ipso emanantibus: velut odori ex moscho fragranti, cuius corpus suo in loco est. Hoc scrutinio in ipsâ quoq; mumia experimēta multipliciainuenta sunt, vt dicatur: Hęc pars hominis conducit adhoc, illa ad aliud. De quibus non tradā priùs, quàm mumiam explicem in scholâ secreta. Quo loco impertiemus vobis illa, quæ hic desiderantur. Tam profunda etenim in sese mysteria condita habent, vt explicatioui eorum vix integer liber sufficiat. Quia verò satiùs est, ea non reuelari omnia vt vitentur inde emanantia mala: hoc loco silere de iis, quam loqui conuenientiùs erit. Quibus dictis quartum hunc de rebus inuisibilibus librum concluſum

Medicina non est quod vident oculi.

Quintæ essentiæ vis.

Epilog.

concluſum volumus. Ex quo cognouiſtis, quomodò naturalia corpora per inſitas virtutes proprias in populo multa miracula operentur. Vnde à quibuſdam eorum auctores pro diuis habiti cultique fuerunt: ab aliis eadem opera Diaboli credita ſunt. Eadem nonnulli præſtigias & veneficia vocârunt, & ſuperſtitiones ac idolomanias cũ iis multas inuexerũt. Quid autem ea in veritate ſint, & qui æſtimari debeant: id hactenus explicatum abundè eſt. Quanquam adhæc impendi hominem, malum ſit. Ad ſimilitudinem ſiquidem Dei is conditus eſt. Poſt quæ ſcire iam quoque conueniret, vndenam iſtiuſmodi virtutes homini conferrẽtur, Sed id ſuo loco, nimirùm de imagine hominis, indicabitur.

THEOPHRASTI PARACELSI AB HOHENHEIM DOCT.

LIBER QVINTVS DE REBVS INVISIBILIBVS.

PRÆFATIO AD LECTOREM.

Med. in ſectatio

NON *dubito equidem, parùm me probatum iri ſectis illis variis ex proprio cerebro enatis & conditis: quorum cultores in ſapientiâ verâ nihil experientiæ habent, nec veritatis fundamentum vllo ſtudio venantur. Qui etſi quidem faſtu & æſtimatione quoquò profluunt: nihil tamen nobis in iſtis ſitum ſit. Quis enim leuitatem eorum magnifaciat, quorum cor ſuperciliosa tantùm aßiduò ſpirat? quorum & laudes & criminationes ipſorum tantum complicibus & probantur & improbãtur. Vbi enim arundo naſcitur, niſi in locis vento perflabilibus? Quorũ quidem temeritas quotidiè nouis augmentis prorũpit: quâ ſuam ipſimet ſibi laudem cudunt, & poſſeßionem eius ſatagunt, quod tamen nullo vnquàm ſtudio venantur: ac inter cæcos potißimùm verſari ſolent, ipſi luſci, vt ſcilicèt ſecundũ vetus prouerbium, ipſis ſic dominẽtur. Mihi autẽ hîc propoſitũ eſt de characteribus tradere,*

Charakterum quę operatio.

quâ nimirùm ratione illi in nos operentur. Non quidem hoc fine, vt præconibus & cathedris declamantibus ac agyrtis laboris compẽdium faciam: ſed vt doctos & peritos informem, quàm inepte & iniuriosè illa ab aliis dudum explicata ſint: & vt teſtatum faciam, quantâ cum violentiâ per inſcitiam oppreſſa illa fuerint, quæ ex fœdis paludibus potius eruenda fuerant: Ad

Chara cteres prętigię nõ ſunt.

nauſeam oblaterant, ea magica veneſica & præſtigioſa eſſe, quæ tamen ipſi ne quidem tantillùm cognita habent. Maledictio ſuper ipſis ſit. Iuramenti enim Deo præſtiti obliti ſunt, baptiſmumque alium ſuſceperunt, & coniugium ignominiâ affecerunt: vnde ipſorum quoque nunc

Baſilea tãgitur.

virtus exſoleſcit. Baſilea me in Academiâ ſuâ aluit: ſed ab eâ inſimulabar, quaſi doctrinâ meâ offenderem plurimos. Quî verò ſapientes viros offendere poſſim: qui tamen eripuerim & liberârim in ex ſcandalo, qui iam occiderant & perierant? Quòd ſi verò vel ex meis quiſpiã diſcipulis hinc offenderetur: quænam offendiculi huius cauſſa eſſe poſſit? Hæc ſcilicet, quòd ſcire is ſe putet, antequàm audiat. Quis verò vſpiam ſic ſcandalo non offendat eum, qui ſibi ipſi iam tantopere poſſeſſa ſapientiâ blanditur? Is ſeipſum offendit, qui tanti ſe æſtimat, & id iu-

Modus rerum iudicandarum.

dicat quod ne quidem per ſomnium intellexit. Tu verò, Lector, is ſis, qui res vtiles cognoſcere velis: nec inſtifices fidem tuam ex iudicio proprio: ſed quicquid indicas, id ſecundum experientiam probes. Qui enim ſeipſum æſtimat maximi: is tantò quidem facilius humiliabitur, quantò ſeipſum ſublimiorem iudicat. Ideò virtutes etiam nominum ac verborum traduntur. Quæ quî fiant, deſcribere noſtri inſtituti eſt. Vbi hoc quoque limitabimus, quidnam rebus iſtis aut addendum, aut detrahendum ſit. Propterea, Lector, nihil iudica, niſi fundamentum priùs hauſeris.

INTROITVS HVIVS LIBRI.

OPvs vnumquodlibet, quod ad fragilitatis noſtræ confirmationem & erectionem dirigitur, à Deo procedit. Quis namque reperitur, qui ruituras eas ædes ſuffulcire aggreſſurus, ſit, quarum dominum ac poſſeſſorem impendio oderit? Corpus noſtrum ſuſtentator eſt animæ Dei. Cuius tutela, corporalis eſt protectio. Quis autem corporis ſuſtentationem procurat homini nauiùs ipſo Deo? Is nobis prorogatam vitam vult: ideò de variis etiam auxiliis ac præſidiis nobis proſpicit. Quinimò, vt vitam noſtram

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 178 sur 913

tutentur & protegant cogit aliquando etiam ea, quæ nobis cumprimis aduersantur. Salus enim ac fortuna egredientur ab hostibus nostris, & à manibus eorum, qui nos oderunt. Quare, si quid boni nobis à nostris confertur inimicis, id accipiamus quasi à Deo profectũ. Deus enim hostes nostros eò adigit & compellit, vt nolentes volentes nobis benefaciant. Ita enim scriptura præsagit fore, vt salus ac incolumitas egrediantur è manibus omnium, qui nobis volunt mala. Ita hastæ franguntur eorum, qui nos perfodere volunt. Lanceę illę nobis medicina fiunt. Vndecunque nobis præstò auxiliũ est, id à Deo mittitur. Is enim est, qui corpori nostro vitam inserit, & hanc tuetur: nec præter ipsum alius Deus. Quòd si in scrobem pręceps agaris, & à latrone extraharis: non est, vt latroni gratiam hanc habeas; Dei mandatum & instinctus erat, eò qui latronem impulit. An tibi verò hoc non idem est auxilium, ac si duodecim ex Apostolis vnus te eripuisset? Quod domicilio tuo, in quo anima inhabitat, ad longam durationẽ confert: hoc Deus suggessit. Is te seruare diutiùs decreuit. Et siquidem illud Diabolus ipse prestitisset: salutem tamen produxisset ex manibus tuorum hostium, & eorum omnium, qui te oderunt. Similiter enim, ac latro: cui in solâ foueâ tu vsui esses. Is tuas opes captat. Has autem non capit, nisi vitam prius expilet. Iam quod vitam tibi & seruat, & seruatum dimittit, hoc regimen diuinum est. Ideò Deus cogit eum, tibi vt auxilio sit. Adeò sollicita pro nobis prouidentia diuina est, vndecunque salus emergat. De quo gratia Deo. Quid nostro inimico diuidiæ maiori est, quam quòd tam obfirmati renitimur, scimusq;, quod is ipse ex foueâ nos extraxerit? De hoc itaque Deum laudemus, non illum; planèque persuasum habeamus, cogi ipsum vt nobis benefaciat, idque ex mandato diuino: claudamusque sermonem hunc, sacúte de manibus inimicorum nostrorum.

Carduum videte inter spinas. Illi tantum aduersus nos odium, vt per spinas nobis non liceat carduũ attingere. Quòd si ad carduum penetrauimus: idem non leuiore acutie nos pungit, ne qua fors ad medicinam, quam in se habet, pertingamus. Quid autem Deus agit? Is igni imperat. Ignis medicinam ex carduo prolicit, & aculeos eius mollefacit, totum autem in cinerem redigit, qui postmodũ à Medico foràs ad lutum & cœnum congeritur. Hoc pacto edomitum malum est, & bonum secretum. Carduum verò quis odisse queat, tot commoda nobis præstantem? si quidem corpori inimicus est: huic ipsi tamen valetudinem impertire cogitur. Quis odisse mulierem potest, quocunq; illa ingenio sit? Fructibus enim illius terra obsidetur. Ideòq; vitam ei prorogat Deus, si quidem illa mera bilis sit. Hæc ergò præfigurat Deus, vt nobis exemplo sint, ne quid aliud de inimicis nostris statuamus, quàm quòd ipsi sub manu Dei sint, non secùs ac Carduus & spina sub potestate ignis. Et sicut ignis hæc edomat, vt ad coquendum panem nobis deseruiant: sic Deus quoque cum inimicis nostris agit. Panis in commodũ nostrum cedit, & vitę nostrę prorogationem molitur: licèt ipse ignis quoque nobis inimicus sit, nos persequatur, & quicquid ei inijcitur deuorare & consumere cupiat. Et tamen nos illi sumus, qui dominamur, eúmque in nostris veluti manib. tenemus. Ideóque bona quoque nobis ex igne procedunt. Odio ipsius quidẽ ignis frui non optamus: satis est nobis in illum imperium esse, ac mandare posse, vt vsui sit & emolumento. Et his ab eo profectis beneficiis fruamur licet, fásque est, vt Deo gratias agamus, qui à potestate ignis nos tuto- asseruit, ordinauitque. vt idem noster hostis nobis cibos coqueret, ad summas palati delitias. Intueamini serpentes. Ii tam atroci in nos odio flagrant, vt vel ad primum hominis conspectum sibilum edant. Sed quid in hoc hoste boni conditum est? Plurimùm. Post ipsi præfectum caput ac caudam, nulla vspiam in quintâ essentiâ nobilior medicina ad morpheam cutis reperitur. Quòd si ergò cũ hoc hoste Deus ita constituit, vt, in quo lethale venenum latet, is nobis saluti sit: nullo dubio summum nostrũ, & capitalissimum hostem quoque eò adiget, vt nolenti animo bene nobis faciat, ipsoq; facto declaret, quòd Deum Dominum habeat: nec vana scriptura sit, quæ promitttit salutem & incolumitatem à nostris inimicis, & à manibus eorum omnium, qui nos oderunt, procuratum iri. Fidelis enim Deus est in omnibus suis verbis & operibus. Adeò fidelis est Deus erga nos & omnes, qui secundùm voluntatem eius ambulant vt prius, quàm nos destitueret, potiùs Diabolo

mandaturus

Salus Christianis etiã ab hostibus.

A Deo omne bonum.

Ignis lẽdentis bona.

Serpentis hostilis commoda.

Carduus licet spinosus, tamẽ homini salutaris.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 179 sur 913

mandaturus sit, vt omnia nobis in bonũ operetur: saltem vt potentiam suam ac omnipotentiam Deus declaret, & sui amantes tueatur, ne quicquam ab hoste suo lædantur, sed ab eodem potiùs iuuẽtur. Quare si Deum amamus ex toto corde, tùm nobis nihil dubitandum est, quin si Diabolus ad nos congereret aurum ac argentum, si nos iuuaret, si porrigeret medicinam, si è vinculis & carceribus non eriperet, hæc omnia ex mandato diuino & iussu potenti fiant. Vnum tamen adhuc est, de quo vos instituere velim, nempe quot, & quàm multa beneficia insignia malitiosis hominibus cõferantur, per Diabolum scienter & indubitanter, idq; sine iussu Dei, quanquàm ista permittentis. Diabolus autem hæc facile præstare potest, sollicitationibus nostris seriis & sceleriosis permotus, vt magnos interdùm morbos sanet, è magnis ærumnis aliquando liberet, è carceribus eximat, & alia similia præstet, etsi in istiusmodi homine nihil quicquã boni sit, nec quicquam eius ab ipso quoque emanet. Hæc autem cur fiunt? Vult nimirùm Deus, vt veritas suę scripturę maneat, ac vnicuiq; bonum ab hostibus suis præstetur. Sicut ergò Deus vitam protrahit ad longæuitatem, iis, qui ipsum diligunt: sic ipsi quoq; Diabolo permittit, vt simili sollicitatione eos quoq; tutetur, qui vitæ iniquæ & impiæ sunt, quos etiã sanat miris modis, verbis, nominibus, cõsecrationibus, &c. Vtriq; ergò, tam, qui Deum diligunt, quàm qui Diabolo adhærent, in extremo iudicio dicturi sunt, *Bona nobis euenêre ab hostibus nostris, in elementis & abyssо inferni habitantibus.* De scripturâ enim fatendum erit, quòd verax sit bonis simul & malis, & quòd Deus nullius inuidiâ, aut odio flagret, sed misericordiam suam ad extremum vsque iudiciũ cumulet. Et quemadmodùm hyemem ac æstatem omnibus æquè allucere sinit: sic hæc quoq; suo motu agi patitur, idque abundè satis in medicamentis declarat, quæ fideles simul & infideles, probos & superstitiosos, Deum amantes & odio habentes, omnes, inquam, vno modo & purgant, & consolidant.

Diaboli ipsius auxilium à Deo.

Medicamenta malis simul & bonis commodant.

Huiusmodi ergò nec fidem, nec incredulitatem vllam pariunt, si Deus secundum misericordiam consideretur. An nõ scriptura de commotionibus virtutum cœlestium prædicat, cum ait, *eas in suo tempore motum iri?* Quid autem sunt huiusmodi virtutes cœlestes, hîc intelligendæ? Hæ nimirùm sunt, quæ inuisibili, & præternaturali ratione nos iuuare videntur. An non capitalis noster inimicus ex cœlo descendit? Cœlestis ergò est, non terrenus. Nos vero homines cœlestes nõ sumus, sed terreni. Non enim desuper descendimus: sed inferiùs è terra emersimus. Quòd si verò denuo nascamur, tũc vna quoque cum virtutibus cœlestibus mouebimur. Quid enim sunt illa præsidia, de quibus hîc scribo, nisi virtutes cœlestes? Quis dat eas, & distribuit, nisi solus Deus? Et bonis quidem ex mandato: malis ex permissu. Et hæc apud quemnam superstitionem aliquam parerent, cum omninò ac verè hinc tantùm profluant? Aut cuinam vspiàm offendiculo sint? Neminem ergò hęc offendere possint, nisi antè ex se malum & offensũ. Si quis autem vsq; adeò fortè simplex sit, vt putet, suæ simplicitati hîc scandalum omninò strui: is priùs hæc discat, & scrutetur scripturas, sicut mandatũ accepit, vt rem quamlibet & cognoscat & sciat ex suo fundamento. Propter huius enim simplicitatem, Deus hoc opus non intermitteret, neque illud quod per iussum suũ, nec illud quod per permissum diaboli fit. Hoc enim pro corollario tenendũ omnibus est: quicquid horum ex rebus inuisibilibus isto pacto fiat, id sine causâ manifestâ minimè fieri: sed nobis ansam ac incitamentum porrigi, ad veras & genuinas causas penitiùs indagandas & trutinandas, & haudquaquàm ista diabolo adscribenda esse. Deus enim est, sine quo vis diaboli nulla est. Prætorem in ciuitate age aspicite, quomodò is suos lictores habeat, qui morem illi gerãt, & mandata omnia confecta dent. Quis vero lictorem huiusmodi pro prætore habeat? Nemo. Ergò nec potestas illa lictori adsignabitur. Voluntas enim est prætoris. Sic de his hoc loco quoque arbitremini. Omnia in Deo inquiri debent. Ex eo enim omnia profluunt. Qui permissus sunt, permissuum quoq; modo æstimẽtur. Voluntas autem diuina cumprimis inquirenda est, quomodò nimirum vel misericordia diuina, vel ira in nos dirigantur. Hæc enim verborũ summa est, quòd auxiliũ omninò habituri simus, siue boni simus, siue mali. Sicut idem medicina quoq; testatum facit, cuius auxilium non est laus Medici, sed Dei. Gratiam saltem artis habet medicus, non auxilij. Hic enim nihil ipsius est quam sola ars.

Finis operum inuisibilium.

Diabolo nihil adscribendum.

Ideòque hæc omnia eò dicta sunt, vt

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 180 sur 913

non æstimemus eũ, quem videmus, quòd is sit, qui iuuet. Aliàs enim gratia Medico, nõ Deo reddenda foret: reddẽdus foret honor gramini ac fœno, pyxidibusq; & thecis pharmacopœorum. Id verò impium iam esset & superstitiosum. Hoc enim si ambulare modo vellemus, tùm demùm id fieret, vt ad diabolum respiceremus, non autem ad Deum. Quod enormiter falsum & iniquum foret. Hoc verò iugiter in pectoribus nostris meditemur, quod Deus medicinam crearit, eamq; nostris oculis præstituerit, vt seriò eam consideraremus. Quare? Quod si ergò à characteribus, quos describo, aliquid boni nobis confertur; tunc id vobis idem sit, quasi fœnum esset, aut gramen. Et si quidem meri diaboli essent: ijdem tamen isti vobis sint, ac thecæ pharmacopœorum. Et fundamentum hoc solidum statuite: Salus ex nostris inimicis, & ex manibus omnium nos odientium: & vobiscum ità cogitate: Deus me creauit, Deus me liberauit. Quicquid mihi confertur boni, siue ab hostibus, siue amicis id promanet, de eo omni sit laus & gratia Deo. Et sic vniuersa ad primæuam suam originẽ reducenda sunt. Attendite quæso ad superbum medicum. Si Deo de ope præstitâ gratias egeris, non ipsi: admodùm ille indignabitur. Nam gratiis de arte actis minimè acquiescit. Quid verò fastu suo tibi incommodabit ille? Deus hâc de causâ te Medicinâ non destituet. Hoc casu, quicquid tibi opis vel à spiritibus vel aliis inuisibilibus affertur, de illo Deo gratias age. Quod si nec spiritibus iste, vel ille, tibi porrò auxiliari velit: dimitte abiturum. Vno cedente, alter ei succedet. Tu hâc de causâ Deum non defere. In rebus omnibus inuisibilibus cœcutientia nostra sunt iudicia. Quare, quicquid ad vitæ nostræ prorogationem facit, hoc in Deo accipiendũ est. Is enim per varia opera nobis innotescere satagit, & honorari cupit in omnibus, quocunque modo illa ad nos pertingant.

Ordine suo omnia comprehensa sunt. Ordo iste procedit ex mandato. Quis vero caballum suum in foueâ relinquit, nec illum extrahit, etsi dies Sabbati duplex sit? An non verò permissio à Christo hæc constituta est, vt auxiliũ id præstetur? Et hoc mandatum à quoquam violari liceat? Iam si mandatum Sabbati violare licet, vt auertatur mors cuiusdá equi: multò magis propter seruandum hominem frangi mandatum Dei potest. Rem his accipe. Mandatum ita sonat, *vt Medicum non aspernerís, nec ipsam Medicinam.* Hæc qui ex terrâ gignatur, iunctim additum est. Ponatur verò Sabbatũ esse: tu verò proximum tuum sanes characteribus, qui verè loquendo ex terrâ non nascuntur cum suis viribus: sic ergo violasti Sabbatum. Nec enim præcisè mandatum seruas. Iam verò ista violatio latiùs non extenditur, quã si die Sabbati equum seruasses: Tu opus auxiliationis præstitisti, & opem attulisti, quam ars tua docuit. Auxilij ergò respectu, nihil peccati est. Id enim à te non prodiit: sed à Deo. Ars autem non est ad prescriptũ mandati, sed saltem auxilium: Ars ipsa ergò reputatur pro violatione sabbati, quæ tamen verbis Christi stabilita & cõcessa est, vbi exemplum de equo ex foua extrahendo induxit. Sed & hûc animum aduertite, quod Dauid cum suis comitibus in templum ingressus panes istos edit, quos edere religio erat. Tempore famis autem is edebat, vrgente necessitate: & edebat sine peccato. Ideo necessitas in scripturâ excusationem habet. Æquum enim est, necessitatem auerti, rebus præsentibus, siue Diabolus sit, siue Spiritus, siue Medicus, siue latro, siue quodcunque aliud quod præsens sit. Iam verò multò plùs situm erat in panibus illis, quos Dauid cum suo populo edit, quàm hic in arte situm est. Vnum altero non leuiore responsione velandum erit. Mandata enim sunt, omninò omnibus seruanda. At verò Christus ipse limitationem hanc nobis indicat, quòd liceat nobis auertere periculum pecudis. Ergò multò magis hominis. Quia enim licuit Dauidi compescendæ famis gratiâ panes edere: ideò iam nõ erant amplius, quod erant anteà? cum in potestate sacerdotum essent. Eadem artis quoque ratio. Pono enim, totum Diabolum esse. Iam si ars in manum meam reddatur, auxilium etiam mihi in manu erit. Ita ergò non amplius Diaboli erit: sed meum. Tùm demùm ægro opem ferre, & Deo gratias agere possim.

Hâc de causâ non immeritò explicãdum mihi sumo, quæ nam illa sint, quæ magica vocitârunt, & similibus nominibus aliis diffamârunt. Certum est, mandatum nobis datum esse, vt nobis inuicẽ opem ac auxilium feramus. An verò impium sit, si stanti ante me Diabolo dicerem: *perge & meo nomine equum ex scrobe extrahe.*

Deo soli omnia accepta ferenda

De characterib' qualiter sentiendum.

Fastus quantus nonnullorum Medicorum.

Chara. cteralis sanatio quomodo peccet.

Dauid panes cõsecrationis edens.

Necessitas excusat.

Diaboli auxiliũ qui non Diaboli sit.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 181 sur 913

extrahe. Si id fiat: Quis me de hoc superstitionis iure accusare queat. Imò meam hinc potiùs probam fidem iudicet, quòd talia Diabolo aut spiritui alij mandare ausim. Quòd si verò is equum ex foueâ vnâ extrahat, & in aliam coniiciat: sic demum dici possim superstitiosus, quæ superstitio scilicèt hûc fructum aut mercedem refundat. Hic enim ad punctum singulare attendetis, quod confœderationem spectat: vt, si Diabolus eò quendam redigat, vt res huiusmodi ordiatur cum superstitione tali, sicut de ceremoniis & aliis dicetur deinceps; tũ demùm verum est, auxilium simul & artem ab ipsius manu pendere, & seruum factum esse eum, qui bono iure dominus esse potuisset. Conuenit enim vt cuilibet fideli Diabolus morem gerat. Is verò si an vicem vertere queat, laboret: quid experiri nocuerit? Hi autem Diaboli laudem & honorem quærunt, non Dei. Et hic dolus latet, & impostura artis. Nec enim Diabolus eius eam vim habet, quâ habet in hanc, quà vtuntur ceremoniales. Ideòq; ars hæc, si ita impenditur, vt ex seipsâ est, violatio mandati non est. Sed nec Diaboli ita erit propria; verùm, vt præda iusta, ab eodẽ auferetur: cuiusmodi plurimas filij Israël captârunt. Aurum enim & argentum ab eo auferri nõ potest: sed ipsi ac spiritui cuilibet à tergo eripiendum, quod habent. Nam & nos plenè hiantibus faucibus sequitur, quærens, an suam à nobis extorquere rapinam possit.

Diaboli auxiliũ quando sit.

Diabolus fertuus omnium fidelium

Quicquid in artibus possumus, ad laudem & honorem Dei impẽdi debet, hoc nimirùm modo, vt conueniat cum facto Mariæ Magdalenæ, quæ pretiosum vnguentum effudit in caput Christi, quod pro ratione intellectûs humani longè commodiùs & vtiliùs impendi poterat, quàm vt ita profunderetur. Illi tamen Christus testimonium dedit, *quòd opus bonum fecerit*. Quapropter, etsi quidem non semper secundùm intellectum agamus humanum, cum rebus tamẽ istis si in verâ caritate ambulemus: cũ vnguẽti huius profusione simul vnâ eandemque excusationem impetrabimus. Auxiliari, an contra mandatum diuinum est? Minimè. Diabolum tamen & superstitiones conciliare, id verbo diuino aduersum est. Et licèt quidem per falsos Deos sanaremus homines, tamen iniquum foret. Hos enim falsa signa edere videmus. Quæ verò falsa signa sunt, à falsis Dijs oriũtur.

Finis artium. Maria Magdalena.

Seminarium tamen characterum à Dijs falsis non est, nec in se quicquam superstitionis habet. Quanquâm hoc verum sit, superstitiosa signa omnia ex viribus naturalibus procedere. Ideòq; meritò honori Dei adscribenda illa, & virtus lucis naturę detegenda, ac superstitio in locum suum relegãda est. Etsi enim ista quidem relegetur: viribus tamen istis nihil ademptum est. Deorum enim falsorum nunquam illę erant. Idémq; est, ac si quis cum mutuatitio habitu incederet. Prædico tamen, non omnia conditioni humanæ mandata esse. Variæ siquidem sectæ, quæ sub nomine Christi velantur, retibus adeò arctis Euangeliũ constringunt, vt, nisi Christus exẽplum de equo proposuisset, die sabbati nemini nec edere, nec bibere futurum licitum sit: sed aut religione omnia inferna & superna colere sabbatũ opus foret, aut de sabbato plane nullo nobis constare. Hic ergo sẽsus longè relegari debet quia scripturæ non est consentaneus. Hoc enim foret pacto, vt tandem iustificent Iudam, & damnent Christum, sicut sectarij Anabaptistę ex parte fecerunt maximâ. Sic ergò, quæ res à crasso & saruo intellectu capi non potest, propterea non debet magica censeri: Nec isto honore deferẽdo blãdiri diabolo debemus. Quid enim ipsum vspiam suauius afficit in superstitionibus vniuersis, quam si gloria ita deferatur ei, quasi ipse auctor exstitisset? Quærenda nobis passim varia sunt: vt varia magnalia experiamur, & Dei secreta in rebus multiplicibus cognoscamus. Satis nobis id fuerit, si per ieiunia & preces mandasset nos sanitatem impetrare. Sed hoc tamen non voluit: sed media alia præstituit nobis indaganda, terramq; ipsâ nos pererrare patitur, vt in eâ multa discamus. Cumq; probauerimus omnia: quod bonum est, retinere debemus. Hęc verò fas est, nos in rebus omnibus recordari, & assiduò reuoluere. Bonum enim & malum vt prodeant, necesse est. Quæ si protulerimus, & à se inuicem distinxerimus, retinebimus bonum, malum omittemus. Quid verò aliud nobis hic indicatur quàm, vt, si possimus, diaboli artes omnes discamus? Artibus autem vtamur: & diabolum omittamus? Discendę nobis omnes artes permissæ sunt: omnia probanda data sunt, vt, quod bonum est, seruetur. Ideò enim in terram prognati sumus, vt minor à maiore disceret. Deus enim diabolum multis artibus dotatum,

Characterum ortus & vsus non est superstitiosus.

Anabaptistæ restringuntur.

Magicũ non est illicitum, quod nõ intelligitur.

Diaboli artes discendæ ipse omittendus.

altiùs

Diabolus hominibus multo doctior.

altiùs ad lumen naturæ euexit. Quas si calleremus: Deum nunquam offenderemus. Et licèt artes eius nostris similes nõ sint: cognatæ tamen sibi pleræq; sunt.

Verba etiam pro herba sunt.

Quod si pro herbâ verbum adhibeat, sit id pro herbâ. Nemo tamen arbitretur, huiusmodi verba diabolos esse. Sũt ipsius species; & characteres sunt eius composita & syrupi. Et talia ipsa nascuntur in illis regionibus, vbi ipse agit, de quo plura dicenda sunt.

Sedulò nobis attendendum est, quod

Moyses serpẽtes facit.

de Moyse scriptura dicit, *quomodo is iussu diuino apud regem Pharaonem per omne eius regnum ingentia miracula ediderit*. Ex virgâ proiectâ nascebatur serpens. Idem etiam audentes magi, similiter præstiterunt; Moyse ipso non ineptiùs. Et licèt scriptura magis his dura nomina impingat: nihil tamen in nominibus situm est. Ars enim ipsa nomina aliter declarare nouit. Sed quid fiebat? Magi cùm ser-

Magi Pharaonis Deũ non offenderũt simpliciter.

pentes multos produxissent: tũc Aaronis serpẽs cæteros omnes deuorauit. Quare? dominium scilicèt hîc sibi soli Deus affectauit, nec passus est, hominum artibus suæ potentiæ aliquid importari: quanquàm ad hoc primum conniueret. Hæc verò quid designant aliud, quàm quòd respectu Dei nostra vniuersa nihili sunt, quodq; artis nullius probè gnari sumus in hac terra, sed semper exspectare cogimur, quid nobis permittat Deus aut recusat? Sic plura alia quoque deinceps signa coram Pharaone manifestabantur, quæ tamen Magi æquè omnia æmulabantur. Hi ex arte talia edebant. Moyses verò ac Pharao sine arte: Et res cum hisce planè eodem se habet modo, ac cum ægrotis, qui à Christo sanati sunt, & eius Apostolis: quod ipsum medici quoque æmulati, multa ęgrorum millia sanârũt. Nomen vero Veneficorũ ob id his iniungendum esse, admodum iniquũ videtur. Ars enim ea ex luce naturæ prodiit. Ars similis in Ægyptiis etiam illis exstitit, quæ in naturæ luce nondùm exstincta est. Si enim naturæ ea vis est, vt ex ferro cuprum facere possit, & ex liquoribus condere gemmas queat: multò certè plura poterit secundùm sua secreta maxima. Ideòq; Magi illi arte suâ Deum haudquaquàm offenderunt, sed saltem improbitate & temeritate ausus, facti in contumeliam Moysis ac Aaronis. Tale enim quiddam dicturi videbantur, quid dicunt duo isti viri à Deo se iussos esse? Ex arte id agunt, nostro exemplo. Hic huius testimonia videte. Ideò ars eorum euanescebat, vt Moyses & Aaron manifestarentur. An non ipsa quoq; scriptura testatur, Deum dicere: An non is ego sũ, qui mutos, & surdos, & cœcos, & videntes feci? Quid enim hoc dictu aliud est, quàm quòd rerum vniuersarum creator ipse sit? si surdi & muti nascimur: an tales propterea manebimus? Ipse est, qui nos loqui docet. Qui enim infantes ex suis loqui addiscere possent viribus, si Deus suam non conferret opem mirabiliter? Iam, si loqui & audire possumus, instrumenta habemus, cognoscendi opera diuina, quatenùs quidem Deus nobis permittit. Quid enim est, vt quis videat, & quid videat, ignoret? Quis finis conditi hominis, nisi vt discat & experiatur tàm mala, quàm bona, bona verò sola retineat? Harum rerum si nullam experientiam tenemus: iam nec de Deo quid

Inscitus vir, nihili est.

compertum habemus. An verò id homini ornamento sit, si nihil sciat? Nemo vnquàm peritus vir in seductionibus mãsit: nec talem quisquam vnquàm superstitionibus pollutum vidit. Vbi enim gliscunt superstitiones, nisi apud ignaros & imperitos? Vbi superbia dominatur,

Medic. reprehensio.

nisi apud insciros? vbi stultitia regnat, nisi apud eos, qui in sapientiâ suâ subsistentes, ipsam Dei sapientiam vlteriùs perueștigare negligunt? Ideòque si ars aliquando quæpiã in apricum profertur, quam ipsi bliteo suo, & fungoso cerebro assequi non possunt, eam magicam & superstitiosam esse illicò clamitant. Hâc nimirum arte, hoc fundamento vtuntur, ne stultitia eorum in publicum abeat, aut ipsi supremi magi pro magis non diffamentur. Ideòq; scire vnumquemlibet fas est, quod auxilium quoduis à Deo promanet. Nec enim Diabalo, nec mago id

Auxiliũ omne à Deo.

præstare possibile est. Quod etsi quidem à ratione humanâ capi non possit: non tamen cum scripturâ id pugnat. Quo vero modo quoduis fiat, & qui abusus hîc committantur, deinceps quoque tradendum est: hoc fine, vt media à Deo tradita, per quæ ista talia operamur & impetramus, & ex ipso fundamento cognoscamus. Quod si enim de viâ errantem, in viam fur quispiam reduceret: an nõ satis rectæ metæ restitutus esset? Isti nimirum opera faciunt, qui ea sciunt & possunt.

Nudi & sine artibus nascimur.

Quia ergò nos homines in hunc mundum nudi pronascimur, & nobiscum nec artes, nec sapientiam afferimus, in solam Dei gratiam spem defigentes: ideò ipse prouidet

prouidet nobis, nec tamen plura ex motu proprio nobis largitur, quàm solã vitã. Cætera quod attinet, siue sani, siue infirmi reddamur, id vniuersum ipsi Naturæ committit. Vt nos loqui doceant, parentibus mandat. Porrò, augescentes autem, magno labore omnia addiscere cogimur, nec artem ex nobismet ipsis vel minimam proferimus. Quòd si ergò omninò discendum nobis est: necesse est, vt id, quod nos homines doceat, humanum non sit. Homo enim vel à principio rudis & ignarus est. Discere itaque volentibus primum fundamentũ in Deo locandum est, isque vnus noster Deus statuendus & agnoscendus, qui & doceat, & procuret, quicquid in vsus nostros facit. Et si vniuersa euoluere velimus, intelligemus sane, per mediũ quoddam res omnes fieri iam porrò à creatione à Deo absoluta. Veluti, cùm Deus pater cœlum ac terram creauit, creauit illa vt media essent, ex quibus ad nos proflueret id, cui corpus nostrum dominari deberet. Sic homo dominus factus est medicinæ, dominus agrorum, pratorum, & vinearum: non quod vel à terra vel à Sole id acceperit: sed quòd Deus secundùm ordinationem mediorum horum ista contulerit. Sic enim ipsi complacuit. Pari modo nec scientias artium ex nobismet ipsis habemus, sed & has per medium aliquod. Medium hoc sunt spiritus inuisibiles: qui sicut ager suos fructus gignit, sic isti artes ex se dant. Et de his mediis dicendum est, siue Angeli, siue alij à Deo ita constituti ad nos perueniant, non secus, ac Angelus Mariam salutans illam *Gratiâ* plenam reddidit *sic nobis* secretò dona communicantur: & vnusquilibet munus à Deo attributum sibi, hic hoc, *ille* aliud sedulò custodiat, ac pro salutatione angelicâ habeat, quæ eadem est cum munere illo.

Deus solus noster præceptor.

Post creationem homo vniuersa per medium accipit.

Spiritus erit mediũ quid sunt quo instituamur.

Iam ergò, quomodò terram vel colere, vel eidem, vt dictum est, imperare possimus, si non lumen quoddam, quod supra hominem esset, & nos doceret, haberemus? Artes autem omnes in spiritibus perfectæ quidem sunt, siue existant bonæ, siue malæ. Ex illis ipsæ ad nos descendunt. *Illi* enim velut medium istas nobis conferunt, (sicut Sol æstatem & splendorem) vt in hâc terrâ aliquid sciamus. Ex nobis enim ipsis nihil scimus. Si ergò scientiam artium ex ipsis omninò ad nos transferri oportet: necesse est, nos quendam erga ipsas affectum habere. Dispositio hæc citra omne medium in Deo consistere debet. Hinc postea egrediuntur mandata Dei: *Tu Angele, aut spiritus, doce hunc hoc illum illud, vt ex te hanc dotem habeat.* Hinc enim sequitur, *nos vocatos & ad affectum compulsos esse, alterum in hoc, alterum in alio.* Sic ergò porrò mandatum per angelum aut spiritum confectum datur: nobis potestas confertur discendi illud, quod desideramus. Et si huic viæ non insistimus: etsi quidem phantasmatis nostris ad insaniam vsq; incumberemus, tamen ne rude quidem plumbum liquare addisceremus. Tales ergo nos fingit & facit Deus, quales esse ipsi placitum est. Huic inuentionem typorum suggessit: illum docuit opificium fabrorum: isti Musicæ artem impertiit, & sic consequẽter vnicuiq; peculiare quoddam contulit, quod ad vsus humanos faceret: ac in constituẽdis omnibus eum ordinem adhibuit, vt iam post inuentores primos, alij subinde alios eadem docerent. Adeòq; quod homini impossibile est, vt à se ipso discat: id prædicto ordine ab aliis haurit, & assequitur. Quemadmodũ autẽ Maria à dictâ sibi salute, gratię plena illicò fiebat: sic dona quoq; inter nos distribuuntur eodẽ modo. Ac quicquid vspiam inuenimus, ex hoc principio omne dimanat. Nemini ergò id curæ sit, per quæ media ista ad nos deriuentur: sed potiùs firma sit persuasio, vndecunq; illa siue à malis, siue bonis spiritibus suggerantur nobis, quod illi ea vniuersa expresso Dei mandato compulsi faciant. Vult enim Deus omnia sibi obedire, ac maiestatem omnipotentiamq; suam non minùs in inferno, quam in cœlis effulgere. Idem Deus hoc quoq; vult ac iubet, vt etiam nobis, suis electis, quicquid vel in cœlis, vel inferno degit, seruiat ac morem gerat.

A spiritibus discendum, tam malis quam bonis.

Artes omnes perfectiores in spiritibus.

Iam verò cùm tàm boni, quam mali spiritus omnes, creaturę sint: creatura id quoq; erit, quod possunt illi. Sic ergò ex se nihil habẽt ipsi sed: omnia à Deo quæcunque vspiam sunt. His ita constitutis, quis hominum, & quo iure dicet, à Diabolo sese discere, cum diabolus non sit Deus: Fateri etiam nemo nõ cogitur, ne minima quidem auicula in terrã prouolare, nisi à Deo immittatur: & sic ne abiectam quidem vrticã enasci, nisi id expresso Dei iussu fiat. Si displiceret Deo nos eâ frui, exscinderet vtique eam vno momento. Iam, quod non exscindit; ex hoc, luce clariùs paret, quod

Dæmones ex se nihil habent.

nos

nos non oderit, ſed ex fidelitate diuinâ impendio faueat. Porrò quid mali nã in his artibus? Nihil quidẽ, quàm quòd nos deprauamus ipſi. Precari & ieiunare, bonum quidem eſt. Per hoc enim expellitur Sathanas. Sic bonum quoque eſt pulſare & petere. Sic bona nobis omnia ſunt, & in commodum noſtrum impẽdi idoneę: at hoc iam bonum haudquaquàm eſt, ſi oremus & ieiunemus vt Tetrici, hoc eſt, ſic lauandam faciem noſtram, eſſe, quaſi id ignoraremus: cor & non os mouendũ. Ex hoc iam ſequitur, ieiunium quoque & preces illis in malum vergere. Non quod ieiunare, & orare per ſe malum ſit: ſed quod malum ſit id, quod additur. Hinc colligite, quòd *Deus per ſalutationẽ iſtiuſmodi dona nobis conferat, vnicuique ſcilicet pro ſua vocatione.* Cùm enim eadẽ nobiſmet ipſis ſollicitemus, tetricè res agenda non eſt, h. e. ceremoniis nullis ibi opus eſt. Improbum enim foret, ſi impetratis huiuſmodi bonis, nollemus à nobis ipſis ſine medio ad Deum, diuertere. Corruũt autem iam res noſtræ, quòd bona impetrare conamur, per ceremonias diuinitùs nobis haud mandatas. Ac iterùm dico: *ſi nobis Deus ſalutationem gratiæ immitteret, nos verò gratiam eam cum ceremoniis tueri vellemus: iam à ſuperſtitione nos procul non abfore.* In his ergò rebus omnibus Maria nobis exemplo ſit, vt quæ gratię pleniſſima fuerat: Nec ceremoniæ vllæ vel antè, vel pòſt adhibeãtur, ſed nos veſtigia Mariæ præciſè ſequamur. Illa enim ſi nõ errauit, nec nos errabimus, ſi ducem eam probam ſequamur, cæteræ autem viæ omnes erroneæ ſunt ac ancipites.

Omnia bona homini ſiũt

Ceremoniæ additę ſuperſtitionem augent.

Sed de cereimoniis dum loquimur, allubeſcit mihi earũ vires enumerare. Nec enim hoc meo ſaltẽ inſtituto deſeruiet: ſed eò quoq; faciet, vt diſcamus, cor poſcere à nobis Deũ, non ceremonias: eúmque viciſſim iubere, vt, cum ſolo corde iſta à ſe impetrauerimus, corde fideli eadem rurſus diſpẽſemus. Hoc enim à Deo quod impetramus, gratis accipimus. Id ergò eâdem viâ à nobis etiã egrediatur. Si verò ceremoniis adhibitis donum Dei polluamus: iam præcipites in ſuperbia agimur, quã Deus ſeriò odit. De ceremoniis dùm loquimur, eodẽ ſenſu omnes intelligi volumus. Eæ enim cauſſa ſunt inuecti nominis ſuperſtitionis, quo grauari ſolemus. Sed vobis exempla quædam exhibebimus. A Chriſto nobis tradita eſt doctrina & ordo, quibus nec quicquam addere, nec demere nobis permiſsũ eſt. Ea ad vnumquemlibet hominẽ ſpectãt. Vnus enim quiſque ſibi ipſi eſt proximus apud Deum, plenámque poteſtatem accepit ſua apud Deum negotia expediendi. Hãc iam poteſtatem ſi è manibus ſuis homo abiiciat, nec eo vtatur beneficio, quod à Deo accepit, ſed id in alium conijciat, & eundem in auxilium vocet: omninò is in ceremonias præceps agitur, ac ita deſperationi manum dat. Nam quęlibet ceremonia deſperationi affinis & cognata eſt. Hinc iam conſequitur: quia poteſtas iſta homini data è manibus excutitur, excuti ipſam quoque fidem cum omnibus ſuis viribus: ac ipſo facto nimirũ ceremonias exſurgere, ſeu induci. Hę autem ceremoniæ ſunt *ſpeciem externam rebus in hunc finem inſtitutis inducere.* Qui enim manumittit fidem, in eâ orbatur: hanc autem accipit is, cui ille eandem impertit. Iam quantũvis illius diſtribuendum habet, tantùm ſoluit. Ea ſolutio penes Deum eſt, in tantùm ratificata, quantum diuina voluntas admittit. Bona verò, an mala ſit, id ipſum quoque penes Deum ſitum eſt. Ille in rebus iſtis cor reſpiciet. Iam, vt quod res eſt, de ceremoniis ſtatuã, ſcire debetis: eas nullius momẽti ac valoris eſſe. Quòd ſi enim quicquam à Deo impetrari opus eſt: is certè in cor oculos intẽdet, non in ceremonias. Et quodcunque nobis largitus eſt, id haudquaquam ceremoniis impendi vult, ſed laboribus. Nihil enim largitur aliud, quàm hoc, per quod diligamus Deum ex toto corde, ex omnibus viribus, & ex pleno animo: per quod etiam proximũ noſtrum iuuemus, ſicut nos ipſos. Quòd ſi ergò, quæ Deus nobis impertit, huc impendenda ſunt: iam meritò ceremoniæ omnes exſoleſcunt. Iam ſicut ceremonię in rebus inualuêre omnibus, & poteſtatem propriam corrupere: ſic illæ magicam quoque artem contaminarunt: hoc eſt, de quo iam trado, ideò dudum rẽdactum eſt, vt ſine ceremoniis nullius ampliùs momenti videatur. Æquâ enim ratione, quâ cum Deo agimus citra manifeſtationem cordis: ſic in hac quoque arte agere omninò debemus. Omnes enim eiuſdem poteſtatis capaces ſumus, nec alter altero inferior eſt. Quod verò poteſtas iſta minùs procedat, id ab auctore Satana eſt, qui hoc molitur vnicè, nec quâ ſors datâ poteſtate vtamur ceremoniis non priùs adhibitis:

Cere monias Deus re pudiat

Homo qui ita ipſemet proximus Deo

Ceremonia deſperationi affinis.

Ceremoniæ nullius virtutis ſũt.

Quid

Ceremonias cur inuexerit Satanas.

Quid verò sunt tandem ceremoniæ istarum artium? Hypocritica ieiunia, & preces simulatæ. Sicut Pharisæi populi oculos simulatione eludebant: sic Pharisaicum istum ritum hîc quoque Diabolus æmulatur & introducit per numeros, per tempora, per abstinentiam, per cõsecrationes & benedictiones, per aquam lustralem, per alia similia. His technis persuasionem hanc Satanas in corda hominum inuexit, vt crederẽt, eum, qui quicquam à Deo impetraturus sit, Dei obliuisci ipsius, & his omninò ceremoniis vti debere. Sic enim felicem rerum successum sperandum esse. Iam verò quonam loco ista habenda sint, Theologi iudicẽt. Sicut enim inter sese mutuò agunt homines, suâ potestate abutentes: ita se res cũ ipsis quoq; spiritibus habet prædictis.

Ceremoniæ in quibus cõsistãt.

Nolim verò hisce in potestatem Petri duriùs quicquam dictũ esse. Hoc saltem moneo, vt tranquillum ac pacatum pectus in se quisque alat ac foueat. Cur autem ista talia producam, causa hæc est, quia nimirùm characteres nec verba, nec nomina sunt. Ceremoniales autem cum verbis ac nominibus eosdem confuderunt, vt scilicet respectus ad spiritus fieret: vt sine quorum imploratione res nullius successus futura sit. Hoc idem est, ac si dicerent, nisi Petro blandiaris, de gratia coram Deo actum fore. Cùm verò certum sit, Petrum ac spiritus seruos Dei esse, qui, quodcunque à Deo mandetur, confectum dare cogantur: omni omninò ratione consequitur, si Christus iubeat Petrum soluere, eum ad id compelli faciendum: vt etiam vicissim, si iubeat ipsum ligare. Adeoq; si id faciat: opus hoc ratum est in cœlo ac terra. Tale enim eius officium est: ac ministerium ipsius ad omnes Dei iussus proclive est. Iam, etsi quidem Petrum pro Deo habituri essemus: non tamen ille in hoc nobis assensurus esset, nisi singulariter à Deo priùs iubeatur. Sic scitote ergò, ceremonias in solum Petrum intendere. Eædem similiter se etiam habent erga spiritus, eoq; directæ sunt, vt is, cuius est mãdare, obliuione obliteretur, serui verò eius, quorũ ministrare est, in locũ ipsius sufficiantur. Talis ædium gubernatio qualiscunq; est, absente Domino cati cum muribus ludunt, famuli agunt, quid & quantum volupe est. Propter hunc abusum ergò ars ipsa cõtemtui esse minimè debet: sed superstitio in illo est, quòd ea seruis impenditur. Ac id quidẽ vel ex arte ipsa patet, quæ hoc casu ita lacera est, vt ex se nec iuuare, nec consulere quicquã possit. Oeconomia talis inædibus omnibus gliscit, si quà fors lõgiùs absit Dominus. Serui imperiũ affectantes, cõministri cogitur varia, suâ vt temeritatẽ velent. Hi autem cùm Domini sui potestatẽ & vires easdẽ non habeant, & tamen de auxilio implorentur, & vt signa edant, sollicitentur: tũ necesse est varia eos subterfugia & diuerticula quærere, veluti sunt: tu nõ rectè ieiunasti, aut orasti: tu non rectè confessus es. Hinc tibi illud dãni, &c. Sic ergò sectatores ceremoniarum tractantur, & condiuntur fatuo sale illo, qui ad nihil vtilis est, nisi vt in cœnum proiiciatur.

Tum Petrus, quã spiritus. Dei seruii.

Ceremoniæ quos spectent.

Iam quia fides seu fiducia in seruos ita operatur, propterea multa cõsequi solẽt, hoc est, etsi res saltẽ seruos spectet, multa tamen felices suos successus habẽt. Fides autem ac potestas cùm in eũ cõiecta sint: qui præstandæ opis mandatũ non habet, ideò Deus æquum iudicem agit, varios adhibens, & multorum rationem habet in suo instrumento, ad multa conniuens, non quidem ad seruum respiciendo, sed ad hominem ipsum. Et hæc causa potissima est, cur præuaricatoris fidem stabiliat Deus. Is enim agens liberum est. Nemo autem in tentationem abeat: nemo aliũde auxilium exspectet. A Deo omnia rogari ac impetrari debent. Is quicquid deinde Diuis suis imperat, hoc fiat & gratũ sit, siue ab hoc, siue illo, siue à spiritu, siue Angelo, siue Diabolo præstetur. Hoc enim modo spiritus etiam iussi sunt, vt docerent & iuuarent: quò nimirũ beneficia ad nos redundarent tàm ab inimicis, quã amicis. Id verò naturæ luci manifestatũ est, spiritus scilicet, artes in publicũ dedisse. Re istâ pro cõperta apud omnes habitâ, cœperũt deinde ipsi spiritus inuocari, quasi ex seipsis, nutu proprio, auxilio venirẽt: nec cogitatũ est, quòd mandato diuino coacti talia illi faciãt. Tũ & ex institutione ac doctrinâ magicâ Chaldæorũ, Persarũ, Ægyptiorumq;, spirituũ istorum nomina distincta promulgata sunt, quos superstitiosi pro Diis venerati sunt, & coluerũt. Si quis autẽ à Diuis multũ exigat, Deo non annuẽte nihil præstare illi possunt. Nam meri serui sunt. Sic ergo asseruatis nominibus, cũ illi opẽ ferre non possent: homines cũ spiritibus colludere cœperũt, ac ceremonias peculiares in ieiunando, orando, & similibus aliis cõdiderunt: quomodo etiam Salomon speculum, & Moyses librum consecrationis

Deus ruit ceremoniis interdum etiã conniuent.

Spiritus artes promulgarunt.

Diui renuente Deo, impetrãt.

Salomonis speculũ: & Moysi liber cõsecrationum.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 186 sur 913

confecerunt. Quod deinde indies magis magisq; inualuit : cùm planè persuasum haberēt, se illiusmodi institutis certi quid impetraturos. Nihil tamen aliud cōsecuti sunt, quàm vanas vrticas, & deliramenta alia: qualia seruorum opera omnia sunt, cum quibus Dominus nihil negotij habet. Et sic cognoscite Papas tā inuisibiles, quàm visibiles, qui se Dominos, non seruos venditant, & quanti sacerdotium quodlibet æstimandum sit.

Papæ visibiles & inuisibiles.

Iam verò fidei conditio ac natura ista est: vt è manibus emissa, in nostra potestate non sit ampliùs. Tùm accidunt, quę diximus. Sed porrò tamen eius vires recensendæ, eæq; variæ sunt. Dicunt enim homines: Hic benedictionem vulneratiā nouit, vt à nemine cædi ac transfigi possit : Iste per acutū gladium incedere potest: ille à glande sclopetaria se tueri nouit, &c. Hæc iam via vna est. Altera ista est : hic hunc vel illum morbum curare potest cōsecrando, veluti sunt, *inflammationes, arthritides, hæmorrhagiæ, febres*, &c. sic & tertiò : hic hanc vel illam herbam incantatione cogere potest, vt hoc vel illud faciat: Item, hic amorem conciliare, vel soluere nouit. Quę quomodo sub his quatuor generibus se habeant, deinceps explicabitur. Omnium autem primò tenendum est, in istis improbas multas superstitiones concurrere, à veteribus, ac cumprimis à nebulonibus desperatis assertas & introductas, qui plurima minùs Christiana & religiosa immiscuerunt, nō quidē sine impulsu ac suggestione ipsius Diabolj, quæ hic non sine offensione recenseri possint. Vnum tamen antiquæ originis est de mōte Veneris vulgò dicto: ex quo huiusmodi characteres se abstulisse gloriati sunt. Quod quidem per omnia falsum non est. Sicut enim in Bructero conuenientes sagæ suos coitus & congressus instituunt, ac à Dæmonibus suas, quas deinde exerceant, artes impetrant, addiscuntq;: sic æquè suis viris mons Bructerus proprius est, quem & ipsi Venereū vocāt (nec tamen Veneris ille mons est, de quo in ludi illo genere, *Carnuffel* Germanis vocato, species quædam exhibetur) in eo ipsi quoq; similiter conueniūt, ac Diabolus specie fœminæ se illis subiicit, eosq; characteres illos, cū huiusmodi ceremoniis vsitatis docet. Hi, quas vires habeant, & vnde emanent, id posteriùs explicabitur. In hisce autem nemini quicquam fiduciæ ponendum est. Nec enim illius artis hoc fundamentum est, sed indulgentiæ sunt meræ, citra virtutem aut efficaciam omnem quæsitæ. Huiusmodi adulterina & Venerea deliramenta multa à fanaticis & præstigiatoribus euulgata sunt.

Fides maximè nostra amplius non est.

Fidei genera.

Mons Veneris.

Bructerus.

Vt verò virtutem hanc expendam & detegam : vtrum quæso putatis vos, suâ omni potestate id cauere & auertere posse Satanam, vt à nemine aut vulnerari, aut transfodi ego possim ? Hoc fieri minimè potest. Solus ac vnicus Deus hoc potestatis habet. Ea autem Diaboli infirmitas & impotentia est, vt ne quidē fingere ollam possit non frangibilem: ne de homine quid dicam. Quin imò ne vacillantem quidem dentē euellere queat: taceo, quod morbum grauiorem curare possit. Sed nec quācūuis herbulā aliā, quā ea est, facere potest, aut ei quid addere vel demere. Sic needuos homines cōiūgere potest, multò minùs eisdem vel amorē, vel odium conciliare. De his quatuor articulis modos quatuor attendite. Eorum primus, ad vulnera & ictus, talis est : qui D. Laurentium seruauit, ne in crate ferrea exureretur : qui D. Ioannem in oleo ab ambustione tutatus est : qui tres pueros ex candente clibano saluos & inadustos extraxit : Is artem hanc nouit, & impertit, quibus fauet. Quæ si impertitur ei, qui characteribus vtitur: tunc indiciū est ac testimonium inuitationis ad iudicium extremum Dei : vbi sententiæ diuinæ id erit pronuntiare, quâ causâ superstitionem illorum stabiliuerit & obfirmauerit. Per characteres huiusmodi, morbos curare, quis nisi solus Deus norit ? Is imperare spiritibus potest, vt herbis similes sint, & cum iis similiter agant. Cur autem hoc modo Deus illa permittat, penes ipsius arbitrium id est. Talia ex se præstare, spiritus haudquaquā possunt, siue id Deus permittat, seu iubeat. Si quidem herbas coniurant, aliam ipsis vim non indunt, quàm quæ priùs inerat. Quæ si pluris maioriue aliquando efficaciæ sint, quàm pro modo naturæ ipsarum: id prioribus articulis imputari debet. Sciendum ergò est, huiusmodi adiectitias virtutes medicamentorum, pro eorum saltem velamento accedere. Atque vi characterum, vel amicitias, vel inimicitias condere, opus imaginationis est. Consarcinata enim ars est : quæ ex artibus omnib. lacinias abripit, & ex illis vnū cētonē cōsuit. Plus, minùs eius sit: ex collectaneis dictarū rerū omne nascitur, sicut iste liber tradet. Et hæc fas est recordari vnū quemuis

Transfossioni diaboli arcendæ potest. Diaboli infirmitas.

Superstitiosa formula.

Quid rebus per coniurationes accidat.

Characteristica ars collectitia est.

quemuis antequam à vero principio degeneret, ac in media deficiat, ſicut declaratum eſt.

Spiritus poſſunt quicquid corpus poteſt.

Iſtud quidem, ſi naturæ potentia ad ſummum explicari debeat, veriſſimum eſt, quod inuiſibiles ſpiritus id omne poſſint efficere, quod poteſt corpus viſibile. Quod ſi viſibile corpus pro tutelâ ſui, ſibi ipſi loricam aduerſus ictus quoſcunq; fabricare nouit, ſub quâ loricâ viſibile ſimul & inuiſibile corpus tectum lateat: eâdem poſcente neceſſitate inuiſibile etiam corpus inuiſibilem ſibi loricam facere poteſt, quâ & ſe ſimul, ceu inuiſibile corpus, & vna ſecum viſibile protegat & tueatur. Hoc enim ex luce naturę patet. Eodem modo inuiſibile quoque corpus viſibili ſuos morbos adimere poteſt, & alios ſimiles eâdem operâ ipſi infligere, vt nimirùm propter iſta magnalia honor alii maiori adſcribatur. Sic enim metitur, vbi ſatum non eſt; ſic inuenitur, quod non eſt depoſitum. Quòd ſi enim ſpiritus maligni talem ſibi prædam parare queunt: nihil cunctantur. Et vbi iſtiuſmodi hominum leuitatem perſentiſcunt, illi ſe tacitè ſocios ingerũt. Denique, quicquid nobis illi præſtant, ſiue artes doceant, ſiue auxilium ferant: ea omnia iſto loco habete, quaſi ex mandato diuino profluant, & nõ ex permiſſione.

Fiducia in Deum immota eſſe debet.

Ea nimirùm tam firma & ſolida noſtra in maieſtatem Dei fiducia eſſe debet: à quâ ne tantillum quidem in quâcunq; ærumnâ deſciſcere, ſed ei perpetuò adhæreſcere debemus. Cùm ergò ſpiritus hi perſæpè Doctores artium ſint, qui ſeſe erebrò ſub ſpecie mandati cuiuſdam ingerant, ad docendum res arduas ac ſubtiles, aut ſcientias arcanas in omnibus artibus, aut ad conferendum magnam exiſtimationem, copioſam facundiam, & ſapientiam profundam : ideò ſibi attentè caueant illi, qui cùm in peccatis volutentur, nihilominùs tamen pro genuinis Apoſtolis haberi volunt. Hi in hanc ſchola facilè coguntur. At qui ſpiritum ſuũ ſpiritui ſancto anteponere audent: horũ ſtudium ac propoſitum eſt confringere id, quod confringi ratione nullâ poteſt. Ex quo contumaciam iſtorum capitum in ſuis tuendis deprehendere licet: qui articulos eos condunt, tuentur, & magnificant, quos tamen Apoſtoli ſenſu ſimplici acceperunt & crediderunt: velut ſunt Anabaptiſtæ, Bohemi, & Trinitarii. Et his hactenus dictis, de characteribus quid ſentiendum ſit, explicaſſe ſatis ſit: quibus librum quintum finiri commodum viſum eſt.

LECTORIS.

ETſi quidem, beneuole Lector, ſequens hic liber de Generatione hominis *commodiùs cum libris Philoſophicis coniungeretur, quoniam haud quaquam librorum huius primæ partis cæterorum more ac modo de* Origine Morborum *tractat. Ipſum tamen huic operi Paramiro ſubnecti, ideo non inconſultum viſum eſt, quoniam Philoſophici cæteri libri, quibus addi debebat, hoc tempore ad manus non ſunt, ac potiùs deſiderantur. Tum & materia ipſa de qua hìc tradit auctor, ad rem Medicam principaliter ſpectat. Explicat enim generationem corporis Phyſici, quod medicinæ proximum ſubiectum eſt.*

Cæterum beneuolus Lector hic iterum monendus eſt, quòd hic quoque liber (ſicut primi Paramiri de 5. Entibus) ab auctore abſolutus non ſit: ſed quod is in mediâ paginâ iuxta titulum, De interiori homine, ſcribere deſiderit: ſicut hoc ex ipſius Paracelſi autographo, quod prænominatus D. Ioannes Homelius ſecundus, Pettauii in Styria Medicus, vna cum Param. de 5. Entibus ſecum vel dùm aſſeruat. Tum & reliqui tres libri, quorum Paracelſus in præfatione quartâ meminit (nempe de hominiformibus creaturis in Elemento aquæ, terræ & ignis degentibus) apud hunc inuenti non ſunt. Fierique facilè poteſt, eos ſecundum diſpoſitionem ac partitionem hanc ab ipſo auctore nunquam conſcriptos eſſe. Quia verò aliàs priuatum Philoſophicum librum, de Nymphis Pygmæis, Salamandris, &c. congeſſit & edidit: diligens Lector, quod hic deſideratur, ex ipſo ſarcire poteſt, & hæc æqui bonique conſulere.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 188 sur 913

LIBER DE GENERATIONE RERVM SENSIBILIVM IN RATIONE:

THEOPHRASTI PARACELSI GERMANI.

PRIMVS LIBER PRAEFATIONVM THEOPHRASTI IN LIBRVM GERMANI.

PRÆFATIO THEOPHRASTI PRIMA.

CONSIDERANDVM nobis sedulò ante omnia est, quæ commentaria & consarcinati libri Philosophici eorum, qui se Deos mundanos profitentur, in propatulo sint: & quidnam obiectionis ex illis contra sequentem nostrum textum moueri & importari queat. Quanquàm enim illi nobis valde ridiculi obueniant, nosque eos non nisi cum diludio acceptemus: nihilominus tamen, quia illi & maximo labore congesti sunt, & ex iudicio acri enati, placet nobis eosdem considerationi nostræ subiicere, ac auctoribus ipsis ex debito respondere. Primùm autem nos mouet iusta compellatio nostrorum in Philosophiâ antecessorum qui operosis laboribus Generationem hominis descripserunt. Quibus etsi quidem Naturæ lux nihil denegauit: illis tamen eadem nihil quoque largita videtur. Quicquid enim tradiderunt, id non (vt nostra Philosophia) ex luce rationis enatum est: sed ex argutiis potiùs interioris sensus eius, quem ex nobis ipsis concepimus. Quibus pro responsione hoc reddimus, ipsos ex suo tantum cerebro scripsisse, & non ex experientiâ, aut oculari cognitione. Sola enim experientia & scientia digna est, quæ quid in lucem proferat, non vero autodoxia, & experientia præsumta. Acutus phantastes Aristoteles de Generatione monumenta non pauca post se reliquit. Is tamen & in ipsâ naturâ miserè seductus & Philosophiæ naturalis mirè ignarus exstitit. Acutus tamen in opinionibus erroneis, & contra naturã impengentibus idem ipse fuit, & momentis admodum probabilibus suam sententiam stabiliuit, eamque rationibus prudentibus confirmauit, ac sententiis artificiosis & iucundis illustrauit. Quæ tamẽ si omnia ita sese præcisè in naturâ haberent quemadmodum blanda eius verba supponunt: quis clariorẽ vnquam in naturâ lucẽ desideraret? sic & cæteri ipsius assectæ interpretes & discipuli eidem acumini ac subtilitati studuerunt, vt multis ambagibus, ac artificiosis ingeniosisque argumentis suas opiniones munirent & stabilirent: Quæ tamen omnia in fundamento naturæ nil nisi fumus sunt, ac flos contritus & flaccidus. Nobis autem ita persuasum est, præter beatitudinem æternam hominis nihil vspiam nobilius, aut præstabilius exstare, quàm naturam cognouisse, ac ab illâ vt à magistrâ ipsâ fundamentum omne Philosophiæ didicisse. Hoc vt statuimus: sic contrà damnamus argutias ingeniosas quæ se Philosophiam iactant: nec tamẽ quicquam aliud, quàm opinio speciosa, & suis quasi floribus picta & exornata est. Auicenna quidem (cuius nomine omnes Medicos comprehendimus) cum assectis, ac tàm antecessoribus, quàm successoribus suis doctrinam admodum speciosam de semine humano, & eius generatione proponit. Et licet vnâ operâ strenuè omnes desudarint, vt de generatione hominis digna & ardua quædam promulgarent: omnis tamen eorum Philosophia Medicos illos redolet, qui ex verâ Philosophia prognati non sunt. Philosophia enim boni & generosi Medici genitrix est. Ipsis tamen hoc adhæret assiduò, vt Medici existant, fundamento eo carentes, ex quo Medicus exstruitur. Ideò etiam, vt verè loquamur, finem quidem habent, sed non principium. Ac quicquid materiale non est, materiale constituunt: ac pro modo finis principiũ etiam iudicant sumunt que, omnemque naturæ culpam impingunt, si quid minùs rectè intellexerint. Sed cur nos istiusmodi vacillantium virorum commenta nimiopere torqueant? Qui etsi ex fonte quidem Philosophiæ non scaturierint: tamen indiscreto iudicio in naturam omnia conferunt. Vt verò eorum, qui tàm viui, quàm mortui contra nos depugnant, fundamenta attingamus: sciendum primò est de Astronomis, quòd picturis ac figuris regulisque ac canonibus admodum efficacibus nos impetere videantur. Quæ tamen omnia nos ceu obiter afflantem auram excipiemus, quæ tandem per seipsam vanescat. Quod enim ipsi maximi æstimant: id nos pretii nullius esse censemus; dum scilicet recordamur, eos pro opinione sua plausibili saltem describere quomodo Planetæ ac astra liberos gignant formentque. Dicunt enim nonnulli, astra illis naturam, complexionem & virtutes conferre. Quorũ ineptias cur nobis displodendas sumamus,

cum

Prisci reprehenduntur.

Sine experientia nihil dignũ luce.

Aristoteles taxatur.

Beatitudo æterna summũ bonum ab hocsecũdum cognitio naturæ. Auicenna.

Philosophia mater Medicorũ

Medici reprehẽduntur.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 189 sur 913

cum nullius adeò momenti sint? Non nostra autem, sed vestra gratia hoc strictim potissimum affirmamus, nec Planetarum, nec Astrorum vllam vspiam cooperationem in hoc casu esse. Astra nihil pos. sunt in generã. do homine. *Cuius demonstratio pòst in suis capitulis deprometur: cùm certum sit, ipsos huic nostræ præsenti præfationi minimè acquieturos esse. In textu ipso tamen, quod desiderant, inueniunt, quo se exsatient. Nihil nos etiam angent, siue pro siue contra nos faciant, doctrinæ, scripta ac monumenta vicariorum diuorum. Nec enim vnquàm Aristotelicis subtilitatibus tantùm nos attribuimus, quin duplo plus horum hominum argutiis speciosis attribuamus. Et tamen honorem sapientiæ illorum, non Diis, aut luci naturæ acceptum ferimus, sed vtilitati priuatæ ac spiritibus erroneis, apud quos dubitatio & ambiguitas, minimè verò sobria Philosophia diuertere solet. Nobis interim hæc præfatio parte aliquâ excusationi sit, vsque dùm textum ipsum aggrediamur.*

PRÆFATIO ALTERA.

IAM *si textum ipsum de Generatione hominis exordiri velimus principio hypothesis quædam præstituenda nobis est, ex quâ argumenta tractatus nostri deducantur. Fundamentum autem in eo ponemus, quòd, quæ videmus, eadem quoque docere ac demonstrare possimus: In generatione autem hominis duo nobis occurrunt præcipuè, quæ in cæteris generationibus omnibus non animaduertuntur. Quodcunq; enim hîc sensibus apparet, saltem mas est ac fœmina. Ex pari hoc, fœtus generatio perficitur, eandem & æquiformem cum generantibus parentibus similitudinem referentis. Isthoc iam in præfatione posito mittentes obiectionem excutiemus de illis, qui secundum formam nobis similes non nascuntur, vt sunt Monoculi, Cyclopes, & similes alii. Multiplex hæc & diuersa generatio ansam nobis ministrat, vt philosophando opinari possimus, non omnes in vniuersum homines secundùm omnigenas formas, ex vno parente ac progenitore descendere, sed potius ex pluribus. Vt, exempli gratia: Qui bipedes sunt ex priuato suo: ex priuato alio Cyclopes:* Bipedes Cyclopes, monoculi, an ab vno patre; *ac ex alio iterum monoculi gignantur. Sine risu dimitti non possunt, qui dicant, tot homines, tàm variformes, ex incubatione, aut matris aspectu editos esse. Nam fortassis pro ludicris ista prodita sunt, quibus homines in risum agantur. Aliàs si serio talia acceptemus, sine probatione certa illis astipulari minimè possumus. Nobis tamen Philosophia hoc certum facit, si mater fœtum suum per aspectum secundùm formam ita mutet, vt nec patri, nec matri similis sit, quòd tunc fructus iste sterilis maneat, & formam hanc primus simul & vltimus acceperit. Sed & hoc hic missum facientes, præfationem nostram tali sententia terminamus, quòd omnino aliud quid sit, à quo forma vnaquælibet nascatur, & non omnia ab vno prodeant. Præter enim naturæ legem hoc est, ex Cyclope mare ac fœmina monoculum nasci:* Formæ nõ omnes ab vno. *& vicissim ex monoculo mare & fœmina cyclopem progigni. Idem iudicium de cæteris quoq; formis sit, quarum notæ simul & ignotæ in natura variæ exsistant. Multò id quidem dictu probabilius esset, feros & agrestes homines ex bipedibus hominibus ortu prodiisse, & à patre tali natos esse, quàm quod in argumento præmisso propositum erat. Et licèt feri quidem homines brutorum instar ratione priuati sint: id tamen euincit aliud, quàm quòd à peculiari parente nati sint: non vero hominibus descenderint. Quæ si se hoc pacto habent: similiter se cæteræ quoque creaturæ omninò habebunt. Quòd si obiiciatur æternum, quod in formatis cæteris inest, à quo etiam homines nominantur: illud eius momenti non est, vt obtineat, ab vno parente homines vniuersos prodiisse licet ab vno Deo, qui animam in omnibus infundit. Deus ille, qui æternum & dat, & dedit, & quem Philosophia agnoscit, tàm varias formas ac multiplices homines nasci non sinit ex parente vno, sed pluribus: nec præter naturam monstrosum quid & inhumanum ordinauit. Omnibus quidem simile æternum contulit, sed non similem formam indidit: quin imò mira varietate diuersos à parentibus produxit. Quanquàm & hoc in præsenti præfatione recenseri dignum videatur quisnam primus bipedum pater exstiterit, si retrò ad principium numerando recurratur. Id tamen Philosophicum minimè est, sed quoddam ludicrum iocosum. Nam quàm primùm patrem comprehenderimus illum, à quo omnes homines prognati sunt: in illa meta illicò nobis subsistendum est. Quæ enim nobis Philosophia explicaret, quo is modo natus esset? Deus enim ipsum creauit. Quo etiam concludimus, non scripturam aut literam consulentes, vndenam Deus ipsum crearit: sed hoc omninò persuasum habentes ista talia omnibus abscondita esse. De qua materia, si quidem aliquid certi traditū prostaret, ac sciri posset: verendum tamen est, quenquam intelligere quidnam gleba vel argilla, ac qualis, aut vbi ea sit. In parabolis id ergo relinquemus, & profundius nihil de eo scrutabimur: hos verò qui hanc parabolam pro tali non agnoscunt. & eam à se intelligi vel exponi posse putant, accomparamus illis, qui intellectum tintinnabulis sibi coëmunt.* Deiequa ordinatio.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 190 sur 913

PRÆFATIO TERTIA.

ISTIVSMODI ergò sermone omisso, in expendendo proposito nostro pergemus. Vbi percensebimus, quo modo ortus liberorum à Deo constitutus ac ordinatus sit. De bipedibus ergò exemplum sumemus patrem ac matrem, ac in illo de causa philosophabimur, cur duobus, & non vno, non tribus ad fœtus vnius constitutionem opus sit. Hoc argumentum in præfatione hac quiescere sinemus. Verumtamen quemadmodum bipedum hominum generatio in nobis est: sic in cæteris quoque sectis omnibus, secundum formas omnes. Et licèt sectæ in forma multæ ac variæ quidem sint: inter nos omnes tamen non aliud, quàm forma diuisa est, non natura ipsa. Quare bono iure sub generatione nostra, illorum omnium generationem comprehendimus. Vnica enim saltem natura reperitur, sed eadem tamẽ in variis formis abscõdita. In interiore autem homine omnia sita sunt, & non in eius specie aut forma exteriori: Philosophiæ etenim est scrutari Microcosmum, hoc est, interiorem hominem; non qualis foris in conspectu is est: cuius dilucidior declaratio alio loco instituetur. Cur autem bipedem hominem pro exemplo ponamus, causa non est, quia vel nos tales sumus, vel talis noster sanguis reperiatur, vel res ista nobis præ aliis notior sit, vel genus hoc maximam, eamque potissimam cogniti orbis partem occupet. Harum, inquam, causarum nulla est. Sed caussa præcipua illa est, quod nos ipsos meritò cæteris digniores censemus, quia Christus ipse sectæ nostræ fuit, nostrámque formam assumsit: cui cùm optio ac arbitrium liberum esset quiduis eligendi, aut formam etiam peculiarem induendi: tamen, etiam citra semen humanum, formam nostrã assumere voluit. Vnde opinari licet, sectas cæteras secundùm formas suas non æquè perfectas exsistere, sed aliquid omninò defectus & ludicri in illis delitescere. In forma autem bipedum nihil deficit: sed ex ipsa potiùs arguitur, sectam Christi omnium perfectissimam & absolutissimam esse, næuo omni carentem, sectisque cæteris omnibus digniorem, quæ nimirum ad hunc perfectionis & integritatis gradum minimè euectæ sunt. Et quanquam monoculis in visu nihil desit, nec quicquam in cursu cyclopibus deficiat, sed perfecti ipsi satis ad suos vsus sint, & forma ista contenti viuant: colligi tamen non inique possit, hanc formæ diuersitatem ipsis inditã esse, ad illustrandã clariùs bipedũ formæ dignitatẽ, & nobilitatẽ quæ sine hac fors minùs & obscuriùs pateret: nec datam illam ipsis esse propter peculiarem animam. Interiora siquidem naturæ, & quod in natura ipsa vita est, id idem in omnibus formis exsistit, non imbecillius, non fortius, sed sola forma differens. Id, quod grauius nos non sollicitat. Propterea etiam secundùm æternum, & animam rationalem, ipsámque naturæ lucem; eosdem nobiscum, eodem censu æstimamus, nec quicquam contradicimus. Nos tamen Philosophia non fert, quin cogat pronuntiare illorum exortus modum trutinantes, quod ipsi monstra, & quædam quasi prodigia creationis exsistant: vt nimirum, quicquid in natura probè cesserit, bipes euaserit: & quod male cesserit, monstrosum euaserit, & vel prædictam formam, vel alias quascunque induerit. Sicut enim in naturalibus operationibus subindè multa eueniunt, quæ à naturali modo ac forma desciscunt: sic etiam pro nutu Dei in creatione hominum huiusmodi monstra quoque oriri & concurrere possunt, ita, vt non omnia ac vniuersa sub vnius perfecti hominis specie contineantur. Sic ergò illos secundùm huiusmodi formã quidem, non tamen secundùm æternum, monstra pronuntiamus. Ideò liberos quoq; sibi similes gignunt, quòd formã talem in creatione mancam ac vitiosam acceperunt. Ac quales in creatione constituti fuerunt, tales perpetuò manent, vsque dùm creaturæ vniuersæ iterùm aboleantur. Quicquid verò in ipsa natura monstrosè sit, ac degenerat, hoc nihil gignit, hoc nihil propagat. Contrà verò id, quod in creatione monstrosum sit. Est enim illud secundùm formam ac naturam suam perfectum & habile, ad sibi simile generandum & propagandum.

Bipedes cæteris præstantiores.

Vita vel forma interior in omnibus eadem.

Quicquid homo non bipes: monstrũ est.

PRÆFATIO QVARTA.

SED vt in textu præsenti immorantes, propositum nostrum longiùs non producamus, præfationibus tandem colophonem addemus, præsupponendo vobis perfectionem generationis omnium hominum, nullo genere excepto. Ad hoc commodius stabiliendũ, describemus ortum ac generationem eorum vniuersorum, in se qui æternum habent. Nec de his trademus alio modo, quàm fecimus in discrimine formarum excutiendo: vbi veritatem super creatione monstrosa terminauimus. Hîc verò de omnium sectarum, seu generum interiore natura, quæ vbique similis est, vnaque, textum, nostrum producemus pro introitu vero libri nostri id commemorabimus, quod in ipso libro deindeplaniùs sinietur, nempe quod nos prædicti non soli simus, qui mundum vniuersum occupemus

pemus: sed affirmamus, quod mundus hic noster, saltem pars quarta mundi vniuersi exsistat. Non verò, quòd mundus triplo maior sit, quàm à nobis cognoscatur: sed quòd in cognito nobis mundo hoc, tres adhuc partes supersint, quas nos non inhabitamus: Hoc vt clarius intelligatis, ita explicabimus. Statuimus, in aquâ mundum esse, & in eo habitare homines ipsos quoque æterni participes, & nobiscum similiter, forma ac natura variisque speciebus omninò coornatos & dotatos, sicut de quartæ nostri mundi partis hominibus commemoramus. Cùm ergò sciamus, in aqua quoque mundum aliquem esse: id nobis causæ & incitamento erit, vt de eorum ortu & generatione peculiarem librum, hunc consequentem, condere aggressuri simus; nimirùm de altera parte mundi. Eadem nobis etiam causa erit scribendi libri tertij. Deprehendimus enim residuam mundi partem aliam, nimirum terrã: cuius habitatores describendo, librum tertium consummabimus. Hoc finito, ad quartum properabimus. & natales seu generationem hominum Vulcaniorum, mundi partem quartam incolentium, & sub elemento ignis agentium vobis expediemus. Hoc modo intelligendi sumus, partes mundi quatuor ponentes, ex quibus mundus vnus constituatur. Nec patiemur nobis excuti hanc Philosophiã, quæ talia docet ac commonstrat. Nihil tamen mouebimur strepitu eorum, qui ex terrena natura animatorũ conditiones pensitantes, tres reliquas mundi partes reiiciunt. Quas enim ipsi imaginationes concipiunt, momenti haud magni sunt: sed pleræque inanes & nihili. Alacres ergo & læti textum nostrum continuabimus, sanæ scilicet nostræ Philosophiæ ductu, & verborum ipsius Christi assensu, quæ pro nobis, vt dicetur, faciunt, & Philosophiam nostram validè stabiliunt. Auspicio ergò veracissimi testimonij Christi, & experientiæ Philosophicæ, textum nostrorũ librorum secundùm quatuor generationes quatuor mundi partium iam tempestiuè exordiemur. Primus autem tradet de nostro mundo, & eius indigenis, nimirũ aëreis. Secundus de Nymphis, aqueis. Tertius de pygmæis, montanis. Quartus de Vulcaniis, in igne degentibus. Ita concludimus generationes omniũ hominum, in quibus æternũ, hoc est, anima habitat, quæ bonum summum est, & beatitudo extrema, & vltima merces: cuius vnicus redemptor est Christus. Deus ac Dominus Christus Iesus, natus ex Maria virgine, quæ eadem fuit ante partum, & deinceps est, immaculata per omnẽ æternitatem in sanctã Trinitate sine fine.

Mundi quatuor pro numero quatuor Elementorum. Hominũ quatuor genera.

S. Maria Christi mater Trinitati inserta.

Finis quatuor Præfationum.

DEINCEPS SEQVITVR
TEXTVS LIBRI PRIMI
THEOPHRASTI.

TRACTATVS PRIMVS.

CAPVT PRIMVM.

Sensibiles creaturæ ex sua natura semen non habent.

IN exordio nostri textus sermonem generalem faciemus de omnibus creaturis, vt nostri propositi intellectus certior & procliuior sit. Generationem autem creatarum rerum vniuersarum duobus modis partimur. Vnus eorum est creatorum, quæ suæ multiplicationis semen sibi implantarum, ac in ipsam naturam ita insertum habent, vt natura ac semen res indiuisibilis exsistat; ita inuicem confusa & permixta, vt alterum sine alterius abolitione separari minimè queat. Tales sunt insensilia, crescentia, vt *plantæ herbæ*, *lapides*, *metalla*, & cæteræ animâ sentiente orbæ: quemadmodum de ipsarum generatione planiùs docebitur. Alter est modus, quòd nonnullæ creaturæ sint, nimirum sensibiles, quæ in sese semen nullum conditum habent, quod ex naturâ ipsorum oriatur, sed sine omni planè semine viuant exsistántque: veluti sunt homines & pecora. Nullus in se vir, nulla in se fœmina semen continet, quod ex naturâ ipsorum gignatur aut promanet, sicut de rebus insensibilibus commemoratum est. Eadem etiam pecorum ratio est. Sed nos de pecoribus silentes, tractationem tantùm generationis humanę continuabimus. De quâ ita proponimus: quòd omnes invniversũ res sensibiles, seu sentientes, in sese, & ex sese ipsis semen nullum habeant. Vndè fundamen-

Creatarũ rerũ duo ordines.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 192 sur 913

tum huius capitis intelligere debetis, quod hoc vnum docet, ſemen nimirùm ipſi homini non ex ipsâ natura ſuccreſcere aut promi, nec naturam ad eliciendũ & generandum ſemen quicquã conferre, nec hominem etiam quoad ſemen quicquam ſtimulare. Sic ergò in homine ſola ineſt natura, citra ſemen, & citra mixtionem natura & ſeminis, velut id de inſenſilibus rebus intelligitur, in quibus vtrumqne mixtum ineſt, non itidem verò etiam in homine. Vndè colligere debetis, quòd in creatura non ſentiente res quelibet per ſe matrix ſit, etiam ſine viro, & quòd inter illas virile cenſetur, id ipsũ per ſe quoque ſolũ matrix exſiſtat. Nam ſemen quoque fert. In homine autem res ſecus ſe habet. Is enim, qui vir eſt, ſemen in ſe non continet ad genus ſuum propagandum. Ita etiam non fœmina. Sic ergò ſine ſemine ſunt & in naturâ liberâ conſtituti, cui nulla conditio ſeminalis implantata eſt. Hoc ergò intellectu, res inſenſibiles quælibet, *Matrix* ſunt: contrà autem res ſentientes. Sic ergò homo liber conſiſtit, abſque congenito ſemine, nec permixtionem cum plantis ſimilem ac congenerem habet.

Nec vir, nec fœmina in ſua natura ſemen habent.

CAP. II.

DEmonſtrato nunc & confecto eo, quòd homo in ſe ſemen non contineat, ex naturâ eius procedens: id iam exemplo adducto illuſtrandum eſt, tali nimirùm. Compertum vobis omnibus eſt, quòd nemo veſtrum quicquam ex naturâ ipsâ gignat: ſed quod ab omni ſemine liberi & vacui ſitis, meri ac puri in naturâ, ex quâ lucem ipſius naturæ hauſiſtis. Vbi autem ſemen ineſt in naturâ, ibi lux naturæ non ſplendet, ſed mortua eſt. Cuius hoc documentum ſumite. Scitum vobis eſt, hominem ſemen ferentem ratione nullâ vti, non etiam ſecundùm rationem viuere, ſed in meris voluptatib. ac phantaſmatis Venereis conſumi. Cur autem hic de homine ſemen ferente loquamur, cum tamen paulo ante de liberâ naturâ tradiderimus; huius rationem vobis in ſequente capite reddemus. Ad textum autem priorem hoc attendite: Deum nempè hominem adeò ſublimẽ, arduum ac ſtrenuum condidiſſe, vt ipſum ſolum in naturæ luce liberum verſari ac degere omnino voluerit. Vnde citra omnem contradictionẽ liberè philoſophari poſſumus, neceſſe eſſe, vnumquemque Philoſophum diuinum ſimul & naturalẽ, in luce naturæ viuere, & haudquaquam in ſemine, quod ALLARA eſt. Ac, vt, quod res ipſa eſt ex fundamento vobis ediſſeramus, ſcitote, Deum rerum omnium creatorem ſolum hominem in naturæ lucem conſtituiſſe, vt is liber ac ſolutus eſſet. Hãc de causâ ſemen ex naturâ eius abſtulit, nec id illi implantauit, nimirùm propter æternum, quod in ipſo viget. Purum enim Deus hominem poſcit, non alteratum; qualem tamen ſemen reddit, ſi in naturâ inhæreat. Huius hanc clauſulam animaduertite. Creauit Deus virum & fœminã, nullique ſemen indidit, ne qua fors per libidinem extra naturæ lucem eiicerentur. Pro generis tamen propagatione, liberũ ipſis arbitrium impertiuit, & ſimul ſemẽ etiã illis dedit, vt gignere vel velint vel nolint. Semen autem in phantaſiam eorum ingeſſit originaliter, materialiter, ſecundum omnes ſuas conditiones, hoc pacto. Si gignere appetit vir, tunc ſpeculatio eius libidinem illi ſuſcitat. Libido autem ipſi ſemen gignit: ſicut deinceps hoc planiùs demonſtrabitur. Sic ergò ſemẽ à Deo in ſpeculationẽ inditũ eſt. Speculationi autẽ liberum arbitrium collatũ eſt, libidinem vel ſuſcitandi, vel ſopiendi. Et hæc non natura eius molitur: ſed tantum obiectum. Obiectum enim eſt, ſi vir fœminam conſpiciat. Sed penes ipſum tamen hoc quoque eſt, an velit, vel nolit obſequi illi, quod rationi eius implantatum eſt, quidnam obiectum in ſe habeat. Largitus enim eſt Deus homini rationem, vt ſciat, qualis libido ſit. Hanc tamen ipſe poteſt vel temnere, vel appetere, vel exercere, vel omittere, & rationi vel imperare, vel ſuccumbere. Ideoq; Deus etiam homini ſemẽ in imaginationem inſeruit, in quâ omnis intellectus ſitus eſt, & cognitio obiecti eius, quod ſpeculationem incendit ac titillat. Quorum ſi huic non aſtipulatur, ſemen nullũ ei ineſt, ſed ſola lux naturæ.

Vbi ſemẽ adeſt ibi lumẽ naturæ deeſt.

Homo curã Deo cõditus.

Homo curã Deo ſemine ſpoliatus fit.

Phantaſia origo ſeminis humani.

Liberũ arbitriũ quo homini cõceſſum. Obiectũ quid?

CAP. III.

DE viro quod diximus, fœminæ quoque competit. Virum ea ſi videt ſuum obiectum tuetur. Speculatio ergò iam ſequitur quidnam vir ſit? & ratio, ſeu intellectus verò eſt, à Deo datus. Iam verò penes ipſam eſt, ſe aut libidinoſam exercere, aut minimè. Si in libidinem conſentit: fœta ſemine eſt. Sin minùs, nec ſemen habet, in libidinem fertur. Sic ergò in aſſensũ hominis Deus ſemen

Semen vt fiat in vtroque ſexu.

semen implantauit: assensum autem in voluntatem eius constituit, vt vtrum velit, possit. Impendente autem assensu, necesse est, is vt vtriusque sit, viri scilicet, & fœminę. Sic ergò assensus volũtatis vtriusq; opus perficit. Talis est mod⁹ generationis seminis, quod nec videtur à quoquã nec videri potest. Quę causa ergò est, quòd cœci isti Medici integra capitula de spermate tradant: quod verò sperma semen esset, quod tamen haudquaquam est: Quin & artis suæ ope, recepta & iuscula varia conficiunt, per quæ fœminas prolificas reddere audent: cùm tamen id ipsorum arti omninò impossibile sit. Semen enim non materiale est, sed speculatiuum. Ipsi autem sperma augent, cùm tamen sperma egestio humoris sit, non sanguinis, sicut suo loco de spermate definiemus, non quod de semine, sed veluti de excremento naturæ, in quo nullum semen continetur. Quòd verò illud cũ delectatione ac proritu eiaculetur, causa hæc est, quod voluptatis sensus aperiat venas illius egestionis, quæ vi caloris ab imaginationis impetu concitati protruditur. Huiusmodi deliramenta cùm multa ediderint: ea cum cæteris ipsorum errorib. transeant. Hoc tamen citra diludium transiliendum non est, quod Anatomici Medici profitẽtur, sperma semen esse, ac seriò defendunt, illud à natura progigni: adeòq; se homines & faciunt, & dicunt, cùm tamen se Deos facere deberent. Interim tamẽ ne Deitas ipsorum propter vsum libidinis suspecta fiat, è cathedris suis declamitant, hominem humano more agere debere. Hæc sententia valdè titillat supercilioſum illum Aristotelem, dum inquit, Naturæ suas egestiones omnino deberi. Quod ipsum Aristoteli quidem largimur: non æquè tamen etiam hoc semen ex naturâ promanare, sicut Satanici scorratores hoc scuto suam malitiam & libidinem tuentur. Et hoc non possumus non admirari in magno illo Deo *Tibullo*, qui cùm ipsâ naturæ lucem in suis satellanis puram & impollutam esse poscat, ipsis huiusmodi effugia fœda indulgeat, & tamen aliàs in vnâ puritatis laude sese efferat, ac solos puros, Prophetas cõstituat, eosq; solos suâ gratiâ & clementiâ dignetur. Forsan ipse domi nunquam est, aut dormitat, famulis ad libininem suam omnia torquentibus. Sed quid hic Deos istos ac Medicos perstringimus? cum tamen nec ipsi Philosophiæ vllius gnari sint; nec inceptus à nobis labor ad metam iustam perductus sit. Ad generationem hominis itaque reuertentes, pro exordii modo textum nostrum continuabimus.

Semen humanũ nulli vnquã visum. Medic. reprehẽsio.

Semen quale? Aliudsemẽ: aliud sperma.

Tibullũ.

CAP. IV.

SIcut hactenùs confecimus, semen in imaginatione hominis positum esse, & consilium siue assensum genitorem seu parentem esse seminis: nec tamen hominem vnum & solum ad semen sufficere, sed opus habere etiam obiecto alio, hoc est, vnum hominem seminis saltem dimidii rationem habere: ideò iam deinceps aliquantò planiùs faciemus, cur Deus hominem semen saltem dimidium, constituerit. Causam hanc ponimus, quia solum obiectum id operatur, quale nimirùm vir est erga fœminam, & hæc vicissim erga illum. Cur vero obiectum viri in fœminam, & fœminæ in virum collocârit, hæc ratio est. Etsi ille quidem per obiectum matrix fiat seminis: tamen vt operetur illud, vel annuere, vel abnuere idẽ potest. Sic si ex præcipitata phantasia fors in semen ferretur: si non assentiretur, tunc semen periret & moreretur. Nam vnà cum phantasiâ aboletur. Per eã vt emergit: sic cum eâ interit. Si verò ipsamet matrix plenæ generationis exsisteret, sicut constituere diuina ordinatio facilè potuisset: tum ex necessitate suâ crescceret illud. Sed isto nos grauare noluit. Virum enim Deus virum constituit, & fœminam fœminam, fecitque, vt vtrique essent homo vnus: id quod longiùs hic disquiri non opus est. Nec eos arborum similes esse voluit, in quib. vir & fœmina permiscentur ac vnum sunt. Nam sensibile vnum, sensibile aduersum aliud requirit. Istum autem sermonem quonam proferimus? Nam Deus non vnumquemlibet hominem sui generis propagatorẽ esse vult: sed alios sine semine, alios cum semine fecit, idque modis variis. Ideoq; obiectum in fœminam collocauit, quod quiuis vel appetere, vel respuere possit. Mauult enim Deus naturæ lucem purã, quàm contaminatam existere. In purâ enim spirirus viui: in impurâ spiritus fatui & surdi versantur. Atque hisce dictis exordium de semine finitum volumus, vbi docuimus, quænam matrix seminis sit, & quomodò id generetur. Vbi sedulò ad ingens discrimen, & causam illam arduam attendere debetis, cur Deus hoc modo semen in voluntatem hominis

Ad semẽ humanũ generandumque necessaria.

Semẽ vnius tantum cur dimidiũ sit factũ.

Nõ omnes ad propagandũ nati.

hominis depositum ac conditum voluerit Quicquid eligit, id facit respectu seminis. Quod si tàm Theologum, quam Philosophum agerem: scribis sanè nostris ac ducibus volumina multa illineremus, vt tandem ex ipso fundamẽto (quod hactenus nondum attigerunt) Christum addiscerent & intelligerent, qui Philosophię cuiusuis finis ac terminus esse debet. Is pura pectora diligit, non contaminata: lucem vult, non tenebras; hominem liberum poscit, non oneratum ac oppressum: solutum cum flagitat, non vinctum & catenatum. Hoc querimur, nos quidem Theologiæ nondum sufficere. Speramus tamen vicissim, à Philosophiâ nihil nobis denegarum iri.

Christus solus finis Philosophię

TRACTATVS SECVNDVS.

CAP. I.

EX prioribus capitulis nostris colligere potestis & recordari, præmonitos vos esse, vt sciatis, rationem seminis: hoc est, ipsum semen, & rationem naturæ, iuncta in homine creata non esse: sed naturam constitutam esse seorsim. Deinde rationem seminis, hoc est, speculationem ex obiectu suo enasci, sicut Deus ista ordinauit: Naturam nimirùm ad vitam corporis humani: obiectum autem ad semen: vtrumque verò ad seipsum seorsim. Hâc ratione, quicquid obiectum aliquod habet, ad semen concitans: id implantatum, aut inhabitans semen non habet. Quanquàm maioris intelligentiæ gratiâ conueniret hic brutas quoque pecudes introducere, quæ obiectũ suum intelligunt, & naturam eius norunt. Sic enim congenita speculatio, quæ in pecudibus est, operationem illam causatur, & semen suscitat, & non ipsarum natura. Id Deus ipsis similiter in obiectum deposuit. Ratio tamen spiritus in solo homine viget, & in alio nullo. De homine ergò dicere incipiemus, quomodo is generetur: & de materiâ disseremus, ex quâ fiat: tandem etiam de eius formatione & incremento. Ad textum ergò capitulorum sequentium attendite.

CAP. II.

ITa se ergò habet textus generationis hominis, ex ordine. Deus homini materiam seminis in voluntatem collocauit, quam ex obiecto suo sumit. Si ergò homo obiecto assensit, & voluntatem in speculatione compleuit: tunc à speculatione liquor vitæ accenditur, & semen fit hominis alterius: Sic se res habet in viro: sic in fœmina. Liquor ipse alias liquor manet, nec semen fit. Semen autem deindè ideò fit, quod per vniuersũ corpus distributum & dissectum exsistit. Similiter etiam omnis natura, proprietas, conditio, ac species membrorum, est spiritus in ipso. Et quemadmodum corpus in suâ formatione consistit: sic liquor quoq; vitæ. Nec liquor vitæ aliud est, quam homo absconditus: visibile enim est id, quod ipsum abscondit. Liquor autem vitæ in homine nulli rei conferri potest aptiùs, quàm vmbræ in pariete. Ea ab homine proiicitur, & pro eius mensura formatur. Talis etiam liquor. Is microcosmus est, est vmbra interior: Suam tamen is secum substantiam habet, & suam tangibilitatẽ, & sensibilitatem, & omnium totius corporis membrorum ideam, substantiam, ac naturam, omniumque est nobilissimũ eorum, quæcunque in corpore humano exsistunt. Et licèt quidem animam non habeat, vitamque à corpore mutuetur, nec eam ex seipso habeat: tamen homo is alter est. Quemadmodum enim quis se in speculo contuetur: sic natura se contemplatur in ipso: & sic est in homine, sine damno & detrimento corporis.

Liquor vitæ, est homo tot⁹, mẽbrorum omniũ ideam habens.

Liquoris vitæ dignitas.

CAP. III.

QVòd si ergò voluntas hominis in obiectum id consentit, tunc liquor iste semen fit. Quemadmodum calor solis lignum accendit, aut alius ignis lignum aliud, propter ingentem calorem, qui lignum attingit, licèt flamma eòusq; non exeratur: sic obiectum quoque alterum microcosmum accendit, vt semen ex eo fiat, sicut ex ligno ignis. Semen, quod hoc modo gignitur, *vt dictum est*, in suis locis ac sedibus quietum iacet, quemadmodũ liquoris in corpore sedes sunt: manus nimirùm in manibus, pedes in pedibus, cor in corde, cerebrum in cerebro, & sic consequenter. Nec locus peculiaris vllus est, in quem semen cadat, & ibi quiescat: sed in suis receptaculis asseruatur, in quibus ipsius liquor ac materia continetur. A liquore vitę autem separatur, sicut spuma à iusculo, & musto. Hæc cùm se ita habeant, scitote, quandiù succinum hoc semen ad se non allicit, tandiù nihil efficitur in homine isto respectu seminis sui. Vobis autem ea forsan cogitatio obuersari potest, quod semẽ illud genitum in vasa spermatica secedat, (de

Seminis materia voluntas.

Modus generãdi hominis.

Succinũ corporis semen allicit.

Semẽ nõ in vasa spermatica secedit.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 195 sur 913

(de quibus fatui illi Medici blaterant) & ex his iterum ſtimulatu proprio eiiciatur & profundatur. Et hoc mendacium omnium putidiſſimum eſt, quo illi & bona ſua augere, & iactantiam ſuam prodere, & hominibus illudere ſolent.

CAP. IV.

Sperma egeſtio ſaltē eſt.

PErgamus autem in contextu. Sperma, quod ex vaſis ſpermaticis profunditur, egeſtio eſt liquoris illius vitæ, qui depuratur & ſecedit, quemadmodum ſtercora à cibo ſegregantur. Sic ergò ſperma depurationem nullam habet aliam quàm quæ per obiecti accenſionem fit. Accenſione factâ, egeſtionem in vaſa ſpermatica coniicit liquor, & ſemen in ſeipſo retinet. Semen autem, ex qua homo naſcitur, in liquore remanet, nec in ſperma abit. Hoc autem loco argumentū quoddam diſcutiemus, quod nobis à cœcutientibns illis Medicis ac Philoſophorum veterum nonnullis, cum ipſis facientium obiici poſſit, tale ſcilicet: *Nobis certa experientia conſtat, ex ſpermate imaginem hominis generari. Id autem non ſufficit ad hominem, ſed tantum ad ſimilitudinem. Quanquàm id non iaceat eo loco, vbi iacere debet, prout noſtri aduerſarij loquuntur, putantes, inde hominem fieri poſſe, & omninò fieri: vbi hallucinantur. Cogitatus enim ipſorum ac ars magis ad pecuniam, quàm veritatem intenta eſt.* Sed ſolutionem huius argumenti talem habete. Sperma è liquore vitæ egeſtio talis eſt, vt poteſtatē habeat, in digeſtione formationem etiā aſſumendi, quàm liquor continet in ſuâ naturâ. Liquor enim vitæ forma eſt corporis. Sic ergò eandem formam ſperma quoque in ſe retinet, poteſtatemque habet formandi, inſtar liquoris. Rem tamē ipſam ita intelligere debetis; quòd nimirùm ex ſpermate nihil aliud naſcatur, quàm forma, quæ in liquore ineſt. Et hæc eſt naturalis operatio: ibi nulla vita eſt, nulla ſenſibilitas, nullus viſus, nullus auditus, nullus guſtus, nullus olfactus. Hæc omnia in ſemine ſunt perfectè, integrè, ſine defectu. Quare ſperma pars eſt liquoris vitæ, qui microcoſmus eſt. Et ſi ab incenſione ſuam egeſtionē excutit, tunc parte quadam in proprietate liquoris hęret, hoc eſt, ad formam, nec quid vlteriùs.

Obiectio diſſutitur.

CAP. V.

OMiſſis autem ſermonibus prioribus, ad conſiderationem ſeminis pertē-

demus. Quoniam audiuiſtis, prædictum ſperma ſaltem egeſtionem eſſe, non verò ſemen: id etſi quidē lubentes vobis clariùs & dilucidiùs demonſtraremus: veſtra tamen facit intelligentia, vt hæc ſufficere arbitremur hactenùs commemorata. De ipſo autem ſemine ita intelligite. Definiuimus ſuperiùs, ſemen poſt inflammationem ſuam immotum quieſcere eo in loco, in quo verſatur; hoc eſt, diſtributum per vniuerſum corpus, nec hominem vllum gignens. Solum ſuccinū autē illud ad loca generationis allicit ac defert, vbi matureſcere debet. Hoc, ita accipite. Principiò recordari debetis *virum dimidium ſaltem ſemen habere, alterū dimidium habere fœminam.* Duo ergo hi integrum ſemen conferunt. Hæc autem quo modo coniungantur, attendite. In matrice latet vis attractrix, quæ ſuccino ſimilis eſt ac magneti, potens nimirùm ſatis ad attrahenda ſemina exiſtens. Vis ea attractrix matricis erumpit & ſeſe exerit, quando ſemen iam genitum eſt. Ideóque ſi opera illa, quæ ſecundùm aſſenſum ex ſpeculatione ſuſcitantur, inſtituuntur: tunc matrix ſemen humoris ad ſe allicit, tam à viro, quàm fœminâ: adeoq; à corde, ab hepate, à ſplene, ab oſſibus, à medullis, à venis, à muſculis, à ſanguine, à carne, ab vniuerſis iis, quæ in corpore continentur. Quicquid enim peculiaris in corpore pars eſt, peculiare quoque ſuum ſemen habet. Semina tamen omnia, ex quolibet membro attracta, ſemen vnum ſaltem faciunt, ſi confluunt. Et ſic matrix ab vtrâque perſonâ verum ſemen cum ſpermate permiſtum ad ſeſe trahit. Quare illorum iterū Medicorum mentio facienda eſt, quæ circa ſperma velut in naturâ occupati, fœminas fœcundas, vt & ipſos viros reddere conantur: quod tamen purum putū commentum eſt. Quàmdiù enim attractrix matricis facultas ex ſuâ propria naturâ non agit, tàm diù ſemen ad loca illa non defertur, vt nec conſequenter infans vllus gignitur. Et ſi ſperma ipſum ſemen exiſteret, ſicut illi nugantur, quòd ſine matrice fœtus fieret, ſicut ante dictum eſt, ſcitote toties illo matricem perfundi & compleri, vt quotidiè liberi naſci deberent. Sed ſuo iſti mendacio non cautè ſatis ita proſpexerunt.

Succinū ſemē allicit.

Matricis vis attractiua.

Quælibet pars ſuū ſemen habet.

Medic. reprehēſio.

CAP. VI.

QVemadmodùm explicauimus iam, quo modo ſemen ab homine ſecernatur

naturin matricem: sic porrò vobis microcosmum etiam enarrabimus, hâc ratione. Si omnia semina ex omnibus partibus in matricem confluxerunt, tunc natura matricis semen capitale, cerebrale, & crystallinum, & similia sequestrat ad sua loca, & sic membra disponit, vbi esse debent, non secus ac architectus domus ligna disponit ac collocat. Iam, si vnumquodlibet semen in matrice ita iacet, vt iacere debet: tunc id Microcosmus vocatur. Ibi enim congesta & coniuncta omnia sunt quæ ad hominem cõstituendum requiruntur: solâ vitâ ac animâ exceptâ, sicut deinceps audietis. De semine autem dimidio vt dicamus, hoc obseruate: solitarium nimirùm vnius hominis semen perfectum & sufficiens non esse ad generandum hominem. Causa est, quia Deus ex duobus hominem vnũ gigni vult, non ex vno solo. Ex adytis autem Philosophię talem causam proferimus: si homo in vnius hominis semine existeret, tunc species alia nulla ab homine gigneretur, quàm quâ ipse esset. Sic enim eius quoque fœtus constitueretur: sicut nux iuglans à seipsâ nascitur, ac ob id similis est ei, à quâ emersit. Et sic in omnibus arboribus similis tãtum à simili est: veluti nux iuglãs nuces omnes sibi inuicẽ similes progignit, nullâ in quoquam quicquâ mutatâ. Eadẽ & hominis ratio. Si gigneretur ab homine vno: similis omninò patri fieret, qui eius simul pater & mater esset. Et sic vnius tantũ figuræ homines essent, vnusque alteri perpetuò similis foret, ac semen vnum, vna natura vigeret. Interim tamen confusio seminum à fœminis & viris facta, varietatem illam inducit, vt homo homini nunquam similis fiat. Semen enim in adunatione semper pendere inæquali concurrit, ità, vt nunquàm in æquilibrio ita versetur, vt homo nasci possit, qui patri & matri omninò similis exsisteret. Semper alterutrũ semẽ, alterutrius infringit: hoc est, eius similitudinẽ mutat. Et hęc vnica causa est *cur homo vnus alteri nũquã similis gignatur.*

Modus disponẽdorum corporis mẽbrorum

Semen vnius ad generationem insufficiens.

Dissimilitudo hominũ vnde.

CAP. VII.

MAtrix postquàm semina concepit & in se recondit, accedens Natura semina viri & fœminæ coniungit & adunat. Horum quod validissimum est & optimum, alterum sibi consimiliter effigiat, aut totum; aut parte maximâ. Exemplum sit. Semen de cerebro viri, & item fœminæ, hæc duo iuncta vnum tantum cerebrum constituunt. Quod tamen ex illis potentissimum est, illud fœtum sibi similem facit & efformat. Nunquàm tamen ad amussim & perfectè sibi assimilat. Ratio est, quia ab altero semine infractio inducta est, per quam subindè mutatio in formâ incidit. Et quò longius vnum ab altero nascitur, eò maior & certior euariatio est ad similitudinem. Ita semen nasi, nasum in fœtu format pro vtriusque ratione & permixtione. Sic & os os fingit, membrum, membrum. Vndè hereditarii etiam morbi consequuntur. Proùt dominatus huius vel illius seminis exstitit. Quò magis semen vnum alterũ in generationis bonitate superat: eò similior illi fœtus redditur. Verùm tamen cũ generatione vel masculi, vel fœmellæ aliter comparatum est, ita nimirum. Antequàm natura semen ad fœtum producendum disponit, sicut commemorauimus, præit quædam operatio, ita se habens. Si matrix ad se semen attrahit: in eo operatio, prima est, & semen illud alterum tingit. Sic vnum alterũ superat, non in formâ, aut figurâ fœtus, aut illius membrorum: sed solum in naturâ. Ibique lucta naturalis committitur, ipsum semen non contingens. Hæc autem prædominatio non ex virtute seminis fit, sed ex virtute naturæ vtriusque, semen in vterum compellentis. Hoc pacto, quodcunque semen matrix ex illis duobus primò ad se attrahit, illud vel masculum, vel fœmellam gignit. Si mulieris semen virili priùs allicitur: fœmella fit: si contrà, masculus generatur.

Seminis vitia fœtui conferuntur.

Mas vel fœmellæ generatio.

Seminũ confusorum affectiones fiunt.

CAP. VIII.

PRo resumptione ergò textus, notate, quòd semen collocauerimus in liberum arbitrium hominis. Si vult, potest. Hęc etsi aliis minùs placeant, nos tamẽ propter ipsos nihil angimur. Consideratio enim rerum, & vnius cum altero collatio, Philosophiam aliam non parit. Notandum etiam discrimen est, quomodò semen & sperma duo sint. Si enim quodlibet sperma semen esset, indies fœtus nascerentur, tàm in prægnantibus, quàm aliàs. Quia verò matrix semel tantũ attrahit, nec pluries: ideò notate quod ex spermate nihil fit. Sed ex Philosophiâ institutionem vobis subtiliorem adhuc communicabimus, hoc modo. Quia de matrice seminis disseruimus: colligere possetis, quoties alicui obiectum offerretur, toties eum ad emissionem seminis idoneum & paratum exsistere. Hoc ita

Semen & sperma cur duo.

capite.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 197 sur 913

capite. Vir, quotiescúnque voluntas eius ab obiecto superatur, isque consentit, toties semine plenus euadit. Sic vicissim & fœmina. Matrix tamen semina non semper ad se attrahit, sed tantùm, quoties robusta est. Prægnans mulier, vt comprehendimus, quotidie in se semen generare potest. Sed id non semper ad ea loca deducitur, ad quæ ferri debebat. Causa est, quòd à matrice non attrahitur. Quia enim matrix semẽ vnũ in se antè concludit: ideò aliud non prolectat. Quamdiù quieta & vacua est: tamdiù ad attrahendũ idonea est, vsque dùm per ingrauescentẽ ætatem refrigeretur nimium: quo casu nihil amplius molitur. Vis enim attrahẽs per frigus exstinguitur. His similes & affines discursus Philosophicos de generatione, in Phisicâ quæretis. Propiùs enim ad Physicam, quàm ad Philosophiã spectat. Sed vt etiam aliquid de menstruo dicamus: hîc breuibus attendite, *menstruũ non esse florem mulieris, sicut flos est arboris: sed potiùs esse egestionem matricis, hoc est, earum rerum, ex quibus nutritur.* Nutritione facta, matrix superfluum eiicit, quod ad nutritionem ineptum est. Eiicit autem illud singulis mensibus, sicut ventriculus & hepar quotidiè. Nec menstruum est aliud, quàm stercus, minimè flos. Stercus autem matricis est, sicut merda stercus est stomachi, & vrina stercus hepatis, ac sicut in Physica de propriis morbis mulierum intelligetis.

Matrix operetur quando.

Frigus tractionẽ infringit.

Menstruum quid?

TRACTATVS TERTIVS.

CAPVT PRIMVM.

Semẽ in matrice qui tractetur.

PORrò autem & de semine dicendum est, quale nam id sit, si in matrice cõditum iaceat, sicut anteà enarrauimus. Principio autem adeò subtile est, vt propter varia aduersæ valetudinis accidentia obtundi & impediri queat, non secùs ac semen aliud recens in terram proiectum. Sic & varios impetus sustinet & multa impedimenta habet, priusquã concipiatur. Sed horum examen ad Physicam referimus: textum nostrũ de augmentatione continuantes. Ita ergò intelligite, multa in corpore membra exsistere, vt venas, ossa, medullas & alia, velut illa vobis ex integro homine percognita sunt. Quot verò membra in corpore exsistunt: tot ab ipsis semina egrediuntur. Sed textum velim ita accipiatis, *Liquorem scilicet esse, qui ossa totius corporis cõtineat: liquorem alium iterum, qui medullam seruet: alium qui venas.* Et sic de cęteris. Hoc eòdictũ est: Si cui manus detruncatur, non ob id illicò fœtus sine manu nascitur. Ratio est: quod liquor istius manus ipsi ademptus minimè sit, sed saltẽ liquoris locus auulsus. Si verò manus à liquore ipso ægrescit: tùm manus quoque fœtus ipsius eo vitio imbuitur. Omnes enim morbi, qui ex liquore procedunt, hereditariò in fœtum transferuntur, nisi fors semen alterũ illos opprimat & expugnet. Hęc ad Physicam relegantes, textui nostro continuãdo incumbemus, quo enarrabuntur formæ omnes ac vitia affectúsque liberorũ, vnde illi pròueniant.

Liquores partiũ sequitur constitutio fœtus.

CAP. II.

HActenùs quidem satis multa de viri ac fœminæ operationibus disseruimus. Et tamen, si de formatione liberorũ ordiemur illis plura addemus. Scitote ergò *duo semina propter formam bellum inuicẽ non gerere.* Ex iis enim homo vnus constituitur, quæ est natura. Sed tamen propter generationem vel maris, vel fœmellæ, concertatio certa fit. Alterutrũ enim eorum fieri oportet: ac necesse est, vt alterum ab altero omninò superetur & opprimatur. Sin verò minùs: tunc generatio Hermaphroditorum fit, qui in subiecto vno vir sunt simul ac fœmina. Huius hæc causa est, quòd seminis vtriusq; dominium tunc æquale sit, nec vnum alterius proprietatem tollat. Quo facto ita, Hermaphroditus gignitur. Sed & horũ suum discrimen est. Etsi enim sexus illi vtriusque sint, vtriusque tamen proprietatẽ peræque non habent, sed ita distinguuntur, vt alterutrum saltem eorum sint, nunquam perfectè fœmina, neque perfectè vir. Adeóque monstrum sunt ex errore naturæ productum: idque interdùm in alterutro perfectum, aliquando in vtroque, licèt rariùs.

Hermaphroditi quando gignantur.

Gemellorũ verò hæc origo est. Si matrix tàm viri, quàm fœminæ semen ad se attraxit, nec tamen totum, quantũ eius in vtriusq; toto corpore est, simul & semel attraxit, verùm portionem vnã, vice vnâ; alterã, vice alterâ; & tertiam, tertia: tũc, quot portiones attrahũtur, tot fœtus cõstituuntur. Id clariùs ita intelligite. Si matrix trahit; vnâ vice quodlibet semen simul integrum ac totum trahit. Intereà autem lassari potest, ita, vt, si semen dimidiũ attraxit, posteà lãguescat: & tamẽ illicò in momẽto, antequã operatio virtutis attractricis exsolescat, seseq; recolligẽs, relictam alterâ quoq; patrem sorbeat aut

Gemelli quando generentur.

O prolectet.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 198 sur 913

prolectet. Duplex hæc tractio duplicem foetum facit. Hoc enim modo, si semina dirimuntur semel, deinceps nõ vniuntur. Et ex exemplo hoc cognoscite, id aliter intelligi non debere, quàm si ex magna copia attrahẽda, propter ignauiã, aut imbecillitatẽ tractoris iã pars saltẽ media, posteà etiã secunda & tertia, vna subinde post alteram attrahatur. Hæc similiter in matrice etiam accidunt, quoties non cõpleta tractione opus suum illa aggreditur, sed à tractu vno nonnihil remittit, & nondum penitùs cessante virtute, tractum illum innouat & redintegrat. Et hoc quotiescunque fit, toties attractam partem natura in locum priuatũ collocat ac disponit. Vnde gemelli, vel foetus plures eduntur. Et quò eduntur plures, eò infirmiores. Quãquam & hoc verum sit, gemellos interdum non grandescere minùs, quàm si foetus vnus facti fuissent. Cuius tamen euentus hæc dari causa potest, quòd nimirũ natura vtrinq; ad incremẽtum ita valida exsistat, vt paruitas nulla relinqui possit. Vastitas enim infantum ac adultiorum, non ex multitudine materiæ (sicut nugãtur Medici) prouenit. Sed potiùs, magnitudo ac robur ex natura & cõditione auctricis facultatis, in vtroq; parente validæ exsistentis: aut ex proportione commixtionis seminum: aut ex auctricis in fœtu virtutis sanitate & vigore emergit. Quin & illapsus seminis in matricẽ ratio, aliquid ad gemellos confert. Si semen illabendo in matricem cadit: tunc pars eius aliquando præcipitatiùs altera in eam fertur, vtero non totam molem trahente, sed, quod relictum est, suo robore posteriùs attrahẽte. Nam & hoc modo duo, plurésue foetus cõstituuntur. Semen enim vnumquodlibet satis copiosum ac magnum est ad constituendum foetum vnum, duos, tres, decẽ, viginti: qui tamẽ vniuersi in magnitudine nihil defectus ac vitij habeant, modò auctrix vis in ipsis valida satis & robusta vigeat. Ex semine enim, de quo duo foetus producuntur secundùm omnẽ staturam pleni & perfecti, si infans saltem vnicus genitus fuisset, ad molem tamẽ maiorem is nunquam excreuisset.

Gemelli vnde maiores minorésve.

Gemellorũ alia causa.

CAP. III.

HInc referendum quoque est, hoc, quòd interdum liberi nascantur imperfectæ & monstrosæ figuræ: vt cum duobus capitibus, cum pluribus manibus, ac digitis, & pedibus, membrisq; aliis numerosioribus, vel paucioribus æquo ac constituto ordine naturæ: Horũ causa est, quod nonnunquam natura in liquore vitæ integra & perfecta minimè sit. Quodcunque ergo membrum defectu aliquo perfectionis tenetur: idem foetus membrum posteà eodem modo peruertitur ac mutatur. Et hoc variè accidit. Interdum enim semen capitale in illabendo dirimitur solum, cæteris partium seminibus vnitis & iunctis manentibus. Eo casu foetus nascitur biceps. Aliquando semen digitale trifidum fit, vel pluries, aut etiam rariùs dirimitur. Et tales quoque numero digiti foetus finguntur. Nec enim tantùm gemelli omnes fiunt: sed nonnunquàm gemelli dimidij, & huiusmodi monstra alia plura. Nonnunquam etiam accidit, vt alicuius mẽbri semen propter laborantem in eo liquorem, aut viarum obstructionem, aut attrahẽtis matricis infirmitatem, totaliter & absolutè emaneat, nec addatur. Quę pars deinde in ipso foetu quoq; necessariò desideratur. Et huiusmodi naturæ monstra gignuntur, quoties spermata aut non æqualiter attrahuntur, aut in illapsu dirimũtur: aut semen vnũ deest, aut alterum perit, aut aliquid eorum abest, quæ ad perfectum semen requiruntur. Tunc enim foetus monstrosè aut cõnascuntur, aut duo vno capite iungũtur, aut quocunq; alio modo deformãtur, prout cuiusq; causa iam expedita est. Huiusmodi tamẽ errores ita iudicabitis, vt statuatis, gemellos partum legitimum, esse tam secũdùm naturam, si auctrix vis perfecta ac valida præstò in matrice est, ac foetui inde etiam inditur. Cæteri partus omnes vitiosi sunt, ac ex errore aliquo. Quilibet enim error, in conceptione admissus, vitiosum & mancum foetum profert. Secùs enim si quid fiat, quàm pro naturæ ordine: tunc illa præcipitata in suis functionibus interturbatur. In semen tamen iam conceptum tantùm operatur illa, quantùm pro viribus eius est. Vnde partus posteà vitiosi nascuntur. Est enim ita comparatum à Deo, vt secundùm naturam omnia fiant. Si secundùm eius ordinem ac modum res non fiant: cùm nec operatio eius integra est & laudabilis.

Mõstrorum quæ causa.

Bicipites vt nascãtur.

Partus vitiosi autẽ & alij nascũtur in matrice. De quib. vos ita instruimus. Interdũ enim vermiformes edũtur, figura & specie varia. Horũ causa plerũq; cõmissi abusus ac petulãtiæ sũt: per quas matrix semẽ peregrinũ allicit, ex quo deinde huiusmodi mõstra pręter naturã educũtur,

Vnde partus vermiformes.

tanta

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 199 sur 913

tanta varietate euagãtia, vt numerus eorum describi nequeat. Fit etiam interdũ, vt animantium semina aut cum cibo, aut potu assumantur, & ingerantur: quæ, si corpus ingressa sunt, matrix attrahit, & in ea monstra effingit. Aliquando etiam animalia cũ spermate deuorantur. Quod si à mulieribus fit: talia in ipsa subnasci facilè possunt. Quandoque & per vterũ huiusmodi animalcula ingrediuntur, ac cum eo permiscentur. Vitiosi tamen huiusmodi partus in solo sunt spermate. Nã quæcunq; veniunt ab animalibus, mera spermata sunt. In animali enim vitæ liquor nullus est: sed omne ipsorũ semen sperma existit. Quicquid verò spermatis habent, id ipsorum eiectaneum est: sicut de semine animalium trademus. Fieri etiam possit, vt huiusmodi mõstra ex spermate hominum producantur, hoc pacto. Si operatione fiente, semen in corpore retineatur, ne matrix semen virile attrahat, fœminale autem iam dum conceptũ sit: facilè ex hoc spermate quidem vitiosus partus enasci possit, homo nimirum imperfectus, figuræ pecuinæ. Nam si semen alterum sine altero illabitur, & augmentum capit, tunc partus nascetur minimè perfectus. Sic ex puro meroq; spermate peregrinus & incognitus homo gigni potest. Et huiusmodi casus plures sũt: qui omnes sub prędictis cõprehendũtur.

CAP. IV.

QVemadmodùm hactenus de semine definiumus, quam variis modis id in vterum locetur: sic explicationem vlteriorem huius materiæ dimittentes, porrò de semine doctrinam adiũgemus, quomodo crescat & augescat, hoc nimirum modo. Præstituit Deus infanti tempus suum, quamdiu crescere debeat, 40. nimirùm septimanas: sicut suum quoque tempus vaccis, columbis, & aliis ab eodẽ definitum & prefixum est. Attendite autem qua ratione, hoc temporis interuallo semen fœtus fiat. Primò ergò facta, eo modo, quo dictum est, conceptione, accedens natura semen disponit, &, vt debet, sequestrat: capitale nimirum semen ad caput, semen brachij ad locũ brachij, &c. Dispositione ea facta, vt conuenit: tum matrix ab opere feriatur, nec quicquam aliud deinceps agit. Huic succedit natura materialis, fœtumq; ad incremẽtum perducit, ita nimirùm, vt omnia quę disposita sunt, increscant, augeantur, & corpus fiant, singula sua pro ratione. Sic ad carnem quod pertinet, caro fit: quod os spectat, ossescit: venis quod additur, vena fit: Visceribus quod apponitur, viscus euadit. Semen ergò si iam (quod fuit) semen amplius non est, sed sanguis & caro, vt quæ homini conueniunt: tũc & ipsa materialis natura à fœtu secedit, & huic succedit gratia Dei, quæ fœtui secundùm qualitatem hominis, vitam, & quæ alia creaturæ viuenti debentur, velut visum, auditum, tactum, gustum, odoratum, indit ac impertit. Tũ temporis facultas auctrix quoque in fœtu præstò est. Implantata autem homini pro naturæ modo à Deo vita, fœtus in vtero materno tamdiu augescit, vsque tũ membra omnia debitum suum robur & stabilimen, ac soliditatẽ acceperint. Hisce omnibus introductis: inseritur ipsi tandẽ spiritus, ac anima, ratioq; & intellectus, & omnia ea, quæ animam consequuntur. Post quæ omnia denique tempus partus insequitur. Anima etenim, & quæ huic cohærent, moræ in vtero materno impatientia, exitum statò tempore moliuntur: quod ipsum periodo prædictarum septimanarum fit. De huiusmodi partibus plura inuenietis in Paramiris, vbi de origine animæ tractabitur. Modus ergò iam traditus vobis est, quo semen conceptũ primũ formetur & disponetur: deinde in sanguinẽ & carnẽ cõmutetur: porrò fœtus augeatur & grandescat: tandẽ spiritu & anima dotetur & imbuatur. Quandiu enim infirmior est & imbecillior, quàm vt terram sustinere possit ac ferre: tãdiu spiritus ei non confertur aut inditur. Hoc enim robur maturatio est spiritus, & collatio ipsius animæ. Nã post spiritũ demũ appellit anima. Anima enim in nullũ corpus intrat, in quo spiritus non insit. Et hoc ipsum interdũ causæ vicẽ habet, quòd per incrementi periodũ mutari fœtus in monstrũ possit, quòd recipiendæ animę non est idoneũ. Incremento autẽ foetus eò vsque perducto, vt iá error nullus incidere possit: tunc primũ ingreditur spiritus, qui præcursor est animæ. Huncanima deinde insequitur. Ab eo tempore foetus in vnionem corporis ac animæ tamdiù augescit & exundat, vsque dùm priuationem aëris ferre diutiùs non possit, nec tolerare amplius nutrimentum matricale. Quæ omnia tandem partus consequitur & finit.

Periodus augescẽdi fœtus quæ.

Quo quę quo modo in fœtu fiant.

Anima quando indatur fœtui.

CAP. V.

VT verò integrum perfectumque hominem, non solum fœtum vobis ob oculos ponamus: scire vos velim, ab indita foetui anima, omnia il-

Cum animaq; fœtui indantur.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 200 sur 913

la quoque simul conferri, quæ ad perfectum completumq; hominem requiruntur, vt *visus*, *auditus*, *gustatus*, *olfactus*, *tactus*, velut & vlteriùs *ratio*, *sapientia*, *intellectus*, & his finitima alia. Ne verò obliuiscamur, commemorandum vobis etiam est, multos homines ipsam animam quidem accepisse, sed aut orbos visu esse, aut viduos auditu, &c. aut carere intellectu, aut destitui sapientia. De his omnibus ita statuimus: in homine vnoquolibet partes illas omnes inesse. Quarum si fors quandoque vna, velut visu, is destituatur: causa hęc est, quòd scilicet semen instrumenti oculi & cellarum visus non concurrerit. Ideóque loco non dato, non datur quoque naturalis in loco operatio. Deus quidem visum illi non denegauit. Natura autem illum non indidit, aut propter vitiositatem instruméti, aut propter errorem proprium, aut propter aliud. Idé iudicium esto etiam de auditu. De ratione auté credendum est, eam nemini subtractam, sed plenam ac integram omnibus datam esse. Si quid tamen fors vitij aut defectus adsit: causa indè pendet, quòd cellæ rationis ac memoriæ & sensuum non integrè, sed vitiosè, erroneè, & præternaturaliter dispositę & collocatæ sint. Quia ergò prauè à natura locatæ sunt, ideò spiritus etiam nec per ipsas, nec in ipsis commodè operari potest. Et quia de cellis loquimur, rem ita intelligere debetis, quod nimirũ immaturum semen crudi cuiusdá liquoris vitæ illud causetur. Quicunque hominũ crudũ, h.e. pollutum liquoré habet, is bonũ & probum semen edere non potest. Si corpus seminis putidũ, sursum, aut fatuum exsistit, tales etiam liberi euadunt ac nascũtur. Syncerus autem liquor syncerum semen largitur. Ex hoc semine puri & synceri fœtus nascuntur, secundùm membra omnia perfecti, quibus nec ratio deest, nec visus, nec aliud quicquam. Illud verò si desit, ratio nulla reperitur. Eadé similiter quoq; causa est liberorũ claudorũ, curuorum, & alio quouis modo malè natorum. Ex liquore inutili & vitioso, pro eius conditione subindè quoq; liberi tales nascũtur. Vndè verò, & qui talis liquor decidatur, ad Physicos remittim⁹. Et hisce commemoratis iam vniuersas generationes hominum conclusas & finitas volumus.

Quomodo nonnunquã in fœtu quædam facultas fit.

CAP. VI.

PRo huius libri primi coronide muniendi etiá & instruendi estis aduersus obiectiones quasdá vulgi, quod vno ore dicere solet, *hanc vel illam fœminam ex aspectu hoc illud damni accepisse*: quod idem planè est, ac si dicant, *prægnantẽ per aspectũ fœtũ accepisse mõstrosum*. His respõsum hoc damus, quòd aspectus fœtũ minimè immutet, & quòd phantasia aspectus matri nihil incõmodi afferat. Offẽsionis verò principiũ ex hoc esse potest, quòd aut pauor, aut stupor, & admiratio, aut pathema quodcunq; aliud grauius fœminá tãtoperè concutiat & percellat, vt sanguis, fœtus alimentũ aut violẽter retrahatur, aut cõfertim irruat ac inundet, adeoque natura matricis per istiusmodi accidẽtia sæuiora mutetur. Propter quá mutationẽ fœt⁹ deinde morbis quatiatur, qui in fœtibus semper grauiores, quá in hominib. aliis apparẽt. Fœtus enim tenerrimus ac mollissimus est, vt ex consternatione insultans sanguis vberior ad matricẽ, is facilè maculis inuri possit. Idé sãguis si fors putidus fiat: fœtũ aut partibus aliquibus, aut toto etiá corpore fœdè tingere & cõtaminare potest, adeò, vt quodcũque totius corporis mẽbrum illo loco tactũ sit, decoloretur & conspurcetur. Sed & hoc ad Physicá spectat. Superest hoc loco etiá aliud. Accidit enim multoties, vt fœtui, aut cancri, aut piscis, aut glandis, aut muris, aut similis forma alia imprimatur. De hoc pauca obseruate. Si fœmina grauiditatis periodo cũ desiderio ingẽti cancrũ esitat: appetitus iste non è vẽtriculo cęterorũ hominũ instar, sed ex matrice surgit. Ideò, quã primùm ingestus is est, matrici iũgitur. Ea enim mira auiditate illũ attrahit, ac in eo ferẽdo tá fortis ac valida exsistit, vt ipsum & edat, & cõcoquat. Sperma verò, quod cũ cancro ingeritur, fœtui annectitur veluti simili: Id verò tãdé etiá fœtui penitùs annascitur, eiq; imprimitur, quẽadmodum vmbra parieti. Quodcunq; enim matrix auidissimè appetit, id in ipsam penetrat, nec, vt cibi cęteri, in vẽtriculo coquitur ac subigitur. Et licèt stercus quidẽ in vẽtriculo separetur: cæterũ tamẽ vniuersum in matricẽ prouehitur. Huiusmodi ergò appetitũ si pręgnás fortè nõ exsatiet, tũc noxa fœtui imprimitur, nõ vẽtriculo, quia nimirùm matrix offẽsa est, ac irascitur seu indignatur. Huiusmodi ergò rerũ hęc vnica causa est, q; semẽ rei cõmestę in matricẽ pertrahitur, & posteà seminis modo in molẽ, vel formá vitiosam degenerat. Id verò, quia præter naturá ita fit, tãtùm vmbræ conferri potest: de quo plura, vbi de Impressionibus

Quomodo matris aspectus fœtus noceat.

Fœtus cereus.

Quomodo res variæ fœtus inuitantur.

Appetitus prægnãtium à matrice nõ à vẽtriculo.

Astra nihilin fœtu iuris habent.

sionib. agitur. Quòd verò Astronomi ponũt *astra hominẽ condere*, &, vt ita dicã, naturare, id pro re iocosa ac ludicra ad symposium admittemus, & nugamenta illa differemus, dùm de Virtutibus firmamẽti aliquando pleniùs dicturi simus. Eo animo & loco habebimus etiam illos simias, qui Aristotelem & Augustum sibi imaginantur, & eos ita rediuiuos facere conantur. Huiusmodi nugarum plurimarum hîc recordamur, quas anni noui subinde innouant. Ita stultorum numerus haud tenuis ac rarus est: qui tamẽ cognitu & difficiles sũt, & nominatu periculosi.

Imaginatione nullus Aristoteles, &c. nascitur.

PARS DE STATV HVMANO.

CAPVT I.

POstquàm hactenùs de generatione hominis abundè satis pertractauerimus, ac sententiam istiusmodi præposuerimus, nimirùm Deum in principio hominem ipsum condidisse: posteà ipsi semen attribuisse, quò posteros sibi similes ille sereret & plantaret: iam consequenter, & iure quidem, deinceps vobis nonnulla commemorabimus, de statu hominis, *qualis* nimirùm *is sit & peragatur vsque ad dissolutionem sui, ad quam præseruatur*. Id ergò vt dilucidiùs conficiamus: statum hominis in partes duas diuidemus: nimirùm in *corporalem*, quam in se habet ille: & alteram *æternam*. Sic ergo partis huius tractatus duo erunt: vnus de *caduco* siue *mortali*: alter de *æterno* & *immortali*, quę tamen vtraque in vno homine habitant. *Corporale* seu caducum est id, quod æternum sustentat, velut Pandochæus hospitem. Cui tamen beneficiũ etiã accessit diuinum aliud, quod nimirùm ipsum corpus, animam conseruans, sustentat. Hoc autem vitæ est. De qua nihil peculiariter nobis tractandum sumemus. Tale siquidem donum vita est, quasi princeps domum alicui honorario donaret, quam non deberet ei, hanc saltem ob caussam, vt in eo veluti diuerticulo, cum possessionibus suis cæteris eò tutiùs & iucundiùs agere posset. Hæc verò talia ad Philosophiæ metam non relegabimus: videntur enim sub illis latere multò maiora & sublimiora, quàm quæ per experiẽtiam Philosophiæ comperta esse possint. Principiò enim, antequàm ad declarationẽ sequẽtis textus progrediamur, de conditione Philosophiæ id docebimus, quod omnẽ ea originẽ suam exexperiẽtia trahat. Quod verò experientia suggerit, id experimentum est. Ex quo iure deducendum videtur id, quod ex hac matre pronascitur. Quare sermone tali cõcludimus, si quidem de vita & origine animę à nobis minimè definiatur, sicut de rebus corporeis fit: tunc omninò statuẽdum esse, quod ista in experientia nostra minimè consistant. Nec hîc cæcos illos oratores citabimus, qui ex volacium spirituum suorum sapiẽtia multa de his declarant ac rhetorizantur. De illis nobis sententiam ponere facilè esset, qualẽ ferimus de somniis & somniatoribus. Quãquam hi altè quoq; iactent scientiã suam in superioribus, cùm tamen nihil de illis nihil admodum notatu dignum cognouerint, ac teneant.

Corporale hominis quid.

Philosophię mater experientia.

CAP. II.

IAm ad ipsum textum diuertẽtes, principiò inconditas nugas Medicorum, (quos Medici quidem nomine dignati minimè debebamus, veruntamen cùm vos ipsos tales vocetis, ad titulum illum conniuebimus) vobis detegemus & planas faciemus: qui de statu & conditione hominis tractantes, eum quatuor complexionibus, & totidem humoribus, qualitatibúsque ac similibus aliis extrauagationibus definiũt. Fas autem esset, nullũ Medicum quicquam profari, nisi Philosophiæ extremos limites priùs obtriuisset, sicut id Naturali conuenit. Vt verò multi eorum ex Astronomia nati sunt: sic gesticulatores cum præstigiatoribus fœdus ineunt, ac vtrinq;, quantum quidem de hominis natura differunt, non paucis mendaciis doctrinam suam pingunt ac velant. Vt autem veræ Philosophiæ ius suum faciamus, statum hominis proponemus talem, qualem attulit in sua iam generatione perfectus, & integer homo constitutus. Id hoc discursu fiet. Primò omnium primus homo considerandus venit, ex quo res cæteræ omnes prodeunt. Hic autem duo occurrunt homines in initio constituti, vir nimirum ac mulier. Ex his duobus promanauit omnis natura cęterorum hominum, & quicquid in ipsis (quantum ad vitæ fragilitatem) vspiam exsistit. Quod autem eius spiritum, ac ipsum æternum, & rationem, sapientiamq;, ipsamq; animã attinet, id ad propriũ tractatum differemus. Nã tã ratio quã sapiẽtia & prudẽtia omnibus hominib. æqualiter distribuũtur, non tamen cuncti cuncta æquè facilè capiunt, ex defectu conformationis & compositionis instrumẽtorum corporeorũ. His hîc missis, generationẽ ortũq; ac rationẽ

Medic. reprehẽsio.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 202 sur 913

in ſtatu hominis expendemus,quibus nimirũ ex cauſſis quilibet ita appareat, ita exſiſtat, ita viuat. De quibus vos breui inſtitutione muniemus aduerſus prædictos Doctores medicinę & Aſtronomos, qui in ſe nec quicquam Philoſophiæ ſolidæ aut habent, aut etiam curant. Annihilantur etiam hîc illi, qui profitentur, cœlum tot formas ac ſpecies, tot capita, totque ſenſus, & varia alia condere ac producere.

CAP. III.

Hominis quatuor complexiones.

HOmo conſiſtit in quatuor complexionibus, ita, vt vna illarum omninò inſignis ſit. Ea ipſum aut frigidum, aut calidum, aut ſiccum, aut humidum quidem conſtituit: ſed nullam eius eſſentiæ proprietatem inducit, vt ſi frigidus & ſiccus ſit, ob id infidus dici poſſit: aut ſi ſanguineus ſit, ideò neceſſariò hilaris etiã exſiſtat. Aliud enim eſt, quod lætos, aliud quod triſtes reddit, quàm ipſa complexio. Sed, vt ante omnia de principio cõplexionum loquamur, res ita ſe habet. In Ada complexio fuit vna, nimirum calida & humida. Vna etiam in Eua, ſcilicet frigida & ſicca. Ex his duabus quatuor natæ ſunt, hac ratione. Frigus Euę, ſi calorem Adæ ſuperauit, fœtum frigidæ naturæ produxit. Si vero humiditas Adæ, ſiccitati Euæ prævaluit, fœtus humidus genitus eſt. Sic tertia complexio prodiit, nimirũ frigida & humida, eaque ex vtriuſque naturâ, & non alterutrius ſolâ. Eodẽ modo etiam de complexione quartâ cẽſendum eſt. Si caliditas Adę frigiditatem Euæ euicit: fœtus calidus euaſit. Et ſi ſiccitas Euę, humiditatem Adę tranſcendit, fœtus calidus & ſiccus genitus eſt Et hæc quatuor complexionũ conſummatio eſt. In vnam Deus Euam coniecit: in alteram Adamum. Sic & poſt natiuitatẽ interdùm accidit, vt viciſſim frigida & ſicca complexio oppoſitam ſuperet, & ſic partus ab vnâ ſolâ denominetur. Sic ergò huiuſmodi inter homines facta diſtributio eſt, vt iam quilibet homo ſuam, eamque vnicam complexionem ſortiatur, in quâ conſiſtit ſicut primæui ipſi. Sic ergò complexio commiſcetur vel magis, vel minùs, in viris ac fœminis, vt nullius ſexus ſingularis iam complexio ſit, ſed indiſcreta & ſimilis. Calida & humida cõplexio fœminæ æquè fortis & valida eſt ac viri. Sic & frigida & ſicca complexio æquè intẽſa eſt in viris ac fœminis. Quãquam notare etiam debeatis, complexiones non ita ſibi ſimiles omninò eſſe, vt quicunq; calidus eſt, calido alteri omninò ſimilis exſiſtat: verùm omnes inter ſeſe diſcretæ ſunt, ſecundùm magis & minùs, ad pondus.

Adam calidus & humidus fuit: Eua frigida & ſicca.

Complexiones quid & quales.

CAP. VI.

EX hac de quatuor complexionibus Philoſophiâ, illis peculiaria nomina tamen non indimus. Si enim frigidam & ſiccam Melancholiam nominaremus, mendacium diceremus. Nec enim ita ſe habet. *Melancholia* collectitium nomẽ eſt, ex multis mendaciis conſutum, ac variis proprietatibus ſignatum, quæ tamẽ in iſtâ complexione nec inueniuntur, nec nec conſiſtere poſſunt. Similiter & de calidâ & ſiccâ complexione nomen cholerę ſtabilire minimè poſſumus: complexio enim & cholera res vna non eſt. Sed quis nugamenta omnia intercipiat eorũ, quibus mentiri volupe eſt? Idem & de reliquis complexionibus ſentire debetis.

Melancholia ō lexio nulla.

**** Sed iam de proprietate hominis vt loquamur, animum ſedulò aduertite. Nos enim deſcribimus proprietates alias hominis, ex iis principiis, ex quibus ille procedit, nimirum enatas. Veluti hilaritas & triſtitia vel ipſæ ab Adâ & Euâ genitæ ſunt. Hilaritas in Euâ: triſtitia in Adâ poſita erat. Inerant autem ipſis iſta materialiter, ſicut eſſentiæ ac conditiones quoque cæteræ. Quæ proprietas alteram ſuperauit: eius vincentis naturam fœtus quoque aſſciuit. Si autem quædam permixtio cõcurrit, ſicut permixtio haud facilè abeſſe potuit: tunc neceſſariò vnũ alterius infractio fuit. Ideòque, qui eiuſdem cum Euâ hilaritatis ſit, nemo vnquã poſt ipſam naſcitur: nec poſt Adamum, qui æquè ac ipſe triſtis exſiſtat. Geminæ enim ipſius Adæ ac Euæ materiæ iam mixtæ ſunt, vt triſtitia cum hilaritate, & hilaritas cum triſtitiâ quadamtenùs iam temperata exiſtat, nec vnquam ad ſtatum priſtinum res redire poſſit. Hinc fit, vt quò plùs minúſue feminis triſtitiæ conferatur, homo plùs minúſue triſtis fiat. Quod de collatione ſeminis non tantùm, verùm etiam de dominio & victoriâ hilaritatis intelligendum eſt. Sic ergò geminarum iſtarum materiarum ſua viciſſitudo eſt, vt nec in fœminâ ſolâ, nec in ſoloviro (velut dictum eſt), conſiſtant, ſed in vtroq; ſexu mixtæ exiſtant. Ita, tyrannis, & furor, velut etiam lenitas, manſuetudo, ac moderatio: hæc ipſa quoq; ab vtriſque præſtò ſunt. Primum ab Euâ.

Hilaritas & triſtitia vnde.

Eua omnium vſpiam hilariſſima. Adam omnium hominũ triſtiſſimus.

Alterum

Alterum ab Adamo: per mixtionem autem distributa in omnem prolem. Inuidia ac odium, fidelitas ac fauor, similiter habent, vt & cætera omnia ex his emanantia. Malum enim ex Euâ: prouidum & consultum ex Adamo. Ac e deindè contemperata sunt ab vtrisque, sicut comprehensum est.

Omne malum ab Eua. Omne bonum ab Adamo.

Quæ duabus hisce lineis inclusa iam sequuntur ab auctore quidem eo loci, vbi asteriſci tres in margine adnotati conſpiciuntur, intertexta erant: quibus tamen ſecundum paginæ longitudinem ipſe auctor induxerat lineam, quòd huic libro interponi forſan noluerit. Nos verò duabus lineis hæc à textus ſerie quaſi ſeiuncta hoc loco intertexere voluimus, hâc potiſſimum de cauſsâ, ne prorsùm intereant, tùm quoque, ſi fortè lectoris ſtudioſi ingenium in aliis deſcriptis Paracelſi legendis per hæc iuuari queat.

*** De proprietate hominum vt loquamur, animum ſedulò aduertite. Vobis enim deſcribimus (*Hæc verba paulò ſuperiùs in textu quoq; habentur: Iam ea ſequuntur, quibus ipſe auctor lineam induxerat*) materiales proprietates & immateriales. Materiales ſunt, *Riſus, lacrymæ, oſcitatio.* Riſus eſt titillatio in ſanguine, cuius proprietas eſt ex ore noſci & terminari: proùt homo plus minùſue titillationis habet, ita riſibilis eſt: ſicut de riſu traditur. Ira eſt ebullitio ſine bile facta: quæ ſi erumpit, ira generatur, vt de irâ docetur, Lacrymatio eſt conſtipatio in ſplene. Eâ incidente, lacrymatio fit. Et hęc talia, vt dictũ eſt, liberis innaſcuntur. Semẽ enim iracundum, & ſemen riſibile, ſi ad generationem procedũt: tunc proùt vnum alterum ſuperat, ità homo gignitur. Quatuor iſtæ naturæ, triſtitia, lætitia, ira, mãſuetudo, in corpore inſunt materialiter. Quis vero monſtrabit, quomodo in corpore lateant? Indicamus vobis quidem exempla de ſanguine, bile, & ſplene, maioris intelligentiæ cauſa: non autẽ concludimus, quòd in corde ita ſe habeant. Simile tamen quod continetur in corpore, in quo quarta iſta ſita ſunt, in materiã vnam recepta, quæ ipſa quoque ſuum in generatione ſemen addunt. Prout vnumquodque cadit, plùs minùſue, atque aut vincit, aut vincitur, ita hominis quoque proprietas conſtituitur.

Riſus quid?

Ira quid?

Lacrymatio quid?

CAP. V.

Post primos parentes peccatum omnia peiora reddita sunt. Homines hodie prauiores primæuis.

VT verò hæc accuratiùs intelligatis: recordari debetis, quòd poſt creationem primorum hominum genitorum natura vniuerſa, ac ſubſtantia hominum in peccatis nata ſit, & ea deprauatio ex vno ſemine ſubindè in alterum deſcenderit, & iam continenter perduret, vſque ad conſummationem ſeminum iſtorum. Quanquàm iam in hominibus prauæ naturæ multæ reperiantur, quę in primęuis parentibus notatæ non fuerunt. Cuius rei cauſa eſt, quòd ducem illi rationem ſecuti ſunt, & non inſtinctum corporis: vndè ad enormia illa etiam adigi nõ potuerũt. Similes iam etiam aliæ naturæ ac prauitates inter homines gliſcunt, ex illis non deductæ; vt ſcortationes, aleæ, &c. Ex obiecto enim enaſcuntur. Quodcunq; enim obiecta pariunt: id exprimæuis nõ emanauit. Quod autem in nobis citra obiectum inhabitat, id omne nobis ſecundùm pondus mixtorum ſeminum à primis parentibus inſitum eſt. Quid ergò nos moueant commenta illorum, qui Planetis, aſtris, ac ſtellis talia omnia adſcribunt? Vnum enim Iouialem, alterum Martialem, tertium Venereum, &c. faciunt. Mirum autem eſt, cur non etiam Planetam in cœlum collocarunt, qui ægrotos ſanet, aut qui ſe blandum & amabilem exhibeat. Vniuerſos enim malos, morbidos, & aduerſos eos faciunt: nec vllum condunt ipſi, qui Medico adſit, vt, quod frangit ipſe & perdit, ille reſarciat & redintegret. Sed qui ludicris & ioculariboscapiuntur, illis iſta donari quidem facilè poſſunt. Homo creatura perfecta in ſe eſt, cui nec aſtra, nec aliud quicquã addere aliquid, aut ingenerare poſſint. Omnia ipſi ex primo homine indita & præſtituta ſunt. Quòque minùs ipſis aſtris homo quicquã indere aut conferre poteſt: tantò minùs aſtra ipſi homini viciſſim. Quòd autem pluuias, calorem, frigúſque ac ſimilia alia nobis impertiunt: id vniuerſum externum eſt tantùm, minimè internum, velut pluuia cutem ſaltem attingit, non interiora. Sic etiam frigus ſimiliter. Hæc autem vt diximus, extranea tantum ſunt, quæ hominem nec bonum, nec malitioſum, nec furem, nec latronem reddere poſſunt. Tales autem ſi ſtellę ſunt, tunc ſua ſibimet inuicem prędantur, non nobis noſtra. Furtum enim res interna eſt, ex homine penitiore emanans, non ex rebus extimis. Huiuſmodi enim nihil ingreditur. Homo etiam ita conditus eſt, vt quicquid ipſum ambit, & ingreditur, ex ipſo amplius non egrediatur. Omnium enim potentiſſimus

Aſtronomi notãtur.

Homo creatura perfecta etiam ſine aſtris.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 204 sur 913

patronus noſter,& ſpeculum Chriſtus teſtatur, quòd in hominem nihil mali intret.Sic ergò nec Planetę intrare poſſunt: quia ipſos rurſus egredi opus eſſet. Ideòque veluti Chriſtus affirmat, nihil externum in nos intrat, neque ſtella, neque Planeta, neque cœlum, neque terra. Omnia foris antè hominem poſita manent: Homo creatura eſt, in quam mali nihil ingreditur,neque invtero materno, neque in conceptione, neque in mundo. Semper enim ac aſſiduò homo eſt, in quem, vt Chriſtus ait, mali nihil intrat.

Hominé deforis mali nihil ingreditur.

CAP. VI.

VEluti iam dictum eſt, quòd nihil in hominem mali intret: ſic nec Planetis in hominem introitus datur: ideò ſcire conuenit,hominé in ſeipſo conſiſtere, omneſque conditiones, boni & mali, à primæuis parentibus ipſi omnino implantatas eſſe:Ne verò in iſtis longiùs immoremur: in gratiam textus ſecundi tractatus nonnihil hic attingemus, ac euoluemus corporis ſpiritus,ac æternum,quæ corpus gubernare debent. Quicquid enim de homini innatis enumerauimus, id omne ſuo modo fit: veluti fidelitas, bonitas ac malitia, & ſimilia facinora alia tàm mala, quàm bona. Corporalia enim ſeu terrena illa ſunt: quę ex naturâ brutâ ita eueniunt. Nam in rebus prædictis caduca omnia conſiſtunt,quæ aut bona, aut mala eſſe oportet. Præter iſta autem cognoſcendum eſt,æterno nimirum intellectũ additum eſſe,ne homines viuerent ſecundùm complantatam ſibi naturam, velut ligna & lapides, quæ naturam ac conditionem ſibi innatam non tranſgrediuntur, ſed ſecundum eam agunt, vſque ad finem omnis creationis. Hæc, inquam, intelligentes homines ſectari non debent:ſed eam vitæ rationem inſtituere,quâ intellectus eius, qui æternus eſt, ipſis ſuadet & monſtrat. Intellectum enim ob vnum hunc finem accepit, vt corporis quiduis agendi libertatẽ is cohibeat, & ad ductum rationis ac ſpiritus omnia informet. Ratione enim vt vtatur, omninò opus eſt. Quicquid enim alias in homine eſt, rebelle eſt & contumax, ac vt à ratione edometur & frænetur, omninò opus habet. Cui verò cunque frænando illa non eſt: eius vim & noxam nullam perſentiſcit, veluti ſunt, diſtortio,forma difficilis,ſpecies ingrata, & ſimilia alia. Hęc nullius rationis moderamine indigent: ſed egent eo tantum innatæ vires,ſiue bonę,ſiue malę eæ ſint.

Ratio moderatrix rerũ omnium.

Vt verò tandem textui tractatus huius Colophonem inducamus, & reliqua ad ſuum locum differamus:ſciendum vobis eſt, de omnibus partibus, quæ homo in ſe ipſo ſecundùm ſtatum ſuum habet,hactenus ſic ſufficienter ſatis dictum eſſe, quę nimirũ corporaliter in ſe contineat. Porrò autem de prudentiâ quoque & ſapientiâ, ac ſpiritibus & ęterno, ſuo loco definiemus. Ac, vt de coloribus quoque ſtrictim nonnihil addamus, breuiter hoc noſcite, in Euâ amabiles,delicatos & venuſtos colores exſtitiſſe,omnes longè ſupra omnem captum & amabilitatem cõſtitutos: ſimiliter etiam in Adamo colores floruiſſe omnium maximè venuſtiſſimos, ſecundùm naturam tamen virilem. Sed per inſequentem mixturam ſeminũ, colores iſti obſcuriores multò redditi sũt: ita, vt iam deinceps ab illis, nec quiſquã vir,nec fœmina eâdem cum ipſis colorũ venuſtate vnquam tingi, aut dotari poſſit. Idem quoque iudicium de cæteris corporis ac morum ornamentis & venuſtatibus fieri debet.

Eua omnium venuſtiſſima fuit. Adam etiã in ſuo genere.

Homini bona & mala inſũt à primæuis.

Rationis datæ finis.

DE INTERIORI HOMINE.

Hic calamum auctor depoſuit.

Quæ verò de interiori homine, hoc eſt, de ratione, prudentiâ, ſapientiâ, ſpiritibus & de æterno, quod eſt in homine, hoc loco deſiderantur, ea ex aliis Theophraſti ſcriptis, vt potè ex libro de fundamento ſapientiæ, ex Philoſophiâ ſagaci, &c. ſtudioſo Lectori ſunt petenda.

SEQVVNTVR

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 205 sur 913

SEQVVNTVR DEINCEPS

FRAGMENTA VARIA, AD MEDICINAM PHYSICAM PRÆCEDENTEM PERTINENTIA,

quæ passim ex multis Theophrasti autographis descripta, & in vsum studiosorum prælo impressa voluimus. Certum siquidem est, Auctorem persæpè leui pagellâ, verbis paucis, at claris, id tradidisse, per quod obscuriora loca multa in ipsius libris explanentur & dilucidiùs intelligantur. Benignus ergò Lector ista non cum contemptu, sed velut micas quasdam cum bonâ gratiâ acceptabit &c. In his autem fragmentis disponendis id studiosè accurauimus, vt singula suis Tomis quadrarent, & libri libris vbiuis probè responderent.

THEOPHRASTVS

Ad Lectorem.

QVOD hactenus quidem, Lector, libros meos suppresserim, nec in publicum emiserim, culpa mihi haudquaquàm impingenda est, quasi aut negligentior, aut quocunque modo inuidus exstiterim. Est enim in propatulo, quòd impedimentum mihi nullum obiecerint, vel crebræ vel longinquæ meæ peregrinationes, vel ridiculi aduersariorum insultus, vel aliud quicquid simile, quò minùs in incepta laborum meorum meta terenda subinde pergerem. Qui verò mihi huius procrastinationis causam imputant, illi seipsos reos faciunt. Nam cùm Basileæ in tradenda Medicinæ iure merito nouam Theoricam ac Philosophiam inueherem, explicans, quæ per Yliadum, Archeum, & Essatum declarari debebant: vix mediocriter cognita esse mirum, quantopere arguti illi & sublimes Platonici ac Indici illicò insultarint, & diuidiam fecerint. Alius enim me contemnendo, seipsum extollere, & venditare annisus, sibi ipsi Theophrasti, mihi verò Cacophrasti nomen ingessit. Alius aliundè me mea suffurari insimulauit, quæ tamen ante me nunquam lucem viderunt, vel nedùm hoc manè. Nam & Lector ipse ex se iudicabit, & ego rationibus firmissimis demonstrabo, quòd meorum operum nullum ante me conscriptum sit vel per Philosophos, vel per Medicos, nec ante me talia à quoquam aut audita aut lecta fuerint. Adeóq; ipsamet mea scripta conuincunt, quòd 600. Inuentiones in hoc libro proferam, quarum tamen ne vnica quidem, vel minima, vel maxima à quoquam vel Philosopho vel Medico siue veteri siue Neoterico admittitur, nisi ab omnibus vniuersorum veterum scriptis defectionem facere velit. Taceo quòd compertum plurimis sit, Bibliothecã meam, quam habeo præsentem, adeo tenuem esse, vt vix sex descripta complere folia possim. Præterea mei etiam Secretarii iuratò testabuntur, ex ore meo ista excipi. Quin & manifestum est, me decennio integro librum nullum legisse. Æmulorum ergò meorum arrogantia & fastus, quo me totum contemptui temerè habent, minùs euidens est, dum alius me Maniacum, alius Nigromanticum fecit, & si quid aliud Magiæ in despectum meum mihi impingi ab ipsis potuit. Cuius ipsorum impudentiæ hæc vnica causa fuit, quòd putarent, meas Inuentiones ipsis iam minùs certò innotuisse: Adeóq; ad honoris cumulum congerendum hoc vnicum iam restare, vt Theophrasti nomen sibi ascribentes, me Cacophrastum per proteruiam suam appellitarent. Ad hoc audendum inflammauit ipsos fur iste ac nequam, quem post aures sedentem ipsi circumferunt. Deinde notoria illa & latè sparsa in curando dexteritas, qua supra Medicos vniuersos ac ipsorum cùm patronos tùm libros, regni ac prouinciis plurimis mirè profui, ac opera eiusmodi præstiti, quæ ex omnibus suis libris illi imitari in æternum non poterunt. Ipsi tamen interim ne gloriam & laudem hanc meritam in curandis Principibus & Magnatibus acquisitam mihi largiri cogerentur, eam diabolis potiùs ascribere maluerunt, quasi ope Beelzebub talia efficerem. Cuius inuidentiæ hæc caussa & finis vnica fuit, vt me despectum passim redderent: ipsique adeò de me vbiuis locorũ & populorum spreto & ejecto, solidum triumphum agerent. Si quandocunque vnus meæ curæ subditus æger moreretur: id longè innotarunt cupidius, quam si decem sanescerent. Quo casu ad mendacium nullum erubuerunt, sed ad conuincendum me passim testimonia dubia multa emendicantes aucupati sunt. Qua in re cum astu nefario tentarent omnia: sui similes socios repererunt haud difficulter, tales nimirùm, quos partim ingrati animi virulentia, partim extortæ iustæ mercedis iniusta inficiatio ad criminandum me stimulare non segniter poterat. Ex quorum numero haud postremus censeri debet Philippus

Marchio

Marchio Badenſis, quem, cum ab Archiatrorum curatione deſperatum factum, ac iamiam in agone conſtitutum à dyſenteriæ præſentaneâ morte eripuiſſem : promiſſum certè regaliter mihi factum, illiberaliter admodùm is ſeruauit, ac ſordidiorem ſe cum certo meo damno præſtitit multò, quàm impius ille Iudæus, Meſſe de Thalles, æruſcator omnium peſſimus. Quem cùm in morbo aliquo iuuiſſem, dicto principe is me multò liberaliùs dimiſit. Principis huius ingratitudo, & nimis illiberalis remuneratio, velut & aliorum quorundam primatum exẽplum plane ſimile, prædictis meis aduerſariis omnibus non ſingulari tantùm gaudio & voluptati fuit: verùm iidem poſteà hoc idem telum contra me vbiuis reprimendum intentarunt. Vbicunque enim terrarum mihi Sol benignus illuceſcere videbatur: ibidem tàm verbis iactatis, quàm impreſſis libris illi me inſectati maleuolè ſunt, præſidium omne in blandientibus linguis habentes, ac me per calumniam traducentes, apud neſarios conſiliarios, quibus vel ob datam offam ſe inuicem prodere ludus eſt. Hi ipſidem non à me ſaltem ſibi præſtitæ opis fidelis, malè memores fuerunt, ſed merita mercede & me inſuper iniquè defraudarunt, ac plagiariè cum honores tum labores meos expilantes, aliena pro ſuis venditarunt, quæq; opera equidem mihi conſcribenda propoſueram, eadem & ipſi tractando anteuertere conati ſunt, quod verò iam dum omnes meas à me Inuentiones exſuxiſſent.

Quòd ſi ergò, quæ ipſi ſcripſerunt, cum ſcriptis meis proximè conferre vobis non diſplicuerit: planum omninò ac euidens vniuerſis fiet, quòd iſti ſua omnia ex meis tranſcripſerint; aut quicquid ſciunt, ex me vno didicerint: licèt præmaturiùs euolitarint. Vnde non dubito, quin breui iterum commenſales, ludimagiſtri & mediaſtini (velut ante fuerunt) futuri ſint. Cùm ergò ignominiam ipſi ſibi ſuam propriam iam dum euulgarint: cogitaui equidem, me iam ſatis tuto etiam facillima edere poſſe, hoc tamen inſtituto, vt deinceps etiam ad grauiora tranſeam, & libros Archidoxis, Meteororum, & Generationum Mineralium foras edam: quibus non tantum Amanuenſium meorum putida mendacia propalem, ſed etiam illorum, à quibus ipſi primùm turpi Apoſtaſia defecerant, ad quos iam etiam in meum contemptum iterum aſſociantur, temerariam accuſationem infringam & diluam.

His itaque iam præmiſſis, bone Lector, tuum eſt, perſuaſum habere quòd ſcripta mea illi exactè Philoſophiæ operam nauent, ex qua Medicinæ, quæ meam veritatem & aliorum mendacia reuelabit, origo & principium profluit. Hæc ergò cum experientia & veritate perlege, & cùm mea ſtabilia fundamenta, tùm aliorum inanes nugas prouide diiudica. Nec vero, adhæc legenda iſto accedes animo. quaſi euoluto libro vno, illicò deſiturus ſis: ſed hoc potius ages, vt ad finem & fundamentum ipſum cum deſiderio certo penetres. Vale.

FRAGMENTA AD PARAMIRVM
DE V. ENTIBVS REFERENDA.
De Ente Astrali.

Ens aſtrale quid. Entis Aſtralis & hominis quæ conſenſio.

PROPOSITA ſuperius præfatione in libros de Entibus, paragraphum iam tertium ordiemur quo illis finem imponemus, & de quo ita ſtatuimus. Ens aſtrale eſt Ens omnium domiciliorũ cœli, & quicquid firmamentum continet. Hoc cum homine ita vnitum eſt, vt, quicquid aſtrum patitur, idem ſimiliter etiam patiatur ipſe homo. Non quod aſtrum per ſe ægrotum ſit, cùm morbos nullos ſuſcipiat: ſed quòd natura ipſius homini nimis fortis potens & aduerſa incidat. Hâc vi aſtrum infirmat ſubiecta. Cùm verò hoc in paragrapho de Aſtris breuiùs cõmentemur: ipſorum doctrinam in libro de Morte planiùs & dilucidiùs expediemus.

Si verò, quid aſtrum ſit, breuiter intelligere cupiamus: primò inquirendum eſt, quid cœlum ſit. Eſt autem cœlum ſpiritus, & vapor, in quo habitamus velut auis in tempore. Nec verò ſtellæ tantum & Luna &c. cœlum conſtituunt : ſed etiam ſtellæ apud nos ſunt, quas minimè videmus, quæ cœlum quoque conſtituunt. Hîc nota, quomodò hoc ſit, & ſic eſt. Sicut hypocauſtum, vel calidum, vel frigidum, immorantes aut calefacit aut frigefacit : ſic eadem etiam eſt ratio firmamenti & complexionum. Cœlum quid. Cœlum vnde cõſtituatur.

Sicut ergò cœlum ſubſiſtit, & nos in ipſo : ita attendite deinceps, quænam vnio ſit inter cœlum & hominẽ, hoc modo : Nihil imprimit, vel Aſtrum neceſſitans, vel gubernans, vel inclinans: Hæc mortis, ſed non morborum. Duplex eſt Firmamentũ, cœli & corporum, & illa habent concordantiam ad inuicẽ, & non corpus Firmamẽtũ eſt duplex.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 207 sur 913

corpus ad firmamentum. Verùm si firmamentum supernè frigidum sit, & infernè calidum; tum permixtio naturæ hominis dissoluitur.

Cur verò corpus humanũ detrimentum accipiat, causa hæc est, quod cœlum supernè, &c.

Notate hîc, quòd robur hominis descendat ex firmamento superiore, cuius omnis virtus ipsi inest. Sicut firmamentum vel forte vel imbecille est; ita similiter etiam firmamentum in corpore, eneruatum aut mortuum est.

Attendite verò, quòd omne nostrum robur in Quinta essẽtia cõsistat in Astro.

Cætera desunt.

FRAGMENTVM ALIVD.

De Ente Astrali.

Astra an fingant hominẽ.

DVo hic consideranda forent in Ente Astrali secundùm prescriptum Astrologorũ, qui tradunt, cœlum corpus formare, & ipsum fingere ac (vt id dicã) disponere iuxta naturam suam. Sed nos de hoc hîc nihil tractabimus, cùm res ita se minimè habeat. Nam si de principio formationis corporis loqui velimus, considerando ad id ascendimus, quòd Adamus materialis factus sit, & aliud nihil vlteriùs creetur. Quod autem in vtero materno concipitur caro scilicet & sanguis, seu corpus ad perfectum hominem, id omninò fit ex Ente naturæ, mediante semine parentum. Semen quod in agrum coniicitur, ex solo Ente suo crescit, & non ex alio: Astrum ipsi nihil confert aut potentiæ, aut naturæ proprietatisve, aut complexionis &c. saltem tempus addit. Sic etiam cęmentarium, qui domũ struit, creatura alia nulla iuuat, nisi quòd tempus dat, terminum nempe finis. Et veluti astra domum minimè struunt aliter, quã producendo tempus: ita eadem etiam corpus minimè struunt aliter. Sed ne cætera etiam, hoc est, vitam omittamus, tenendum est, nec hanc quidem ab astris conferri. Vita enim diuinitùs data est Adæ, & ipsius semini indita, à quo deinceps iterum nunquam aufertur. Sed omne id, quod natura ex suo Ente format, ex hac ipsâ quoque vitam accipit. Semel enim ea data deinceps de nouo non impertitur. Hinc est incrementum & robur, ac cætera, quæ homo habet & habere debet. Ratio verò & conscientia, ex Dei dote singulari descendunt: prudentia, sensus & industria, homini ex spiritu extraneo conferuntur. Ita ergò astrum ipsum nihil in homine operatur. Sed vt propositum nostrũ vrgendo Medicum ad Astronomiam ducamus: sciendũ est, debere hominẽ habere Magnale, sine quo viuere nequeat. Magnale enim propter hominẽ factũ est, nõ homo ꝓpter Magnale. Hoc Magnale, Magnale hominis sustentat. Hoc autẽ ex astris descẽdit, & ex nullo alio. Illud autem si corpori aduersum sit, tùm ipsum infirmat, & naturam eius infringit propriam. Hoc pro exemplo sit. Aqua per se debet esse frigida. Si autem magnale astrorum aquam attingat: tunc aqua naturam suam transgreditur & in eâ pisces degentes pereũt. In aquam enim per magnale impressam naturam contrariam ferre non possunt. Sic & homo qualitatem in se propriam habet: quæ si per magnale nimiùm alteretur vel in calore, vel frigore, vel humiditate, vel siccitate, vel magnali fœtore, aut aciditate, amaritudineve, &c. tunc qualitas naturæ alterata, qualitatem propriam exuit. A quo postea etiam interna membra, velut cor, hepar, cerebrũ, splen, &c. mutantur, ceu pisces inficiuntur in aquâ. Ex hac mutatione prouenit Ens Astrale, nimirùm ex tali magnali. Et sic corpora per astra inficiuntur, infirmãtur, & mortificantur, sicut exemplum de piscibus in aquâ docet.

Adamus factus materialis. Hominis generatio ex Ente naturę est, nõ astri.

Tempus tantum astra cõferunt ad generationem hominis. Vita non ex astris. sed Deo.

Ratio & sensus hominis vnde.

Magnale propter hominẽ factum est. Magnale duplex. Magnale hominis vnde oriatur. Magnale hominis naturam alterat.

Sed vt Entis huius Astralis adhuc pleniorem intellectum habeatis, ita attendite. Non solem tantùm inficiendorum corporum nostrorum causam facimus: sed insuper causamur etiam quemcunuis Planetam, in exaltatione suâ constitutũ, ita vt in magnali potens sit, & penetret, idque secundũ se disponat. Sic Martem, Saturnum, &c. si dominentur, credimus magnale nimiùm refrigerare, aut solis magnale nimium calefacere, Iouem nimium salire, Saturnum nimiùm acidare. Ex quibus omnibus, ad exaltationem euectis, corpora nostra inficiuntur. Si autem distantiùs à nobis posita, corpora nostra attingere minimè queant, tum vapor ille nobis nihil damni dat. De quo exemplum aduertite. Real. Iou. Si aquã alterat, illam salefacit. Hæc iam pisces interimit. Real. Sat. aquam acidam reddit, à quâ ipsa quoque pisces emoriuntur. Real. &c. aquam amaram facit, vnde pisces exstinguuntur. Sic ergo non minùs tantùm solis calor pisces mortificat; sed

Sol, & Planetæ omnes corpora nostra inficiunt & quomodo.

Real. Iou. aquam salsam facit.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 208 sur 913

ſed inſuper etiam ſtellæ alię infinitæ, quę in exaltatione & gaudio ſuo multo malitioſiores ſunt, idem faciunt. Sed ſimilitudine aliquâ rem explicabimus. Videtis nimirùm, fieri frequenter, vt in flumine aliquo ingens numerus piſcium capiatur, qualem copiam præteriti anni nulli viderunt. Huiuſmodi captura plerùnque ſæua & inaudita lues ſequitur. Iá, quæ huius rei cauſa ſit, conſiderari debet. Hæc nimirum eſt, quòd ſalſitudo Realgaris, aquas in Magnali iuſtò ſalſiores fecit: vnde illæ maturantur in ſubſtantiam, quæ deinde fundũ petit. Quòd ſi ergò piſces multitudinem ſalſi magnalis ſentiunt, fugâ inſtiturâ, in ſummitate aquæ, verſus ſolem, diemque & ad lumẽ quietem quærunt, nec fundum iterùm adeunt nimiùm ſalſum. Vnde fit, vt capiantur. Sicut ergò magnale piſcium nimiùm ſalſum fit: ita hominum quoque magnale ſalſum eſt, adeòque qualitas ac natura ipſius complexionis metas tranſiliit. Hanc ergò alterationem concipit, cor, hepar, cerebrumque: quam poſteà mors ſequitur. Quòd ſi piſces in aquâ maneant, eodem modo, quo homines, morientur. Sicut ergò hactenus præſens textus de magnali docuit: ita intelligi debet, hoc ſcilicèt exiſtere Ens Aſtrale, quod corpus noſtrũ infirmat, ſine conſpiratione Entium quatuor reliquorũ, ex virtute propriâ. Quæ docere Aſtronorum eſt. Exaltationes enim ſiderum indicant, quid & quantopere in magnali inficiant, &c.

Piſcium in audita captura Iois Epidemicę Protdroma.

Magnalis hominis alteratio corpus inficit.

Sequitur nunc, quomodo Hydrops, quomodo Peſtis, quomodo &c.

Plura de his Fragmentis non habentur.

Fragmentum aliud, Paramiro de Morbis ex tribus primis ſubſtantiis correſpondens.

TRACTATVS II.

QVi verò morbi trium primorũ principiorum diuidantur & naſcantur, hanc inſtitutionem accipite.

Mercurius vulgi idea eſt primi.

Natura MERCVRII qualis in ſe eſt, talis etiam effigiata & expreſſa eſt in Mercurio vulgi. Vnde ab hoc liquore is non immeritò denominatur. Nullum enim ex omnib. Mercurii naturam ſignis externis expreſſiùs exhibet, quàm iſte ſolus. Ad hęc iam conſequitur, tres caſus in Mercurio conſiſtere. Nam Volatilitate ſuâ facit maniam, mortificationes ligamentorum, arteriarum, iuncturarũ, & tremores, caſus. Acrimoniâ ſuæ volatilitatis, ſi ſe depurat, & nimis in ſpiritũ abit, gignit maniam, phreneſin, Amentiam, Syncopin, & veſaniam alteram quam vulgus vocat Melancholiam. Nec verum eſt huiuſmodi morbos ex multitudine aut alio affectu &c. ſanguinis oriri. Generantur enim tantùm ex ſpiritu Mercurii, qui aſcendens, exitúmq; quærens, cerebrum ac cellas memoriales & indicii lædit, veluti propriis capitibus docetur. Si autem is in ligamenta penetret, ita vt deſcendat, & cerebrum tangat, concitat Apoplexiam. Si tangat Nucham, ciet paralyſin. Si verò vſque adeò ſubtilis non ſit, ſed frigidum curſum habeat, facit tremores in manibus, pedibuſque, aut in capite ſolo: ſimiliter & morbum Lethargicum, torturam oris, oculorum, narium, & ſimiliũ. Hæc omnia fiunt ex Archëicâ naturâ Mercurii: quorum genera multa ſunt, quæ in theorica ſuis capitulis propriis explicant.

Mercurii volatilitas quæ faciat. M. Volatilitatis acrimonia quid faciat.

Mercurii ſpiritus quæ producat.

II.

SEd & SVLPHVR ſuos morbos habet; nempe febriles morbos, Apoſtemata, Icteritiam. Horum ex ſulphure generatio eſt, ideò, quia non volatile ſit. Putrefit tamen idem, ac corrumpitur promptiùs quàm vllum aliud ex duobus reliquis. Sal enim duo cætera, ne putreſcant, ſuſtentat. Mercurius non putreſcit, quòd ſal nimiopere ipſi impreſſum ſit, ita, vt cum ſale volatile reddatur. Quicquid is ergò operatur, ex naturæ ſuæ ſubtilitate operatur. Sulphur autem vſque adeò ſali non impreſſum eſt, ſed vtraque craſſiùs in vnâ cõtrarietate ſubſiſtunt. Quòd ſi ergò ſal à ſulphure ſeparetur & ſecedat, tunc putreſcit ſulphur, & producit morbos ſuę diſpoſitionis, prout in loca diuerſa incidit. Nam in præcordiis facit pleureſin, in ſtomacho febres, in hepate febres, in capite hemicraneũ, dolores oculorum, dentium, aurium, & grauedinem, & cephalæam, & ſimilia. Nec enim hi morbi eo modo generantur, ſicut auctorum veterum opinio ſancit. Et hallucinatio illa quidem non leuis eſt, quòd in his morbis cõſiderant frigidum & calidum aut choleram melancholiamve; ac phlegma vel ſanguinem. Quiſquis enim cum laude agere Medicum volet, is has nugas longè valere iubeat. Nec enim vllus vnquam morbus calidus per frigida ſanatus fuit, nec frigidus per calida. Simile autem ſuum ſimile frequenter curauit, ſcilicet Mercurius, ſulphur. & ſulphur Mercurium, & ſal illa, velut & illa

Sulphuris qui morbi.

Sulphur cur cæteris ceteris putreſcat.

Sulphur quî morbos ſuos profetat.

Similes ſimilibus curantur.

ſal.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 209 sur 913

sal. Interdum quidem cum proprietate iunctum frigidum sanauit calidum : sed id non factum est ratione frigidi, verùm ratione naturæ alterius, quâ à primo illo omnino diuersam facimus.

III.

Salis morbi qui.

EOdem modo & sal ægritudines, easque non paucas, facit : quarum pars iam explicata est, velut colica, &c. Præterea etiam facit calculum, arenam, & congelationes alias in venis & concauitatib. vt & podagram, chiragram, Arthreticam, Schiaticam, & similia alia. Quorũ causa est Sp. salis, cum quo corpus salis concurrit, & in illis locis coagulatur (vt in secundo libro) concitat idem etiã fluxus intestinorũ, ventris, &c : modis multis, quoties ex seipso resoluitur, ex suóque corpore in dissolutionem abit. Similiter etiam gignit durities, opilationes, &c. si nimiùm induratur & coagulatur. Itaque hi curantur per resolutionem, per quam sal resoluitur. Quòd si verò (prout natura Mercurii se habet, qui subtiliationi plus sulphure obnoxius est) nimiùm subtilizetur: tunc, si conditionem expellendi subit, facit vlcera & scabiem, pruritumque, & genera externa similia alia, quæ omnia ex sale proueniunt; vnum tamen altero magis minùsve, velut Erysipela & Esthiomena, Cancer, Fistula, & reliqua, quæ in propriis suis capitulis enumerantur. Quòd si sal intensissimum fiat, mouet Ignis Perſicus vndè! ignem Persicum, inflammationes, & similia. Præterea etiam, prout hanc vel illam regionem inuadit, ita etiam morbos peculiares gignit, vt in secundo libro dictum est. Sic ergò cùm interiùs, tùm exteriùs huiusmodi morbi fiunt plures ex sale: ex Mercurio tantùm interni: ex

Reliqua desunt.

Conceptum aliud, priori simile, sed ab auctore non absolutum.

Mundus vniuersus extribus constat.

VNiuersum corpus, hoc est, omnia mundi corpora, quę vllo vnquam tempore fuerunt, vel ad finẽ vsque erunt, in tria posita sunt; in Sal, Mercurium, & sulphur. Hæc tria in omnibus etiam Elementis consistunt, & in quolibet seorsim perfectum quodlibet, & vocantur mineralia. Quæ in Elemento terræ existunt, naturæ singularis sunt. Quæ in aquâ, singularis. Sic etiam, quæ in igne & aëre. Eadem illorum ratio etiam in homine. Yliades quid. In tribus his consistit vnumquodlibet corpus, & vocatur Yliadus: hoc est, omnes species, quas mineralia in se continent, illius Elementi, hîc comprehenduntur. Is autem duplex est : vnus Elementorum, alter hominis. Et cùm quodlibet Elementum suum peculiarem habeat, quorum nullus alteri similis est: ideò seorsim quilibet pro suo Elemento denominatur. Sic ergò Elementorum Yliadi quatuor sunt. Cùm ergò ita sese habeat Yliadus: principiò noscendum est, quas species Yliadus habeat, & quot. Pro horum numero, corpus etiam in totidem partes diuidendum est; ne vna quidem deficiat: nam nec Elementa vllius defectum ferunt. Pro his itaque attendite, qui ex Elemento aquæ prodeat Vitriolum, ogertinum, &c. Eodem modo prodit etiam ex Elemento terræ, sed tamen in alio fructu & specie, scilicet Boleti. Sicut ergò vitriola multa : ita multi etiam Boleti. Arsenicus est minerale aqueum. Sic viciſſim in terra, Fungus, ille Arsenicus est. Eodem modo & plumbum & alia. Prout ergò species sunt, ita nomẽ suum retinent: hoc est, ita loquendum est: vitriolum tertæ album, est Boletus: vitriolum aquæ, est aqua vitrioli, &c.

Yliadus duplex.

Yliadorũ numerus mensura est partium.

Arsenicus est minerale aqueum.

Secundùm hanc rationẽ eædem species etiam in homine consistunt, hoc est, in ipsius Yliado, cum suis mineralibus. Hinc manifestum est sequi: quod, sicut in Elemento, loco vno prouenit vitriolum, alio Marcasita, alio cachymia, &c. prout illo loco Yliadus consistit ac viget: ita in homine quoque idem eodem modo fiat. In hoc producit is tale minerale, hoc est, fructus: Fructus enim vocantur mineralia, & pro mineralibus sumuntur. Itaque si erysipelam vides, dic esse vitriolum : si vides cancrum, dic esse colcothar : si vides lupum, dic esse plumosum, &c. vt deinceps tradetur. Ad has enim species attendere debes, cur externa mineralia cum illis adeò conueniant, sicut deinceps dicetur. Sciueris ergò in hoc capite nihil tractari aliud, quàm introitum ad philosophiã Yliadi, quidnam is sit. Quomodò verò res omnes se habeant, sequetur. Item tot sunt sanitates, quos species; & tot morbi, quot species.

Secundũ externa interna appellãda.

Porrò de his notate, quòd tria sint primaria: sulphur, Mercurius & sal. De speciebus autem horum quot eæ sint attendite. Et vt de sulphure priùs dicamus, sulphura multiplicia sunt : est enim rubrum, quod etiam in corpore tale est: hoc iam iterum triplex; id est, in carne, in sanguine, in membris principalibus,

Trium primorũ quot sint species.

Sulphur quadruplex est.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 210 sur 913

corde, hepate, renibus ſplene. Alterum, eſt flauum, hoc ipſum quoq; triplex, in adipe, in medullâ, in omento. Tertium eſt album, in cerebro, in oſſibus, venis. Quartum eſt viride, in felle. Et quidquid flagrat, ſulphur eſt. Ideo eſt SS. Rubrum, SS. album, SS. citrinum, & SS. viride. Sequitur iam Mercurius, qui partim eſt grauis, vt in carne: partim leuis, vt in pulmone: partim mediocris, vt in oſſibus, &c. Ipſe enim pondus dat. Salis etiá pars eſt dulcis, vt in carne: pars ſalſa, vt in ſanguine: pars amara, vt in felle: pars acetoſa, vt in locuſtis. Hoc enim guſtum dat,

Mercurius eſt triplex.

Sal eſt quadruplex.

Hac ergò ratione Yliadus hîc in partes tres diuiſus eſt: in colorem, pondus & guſtum. Quod effumat, eſt Mercurius, & Alkali ſalſum. Cùm ergò corpus in hiſce tribus conſiſtat: ideò, ſcitote quòd ſi fructus non edant, morbus nullus oriatur. Si fructus autem ptoferant, morbi præſtò ſint. Nam omnia tria ſunt eſſentialia: non quòd color tantùm vel pondus aut guſtus adſit; verũ omnia ſimul & in ſpecie, quæ adeſſe debent: hoc eſt, quælibet ſpecies eſſentiã ſuam ſibi coniunctam habet. Ex his eſſentiis iam fructus prodit. Prout natura Ylechi eſt, vt nunquàm integer manere queat. Mortem enim comedit, & ſpecies vna ſubinde poſt alteram interire cogitur, dum egrediatur omne, quod malignũ intus eſt. Quemadmodum Elementum terræ, quod aurum gignit. Is fructus malus eſt. Pro natura etenim ſui Yliadi eſt terræ magnus morbus ideò, ceu morbus, ab Elemento ſuo eiicitur, nec fertur. Eadem etiam mineralium aliorum ratio eſt. itaque morbus hîc iſtis metallis & mineralibus ſimilis eſt. Ac in Yliado, hoc eſt, in domo, vnde mineralia egrediuntur, morbi omnes ſiti ſunt. Et ſicut pro Yliadi diuiſione hoc vel illud minerale hic vel illic egreditur: ita morbus eſt. Ac velut in vno monte auri multum eſt, in altero aliud quid &c. ita in hominibus quoque his hic, aliis alius morbus viget. Hinc fit, quòd in loco vno peſtis dominetur, in alio minùs. Et velut in Elementis mineralia diſtributa ſunt, ita, vt in loco vno fructus, in altero arbores, in alio item herbę creſcant: ſic inter homines etiam hi hunc tantum morbum, illi iſtũ, cæteri hunc ſaltem ſuſtinent. Et licèt in vno vel plurib. locis verſentur homines omnes tamẽ hunc in ſe montẽ gerunt, id eſt, vnum montẽ, ſeu vnã fodinã vniuerſi cõſtituunt. Morbus enim eſt vna fodina in omnibus hominibus. Ex his iam intellige, dictorum noſtrorum hunc vnicum finem eſſe, vt Yliadus probè intelligatur in ſuis fructibus per exemplum cæterorum mineralium, quæ vnum ſunt cum homine qui ſcilicet morbi gigni ſoleant.

Morbi ſunt fructus triũ primorũ.

Aurũ ſui Elementi morbus eſt: velut omnes etiã mineræ.

Yliadi varietas quanta.

Iam verò quot mineræ, hoc eſt, quot morbi exiſtant, ita accipe. Mineræ principales ſunt tres: *Sulphur, Mercurius, & Sal.* Sicut ergò mineralia his tribus indigẽt: ita pariter ex tribus morbus generatur, ſed compoſitione mira & varia, veluti de mineralibus traditur. Res autem vna eſt, quæ morbum parit, hoc eſt, vna ſpecies, quæ tamen trina eſt: veluti, ſi morbus ex vitriolo ortus eſt; tum vitriolum ſulphuris, Mercurij & ſalis iunguntur, & tamen vitriolum vnum eſt, ac vocatur. In pondere tamen non conueniunt, vnum magis minúſve altero. Principale autem potiùs eſt, ſecundùm quod vitriolum denominatur. Sic, ſi ſalis ſit, vitriolũ ſalis morbum feciſſe dicitur: ſi Mercurij, vitriolũ Mercurij, &c. ſi ſulphuris, vitriolum ſulphuris, illum feciſſe affirmatur. Eadem cæterarum quoque ſpecierum ratio eſt, ſiue Alumina, ſiue ſalia, ſiue arſenica, &c. ſint. Proximum ergò eſt, has iam ſpecies cognoſci. Illis perceptis, quot ſcilicet ſint, deinceps perquirendum eſt, quos morbos pariant: hoc eſt, quid vitriolum ſit, qui eius morbi ſint, qui vitriolati vocentur, & ſic de cæteris. Et poſtremò, qui cognoſcatur, morbum dici debere vel vitriolatum, vel plumoſum, &c. aut fungũ, aut agaricum, aut botin, &c. hoc eſt, quomodo ſecundùm quatuor Elementa denominari morbi debeant. Sic enim Alopecia eſt in Elemento terræ, cetum, id eſt, ſcabies in cortice. In Elemento Aquę vocatur ferrugo. In Elemento Aeris Sanct, &c. In Elemento Ignis, fulgur: in homine, Alopecia. Et ſic in morbis reliquis omnibus. Cognitis ergò maximè neceſſariis nimirùm generibus ſpecierum mineralium, deinde morbis, iam ſequuntur ipſorum nomina.

Mineræ principales ſunt tres.

Vitriolũ triplex.

Morbi qui appellantur.

Vitriolum album, vitriolum rubeum, vitriolum cuperoſum. Alumen Rochum, alumen ſciſſum, alumen plumoſum, alumen Entali, alumen vſnetum. Sal Gẽmæ, ſal petræ, ſal montiũ, ſal maris, ſal fontiũ. Hæ ſpecies omnes ex ſale triũ primorum proueniũt. Hæc poſtea ſalia interdũ calcinãtur, interdũ reuerberãtur, interdum ſublimãtur. Quoties ergo aliud, toties alius morbus. Quòd ſi verò ea omnia in proportione ſua conueniente, ſeu (vt vocant) Eſſe conſiſtunt, vno vniuerſa nomine *Liquor naturæ*, vocantur, aut liquor Salis, aut Balſamus ſalis. Præter hæc eſt Arſe-

Minerũ ſpecies & nomina.

Liquor naturæ, &c. quid.

ſenicus,Realgar,Ogertum, Auripigmentum nigrum, Antimonium, Mercurius, Aſphaltum. Ex his ipſis etiam fiunt huiuſmodi Calcinat.Reuerb.Deſtil.&c.quę iterùm alij morbi ſequuntur. Quæ ſi integrè in vna eſſentia conſiſtant, vocátur Balſamus naturæ, aut liquor Mercurij, aut Balſamus Mercurij. Deniq; ſunt ſpecies ſulphuris,petroleum,carabe, ſanguis Draconis,ſulphur,pix,&c.Hęc interdum deſtillantur &c. Vnde morbi alij etiam emergunt. Hæc ſi non ſeparata,ſed in vna eſſentia conſiſtant,vocantur Tinctura naturæ, vel Liquor Sulphuris, vel Balſamus Sulphuris.

Balſamus naturæ, &c quid.

Hoc modo genera mineralium communi appellatione noſcenda ſunt. Hîc ergo nomina Elementi aquæ ſume,& ſecundùm illa pronuntia.Quę autem aliorum conuenientia ſit, id iam deinceps ſequetur.

Arſenicus,&c. Theren malũ,Niuis. Vitriolum,colocinth.&c.(id eſt,ſecundùm corpus)

Et ſic de reliquis fuerit totũ capitulũ.

Hoc itaq: in capite dictum iam eſt de morbis mineralium in 4.Elementis.Porrò nunc ſequitur de morbis, qui ad quatuor nomina æquiparari debent.

Præterea,vt ad nomina de ſalibus deſcendamus,notandum eſt, vnumquodlibet tantùm ac ita operari, pro vt generum numerus & conditio ſe habet. Sic nimirùm, quæ arſenicalia ſunt, ea faciũt tumorem,eſcharam, & quæ ſignis ſimilibus his conueniunt. Nulla enim inflammatio,nulla eſchara fit, niſi ex Arſenico proceſſerit.Vniuerſę itaque ægritudines quæ inflammant, tumefaciunt, & eſcharizant tam in membris internis, quàm externis,ex Arſenico manârunt.

Arſenicalium qui morbi.

Inflam.& &c omnis ex Arſenico.

Sed pergamus. Omnes ægritudines, quæ interiùs punctiones cum feruore cient, item plenitudinem circa pectus, aut ſitim mouent,adeoque acuti ſunt; ex Arſenico profluxerunt. Excipe illas,quæ alia ſigna cum ſuppuratione exhibent. Item mors omnis ab Arſenico eſt, nec aliunde. Mineralia ſiquidem omnia poſtremò inducunt reſolutionem arſenici ex Yliado:quod à ſolo fit Arſenico prout per ſe is eſt.

Mors omnis ab Arſenico.

Præterea à Mercurio oriuntur omnes illi morbi, qui calidi ſunt, & punctiones inferunt,ac Apoſtemata ſanguinea infligunt. Deinde,qui mortales ſunt,ac Arſenico ſimiles, ſi tamen excipias excitationem eſcharæ, niſi fortè ſit cum oſſe, cum venis,cum ligamentis, ac item cum inflata facie, cum tumore, fluxione è capite,dolore dentium, ſputatione,tremore, contractura, dentium nigredine, & palpitatione qualicunque. Hi ſiquidem morbi vniuerſi ex Mercurio geniti proceduntur.

Mercurij qui morbi.

Inſuper ex ſulphure morbi illi omnes emergunt,qui pertinent ad Guttam, Paralyſin, Torturam oris,Lethargum, Apoplexiam. Hi enim ex ſulphure vniuerſi oriuntur, velut etiam qui de excrementis naſcuntur, ex ſulphure eodem profluunt,vt ſunt dyſenteria,diarrhœa,lienteria,& ſi qui fluxus alij ſunt.

Sulphuris qui morbi.

Ex vitriolo morbi hi naſcuntur externi : rubentia vlcera, ſicca & ſerpentia, rumore carentia.

Vitrioli qui morbi.

Ex Alumine aluminoſo proueniunt Hydrops.id enim reſolui ſolet. Item,qui qui foris vlceroſi tumores ſunt.

Aluminis aluminoſi qui morbi.

Ex Alum. plumoſo fiunt morbi, qui fiſſuras agunt.

Aluminis plumoſi qui morbi.

Ex Glacie, qui ex vento dureſcunt, vt Hernia ventoſa,&c.

Glac.&c.

Ex ſale Petræ, quæ vlcera vrentia ſunt,nec nigra,nec rubra.

Sal. Pet.

Ex Vitriolo albo, quæ cancrenoſa, &c. ſunt minimè aperta.

Vitr.alb.

Ex ſale communi, quod per ſe conſolidatur,vt Apoſtemata,&c.

Sal.com.

Ex ſale acuto,quæ Apoſtemata mortalia ſunt,vt Anthrax.

Sal.acut.

Iam ſicut hactenus de eſſentia mineralium non pauca diximus : ita plures adhuc & varij ſunt morbi ex Mercuriis, ſulphuribus,ſalia, vel his ipſis permixtis: quæ omnia ſigillatim enumerare nõ ſaltem tædioſum ſit:ſed etiam, cùm partim incognita, ſolo futuri temporis circuitu explorentur, exquiſitior iam explicatio fieri nequit. Qui autem morbi hoc meo ſęculo manifeſtati ſunt, eos hîc annoto, velut & in practica, vnde veſtra ſtabiliri experientia poſſit. Quod autem reliquũ eſt,vt ſciatis,h. e.Sicut minerale quoduis operationem ſuam,tàm malitiã, quã bonitatem manifeſtè oculis exhibet:ſic idẽ ſimiliter etiam in corpore fit. Sciendũ itaq; eſt,morbos,qui externis ſimiles ſunt ab illorũ materia deſcendere.Vnde cõſequenter modus cõponendi recepta exſtruitur,quæ nempe ſimplicia proſint cõtra Arſenicum,contra Mercurium, contra ſulphur,&c. contra omnia mineralia. Quæ omnia cõperta&explorata eſſe decet in hac tabula,in qua docet,quomodo per mineralia mineralibus omnib. iri debeat

Recepta vnde diſcẽdafint.

Mineralia mineralibus remedia ſunt.

beat obuiam. Nam illa se mutuò pellunt.

Mineralium species, species morborũ cõstituunt.

Porrò, quot species, tot separationes etiam, ac totidem morbi. Quæcunque autem species tollatur, eiusdem quoque morbus ac sanitas sublata erit. Quot enim species: tot sanitates. Illę autem vniuersæ sanitatem quidem vnam faciunt, non autem vnum morbum: sed potiùs tot morbos, quot species. Medico ergò separationes apprimè cognitę esse debẽt. Per has enim separatur Arsenicus, vitriolum, &c. ita vt 3000. species ex re vnica emergant. Tanta Naturæ nobilitas est ac industria. De totidem ergo etiam morbis nobis debet esse ratum, vel præteritis, vel futuris, vel iam instantibus. Sic vicissim totidem etiam sunt arcana contra totidem species, semper vna species alteri opponitur: velut Sulphur Mercurio aut Arsenico, aut Mercurius sulphuri, &c. idque non secundùm, sed contra complexionem, nimirum secundùm spiritus, &c. Iam quod processit, id in Megatheorica de Theorica salis traditur. Quod autem

Theorica morbus mineral. est duplex.

prætereà ad Sanitagnomiam attinet, id practicum est, vnius nempe oppositio ad alterum. Nec practica ea alia est, quàm Theorica practicæ, sine descriptione Receptorum. Sic ergò hæc Theorica est duplex: Philosophiæ scilicet Physicæ, & Theorica vtriusque practicæ.

LIBER SECVNDVS.

De Theoricâ practicâ.

IAM quantum ad Theoricam Practicæ Philosophiæ attinet, dicẽdũ est, quomodo simplex vnum alteri aduersetur.

Vbi aduertendum est hoc. Vndénam

Insecta vnde generãtur. Aranea ex Realgare, &c.

enascantur insecta, araneæ, &c. Ex solis spiritibus, qui in illis locis separantur, velut aranea ex Realgare, &c.

In media pagina finem fecit auctor.

FRAGMENTVM ALIVD.

Morborũ omniũ origo vel ex Resolutione, vel coagulatione.

MOrbi veniunt ex his: siue ex Resolutione, cùm coagulati fuerint: vel Coagulatione, cùm resoluti fuerint. Nunc, in quibus est sal: si resoluitur, tunc facit suum morbum. Si sulphur aduritur, facit suum, &c. Sic etiam in Mineralibus Terræ, Aquæ, Aëris, Ignis.

Nam omnia ista debent consistere in suo Esse, absque destructione: Si non, tunc morbus generatus est.

Granati 4. Elemẽ. Et Microcosmi.

Sed qualiter sentiendum sit de Smaragdo, Granato, &c. Talis est sententia. Granatus aqueus coagulatur, Igneus carbonizatur, Terreus herbatur, Aëreus nubescatur: sic hominis sanguisatur.

Rubinus &c. quomodo a sanguine.

Sed qualiter cognoscitur illud, quòd sanguis sit Rubinus, sit crystallus? Ex eo, quòd natura huiusmodi rerũ particulariter ibi est, scilicet in granulis sanguinis, &c. sicut particulariter in gẽmis: sed forma nõ talis, quia etiã nõ talis in terra: sed naturæ, & proprietates tales sunt particulariter, qualiter in gẽmis particulariter.

In natura particulari nõ differũt. Differunt tantùm in forma & figura, &c.

Nunc de Cura.

ET sic aduertẽdũ de cura rerũ istarũ: si aurũ peccat ex sua resolutione, tũc per coagulationẽ curabitur. Si Sal resoluitur, tõc coaguletur. Si Mercurius resoluitur, coagulatur, figitur, sicut per Alchimiam: Ita hominis per medicinã, & erit longa vita. Item sic & in Lepra: Mercurius deest, generetur & curabitur lepra.

Sed qui (vt Epilepsia) sunt nati morbi his cura subjicitur: flos est mineralis, &c.

Quædam ad Librum de Matrice referenda.

Matrix est arbor corporis.

MAtrix se habet, velut arbor in terra. Et sicut arbor ex terra attrahit, ac ex omnibus Elemẽtis, quo opus habet: ita corpus etiã terra, matrix arbor exsistit: id q; Philosophia cum suis mineralibus declarat.

Matrix morbi ... Theoricę.

2. Sic ergo matrix morbos ex terra, h.e. ex corpore, attrahit. Hi ergò arborei morbi, quos ita cõcipit, morbi sunt alij & diuersi omnino à corporeis reliquis. Ideò duæ etiam Theoricæ dantur: Naturalis, & Abortus.

3. Corpus ergò per seipsũ virilib. morbis simile exsistit. Si id autẽ ęgrescit, similiter alios morbos suscitat in matrice, &c.

4. Ad quæ cõsequitur, quòd viriles corporei morbi profluuiũ menstruorum, molam, &c. faciant: velut ab epilepsia fit suffocatio, ab apoplexia præcipitatio, à febribus profluuium, &c.

5. Primò itaq; corpus rectificandum est: postea matrix, id est, arbor.

Terra bona, bonos fructus, &c.

6. Bona terra bonas arbores producit: Bona arbor bonos gignit fructus. Ideò primùm corpus, postea matrix; tandem infans considerandus est.

Morborũ matricis tres Theoricæ.

7. Cũ verò matrix arbor sit, corpus autẽ terra; ideò duæ Theoricæ in Fœminarũ Monarchia, nempe morbi corporei & arborei describi ac tradi debent. Quibus deinde additur tertia Theorica huius Monarchiæ: h.e. de recente nato infante, non rectè concepto, sed se habente velut pyrum in arbore putrescens: quibus omnibus Monarchia virorum exempta est.

15. Velut

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 213 sur 913

15. Velut vnum idemque est, quoad nutrimentum, siue vir cibos fœminales, siue fœmina viriles edat. Nam quoad nutritionem, res vna est.

Archei discretio quæ.

16. Quia Archeus fœminis cibos fœminaliter & non viriliter digerit: ac prima cibus est communis viris ac fœminis: sed vltima tamen est caro fœminalis, non virilis. Ideò alia necessariò Theorica vtrobiq; instituenda, vna pro viris, altera pro fœminis.

Morbi virorum & fœminarũ diuersi.

17. Alius Archeus alios morbos indicat. Quandoquidem enim ex cibo, &c. morbi suscitentur, alia ac diuersa Theorica omninò opus est. Alius enim est morbus fœminarum, alius virorum.

FRAGMENTVM LIBRI DE Morbis ex Incantationibus & Impressionibus inferioribus, hoc est,

De Morbis Inuisibilibus.

* res non succedant, aut vim habeãt. Pro his ergò tenendum est, quòd spiritus immundi in homines attenti, sedulò dispiciant, cuinam tandem homo amorem suum impendat, vt illum sua ope confirment. Veluti, si Idolum præstò sit, ex se splendidum excultumque, adeoque Diui cuiusdam nomen sibi vendicans, quòd ipsum homo impensiùs amaret & coleret: tunc immundus spiritus re intellecta, ope addita Idolum, hominis oculis, adhuc amabiliùs facit ac commendat: adeoq; denique hominem incantat ita, vt Idolũ id præ rebus omnibus veneretur. Quod Incantationis genus simile est illi, quo quis in amorem innascatur eius, quã duram sibi & asperam sentit. Hoc modo incantantur homines, vt amore prosequãtur ac desiderent, quæ grauiùs prohibita sunt: veluti si quis deserta vxore, sectetur scorta. Vxor eius ex Deo: scortum ex Diabolo est. Quid verò possit Satanas nocentiùs, quàm vt diuis excussis, diabolica in locum ipsorum collocet? Adeò enim emunctæ naris Satanas est, vt facilè olfaciat, se, si ab hominibus quidem pernoscatur, non facilè ab ipsis inuocatũ iri. Similiter homo haud dicit, O Satanaiuua me, sed potiùs. O Deus iuua me. Id ergò medium in his commiscitur rebus diabolus, vt non sub nomine inuocetur proprio, sed sub prætextu Sanctorum cùm interim is ipse sub larua condatur. Qui enim aliquem quærit ibi, vbi non est: is certè, si, quem quærit, inueniat, nullo dubio dolo circumuentus est. Diui nimirùm in cœlo, non ligno versantur. In hoc qui ipsos quæritat, certè nũquam inueniet. Si verò voti compos fiat nihilominùs, id iam cum fide pugnat. In terra siquidem nihil vspiam tam præstans ac nobile est, in quo habitare Diui commodè queant: ne ineptum lignum aut saxum dicam. Iam verò ista voti impetratio est sanatio. Sanatio ea est morbus, non sanitas: De qua sanatione proprio capitulo traditur.

Incantationis Satanæ vis quanta.

Vxor ex Deo: scortum ex Satana.

Satanæ velificies.

Diui in cœlo nõ ligno quærẽdi.

Sic & signorum seu miraculorum operatio ab eadem virtute & potentia est: vt si quis dicat: Diabole iuua, &c. & is iuuet. Vtrunque enim idem est. Aut si quis dicat: Vtinam Diuus Anthonius te exurat. Is si ad imprecationem hanc exuratur, signum hoc certè, non Diuo, sed ipsi diabolo adscribi debet. Hi iidem spiritus etiam miracula operantur, quando vel Abbas aliquis, aut Prælatus, aut Dominus &c. moritur: sicut multis in locis præ nuncij hi triduo antè apparent, &c. Quæ omnia euincunt, spiritus admodum potentes ibi habitare, & superstitionis multùm temerariis instillare. Tãta enim varities ac sagacitas spirituum malignorũ ad seducendos & decipiendos homines est, vt infinitas latebras ac decipulas illis struant, vt declinare vniuersas nulla industria possint, nisi hoc vnico scuto se munientes, vt Deo vni & soli credant, ac cætera omnia eius protectioni mãdẽt. Et licèt Diui quidem apud homines essent, aut esse possent, &c. ac hominũ vota sua gratia complerent: res tamen ista adeò dubia est & periculi plena, vt propter fraudes permixtas Satanicas nihil temerè tentari debeat. Nam vnicũ hoc, idq; tutissimum fundamentum contra omnia tentamina nobis prostat, vt in vnũ Deum credamus, fiduciam omnem in ipsum iactemus, & mundana omnia longè extra animum excutiamus. Et licèt D. Petrus quidem integrum tibi Regnum impertiret: illud tamen accipere minimè debes, non inquam, si quidem incorã tibiipse loqueretur. Tot enim articuli ac conditiones à Satana interseruntur, vt longè præstabiliùs sit, nihil quicquam quocunq; modo acceptare. Eodem modo si quis ægrotaret, & Diuum quẽdam inuocaret, qui ferendi auxilij certam copiam haberet: attamen multò sanctiùs esset, Diuum minimè inuocari,

Diabolus est millearti fex.

In Deum credere sacra ancora est.

A Diuis nihil acceptandum.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 214 sur 913

ac morbum patienter tolerari; quàm Satanicæ pactionis & fœdę idololatriæ reũ fieri. In hiſce enim puro corde, ac pio ſolidoque pectore opus eſt. Nec enim non cum ſumma attentione & examine diligẽtiſſimo hoc cõſiderandũ eſt, quòd huiuſmodi nihil quicquã ſuis Diuis Chriſtus dederit, velut regiones, vrbes, vicos &c. quod tamẽ facili operâ potuiſſet. Id verò quâ de causâ non fecit? Hac vnicâ certè, vt Satanæ his fraudibus concurrentibus omnem occaſionẽ præcideret, quas ille permiſcere omnibus temerè rebus ſolitat. Sic ſphęrulæ precatoriæ (Pater noſter) ſi manibus geſtentur, bonum eſt. Hoc verò adeò bonũ non eſt, quin multò prętſtaret eas non geſtari, quàm geſtari. Diui non adorãdi. Nec enim res ſuperſtitione caret. In genua ſe demittere ante ſtatuam, malum non eſt. Meliùs tamen eſt, id non fieri, quàm fieri. Oculi enim gubernant preces, quòd fieri non debebat. Officium id cordis erat. Diuus ſi moriatur & ſepeliatur, & in ſepulturâ eius ſaneſcant oĩnes claudi; cœci, infirmi, ea quidem magna laus ac gratia Dei eſt: præſtaret tamen id nõ fieri propter ſuperſtitiones & idololatriam Satanæ, quæ concurrit. Chriſtianus ergò homo, qui veræ fidei cultor eſt, certus eſſe debet, Deo omnia adſcribi debere, vt illi ex quo omnia procedant & diuina ſint. Non ergo adoret: ſed in his metis conſiſtat: nec vlteriùs ſubinde hoc aut illud fieri expetat. Hoc enim iam ſatis eſt. Caue dicas, Tu diue iuua: ſed Deum de auxilio implora. Nec Diuum excutiendum dico. Quod iterum inculco, vt vitetur Satanica fraus & malum eius germen. Is enim aſſidet, & hoc opperitur. Quod ſi Deus Diuo alicui hanc in terra gratiã confert, vt vrſi, leones, corui &c. maiora quam pro animalium natura officia ipſi & miniſteria præſtent: id ſuo loco relinquamus, & rem ſuſque deque habeamus. Nam ſi nos hoc fine Diuos inuocare vellemus, vt vrſi, leoneſque ac corui ſimilia nobis quoque miniſteria exhiberent: iam certe præſtò Satanas eſt. Itaque horum omnium iudiciũ penes Medicum eſt. Hoc enim fine creata Medicina eſt, vt ſuperſtitio ac idololatria vitaretur. Deus autem ſolus Deus ſit, cuius vi omnis infernus contremeſcit, non autem vi Diuorum. Itaque in Deum crede.

Medicina creata ad vitandam ſuperſtitionem.

Sed & hoc memori tenendum mente eſt, quod Deus voluntatis ſuę mandata nobis dederit, quæ ſimpliciter ſeruari debent. Quę ſi corrigantur, & (pono caſum) corrigi quidem poſſint: id tamen à nemine temerè tentandum eſt, propter adiunctum id, quod Satanas illico interſeret. Quicquid Chriſtus dixit ac præcepit, id ſimpliciter tenendum eſt. Et licèt quidem per noſtram ſapientiam ordo vtilior conſtitui poſſet, quàm is à Chriſto præfixus eſt: id tamen haudquaquam fieri debet: ratio eſt, quòd vis Satanica ſimul permiſceatur & irrepat. Sic Cœna Domini ſimpliciter adminiſtrata eſt. Iam vero eadem in aliud quid degenerauit. Id quid quęſo eſt? Pono equidem & concedo, ritum illum eſſe ſplendorem, amœniorem, & iucundiorem, quàm Chriſti more ad menſam ſedere. Et tamen id mutari non debuit, vtcunque pulcrum & meliore ordine diſpoſitũ illud videatur. Magia enim, veneficum & auguriũ ſimul irrepſerunt, quæ non inuecta fuiſſent, ſi ad exemplum Chriſti ſimpliciter ea actio ſeruata & miniſtrata fuiſſet. Longiſſimis enim inter ſe metis diſtant, *ſimpliciter & ſapienter* rẽ vſurpare. Hoc enim caſu ſummè ac vnicè expendi debet, non concinnitas ac gratia ordinis, verùm potius ſimplicitas, nec aliud quicquam quocunq; modo, ne Satanæ fraudibus iniiciẽdis feneſtra pandatur. Hinc etiam natũ eſt prouerbium: Quo doctior, eo peruerſior. Fides enim nullo docto ac ſapiente opus habet. Tutum perfugium eſt ſimplicitas, qua perrumpendum eſt ſine omni dubitatione.

Fides ſola quęſ.

Cœna Domini in aliud verſa.

Simplicitas & ſapientia longè diſtant.

Simplicitas ſtudendum.

Mandata Dei ſimpliciter ſeruãda.

Caput De deſperatis morbis.

MOrbi autem qui ex deſperatione gignũtur, multiplices ac varii ſunt, adeo ſubtiles & recõditi, vt ęgre cognoſcantur, niſi ab iis, qui cognitionem illorum iam antè ſibi ſecundũ genera comparatam habent. Antequam ergo de deſperatione dicamus, fundamentum eius, quid ſit, adeoque ipſius principiũ ita attendite. Deus Opt. Max. vnicuique ſuam largitus eſt cõſcientiã & vniuerſam proprietatẽ, qua homo poſſidet omnia, quib⁹ opus habet in intellectu, ſapiẽtia, probitate, honeſtate & ſimilibus. Et his contentũ eſſe hominem conuenit, nec plura rimari aut inquirere. Qui v. hiſce datis non acquieſcit, ſed melius quid & prętſtantius quærit, aliam ſcilicet ſapientiam, altius iudicium, aliam probitatem & honeſtatem: is iam ſe dubitare indicat. Ideoque cadit in deſperationem, & ſequitur contrarium.

Morbi deſperati cognitu difficiles.

Intellectu ſuo quilibet eſſe contentus.

Deſperati qui fiant.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 215 sur 913

Dum ergo in contratio versatur, & curiosiùs inquirit, subiicit sese omnib. spiritibus & Satanicis spectris, omnibus obuolitantibus phantasmatis, ac rebus leuiculis. Qualia autem phantasmata sunt: talis euadit ipsemet. Iam enim in ipsum inuolat spiritus, qui illum dubium & desperabúdum facit in sapientia: iam alius, qui probitatem eius tentat: post alius, qui suadet suspendium, confossionem, suffocationem, &c. Similiter etiam filij huius mundi sunt isti, qui in tali sapientia & probitate viuunt. Homines istiusmodi, qui à vero tramite, quem Deus monstrauit, ita deuiant, alij etiam fiunt, & secus, quàm Deus esse iussit, mutantur in vestitu, in doctrina, in concionibus, in moribus, in consiliis, in actionibus, in omni vita, quibus se quodam quasi diuortio à múdo separant, hoc est, desudant, & macerantur in illis, de quibus Deus nihil docuit. Hi omnes iam viam desperationis ingressi sunt, & irretiti laqueis, quibus seipsos suspendant. Sicut fur, cui iam paratum patibulum est, solatij ac præsidij aliud nihil habet, nisi quod nedum pendeat, ibi, vbi debet: sic hi quoque furibus similes exsistunt, in eo, quod nondum pendeant. Et veluti fures non omnes suspenduntur: ita nec omnes isti: qui ab illis differunt in eo, quod suspendant seipsos.

Filij mũdi qui.

Furis & desperati vna ratio.

Et hic quidem morbus admodum grauis ac atrox est, qui latè patet. Nam mortis genera varia, & miserandas conditiones subeunt illi in terra. Nec enim in via Dei ambulant, in quam constituti sunt. Columbarum ergo more in simplicitate ambulandum est. Exe seipsas non suspendunt, & habent tamen, quibus opus est. Simplicitas etenim magni apud Deum mométi est. Nihil ergo quæramus, quàm simplicitatem: in qua nemo desperat. Et tamen hi simplices æquè ac serpẽtes prouidi & prudentes exsistunt, qui spem omnem in futuris ponunt. Iam sicut colũba in simplicitatem, serpẽs autem in prudentiam, quæ vtriusque propria natura est, à Deo constituti sunt: ita homo quoque in sua natura habet columbas & serpentes. Hoc est: si Deus de necessariis his animalibus prospexit: multò magis faciet nobis. Contenti ergo vsurpemus ea, quæ natura nobis contulit, ad tractãda illa omnia, quæ nobis mandauit Deus. Præter hoc nulli rei inhiemus, nulli nos obstringamus. Ita ab hoc morbo tuti & immunes erimus. Nemo enim persuasum habeat, quod supernaturales argutiæ, doli, sapientiæ, industriæ, &c. ex dono Dei emergãt. Deus enim modi tenax ac studiosus est. Et garritus nimius otiotiosúsque, dos Dei non est. Nec enim nugator Deus est: nec nos nugis vacare vult: Quod ergo Deus non est ipse: eos nec nos is facit. Vnde breuitas sermonum Christi & Apostolorum symbolo nobis & documento sit, quod natura in breuibus & moderatis consistat. Qui enim cõiugium per breue Ita vel Non stabiliri aut renui voluit, omissis ambagibus: idem simplici breuitati etiam in aliis studuit. Qui ante dictas preces nouit, quid sollicitemus: idem à nobis etiam nullam multiloquẽtiam, aut orationem ac Rhetoricam poscit. Hæc ergo omnia minimè ex fonte proprietatis seu possessionis humanæ profluunt, sed potiùs in viam desperationis exundant: hoc est, qui metas ac limites humanitatis transgredi conãtur, hi desperationi subiecti sunt: nisi Deus singulari cura ipsos protegat. Idemque de his iudicium est, quòd de mandato illo naturæ: *Diliges Deum & tuum proximum.* Hoc enim mandatum ex terra non est, non est ex limbo: ex Deo est. Deus natura non est. Mandatum est ex natura, ac ex Deo. Ita verò ex Deo, quod ex ipso nobis implantatum sit, tales esse. Ideò ex natura profluit, hoc est, cum natura nobis inseritur, sicut cum columba simplicitas, cum serpente prudentia datur. Iam ergo qui caritatem Dei non habet, ex eo quãtum naturæ in ipso datum est secundùm suas vires, potentiam ac animum, quæ omnia naturaliter homini insunt: is metam desperationis haud dubio iam dum terit. Porrò qui suum etiam proximum non amat, prout natura ipsi congenita vult ac docet: desperator etiam iste est. Hæ enim proprietates illæ sunt, quas implantauit natura: quas non per institutionem ab aliis discimus, sed in ipso conceptionis nostræ momento illicò edocti sumus. Et hæc nimirùm illa natura est, in qua sobriè ambulare debemus.

Simplicitatis laus & necessitas.

Homo est naturæ colũbinæ simul & serpentinæ.

Supernaturalia dona à Deo non sunt.

Natura est breuis & moderata.

Deus breuibus regendus.

Humanitatis trãsgressio est via ad desperationem.

Caritatis Dei & proximi defectus signũ desperationis.

Sic ergo quiuis, qui plus, quàm à Deo ipsi datum est, quærit, suspendio isti & iugulationi &c. subiectus est. A Deo enim nihil vltra impetrat. Impetrabit ergo à diabolo. Eodem modo, qui, quod habet, non impendit in id, quòd natura monstrat, (& congenita proprietatis ratio poscit: hunc cogit & regit diabolus, vt illud supprimat, tandemq; ipsum

Dona accepta sũt in vsum transferenda.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 216 sur 913

in hoc ad desperationem præcipitat, hoc est, facit, vt desperet in suo dono, & se suspendat. Homo à Deo hoc fine creatus est, vt contentus & placidus viuat, siue grando, siue pruina, siue tonitru, siue gelu &c. increbrescat. Hæc enim omnia ex voluntate Dei eueniunt. Homo itaq; intrepidus ea ferat. Ad ista autem expauescere, aut emersura inde damna metuere, vel futura separare commoda, id in mandata diuina impingit. Hoc qui faciunt, iam ad suspendium sese disponunt. Qui enim aduersus Deum & naturam ambulant, hi sibiipsi suspendium iure moliuntur, non digni, qui suspendantur ab aliis. Nec verò suspendio tantùm illi idonei sunt: verum etiam parati, in quos Satanas totus irrumpat, & in ipsis habitet. Sunt enim hi isti, qui ambigunt aut titubant in scriptura, in caritate, in spe, in fide. Nullus enim dubitat, qui in eo viuit, quod conscientia ipsi dictitat. Conscientia autem est ea natura, quam Deus nobis largitur, quæque natura vocatur. Quanquam illa eadẽ fuerit terra, ex qua conditi sumus. Est tamen hęc ipsa, in qua nos contemplari, nec altiorem & sublimiorem intellectum, mores, virtutesque ad vitæ commoditatem quærere, sed quòd implantata nos natura tantùm docet, facere debemus. Qui sibimet ipse non fidit: is non fidit: is non fidit Deo. Dedit enim ipsi Deus, in quo fidere debeat, vt ex illo discat. Ab aliis discere, & se ad exempla aliena accommodare, est, seipsum seducere. Per teipsum, & ex teipso fac, quod Christus, quod Deus in natura ac proprietate tibi præfixit, sicut columba & coluber: nec à vulpe artem captandi gallinas, aut à psittaco loquendi disce. Vulpi astutiam, psittaco cantum relinque. Nam ex sua illi natura agunt, quę ipsis relinquenda est. Tu vulpes nec es, nec esse debes, vt nec psittacus. Quin imò ex propriis tuis viribus, ex tuomet pectore & corde Deum dilige, non ex alieno. Suas vires etiam alius impendat. Quod si enim tu vires proprias tuas, ex vtero materno allatas, non intendas, sed alias muteris à spiritibus & Satana: iam certè mandatũ Dei minimè exsequeris. Tuis viribus id mandatum est, quas cum aliis non permutes. Vires enim alienæ tuæ non sunt, sunt nihili, & seducunt, morbosque in rationem, ac in corpus, & sensus animumque infligunt. Quos præcauebis per id, quod natura tibi propria in vtero matris largita est: quod sedulò tuere & custodi.

Sors omnis Christiano patienter ferenda.

Deo & natura nihil aduersum audendum.

Conscientia quid sit.

Deo fidẽdum.

Bona alienanon expetenda.

Caput, de morbis somnij.

QVicquid nobis per somnium obuenit, morbus etiam exsistit, licet quidem haud doleat, aut magnificat. Nam & plures alij morbi sunt indolores, & tamen morbi sunt. Corpus enim ipsos vincit. Et hoc cuilibet Medico cùm scitũ tum persuasum esse debet, quod scilicet corpus per se morbos multò plures tollat, quàm Medicus ac Medicina. Nisi enim Deus naturam vsque adeò Medicatricẽ homini indidisset: vita certè eius paucorum omninò annorum foret. Idem fieri etiam solet circa morbos somnij, qui morbi non corpus ipsum in suo corpore, sed potiùs congenitum spiritum in suo corpore (quod ipsum etiam corporeum est, siquidem moritur) affligunt. Hic autem noscendum est, quod prudentia humana euentorum futurorũ præscia sit, & præterita, velut & præsentia nouerit. Pręterea etiam natura hominis, quam ex conceptione in mundũ extulit, adeò sublimiter dotata est, vt sciat & videat, quid agant ipsius cognati amiciq; in regionibus exteris: quod prolixiùs & euidentiùs in Gabala docetur. Quod cùm ita se habeat in homine: scire vos velim, somnium in Gabala ludere: & quod per ipsum iudicatur, id vmbra est illius sapientiæ & prouidentiæ hominis. Quod autem vigilans humores istas ignoret: caussa est ista, quia non quærit quod ipsi à Deo datum est, dedit enim nobis Deus omnes artes, omnem sapientiam, intellectum, & rerum omnium cũ futurarum, tum in locis exteris fientium scientiam. Nos autem id non nouimus, quod in nobismet ipsis est. Insanimus enim seu gesticulamur in rebus temporariis, & ita oscitanter negligimus, quod in nobis est. Vnusquilibet in se omnes artes & scientias habet, nec alter altero plus minúsue accepit. Qui verò id, quod in sese habet, nec tamen videt, alteri dicit, ipsum pictorem esse bonum, seipsum verò malum: verè quidem is dicit, sed in hoc errat, quod alteri plus collatum esse gratiæ putat, quàm sibi. Tu enim altero id non minus in te habes: sed illud non exquisiuisti. Et hoc de omnibus verum est. Ecce enim, Adamus, Moyses, & alij intra se quæsiuerunt, quod in homine erat, idque patefecerunt, velut & omnes ceteri Gabalistæ, nec quicquam peregrinum

Morbi somnij vincuntur à natura.

Natura hominis valde Medica. Morborũ somnij quod subiectũ.

Homo futura & distantia videt.

Gabalia &c.

Homo rerum omnium scientiã accepit.

Hominũ omnium vna scientia originalis. Adam. Moyses Gabalistæ

peregrinum ſcrutati ſunt ex dæmonibus aut ſpiritibus, ſed proprium eruerunt ex lumine naturæ, quod in ſeipſis totum produxerunt & illuſtrarunt. Hinc etiam ſciuerunt, quæ nos impoſſibilia æſtimamus: quæ tamen poſſibilia ſunt, quia in homine ſunt. Nos autem, quod in nobis eſt, non quærimus: ideo etiam nihil ſumus, nihil ſcimus (de quibus alias in meis arcanis & Gabalia magna. Naturæ huiuſmodi in homine ſunt. Cum ergo in homine ſint, homo autem eas ignoret: ideo fit, futura ei occurrere, & per ſomnium offerri intelligibilia, obſcura, præterita, futura, peregrina & ſimilia. Quæ omnia prodeunt ex natura, ita diſpoſita, & talia per ſomnium in homine tractante. Per ſomnum enim talia fieri oportet, non per vigilias. Somnus iſtarum artium eſt vigilia: ideo præludentem ſpiritum habent. Nemo autē inficiari poteſt, Satanam in ſua ſcientia eſſe Gabaliſtam, eumque quidem prępotentem. Nati hi ſpiritus hominum tales & ipſi ſunt. Hinc multos ſeducit ſatanas in ſomno, ſibi adhærentes, ſicut etiam de vigilantibus dictum eſt. Fas ergo eſt, hominem eſſe purum, immaculatumque, vt ſomnum pariter ac vigiliam tutam & ſecuram habeat in lumine naturæ. Lumen enim naturæ id eſt, quod in ſomno operatur, homo exiſtens inuiſibilis, & tamen vt viſibilis homo natus, & naturalis. Plus tamen in cognitione & ſcientia valet, quam caro ſcire poteſt. Ex nato enim ſpiritu procedit, quod videtur. Caro nihil prodeſt, ſpiritus eſt, qui viuificat: quod idem eſt ac ſi dicas: caro nihil poteſt: ſpiritus autem eius & poteſt, & ſcit, & carnem exercet, eamque viuificat. Innato illo ſpiritu lumen naturæ poſitum eſt, quod eſt Pædagogus hominis, non auditio aut inſtitutio. Id quod nos exemplum Adæ & aliorum docet. Hæc omnia ex ſolo illo ſpiritu promanant, qui carnem nutrit & ſeruat. Is in ſomno loquitur: is in dormientibus ludit. Quod autem non omnia pura & exquiſita, vt eſſe debebant, procedant, id fit ob craſſitiem noſtræ inſcitiæ, quod neſciamus ea, quæ nobis ingenita ſint. Et hic eſt morbus iſte, qui nos in ſomno exagitat ac tenet, de cuius ratione ſeorſim tradendum eſt. Sed & hoc verum eſt, quod in ſomno Deus multa homini ſuggerat, hoc eſt, quod genitis ſpiritibus Gabaliam manifeſtet, adeoque hæc ex permiſſione diuina homini innoteſcat & familiaris fiat. Quod autem homo per id ſeducatur, fit ab immundo ſpiritu, qui nihilo ignauius genito ſpiritu inſidiatur ad decipiendum, apud illos præcipue, qui ex inſomniis viuere, ſapere & intelligere, &c. volunt, & tamen interim in lumine naturę puri & immaculati non ſunt. Horum interno ſpiritui ſpiritus immundus obiicit animas, ſpiritus, choreas mortuorum, & ſimilia alia multa, vt inde vaticinentur. Genuinus ſpiritus Gabaliſticus optime quidem id poteſt, ſed hunc tamen Satanas adulterat & corrumpit, ſicut rationem deprauat etiam in nonnullis vigilantibus.

Porro vero ſciendum etiam eſt, quod auguria auium de his congenitis ſpiritibus ſint. Ex hoc ordine ſunt Galli gallinacei, qui futuram tempeſtatem cantu prænuntiant: & pauones, qui mortem ſuorum dominorum præſagiunt, &c. Quæ omnia à congenito fiunt ſpiritu, qui lumen ipſum eſt naturæ complantatum: Hoc ergo ſi in animalibus quoque ineſt, & quidem naturaliter, idem omnino etiam in ſe continebit homo, & id ſecum in mundum attulerit. Qui purus eſt, is certus eſt augur, naturaliſque velut aues. Auium enim præſagia contra naturam minimè ſunt, ſed ex ipſa natura, prout cuiuſlibet ſpiritus eſt. Hæc, quæ aues prænuntiant, præſagit etiam ſomnus. Idem enim eſt ſpiritus ſomnialis, qui naturæ eſt corpus inuiſibile. Hoc loco ſciendum eſt: quod, ſi homo vaticinetur, non ex dæmone, non ex Satana, non ex ſpiritu ſancto loquatur: ſed loquitur ex congenita proprietate corporis inuiſibilis, quod magiam docet, & ex quo magus gignitur. Si enim homo vaticinetur, qui nec mādato diuino id faciat, nec de ſcibilibus rebus, hoc eſt, viſibilibus & palpabilibus vaticinia proferat, tunc ex ſeipſo ſolo illa profert, velut ſomnium, quod & ſomnium eſt: ſed tale, quod proferatur ab ore horis vigiliarum. Id tamen omnino ſomnii inſtar ſe habet, vbi, quæ dicuntur, probatione nulla ſuffulciri queunt, ſed inſcienter præſagiuntur, quæcunque lumen ſpiritus Gaballici ſuggerit. Quod porro declarat magia, & gradus magnæ ſapientiæ Gaballicæ. Hinc ergo patet, ſomnium eſſe inuiſibile corpus hominis, quod ſpiritus eſt congenitus, qui carnem, id eſt, hominem docet, qui manus eius ducit ac dirigit ad picturam ac fabricam: qui cerebrum

Somnus eſt Gabaliæ exercitatio. Spiritus Gabaliæ natus. Diabolus optimus Gabaliſta.

Lumen naturæ quid.

Caro nō prodeſt ſpiritus viuificat.

Spiritus Gabalici quę vis.

Gabaliā ſibi Deus homini manifeſtat.

Gabalia à Satana corrumpitur.

Aues ſpiritum Gabaliſticum habent.

Auium præſagia naturalia.

Spiritus ſomnialis.

Vaticinia hominū vnde.

Vaticinia hominū cauſſas probationis nō habent.

Spiritus congeniti quę vis.

cerebrum, incitat ad ſapientiam, rationem, & induſtriam : ac corpus denique ipſum ad omnia viuificat : ſpiritus inquam is, eſt corpus illud, in quo vniuerſæ artes, omnis ſapientia, res omnes conditæ ſunt : hoc eſt, in ipſo dona omnia, à Deo homini data, iacent. Ex hoc corpore addiſci & deſumi debet, quod alterum viſibile corpus agere & operari decet : in eo viuamus & ambulemus : in eo quod quærimus, inuenimus: id corpus eſt promus ſomniorum, cuius ſomnia ſunt pura, exquiſita, impura, intricata, prout homo in illo naturæ lumine peritus ac verſatus eſt. Pro iſto enim habitu ſomnium obuenit vel purum, vel impurum, phantaſticum vel ſagax, certum aut incertum. Magnus autem iſte eſt, cuius ſomnia expedita & directa ſunt, hoc eſt, qui vere in hoc Cabaliſtico congenito ſpiritu viuit & viget.

Somniorum differentiæ è conſtitutione ſomniantis ſumuntur.

Reliqua deſiderantur.

Finis Fragmentorum Medicorum Tom. I.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 219 sur 913

NOBILISSIMI, CLARISSIMI
ac probatißimi Philoſophi & Medici,
Dn. AVREOLI PHILIPPI

THEOPHRASTI
BOMBAST, AB HOHENHEIM,
DICTI PARACELSI.

Operum Medico-Chymicorū
SIVE
PARADOXORVM
Tomus Genuinus Secundus.

Tradens fundamenta, quibus veræ & genuinæ Medicinæ Ars ſuperſtructa, & ex quibus ſolis illa addiſci poßit.

Recenter Latinè factus, & in vſum Aſſeclarum Nouæ & Veteris Philoſophiæ foras datus.

ELENCHVS LIBRORVM
IN SECVNDA PARTE OPERVM THEOPHRASTI PARACELSI CONTENTORVM.

I.

Liber Paragranum, in quo columnæ quatuor, vt sunt Philosophia, Astronomia, Alchimia & Virtus, quibus suam medicinam super instruxit, solide describuntur.

II. *Aliud paragranum, eiusdem fere tenoris, sed paulo altius delineatum, illustrioribusque declaratum exemplis.*

III. *Chronici Carinthiæ epitome.*

IV. *Responsiones & refutationes quarundam suorum obtrectatorum calumniarum.*

V. *Labyrinthus Medicorum errantium, cum admonitione, vt medicinam ex aliis libris, quam quos hactenus legerunt, addiscere studeant.*

VI. *De Generatione & causis Tartari, ac huius curatione.*

VII. *Statuum Carinthiæ Epistola ad Theophrastum.*

IX. *Fragmenta ad paragranum pertinentia.*

LIBER

LIBER PARAGRANVM PHILIPPI THEOPHRASTI HOHENHEIMII VTRIVSQVE MEDICINÆ DOCTORIS.

In quo columnæ quatuor, vt ſunt Philoſophia, Aſtronomia, Alchymia, & Virtus, quibus ſuam Medicinam ſuperinſtruxit, ſolidè deſcribuntur.

PRÆFATIO IN PARAGRANVM LIBRVM DOCTORIS THEOPHRASTI PARACELSI.

CVm pridem equidem haud leuibus ex cauſsis de nonnullis morbis quædam ediderim, quibus multos errores & per Medicinam paſsim graſſantes corruptelas detegere inſtitueram: non ſine dolore iam experior, laborem iſtum meum ab erronibus illis præter omne meritum iniquè traduci & ſuggillari. Nec vero per ſe tantum hoc illi ſtrenue faciunt: ſed etiam plebem ex ſeipſa inſanam contra me ſuſcitãt & inflammant iidem: quæ non ſaltem rerum iſtarum, ne quidem vmbratilem cognitionem habet: verum etiam ſola æmulorum ac inuidorum gratia compulſa, ac beneficiorum omnium à me præſtitorum immemor, ad criminandum me & calumniandum inſurgit. Vt ergo tam præſentibus hiſce, quam olim futuris meis aduerſariis defenſione iſta & ſolida obniterer: deſtinaui hunc librum Paragranum dictum in lucem emittere: in quo nimirum fundamentum omne in apricum produco, cui omnia mea ſuperſtruo ſcripta, ſine quo etiam nemo quiſquam probus reddi Medicus poteſt. In ipſo quidem me vſque adeo planum & perſpicuum præbeo, vt ſpem mihi certam faciam, fore tandem, vt ſententia mea non ſaltem vniuerſis approbe pateat, ſed inſuper etiam aſſenſum ego impetrem eorum, qui aduerſæ noſtræ parti abblandientes, curſum noſtrum non minus hactenus impediunt, quam hoſtili animo non penitus obruere annituntur, nihil quicquam etiam conſilio optimo noſtro moti, quo tam obſtinatè in ægrorum ſalutem nos omnia depromere conſpicantur. Nec eſt, vt calumniis ac iniuriis ſe quiſquam oblæſum quiritetur. Non enim ciuiles ac iudiciales noſtræ reprehenſiones ſunt, verum ex eo ſunt genere & cenſu, quas cuilibet ſcriptori ac profeſsori ipſa veritatis maieſtas liberas & impunes ſancit ac permittit, vt nimirum errores & artium corruptelæ debita ſeueritate exſcindantur & euellantur: Hoc enim ius ſcimus liberum omnibus eſſe, vt, qui ſaniora & meliora in qualibet re proferat, contraria falſa & opiniones damnoſas iuxta quoque perſtringere, ac ſeriis verbis veluti de plauſtro dictis inceſſere omnino idem auſit. Scriptis autem noſtris omnino meliora proponuntur, quam apud auctores alios tradita legunmus apex à nobis poſitus eſt. Hac etiam me contra quoſcunque ſatis tutum ac aſsertum fore confido. Scripſi equidem, quod mihi videtur nimis pauca. Aduerſariis autem eadem nimis multa videntur. Scripſi, inquam, maxima ex parte de impoſturis, & craſsis ineptiſque remediis, quæ Medici ex lignis, ex Mercurio viuo, aliiſque violentis eliciunt. Scripſi de Chirurgis, qua temeritate & crudelitate illi ægros erodant, ſecent, vrantque. Adeo vtrumque inſcitiam boni publici ſtudio detexi. Edidi inſuper alia quoque opera, quæ per calumniam ipſi vniuerſa quoque traducunt, nimirum de Tartaro, de origine puſtularum, de modo pharmacandi, de modo phlebotomandi, quæque alia his ſimilia in libris Paragraphorũ tradidi,

Theophrasti querela.

Theophr. proteſtatio.

Libertas auctorũ.

Theophr. quæ opera ediderit.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 222 sur 913

tradidi, quorum ipsi micas saltem arrodunt, in pazinam ipsam manus non immittunt. Propter hæc ipsi me tanto contemtu & ignominia afficiunt, vt parum absit, quin me ad Insulas Pontii Pilati relegarint & exportarint. Ego vero vt in Germania tutus sim, ac patriæ meæ seruire possim, vobis vniuersis iam expromo exponoque basim omnem ac fundamentum, super quo columnæ meæ Medicinæ surriguntur & defiguntur: vt nimirum his lectis, intellectis, & tractatis & me, & mea scripta damnetis, si ex radice Keyri non emerserim: iudicetisque, an non æquum fasque sit cum fundamento tali in scribendo assiduo pergere potius, quam deficere. Ideo enim iam quoque, quæ pro aduersariæ partis opinione nimis breuiter scripsi sensuque arctiore, hic verbis planioribus explicare aggredior: vt nimirum, quod volunt vna opera & meam & ipsorum stultitiam, meam & ipsorum experientiam, meæ & ipsorum veritatis fundamentum, sine dolo & fuco vnicuilibet plane detegam & ob oculos ponam: cum hoc etiam vnicum vtriusque partis postulatum sit, vt explicite cognoscatur, quæ Medici interioris cum exteriore similitudo & conuenientia sit.

Theophr. scribendi ratio cur accusetur.

Dum vero vitio mihi dant, quod ad ipsorum normam modumque scripta mea composita nõ sint: culpa non mea, sed ipsorum insciliæ est. Nam, quod scripta mea testantur, sine fundamento nihil quicquam edo equidem: verum ex ipsa radice ipso maiali tempore veritatis ramulos extrudo. Quod vero ipsi ad satis matura talia mea scripta ringuntur ac murmurant, causæ pol non leues sunt. Nemo enim clamat, nisi qui vulneratur, nisi qui sentit: Nemo sentit, nisi qui mortalis ac fragilis est. Isti autem clamant quandoquidem ars eorum fragilis & momentanea est. Nihil autem clamat, nisi quod caducum est & mortale. Sic ergo ipsi mortales, quod contra me vociferentur. Ars ipsa quidem contra me non vociferatur. Est enim immortalis, ac super fundamentum constituta tam solidum, vt necesse sit prius cum terra ipsum cœlum frangi & interire, quam ea emoriatur & intereat. Cum ergo ipsa mihi Medicina pacem offerat: cur me quæso moueat streperus clamor caducorum medicorum? Hinc. ob hanc solum causam vociferantur, quia à me feriuntur & sauciantur. Quod ipsum iam indicio est, eos in Medicina ægrotare. Ea ægritudo ista mihi intentata lucta est, quam reuelari aut manifestari ipsi non admodum lubentes ferunt. Omnium enim maxime latrant & obmurmurant si pulsum eorum eo loco tango, quo palpitat ille. Multo etiam procliuiores sunt ad suum interitum procurandum, quam vt (quæ ægrorum sunt) tueantur suam artem, industriam, experientiam ac probitatem, in quibus tamen ego scriptionis meæ omnem proram puppimque colloco. Itidem suas etiam responsiones diuersas faciunt, ac ex fundamento duplici procedunt, cum tamen Medicinæ fundamentũ vnum sit tantum, sibi perpetuo continuum, nec quicquam diuisum. Huius tamen diuarications hæc causa est, quod ex fragmentis ars eorum congesta & cõglutinata sit. Vnde hæ voces crebræ audiuntur: tu Doctor, responde ad hoc: tu Baccalauree tuere illud: tu Chirurge istud cura: tu Balneator cæterum præsta.

Medicina Ars perpetua.

Medicinæ fundamentũ vnũ sibi consentiens.

Quod contra me grauissimum detorquent, id est, quod nimirum ex scholis ipsorum non prodierim aut secundum canones eorum mea non edam. Quod tamen si facerem: mendacii culpã nunquam effugerem. Nam ipsa quoque veterum scripta dissentanea & falsa deprehenduntur. Ex his quis fieri verax possit? Si in Medicina veritatem scribere, eamque non ad discipulos saltem, sed & ipsos magistros & præceptores commentari velim certè comprimis opus erit, vt in vnum primum iugum illi vniuersi cogantur per veritatem stabilem & confirmatam. Et cum vsque adeo clamosi sint, conueniet, vt ipsis prius, quid Medicina sit, explicetur: addatur deinde, quales ipsi, qualis ipsorum clamor, qualis ars sit. Hoc autem fieri aliter non potest, quã vt ea proferantur, in quibus ipsa Medicina consistit: vt nimirum hinc omnibus pateſcat, an ad scribendum satis mihi iuris & occasionis sit. Sic ergo hac necessitate inductus, scriptionis meæ quatuor columnas pro fundamento statuo, nimirum Philosophiam, Astronomiam, Alchimiam, & Virtutem. Et his columnis quatuor innisus aduersarios quoscunque attendam, an ex aliis quæ his quatuor columnis contra me prodicturi sint. Contemtores ipsi sunt Astronomiæ: contemtores sunt Alchimiæ: contemptores virtutum. Qui ergo ab ægris contemni non debeant, qui contemnunt id, quod Medicinam promere ac ministrare ægro omnino debet? Quæ enim mensura metiuntur, eadem ipsis redditur, & per opera propria illi consunduntur. Christus fundamentum salutis erat: & tamen contemtui erat ille. Contemtus vero iste deinceps contemptores illos ita oppressit, vt nec ipsi, nec Hierosolyma consistere possent.

Veteres dissentanei.

Occasio & modus scriptionis.

Fundamentum auctoris quadruplex.

Sic ergo genus hoc Medicorum Academicorum, Chirurgorum & tonsorum merito balatronibus atque nugiuendis confero. Quorum instentorum tribu vos locum primum sortiti estis.

Quatuor columnæ omnem Medicinã eradunt.

Sed ad fundamentum vt reuertamur: quis vnquam probus Medicus futurus est, qui ex quatuor prædictis sine manu non natus sit? Nemo. Nam quatuor istorũ scientia & experientia

ante

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 223 sur 913

ante omnia requiritur? In istis Medicina versatur, nõ in homine. In istis cognitio morbi: in istis morbi signa: in istis morbi Medicina: in istis ægrorũ spes: ac salus posita sunt, quẽadmodũ in passione Christi resuscitatio mortuorum. Ideo vero, quod ex Medicinæ fundamento scribo, à vobis reiicior. Ideo vero, quia vos non ex vero semine & genuina hæreditate nati estis, spurios sectamini, seipsos æquo altius attollentes & magnificientes. Quis vero ex eruditis omnibus vspiam sit, qui professionis petram non pluris æstimaturus sit arena? Soli id Academiarum cornuti beani non faciunt: qui à fundamento, cui insistunt,, nomen acceperunt, depositionis omnis impatientes, & vmbratiles saltem Medici exsistentes. Qui nisi pro forma ita depicti incederent: quis pro Medicis eosdem agnosceret? per opera enim propria manifestari non possent. Sic ergo foris nitent: intus sordidi sunt, & velut quædam imagines statuarum. Quis vero peritus & doctus Medicum à cultu externo æstimat? Nemo, nisi qui supinæ socordiæ & simplicitatis sit. Iam ea autem Medicina, quæ à nullo erudito æstimatur, super qua tandẽ refundata est? Nam ea nec quicquam Philosophiæ redolet, nec Astronomiæ tantillum respit: nec Alchimiæ quicquam præ se fert, nec virtute vlla insignis est. Mihi autem, qui ista talia produco & inculco, ob id nomen inuertitur, vt Cacophrastum vocitent, qui tamen & naturæ & baptismatis iure Theophrastus nominor.

Medicã reptichẽsio.

Cacõphrastus pro Theophrasto.

Vt verò porrò accuratius fundamẽtum meum, cui immotus instituturus sum, intelligatis, nimirum Philosophiam, Astronomiam, Alchimiam & Virtutem: scitote columnam primam integram & perfectam Philosophiam fore ipsius terræ & aquæ: alteram columnam fore Astronomiam & Astrologiam cum cognitione absoluta vtriusque Elementi nimirum aëris & ignis: tertiam columnam fore Alchimiam, cum perfecta & omnifaria præparatione ac artificiosa eductione quatuor dictorum Elementorum: quartam autem fore Virtutem, quæ Medicum sequatur ad obitum vsque, & columnarum trium reliquarum quadam veluti custos & seruatrix sit. Et ad hæc vos sedulò attendite. Nam his quatuor columnis aut vosmet ipsis astipulabimini: aut idiotis certe, ac paganis vniuersis ita manifestabimini, vt intelligant tandem artẽ vestram nullam esse aliam, quam quæ principibus, magnatibus, regionibus integris, & ciuitatibus imponat; quæ scientia nulla, nulla experientia & veritate fulciatur: omnesque adeo honores quibus cumulamini, stultis ac impostoribus meris, hoc est, Medicis vobis persuasis impendi. Qua erga ratione quatuor equidem columnas propono: eadem illæ vobis quoque omnino admittendæ erunt, vos me sectabimini, non ego vos. Me, me, inquam sectabimini: tu Auicenna, tu Galene, tu Rhases, tu Montagnana, tu Mesue. Non ego vos, sed vos me sectabimini, vos dico Parisienses, vos Montpessulani: vos Sueui, vos Misnenses, vos Colonienses, vos Viennenses, vos quotquot Danubius ac Rhenus alit, vos quos Insulæ maritimæ claudunt, tu etiam Italia, tu Dalmatia, vos Athenæ, tu Græce, tu Arabs, tu Israelita. Non ego vos, sed me sectabimini, nec quisquam vel in extremo angulo latitabit, quem canes non permingent. Ego monarcha ero: mea ipsa monarchia erit. Hanc administro, & vobis lumbos succingo. Is qui iam vobis placet Cacophrastus? Hæc merda vobis edenda est.

Colũna quęuis quid tradiderit si..

Medic. reptichẽsio.

Theop. magnanimitas.

Quid vobis autem tempore isto animi erit, quo Cacophrastus vester princeps Monarchiæ constituetur? vos calefactores autem econtra caminos purgabitis? Quid vobis videbitur, si Theophrasti secta solemnem triumphum aget? Si vos sub iugum meæ Philosophiæ trahemini, vestrumque Plinium Cacoplinium, ac Aristotelem Caco aristotelem vocabitis? Si ego illos cũ vestro Porphyrio, Alberto, &c. ac compatribus vniuersis in oleto meo nouiter initiaturus aut baptisaturus sum? ista autem omnia mihi comparabit ac lucrabitur vis mineralis & generatio mineralium: ac quicquid intra vtrumque polum continetur, id mihi auxilio erit, vt Astronomiam vestram ac phebotomandi ephemerides in lacum Pilati submergam: ipsaque adeo Alchimia nostra, Æsculapium vestrum, & Auicennam, ac Galenum, scriptoresque quoscunque alios exurendo in Alkali excoquet, ac in reuerberio, ad feces vsque nouissimas rediget: Vulcanoque subinde Sulphur, picem, nitrumque & oleum affundente ipso auro exquisitius per ignem vos purgabimini. Quin & per stibiã transmittemini: vbi obseruaturus ego sum, quem regem in fundum ponatis. Porro etiam super Duelech vos expoliri faciam. Tandemque ipsa virtus, ceu columna quarta, de vobis spectaculum longe maius mouebit, quam Iuristæ super Malefactoribus excogitarunt. Quantopere vero ad spectaculum hoc vestri ægri in risum effe-rentur? Væ ergo miserę Galeni animæ. Qui si in Medicina immortalis fuisset, Manes eius in abysso inferni (vnde ad me literas amandarunt, quarum datum erat, in inferno) non essent sepulti. Nunquam, nunquam putassem equidem, tantum Medicorum principem in podicem diaboli inuolare debuisse. Huc ipsum eius quoque discipuli insequuntur. Hic vero Medicinæ princeps ac monarcha sit? aut super hoc Medicina exstructa stet?

Duelech. Ferrarius lapis spõgiosus. Galen. a. criter tãgitur.

Quod siquidem ego contra vos adminiculo alio munitus nullo essem, quam testimonio

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 224 sur 913

ægrorum; quanti obsecro in monarchia fierem? Quod tam diuturnum mendacium detego, ac testimonio id solido euerto, veritatemque ipsam æstiuo Sole clariorem produco: quanto certius & sublimius in monarchia dominaturus sim, si præter adducta ægrorum testimonia vos quoq; quadruplici facultate conuincam, & id agam vos vt doceam ego, nec me vos. Nam à vobis quæ didici, ea cum anni præteriti niue euanuerunt: summamque ego librorum S. Ioannis in ignē conieci, vt cum fumo omne infortunium ascenderet & dispareret. Hac ratione Monarchia expurgata est, posthæc nulli igni obnoxia ac deuorabilis. Quæ vos tamen alia adhuc manet. videte vero,, cuiusnam Monarchia sit, mea, an vestra? nisi enim per verborum blandimenta adeo dolosè in gratiam Dominorum irreperetis, ipso Codro pauperiores vagaremini, extremâque egestate compulsi, vestrum ipsorum stercus vorare cogeremini. Hoc modo suos discipulos Galenus docet à mortuis & corruptis victum quærere. Quod si defuncti reuiuiscerent, & corrupti sanitati redderentur, imbulbitarent vos potius, quam flexo poplite prætereuntes salutarent.

Theophr. cur à Philosophis & Medicis defecerit.

Iam vero quod Philosophus sim, non ad vestram lyram compositus, quid mihi ad illud putatis causæ esse? plurimum: hoc exante, quod Naturalia à vobis sine omni veritate & fundamento descripta sunt, ac textus vester cum omni explicatione mera opinio ac somniū exsistit, verumque ac genuinum principium à Philosophis ne primoribus quidem vnguibus adhuc tactum est. quid enim in Medicina primum est, Hoc nempe, vt exploratum habeat Medicus id, quod ante hominem fuerit. Hoc vero Philosophia est, quæ nihil tractat eorum, quæ post hominem, sed quæ ante illum exstiterunt. Hæc autem integre & perfectè scire debet ceu peritus & industrius practicus, non vt Medicus. Hinc duæ Philosophiæ constituuntur: vna rerum inferioris sphæræ, altera rerum sphæræ superioris. Et sic iure profiteri possim, Philosophiam esse duplicem, adeoque duplicem introitum seu exordium biceps Medicinæ: & præterea horum vtrumque iterum duplex esse in se ipso. Vtraque enim sphæra duo Elementa includit. Quæ de caussa Astronomus etiam Philosophus est cœli & aëris. Et quod Astronomus nouit: idem quoque nosse Philosophus debet. Contra vero Astronomus Philosophiam callere quoque debet. Vtrique Philosophi, vtrique Astronomi vocantur. Vterque Astronomus, Vterq; Philosophus est. Alter astra applicat sphæræ inferiori: alter Mineralia sphæræ superiori adhibet. Sic ergo Minera ac Astrum res vna est. Quo vero me ista proponere putas? Non quidem vt nugas agā sed vt serie statuam, Medicum in sphæras duas, in Philosophicam nimirum, & Astronomicam diuidi, & externam in interiorem deduci debere. Sic Medicus est interior Astronomus, & interior Philosophus, ex exteriori Astronomia & Philosophia genitus. Et tamē ne sic quidē Medicus præstò est: verum, quemadmodū in flore calix materia pyri est, ipsū que pyrū, nulli tamē adhuc vtile: sic hic quoque Medicus est, messis autē nondū instat. Ideoq; eū Alchimistā esse decet. Quid pyra ad maturitatem perducit? quid vuas matureſcere facit? Sola? Alchimia naturalis. Quid ex gramine gignit lac? Quid vinum ex arida terra profert? Sola digestio naturalis. Sicut ergo natura foris Alchimistam dat: sic etiam Medicus maturari debet. Et sicut præparatio materiarum omnium in natura fit: sic æque ea per Medicum perfici debet. Maturatio fructuum est coctio naturalis. Sic quod natura continet, coquit. Id plene excoctum, natura ipsa tota est. Sic si Medicus ad prædictæ Philosophiæ & Astronomiæ propositum coquere nouit: iam Medicus est, in quem salutis fiducia audacter iactari potest. Hoc ducto in Philosophiam, Astronomiam, & Alchimiam penetrare debetis. Alias fructuosi ac solidi nihil vllo labore expedietis. Vbi ergo iam latitant vestri Pharmacopæi & iusculatores? Quo vestra Astronomia & Philosophia euasit? Quid ars vestra fuit hactenus aliud, quam fundamentum putridum, ex quo vxores ac liberos vestros ornastis ac poliuistis? Protrahenda hæc in lucem sunt. Et si quidem duplo plures adhuc scorpiones sub herbas conderetis, ipsum tamen venenum non me, sed vos strangulabit, & fraudulenta consilia in colli vestri neruos erumpent.

Duæsphæræ quatuor Elementa.

Philosophia duplex.

Philosophia quæ tradat.

Medicus qui fieri debeat.

Medicus quid?

Alchimia Naturalis artificiosè index

Maturatio quid?

A primo scriptorum vestrorū ad vsque vltimū omnes in vniuersum hactenus ignorastis, quid Medicus vere sit. Id incertæ & ambiguæ vestræ artes euincunt. Approbe vero nouistis, quid Sophista sit. Adeoque quod scire cupitis, id non estis: & esse affectatis, quod ignoratis. Semel dico: Medici non estis: at Sophistæ. Id hoc documento stabilitur, quod vos simul vniuersi, & vniuersi vestri vobiscum libri fundamenti tantum ac veritatis non habetis, vt vel minimum lotium oblatum, quid nam portendat aut præsagiat, vere ac apte iudicare queatis. Hoc ergo quid sit? Aut qualia iudicia habeantur illius commentitiæ hariolationis: Artis veritas conditiones lotii tradit, tam notas Medico & conspicuas, quam sutori modulus seu mustricula est, cui inducat calceum. Iam si arte Vroscopica perfecta caretis: quos vos iudicabo alios, quā domesticos, qui Dominæ Doctrici stipem & vsuram corrogetis ad redimenda sandalia: quo in ordine suum quoque Leno nomen profitetur. Talem oportet esse Medicū, vt quemadmodum

Medicus quid sit, ad Theophrast. tēpora ignoratū.

Lotii quā certa prægnatio.

agricola

agricola adacta securi arborem sternit ac deiicit, hic ipse quoque morbos exscindat & decutiat. Quod si simili ratione nec ego id possim: aeque vobiscum inter Medicos numerari minime debeam. Ita enim Medicina comparata est, vt extra omnem ambiguitatem & mendacium sit. Nihil enim imperfectum à Deo est. Creauit is Medicum perfectum, non dubium. Nec enim id insimulationis Deus pati potest, quasi quicquam imperfecti homini proposuerit: sed homo ipse, quod perfectum est imperfectum facit. Et hic fundamentū vestrum elucet: hic latera vestra punguntur. Sic ergo super quatuor dictis columnis perfectum stare Medicum decet: sic se ordo habet, quo in Medicinam penetratur. Hæc vero quia equidem taliter vrgeo, an propterea repudiatum membrum Academiæ sim? an sim hæreticus facultatis? an seductor discipulorum? Hæc & alia similia ex commentitiis scriptis Galeni & Auicennæ, &c. contra me detorquent illi, ac velut in lutum me proculcare satagunt. Virebo tamen nihilominus, & vos fici aridæ fietis. Ex commentitiis astris vos prodiistis: ea fatiscent, ac cœlum suum ipsius malum vindicabit, suosque sibi Astronomos corriget, terraque ac aqua suos Philosophos renouabunt, & lumen naturæ Alchimistam suum denuo pariet, & ægroti suos Medicos flagellabunt. Hac lustratione instituta: sub quo tandem vexillo ista Doctorum ambitiosorum caterua recensebitur? Quis ipsorum vxoribus stipem ad frontalia & epomides largietur? Nemo arbitror. Fastus enim ipsarum hactenus ex meris mēdaciis enutritus est, quibus vanescentibus & ipse pessum ibit. Quam alte autem tum temporis flammeati illi Doctores sibilabunt? certe non aliter, ac serpentes cōtra bufones stridunt virus earum in ipsos penetret, non in me: ipsique soli sua pharmaca vorent, quos pro me strangulari multo satius est.

Medicina est, stabilis, non fluctuas.

Theophr. prætagia.

Medic. eluuio.

Concluſum ergo & ratum est, sanationem Medicum constituere, & opera ipsa creare Magistros ac Doctores, non vero Cæsares, non Papas, non facultates, non priuilegia, non Academias. His enim abscondita sunt, quæ ad Medicum requiruntur. Ideoque fuco saltem externo studeant, vt magnifiant. Nullus vnquam hactenus ex scholis natus Medicus prodiit, ne vnicus quidem inquam, qui ex vero veræ veritatis principio vel minimi morbi causſam explicare potuerit. Cur ergo vos cuculliferi mea scripta calumniamini. Quæ tamen prætextu firmiore nullo alio repudiare potestis, quam quod mihi occinitis, me præter luxum & Venerem nihil aliud scriptitare posse. Id vero paruum sit? aut pro opinione vestra vsque adeo contemnendū? Nam quod morbos trado vulnerarios omnes, quomodo mutentur in luem Veneream, morbum omnium in toto orbe virulentissimum, quo sæuior nullus vnquam emerſit, qui nulli parcit, qui capita summa quæque præcipue ac maxime corripit ac inuadit: an ob id eo contemtui sim? Si principum, si magnatum, si plebis vniuersæ salutem meditor, & obuios noxiosque errores prodo, adeoque hoc instituto laudem & gratiam omnium demereor: an æquum sit & honestum, quod propter ista in cœnum & lamas extuber? Nec in hoc vllus ægrorum respectus habeatur. Hos enim, non me pessundatis: vobis cordi non est salus illa, quæ per opera mea præstatur: sed vestra causſa agri aut tabescere, aut paralyticari, aut emori coguntur: vestra gratia acti ad me calumniandum inducuntur: nullam interim vel morbi, vel doloris sui curam habentes. Quin & mysteria ac arcana Naturæ, ipsis hactenus incognita, non vna, sed multiplici via pando & reuelo. Quæ quidem arcana, quia illorum obtrita Recepta obscurant, ob id cōtemni oportet, in quibus tamen Saraceni, Barbari, Persæ, Chaldæi, omnes denique gentes ac nationes complacitum habent, & manifeste dotes ac virtutes eorum experiuntur, quas diuina clementia credentibus omnibus elargita est. Hanc Dei clementiam illi propter suas impoſturas abiici volunt, vt hoc nimirum pacto non Dei gloria, sed ipsorum infidelitas præmineat. Sibi ipsis enim fauentes, erga ægros infideles exsistunt.

Medic. quid faciat.

Medic. tu prehensio longa.

Et hæ iniquitates incidant me, vt Beanos ipsos vocitem, quia nimirum vero Naturæ fundamento aduersantur, ac clamoribus suis Syrupos ac pilulas suas præ ipsis arcanis venditare satagunt. Non ego vero, sed illimet ipsi sese produnt ac reuelant, dum strepitu vago auditorum aures grauius obtundunt, vt deinceps arcanis & mysteriis naturæ illi attendere recusent. Sic ergo in decoctis & mixturis Medicorum illi obnatare coguntur, etsi quidem suffocationis metus ferendus sit.

Ex genimine vos viperarum estis. Vnde à vobis, nisi venenū nihil exspectare debeo. Quanto cum probro mihi obiectastis, quod Medicorum ego Lutherus sim: annexa explicatione, quod sim Hæresiarcha? Theophrastus ego sum, his, quibus me confertis, aliquando melior ac potior. Is ipse ego sum, & præter id sum Monarcha Medicorum: qui demonstrare vobis talia possum, qualia vos nunquam. Per me Lutherus sua tueatur: mea itidem & ego plana faciam, iisque omnibus quos mihi confertis, præfulgebo ad quod me mea arcana euehent. Quis vero Lutherum odit? Similis turba me quoque lacessit. Et quæ mala illi vos ominamini, eadem & mihi cuditis nempe ad ignem, ad ignem: nec enim exspectari lixiuium aliud tempestiuum est.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 226 sur 913

Medicus cœlum non gignit

Non me cœlum Medicũ fecit: Deus me condidit. Gignendi Medicus cœlum nulla potentia valet. Ars ea Deo est, non è cœlo. Et mihi de hoc gratulor, quod nequam viri me oderint. Veritas enim osorem non nisi mendacẽ habet. Iure merito vos impostores vocare audeo. Id me Hospitalia vestra docent. Audete quæso aliquid, & cum veritate idem in me scomma retorquete? Vt arma ac loricas contra vos induam, quid opus est: Nec enim scientiæ ac eruditionis vel tantillum possidetis, vt vel minimam mihi literulam proscribere possidetis. Quod si æqua facilitate caluitium meum à muscis tueri, qua meam Monarchiam possim: quod Mediolanum tam suorum hostium securum ac ego vestri, esset: eo pol nec Heluetii, nec milites alii inducerentur. Non alapis quidem ac colaphis, sed Arcanis Monarchiam meam tuebor. Arcanis autẽ, non ex Pharmacopolio depromptis: in quo meræ coctiuncæ ac iurium miscellæ dispensantur. Vos autem contra caussam vestram parasitationibus tuemini. Hoc quamdiu duraturum censetis? Quid non tentastu? vt me alutariis obtruderetis? Hi tamen olim prurientia vestra tergora scabent, & in fouceas aliis paratas, vos ipsos incitabunt. Disputando autem mihi palmã eripietis, qui ne quidem obiter simplicium periti estis? Sed ea à Pharmacopœis vestris primum discitis, rogantes, quid hoc est, qui illud vocatur? Gloriam venamini, & pharmacopœorũ tyrones estis? Apage. Extra vestimenta vestra ne canem quidem commissurus sim.

Theophr. scitum veritas.

Iuramenti pretextus.

Quia vero non, vt ipsi, conductu publico medicor, aut in aulis Principum vel primariis ciuitatibus versor: an ob id minoris pretii sim? Sic illi ergo propter præstitum iuramentum insolescunt, & eo iuramento iactato disputando me elidere conantur. Hæc autem talia ex simplicitate Magistratuum accidunt: qui tales conducunt, vt summã diligentiã impendant: nec iuxta tamen considerant, nihil de ipsis diligentiæ & industriæ exspectari posse. Isti enim nominato stipendio annuo, nescio quid sponderent aliud ne de re, tam leui quid dicam. Quæ vero ista magistratus, vel simplicitas, vel probitas est, quod iuramento alligant istiusmodi homines, qui iuramentum tamen seruare non possunt? Nec ex hoc conductu aliud, quam impostura grauius inualescunt. Imperito enim populo persuasum est, eos, qui iuramento dato fidem nuncuparunt, errare minime posse, ac hoc credunt, vbi iuramentum & conductus sunt, ibidem quoque artem glisscere, adeoque ex iuramento præsumunt, peritũ & veracem alium non esse, quam istiusmodi iuratores. Expẽdite amabo, quot simplices per iuramenta talia decipiantur? Hæc enim qui euoluit, testimonio illi extraneo nunquam astipulabitur. Testimonium id admodum aridum ac ieiunum est, quod iuramentum tale promit. Innuitur enim illo artem præsto esse, vbi non est: & talia omnia iuramentum velare aut expiare debet. Quis vero vnquam audiuit, Medicũ iuramento astringendum esse? An hoc pacto ad probitatẽ ille compelletur? Quid vero hæc vis aut coactio, si ars desit? Quod si coactio hoc respicit, vt pretium inique non intendat: iam is pro vno tribus dolum intentabit, vt numeri sui certus sit. Dolenda istiusmodi coactio ad iuramentum,

Iuramẽtum cui & quando deferendum.

est. Nemini iuramentũ deferri debet, ni prius compertum sit, quod id ad nullã fraudem occasionem ministret. Durum id certe testimonium est, quod datum apud populum præiudicio est. Vos affirmatis, cum probum & idoneum esse: ipse vero improbus & inidoneus deprehenditur. Et iuramenti nomine approbatis, quod approbari minus conueniebat. Ideoque attendite, quousq; se iuramentum prolaturum sit. Ipsi vt prouisiones captent, manus ac pedes dubio nullo abiurarent.

Hæc tamen quocunque se modo habeant, ipsos iuramentum contra me non tuebitur. Necesse habent, vt de brabes cursim mecum ad metam se effundant. Et impostoris suis nuntium mittere cogentur, etsi quidem animo defecturi sint. Valedicent etiam excusationi illi, qua dicunt, Deus ita disposuit. Temperabunt sibi etiam de mendacio, dum nugantur, si non iuuat, nihil nocere. Sic & in curationibus ex ligno, ex hydrargyro, ex catharticis, & similibus dicere solent, nihil nocet, libate, principio vos inungite, & obseruate, an vobis nihil damni det. Faciam equidẽ, vt intelligatis, quam veterinariam exerceatis: & vobis sim hæreticus & vagans. Quanquam me veritas, & non mendacia vestra, ad vagandum inducat. Audacter enim profiteor, quod lanugo occipitii mei multo plura sciat, quã scriptores vestri vniuersi. Quin & calceorũ meorum annuli doctiores sunt ipsissimo vestro Galeno, vel Auicenna. Et barba mea experientiæ maioris est, quam Academiæ vestræ vniuersæ. Tempori illi inhiabo, quo porci vos per lutũ tracturi & versaturi sint. Et peregrinus iste qui nũc placet vobis: Quid videtur vobis de onagro Eremita? ——— Erumpite tandem. Quid in vobis est? Disputandi ne periti estis? Quin ergo initium facitis? Disputatio eò vos adiget, vt ratio vobis de ægris reddenda, & magistratus politici pœna subeunda sit. Quam suauiter vero id vos fricat, quod Iuristarum patrocinio fouemini. Quid vero si præsidium illud aliquando confringatur, & vos instar piscatorum in syluis spectaculum publicum exhibeatis? Nolite turgere, dicentes, Patrem habemus Galenum, patrem Auicennam. Illos lapides comminuent, & cœlum Medicos alios producet, qui cognituri erunt quatuor Elementa,

Elementa, adde & Magicam & Gabaliſticã, quæ vobis cataractæ ac ſudes in oculo ſunt. Erunt illi Geomantici, erunt Adepti, erunt Archei, erunt Spagyri, poßidebunt quintum eſſe, callebunt arcana, myſteria habebunt, tincturas ſcient. Sub hanc reuolutionem vbi vos coctores locum inuenietis? Quis vxoribus veſtris tum temporis tenera labella tinget, & acutos naſulos emunget. Genius malus in mappa.

Quam libenter, quod vobis facio, me ita alloqueremini: Theophraſte, & tu perdis ac interficis ægros, non minus nobis. Minime vero, minime. Vos quæ perditis, ego reſtaurare annitor. Si non ſuccedit, prior corruptio à vobis eſt. Ideo vos piſcatoribus ſyluaticis comparo; qui prædantur, quod reddere non poſſunt. Quis mortem retrahere poteſt? Quis præciſum membrum iterum agglutinari poteſt? Ita vos membra reſecatis, licet ſine gladiis, ſine cultris. Dicitis: at nec ipſe Theophraſtus huic opitulari poteſt. Eſto. Quis vero iſtiuſmodi latrocinia piare & erigere queat? Hunc quindecies ſuffumigaſtis: hunc toties inunxiſtis: illum toties lauiſtis: iſtum biennio vel triennio in ligno circumduxiſtis: in hoc libræ quadrans hydrargyri latet, in illo ſelibra, in alio, libro vna: id iam in medulla hæret, iam in venis fluctuat, iam in iuncturis figitur: hic vinum conditum eſt, illic forma pulueris: hic ſublimatum iacet, illic calcinatum, iſtic reſolutum, alibi præcipitatum. Et ſic ſimiliter etiam de rebus aliis. Quis vero eſt, qui cuiuſuis probra obtegere poßit? Quis eſt, qui meretricẽ quamlibet conuertere aut excuſare queat? Quantopere vero optatis, vt ignominia veſtra in meum dorſum recidat, ſicut multoties id machinati eſtis? At quia ſcio, quod Doctores lignei ſitis, nihil formido. Et ſi quidem ætatem duplã ſtudiis impendiſſetis, ſemper tamen curam cum ligno clauditis. Id veſtrum ſtudium eſt. At iſta ſpatio dierũ quatuordecim aſſequi poſſetis, non in Academiis, ſed & in triuialibus. Vah dedecus, ſcire iam etiam quemcumuis fabrũ, quod cura veſtra ſine ligno nullius momenti ſit. Idem vobis cum capris ingenium eſt. Quo ſcandunt altius, eo plus ſuperbiunt, nec cogitant, locum inferiorem cum ſuperiore eundem eſſe. Quod ſi ergo fundamento alio nullo nitimini, nec ſcriptores ac auctores veſtri Medicinæ neruum propius attigerunt, nec etiã canones veſtri ac recepta & proceſſus alii, quibus vtimini, ſolidiore fundo firmati, aut certioris fiduciæ ſunt: ex his iam luce meridiana clarius patet, veram Medicinam nondũ adhuc repertam fuiſſe, nec aliud quicquam egiſſe vos hactenus, quam quod felis facit circa pultem.

Theophr. cur & quos iuuare nõ poſſit.

Curatio ligni reſiccatur.

Adeo ne ſtupidi eſtis vt putetis, Pœnum Græcum, & Mucilaginem Pſyllii, aut quæ his ſimilia alia ſunt, vera & genuina maturatiua eſſe? Videte, quot Recepta in Anthrace præſcripta ſint, quæ indicio communi ad Anthracem conducere videri poſſent. Sed iudicium tale ad Medicum non ſatis eſt. Cernitis Saphirum à Deo in Anthrace præmonſtratũ eſſe, & non vnguentum album: non vngulam caballinã in peſte. Et putatis vos, hoc fundamentum ſcriptis proditũ exſtare? Minime gentium. Medicina non aliter ſe habet, ac ſi quis cũ cultro tignarius eſſe velit. Cenſetiſne, recte de gradibus, recte de compoſitionibus à vobis perſcriptum eſſe? Longe à ſcopo erratũ eſt: Medicina tam amplum in ſe fundamentum complectitur, vt huiuſmodi res omnes ne ipſi quidem principio æquiparari poſſint. Adeo vero vos ſimplices eße, vt in vrinis immoriamini, etſi quidem quotidiana mendacia perniideatis? Lotium quidem ex ſe bonum eſt, & magnum de ſe iudicium præbet, ac in ſeſe continet vniuerſam Phyſionomiam, Anatomiamque cũ ſuis proprietatibus. Iſta ſi iam in lotio exſiſtunt, à Medico certè integre ac ſolidè pronuntiari debent, cum omnino inſint. Intus vero ſi minime eſſent: ſatis explicata illa eſſent, quibus vos contenti eſtis. In pulſu corpus vitæ habetat: & hoc pulſus indicat. Ex hoc demonſtrate, quæ de vita demonſtrari opus eſt. Sed non his ſaltem in rebus, verum & in aliis multis vos Auditores ac Lectores admonitos velim, ne quam huic meæ præfationi arrogantiam aut naturam Martialem fors impingatis, ſed idem ad idem referatis, cogitetiſque non ex tam leui fundamento, quale hactenus creditum eſt Medicinam tam leuiter exſtructam & enatam eſſe. Quod ſi enim Sapphirus vera Anthracis curatio eſt: quis quæſo fidem illi impenderet, qui aliquid de Fœno Græco proferret? Hæc ergo exempla & digladiationes vobis ſemper præ oculis verſentur, vt ad ſublimes Medicinas penetrare poßitis, nec in illis immorari cogamini quos neq; Deus, neque Natura eò condidit ac præſtituit, vt nimirum veras inuentiones aſſequamini, quarum vobis multa volumina propoſui, deſcripta ex quatuor ſequentibus, Philoſophia, Aſtronomia, Alchimia, & Virtutibus. In quibus aſſerendis propoſitum meum fuit, eo vos auditores agere, vt præter hos quatuor limites nihil vſpiam acceptatis aut admittatis. Qua cauſſa eorum explicationem deinceps aggredior, vt meæ commentationis fundamentum ac cauſſas intelligatis, me & meos aduerſarios æqua lance libretis, ac vnumquemque pro ſuæ ſcientiæ ac experientiæ modo colatis honoretiſque. DIXI.

Saphirus Anthracis Medicina.

Lotio quanta indicia inſint.

Theophr. excuſatio.

Sapphirus Anthracis cura.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 228 sur 913

PRIMA MEDICINAE BASIS, SEV COLVMNA. PHILOSOPHIA.

CVM Philosophia primum ac præcipuum Medicinæ fundamentũ positum sit operæ pretium est, nos ante omnia scire, qua ratione ex Philosophia medicinæ cognitio de promi possit. Id vero priusquam explicem, vsus ac res poscit, vt primo sub aspectum vestrum deducã eos, contra quos scribo: quo nimirũ falsam & adulterã Philosophiam recte noscatis, antequam ad veram ac genuinam describendam me conferam. Persuaderi autem ægre poteritis ad renunciandum illis, quæ consueta vobis sunt: imo in quibus instituti & educati estis. Et tamen de vnoquolibet mihi spem facio, si', quibus assueuit, & quæ exercuit, sobrio iudicio cum his nostris conferat, facturum ipsũ, vt nihil putet tam durum, quod emolliri nequeat, nihil etiã tantopere molle, quod indurari nõ possit: deq; eruditione adeo ipsa sic persuasum habeat, semper recentiora antiquioribus dominari ac potiora exsistere. Ex Philosophia à primis illico eius incunabulis muscus excreuit: huic postea annati fungi sunt, ceu glandulæ in corpore, Aristoteles & eius assectæ cum Philosophia idem egerunt, quod feces, quæ à vino terram extrahunt. Et spuma, licet quidem eorum, quæ olla continet, pessima sit: nihilominus tamen in loco sublimiori obnatat, & inferiora meliora obtegit. Hinc etiam, quia melioris obtecti, aliquem gustum resipit, inter cibos quoque numeratur illa: sed canum tamẽ solum ac felium. Idem hic de vetere quoque Philosophia censendum est: quæ fungos saltem ac spumas tractat, non ipsam, vnde enata est, materiam. Huiusmodi fũgosa Philosophia Theoricata est in Medicina: vnde postea spumosi Medici prognati sunt. Hæ duæ potestatem sibi sumserunt condendarum rerum naturalium, ac describendorum affectuum morborumque humanorum. Sed quale est id fundamentum, ex quo procedunt: sic fructus quoque ex sua radice similiter censendi sunt. Vnde vos præmonitos velim, nihil vnquam tam scabrum ac asperum esse, quod dolabra non complanare: nihil tam curuum, quod malleus non dirigere: nihil tam sæuum ferumque quod venator non sternere possit. Quid quæso aut honestius, aut commendabilius in frugi discipulo esse possit, quam vt molli putamine iaceat, nec induretur prius, quam disciplinæ suæ solidas alias adeptus sit & tandem manus ferulæ subducat? Et his demum res ea laudi & gloriæ est, si veteres & exsoletos ipsi è nido excutiãt. Ars etenim ac scientia, modestiaque & dilectio, singulis sese momentis supra suos magistros extollere, ac instar vernantis fagi, quæ læto incremento suo annosę gloriam obscurat, pullulascere debet.

Philosophia vetus quales.

Aristoteles

Discipuli virtus qua.

Ars præceptores euincens laudi est.

Sed ad prę̃sumtam Philosophiam mihi diuertendum est, vt veræ medicinæ fundamentũ intelligatis. Illa etenim sola cognitionem hanc largitur, qua instructum esse decet medicum in morborum vniuersorum materia, conditione, ac natura propius perspicienda. Præter eam enim via alia non supereſt, qua veritas & natura corporis tam ægri, quã sani æstimari possit. Extra Philosophiam hanc, quæcunque vndecunque disquisitio & notitia alia deprom̃tur, ea mera impostura putanda est. Intellectus etenim, qui cranio nostro includitur, ad gignendum medicum nimis impotens est. Medicinæ siquidem Philosophiam ita explicari fas est, vt sensum eius ipsi quoque oculi capiant. Fas est, Philosophiam in auribus non minus sonoram esse ac clangentem, quam vel prę̃ceps lapsus Rheni, vel ventorum in Oceano strepitus aures ferit & percellit. Fas est, linguam eius non minorem & indistinctiorem gustum, quam vel mellis, vel fellis percipere. Fas est, nares quoq; integrũ totius subiecti odorẽ haurire & discernere. Præter hanc exquisitam cognitionem aduersum & nauseabundum est, quicquid vspiam naturæ additur, aut apponitur. Philosophię etenim meæ ea doctrina est, quod natura ipsa morbus sit. Vnde sola quoque, quid morbus sit, cognoscit. Eadem sola quoq; medicina est, ægrorũ corporum affectus edocta. Extra duorum horum cognitionem, quis tandem medicus fieri possit? Ex ipso medico quidem nec vllus morb⁹, nec vlla ægritudo procedit. Quia vero is ratione morbos infligere eadem & sanitatẽ impertire potest. Et quis hic ipsa natura expeditior didascalus est? Ipsa harum rerum omnium gnarissima est: ipsa harum rerum vniuersarum planissimam

Philosophiæ encomium.

Natura est morbus ipsa, & sola morbi medicina.

vniuersarum planissimam institutionem suppeditat. Hac planissima explicatione medicus ipsis cõmodissimè informatur. Iam si natura sola harum rerum conscia & gnara est: sola etiam remedia seu recepta concinnabit, ac hæc compositionis ars ab eadem sola in conspectum medici proferetur. Ars ex ipsa egreditur, non ex medico. Ideoque necesse est, medici cognitionem & plenam industriam à natura ipsa promanare. Plena autem cognitio, seu perfectus intellectus est, quod manus palpant, quod oculi vident hoc, intra cranium, quod absconditè præsumitur. Quod enim obscurè & secretò comprehenditur, fidem parit. Exitum autem seu perfectionem probant ac dant opera, quæ visibilia sunt. Iam si ex natura nasci medicum oportet, quid natura aliud, quam Philosophia erit? Quid Philosophia aliud, quàm inuisibilis natura? Qui Solem & Lunam ita cognouit, vt vel clausis oculis sciat, qualis Sol ac Luna sit: is Solem & Lunam ita intra sese continet, quemadmodum in cœlo aut firmamento consistunt. Hæc ergo iam Philosophia est, vt intra hominem velut extra eum definitè illa luminaria consistant, non secus ac si in speculo se quis contueretur. Quemadmodum ergo se quispiam secundum lineamenta quoque minima contuetur: sic non minus expressè medicus in sua cognitione gestare hominẽ debet, ex speculo 4. Elementorum desumtum. Ea enim totum microcosmum tam accurata idea exhibent, vt non secus ac per clarissimum vitrum is inclusus transluceat. Debet enim homo Medico ita pellucere & lucidus esse, quemadmodum pellucet ros destillatus, in quo ne tantillum quidem est, quod perspectum effugiat. Per hominẽ Medicus visu penetrare debet, non minus, quàm per limpidum & nitidũ fontem, in quo etiam lapillos quoslibet & arenas cum congenito colore formaq; ac cęteris interstinguit & diiudicat. Non minus, inquã, conspicua medico membra vniuersa corporis esse decet. Membra ea non minus polito crystallo, in quo ne pilus quidem latere possit, pellucida Medico esse conuenit. Hæc nimirum illa Philosophia est, super quam medicinæ fundamentnm exstructum est. Non quidem, vt taliter ipsum hominem peruideas, sed naturam in isto cœlo inclusam. Illa tibi membratim omnia exhibet. Nã ex ipsa homo factus est. Materia illa, ex qua is factus est, testatur tibi de eo, quod inde factum est, non secus ac in ære læuigato ędificium conspicaris, quod forinsecus illucet. Remota re externa, eius nec idea interior in speculo manet. Externum enim peperit internum. Ita ergo homo simulacrum est à 4. Elementis, in speculum impressum. Solutis elementis, homo quoq; soluitur. Quia enim externũ speculi amouetur: ideo nec internum subsistere potest. Ideoq; Philosophia nihil est aliud, quàm plena & absoluta notitia seu cognitio eius, quod imaginem speculo indit. Et quemadmodum, quæ in speculo imago est, nemini suæ essentiæ ac naturæ scientiam suppeditare potest, cũ nihil, quàm imago mortua sit: sic homo quoq; per seipsum est. Ex ipso enim nihil desumitur, nisi quod ex cognitione externa proficiscitur eius, cuius figura illa in speculo exsistit. Homo quod loquitur, sermo est incertus: vox saltem est & lingua. Medicus v. non plura sciat, quam si ad speculum ægri personam loqui videat, nec vocem audiat? Totum ac integrum Medicus microcosmum nosse debet per ipsam eius matricem, ex qua natus est. Nec enim vllum vel minimum membrum aut capillus in homine est, quem testa ea non complectatur, & multis modis exhibeat ac referat. Et sic, quod dictum est, medicina vera nullo pacto Philosophiæ spumam, aut fungosam Medicinam ferre ac tolerare potest, sicut hactenus passim deblateratum est.

Cognitio quæ perfecta.

Homo totus Medico perstare debet.

Homo ex natura.

Philosophia quid?

Longo verborum apparatu opus esset, si quis hic clarum ac manifestum facere vellet, quanto interuallo Philosophia Aristotelica, Stoïcaque, aut Platonica ab hac mea distaret: quanto iterum Philosophia Trithemii Theophrasti à me Aureolo Theophrasto seiungeretur. Quæ discrimina quidem in descriptione Philosophiæ à folio ad foliũ satis plenè tradita sunt. Attamen quod huc facit, ad intellectum dictorum, nimirum medicinę istiusmodi Philosophiam hic fundamentum esse: sciendum vobis est, quod materia, species, & essentia Medici omnino corpora exsistant: & causa constitutionis & dissolutionis Medici scientia sit. In his Medicus suam cognitionem habet. Iam, vt prædictum est, opus habet, vt harum rerum intellectum capiat ex matrice, ex qua conditus est. In illa eor suum inuenit & omnem cordis lætitiam ac dolorem.

Theoph. Philosophia à veterum diuersa.

dolorem. In illa reperit cerebrũ, & quæcunque cerebrum vel reficiunt, vel afficiunt. Ita & renum delitias offensasque. Ita iecoris desiderium & nauseam. Ita affectiones partium etiã cęterarum omnium. In quibus hæc restat indagatio, vt discatur, quid sit, quod intrinsecus membrum hoc vel illud afficit. Hic autem caterua Medicorum contra me insurgit. Nec enim illi parentes hominum sciunt noruntve: sed ex mortua in speculo figura suam artem condunt, suæque phantasiæ, aut speculationi inhiant, nomina dirigentes & explicantes pro cuiuslibet natura, quod in nulla tamen Philosophia fundatum est. Hinc etiam emerserunt illa nomina *Cholera, Melancholia, Phlegma, & Sanguis:* quorum fundamentum nihil est, nisi vaga & volax speculatio. Quis enim in natura vnquam vidit choleram? Quis Melancholiam vnquam in Philosophia reperit? Quis vnquam pro Elemento phlegma agnouit? Qua vnquã re sangnis aëri factus similis est? Quis eos vspiam docuit cœlum materiale, & globum terræ cum inclusis Elementis in corpus distribuere? Huius suæ speculationis fundamenti plus non habent, quã virtutis aut voluptatis illi, qui quid aut simpliciter opinantur, aut somniant. Sic ergo super speculationes ædificant ac concepta somnia: quod à nobis ac sanis Medicis absit quam longissime. Ex externo hominem totum compone. Sic in eo inuenies omnium materiarũ conspicua corpora & in hisce omnes species membrorum, sanitatis, morborum, & horum omnium essentias, quomodo se nimirum vnum habeat ad alterum, quid redintegret. In hoc posita est illa sapientia, quam quærere debet Medicus. Nec enim à cœlo sapientiam haurit Medicus. Eandem nec hereditariò quoque assequitur: sed augescit illa apud ipsum indies, quemadmodum ars apud probum & sagacem artificem: eaque data sapientia est à parentibus Microcosmi, illorum filius cognoscat. Si Medicina secundum originem suam ex homine nascerẽtur, oporteret quoq; morbos ad originem & captum sui Medici dirigi, aut accommodari. Vnde tot morborũ origines constituerẽtur, quot darentur Medici. Et sic quidẽ suo nomine cholera recte appellata esset. Quod tamen fas non est. Medicus imo morbũ sectari debet, quẽadmodum vacca præsepe. Vnde conficitur, ex natura prodire Medicum, non ex speculatione. Natura enim visibilis est: speculatio autem inuisibilis. Medicũ facit, quod visibile est. Inuisibile nullum creat. Visibile veritatem parit, inuisibile minimè. Quicquid inuisibile est, & est hominis, illud se visibiliter offert. Vnde etiam elicitur iniq; vos profiteri, *hanc esse Choleram, hanc esse Melancholiam.* Ita dicẽdum erat: *hoc est arsenicus, illud est aluminosum.* Sic pariter: *hic est Saturni, ille Martis:* non autem, *hic est melancholiæ, ille choleræ.* Pars enim vna cœli est, pars altera terræ, inuicem sibi permixtæ, velut ignis & lignum, vbi vtriusque nomen aboletur & fatiscit. Duæ enim sunt res in vno. Sic si dicitur, *Hic morbus est Acorinus, hæc ægritudo est Anthera*: tum naturalis Medicus intelligere potest, quod, sicut in macrocosmo, ita pariter & in microcosmo, Anatomia noscenda sit. Si dicitis: *hic morbus est pulegii, ille Melissæ, iste Sauinæ:* tunc cura certa ex ipsis nominibus vobis depromitur. Nam quot sunt matricariæ: tot sunt matricis passiones. Et hoc sensu remedium vnum, non verò cõgesta plura, contra morbũ vnum procedit. Nolite ergo phantasmatis vestris decipi ac eludi, vt pro speculatione vaga proprietatem ac numerum morborum designetis. Externi oculi ista omnia stabilire debent. Sic porro vos etiam loquimini: *hoc vitium est sanguinis, hoc est vitiũ hepatis,* &c. Istos vero vobis lynceos oculos quis quæso Deorũ impertiuit, vt tã probè sciatis, vel sanguinem, vel hepar in causa esse: cum tamen quidnam sanguis sit, ne tantillum quidem cognitum & exploratũ habeatis? In magna anatomia sanguis nihil aliud, quam lignum est. Lignum autem nomen vnicũ est: & tamen lignorum centenæ aliquot species exsistunt. Non pauciores species etiam ipsius sanguinis sunt. Et quam varii fructus ex arborib. proferuntur, tam variæ quoque ægritudines sanguinis fiũt. Et quẽadmodũ cœlũ arbores vegetat per æstatẽ: easdem vero sopit per hyemẽ: sic eodẽ regimine sanguinẽ quoq; alterat, mutatq;. Ex quo iã euĩcitur, vero ac genuino Medico ita loquẽdũ esse: *hic est morbus terpentinus, iste est morbus sileris mõtani, ille est morbus Helleborinus, &c.* & nõ isto modo, *hoc est phlegma, hæc est brãcha, istud est rheuma, illa est coryza, ille est catarrhus.* Nec enĩ hæc nomina ex fũdamẽto medicinę promũtur. Simile enim suo simili nomine quoq; respondere debet. Ex hac enim similitudine procedũt opera, h. e. arcana manifestant in suis

Medic. reprehẽsio.

Humores sunt speculatiui.

Scientia homini vnde detur.

Medicũ natura cõstituit.

Morbi nominandi.

Medic. reprehẽsio.

Sãguinis species infinitæ.

Morbi nominandi.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 231 sur 913

ſuis morbis. Nec enim colica ſaltem vna eſt: ſed plures,& tot,quot arcana ſunt in colica. Hinc ſequitur *colica Zibetina*,, *colica muſcata*: non *colica ventoſa*, non *colica fellis*, aut aliæ ſimiles, prout earum origines vos deſignatis.

Colica ſpecies quæ.

Hoc loco illorum mihi factio iterum tangenda eſt,qui tam longinquo tempore mihi aduerſarii exſtiterunt, dum impreſſiones ac influentias fructuum ac mineralium inutiles planè, & ad Medicinã nihil ſpectantes fecerunt: & tamen humorum ſuorum ſpeculationem illis antepoſuerunt, perſuaſum habentes, nullam Philoſophiam, aut artem externam corporis affectibus quicquam cõmodi præſtare. Huius inſcitiæ impulſu quatuor humores excogitarunt, ex quibus, quæ ad Medicum de cauſſis, ac naturis morborum ſpectant, ſciſcitantur & captant. Quod ſecus nõ quadrat, quam muſca ad aſinum. Cauſſa hæc eſt: quia nihil quicquam in corpore eſt,quod foris ſuum indicium non det.Formis autem & corporali hoc aſpectu nihil offendi debes. Ibi enim hoc fundamentũ conditũ eſt,quod te ſcire refert.Et alibi quęſito fundamẽto minimè opus eſt. Nam ſuper innatam ſcientiam,& acquiſitam Sophiſticam,artem Medicinæ Deus non conſtituit. Tu autem à doctis omnibus ſeceſſionem feciſti:hoc eſt,poſtquam Medici in fraudes ac impoſturas declinarunt,vias alias nouaſque meditati ſunt, per quas homines eruditi & induſtrii fierent, qui facultatũ ac artium harũ originis tamen ignari eſſent: vt nimirum præſumtã ſuam nequitiam prætextu ſingularis eruditionis velarent. Iam ergo, quis vobis Iuriſtam iudicem aut arbitrum dare auſit? Eo enim vos proripuiſtis, vt Cęſaribus ac ipſis Papis, quæ tractatis obſcura & abſcondita ſint?Aut qui vos Theologi damnare poſſint,cùm ex ſcriptis veſtris expiſcari non poſſint, Deo ne an Diabolo cultu veſtro magis adhæreatis? Adeoque mendacia veſtra in humores reconditis,vt iam nec abſolutio, nec pœnitentia vlla vobis irrogari poſſit. Porrò autem, quis vel ipsũ vulgus iam veſtrum iudicem ſtatuet? Idioma ſiquidem veſtrum exoticum eſt totum: ac tam miros vobis vocabularios ac dictionarios conditis, vt inoffenſus eos nemo quiſquã aſpicere poſſit. Et huiuſmodi exotica verba in officinas quoq; ingeritis, quæ multò commodiora hortus ipſe ſuppeditaret. Sic ergo Medicina ab eruditis viris tantũ ſeiuncta eſt,quantum canum cæſor ab hominibus honeſtis: cum tamen fas eſſet, Medicinam in patria lingua tam claram & ſincerã conſiſtere, vt Arabem Germanus,Germanũ Græcus omnino intelligere & aſſequi poſſit. Debebat Medicina in arte ſua ac-ſcientia tam nitida & cõſpicua gliſcere, vt & eruditorum omnium, & ipſius artis apud vniuerſos ſingularis auctoritas ac admiratio exſtaret. Quem enim cœlum ornat, niſi Doctorem,qui ipſum cognouit? Quem terra decorat, niſi ſuum Philoſophum?Arcana enim firmamenti terræ per Medicum panduntur. Ipſi ſecreta naturæ ex ſe patent: eruditis autem illa per Medicũ impertiuntur. Ita ergo Philoſophia cõplectitur omnes partes, omnia membra, ipſam ſanitatem, ac etiam ægritudinem,quod extra iudicium vrinę addiſci oportet. Pulſus continetur in firmamento:Phyſionomia in aſtris: Chiromancia in mineralibus: ſpiritus in Euro & Zephyro: febres in terræmotibus: & ſic alia in aliis. Has res ſi à verbo ad verbum Medicus callet: videt ac internoſcit etiam extra hominẽ omnes morbos. Quod ſi ergo homo cum omnibus ſuis affectibus ſeu ægrutidinibus in te ita effigiatus & expreſſus iacet: tum ad interiorem hominem penetra, & Medicũ age: tum demum vrinam ſpeculare, & pulſum tange, ac perſonam iudica: nec tamen horum quicquam ſine cognitione externi hominis, qui cœlum ac terra ſolus eſt.Nec vnquam eius ſis confidentiæ aut ambitionis,vt citra fundamentũ tale hominẽ quenquam attingere auſis. Speculatiuum etiã tuum ac arenoſum fundamentũ nihil tuere, quod mobilius eſt ipſa arundine ventorum vi in vndis agitata. Hoc autem contenti etiam eſtote, à vobis quod eo deducta res ſit,vt iam fides porro vobis addicatur, etiam ſine operibus, &, quæ veſtra eſt culpa, ipſi Deo irrogetur & imputetur.

Humores non teſtari de morbis.

Medicinã docet eſſe perſpicuam.

Philoſophia quæ cõplectitur.

Homo internus ſine externo nõquam iudicãdus.

Vt autem in Philoſopho illuſtrando & exornando pergam, ſciendum eſt, ipſum duplicem exiſtere: vnum cœli, alterum terræ. Adeoque ſphæra vtraque partem Medici vnam conſtituit:nec alteruter totus ac integer Medicus eſt.Iſte Philoſophus eſt, qui ſphęrę inferioris cognitionem habet.Iſte Aſtronomus eſt qui ſphęrę ſuperioris ignarus eſt.Interim tamen vtriq;ſcientiã vnam, vnam artem habent, ac inter ipſos myſteria quatuor Elementorũ verſantur. Vna ſcientia eſt eius,qui Mercuriũ cognouit, cũ illo qui

Philoſophus duplex.

Phil ſopho qui s. Aſtronomus quis Aquilatus.

Aquilatum

Aquilatum nouit. Vna ſcientia eſt eius qui Marchaſitam nouit, cum eo, qui Galaxam callet. Qui Mannam nouit noſcenti Angelicam ſimilis eſt. Vna vtriuſque diuiſæ partis Anatomia eſt, non aliter diſtans, quàm brachium à brachio, pes à pede, dexter oculus à ſiniſtro, inferiores dentes à ſuperioribus, caro pedum à carne maxillarum vel buccę. Sic Saturnus vnus in cœlo, ignis eſt: alter in terra, terrenus. Sic Sol vnus in aqua: alter in cœlo. Sic quadruplex res quælibet in homine. Et quicquid in extremo angulo terrę iacet, eius vmbra cadit in hominem: quicquid in imo mari eſt, hominẽ imprimit, aut figurat: quicquid ſub polo Antarctico ſubſiſtit, reflexionem ſuam ad polum Arcticum emittit: & quicquid polo Arctico ſubiacet, ſuam reflexionẽ homini ſub Antarctico impetit. Quid Venus orbis eſt aliud, quàm matrix ventris? Venus enim orbis Medicum matricis dat. Quid conceptio ventris eſt, ſi Venus mundi eam non operatur? Quid vaſa ſpermatica conferunt, ſi vaſa Veneris non faueant? Quid ferrum eſt, niſi Mars, quid Mars, niſi ferrum? Vtraque Mars: vtraque ferrum. Quid diſcriminis eſt inter Soles, inter Lunas, inter Mercurios, inter Saturnos, inter Ioues? Nihil ſi ad hominem reſpicias, niſi quod hic excludit forma. Non ergo quatuor, ſed vnum arcanum, quadrangulare tamen, ac velut turris, ventos quatuor ſpectans. Et ſicut turris nullo horum angulorum carere poteſt: ita multo minus Medicus partium harum vna carere poteſt. Pars vna Medicum non integrat. Sic nec duæ, nec tres: ſed quatuor ipſum perficiunt. Tam enim ipſum eſſe decet integrum, ac arcana illa ſunt, quæ in his quatuor conſiſtunt. Et quemadmodum per ouum in vna teſta mundus prefiguratur & pullus vnus cum omnibus alis ſuis in eo concluditur. Sic res quoque vniuerſas, quas mundus ac homo complectuntur, in medico conditas eſſe decet. Et ſicut gallina prefiguratum mundum in teſta per incubationem ſuam in pullum mutat: ſic per per Alchymiam maturantur arcana, quæ philoſophicè in Medico poſita ſunt. Et quemadmodum ignis parat & purat; ſic hæ res quoque in terram ſeu apricum producuntur. Iſtud autem hic deficit, quod Medicum ſatis nondum excuſſimus. Illud enim ſi ignorant: nec arcana ipſa nouerint. Si, quid cuprum pariat, aut vitriolata gignat, neſciunt: ignorabunt etiam quid lepram pariat. Si non norunt, quid ęruginem in ferro conciliet: ignorabunt etiam, quid exulcerationes inuehat. Si neſcij ſunt, quid terræ motus concitet: neſcii etiam erunt, quid febrium horrores inducat. Ab externis diſcendum eſt, quid homini incõmodet: homo ipſe horum nihil indicat. Vbi autem fundamentum ſitum eſt, ibi ipſi ſomnolenti prætereunt. Non quòd ex Mercurio & Sulphure metalla gignantur, prout ipſi volunt. Nec hoc verum eſt, vt iidem ponunt, terram puram lapides non gignere. Non enim ex terra, ſed ex aqua lapides terræ naſcuntur, ac aquæ veluti metalla ſunt. In generatione autẽ metallorum illi obliuiſcuntur eius, quod tamen coagulat. Non duo, ſed tria metalla conſtituunt. Super hanc veram & genuinam Philoſophiam, ædificare medicinam debebatis, non autem ſuper illam fungoſam: cuius ratio ac ſpecies alia non eſt, quàm Agarici ex Larice dependentis.

Externa ducũt ad interiora.

Lapidũ generatio ex aqua.

Scio autem me iſthæc haudquaquam ſcripturum eſſe citra contradictionẽ & oblatrationem eorum omnium, qui tamẽ nec me, nec meos aduerſarios ſatis intelligunt. Ac neceſſarium eſt, vt antea tacta metallorum generatio ex nullo alio, quàm Philoſophorum diſcurſu definiatur & explicetur. Sicut enim per humores à Medicis confictos medicina tota eluſa & obſcurata eſt: ita per Mercurium & Sulphur ipſa quoque Philoſophia corrupta eſt. Et ſicut per dictos quatuor humores ægri diſtorti redditi ſunt: ita per Mercurium & ſulphur Philoſophi etiam diſtorti facti ſunt. Vnum vt quadrat, ſic & alterum. Qui Philoſophum agere citra maculam & falſitatem ſatagit, is tale Philoſophiæ fundamentum ſtatuere debet, vt cœlum ac terram in vnũ microcoſmum includat, & ne latum quidem vnguem exorbitet. Itidem & qui ex vero Medicinæ fundamento ſcribere affectat, opus habet, vt ne pilo vno ſecus id faciat, quam vt ex Microcoſmo motũ cœli ac terræ exſtruat. Vt nimirum hoc pacto Philoſophus aliud nihil, vel in cœlo, vel in terra ſtatuat, quod idẽ in homine quoq; nõ reperiat: ac Medicus quoq; nihil vſpiã in homine inueniat, quod ipſũ æqualiter etiam cœlum & terra non cõtineat: adeoq; hi duo re alia nulla differant, quam modo formæ, quæ forma tamen vtriuſque in vna re intelligatur. Ex incitatione noſtri cerebri autem hæc

Humoꝝ doctrina medicis obſcura.

Philoſophus qui immaculatus. Medicus quis fundamentalis.

non

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 233 sur 913

Lumen naturæ

non intelliguntur, ſed illuſtrátur lumine naturæ, accenſo à Spiritu ſancto, qui ſuorum diſcipulorum ſcientiam ac intellectum per opera manifeſtat tanto ſplendore, vt bruta ratio non poſſit ea nõ admirari, aut citra ſtuporem intueri. In hoc fundamentalis omnis ſcientiæ principiũ conditum eſt. Et ſicut ſplendor Solis ſuper omnia diffunditur: ac tam mala, quã bona per Solem producuntur: ſic ipſi per auguſtum Naturæ lumen gignuntur. Degeneratio autem vrticis ſimilis eſt, quæ & ipſa à Solis ſplendore producuntur. Tam enim perfecta & integra debet eſſe Medicina ac Philoſophia, vt ſciatur, quid id ſit, quod in plũbo liqueſcit, quid ſit durities in ferro, quid ſint colores in rubino, & quæ tandem eius arcana exiſtant. Hæc vt ſub vnam ſciẽtiam cogantur, opus eſt accenſo lumine naturæ, per quod omnia viſibiliter & ſcibiliter oculis exhibeantur. Qui verò extra hanc naturæ facem conſpicuè ac euidenter nihil demonſtrant, hi phantaſia brutæ rationis aguntur, vnde dicti etiam Philoſophi ac Medici illi prodierunt, qui de vero magiſtro deſperãtes arbitrati ſunt; id quodcunque brutalis intellectus non capit; haudquaquam in hominem cadere, aut conferri poſſe: quaſi vero omnis Philoſophiæ terminus in ſolo Ariſtotele acquieſceret, & Medicinæ terminus in vnò Galeno finiretur: qui tamen nihil quicquam aliud, quam quod contra veritatem pugnaret, commentati ſunt.

Ariſt. & Galeno tantũ.

Et tam egregium illi ſcutum habent, qui cum luce naturæ præliantur: quam tamen apud nos ipſo auro purius coli fas eſſet, puritate nimirum tanta, vt rubigo annaſci nulla vnquam queat. Ideo autẽ, quia variæ infectiones inſiliunt, fundamentum illud confringitur. Nam quis is eſt, qui boni aliquid cupro hac ratione æquare aut aſſimilare poſſit, ſi dicat ita: quid integrum eſt? Quod ſine rubigine eſt. Quod ſine rubigine eſſe non poteſt, integrum non eſt: In integro enim rubigo non hæret. Id lux ſumma confirmat ipſe Apoſtolus, in quo vitium nullum, nulla rubigo, nec næuus alius quicunque habitare poteſt. Hoc autem ſenſu ſi quis

Iudam

fors Iudam pro rubigine habere velit: is quidem rubigo non eſt, ſed electum ad iſtud officium, non quoad lumen ſupremum. Et licet in numero quidem ac nomine luminis ille ſterit: nihil tamẽ quicquam in eo habitauit præter nomẽ ſolũ Hac ratione attendendum vobis ad diſcrimen erroris eſt, quod illi a vero naturę lumine deficiant, hoc pacto, vt ordo violetur. Sine enim ordinis peruerſione, error nullus eſt. Et hoc modo quoq; aduerſariis noſtris intellectum datum eſſe cõcedere poſſumus, quem tanto pere ſe gloriantur purum & incorruptum habere. Ordo enim lucis naturę in eorum infantia violatus eſt, ac brut⁹ intellectus præeminuit, & profeſſionibus omnibus dominatus eſt. Sic itaque recens Philoſophus oppido admirabitur ſcripta Ariſtotelis & ſimiliũ: ſic primus genuinus Medicus quoq; mirabitur ſcripta Auicennę & Galeni. Horum enim neuter verus aut Medicus, aut Philoſophus fuit, quos præuios in illiuſmodi rebus nos conſectari oporteat. Quia ergo cõtra principia & fundamenta illi impingunt, neceſſe eſt, eorum artem violentiam eſſe, cum tamẽ ars cogi nolit. Et ſicut quæuis ſub Sole ars ſibi ipſi in populo fidem ſuſcitat: ſic illi fidẽ coactam ſibi ſtabiliunt, & hanc amorem interpretãtur per ſedulos ſuos labores & opera: ita vt corpus fidem inanẽ & fictitiam conferat: ex quo tamen fonte fidem dimanare non decebat, ſed tantũ ex arte ipſa, & artis operibus. Quod vero opus illorum ſcriptorum vſquã eſt, quod ex arte ipſa profectum eſſe tu certus eſſe poſſis. Ideo meras phãtaſias ac opera imaginaria exſtruunt, qui iſtiuſmodi labores ſibi ſumunt. Nã ſexcenties plus diligentiæ ac laboris a fictitio Medico requiritur, quã a genuino & natiuo. Ideo trutinæ impoſiti, quocunq; modo ac arte ſeſe ponderoſiores reddere cogũtur, ne leuitas ipſorum manifeſtetur. Scire ergo debetis, errorem veſtrum excuſatione nulla, nulloque teſtimonio velari poſſe, quin opera ideo præſto eſſent, quia nimirum nomẽ habetis. Minime: ſed Iudæ ſimiles eſtis, cuius electionem poſſidetis Quot enim veritates a ſancto Spiritu prodeunt: tot oppoſita mendacia Diaboli deprehenduntur. Sic etgo Philoſophia vos cõmonefacit, quòd ex ipſa naſcamini inſtar Marchaſitæ, quæ ita nitens & coruſca eſt, vt metallarius eam purum purũ eſſe aurũ credat. Quæ tamen in ignem coniecta, tantum ſulphur eſt & arſenicum. Sic vos quoq; ſplendetis & coruſcatis. Si vero inſtar Marchaſitæ, ac Talci & Cachimiæ igne probemini: nihil niſi felium argẽtum ſeu mica eritis. Et ſicut Orichalcum calorem ſnum a Cadmia mutatur: ſic æq. vos artẽ veſtram ac Doctoratũ aſciſcitis. Si ad ægros deuentũ ſit, ſplendor iſte volatilis ſit, nec examen ſuſtinet, ſicut talcũ in igne. Videtis autẽ ipſã naturã quoq; in coloribus ac formis nihil occuluiſſe: ſed ibi arcanum eſt, vbi nec forma eſt, nec

Veritas a Spiritu bono, mendacium a malo.

Marchaſita quid ſit.

Mica.

Talcum.

Ars non eſt coactio.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 234 sur 913

ista duo. Si hoc naturæ ipsius ingenium est in tali re: ecquid tu putas, micalis Medice, exstructuram illam operis vmbratilis, cum nihil in proprio ædificio tale addat? Cur autem ioco isthoc hic vtor? Ideo scilicet, quia vos in ipsam naturam producere cogito, vt in ea vosmetipsos speculemini, & videatis, nasci Medicum ex rebus externis debere, nõ ex ipso homine. Qui si in homine morbum deprehendit: tum certe, quid is, & qualis sit, non ex loco seu sede in qua morbus hæret, cognoscet, sed foris illud experiri & discere debet, sicut sæpius iam dictum est. Quod tamẽ hic repeto, quia pœonia indicat caducum, non ipsum solum, sed ipsius quoque tempus & horam, & paroxysmum & naturam cum ceteris conditionibus omnibus. Et hæc omnia ex natura pœoniæ tibi discenda sunt. Si feceris secus, confarcinatus saltem Medicus es, nullius conscius ac gnarus, nisi quod audis ex ægro, cuius tamen os Medicus non est, nec etiam explorator naturæ. Sic etiam ex viscum quercino originem Caduci generis alterius etiam cognosces. Eadem ratio arcanorum ceterorum omnium quoque exsistit. Quot arcana: tot species huius morbi. Quin & origines cognosces ortúsque vermium ex Hypericone, ex Tunella, & similibus aliis. Huiusmodi rerum si peritus non es, earum certe artifex esse non possis. Nam si vel cum centaurea, vel cum Gentiana eos abigere coneris: qualem te Medicum dabis? Res non erit eadem, ac si quis alicui offam daret: &, quo ipsum è culina exigeret, eandem sale nimio corrumperet. An verò hoc vobis Medicis quoddam fundamentũ videri potest? crassum certe, & ad nihil idoneũ. Et sic Sola Philosophia mater Medici existit, velut & explicatrix membrorũ omniũ hominis & simul etiam morborum ea occupantiũ vniuersorũ definitrix. Hoc fundamentũ est. Vbi auxiliũ est: ibi etiã cognitio, intellectus & scientia rerum iuuantium latet. Hic ergo vnum hoc deerit, quod ignoraturi sitis, quid in hac, quid in illa herba lateat. Vnde id fiet, vt aut in arte desperaturi, aut ad impostura deflexuri, & in nomine Domini, velut hactenus, ita deinceps continenter exanimes claudos, distortósque ægros facturi sitis.

Quanti id moliminis fuit, vsque dum congereretis modum componendi, hoc est artem Recepta concinnandi? Quæ vobis ibi mens fuit, quandoquidem naturę rationem in noscendis morbis haud intellexistis? Quanam tandem commoditate, quáue consideratione tum syrupos, tum pilulas & alia ex simplicibus præparatis, cum tamen isto ingenio vestra illorum naturæ conditio ac proprietas violetur & infringatur? Ars Recepta componendi in natura condita est: & natura ipsamet illa concinnat. Si in aurum indidit, ad aurum quod requiritur: violis quoq; eadem contulerit, quę violis debentur, vt haudquaquam opus sit a te addi vel saccharum, vel mel: sicut ipsum quoque aurum perficere & integrare tu haudquaquam nosti. Natura si sine ope tua margaritas fecit: eadem sine opera tua Verbenam quoque perfecit in restrictione sanguinis, vt nec Bursam nec Barbam Iouis à te addi quicquam opus sit. Hæc autem velim sic accipiatis: quod quælibet virtus integra in simplici vno insit, nõ diuisa in duo, tria, quatuor, vel plura, sed in vnum integrum congesta, Idem quoque simplex alio nullo accessorio eget, præter Alchimiam, quæ vnumidemque est cum metallorum fossore, excoctoreque. In extrahendo rei cardo vertitur, non in componendo. Noscendum potius est, quid intus lateat, quàm commiscendo & addendo diuersum faciendum. Quæ sodes caligæ sunt optimæ? Nimirum integræ; laceræ & sartæ pessimæ sunt. Quis quæso vspiam tá simplex & rudis sit, vt credere audeat, vnius virtutis tantum huic, tantum illi herbæ naturam impertiuisse, & Medicis vobis mandasse, vt postmodum, quæ distracta inessent componeretis, & in vnũ cogeretis? Tam accurata naturæ prudẽtia est, vt minime opus habuerit, vobis hanc prouinciam deferre. In vobis enim nihil quicquam situm est. Natura ipsa efficaciter satis arcana congessit, & composuit componenda. Vos hoc vnum decet, vt discatis, sciatisque, nullius vspiam momenti id esse, quod vos intelligitis, non idem intelligente ipsa natura. Natura Medicus est, non tu. Ex ipsa oportet prodeas, non ex teipso. Componit ipsa: minime tu. Tu hoc age saltem, vt expisceris, vbinam eius officina sit, vbinam virtutes eius depositæ iaceant, & in quibus pyxidibus reperiantur: non in Mesue, non in Lumine, non in Præposito. Hæc enim præter naturam sunt, nec in ipsis quidquam reperis. Quod enim integrum est, frangunt: & fractum dicunt integrum factũ esse. An vero inique factum à me sit, quod de gradibus scribẽs, vestram præcise methodũ non seruarim? Haudquaquam vero. Natura enim componit, non Medicus. Ideóque fraus vna, vna

Pœonia caducũ præsentat.

Viscum quercinum

Vermes Hypericone & Tunella.

Philosophia mater medici.

Natura componit remedia non Medicus,

Natura nihil addendum Medico.

Remediis extractio, non compositio debetur.

Medici officium circa medicamẽta.

vna impostura mẽdaciis variis cumulata deprehenditur, vbicunq; Recepta vestra adhibẽtur: quæ ta mẽ deinceps nisu nullo tueri poteritis amplius, nisi fiat, vt mendacium veritati præualeat. Vtcunq; vos torqueatis, id vnũ obtinebitis tamẽ, quod composita aliqua proba sint. Hoc vero scuto omnẽ vestram artem tueri valeãtis? Facile enim opera tot coniungere & congerere possitis, vt in manu ipsum cœlum ac vniuersam terram teneatis. Et res hæc plane eadem est cum vestra Vroscopia. In qua tot, tamque varia confunditis, vt necesse sit, ex omnibus vos ad nimium vnum diuinare. Sic in hac quoque compositione sese res habet. Et quid autem videtur vobis? Tria sola ex Receptis vestris, nimirum Theriacæ, Triferæ, Mithridatici adimã & excludam: & ingredientia cetera vniversa, licet centum sint, nihili & nauci erunt illico. Vbi hic autem vestra compositio? O cœci.

Vroscopia notatur.

Philosophia mater Medicinæ.

Sic ergo Philosophia mater Medicinæ est, in qua natura cognosci debet. Cognitiõ illa est affectuum, & ægritudinum hominis, velut finis vltimus, propter quem homo est. Et sicut impossibile est, vt quis citra naturalem cognitionem aut colores faciat, aut arbores educet: sic impossibile quoque est, vt citra istam videre possis, quid in homine lateat. Et sicut beneficio naturæ quidnam in semine sit, peruides: sic per eandem ipsum quoque hominem introspicere & perspicere & perscrutari debes. Et sicut Galla ac vitriolum atramentum fundunt: similiter etiam, quid in homine lateat, cognoscis. Nã omnia talia natura pandit. Et sicut vnde procedat nigrũ ex nigredine minimè cognoscere potes etiãsi aliquid scriptũ sit: sic æq; nec ipsos morbos. Hoc qui nouit, quod nigrũ facit: is Philosoph⁹ existit. Qui vero saltẽ nigrum scit esse, is nihili est, nec potest aliud quicquam, quam eo nigrore polluere & pingere. Qui verò talis, vt diximus, Philosophus est: is iam facultatem Medicinæ ingrediatur, & externum in internum conuertat. Ea conuersio Medicum parit, si ex macrocosmo microcosmus fiat, eaque ita dirigatur, vt ex ipso interiore homine nihil depromatur. Hęc enim via merè seductrix est atq; ipsa mors. Priusquam enim quis interiorem hominem totũ sine externo addiscat, metus est, vt satis ægrorũ futurũ sit, quibus cõsideradis à primo ad nouissimũ vsq; Medicus perueniat. Qui enim ex homine discere fatagunt, ab his requiritur, vt tam primum, quam vltimum, atque adeò vniuersos homines in conspectu suo positos habeant. Nam in omnibus hominibus omnes morbi siti sunt. In vno, morbus vnus est. Iam ergò si Medicum oportet omnium hominum Medicum esse: quomodo id sciet ex vno, ex decem, ex centenis? Cũ tamen præsto nihil sit, quod ad finem seu summam vniuersam extendatur? Quid enim aliud scriptis traditum est, nisi principiũ saltem ac initium? Et hoc ipsũ tamen sine fundamento. Ideóque mundus suppeditare hominem debet. Is enim homo, qui ex mundo maiori ita cognoscitur, omnes in se morbos habet, tàm defunctorum, quàm adhuc nascẽdorum. Ideóque ex homine parta scientia imperfecta est: nec enim finem, nec fundamentum habet: & qui de ea testantur euentus, sunt claudicatio, distortio, corruptio & mortificatio. Hæc possunt Medici, qui ex homine discunt: hoc tenent. Nisi enim exterior homo in te situs & exploratus habeatur, nihil certe nisi experimentator eris, hoc est: qui spe euentuali & ambigua exspectatione alaris. An verò Doctorum, an latronum est, ista discere? Quiuis enim probus lector secum expendat, an placuerit Deo per sicariam huiusmodi scientiam, & peruestigationem humano generi impertire Medicinam, an minùs? Nam reuerà id Dei consilium nunquam fuit. Foràs ergò istud tam nocens disciplinæ præludium, aut experimentum. Qui enim à Deo hoc fine conditi sunt, vt vitam seruent reddántque: hi illam eripiunt & expilant. Et fas sit obsecro, nos per tales probationes & carnificinas magistros creari vel Doctores? Ita nimirum melius cum humano genere actum esset, si planè nullus à Deo Medicus creatus fuisset. Per istas enim experimentationes plures interirni oporteret, quam à Doctoribus vniuersis refici ac seruari possent. Hãc itaque de causa Deus Philosophiam nobis proposuit, vt ex ipsa docti & scientes nascaremur, & magisterium etiam extra ipsum hominem faceremus. Illa enim non occidit, non interimit. Sed hæc talia apud vos locum impetrare non queunt: sed hortatibus sanis crassus obstat subinde Beanismus. Vestram ipsam conscientiam iudicem statuo, an non omne propositum vestrum ac molimen in errore ac ambiguitate merã versetur? Et nisi Deus ægros seruaret, quis superstes viuus maneret, sicut hanc Dei bonitatem & misericordiã ipsi quoq; meritò admiramini?

Galla & vitriolũ atramẽti causæ.

Externi ad internum accommodatio Medicum parit

Mundus in se omnes hominũ morbos habet.

Philosophię dæ causa.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 236 sur 913

Anatomia exterioris hominis Medico quam necessaria.

Porrò a. Anatomia exterioris hominis Medico vsque adeò totaliter & perfectè incorporata esse debet, vt ne minimum quidem in capite pilum, nullum in corpore porum sciat, quem antea non decies foris seu in exteriore homine & inuenerit, & euidentissime cognouerit. Nam ex hâc Anatomiâ ars quoque Receptorum nascitur, ita vt membrum cum membro, arcanum arcano, & morbus cum morbo conferatur & iungatur. Neruus enim ac rhombus omnis in hoc latet; non in numero, primi, secundi, vel tertii gradus. Membrum ad membrum æstimetur: & sic morbus ac arcanum coniungentur. Hoc modo natura vult ipsam Medicinam tractari, non a. pro more impostorum. Vnde enim illa scientia emersit,

Humores exagitantur.

quòd calor, frigus, humiditas ac siccitas morbos pariant? & quod eosdem iidem iuxtà etiam sanent? Quid est quod siccitas exsiccat? Quid exsiccatio ea est aliud, quàm quòd humiditas à loco vno in alium traijciatur? Sic enim Sol linteum exsiccat: cuius quidem humiditas non in nihilum abit, sed ex eo loco in alium traiicitur. Quomodo frigus à calore aufertur aliter, quàm quòd saltem pondere minore illud maneat? Adde, quòd causæ ex quoque expendendæ sint, vt quod tempus concernat, idem quoque scientiam Medicinæ attineat. Iam ergò æstimate ipsi, quo pacto, cum philosophię tantopere vacui sitis, vestrę Medicinę scientia in veritate subsistere queat? Non inficior equidem, vnumquodlibet harum rerum naturam requirere. Id verò Medicina non est, non etiam arcana: sed quidnam est, quod ex homine loquitur? Quid ex oculis videt? Quid est quod in auribus audit? An frigus, an calor? Imò horum nullum est. Quòd si autem vel calida,

Medecina qualitates non attendit.

vel frigida, vel humida, vel sicca sunt, quid isthæc ad visum attinent? sic ipsam æqualiter Medicinam quoque considerari oportet, vt nec frigus, nec calor cum visu coniungatur: sed velut visus est arcanum oculorum, sic vicissim arcana se habent ad oculos, & res alias. Ideóque bono semper iure membrum membro adhibendum ego iubeo. Hic enim ars Medica condita est. Sic in arcanis, Medici Pharmacopolium situm est. Calor enim calor manet, & frigus frigus: nec se consumi patiuntur. Aqua

Elementa sunt fixa.

manet aqua: ignis ignis: siquidem Elementa fixa sunt. Et fixa hæc natura nondum considerata est, quod humiditas suam fixam frigiditatem habeat: voluntque cum hâc morbum calidum expellere cum tamen morbus nullus in frigore, aut calore fixus sit, ac fixum cum non fixo omnino pugnare debeat. Hinc ergò fundamentum statutum est, *Contraria a contrariis curari*, hoc est, frigida calidis pelli. Hoc oppidò falsum est, nec in Medicina vnquam verum exstitit. Sic quinimò se res habet: *Arcanum est sanitas. Morbus sanitati est contrarius* Hæc duo iam se inuicem expellunt, vno in alterum agente. Hæc illa sunt contraria, quæ se mutuò expellunt: ac vnum continenter alterum ipsa morte eiicit, vt contrarij sui nihil reliquum maneat: quæ totalis abolitio in frigore & calore non accidit. Artificium expulsionis est, denuò non reuerti. Vbi verò vnquam aut hyems, aut æstas ita expulsa vt non redierit? Nunquam, nullibi. Ideóque illa de motu saltem, & naturâ temporis testantur, non de morbis. Aliud morbus est: aliud ipsa sunt Elementa. Elementa non ægrescunt: sed corpus fit ægrum. Sic Scorpio scorpionẽ curat, & Realgar suũ Realgar, Mercurius suũ Mercuriũ, Melissa suam Melissam, cor suum cor, splen suũ splenem, pulmo suum pulmonem; nõ cor, porci, non splen vaccę non pulmo caprę, sed membrum junctum magni interioris membro hominis.

Contraria contrariis pelli.

Similia similibus curantur. Scorpio scorpiũ curat.

Sed ne æquo diutius auditores meos detineam: in genere ipsos admonitos velim, vt magnum primò hominem cognoscere studeant, & per hunc posteà etiam interiorem: nec temerè fidem dẽt & palmã verbis ac doctrinæ præceptorum suorum, qui sibimet ipsi subindè victoriã ita decernunt, vt aliquid etiã veritatis ac juris superfluũ habeãt, nec causa vllâ cadere possint. Hoc verò præiudicium vos nihil moueat. Oculos ad opera ipsorum aduertite: ex ipsis, quales sint, propiùs diiudicabitis. Quid verò vos docere possint, qui se vbiuis turpiter dant, & in mendaciis publicè multoties deprehendantur & conuincantur? An verò vos in magnificos Doctores promoueant, aut magistros creent illi, qui nullius vnquam momenti & dignitatis fuerunt ipsimet? Et seriò vobis hoc infigite: operibus credite, non verbis. Verba, res inanes sunt: opera autem testantur de suo magistro. Ego quæ scribo, obsecro vos legite, euoluite, & diligenter trutinate: non vel cum inuidiâ, vel cum contemtu, vel cum irrisu.

Medic. reprehensio.

Operibus credendũ, non verbis.

Nam

Nam per quæ iam vobis despicatui sum: eadẽ vobis ipsimet tandem in summum contemptum ac contumeliam vergent. Et si omninò vobis sententia stat, auditores agere: tunc obsecro discite, & parti vtrique auscultate; adeoque quod bonum & vtile est, seligite & retinete. Nam si à vobis non quotidie ruminentur illa quæ trado: vnde quæso fundamentum Medicinæ solidum vobis accedere queat? Id enim agendum est, vt microcosmum in externa Natura sedulò & curiosè cognoscatis & ediscatis: in quâ quidem mira & secretissima arcana, quæ in homine condita sint, comprehendetis & obseruabitis. Id vero faciatis non in meam gratiam, sed in salutem ægrorum, & laudem Dei. Quis enim vnquam is fuit, qui hominem vt hominem sibi proposuit? In ipso facultates omnes excœcatæ sunt: nec illum quisquam nouit. Et hinc nihil nisi noxa & perditio emergit. Theologi certè admodum pusillanimes futuri sint, si tales Medici fierent. Iureconsulti quoque quantopere saperent, facile animaduerterent, si id erũperet. Similiter & alii. Horum omnium causa est, quod ipse homo proponitur: quẽ tamen nemo rectè scrutari ac cognoscere satagit. Metallum enim in aqua, & in terra, & in aere, & in igne habetis. Habetis quadruplicem Mercurium, quadruplicem Betonicam, quadruplicem Tereniabin, quadruplicem Amethistum. Et horum vniuersorum discrimen aliud non est, quam sola forma. Sic quadruplex etiam Chelidonia est, & quadruplex Orizon. Hæc autem non alia sunt, quàm in ipso homine. Quadrupliciter enim is conditus est, & approbè formatus. In hac formatione sita est Medici scientia, arsque, & ipsum arcanum. Ad hanc se componet & diriget, nec ad quamcunque professionem aliam, cum his non quadrantem & conuenientem.

Homo ab externis noscendus.

Metallũ in omnibus Elementis.

Epilogus.

Hisce ergò dictis primum Medicinæ fundamentum iudicatum volumus, idque sufficienter: nimirum quòd sine Philosophia ista Medicus nullus consistat: sed qui eâ carent, meri impostores sint, velut muscus ex arborum truncis enati.

SECVNDA MEDICINAE COLVMNA ASTRONOMIA.

QVod si iam hominem secundùm compositionem suam à quolibet Medico totum proponi oporteat ac considerari: scire vos conuenit in hoc secundo fundamento Astronomiæ [quæ Philosophiæ per quam homo cognoscitur, pars superior est] quo pacto corpora illa intelligi debeant, velut in superiore, sic etiam in interiore sphæra microcosmi, quomodo scilicet vnum firmamentum, vnum astrum, vna natura, vna essentia præsto sit sub diuisâ specie ac formâ. Astronomia itaque fundamentum secundum est, hominis partes duas complexa, eius nimirum aërem, & ignem. Ita enim & Philosophia duas partes complectebatur, *terram* scilicet, & *aquam*. Sicut autem in Philosophia dictum est: ita vicissim ac præcipuè quidem in Astronomiâ vos arbitrari velim, quòd in homine cœlum ac aër existat, non secus ac extra nec Melissa magis in terra sit, quà in corpore. Quæ lactea linea in cœlo est, eadem in nobis quoque inest. Vt duo poli in cœlo, sic & intra nos. Qualis Zodiacus in cœlo, talis etiam in homine, ne minùs quidem pilo. Vnus idemque numerus firmamenti in cœlo, & in corpore: vnus peræque etiam numerus in aëre. Cum ergò homo quoque ista in sese contineat: operæ pretium est, hanc quoque eius partem cognosci, & ne quidem in minimo negligi. Vos quidem humorales Medici admirari possitis, quâ ratione Galaxa per ventrem moueatur, aut vbi polus superior inferiorque consistat, aut quâ Planetæ errent, aut Zodiacus rotetur: hæc tamen admiratio vestra eiusdem farinæ est cum illâ, quâ scilicet ratione Melissa in ventre nascatur, aut ferrum in corpore rubigine inficiatur. Nec mira hæc quidem sunt. Quantùm enim eruditionis habetis, tantùm & admirationis. Qui enim impensius omnia admirantur fatuis & stultis? Satagendum autem ante omnia est Medico, vt hominem ipsum in altera parte, quæ Astronomicam Philosophiam attinet, probè cognitum habeat, ipsumque hûc introducat, & cœlum in eum ingerat. Aliàs Medicus hominis non erit. Cœlum enim in sphærâ suâ dimidium hominis corpus, & dimidium numerum morborum complectitur. Quis vero se Medicum profiteatur, cui morbi dimidiæ huius partis non sint perspecti & cogniti.

Astronomia quid tradat.

Homo est cœlum & aer & aqua, & terra.

Medici reprehẽsio.

Ferrum in corpore.

Admirari stultorum est.

Sic quoque porrò statuendum est, hominem patrem suum in cœlo pariter ac aëre habere, ipsumque filium esse, ex aëre & firmamento factũ ac genitum.

Homo filius aëris.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 238 sur 913

Et in hoc cardo principalis versabitur, vt ista ego tam planè demonstrē ac conficiam, vt iis vos adstipulari facilè possitis. Etsi verò hoc loco id negotium ego non quidem totum accuratè confecero : nihil tamen intererit. Nec enim id ad fundamentum Medicinæ attinet, quantum eius hîc producimus. Hic saltem, quæ Medico scitu necessaria sunt, indico. Cętera in suo loco disquire, de *Generatione hominis*, vbi plenius tradentur. Hic autem, quid deficiat illi, qui istam ignorant, ac quidnam is sit qui eam nouit, iam planius docente me intelligendum vobis est.

Nam quamdiu homo secundùm hoc fundamentum in Medico perfectè non adumbratus est : tamdiu nulla veritas in Medicinâ est aut sanandi, aut effectus rectè noscendi. Non enim ex homine, sed ex patre morbi procedunt. Ex quo autem illi procedunt, ex eodem discę tu & inquire. Vermis ligni ex ligno non enascitur : in ligno tamen est. Gryllus ex argillâ fornacis non gignitur : in illa tamen degit. Erucæ ex arboribus non progignuntur : iis tamen adhærescunt. Scarabæum vnde prodeat : nō ex stercore equino, sed generatur à constellatione. Quæ vt in ipsum cadit, sic crescit vel non crescit. Sic æque hominis vniuersa quoq; à patre procedūt.

Vermis ligni nō ex ligno. Gryllus non ex argilla. 1. Scarabæus ex constellatione Aer non tangibilis.

Principiò autem scitote, aërem & ignem corpora non esse tangibilia, sed sensiblia & visibilia. Sicut ergò in cœlo : sic in homine quoque corpora ea ægrotant. Et sicut Sol vel lædit, vel commodat : sic corpora quoque in homine afficiuntur, ceu terra à Sole. Iam verò cor Sol non est, nec cerebrum Luna, & sic de cæteris. Cor enim & cerebrum sphæræ cæterorum elementorum. Et sicut cœlum in illis operatur : sic simile quoque corpus in homine existere intelligendum est. Quid verò medicari sustineas citra fundamentum ? Qui morbos quæris corporaliter, qui tamē corporales non sunt, nec corpora habent, quoad hanc partem. Quomodo calorem Solis terræ adimes ? Nihil ages. Contra illum enim potestatis nihil habes, quàm vt vmbraculo eius ardorem declines, aut taxi instar suffossâ terrâ te abscondas. Hoc iam verò hostem expulisse non est, sed saltem eius operationem declinasse. Sic hoc ipso modo, & non alio intelligere debes fundamentum aggrediendi morbos firmamentales. Porrò verò etiā sciēda est pars vna morborum firmamenti, quod operantur in parte alterâ. Quod aliter intelligendum non est, quàm vt sciatis, ipsam terram & aquam nunquam agrotare aut affici, nisi firmamenta superiora in causa sint. Nam si putrescunt. ab aëre & cœlo putrescunt. Si sterilescunt, ab aëre & cœlo id patiuntur : & quicquid tandem morbosi accipiunt, id à firmamento sumunt. Ea autem peculiaris iam in morbis explicatio est, quæ singularem quoq; Medicum constituit, si Medicus diuidi debet, vt sunt Humoralistæ, & Chirurgi, & Physici, ideò causa nulla alia est nisi pudor, ignorantia, inscitia, & superbia. Quòd si ergò, vt dictum est, pars ea corporalium specierum in corpore existit, velut externa duo Elementa, terra, & aqua : sic scire debetis, quod in membris quoque corporis similiter pars morborum intelligenda sit. Ideóque intellectis illis morbis, sequitur deinceps alia origo superioris sphæræ. Nam in se ipsa iacet : intelligēdumq; est, quo modo & formâ quid in illo loco fiat. Et veluti in cœlo stant, nō adhærent, non portantur, sed sese liberrimè præter omnem terrenam rationem ac potestatem librant : ita similiter etiam in corpore sunt. Et velut in cœlo stellæ tingunt, corporalem tamen per mixtionem nullam habentes : sic idem fit etiam in microcosmo : & quemadmodum hæc operatio inuisibiliter procedit, & operatur visibiliter : idem similiter etiam de Medicina intelligendum est, quę operatur visibiliter, ipsa inuisibilis existens. Hoc enim quod videmus, medicina non est, sed corpus est, in quo illa iacet. Arcana enim Elementorum sunt inuisibilia : itidem & hominis. Quod visibile est, id externum est, huc non pertinens.

Inferiora à superioribus ægrotāt. Astra in Cœlo se librant. Medicina invisibilis.

Hoc videtis, aërem corpus esse firmamenti. Oculi autem id non probant, sed arcanum humanum. Ac in aëre consistit firmamētum, hoc est, Elementum ignis. Loquimur autem, secundùm opinionem nostram, vt superiùs : quòd scilicet cœlum ac stellas nemo baiulet, nemo in cursum agat. Nam cùm terreni simus, terreno more loquimur. Ideò dicimus, Lunam nihil deportare, vt nec Solem. Sic etiam loquimur, *Aerem nihil esse*, cum ipsum nemo videat. Si vero natura superioris intellectus censenda, & proponenda est, comperimus, rem vnam esse superius & inferius : & hoc vno distare, quòd terrenè id non comprehendimus, etsi terrenum sit, ea ratione diuisum, quâ videtis

vt

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 239 sur 913

Vt, albedo color eſt, color etiam eſt nigredo. Hi duo quàm contrarii inter ſe & diuerſi ſunt? certè nimiopere. Sic ſe res etiã cum corporibus habet, dũ dicimus: *Aqua & terra corpora ſunt: cœlum autem & aër non ſimiliter, & ſimiliter tamen ſunt.* Aut *Luna eſt corpus, corpus etiã Sol eſt: non autem aër, qui etiam corpus eſt.* Iam marmor aſpicite. Id tenebroſum & obſcurum eſt, vt viſu penetrari non poſſit, ſecundùm ſuperficiem ſaltem aſpectabile. Cryſtallus contra pellucidus eſt, & per hunc vides, quæ infra ipſum sũt. Sic marmor terram, cryſtallus aërem indicat. Et ſpectate, quomodo lignum craſſum & obſcurum ſit: vitrum autem, quod ex eo fit, clarum, lucidum, & minimè obſcurum. Sic ſcire debetis, *ipſas quoque duas ſpheras hoc reſpectu conferri & comparari.* Nec eſt, vt miretur quiſquam, nos in aëre ambulare, cum is tamen corpus ſit. Nam & piſces in aqua mouentur, nec tamen ad fundum decidunt, aut ſuffocantur. Sic nos quoque in aëre. Ouum conſeruat vitam & eſſentiam: Vitellus in albumine claditur, & centrum ſeruat, nec ad partem vllam inclinatur. Vitellus ſignificat ſphæram inferiorem: albumen ſuperiorem. Vitellus terra & aqua eſt: albumen aër & ignis. Sicut verò hic vnum ſuſtinetur ab altero: ſic idem euenire credito etiam extrà, planéque perſuſum habeto, aërem nihil niſi chaos eſſe niſi albumen oui: ipsũ verò ouum eſſe cœlum ac terram. Si ergò (*vt: ad propoſitum redeamus*) albumen tale, quod corporeum non videtur, & tamen (*vt dictum eſt*) corporeum exſiſtit (quod ſoli oculi diſcernunt) morbos parit? quâ ratione tu eos internoſces, ſi Philoſophiæ ignarus ſis? Quod ſi enim dicturus ſis: *Eſt phlegma, eſt cholera, eſt ſanguis, eſt melancholia:* recordari debes, hæc quatuor cum Elementis non conuenire. Opus autem eſt, ea cum elementis ita quadrare, vt non minùs cæteris ipſa quoque elementa ſint. Hinc iam conſequitur horum morborum ſcientia, ſimul & propoſiti tui ſeductio. Alio enim modo operantur Elementa: alio itidem modo phlegmata. Quæ ſi in quatuor illas partes diſtribuere velis, aliam viam ingredi debes, quam quę ab Humoraliſtis incepta eſt, qui in ſentina humorum mergi volunt, nec quicquam niſi ſtercora quærunt tractántque. Vnde quoque ſcientia eorum omnis ad cliſmata, purgationes, & ſimilia directa eſt. Et hic quæ omittuntur, in modo purgandi planius enume-

Vitellus oui centrum.

Vitellus terra & aqua albumen aer & ignis. Ouum eſt cœlum & terra.

Humores non conueniunt Elemẽtis.

Humores non conueniunt Elementis.

Medic. reprehenſio.

rabuntur. Sic ergò humores ſeponendi, proprietatéſque Elementorum protrahendæ ſunt, & ex iis diſcendum, quid morbi ſint. Hæ enim de humoribus nihil tibi tradent, ſed ad penitiſſimum Medicinæ fundamentum te deducent, qui tamen hactenus exorbitas, & fraudulenter circa morbos omnes te geris.

Cæterum, hoc quoque ſcire debetis, *cœlum in nos operari.* Hanc vero quis operationem intelliget, qui cœlum ſecundùm ſuam eſſentiam & naturam nõ cognouit? Quid ſcientia aliud, quam aſtrum? Si ergo aſtrum baſis ſapientiæ cœleſtis eſt: debet Medicus eius peritus eſſe. Si talis is eſt, iam diſcipulus Medicinæ factus eſt, ſcientiamq; habet, cœlum in homine cognoſcendi & diiudicandi. Quamprimum autem interius cœlum iudicat, tum Medicus eſt, alias minimè. Si cœlum enim ſaltem extrinſecùs intelligit, Aſtronomum tantùm agit & Aſtrologum. Si homini verò applicat, cœlos geminos nouit. Iam ergò cognitiones duæ Medicum vnum faciunt in parte illa, quæ ſphæram ſuperiorẽ attinet. In Medico autem citra omnem defectum hoc conſiſtere debet, vt ſciat in homine caudam Draconis, & Arietem, & Axem polarem, & lineam meridionalem, & ortum & occaſum. Quæ ſi ignorat, apage talem ad Pilatum. Circa hæc autem notate, rem vnam eſſe ſuperius & inferius aſtrum, nec illa ſecundùm vires ſuas diuidi. Sed, vt aër in obturato vitro ſurſum deorſum mouetur, in bonum & malum mutatur, non ſecus ac aër exterior, cum quo is vnus eſt; ſic ſcire debetis, vnam ſimiliter rem in corpore & cœlo eſſe. Frangitur vitrum, & nihil mutat, aut ſeparat in Elementis, Elementa enim iam ante vitrum erant, & erant, cum vitrum pararetur. Sicut verò vnus vtrobique aër eſt, ſed is diuiſus: ſic in homine firmamentum idem eſt, quod in cœlo, non tamen portio vna, ſed duæ. Manus enim, quæ lucem & tenebras diſſeparauit manus inquam illa, quæ cœlum ac terram fabricauit: eadem hoc quoque inferius in Microcoſmo condidit, ex ſuperiore deſumptum, & intra cutem hominis incluſum quicquid cœlum complectitur. Ideóque exterius cœlum index eſt cœli interioris? Quis ergò ſe Medicum iactet, qui cœlum exterius non cognouit? In iſto enim cœlo nos ſumus, & id noſtris

Aſtrum baſis ſcientię cœleſtis.

Medicus & Aſtronomus qui diuerſi.

Medicus ſit ab externis.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 240 sur 913

oculis obiectum est. Cœlum autem in nobis quod est, oculis nostris non obiicitur, sed post oculos reiicitur. Ideóque illud videre non possumus. Quis enim per obiectam cutem introspicit? Nemo. Ideóque ante oculos nascitur Medicus, & per anteriora aspicit, quæ post ipsum sunt; hoc est, per exterius contuetur interius. Sola exteriora cognitionem interiorum ministrant: aliàs res interna nulla cognosci potest. Iam de duobus firmamentis si quis quærat, an vnum alterum inficiat: scitote, hominem quidem exterius non inficere, hoc tamen inficere interius. Causa hæc est *quod filius patris bonorum heres sit, non pater bonorum filii.* Iam verò astrum pater est filii, & ab astro homo est. Omnis etiam infectio ab astris incipit, & hinc dimanat etiam in hominem: hoc est, desinente cœlo, incipit homo: Cœlum autem ipsum in hominem non penetrat aut impingit. Ideò neque suffitibus nec saporibus opus est: sed astrum ipsum in homine manu Dei disponitur & ordinatur, vt imitetur hoc, quod cœlum exterius inchoat & gignit. Ideò, quæ hominis sunt, sequi quoque necesse habent. Et Sol quidem per vitrum transplendeat, Luna autem in terrâ facem ministret: id tamen nihil ad corporis humani corruptionem & morbos confert. Quanto minùs enim Sol ipse in istum locum penetrat: tanto minùs astra quoque ipsa in hominem descendunt: nec radii eorum in hominem quicquam transfundunt. Opus enim est, corpora ista præstare, non radios. Hæc corpora microcosmi astralia sunt, quæ naturam parentis hæreditariò accipiunt.

Homo exterior inficit interiorē.

Astrum pater est hominis filii.

Ita ergò, quia homo similis factus est astris, astra autem ante ipsum facta sunt, & ipse ex astris: necesse est paterna in filio latere, velut in homine. Ideò nō cum exteriore cœlo interius negotium habet: sed vice versa. Filius enim sequitur parentem, nec eius vel anteambulo est, vel collateralis. Hoc modo Mars filium suū in astro hominis habet, sic in ipso filium suum Saturnus habet: sic æque Iupiter, sic Mercurius, sic Venus, & Sol, & Luna, & cætera omnia hîc inenumerabilia. Quare id nequaquam contemnatis Medici quod vestrum nomen stabilit & complet. Quàm enim iucundum est, quàm honestum & eximium, si Medicus suæ artis certus & conscius sit? Ars verò nulla est, ronchos spirare, cucullos gestare, magnum & ambitiosum nomen præ se ferre. Hæc talia excarnificant ægros. Vnde vos carnifices etiam & corruptores vocamini, quæ vestra ignominia est. Vobis quæso nunquam persuadete ipsi, quòd vel ex Auicenna satis eruditis sitis, vel in Galeno omnia inueniatis, vel ex Mesue vniuersa corradere possitis. Hæc enim omnia vobis multò minùs (si veritati astipulari vultis) commodant, quàm rusticis *Petrus de Crescentiis.* Idemque est, ac si quis se fieri Musicum posse putet ex *Dannhusero*, aut nobili fœminâ de *Weissenburgo.* Cantio quidem suauiter sonat ei, qui rerum copia fatur est: nec quenquam profundiùs mulcet ipso cantore. Hæc verò nonne sunt consideranda Medico, utrum homo sui parentis Anatomiæ heres ac possessor sit? Hoc enim demere illi nemo potest: nec filius sine patre cognosci valet, sed cognosci vult per ipsum. Et pater Adam non est: nec Heua mater hominū. Vtrique enim homines ipsi erant. Homo autem non ab homine genitus est. In primo n. homine nullus prior homo fuit, verum creatura: & ex creatis est limbꝰ: & homo factus est limbꝰ, & homo limbꝰ mansit. Si ergò is limbus mansit: debet omninò, cũ cute circumseptus sit (per hanc n. nemo introspicit, nec operationes in eo manifestæ sunt) ex patre is proponi & dignosci, & minimè ex seipso. Exteriùs n. cœlũ & cœlum ipsius, cœlum vnum sunt, sed duæ tamen partes. Ita pater etiam ac filius duo sunt, & vna tamen Anatomia. Vnum qui nouit, alterum quoque nouit. Iam verò quoad scientiam ægrorum sanitatis, non conuenit hominem pro homine in genere sumere, hoc est, pro omnibus. Corpus enim eius patitur, non æternum, quod in ipso: Si corpus patitur, id limbus est. Iam verò vniuersi homines limbus vnus sunt, & vniuersi morbi limbus vnus sunt. Ita ergò constitue, omnes morbos omnium hominum, vnius tantùm hominis morbum esse. Et si toties Anatomia, quoties homo (secundum Humoralistas) quis hic finem quæso attingere posset? Nemo. Ideóque scitote, debere Medicũ in omnibus morbis sine omni defectu suâ scientiâ pollere. Et hoc ex externo patre desumit, vt sciat quid in Arabia, quid in Europa, quid in Italia, quid in Germania, &c. subsistat. Quousque etenim mundus extenditur, eluere Medicꝰ debet, nō homini vnico addictus. Et hæc per patrem fieri opottet. Is Gabalisticam scientiam docet, quam tu disce.

Petrus de Crescentiis.

Dannhusen autio.

Adā nō pater. Eua nō mater hominū.

Homo limbus.

Medici scientia perfecta requiritur.

Medici reprehēsio.

Cùm

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 241 sur 913

Ascendentes quot in homine.

Cum ergò in homine cœlum sit, nec vllâ id ratione negari possit: scire vos Medicos in vniuersum velim, quód in homine etiam subsistant omnes ascendentes. Iam verò, quis hoc dicet. *hominem Ascendenti subiectum esse, nisi solus externus aridus Astronomus?* Medici est, hoc planum facere & deregere. Quot enim Ascendentes cœli, tot etiam hominis. Sic homo in naturas propè infinitas collocatur. Vndè accidit ipsi, vt in hoc loco sanus, in illo æger, in hoc talis, in illo alius, hodie hoc, cras alio modo constitutus sit. Sic ergò quotidie ac nullo momento in vllâ corporis parte securus est, vel sanitatis, vel ægritudinis. Quia res verò sanitatem & ægritudinem corporis concernit, necessarium est omnino, vt Medicus Ascendentium, & cõiunctionum, Planetarumque exaltationem, omnémque adeò constellationem cognitam habeat, cámque probè sciat ac intelligat, Et si eam intelligit extra in patre, sequitur deinde, quâ ratione hominem ei conferat, quia numerus hominum maximus, iiq; ferè infiniti existunt, idque agat, vt in vno quolibet cum suâ concordantiâ inueniat, vbi sanitas, vbi morbus, vbi principium, vbi exitus, vbi finis, vbi mors sit. Cœlum etenim homo est: & homo cœlum, & homines omnes cœlum vnum, & cœlum homo vnus. Idcò hic sciendum est, cur in hoc loco illud, in alio aliud, cur hic nouũ, ibi vetus, alibi aliud sit. Cognoscendum verò hoc est, non in formâ, non in cœlo gratiâ speciei, sed in diuisione impressionalium virtutum. Ea omnium maximè Medicum constituit & stabilit. Sic enim intellige: Quandoquidem nos homines cœlum vnum tantùm habemus, & id in quolibet priuatim cœlum est, non diuisum, sed integrum ac solum: quid ergò causæ est quòd non omnium etiam hominum vnus motus ac vna ratio sit; hoc est, vna mors, vnus morbus, in omnibus modo simili? Nam cœli efficaciam omninò certam esse oportet. Quia ergò vnum tantùm cœlum, vnusque motus, quia vnus homo, vnum cœlum, & sic porrò: par videtur omninò aut omnes homines similiter sanos, aut similiter ægrotos existere. Hoc autem non fit, sed infringitur operatio in tempore cœli generationis. Infans enim qui iam cõcipitur, iam suum cœlum habet Si autem omnes infantes in vno momento nascerentur, vnum saltem etiam cœlum existeret, vna operatio, vt prædictum est. Ideóque scitote quod sicut se magnum cœlum habet, tale cœlum eum imprimere in natiuitate. Ac res admodùm mira est, si quidem decem millia infantum tàm nocte, quàm die nascerentur, cœlum tamen vnum non assequerétur, sed distarent tanto interuallo, quanto Oriens distat ab Occasu. Sicut enim arbor in terrâ ex semine indies magis magísque augescit & grandescit: sic horæ crescunt in terrâ aduersus cœlum: vt quanto maior existit arbor suo semine, tanto maiores etiam astrales horæ sint terrenis ipsis; tanto, inquam maiores, vt secundùm horas nostras terrenas nequeant menses comprehendi sub nóstris Minutiis. Et mira varietas aut conditio in causa est, vt hic tantopere admirari cogamur; velut etiam in hoc, quod in nobis cœlum & aër existat, vt est extra cum dictà magnitudine. In puncto enim non minus circulus existit, ac in ipso cyclo. Iam quanto maior est cyclus respectu puncti? Et tamen vtrique integri sunt. Sicut ergò fieri potest, vt circini pes immobilis circulum ducat, alter autẽ mobilis spatiosam peripheriam: sic æquale ac simile incrementũ est magnitudinis hominis respectu cœli. Similiter etiam in decrementoà cœlo versus hominem, veluti sunt radii ab ambitu in punctum suum redeuntes. Sicut enim possibile est ex summâ tantùm distribui sic tantùm etiam ex exterioribus in interiora.

Horæ astrales terrenis quanto maiores

Med. officium.

Circulus etiam in puncto.

Ideò verò, quia homo ex terrâ prodit, & ex cœlo, patitur ea, quæ patiuntur illa, & attrahit ista etiam, quæ in ipsis sunt. Illa enim in sese habet: vnde operatio quoque ex ipso procedit. Nam quâ causa aliâ homo edere appetit, quàm quòd ex terrâ est? Cur bibere appetit? Quia ex aquâ est. Cur respirare? Quia ex aëre est. Cur calescere? Quia ex igne est. Sed, dicat quis, *quid hæc ad nostrum propositum?* Imò hæc cognitio est, ex quâ Medicus regimen constituit. Extra hanc regimen nullum præstituitur. Et causa est saltem morborum externorum, non verorum Elemẽtarium. Hinc enim causam & rationem morborum cognoscite, quòd scilicet centrum morborum pariat. Vnde etiam quiuis morbus generatur. Et extra quidem centrum morbus nullus fit. Ideóque otiosè de aëre putrido loquuntur, dicuntque, *Fores claude, vita nebulam.* Nisi enim in ipso constellatio fit, ni-

Homo cur edat cur bibat, cur respiret, cur caleat.

Cœli varius cur non vna affectio.

Centrũ parit morbos.

sit, nihil damni senties. Scire ergò conuenit, in hoc casu, originem non ex aëre æstimari debere externo; veluti si quis de splendore Solis loquatur, & non simul de Sole ipso. Sol Lunam nullam lædit, sed tantùm Solem. Luna nullum Solem afficit, sed tantùm Lunam. Ex hac consideratione generationes quoque morborum non ex opinione externa cẽsete & æstimate. Quod idem est ac si dicas: *Prout motus est, ita nostra est sanitas & ægritudo.* Vtrique enim addicti sumus. Motui subiecti sumus secũdùm morbos, secundùm sanitatem. Si ab illo corripimur, de illo etiam scire nos decet, & nõ de aliis. Extra hanc artem, quis iudicabit? Vt in qua scientia coniunctionis, exaltationis, & dierum vel bonarum, vel malarum sita est? Quis tam innumerabiles patres & matres, ex quibus homo cõstat, sine arte illâ cognoscet? Quis tam varios filios in homine inueniet per humores, per causam primitiuam, antecedentem, coniunctam? O ruditatem & proteruiam! Quis beanos istos docuit morbos eo modo distinguere? Partitio morborum ex ea via procedit, quæ nullo numero comprehendi potest. Discẽdúmque est non ex antecedente, sed ex ascendente. Hunc morbi habent: nec cœlum nouit aut antecedentem, aut primitiuam. Quid primitiua est nisi pater? Quid coniuncta est, nisi coniunctio? Et quis huic omnium morborum originis cognitioni acquiescere potest? Quilibet morbus suum integrum Philosophum & Astronomum requirit. Et sicut intelligenda est origo harum rerum: sic ipsorum quoque morborum. Quis vspiam est, qui in generatione rerum naturalium huiusmodi diuisionem ferre possit? Multò minùs Medicus. Et hoc Academicum sit? O captatores pediculorum! Sic quidem loqui res facilis esset, si modò vera esset. Medicina autem hoc pacto non fingitur. Sic vos cogimini assiduò olidis vestris syrupis adhærescere, ac tam morbido fundamento curam vestram instruitis. Videte verò, quantopere vos hæc ornent. Ipsi Theoricæ, Practica quoque vestra respondet. Verè dico, si huic inscitiæ nũtium miseritis, & naturas cœli terræque scrutati fueritis, futurum, vt non vnum saltem librum, sed Bibliothecas vestras vniuersas cremetis, & cum his, si fieri posset, ipsos quoque eorum magistros ac auctores. Interim me Sophisticâ vestrâ non perterrebitis. Spicula enim mea selectissima in pharetra adhuc condita habeo.

Medic. causæ, primitiua, Antecedens, coniuncta vellicantur.

Medic. reprehẽsio.

Sic etiam intelligitur, atq; hinc emergit principium causarum futurorũ morborum, quod maior homo, hoc est, hominis pater ipse quoque in morbos incidit, ex quibus patris morbis filii quoque morbi æstimentur & indicantur. Iam autem Astronomi campus iste est, vt in cõmune loquatur, nec indiuiduum collimet. Ipsi enim homo minor cognitus non est, quomodo se ad cœlum habeat. Idem ipsum quoque Medicum fugit. Nam etsi quidem sciat, quem attineat, aut feriat: tamen, quia non omnium hominum Cosmographiæ peritus est, rem, vt potest. explicat. Quis enim Philosophiæ ac Astronomiæ alius finis est, nisi homo? Si ergò non in cognito homo sit dictæ artes mortuæ sunt. Similiter, quid Medicus est, si non cum Cosmographiâ concludat, cuius singularem scientiam habere debet, vt & eorum, quæ iam dicta sunt? Omnes enim scientiæ in Cosmographiam referuntur: & sine illâ nihil fit. Iam autem cœlum sibi ipsi Medicus est, vt canis vulneri: quod homini hoc casu deficit. Quia enim plùs est, quam creatura mortalis: pluris etiam scientiæ esse debet. Si enim scire debet, quid in cœlo sit, quid in terrâ, quid in aëre, quid in aquâ: quò id facit? Hûc nimirum, vt seipsum noscat, quis sit, & vnde sit. Hæc cognitio nisi necessaria esset: homo nunquam ægresceret. Vt verò videat homo, quisnam, & qualis sit, ideò patris vices gerere debet in morbis & sanitate. Et videte, hoc membrum Mars fecit, illud Venus, istud Luna: pars hæc Chaos est: hac ex parte est Tereniabin: hoc loco sanguinem & carnem ex aquâ, vel terrâ habes. Horum hominis morborum & sanitatum finis hic vnicus est, vt indè cognoscat limbum, ex quo natus est, vt cognoscat pecora in syluis & agris, videatque se pecoribus omninò similem esse, nec vllâ parte meliorem. Conuenit ergo hominem seipsum considerare, & creaturarũ vniuersarum peritum esse, vt hoc pacto seipsum noscat. Cognitione hâc nemo altiùs penetrat ipso Medico: in ipso enim cognitionis huius veritas sita est, & basis. Huic credi, hunc authenticum haberi par est, nec quenquam aliũ. Iam quia homo eæteris creaturis omnibus sublimior est: hæ vniuersæ in eo sint oportet. Intellectus etiá ipsi ab Adamo hæreditarius additus est, vt, quantus sit, iudicet,

Astronomo minor homo non cognitus.

Cœlum sibi ipsi medetur vt canis.

Homo armenti similis non melior.

Homo creaturis omnibus sublimior.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 243 sur 913

Cur intellectã a.4 pe-rit. Cur è re educa factus.

iudicet, ne ſuperbiæ Luciferi conſors fiat, qui hoc ignorans, Deo ipſi ſe ſimilem æſtimabat. Quæ etiam cauſa eſt, cur homo aliter conditus & creatus ſit, hoc eſt, iſta taliter præuidit Deus, ac ipſum è caducis condidit, vt ſuæ originis memor eſſet. Vnde conſequitur iam, opus eſſe homini, vt ſcientiam ſuam à Medico hauriat, Deus enim hunc condidit, vt tibi explicaret & definiret, quis ſis tute, quo vinculo, quibus pædicis ſtringaris, & quâ re liberari debeas. Quæ conſideratio vniuerſa eò nos deducit, vt intelligamus, hominem ex creaturis externis hâc vna de causâ productum eſſe, vt per infirmitatem ſuam admoneretur, vnde ſumtus & conditus ſit.

Cœlum ægrotans malum in homine tranſfert.

Iam autem, ſicut dictum eſt, ipſum quoque cœlum ægrotat. Sed illud porrò ſe effundit. Id homo hæreditariò accipit. Ipſius enim cœlum parentem imitatur. Morbus tamen rectà ita non profertur. Intra ſe etenim is corpus habet, quod in quatuor, non vno conſiſtit. Permixtio ea Medici ſubiectum eſt. Subiecti verò natura Medico comperta eſſe debet, quòd nimirùm cœlum hoc mortificet, quòd illud aër mortificet. Hæc cauſa eſt, cur ſcire Medicum deceat, quare ſphæra ſuperior tam violenter inuadat, & vbi, ac quo loco inuadat, quódque mors ſola impetum eius retundat, ita, vt cœlum perrumpere & penetrare non poſſit. Hæc repreſſio eſt ſtrangulatio eius, quod intra cutem clauditur, Attendendum enim hoc loco eſt, quòd interiora aſtra, quæ mortifera corpora gemina in ſe habent, propter geminam illam naturam morbum inducant, qui extra cutem excutiendus omninò & extrudendus ſit. Id vero cœlum non molitur. Nec enim geminatum eſt. Hanc vero mortificationem qui auertet Medicus, qui neſciat, hæc aſtra cœlum ſuum perrumpere & excidere: & ſi quidem perruperint, ſolam ibi mortem extrudi, non ipſam ſanitatem? De his Paramirum lege, quem librum peculiarem morborum cauſis ac origine addixi.

Tantum ergò ſitum eſt in fundamento Medicinæ, vt, niſi Recepta contra ipſas aſtrorum propietates, & morborũ proximas cauſas dirigantur, curari probè ac ſanari nihil poſſit: Quæ enim ſtellæ, eadem & morbi natura eſt: & qui ſtellæ, idem etiam morbi cognitionem habet. Et hæc quidem cognitio nihil docet allud, quàm ipſam Medicinæ naturam expendere. Inimicum enim ſi noſti, noſti etiam amicum. Si cœlum hoſtis eſt: inferior ſphæra amicus eſt. Si hoſtilitas ex ſphærâ inferiore: in ſuperiore amicitia eſt. Non terræ productiones ſemper: ſed & cœleſtia arcana iuuant. Iam verò morbus nullus eſt, quem non violenter impugnet ſola natura ac proprietas, & minimè complexio. Et ſic è contrà. Vermes enim qui naſcuntur, originem ſuam ex proprietate habent, & nec ex frigore, nec ex calore. Et hæc proprietas cauſæ vim in morbis omnibus habet. Quis verò manus huic operi admouebit, vt morbos deſcribat eos, quorum naturam ac proprietatem ignoret? Aut quis ſanandorum eorum modum docebit, qui illius imperitus ſit? Ideóque vtræque ſphæræ arcana iſta ſuo Medico impertiunt. Iam verò arcanorum & Medicinæ ea differentia eſt, quòd arcana in naturâ ſeu eſſentiâ operantur, Medicina autem in cõtrariis Elementis. Arcana autem Medicinæ ſe non præferunt. Et Medicinæ ſunt hæ, vbi frigidum calido, multitudo purgatione demenda intelligitur. Sic ergò cenſentur ſubſtantiæ arcanorum, quòd naturæ ſint, directæ aduerſus proprietatem hoſtis, non ſecus ac pugil aduerſus pugilem. Ita conflictus naturæ quoque eſt, vt dolus dolo anteuertatur. Et quæcunque naturaliter in terrâ poſſidemus: eadem natura quoque in Medicinâ reſeruata vult. Et hoc pro exemplo Medico ſit: aliter hîc non agi, quam ſicut duo hoſtes ſeſe ſibi inuicem opponunt, qui aut æquè frigent, aut æquè excandeſcunt, qui ambo armati ſunt, qui ſimilibus armis luctam intendunt. Penes hos vt victoria ſe habet: ſic de homine etiam ſcire debetis, geminos eius luctatores naturale auxilium ab vnâ matre; hoc eſt, vnâ virtute ſollicitare. Cum ſimili virtute operantur etiam arcana. Haudquadam ergò conuenit, vt eadem induſtria in Medicinâ ſuggerendâ vtatur Medicus, & velloricas, vel haſtas Medicinæ in manũ indat. Ea enim ipſa hęc in ſe habet. Tu ſaltem naturam arma: quæ pòſt ſeipſam tuebitur. Hæc eo fine produco, ne quid temerè gradibus fidatur, qui tantâ hoſtilitate cœlum impugnant. Omnis enim conſideratio tali exemplo terminatur. Vulneratur quiſpiam, & largo cruore diffluit. Huic ſanguis ſiſti non poteſt. Ex remediis autẽ viginti, vel triginta adhibitis, vnũ rude quoddam hęmorrhagiam ſiſtit.

Vermes non ex qualitatibus.

Arcana & Medicina quo differãt.

Natura quia Medico tractãda.

Contrariorum vna ſcientia.

Aut

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 244 sur 913

Aut ceſſat profuſio ſponte ſua. Hic quid ſciendum aut conſiderandum ſit Medico? Vnicus ſcilicet ſphæræ motus. Procedere vult ſtella, curſum eius nullo inhibente. Huiuſmodi motuum ſeu curſuum plures ſunt: plures etiam ceſſationes & repreſſiones cruentationis. Iam quot curſus: tot ſanguinis cohibitiones. Ars ergò in hoc ſubſiſtit, plures eſſe res iſchæmas, & tot, quot motus ſeu curſus. Iſchæmum verò ad motum ſeu curſum relatum, id iam arcanum eſt: vt ſtella cum ſua Medicina conſideretur, & calidũ cum calido, frigidũ cum frigido conferatur. Aliud enim hic nihil cõſideranduũ eſt, quam natura cũ natura. Cuilibet marito ſua vxor: vxori cuilibet ſuus maritus iungatur. Et in hoc Medicinæ neruus ſitus eſt, vt iudicium fiat de bonis

Medic. reprehẽ ſio.

maliſque ſignis, de membrorum læſionibus. Hoc quidem aliquatenus inceptum à nonnullis eſt: ſed non ſatis periti Medici in ordinem id coëgerunt. Obliuione enim Medicina omiſſa eſt: nec aliud, niſi pars ſaltem dimidia propoſita eſt. Totum vero eliſum eſt.

Cùm ergò tanta vis cœli ſit, quæ Medicinæ tàm potenter dominetur: opus eſt, vt fundamentum hoc, quod propono, tandem obſtinatè ſeruetur, nec extra id quicquam tenetur à quoquam. Vnde etiam conuenit, vt, quæcunque contra ipſum producuntur, aut eduntur, in mediam pyram iactentur. Nihil enim in illis, niſi meræ ſeductiones. Et quis mihi id crimini dabit, quod Plinium in ſuis de

Plinius nullius momẽti res tradidit.

viribus rerum naturalium commentariis reiicio? Nec enim is quicquam ſcribit, quod aut verum ſit, aut aliquem vſum habeat. Non inficior equidem alicubi ipſum verum tradidiſſe. Sed quis eſt, qui ſciat, in quonam, aut quando id verum deprehendi queat? Cœlum operatur ſuo tempore. Et cœlum id eſt, quod rerum vires profert & manifeſtat. Vires enim ac virtutes cœlo ſubiectæ ſunt. Qui ergò auſit quiſpiam de virtute tradere, qui ſimul non addat natiuam virtutis horam? Quid id aliud eſt, quam inanis, collectitius, & inexploratus ſermo quidam, qui de rebus vacuis perſonat? Et tamen huiuſmodi ſcriptis blaterones illi adhærẽt.

Medic. reprehẽ ſio.

Nec enim herbarii qnicquam predicare, aut exornare norunt, quàm quod linguæ, cui omnes doli inſunt, dulce obueniat. Quis mihi vitio vertet, quod Macrum & auctores huic ſimiles nõ magnifacio, & lectionem eius veto? Hæc ue vero cauſa leuis eſt, quod quis trifariam loquatur & ſcribat? quod quis rerum naturas & ſpecies, quo ſpectent, prauè expediat? Secundo proceſſus etiam immemores ſunt qui tamen rebus non minus neceſſarius eſt, ac ipſa virtus. Et qui proceſſum ignorat, qui is virtutem compertam habeat? Proceſſus enim virtutẽ demonſtrat: & virtus per proceſſum explicatur. Tertiò, quòd iſtorum auctorum animus ſenſuſque nec in morbis, nec in rebus aliis vnquam intelligi potuit: an eos legi non prohibendum ſit? Nam nec memores ſunt matris naturæ, nec eius luminis, nec vllius naturalis principii aut originis. Quid enim aliud vnquam vſpiam egerunt, quàm quòd compilata & commendicata nonnulla in publicum dederunt: quorum ratio ac fundamentum (quod ne tantillum quidem intellexerunt) longe aliud quam deſignarunt, deprehẽſum eſt. Quo modo ipſi quoque Poetæ ſcribunt, & varia comminiſcuntur, vnumque exalio fingunt, iam hoc, iá aliud cantillantes: quorum penna nihil aliud quam Medicinæ virus eſt. Fundamentum Medicinæ ita produci debet,

Fundaméti qualis virtus

vt ſilex in Saphyrum & Smaragdum, & Venus in Solem inducatur, non per artem ſolum, ſed & per cœlum: nec ſolum forma, ſed etiam virtus. Adeoque ita docendum & ſcribendum eſt, quod omnes Coralli virtutes in marmore, & marmor in Corallio reperiantur. Facilis eorum opera eſt, qui de coloribus ſcribunt. Leuis is labor eſt illius, qui ſui vicini dicta colligit & conſcribit. Hi ſcriptores nullo iure dici queunt. Ex fundamento matris rem deducere debet, qui de filii natura commentari vult. Et hoc pacto res quælibet ſit id, quod alterũ eſt, nullumque per melius, vel deterius fit. Scriptorum adeo nunc illorum res eò perducta eſt opera. vt iam Rhabarbarum ac Hermodactyli vltra mare quærendi ſint. Ex hoc beaniſmo pharmacopœorum temeritas enata eſt, qui naturam & cognitionem medicamentorum deſeruerunt. Reſque ſe hæc aliter nõ habet, ac ſi quis pro ſe dicturum oratorem conducat, cum tamen ipſemet ſatis oris ac linguæ habeat: cui hoc ſaltem deeſt, quòd os non æque peritum ac aſſuetum habeat. Sicut aurem ex ruſtico fieri Doctor poteſt: ſic ex Gentiana Rhabarbara. Huius velim vos memores eſſe: ſicut vniuſcuiuſque os informari ac inſtitui poteſt: ſic ipſa quoque natura diſciplinæ ſubiecta eſt.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 245 sur 913

Medicina ante pedes est: ab vltimis oris adducenda. Res omnes vnâ fola opinione differentes.

Medicina enim & iuxta hortos, & iuxta ægros nascitur. Postquàm verò Experimentatores & Humoralistæ surrexerunt, Græcanias Medicinas Germanis obtrudere ausi sunt. Ac hoc idem cum pannis est, quò longius allati: eò meliores. Domestici autem, qui æquè frigus arcent, abiecti vilescunt. Vnum quà tandem re altero potiùs est: Sola opinio, & voluntas aut stultitia ea differre facit, seductioque ea tantùm oculorum est: qui vitio quodam à nonnullis visus senum dicto correpti, herbam sexcentorum milliariũ interuallo discernunt, & quę antè pedes est, non vident. Cœlũ autem tàm ante pedes est, quàm vltra milliaria mille. Si Assendens ægrum inuenire potest ad iugulandum: inuenire illum etiam poterit ad seruandum. Geminum vtrumque est: vbi morbus, ibi Medicina: vbi Medicina, ibi morbus. In arcanis enim tartarus fit Hyacinthus, Rubrica Alabastrum, Silex Granatus, Argilla nobilis, Bolus, Arena Margarita, Vrtica Manna, vngula Balsamus. In his descriptio rerum latet: in quibus probè versatum esse Medicum decet.

Arcanorum vis.

Quælibet res temporaria cœlo subiecta est. In causa est earum putredo. Quàm primùm decursus & finis præstò est, vicina est etiam rei dissolutio. Post vnam quamlibet solutionem introduci debet nouus assendens, & nouus introitus. Hinc enim fit, vt sæpe decem & viginti incidant vni membro, ante quod cœlum totum interit. Sic ergò recentes aliæ constellationes prodeunt, vtiles vitæ, damnosæ valetudini. Vnum enim momentum frangit ac destruit, quod posteà nunquam redintegrari potest. Nunc autem ex hoc sequitur fortuna incircumcisorum Medicorum, quod vnâ eàdémque Medicinâ iuuant hunc, illum nõ iuuant, & tamẽ vna est, & iã procedit iã retrocedit, Ad ista verò opus est scientiâ Reuolutionis & Alterationis, & permutatione Assendẽtis, & finitonc. Exaltationis, & nouâ ratione coniunctionis. Alio modo quis quæso Medicinã gubernare & dirigere possit? Vos autẽ Medici, vbinam tandem basin vestræ fortunæ quæretis & statuetis? Aut quem criminabimini, si res aduersè cadant? quem prædicabitis, si pro voto succedãt? Quid fortuna est? quid infortunium? Narrate mihi, quæ facies Lunæ sit, quos oculos, quem nasum gerat. Si cœlestium motuum doctrinam gustãsse tis, ita loqueremini: Hic est, hic non est nec diceretis, faciam periculum, Deus bene faueat. Nulla fortuna est sine fundamento, aut sine præscientia experto. Quid fortuna est aliud, quàm ordo, cum cognitione Naturę coniunctus? Quid infortunium est, quàm præter ordinem introitus in naturam factus? Natura, si rectè procedit, ea fortuna est. Si exorbitat, est infortunium. Quæ in eorum gratiam profitemur, quibus persuasum est, fortunam virum esse, ad placitum hominum omnia facientem. Id quod falsum est. Nostram enim in naturâ ordinatam conditionem habemus. Qui in luce ambulat, nullo infortunio obruitur. Qui per tenebras vadit, nec ipse infortunio premitur: sors vna vtriusque est. Qui non cadit, ordinem tenet. Qui cadit, ordinem infregit. Ideò fortuna & infortunium non se habent, vt nix & ventus: sed ex penetralibus naturæ deducenda & cognoscenda sunt. Ideoque infortunium est inscitia: fortuna verò scientia Qui in pluuiâ ambulat, etsi quidem madescat, infortunatus non est. Qui in Sole ambulat, infortunatus nõ est. Nam vtriusque tàm fortuna, quàm infortunium à solis dubitantibus & sperantibus conficta sunt: qui ambo nihil faciunt aliud, quàm os hiatu pandunt, si quid fors inuolaturum sit. Circa cognitionem & scientiam adeò nauiter laborare debetis Medici, vt originem seu causam tàm fortunæ, quam infortunij sciatis. Hoc dùm non potestis, à medicinâ manus amouea tis. Nam interficere ægrum, infortunium non est. Ipsum etiam sanare, fortuna nõ est. Finis est & scopus, secundùm quem quælibet agit & operatur. Finis enim testatur, qui vel in fortunâ, vel in infortunio, vel in scientiâ vel in ignoratione versetur. Quis numerum nouit morborũ alius, quàm qui nouit numerum plantarum & arcanorum naturalium? Nihil altero plus est: nihil minùs est, quod plùs supermaneat, quàm sola mors, quæ nullo numero includitur. Quia ergò numerus par vtrinque est: quis primus est in sumendo numero, quàm Philosophus pro parte vnâ? pro parte alterâ Astronomus est: nec alter plus altero est, amboque numerum morborum seruant. Medico impossibile est, eos experiri. Is enim Medicus est saltem vni regioni, vni anno primo, anno secundo quid nouit tandem. Ex seipso compertum non habet, quâ te nomina eruantur & inueniantur, Sic & hîc principium materiæ, naturæ,

Fortunæ scientia est: infortunij inscitia.

De fortuna opinio.

Mors extra numerum.

Medico morbos omnes experire impossibile.

Medic. reprehensio.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 246 sur 913

scientiæ,& proprietatis situm est.

An ergò iniquum sit,Beanis vobis vestram stultitiam, & errores, & ægrorum seductiones detegi & in apricum dari? Aut aliud fundamentum vos habere decet:aut peiore latronibus in spectaculum prodeatis oportet. Putatísne, mihi hoc vitio vertendum, aut me extra patriam eiiciendum esse, quòd ista talia dico & vobis exprobro? Quod in rei veritate aliud nihil est, quàm lacrocinium vestrũ è tenebris foràs eliminare. Auctoritas vestra diutiùs stabilis non erit, quàm vsque ad sententiam ægrorum. Tùm enim temporis latè manifestabimini. Beanissimum vestrum non tuebimini per vestros compatres, & affines, aut per adulationem&assentationem principum:sed alia omninò sors & vestra & vobiscum eorum erit. Nisi enim ita fundamentum vestrum constituatis, vt morborum nomina futura sint Leonis, Sagittarij, Martis, Saturni: tùm certè nihil quicquam efficietis aliud, quàm vt in infortunio volutemini:vtrum verò illorum pro vero fundamento proponetis ægrotanti? Reuerà si mendacia illi vestra scirent, aut comperta satis haberent, multò frequẽtiores lapides dorsis vestris ingererent, quàm pedib⁹ suggererent. Nolite dicere: hæc est Melancholia, illa cholera. Nec enim res ita se habet. Veram scientiam ab externo mutuemini: & sic vos nemo mendacij coarguet. Minis me quidem vestris & calumniis nihil mouebitis, aut percelletis. Si enim in arenam descendendum sit, mea mihi domi arma & nota, & iam promta sunt.

Medic. reprehẽsio acris.

Hinc iam æstimate Auditores & Lectores,quo fundamẽto ego& illi vtamur: & iudicate, vtrum mea scientia, ab insaniâ, an nigromantiâ, aut Diabolo, vt aiunt, pendeat & prodeat. Iuxtà autem trutinate etiam fundamentum, quòd ipsi habent, vndénam id emergat. Meum in veritate est. Ex quo iam eius patrem dignoscere potestis. Ipsorum autem est mendacij: vnde & huius originem finẽque coniectare procliue est. Et tot commemoratis hic iam columnæ alteri finẽ impono: explicationem vberiorem additurus iis locis,vbi natura & homo describentur. Quod hic meum quidem propositum non est: sed hoc saltem fuit, vt explicarem, vnde Medicina desumi debeat, & quomodò dignosci debeat à fraude impostorum, qui eam verbo tenùs hactenùs tutati sunt.

TERTIA MEDICINAE COLVMNA ALCHIMIA.

PROPOSITO nostro insistentes, iam deinceps fundamentum Medicinæ tertium producimus, quod est *Alchimia*. Huius quidem, nisi Medicus ad summum vsque gnarus & peritus sit, cassum ac vanum erit, quicquid artis suæ impendet. Vsque adeò etenim acris ac subtilis in suis operibus Natura est, vt nisi cum sublimi & accurato artificio tractari nolit. Nihil enim ea in lucem profert, quod illicò in se perfectum sit, sed homini id perficiendum relinquit. Hæc perfectio vocatur *Alchimia*. Alchimista enim pistor est, in eo, quòd panes coquit: Vinitor in eo, quod vinum parat: textor in eo, quòd pannos conficit. Sic, quicquid ex naturæ sinu in commodum hominis profunditur: id qui eo, quo destinatum est,redigit, is Alchimista est. Ex his iam discrimen huius artis à cæteris hoc simili dato noscite. Cogitate enim si quis pellem ouinam crudam pro veste & tegumento sibi indueret, quàm rude id & crassum futurum sit, si conferatur cum pellione & pannifico. Æquè rude & crassum est,si quis ex natura depromtũ quid habet, & id non præparat. Imò id priore multò rudiùs est. Hoc enim concernit ipsum corpus, ac vitam, ac sanitatem. Vnde fit, vt multò accuratiùs tractandũ & habendum sit. Iam autem opificia vniuersa naturam æmulata sunt,& eius proprietatem ita edidicerunt, vt iam naturam ipsam in omnibus exprimere, & quod in eà summum est, elicere possunt. In solâ autem Medicinâ, vbi omnium maximè necessarium erat, id præstitum minimè est: quæ ob id etiam hoc respectu rudissima & impolitissima existit. Qui crassior esse possit homo, quàm qui carnes crudas vorat, & coriis rudibus vestitur, ac domum sibi sub proximis scopulis statuit, aut sub pluuiis moratur? Sic æquè, quî crassior possit esse Medicus,aut quî rudior Medicïnæ præparatio esse queat illâ,quâ in decoquendis rebus vtuntur seplasiarii. Fœdiùs enim nihil est,quàm medicamenta ita pinsere,subigere, & inuicem confundere, aut vario modo polluere. Et quemadmodum illũ corium ornat: sic medicamentarium sua ars. Quia verò hoc loco verum remediorum præparandorum fundamentum

Natura mos.

perfectũ nihil in principio Alchimia quid.

Medicina cęteris artibus rudior.

Alchimia vnde cruenda.

Alchimiæ quanta arduitas.

tum, super quo ipsa medicina consistit, producitur & stabilitur: ideò scitote, fundamentum hoc ex penetralibus naturæ erui debere, non verò ex cerebro imaginatiuo, velut cocus pro suo arbitrio pultem coquit. Nam in hâc præparatione summum & & vltimum rerum positum est. Ita, si hic Philosophia & Astronomia, hoc est, natura morborum & remediorum cum omni compositione & coniũctione suâ intelligatur, tum proximum est, & maximè necessarium, vt qui, quod id scis, impendas & adhibeas, decernas. Natura si quidem ipsamet in his rebus te docet, cui potissimum operæ studere debeas, vt Medicinam tuam in effectum deducas. Sicut æstas pyra & vuas: sic tu Medicinam tuam proferre debes. Quæ si eo modo adhibeatur, eius certè euentum optatum assequeris. Si ergo id satagendum est, vt quemadmodùm æstas suos fructus prodit, sic tu quoque Medicinam tuam proferas: scitote, quòd æstas per astra id faciat, nec citra ipsa. Hoc iam, si astra præstant: hoc loco obserua præparationem hancita directũ iri, vt astris subiecta sit. Ea enim sunt, quæ opus Medici complent & perficiunt. Ideoque, si talia astra sunt: Medicinam iuxta ea intelligi, ac naturari omninò æquum est. Nõ vt dicatur: Hoc frigidum est, hoc calidum, hoc humidum, hoc siccum: sed vt dicatur, hic Saturnus est, hic Mars est, hæc Venus, hic Polus. Sic viâ rectâ incedit Medicus: maximè, si præter hoc, astralem quoq; Martem cũ enato sibi mutuò subijcere tũ coniungere & concordare sciat. Hic enim voluâ, vel nucleus situs est, quem tamen Medicorum nemo, à primo ad nouissimum ante me admordit. Hoc sic intelligendum est, oportere Medicinam in astra præparari, vt astra fiant. Superiora enim astra infirmant & mortificant, & sanant etiã. Horum si quid fieri debet, sine astris omninò fieri nequit. Si cum astris autem fieri debet, fiet eo modo & viâ, vt præparatio eò deducatur, vt simili ratione Medicina per cœlum conficiatur & paretur, quâ etiam Prophetiæ à cœlo, & facta cætera à cœlo constituta sunt. Hoc est: videtis, astra præsagire & prophetari tempestatem horridam, astra portendere morbos, mortem regum ac principum: astra vaticinari prælia & bella, pestes, famem. Hæc omnia cęlum indicat. Nam ista facit & producit. Quod facit, id meritò innuit. Hæc ex ipso egrediuntur, ex ipso egrediuntur etiam artes huius scientiæ. Sic ergò, si per cœlum, aut à cœlo sunt: à cœlo etiam gubernabuntur, vt ad nutum & arbitrium eius fiant illa, de quibus dictum & indicatum est. Ita prædictæ res à cœlo ad eius voluntatem factæ sunt: ideò cœlum eas etiam ducit & moderatur. Porrò autem de his etiam scitote: si Medicina ex cœlo est, citra omnem contradictionem cœlo quoque subiecta manebit, eique morem geret, & ad ipsius arbitrium sese accommodabit: Hoc si verum est, necesse est, vt Medicus opinionẽ exigat de *Gradibus, & Complexionibus, & Humoribus, ac Qualitatibus*, ac nolens volens Medicinam in astris cognoscat, hoc est, Naturam Medicinæ secundum astra diiudicet, vt tàm superna, quàm inferna astra sciat. Et quia Medicina sine cœlo nauci est: ideò per cœlum eam deduci oportet. Hæc eius deductio nihil est aliud, quàm terræ in ea existentis abolitio & ademtio. Nec enim cœlum eam regit, nisi ab eâ separata illa sit. Si ipsam separasti: tùm Medicina in potestate astrorum est, & ab iisdem regitur ac sospitatur. Sic quæ ad cerebrum spectat, ad cerebrum per Lunam deducitur: ad splenem quæ facit, eò per Saturnum corriuatur: cordi quæ impenditur, per Solem illi aduehitur. Sic per Venerem reguntur Renes, per Iouem Hepar, per Martem bilis. Nec de his tantùm, sed & de cęteris omnibus ineffabiliter id sentiendum est. Nam quid est ea Medicina, quàm matrici fœminæ adhibes, si ea illo à Venere non dirigitur? Quale esset remedium cerebri, si ad hoc Luna illud non deriuaret? Ita etiam de cæteris iudica. Omnia enim aliàs in ventriculo persisterent, & tandem per intestina emissa, operationem nullam ederent. Hinc enim causa emergit cur, si cœlum minus tibi faueat, & Medicinam dirigere nolit, parùm admodùm proficias. Cœlo enim moderatore opus est. In hoc ergò artis opus situm est, vt non hâc normâ loquaris: Melissa est herba matricalis, maiorana est capitalis. Sic enim imperiti loquuntur. Id in Venere & Lunâ positum est. Si ea, qualia præsumis, experiri velis: oportet vt clemens & benignum tibi cœlum habeas: alias operatio nulla proueniet. Hic iste fundus erroris est, qui tantoperè in Medicina inualuit: tu saltem propina, si iuuat, iuuat. Huiusmodi artem quiuis etiam bardus rusticus calleat, nec ad

Astra Medici opus perficiunt.

Ab astris remedia sunt & gubernantur.

Medicina sine cœlo cinauci.

Medicina ab astris nõ regitur, nisi separata.

Successuum malorũ caussa.

Medic. reprehẽsio.

Fauor cœli operationis suspiratio.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 248 sur 913

Directorium solum cœlum.

hanc vel Auicenna, aut Galeno opus habeat. Ab his vos autem progeniti Medici dictitare soletis, oportere dari Directoria ad caput, ad cerebrum, ad hepar, &c. Et quî Directoria illa ponere audetis, cùm tamen cœlum minimè intelligatis? Id ènim solum dirigitur. Quin & vnius obliti estis, quòd vos vniuersos stultitiæ implicat. Comperta nimirum habetis, quæ ad cerebrum, ad caput, ad matricem, ad anum, ad vesicam, &c. dirigant: sed quæ ad morbum dirigant, ea scitis minimè. Iam si nescitis, quæ ad morbum dirigant: ignorabitis etiam vbi morbus situs sit. Idemque vos cum partibus principibus, quas plerúnque ægras arguitis, agitis, quod sacrifici cum suis diuis: quos vniuersos in cœlum contrudunt, etsi eorum plurimi in inferno sepulti iaceant. Sic vobis quoque omnes morbi in hepate & pulmone siti sunt, & si interdùm podicem occupent.

Medic. reprehẽsio.

Medicorum & sacrificorum vna sors.

Iam autem quia cœlum per astra dirigit, & non Medicus. Medicinam adeò in aërẽ redigi oportet, vt ab astris commodè ea regi possit. Nam quis lapis ab astris attollitur? Nullus, nisi solus volatilis. Hinc factum est, vt multi per Alchimiam quintum esse indagauerint; quod aliud nihil est, quàm vt quatuor corpora ab arcanis seperentur. Tum, quod ibi reliquum sit, arcanum est. Hoc arcanum prẽterea etiã chaos est, adeò aptum ab astris duci, sicut pluma à vento. Talis ergo sit præparatio Medicinæ, vt quatuor corpora ab arcanis demantur. Huic deinde accedat scientia, quid scilicèt astrũ in eo arcano sit: & deinceps etiam sciatur, quid astrum huius morbi sit, & sit quid astrum in Medicinâ contra hunc morbum. Et hinc demum procedit *Directio*. Si medicamentum propinas, tùm illud tibi ventriculus præparare cogitur, qui tuus Alchimista est. Quòd si ergò medicamentum eò ventriculus reducere potest, vt ab astris recipiatur, tùm illud dirigitur. Sin minùs, manet in ventriculo, & per secessũ elabitur. Quid dignius quæso est Medico quùm scientia concordationis vtriusque astri? In hoc enim notitia morborum omnium consistit. Hic ergò Alchimia ventriculus est exterior, qui astro suum præparat: non vt illi delirant, dicúntque Alchimiam facere aurũ, facere argentum. Vnum hic opus est, *Fac arcana*, & ea ad morbum dirige. Hûc euadat opus est: hic rhombus est. Hæc enim omnia ex ducto naturæ & eius comprobatione procedunt. Sic ergo natura & homo in sanitate ac morbis coniungi, conferri, & coæstimari volunt. In hoc ratio curationis & sanationis quiescit. Ista autem omnia perficit Alchimia: sine quâ horum nihil fieri potest. Iam si arcana omnia Medicinę sunt, & Medicinę omnes arcana, & arcana insuper volatilia existunt: quo iure queso fartor ille & sordidus coctor Pharmacopœus se *Dispensatorem coquúmque* iactare potest. Imò verò dispensatorem coquúmque scrutorum. Quanta etiam Doctorum eorum stultitia est, qui per hos coctores rusticos fallunt, quibus Electuaria, Syrupos, Pilulas, & Vnguenta porrigunt, quæ tamen nec vllum fundamentũ nec vllam artẽ, nec Medicinam, nec scientiam vspiam præferunt? Nec quisquam vestrûm præstito iuramento tueri ausit, quòd cum cõscientia & veritate operetur. Eadem ratio vestræ quoque Vroscopiæ est. Ex lotio enim cœruleum cœlum diuinatis, ac tam strenuè nugamini, vt vel per ipsam vestram confessionem ratum sit, ista nihil aliud, nisi diuinatoria & coniecturalia existere, nec quicquam coincidere, nisi quòd casu fortuito ita eueniat. Sic & in officinis mentimini, & eluendo coquendóque tantum magisterium præ vobis fertis, vt nemini persuasum aliud sit, quàm penes vos ipsum regnum cœleste morari, cùm ibi tamen merũ barathrum inferni occulatis. Si tyrocinia illa vestra missa faceretis, & de arcanis scrutaremini, qualia ea essent, quem directorem haberent, & quomodò astra morbos & sanitatem regerent: tunc certè cum hisce vnà quoque sciretis, illud vestrum fundamentum meram esse phantasiam & persuasionem. Vltimum & vnum propositum hîc est, vt ratio Medicinæ tandem in his arcanis consistat, & vt arcana fundamentum. Medici obsignent. Idóeque si in arcanis colophon situs est: necesse est, fundamentum hîc esse Alchimiam, per quam arcana præparentur. Ideóque scitote, arcana sola esse illa, quæ vires & virtutes sunt. Ideò etiã volatilia sunt, corporibus vacua & sunt chaos, & sunt clarum, & sunt pellucidum, & sunt in potestate astri. Tu si astrum nouisti, & nouisti morbum: iam plenè intelligis, quis tuus ductor, quæ tua potentia sit. Et sic arcana etiam cuiacunt, nihili esse vestros Humores, Qualitates & complexiones, perperamq; inuehi Melãcholiam, Phlegma, Choleram, &c. inducique oportere horum

Ventriculus Alchimista

Alchimia ventriculus externus.

Alchimię finis quis.

Arcana sunt volatilia.

Pharmacop. reprehensio.

Medic. reprehensio.

Arcana quæ vera sunt.

Medicus reprehensio.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 249 sur 913

rum loco Martem, Saturnúmque, dicíque, hoc arcanũ est Martis, hoc Saturni est. Et in his Physica subsistit. Et quis ex vobis, auditores, fundamentum hoc respuere & auersari audeat? Soli preceptores vestri hoc faciũt: in isto veteribus præfractis & induratis studiosis persimiles.

Medici requisita.

Hæc ergò talia si scire Medicum fas est: conueniet etiam ipsi, vt compertum habeat, quid sit calcinare, quid sublimare. Nec id per manum quidem saltẽ, verùm etiã per mutationẽ, quæ pluris illa est. Per istas enim res, sicut in præparatione deprehenduntur, maturationes persępe eiusmodi producuntur, quales nec ipsa natura procurare possit. Et ad maturationem hanc Medicus suam artẽ dirigere debet. Is enim est autumnus, æstásque, ac astrum eorum, quæ perficere debet. Ignis est terra: homo est ordo: res operis, semen. Et licèt hæ res omnes in mundo simpliciter intelligantur, variæ tamen ac multiplices sunt in fine. Sicut etiam multiplices in loco finis. Quanquã per processum vnũ arcana omnia in igne nascantur & producantur. Iste ignis, illorum terra est, & hęc terra iuxta Solquoque est: adeóque terra & firmamentum in hac generatione secunda, res eadem & vna est. In hac coquuntur, in hac fermentantur arcana. Et sicut granum in terra computrescit priusquàm enascatur & fructificet: sic hic quoque in igne dissolutio fit, vbi fermentantur arcana, & ex sese auferunt corpora, & perascensum abeunt in suas exaltationes, quarum tempus est calcinatio, sublimatio, Reuerberatio, solutio, &c. & secundò in Reiterationem, hoc est, in transplanationem. Iam autem hæ operationes vniuersæ fiunt à cursu seu motu, quem tempus dat. Vnum enim tempus est mundi exterioris: alterum hominis. Sed & operatio, seu vis cœlestis motus mirabilis existit. Et licet artifex quidem seipsum, ac suũ opus magni æstimare possit: tamen summa hæc est, quod cœlum æquè mirabiliter *Coquat, Digerat, Imbibat, Soluat, & Reuerberet*, ac id facit Alchimista. Et motº cœli motũ & regimen ignis in Athanar docet virtutẽ quę in Sapphiro sita est, cœlũ promit persolutionẽ, coagulationẽ & fixationẽ. Si iam per hæc tria cœlũ ita constitutum est in suis operationibus, dum eas eò deducat ipsam quoq; Sapphiri solutionem similiter in his tribus punctis consistere necessarium est. Hæc solutio talis est, vt corpora per eam excludantur, & arcanum maneat. Ante hanc enim dum Sapphirus integer esset, arcanum nullum fuit. Posteriùs autem, sicut vita in hominem, ita hoc etiam arcanum in hanc materiam à cœlo infusum est. Corpus ergò remouendũ est, vt quod arcanum impediat. Sicut enim ex semine nihil fit ac gignitur, nisi dissoluatur, quæ dissolutio aliud nihil est quàm putrefactio corporis, non ipsius arcani: sic hoc loco corpus etiam Sapphiri se habet, nisi quod arcanum acceperit. Iam autem solutio eius per illa fit, per quæ coaluit. Granum agri non paruam naturæ industriam experitur, vsque dùm in aristam procedat. Ibi enim Elixir est, & fermentum summum, quod præ rebus omnibus in natura retinetur. Posteà sequitur digestio: & ex hâc ipsius incrementum Qui talis naturæ præparator esse vult, hâc illum transire oportet: aliàs merus popinarius, aut coquus, aut tersor erit. Requirit enim natura, vt omni modo præparatio in homine fit, velut in ipsa: hoc est, vt eam magistram sequamur, non cerebri nostri ineptias. Cæterùm quid vos tandem Doctores ac seplasiarij aut fermentatis, aut putrefacitis, aut digeritis, aut exaltatis? Nihil nisi variam quandá iusculorum miscellam concinnastis, quam ministratis, & sic turpiter homines decipitis. Quis laudet medicũ, qui modum ac rationem naturæ nõ didicit? Aut quis huic fidat? Nihil enim aliud esse debet medicus, quàm ipsius naturæ consultus, qui eius naturam, proprietatem, & conditionem apprimè calleat. Si ista talia compositionis Naturæ ignorat: quid obsecro possit in dissolutione? Intelligite ergò, dissolutionem retrogressum quẽdam esse. Quæcunque natura gradatim prorsum composuit, ea retrorsum vos soluere debetis. Et quamdiu, vel vos, vel ego huius solutionis imperiti & ignari sumus: tamdiu saltem latrones & iugulatores, cornutos, ac beanos agimus.

Corpus arcanum impedit.

Med. reprehens.

Medici officiũ.

Vos quid quæso ex Alumine producetis, in quo arcana plurima tam ad corporis, quàm vulnerum morbos latitant? prout vester processus est, quis vnquam ipsum more pharmacopœorum ad hunc vsum deducet, quo tamen pollet? Et hoc tàm de Mumia, quàm alumine dicimus. Quæ vos vbi quæritis? vltra Oceanum, apud Gentes. O vos verò simplices: qui è longinquo accitis, quod ante ædes vestras, in vestris pomœriis promtum est. Ideò verò, quia Alchimiam ignoratis, mysteriorum quoque Naturæ ignari meritò estis. An verò ita vobis persuasum est,

Alumi-nis multa arcana.

Mumia.

Alcana omnia in igne.

Exaltationis quę tempora.

Natura omnia molitur quæ artifex.

Solutio arcanum prodit.

Solutio est via cõtraria cõpositioni.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 250 sur 913

quia Auicennam, & Sauanarolam, & Valescum, & Vigonem teritis, vos cum his iam satis expeditos esse? Mera illa nugamenta sunt. Extra hoc arcanum, nemo expiscari potest, in natura quid verè conditum sit. In vnum cogite doctores ac scriptores vestros vniuersos, & mihi edisserite, quid corallia contineant ac possint? Quod si promisso ac tædioso garritu de eorum viribus multa quidē deblaterarint: ea, si posteà ad vsum conferantur, confirmant, vos coralliorum ne quidem tantillam experientiam, aut scientiam habere. Huius ratio est, quòd processus arcani scriptis traditus non est: Sed si processus finitur, tunc virtus præstò est. Vestra verò tam rudis simplicitas est, vt plerique omnes putetis in contundendo omnia sita esse, adeoq; sufficere, si scribatis, cribrentur & misceantur: fiat puluis cum Zuccaro. Quæ Plinius & Dioscorides de herbis commentati sunt, eadem ipsi vsu non comprobarunt, sed à nobilibus qui talia multa norunt, acceperūt, & muliebri illo garritu libros multos obleuerunt. Sustinete quæso, vt tentetis, quæ ipsi tradunt, probate, an vera sint. Experiendi quidem & probandi finem attingere minimè vnquàm poteritis? Quid autem Hermes & Archelaus tradunt de vitriolo? Ingentes pol virtutes. Et istæ verè ei insunt, vos autem ignoratis, quî illæ in ipso sint, virides, an Cyaneæ. Vos autem rerum naturalium magistri sitis, & hæc ignoretis? Aut, quod scitis, legistis quidem, sed eo nihil proficitis, aut commodatis. Quid Alchimistæ ac Philosophi alij de viribus Mercurij tradunt? Eximium quidem, & verissimum. Id & vobis scitum est: sed quomodo verificandum sit, nescitis. Boare ergò desistite. Nam & Academiæ vestræ, & vos Beani estis, quo ad ista, & tyrones meri. Legendo omnia peruolitatis, & dicitis, *hoc huic inest, illud illi, hoc est nigrum, hoc est viride*: plura per Deum ego nescio: ita scriptum reperio. Sic ergò, nisi scriptum ita esset, tu eius nihil scires? putarisne verò, me perperam fundamentum meum in artem Alchimicam ponere ac defigere? Quæ mihi reuelat, quod verum est, & cui probando vos nimis inepti estis? Talis verò ars non digna sit, quæ in lucem prodeat? Et non iure merito illa fundamentum Medicinæ statuatur, quæ scientiam Medici probat, auget, & stabilit? Quale verò hoc iudicium vestrum putandum sit, quod dicitis: *Serapion, Mesue, Rhasis, Plinius, Dioscorides, Macer, de verbena tradūt, quod ad hoc, ad illud vtilis sit.* Id verò quod dicis verum esse, probare non potes. Id quale tibi ipsi iudicium videtur? Arbiter ipse esto, an non potior is sit, qui probare id potest, verum esse, quod intus est. Id verò sine beneficio Alchimiæ minimè poteris. Et si quidem duplo plura vel legeres, vel scires, scientia tamen tua omnis nihili est. Et qui opus hoc meum legit, quâ fronte mihi crimini dabit, quod talia tibi obiicio & explico? Nec enim tu in actum deducis vires & virtutes illas, quas iactas, & scire gloriaris. Responde mihi: *si magnes nihil trahit, quæ causa eius est? Si te Helleborus non ad vomitum agit, quæ illa causa est?* Quæ cacare & vomere quidem faciant, nouisti. Sed quæ sanandi arcana sint, paulò ante dicta, hic frater Ignorantiæ es. Dic mihi cuinam in operibus ac viribus rerum naturalium fidendum est? Istis-ne, qui talia descripserunt, nec eorum vsum & experientiam tamē habuerunt, an illis qui probare quidem sciuerunt, sed non descripserunt? An non hæc veritas est, quòd Plinius suorum nullum vnquam probarit? Quid ergò commentatus est? Quid ex Alchimistis audiuit? Qui, quales sint, si nescias: Medicus saltem circum foraneus eris.

Si ergò tantùm interest, Alchimiam hîc in Medicinâ probè cognosci: eius caussa à latente magnâ virtute est, quæ in rebus naturæ sita est, quæ nulli patent, nisi per Alchimiam pandantur & prodantur. Alias idem est, ac si quis hyeme arborem videat, illam verò non cognoscat, aut ignoret quid in ipso sit, tamdiu donec æstas vnum post alterum protrudat, iam ramulos, iam flores, iam fructus, & quicquid eius præterea est. Sic in his quoque rebus virtus iacet, hominibus abscondita. Et nisi per solum Alchimistam homo ista cognoscat & experiatur, veluti per æstatem, fieri non potest, vt alio modo ea exploret.

Quia ergò hoc modo Alchimista producit, quòd in natura latet, scitote alias vires esse in locustis, alias in foliis, alias in floribus, alias in fructibus nō maturis, alias in illis maturis: harumq; diuersitatē tàm euidentem esse, vt posterior fructus arboris priori omnino dissimilis sit, non tantùm secundùm formam, verùm etiá secundum virtutes. Vnde iure cognitio talis esse debet, quæ à primo procedat ad

ultimum

Medic. reprehensio.

Processus arcani scriptus non est.

Med. reprehēsio & præcipuè Plinij & Dioscoridis.

Cognitio sine scriptione, potior scriptione sine cognitione.

Plinius taxatus.

Lecturitionis inanitas.

Arcana sola Alchimia pandit.

Auctoribus fidere insciti est.

Vniuersi virtus diuersa diuersorū pore.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 251 sur 913

vltimum: Ea enim natura est. Iam vt talis natura est in manifestatione sui: sic talis est etiam Alchimista in rebus illis procedens, vbi natura desinit: nempe Genestum seruat processum suæ naturæ in manu Alchimistæ. Sic & Thymus, sic & Epithymus, & alia. Porrò res vna, vnicam non tantùm virtutem continet, sed plures. Videtis id enim in floribus, qui non solùm vnum colorem habent, & tamẽ sunt in re vnâ, & res vna: & vnusquilibet color per seipsum ad summum graduatus est. Sic idem de variis quoque virtutibus intelligendum est, in rebus istis latentibus. Iam autem colorum Alchimia est separare artem ac naturam, vt quemadmodum in coloribus, sic in virtutibus quoque separatio huiusmodi fiat. Et quoties mutatio colorum: toties mutatio virtutum. Nam in Sulphure est & flauedo, & albedo, & rubedo, & fuscedo, & nigredo. Et in vnoquolibet calore peculiaris potentia ac virtus est: & cetetæ res, quæ hos ipsos quoque colores habent, non eosdem, sed in illis coloribus alias virtutes conditas habent. Et hic iam colorum notitia latet, qualis coloribus debetur: alia tamen etiam cognitio virtutum, qualis virtutum est. Virtutum autem manifestatio tantùm est, in formâ & coloribus, ita vt primùm sint locustæ, deindè Medullæ, posteà frondes, porrò flores, indè folia, deinceps initium fructuum, tandem eorum medium, vltimò finis. Per processum hunc si virtutes ita maturantur, & denuò ad incrementum producuntur: tùm in gradibus & multitudine numeri omnibus diebus & minutis mutantur virtutes, quæ insunt. Sicut enim tempus Sambuco vim purgatoriam indit, & non materia: sic idem tempus virtutibus alias aliter suas potentias confert. Sicut tempus Acaciis tribuit stypticitatem, quæ naturalis ex tempore non est, vt & agrestæ cæteræ: sic tempus hic quoque virtutes medias ante terminum vltimum impertit. Hæc enim signa seu interualla in Alchimiâ singulariter notanda sunt propter cognitionem veri finis operationum, & autũni eius, quo tempus maturæ, vel immaturæ virtutis finitur, & in Medicinâ accuratiùs attenditur. Sic ergò maturationes illæ diuiduntur, vna in gemmulas, vna in frondes, vna in flores, vna in medullas, vna in liquores, vna in folia, vna in fructus, & in omnibus ac singulis sunt peculiaria principia, media, & fines, viis seu rationibus tribus diuisa, in *Laxatiua, Styptica, & Arcana.* Quæ enim laxant & constringunt, arcana non sunt. Horum siquidem nullum ad finem perductum est, sed in primis & mediis virtutibus subsistunt. Hoc exemplum quàm euidẽs est in vno vitriolo? quod iam passim omnibus notissimum, & cuius virtutes maximè patent. Ipsum hoc etiam loco mihi propono, non vt virtutem eius obscurem, sed latiùs detegam & manifestem. Primò ergò vitriolum suum ipsius laxatiuum promit, omnium laxatiuorum summum, summúmque deoppilatorium. Nec enim in corpore membrum vllum est, seu externum sit, seu internũ, quod ab eo non penetretur & afficiatur. Hæc eius vis à tempore primo inest. Alterum tempus vim ipsi indit constrictiuam. Quantopere ergò in initio primi temporis laxauit: tantoperè nunc constringit. Et tamen nec dum eius arcanum præstò est, nec gemulæ ac frondes, & flores eruperunt. Si in frondes abit, quid in caduco præstantius est? Si in flores procedit: quid vsque penetrantius est? Est enim instar odoris, promtissimè se quocunque diffũdentis. Si in fructus suos exit, quid sublimius est ad fouendum calorem? Et huiusmodi plura alia ipsi quoque insunt, quæ in finibus illius recensentur. His saltem explicare annisi sumus, quomodo arcana in vnâ re secedant in partes multas, & quælibet pars in suum tempus feratur: & quod finis temporum rerum arcanum fit.

Sic in Tartari primâ mutatione, quid superat vspiam hoc arcanum in pruritu, scabie; & fœdamentis aliis similibus? In tempore secundo quid eo præstantius ad omnes obstructionum deoppilationes? [non laxationes?] Denique quid potentiùs in sanatione vulnerũ? Et hæc patefacit ac manifestat Alchimia. Cur auutem Medicinæ fundamentum super illam non exstruat? Hinc ergò discite, & sordidos illos excoctores seplasiarios mittite, qui processum huiusmodi non norunt, sed cum suis doctoribus duplices asini sunt, ac ita insaniunt, vt huiusmodi res omninò falsas & impossibiles esse arbitrari ausint. Adeò rudes & imperiti sunt, vt ne quidem coctionis initium didicerint: & tamen ægrorum salus ac incolumitas à talibus petenda sit? Quid apud eos aliud reperitur, quàm cupido pecuniæ, & fitis bonorum? perinde interim illis est, ipsorum medica-

Naturæ est Alchimista famulus.

Virtutes plures rei vnius.

Sulphuris exemplum.

Sambucus purgat.

Acacia & agresta stipant.

Temporis obseruatio in Alchimia necessaria.

Temporis operationes tres.

Vitrioli descriptio.

Tartari descriptio.

Med. & pharmac. reprehens.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 252 sur 913

menta iuuent ne, an obsint, morbos tollant, an augeant. Et non fas sit huiusmodi inscitiam publicè reuelari? Hoc autem non facio, quòd sperem, ipsos me imitaturos esse. Nec enim hoc instituto seipsos facilè pudefacient: verum potiùs liuor & inuidia eos ita occupabunt, vt in ignorantia sua omninò perseueraturi sint. Et tamen interim, quicunque ipsam sectari veritatem volet, is in vnam meam monarchiam diuertet, haudquaquam in aliam. Attendite quæso, Lectores & auditores, quàm miserum & distortum processum omnes tàm antiqui, quàm qui nunc mei coætanei sunt scriptores, instituant in Caduco: ita, vt haud quenquam eripere ac sanare possint. Interim ego iniquè faciam, qui scriptores eiusmodi & præceptores contemnam? qui quasi de iure póscunt, vt ipsorum remediis homines vtátur, quæ tamen nullius momẽti sunt? Contrà autẽ, si quis modũ aliũ inuestiget, quo ægris auxilium præstari queat, hunc vagabundum, polyphæmum, & stolidum nuncupant. Hoc verò verius est, quòd tàm Recepta eorum, quàm causæ & rationes, in caduco & morbis aliis pluribus mera mendacia exstant. Hoc euentus declarat, & testantur ipsi ægroti, & clamitat ipsa rerum natura, & euincit fũdamentum, super quo Medicina consistit. Sed nec quemcunque alium morbũ ratâ & constanti Medicina curare norũt: cùm tamen Deus tam incertos & ambiguos Medicos non vocet ac eligat, sed certos & peritos. Si certum & peritum agricolam aut latomum lárgitur ille: multò magis suæ artis certum & confirmatũ Medicum donabit, in quo vno plùs situm est, quàm in cæteris omnibus Ipsi verò ipsummet fundamentum suum in dubiũ vocant, & illud in manum Dei collocant. Ita ergò manus Dei ipsorum impostura & inscitiæ tanquam velum prætenditur, illíque seipsos iustificant, Deum autem accusant, dum dicunt, artem suam quidẽ probam esse, sed Deum eam frangere & inhibere. Quæ verò impietas & impostura sit, si hæc non est? Videte verò quâ ratione firmâ Alchimiam pro fundamẽto Medicinæ constituam. Nempe in hoc, quòd omnium grauissimi morbi, vt *Apoplexia, Paralysis, Lethargus, Caducus, Mania, Phrenesis, Melancholia seu tristitia*, & his similes alij, nulla vnquam seplasiariorum decoctione sanari queant. Vt enim apud niuem caro haudquaquam elixari potest: sic multò minus per artem pharmacopœorum Medicina talis in effectum deduci valet. Sicut enim vniuscuiusque rei peculiare suum magisteriũ est ad id, quò spectat: sic idem de his quoque censere morbis debetis, quòd arcana singularia habeant. Vnde etiam singularibus præparationibus indigent. De his præparationibus quod dico, ita intelligi volo, quòd singularia arcana, singulares suas administrationes habeant: & administrationes aliæ, alias præparationes. Iá verò in officinis nulla præparatio est alia, quá quædam subagitatio & coctura, qualem popinæ norunt. Per istiusmodi coctiuras arcana ipsa suffocantur, & ad nullam energiam deducuntur. Vult enim natura in modo ac temperie suâ retineri. Aliam enim esse videtis præparationem panis, aliam carnis, &c. Idem & de herbis iudica. Pari ratione æstimare quoque debetis, naturam haudquaquam tumultuariâ confusione cibos, potúsque, carnes ac panes in vnam formam commiscere, sed quodlibet seorsim. Id quod non leuibus de causis fit, quas hîc recenseri operosius sit æquo. Iam si naturâ nos commonefacit per hæc, in rebus omnibus suum esse ordinem seruandum: eâdẽ magistrâ iubemur etiam aliomodo Medicinas præparare, & quas libet suis morbis accommodare. Sitiens hepar, vinum aut aquam poscit. Tu autem æstima, quoties præparatum vinum sit, ac veluti renatum, antequàm sitim hepatis compescat. Simili modo, ventriculus cibum quærit. In hoc attende, quàm variè cibus mutetur & præparetur. Non aliter etiam de morbis persuasum habe. Si enim curationem aggressurus es veram & artificiosam, discrimen aliud non statues, nec aliter ages, ac si Apoplexia sitis sit, ad quam peculiari Medicinâ, & huius singulari præparatione opus sit. Aut puta, caducum ventriculum esse, qui ad vsus necessarios aliâ & stomachali præparatione indigeat. Aut pone, Maniam similem esse vasis spermaticis, quæ suam necessitatem per vias alias solicitet. Sic aliàs quoque idem de Medicinis & earum præparationibus in Maniâ statuetis. Ideò meritò de his vos admoneo, ne, si fors generosa remedia & arcana contra morbos promta habeatis, per excoctores illos eadem sinatis corrumpi, aut mergi. An enim hæc non producenda sint? Imò, vt scilicet huiusmodi errores vitentur, & ægri ad vera arcana, quæ Deus illorum vsibus & necessitati destinauit,

Liuoris vis.

Veritatis quis cõdus.

Medic. reprehensio.

Dei largitas.

Medici, quot morbos nesciant curare.

Pharmacoporoũ præparationes nihili.

Coctura arcana suffocantur.

Naturæ ordine gaudet.

Dei beneficentia.

destinauit, penetrent. Ex his colligite, necesse esse, vt ad præscriptum meum procedatur, & minimè ad vestrum. Hic opus est, vt me sectemini, non ego vos. Et licet quidem aduersus me adhuc plura defulminetis: mea tamen nihilominus Monarchia stabit, vestrâ eunte pessum. Fruſtra de Alchimia tàm prolixè non scribo, sed id hoc animo & fine facio, vt ex his propè & solidè cognoscatis, quid in ipsâ lateat, & quî intelligi debeat. Nec ex hoc offendi debes, quod ex eâ nec aurum, nec argentum prodit: Sed hoc potius accurandum est, vt per eam arcana detegantur, & seductiones seplasiariorum prodantur, quibus rude vulgus decipitur, dum his pro floreno vno ministrant, quod nummo vno non redimerent. Tam pretiosa eorum arcana sunt.

Alchimiæ finis non aurum & argentū, sed arcana

Quis est, qui inficiari ausit, etiam in rebus optimis venenum latere & inexistere? Fateri id omnes coguntur. Hoc ergò si verum est, ex vobis iam quæro an non à bono & vtili venenum separandum sit? & bonum accipiendum, malum relinquendum? Imò verò, ita oportet. Si itaq; oporter: quæso enarrate mihi, qui id in vestris officinis separetur? Apud vos enim omnia permixta manent. Vt verò simplicitatem vestram tueamini, si conuicti estis ad fatendum, ibi venenum latere & quò tandem illud abeat, rogamini: tunc nescio quid de correctionibus profertis, quæ venenum exigant & auferant, veluti Cotonea Scammoneam, post Diagridium, dictum corrigût. Quid id verò correctionis est? An non manet venenum posteà ceu primò? Et tu tamẽ interim gloriaris, quod correxeris, adeò vt venenum amplius non noceat. Id verò quò euasit? In Diagridio manet. Id tenta, si sapis: modum excede, & videbis, vbi venenum sit. Nam id haud segniter scies Sic corrigis etiam Turbith, & vocas ipsum Diaturbith. Istiusmodi correctiones vestrę sunt, quæ rusticos decerent, & caballis propinandæ essent. Excedẽdo modum periculum fac, & dosin auge: videris an venenum non sensurus sis. *Corrigere est correctum sumere.* Qui malitiosus est, & peccauit: is si plectitur, correctio non extẽditur longius, quàm voluntas durat eius, qui plexus est. Tales hæ quoque correctiones sunt, penes ipsas situm est, non penes te. Iam verò hoc casu nihil considerandum Medico est amplius, quàm vt

Venenũ etiam in rebus optimis.

Correctio Medicorum ventilatio.

Diagridion.

Corrigo Medicus quid

venenum dematur. Id per separationem fieri oportet: Vt, exempli gratia: serpens venenosus est: & tamen in cibum adoptatur. Si ipsi venenũ demis, comedes nullâ noxâ. Idem de rebus cæteris vniuersis æquè intelligendum est, nimirùm simili separatione opus esse. Eâ nondum factâ, operationis tuæ securus ésse non possis: ni forte fiat, vt vices tuas natura suppleat, aut cœli maior benignitas faueat. In arte etenim tuâ præsidij nihil superfuerit. Iam ergò tandem verum illud fundamentum si oportet, quod venenum aufert, qualiter id Alchimia præstat. Hoc enim ita fieri necesse est, vt, si Mars in Sole sit, Mars dematur, & si Saturnus in Veneꝛe versetur, is ab eâ separetur. Quot enim ascendéntes & impressiones in rebus naturæ sunt, tot etiam corpora in illis existunt. Quæ verò corpora contraria sunt, eorum omninò aliquod demi & auferri opus est, vt hoc pacto omnis cõtrarietas tollatur, & à bono malum, quod quæris, adimatur. Vt aurum ad nihil vtile est, nisi priùs in ignem coniiciatur: sic multò minùs vtilis Medicina est, quæ per ignem non transit. Per ignem enim necesse est omnia transire in generationem alteram, quâ homini conducere & opitulari debet. Et hoc non meritò probum fundamentum cuiuslibet Medici censeri debeat? Nec enim Medicus venena, verũ arcana adhibere debet. Omnes autem illæ officinales præparationes, quotquot earum sunt, isti doctrinæ ne quidem literulam conferunt: sed in corrigendo simpliciter occupantur, velut; si canis in conclaui pepedit, & fœtor ille aut trochiscis & thymiamate, aut ligno iuniperino sopiatur: an non quęso fœtor tàm posteà, quàm anteà in cõclaui remanet? Et licet quidem olfactu non percipiatur: an ideò cuipiam dicere liceat, fœtor separatus est, nec restat amplius? Imò adest, sed correctus suffitu. Sic ergò suffitus & pedor nares vnà ingrediuntur. Huiusmodi quoque sunt correctiones Pharmacopœorum, qui saccharo obtundunt Aleopaticum, vt sic nullam nóxam infligat. Ita saccharũ & mel ipsorum magisteriũ est. Sic gentianâ etiã corrigũt theriacam. An verò hæc non asininæ inscitiæ opera sint? Ipsi tamen se principum Medicos iactant & venditant. Quis verò ita stupidus est, vt hæc nihili esse, non illicò olfaciat? De remediis suis quid quæso iactare possunt aliud, quàm vt dicant, *Hoc Electuarium suaue est, ex aromatis, succharo, melléque*

Ignis omnia perficit.

Officinæ reprehend.

Susuitas thombus Medicorum.

melléque, ac rebus aliis iucundis omnibus cõcinnatum: & de eo certè multa Encomia circumferuntur. Sic ergò illudis Medicinâ tuâ ægro, in eo, dùm nihil niſi ſuauitatẽ deprædicas. Ipſi vobiſcum cogitate, quâ parùm conueniat, fundamentum ex tot concinnatis rebus exſtruere, & fatuis doctoribus omnia commendare. Longè hic modus abeſt à vero Medicinæ fundamento: nec aliud quicquam eſt, quàm corraſa & ridicula quædam phantaſia.

Epilogus.

Sic ergò hactenus de tribus Medicinæ columnis, nimirum de Philoſophia, & Aſtronomia ac Alchimia diſſertum ſatis eſt: ſuper quibus tribus fundamentum cuiuſlibet Medicinæ conſiſtit. Et qui his non ſuperinſtructus eſt, is à fluctu quouis deiicitur, hoc eſt, operam eius ventus difflat, aut nouilunium infringit. Ædificium eius deſtruit proximum quoduis nouilunium, aut imber mollefacit & pertundit. Iam verò de Medicina ſuper tale fundamentum exſtructa ipſe tu æſtima, lector, an præter ordinẽ Medicinæ Doctor ſim, aut hæreticus, aut veritatis excuſſor, aut inſanum cerebrum? An meritò, vel inmeritò aduerſarios meos tractem? Et quo illi iure contra me inſurgãt? Fateri equidem haud ægrè poſſim, clauam ſuam cuilibet curæ eſſe. Quæ ſi in manu ſemel incaluit, non facilè abiicitur. Hoc verò ſtulti ſaltem faciunt. Vir ſapiens eos imitari minimè debet. Clauam vir prudens ipſe abiicit, & aliam quærit.

Stulti reiiciuntur: ſapientes cedunt.

Quid id vero mea refert, ſi me aut ſequantur, aut perſequantur? Coërcere ipſos, meum non erit. Meum tamen erit, ipſos prodere, quòd fraudibus & impoſturis toti ſcateant, & aliud fundamentum nullum, quam è cerebro ac phantaſiâ propriâ enatum, teneant. Qui fidelis & probus in ægros eſt, qui naturę imitator in arte eſſe vult, is me non fugiet, aut auerſabitur. Sed ſic nec Chriſtum ipſum ſecuti omnes ſunt, qui illo ſeculo vixerunt: verum illius plurimi contemptores exſtiterunt. Cur autem mihi hoc datum ſoli priuilegium ſit, vt à nemine contẽnar? Principio quidem eandem cum ipſis ſtiuam vrſi nihilò ignauius. Cùm verò peruiderem, ex arte illâ nihil ſequi, niſi iugulationes, mortes, Paralyſes, claudicationes & deſtructiones alias; pedem referre, & aliâ viâ veritatem ſectari omnino coactus fui. Poſtea illi mihi obiiciebant, me nec Auicennam, nec Galenum aſſequi, aut intelligere, nec quid ipſi quoque ſcribant, ſcire. Se verò iſta intelligere, gloriabantur. Ex quâ gloriâ tamen hoc emergebat, vt paſſim multò plures corrumperent, diſtorquerent, & iugularent ipſi, quàm ego ignorans. Hoc idem eſt, ac ſi quis diceret, *Tàm intelligentis, quàm non intelligentis vna opera eſt, ipſi autem vtrique nihili ſunt.* Quantò autem magis magisq; ipſorum & meam perditionem intuitus ſum: tanto maiore odio illius artis flagrare cœpi, eoque me ipſum protuli, vt certò viderem, eam nihil niſi centonem, & ſaturam laceram, imò totam electam impoſturã eſſe. Sed ne ſic tamen hiſce talia vniuerſa concludi volo, ſed porrò in aliis etiam ſcriptis meis expediam, quî, & quibus modis res omnes in errore verſentur. Nam indies magis magisque deprehendo, quòd non Medicina ſola, ſed & ipſa Philoſophia & Aſtronomia, nullo vnquam bono & laudabili fundamento innitantur, vt hactenus dictum eſt. Sed ingens in meum caput tumultus cõcitabitur, quod eos reiicio, qui tot ſæculis ſolium gloriæ & magnificentiæ ſoli poſſederunt. Mihi tamen certo præſagio conſtat, fore aliquando, vt magnificentię illę totæ de ſolio deiiciantur. Nec enim neruus earum alius eſt, quàm phantaſia: ſicut non ſaltem hic ſententiâ iſtâ finio, ſed deinceps quoque aſſiduò id ſcriptis meis teſtaturus ſum. Si me quidem Academiæ non probant, quid id refert? Nam illæ vel per ſe cadent tandem, & humiliabuntur. Errores autem veſtros interim tantâ ſeueritate detegam & retundam, vt ad finem vſque mundi ſcripta mea & veracia & grata futura ſint: cùm veſtra hoc econtrà paſſura fati ſint, vt bile, veneno, & genimine viperarum plena, ad omnibus bufonum more eiiciantur, proculcentur, & viten-tur. Meum hoc quidem molimen non eſt, vt vos vno anno deruam & proſternam. Æquius eſt, vt futuro tempore veſtrâ propriâ infamiâ & ignominiâ tabeſcatis, & exſpiretis? Quin & plures ego mortuus, quam viuus iudicaturus ſum. Et ſi quidem hoc meum corpus demoliamini, præter ſtercus tamen nihil deuoraueritis. Luctabitur vobiſcum Theophraſtus etiam ſine corpore.

Chriſtus non omnibus probatus Theophraſtus primò Galenicus fuit. Theoph. cur defecerit à Galenic

Eos autem, qui Medici futuri ſunt, admonitos volo, vt cautiùs mecum agant ſuis præceptoribus, ſuaque propriâ potius diligentiâ & iudicio diſſidium noſtrum trutinent, quàm immaturâ ſententiâ alterum damnent, alterum abſoluant.

tandem

Sedulò quæso expendite vobiscum, quo tandem collimare velitis, nempe ad sanitatem ægrorum. Hic si vester scopus & omne argumentum est: tum & me quæso præceptorem sufferte, qui vnicè id ago, vt in sanationem ægrorum vos deducam. Quo id vero fundamento & grauitate: id & hactenùs dictum est, & quotidie pandetur vberiùs. Mea verò scripta vobis offendiculo non sint ideò, quia solus, quia nouus, quia Germanus sum. Per hæc enim & non per alia artem medicinæ inueniri & addisci oportet. Vobis etiam cumprimis mãdatum volo, vt diligenter opera mea legatis & euoluatis, quę fauente gratiâ diuinâ perfecturus sum: vnum nempe volumen de Philosophiâ medicâ, in quo omnes morborum origines indagabuntur. Alterum de Astronomiâ, propter sanationem. Et tertium postremúmque de Alchimiâ, hoc est, medicinalium modo præparandi rerum. Quos tres libros si legeritis & intellexeritis, sequemini me etiam qui defecistis pridem. Nec finem hîc horum constituam, sed quamdiu mihi gratia illuxerit diuina, assiduò pergam Monarchiam tueri, libellis nonnullis singularibus hac de causa in lucem editis. Quòd si non tam intempestiuo odio & inuidiâ nonnullorum in Medicinâ præsulum premerer, iam libelli illi lucem pridem vidissent parte maximâ. Augurari etiam ex me ipso possum facilè, ipsos quoque Astronomos tumultuosè aduersus me staturos, vt & Philosophos. Sed ipsi me tamen non intelligent. Præcoce me clamore impetent, sed tandem silebunt, & ad casas se recipient. Vos verò, auditores, ista non percellant. Hoc agite potiùs, vt scripta legatis interim ipsorum, dum mea pleno vestigio insequantur. Ita inuenietis, quod desiderij vestri est. Hoc enim loco id saltem scribere proposui, quo nimirum loco & fundamento Medicinam exstruam, vt de me apud vos tandem ratum sit, quid super hanc basin ædificari velim. Propono autem vobis ista adeò dilucidè, vt me ex suggestione vestrorum patrum ac præceptorum, professorúmque, iure repudiare non possitis. Cauete verò porrò etiam, vt ne à Medicis vulgaribus, ceu Chirurgis, Balneatoribúsque seducamini. Hi enim magni & potentes videri volunt, & verba sesquipedalia fundunt, quæ tamen nihil artis, multum ambitionis & iactantiæ resipiunt. Hi similes sunt Psallentibus monialibus: quæ Psalterium decantant quidem, sed sensus ne gry intelligunt. Tales etiam Medici sunt: qui continenter obstrepunt & reboant. Et sicut monacha verbum interdum vnum intelligit, postea folia decem sine intellectu vertit: sic Medici quoque, aliquando rem tangunt, postea semper exorbitant. Hæc apud vosmet ipsos penitiùs pensitate, & arbitri estote, quo plerique fundamento sua studia illi vrgeant. Quanquam in Medicinâ hæc adeò noua non sint, vt criminationes quemquam offendere debeant. Medicina enim in ipsorum conscientiis omnibus lenonibus peior est, ad solas exagitationes & suggillationes directa. Quæ tamen vniuersa dubiæ & incertæ artis indicia sunt. Has enim qui profitentur, inuidiâ odióque toti squalent, ac vbicunque alter alteri impedimento esse potest, hanc suæ artis summam arbitratur. Sic Diabolus ipsos gubernat, ex quo hanc disciplinam hauserunt: de quo dubitare nihil debetis. Hoc crebræ insuper lanienæ & carnificinæ quoque testantur, quarum manus Dei causa non est.

Theoph. opera præcipua.

Chirurgi & balneatores quales.

QVARTA MEDICINAE COLVMNA, DE PROPRIETATE.

POSTQVAM demonstrationem hactenùs confecimus de scientiâ & arte Medicâ, cui firmiter inniti quiuis Medicus debeat, adeoque suam professionem ei imponere: porrò necessarium est, vt idem medicus dote insuper aliâ quoque instructus sit; quæ trium priorum quoddam quasi ornamentum sit, hoc est, quæ tria prædicta quodam quasi robore stabiliat, & pro voluntate Dei, qui solus Medicinam creauit, cõfirmet. Nec enim Medicus is est, sibi ipsi qui medetur: sed curam aliorum agit. Sicut ouis non sibi lanam fert, sed textori & pellioni, adeoq; laudatur, si copiosâ lanugine grauetur. Sic Medicus oui quoque similis est, qui non sibi, sed aliis frugi & commodo sit, nec hoc exemplum sibi turpe iudicet. Nã & à Ioãne Baptistâ Saluator Christus oui comparatus est, seu, agno. Et tamen multum interest Medicum quoque agnum esse. Ex hoc enim ardua multa patent, vt latrocinia, iugulationes, distortiones, resolutiones, corruptiones, carnificinæ, furta, rapinæ. Quæ omnia in Medico Lupino

Medicus non sibi, sed aliis Medicus.

Medicus oui similis.

Medici lupini, & qui sint.

Lupino deprehenduntur. Sicut enim ouis seu agnus Medicus esse debet, à Deo constitutus: sic lupus est, qui aduersus Deum Medicinâ vtitur. Ex his æstimate iam, quàm execrabilis bestia lupus sit, & quomodo illum Deus deterrimis & dánosissimis comparet. Ea omnia bono iure rapaci quoque Medico impingi debent. Qui verò sunt isti? Hi nimirùm, qui Medicinas tractant, & teste tamen conscientiâ conuincuntur propriâ, quod illarũ nihil calleant, sed pecuniæ ac lucri solius gratiâ ista talia moliantur. His idem cum lupo ingeniũ est. Is oues prædatur, nec ignorat, eas non suas esse: & tamen commodi priuati causa eas abripit. Eiusmodi Medicus latro est. Periculum enim facit, siue ægroti moriantur, siue conualescant, vt scilicet sui quæstus cumulum faciat. Et qualis ouis in faucibus lupi: sic istiusmodi ægri quoque in manu Medici. Hi insuper ægrorum quoque bona expilant, ipsorum domos ac fundos deuorant, ac quicquid obuium est, deglutiunt. Hoc verò furari & prædari est. Qui enim falsa & impostoriâ arte victum quærit, quicquid per ipsam corradit, id omne rapina ac præda est. Sic illi occidunt & iugulant, ac nihil nõ patrant. Nam in his rebus: vniuersis nihil sciunt: adeóque propositum suum vrgẽt, ceu ventis vela incutiuntur. Talem verò Medicum esse minimè conuenit: nec decet, vt is suo lucro inhiet. Et licet hoc Medici quidem sciant, scire tamen ideò nolunt, vt fastum, pompam, & auctoritatem sibi acquirere possint, suásque vxores aureis torquibus onustas emittere queant. Quæ cùm antea rusticę, coquæ, famulæ, seruę, nonnunquàm & meretrices fuerint, iam se comitissas vestitu ac ornatu nullo pudore faciunt. Hi vniuersi lupi rapaces sunt. Medicina autem in oue seu agno condita esse debet, ita vt remedia planè ouino animo, ac fidelitate porrigantur, seu communicentur: & ægrorum fidelitas vicissim placido animo exspectetur. Debetur non fidelitas fidelitati, veritas veritatis, æquitas æquitati: nõ autem æquitas iniquitati, sicut si lupinus Medicus fidelitate remuneretur, aut si æger, qui ouis est, voracitatem lupi exsatiet. Huiusmodi verò omnium primordium à Medico promanare debet. Quales in principio sese exhibent, tales in fine quoque ab ægris inuenientur. Si verò Medicus ordinem inuertat, ac lupum induat, agnumque simulet, aut iniustus factus iustum esuriat, qui ipsi expromat, ipse verò ægro nihil conferat, ac æger ipsi fidelis sit, ipse verò ægro infidelis: vbicunque talia eueniunt, scitote, ibi nullá febrim, nullum ventum, nullam tempestatem incertiùs, impetuosiùs, & intricatiùs confundi, quàm misceslam in gratiam illi Medici faciant, vt quid tandem verè sit, nemo satis distinguere possit, dũ fidem perfidiâ, dolum candore, malum bono, felle ac saccharo peiùs permiscent & perfundunt.

Medicus auaritia carere debet.

Medic. reprehensio.

An ergò non summo iure probitatem Medici pro fundamento aliquo & colũnâ Medicinæ admittere & statuere debeamus? Quæ verò est probitas Medici? *Ita, ita, Non, non*, hæc eius est probitas quâ cumprimis niti debet Si ergò Ita esse conuenit: necesse pol est, tam præcisè ex fundamento ipsum Medicinam callere, vt ita omninò ita sit & maneat, & non pariter non sit. Itaque & quid Medicinæ Non sit, scire debet: vnde consequitur, hanc probitatem Medici in certitudine artis consistere: quæ certitudo omninò prodit ac emergit ex prædicto fundamento, extra quod se nemo in Medicina probum profiteri possit vel ausit. Iam verò certum est, Deum præ omnibus artibus ac facultatibus hominum, Medicum omnium maximè diligere, ipsúmque amare ac honorare mandare. Si ergò Deus Medicum talem constituit: non debet is personatus ac laruatus quidem esse, non vetula, non carnifex, non mendax, non leuis, sed verax & constans. Nec enim plus Deus huiusmodi Medicis artem Medicá confert, quàm falsis Prophetis discipulos ac Apostolos esse permittit. Ipsi enim videtis, quòd falsi Prophetæ ac Apostoli aut martyres & confessionarij nec vernent, nec emergant: sed si summo se maximè loco vigere putant, cadant, & discipuli ipsi contra suos magistros insurgant, & eosdem debellent. Verbum enim suum ac mysteria Deus per falsos ministros prolata non vult. Quod si enim tam per falsos, quàm veros & legitimos, adeóque fuco carentes operarijs decreuisset: nullis vtique delectis & secretis discipulis opus habuisset, sed prouinciam omnem proximè ipsi Diabolo commisisset. Iam si ea Satanæ aduersantur, & falsi ipsius Satanæ organa sunt: omninò in electis Dei felicitas consistit, atque ex hâc falsi Prophetæ, Apostoli, ac Martyres excluduntur, adeóque omnia ipsorum miracula

Propr. tas M. dici in bitas.

Medi næ cer tudo vnde.

Deu fum mus amator Medici

Medici falsi nul lius fue ceſſus.

cula, ſigna, opera, conciones, doctrinæ, Prophetiæ repudiantur, & nec Ita, nec Non apud Deum acceptum erit, ſed bona eorum ſimul ac mala in infernum omnia coniicientur. Idem hîc quoque de Medicinâ ſtatui debet, quòd eâ nolit Deus leues homines donare, ſed omninò eam per veraces factitari poſcat. Quandoquidem enim artem Deus creauit in ſalutem hominis, cui nemo contradicere poſſit: eam in ſolâ veritate niti fas eſt, & in veritate quidem certâ, non in arte ambiguâ, ſed in eâdem omninò ratâ ac ſtabili. Vult enim Deus hominem veracem eſſe, non ambigentem, non mentientem. Veritatem Deus creauit, non mendacium. Sic & Medicum creauit, vt in veritate operaretur, non mendaciis pollueretur. Veritas ergò, Medici probitas eſt: vt in eâ tàm conſtans & ſyncerus ſit, quàm ipſi Dei electi Apoſtoli fuerunt. Nec enim his ille inferiore apud Deum loco eſt. Deus ergò ſi veritas ipſe eſt, & Medicum talem ſtatuit: certè eum non nugigerulum, aut mendaciloquum facit, ſed creat ipſum in veritate. Super hâc ergò Columna quarta collocari debet. Quæ ſi non ſtat in veritate adeò immobiliter, ſicut Deus ipſe, ſed in aëre ſuſpenſa nutat: tum certè ea ſuper Satanam ipſum exſtructa eſt, quemadmodum falſi quoque Prophetæ homines allectât. Sic falſi quoque Apoſtoli ſigna ante mũdi oculos edunt: Sic falſi quoque Martyres ipſis genuinis & electis ſe non minùs occidi patiuntur. Sic falſi etiam confeſſionarij ipſis iuſtis & probis non minùs orant ac ieiunant: Nec tamen propter iſta in veritatem Dei, aut Chriſtum fundati ſunt, ſed in Satanã omninò ac Diabolum, in quo iſta talia operantur. Sic ad horum exemplum Medici quoque tales fortunam ſuam ac artem iactant, ac cum prædictis congloriantur: *Et nos ex Deo ſumus.* Videte quæ poſſimus? Videte quæ operemur? Ecce, qui per nos Deus operetur: Interim ipſam veritatem ſilent, quòd iſta per Diabolum edantur & peragãtur: Si quàm mirabiliter hæc opera fiãt, expenderetis: ex iis quoq; deprehenderetis, vndenam triumphi etiam veſtri & Encomia fierent, non per vos quidem, ſed per eum qui patitur.

Medici ſolæ veritatis veri Medici.

Medici probitas, veritas.

Medici probi ex Deo, improbi ex Satana.

Propt. Medici. Fides ſeu veritas.

Medicum porrò etiam non minùs bonæ & ſyceræ fidei eſſe decet. Qui enim bonæ fidei eſt, is non mentitur, & conſummator eſt operum Dei. Qualis enim eſt, ita ſibi ipſi teſtimonio eſt; hoc eſt, honeſtæ, integræ, conſtantis in Deo fidei eſſe debes, cum omni tuo animo, corde, cum ſenſibus omnibus ac cogitatibus, cum omni caritate & fiduciâ. Huius ergò fidei ac caritatis reſpectu Deus veritatem ſuam tibi non auferet, ſed opera ſua tibi manifeſtabit fiducialiter & viſibiliter. Iam verò ſi erga Deum iſtiuſmodi fidei non ſis: decedet omninò tibi in tuis operibus, & eorum inopiâ laborabis. Sic poſtmodùm etiam populus nullam in te fiduciam coniiciet. Hinc fiet, vt palàm manifeſteris, quî te ad Deũ tuâ fide habeas. Si enim te mendacem, ambiguum, dubiúmque ac ignorantem deprehenderint: iam ex plano fundamento arguent, rem tuam apud Deum nihili eſſe, ſed te potiùs in Medicinâ ardelionem ac erronem exiſtere: adeóque tua ars nulli commodo & vſui erit. Vt, ſi quis concionetur, ac doceat populum, plurimáque producat, nec interim iuxtà quoque vlla Apoſtolica opera eluceant: tum certè illa litera mortua eſt. Concionem etenim iſtam in ouiculis frugi eſſe Deus non permittit, ſed eandem ex cordibus earum reuellit. Is enim qui ſerit, verus ſeminator non eſt, nec præter lolium quicquam ſerit. Eadem ratio imperitorum quoque Medicorum exiſtit. Cum enim fas ſit, Medicinam nihil aliud, quàm veritatem exiſtere: vt ſuper ipſum Deum & eius veritatem, non ſuper mendacia fundata ſit, neceſſe eſt. An ego verò perperam doceam & iniquus ſim, ſi Medicinæ fundamentum tale ſtatuam, quòd Deus ſolus Medicinæ Doctor & inſtitutor ſit, hoc eſt pro modo creationis? Ideò ſi Medici fides apud populum æſtimatur: eadem apud Deum quoque rata eſt. A te enim ad Deum, à populo ad te vult Deus, vt partes omnes in veritate conſiſtant viuántque. Et omnes artes ſuper terrâ diuinæ ſunt, ſunt ex Deo, nec ex vllo alio principio. Spiritus enim ſanctus accenſor luminis naturæ eſt. Vnde fas non eſt, quenquam quicquam calumniari aut Aſtronomiam, aut Alchimiam, aut Medicinam, aut Philoſophiam, aut Theologiam, aut artes, aut Poeticam, aut Muſicam, aut Geomantiam, aut Auguria, & quæcunque alia ſimilia ſint. Quare autem? Quia homo ex ſeipſo nihil inuenit quicquam, ne quidem centunculum, quem caligis aſſuat. Quid inuenit etiam Diabolus? Nihil vſpiam, ac ne tantillum quidem, quo pediculum capitis iugulare queas, aut capere. Quæ verò per accenſum in nobis naturæ lumen reperiuntur, ea Dia-

Artes omnes à Deo. Lumen naturæ fax Spiritus S.

Homo ex ſe nihil inuenit.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 258 sur 913

bolus, ſicut omnia à Deo data, corrumpere & adulterare, ac in mendacia & impoſturas conuertere annititur. Vnde fit, vt omnes artes ac opificia iam corrupta ſint. Sic Alchimia corrupta ac ad mendaces linguas ac magiſtros prauos traducta eſt. Similiter & Geomantia ſuper falſum fundamentum tranſpoſita eſt. Sic Medicina è natiuis ſuis gradibus emota eſt. Sic à Diabolo ipſa quoque auguria commutata ſunt, vt qui ſolus mendax ac ipſum mendacium eſt. Deus contrà, vt veritas eſt, eam ſi nobis impertit & largitur, tunc Diabolus è veſtigio ad calumniandum Deum ſurgit, eumque, mendacem facere quærit, & imbecillos in fide à Deo ſeducit, eoſque erroribus implicat, vt à Deo deficiant, arteſque mendaciis contaminent, Deum accuſent, mendaciis tempus terant, quoquò peruagentur, omniáque perſcrutentur, qui tamẽ tandem ſine vllâ veritatis cognitione emoriuntur. Ad hæc ergò ſedulò attendere Medicus debet. Non enim is ſuper fundamentum Satanæ, ſed Dei inſtructus eſt, vt in veritate iugiter ac immotè perſiſtat ac ambulet. Ego autem apertè profiteor, facultates ac omnes Medicos in mendaciis ambulare, ac in iis totos volutari, fraudemque pro fundamento agnoſcere, & huic immori, veritatémque vocitare quod mendacium eſt. Atque hoc modo pater mendacij Satanas columna Medicinæ præficitur, cùm tamẽ Deum, & non Satanam conſtituere debebant. Super hanc columnam an firmi ſatis ſitis, iam attendite, & experiamini, quàm Deo proximè adſtetis, vel ab eodem recedatis. Hoc indubium eſt, quòd mendaces columnas Deo adſcribitis, Diabolóq; vos mácipia offertis, & eius regnũ omni molimine fulcitis.

Non verò in prædictis ſaltem animi virtutibus, verum etiam in rebus corpus attinentibus purum, caſtum, ac continentem ſe gerere Medicus debet, nec medicinam ad ſuperbiam impendere. Hinc enim falſus naſcitur Medicus. Quàmprimùm ille ſatagit lucrum ſuum alio conuertere potiùs, quàm ad puritatem cordis: iam in fundamento improbo ſubſiſtit. Ideóque bonum illud minimè impendendum meretricibus. Huius enim quantum in ſcorta confertur, ex vero fundamento partum non eſt. Nec enim patitur Deus, ex ſe bona parta aut ſcortis, aut nebulonibus in bonum cedere. Aliud enim partum bonum eſt Medici, aliud militis. Alia ratio bonorum eſt Medici ad bona Regis. Aliud mandatum Regis bona habent, aliud Medici. Iam verò Medici mandatum aliud non eſt, quàm vt bona ſua impendat honeſtati. Huc ſi confert ea, boni fundamenti eſt. Si vero ſecus faciat, & vel propriam ſuam vxorem vt meretricẽ exornet, vel liberos ſuos liberis Regum exæquet: tum bona ea ex vero fundamento parta non ſunt, non ex fundamẽto, inquam, Dei, ſed ex Diaboli fundamento acquiſita. Hic enim illi ægros ſuſcitat ac offert, ac eoſdem ipſi ſanat. Quid verò cenſetis Medici, ſi quidem probam artem didiceritis, vos autem nequam ſitis, & ad luxum illâ vtamini: an non id ex Diabolo ſit? Ipſa quidem ars ex Deo eſt: vſus verò ac natura ex Diabolo. Quâ etſi quidem amplum cenſum faciatis: idem tamen eſt, ac ſi quis cum furtiuo bono fœnus faceret, ac ex eo diteſceret. Iſte enim quid apud Deum eſt? Fur eſt. Sic nonnullas etiam artes poſſidetis, non vt Medici, ſed vt qui eas Medicis furto ſurripuerunt. Et cùm cordis veſtri id ſtudium ſit, furando & prædando victum parare: Deus quidem eatenùs id bonorum incrementum indulget. Ex Deo omnes homines nutriuntur & ſuſtentantur, nec præter Deum nos quiſquam alere nouit. Sed quemadmodum Dominus, prout ſeruorum quilibet animatus eſt, ſic eum habet ac obſeruat: ita Deus quoque. Qui per veritatem victum parare quærit, huic veritatis ſatis largitur, & per hanc alimoniam quoque neceſſariam ipſi confert. Suo enim iure tenetur, vt nobis alimenta ſuppeditet: quæ dat, qualia volumus. Ea ſi mẽdaciter habere eligimus: veritas apud nos mendacium fit, nóſque mendaces victitamus. Tam autem mendacibus, quàm veracibus Deus alimenta ſua ſuppeditat. Vniuerſi enim ab ipſo ſuſtentandi ſumus, boni, mali: ſicut Solem quoque eundem, & eandem terram, ac creaturas cæteras omnes promiſcuè omnibus bono eſſe & commodo vult. Ita ergò Medicum purum caſtúmque eſſe decet, itaque abſolutum, vt bona ſua nulli luxui, ſuperbiæ, prauitati, ac cuicunque alij ſtatui impendat. Qui enim in iſtis mendaciis verſantur: mendacia opera ſua, ſuos prauos labores manifeſtant, & omnia in ipſis falſa habitant, adeóq; meris mendaciis ac impoſturis viuunt, quod in Medicinâ fundamentũ probũ non eſt. Fundamentum autem veritas eſſe debebat, quæ puritate & caſtigate gaudet, & omnes iſtiuſmodi boni fructus puri, caſtique

Artes Diabolus adulterat.

Medic. reprehenſio.

Proprietas Medici. Caſtitas.

Bonorũ diuerſa ratio.

Bonorũ quis vſus laudi ſit.

Diabolus ægros ſuſcitat ſuis cultoribus.

Deus alit tam mẽdaces quàm veros.

Veritas caſtitate gaudet.

ſtiq; manent, nec vlla in ipſis macula, aut faſtus, aut inuidiæ, aut luxuriæ, aut impudicitiæ, aut ambitionis, aut pompæ ac ſuperbiæ, aut exiſtimationis, eminet. Hoc modo ſi vobis fundamentum Medici propono, ſtupidum & inſanum me proclamatis, parumque abeſt, quin etiam obſeſſum deieretis. Omnium equidem maximè ſummo ſtudio annitor, vt probè ab vniuerſis intelligar. Vos verò, quid dicam, ignorari dicitis, ac dicta nihil ad rem & rhombum facere clamatis. Ex ruſticis autem quærite, an ad rhombū iſta non faciant: aut an non eam vobis materiam proponam, quæ vos maxime vrat?

Propr. Medici a. congruitas.

Vt ergo perficiatur Medicus, ac in fundaméto perfectus conſiſtat, ſcitote opus eſſe, vt conuenienti ordine in rebus omnibus procedat. Conuenientia autem, quæ congruitas dicitur, ea eſt, vt ſecundùm præſtitutum Naturæ ordinem, non hominum procedatur. Medicus enim non homini, ſed ſoli Deo, per naturam ſubiectus eſt. Ad quæ iam conſequitur, debere conuenientiam & congruitatem ordinis procedere ex conditione corporis, & luminis Naturæ. Corpori enim per ſe aliud lumen, aliud Naturæ eſt, quoad conſtitutiones. Hæ autem iam naturæ omninò iungi debent, & ſimile ſimili vniri. Et iſta demum cõgruitas illa eſt, quâ vtraque ſeſe mutuò implicant, ac vnum cum altero conſonat & concordat. Sic ergo prima eſſe debet cognitio de naturâ corporis.

cõgnitas quid.

Corpus diſciplinatum quod: & cur Medicinæ inidoneum.

Corpus ſi (vt ita dicam) naturatum eſt & diſciplinatum, ad Medicum minimè facit. Diſciplinatum enim & correctum corpus longè aliud eſt, nec vnquam fit puer, in quem doctrina ingeri queat. Diſciplinatum corpus, corpus eſt adultum in rebus peregrinis. Adultus autem iſte eſt, qui ſui iam compos factus, adeoque ſui ipſiusque ſciens eſt. Peregrinus eſt, qui in ignotum tendit. Iam autem iſta conditio ac ratio luminis Naturæ eſt, vt in cunis infundatur aut inſtilletur, vt adhibitis ferulis velut inſeratur & incutiatur, vt (quod aiunt) crinibus attrahatur, hominémque ita ſubeat, vt primùm grano ſinapis minus ſit: poſtea facto incremento ipſo ſinapi longè magis grandeſcat. Et cùm arbuſcula ſinapi, licet minima, ſuas tamen auiculas ferat alárque: quid aliud per eam quæſo intelligi debeat, quàm quòd puſillum in nos deſcendat, quod tamen ſucceſſu ætatis grandeſcat, ita quidem, vt non hominem ſaltem ipſum æquet, ſed & aliis præemineat. Quia ergo hoc modo hominem fieri arborem oportet, ac doctrinam exemplumque Chriſti de arbore ſinapi complere decet: certè compertum eſt vniuerſis, quòd annoſa & effœta exſuccaque arbor nihil amplius capere poſſit, ſed reſpectu grani ſinapis tota velut enecta, & emortua exiſtat. Hoc nunc igitur cùm mortuum ſit, & ſit nihil: exemplum autem à Chriſto propoſitum ſolum lignum & ramos, velut à teneris enatos, reſpiciat: qui ſodes ex enectâ abiete malus cotonea produci poſſit? aut ex antiquâ lauro iuuenis Sambucus? Fieri minimè poteſt. Multò minùs autem fieri poteſt, vt vetus corrector è Typographiâ, aut vetus conuẽtor in Burſâ ſeu Collegio Logicali, aut Senior pater in ſcholâ Medicus euadat. Creſcere enim debet Medicus. Creſcere autem quomodo ſenes poſſunt? Creſcendo iam finem fecerunt, & induruerunt ipſi, ac eò ſqualoris redacti ſunt, vt nonniſi in meros callos, nodos, & tubera deinceps abire queant. Quare ſi Medicus firmâ radice ſubniti & ſtare velit, neceſſe eſt, vt in cunis velut granum ſinapi ſeratur, & ſimiliter creſcat ac augeſcat, non ſecùs ac qui magni ac ſancti ſunt apud Deum: & hâc quidem ratione creſcere debet, vt in rebus naturæ ita proficiat velut granum ſinapi, quod omnibus grandiùs euadit. Et talia per adoleſcentiæ teneritatem ſurgere & enaſci debent. Quòd ſi ita eſt, quî quæſo illa creſcent in adultis patribus, qui iam occalluerunt, quorũ tempus præteriit, qui nunquá floruerunt, nunquam gemmas, nunquá ramulos protulerunt, nec Martiũ vllũ ſenſerũt; nec Aprilẽ nouerunt, nec ſciunt an Maius viridis ſit, aut cœruleus, ſed in Iulio primùm emerſerũt, & illicò fructus ferre volũt. Et hi vera Ephemera ſeu Colchica ſunt in autumno erũpentia. Scitote ergò, oportere congruitatem præſtò eſſe, non qualem illi intelligũt, ſed qualem ego trado, nempe, quod opus ſit, vt natura corporis cum naturâ naturalis luminis adoleſcat. Sic enim facilè vniuntur & conſentiunt. Homo enim illas coniungere, aut vnire non poteſt, hic enim nihil ipſius eſt. Ita fundamentum ſe habere, & à teneris illicò annis ſtabiliri debet. Quod enim ſuo tempore non feritur, fatiſcit. Hi ſunt illi Medici, qui à malis ſylueſtribus in vites inſeruntur & tranſplantantur, nec nucleum, nec medullam habentes. Si ſeruntur, id euadunt, quod poſſunt.

Luminis Naturæ ratio quæ.

Medicina à cunis diſcenda.

Senes cur inepti ad Medicinam.

Colchicum.

Porrò autem fieri non poteſt, quin,

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 260 sur 913

Propriet. Medic. Fidelitas.

vbi tales probi Medici fundamentum iactũ est, fidelitas quoq; vnà concurrat, & perfecta sit, non dimidia quidem, non diuisa, non partita, sed plena, integra, absoluta. Sicut enim in Deo veritas diuidi aut permisceri non potest: ita nec fidelitas. Hæ enim res sunt suâ naturâ indiuisibiles, eque ac ipsa charitas. Fidelitas enim ac charitas res vna est. Iam verò in quo tandem Medici fidelitas sita est? Nõ quidem in hoc, vt ægrum sedulò visiter; sed antequàm ægrum vel vidit, vel nouit, fidelitatem iam posse disse debet, hoc est, sedulò, & fideliter didicisse ad officium suum quæ spectent. Iste enim supinus fidelitatis contemptus est, si quis discat ad arrogantiam, ad speciem, vt pluribus ambitiosè de rebus disserere possit, aut nomen sibi aliquod singulare parare, & his saturari queat. Hæc omnia infidelitatis potiùs sunt, & charitatis cõdimento carent. Charitas enim hoc loco sui ipsius est, & non alterius. Hoc enim saltem discit agitque, vt sibi ipsi commodet, non alij. Fidelitas ergò in eo sita est, vt sciatur ipsa & præstetur. Ipsam enim qui nescit: nec aliis impertire potest. Ea verò per doctrinam hauritur & addiscitur. Quia ergò per institutionem & experientiam adipiscitur, necesse est, eius possidendæ principium fieri, antequàm ægri adueniant. His præsentibus & adstantibus, illam offerri & præstari opus est. Iam verò de institutione & inchoatione operum scitote, neminem fieri Medicum posse sine doctrinâ & experientiâ: eáque non breuis temporis sed longi & diuturni. Longus enim numerus ac Catalogus, adeóque multiplex morborum est: vt fieri nemo Medicus possit sine doctrinâ & experientiâ temporis diuturni. Sicut enim ante Maium flores non erumpunt, nec ante messem fruges matureſcunt, aut vinum ante autumnum: ita nec hæc tempora in qualibet experientiâ abbreuiari ac mutari possunt. Experientia autem incipit à pueritiâ, & ad senium vsque, ipsámque adeò mortem pertendit, & vix decem horis homo rudis est. Quî ergò decrepiti illi patres, qui ætate mediâ accedunt, ad messem, aut autumnum peruenire possint? Nec hoc ipsis adminiculo est, quod se putent iam antè etiam doctos, & in artibus multis probè versatos esse. Hæ enim res vniuersæ non sunt fidelitatis in ægrum, sed satagunt potiùs tuum ipsius commodum, tuam fidelitatem, non ægrorum. Tu verò non istiusmodi, sed Medicinam nosse debes. Hæc enim fidelitas erga ægros est: cætera omnia tibi tuæque vxori deberentur, vt cum cæteris natare pomis possitis. Tuo enim modo quod fundamẽtum iacis, id arenosum est, super quod nihil solidi exstruere potes. Quia ergò omne extraneum fundamentum in Medicinâ nihili est, sed conuenit purum ac solidum Medicinæ solum à teneris imbibi ac implantari: ideò iam pensitate vobiscum, quàm durum ac dolorosum id ægris accidat, quòd conuentoribus, Ludimagistris, prouisoribus, ac patribus aliis (qui nihil nisi desperationem inducunt) sese ac vitam suam committere cogantur. Necesse est, vt omnes opifices, cerdones, pelliones, &c. ad artem suam assuefiant. Maior assuefactio à teneris requiritur, à pictoribus, statuariis, aurifabris. Quæ si ab opificibus requiruntur: multò pol magis à Medicis, qui longè maiore & diuturniore institutione opus habent. Ac sicut fieri non potest, vt ex Magistro Lipsensi, aut Viennẽsi admodum erudito peritóque, pro ipsius eruditionis modo adhuc peritiorem, aut doctiorem te cerdonem facias: ita multò minùs is doctus Medicus fiet, verum hâc de causâ potiùs rudior. Vt verò asinus ad lyram: sic ipsi ad tactum pulsus, aut frontis sunt, an ardeat vel minus. Scitote ergò Medici, à tam sero exordio fidelitatem vos addiscere minimè posse, & vestram Sophisticam ac Philosophiâ huc nihil conferre. Vos enim Doctoratus ornat, vt rusticum nobilitas, hoc est, *Ego sum Nobilis, Ego sum Doctor.* Quî enim vos senes scribæ fideles fieri possitis, cum fideliter nihil addiscere in isto decrepito vestro senio velitis? In vobis enim nimis potenter Saturnus dominatur.

Præter hæc omnia Medicum quoque oportet esse industrium & artificiosum. Qui verò industrius haberi velit, hunc suam in rebus omnibus cognitionem habere fas est. Ex industriâ enim procedit artis tuæ fundamentum, h. e. non fundamentum doctrinæ, sed artis medicinalis. Quî enim aliquid iudicare possis, nisi iudicium ex aliis facias? Iudex enim ab extra iudicium suum haurire debet, quod intrò vertat. Is artem intelligit, qui industrius est: nec quicquam eius iudicare potest, qui imperitus illius est. Ex aliis, quod iudicari debet, intelligitur. Qui verò Medicus sine industriâ existere possit?

Virtutes indiuisæ sunt.

Fidelitas practica esse debet.

Medicus nemo sine doctrina & experiẽtia.

Homo vix decẽ horis rudis.

Institutione artes omnes discuntur.

Propriet. Medic. & Industria.

Medi-cus, sine industria inutilis.

Medicus quæ scire debeat.

Meluſina & Syrena.

Medic. reprehenſio.

Libri mortui Doctores.

Iacob. de patribus.

Medicus ſine ægri aptitudine infelix.

Ægri ſanandi quę habere debeant.

poſſit? cùm tamen in eo maxima arcana condita eſſe oporteat? Magna enim arcana à ſapientibus ſurrexeruut. Quid ergò tandem eſt induſtria Medici? vt ſciat, quæ inſenſibiles res vel iuuent, vel lędat, quæ beluis marinis, quæ piſcibus, quæ brutis accepta aut aduerſa, ſalubria vel inſalubria ſint. Hæc artificioſa ſunt, quę ad naturam ſpectant. Quid præterea? conſecrationes vulnerum, & earum vires, vnde, aut quâ vi id præſtent, & quid ſint: quid ſit itidem Meluſina; quid Syrena; quid permutatio, quid tranſplãtatio, & tranſmutatio, & quomodo pleno intellectu apprendi illa debeant; quid præter naturam ſit; quid ſit ſupra conſtitutionẽ: quid ſupra vitã ſit; quid viſibile & inuiſibile; quid dulce, quid amarũ faciat; quid olfaciat, quid mors ſit; quid piſcatori, quid coriario, quid alutario, quid infectori conducat: quid fabro metallario, quid fabro lignario ſeruiat; quid ad culinam faciat; quid ad cellam ſpectet; quid horto, quid tempori debeatur; quid venator, quid metallarius ſciat; quid circumforaneo, quid ſtatario opus ſit; quid bella & expeditiones, quid pax requirat; quid canonicis, quid ſecularib. cauſam det, quid ſtatus quilibet agat, quid ſtatus quilibet ſit: quæ cuiuſque origo ſit; quid Deus, quid Satanas ſit; quid venenum, quid veneno aduerſum ſit; quid in viris, quid in fœminis ſit; quid diſcriminis inter vxorem & virginem ſit? quid inter flauum & pallidum, inter album & nigrum, inter rubrum & purpureum in rebus omnibus ſit; cur color vnus hic, alter alibi ſit; cur breue, cur longum, & quicquid Adeptionem in rebus omnibus concernit. Non verò hæc ipſa Medicina ſunt, ſed ſaltem annexæ medicinæ proprietates. Sicut enim ea proprietas eſt veri & electi Apoſtoli, vt infirmos ſanet, cœcis viſum reddat, claudis inceſſum reſtituat, mortuos in vitam reducat: ſic illæ quoque res ipſi Medico adhærent. Et iſta vniuerſa talia quî quæſo tam vietus & carioſus ſenex comprehendet, qui in Caſualibus & Temporalibus conſenuit? qui longo tempore opus haberet ad ediſcenda ſaltem ea nomina, quæ ſub ferulâ haurire pueritiæ debuiſſet? In his ergo rebus, quas vniuerſas ſcire Medicus debet, Medicinæ fundamentum poſitum eſt. Plùs enim in Medico ſitum eſt, quàm in facultatibus cæteris, & rebus iſtiuſmodi omnibus. Si ergò tantùm in ipſo ſitum eſt: tantò etiam maior is erit, tantò plura cæteris ſciet. Debet enim pater Philoſophiæ & Aſtronomiæ eſſe. Qui poſſibile autem eſt, vt annoſi eiuſmodi ſcholares, Pharmacopœi, & alij, qui tandem poſt multum tempus ætatis ſuæ Medicinam adeunt, ac gradum aſſequuntur, probè ſtent ac fundati ſint? Ætatis quidem ratione nihil obſtaret. Sed ſi ſpectes artẽ, defectus ingens eſt. Ibi enim non artis, ſed pecuniæ eſt, Doctorem creari atque magiſtrum. Artis hoc eſt, Doctorem atque magiſtrũ cum veritate & dignitate eſſe. Et quid tandem vos Doctores promotoréſque in diſcipulis veſtris commendatis? Qui ſi Doctoreſcunt, vos dicitis: *Is meus diſcipulus fuit Lipſiæ, & à me legente auſcultauit Auicennam, Galenum, & Aphoriſmos Hippocratis, & res multas bonas:* cùm tamen nec tu, nec res tuæ quicquam boni contineant. Quid ergò abs te boni tandem didicit? *Claudos & reſolutos ex vtroque latere facere.* Hoc dignum laude foret, ſi quis Doctor vel promotor, vel Præceptor, ſuos auditores ſecreta ipſius veritatis doceret. Hic rhombus eſſet: hic gloriari diſcipulus poſſet, & dicere, *Hoc habeo, hoc ſcio.* Sed iſta apud vos tam rara ſunt & tenuia, vt vos illorum iure pudeat. Sic ergò acquieſcitis mortuis libris, ex quibus verus ac genuinus Medicus è vobis nemo vnquam factus eſt. Qui cum honeſtate aliquâ de diſcipulo ſuo gloriari affectat, multò plura illi indere & conferre debet, quàm logomachiam Auicennæ, & nugas Galeni, & Mare magnum Iacobi de patribus:

Quanquam hæc omnia inſuper etiam ab ægris infringi poſſint. Videtis enim illorum operationes in iis perfici debere, qui ad Medicinam quandam aptitudinẽ habent. Id ſi nõ ſit: nihil proficitur. Cùm ergò tantùm etiam in Medico ſitum ſit, adeoque omne, quod Medici eſt: ad conceptionem æger idoneus eſſe debet, ſine quâ aptitudine fieri nihil poteſt. Itaq; attendite quæ in ægro ineſſe debent: nempe, *morbus Naturalis, voluntas Naturalis, naturalis virtus ſeu vis.* In his tribus conſiſtit. Medici opus perficiendum. In ægro autem ſi quid aliud ineſt præter dicta tria, tunc à Medico ſanationem nullam is exſpectare poteſt. Hi enim quos Chriſtus ſanauit, ad concipiendum idonei eſſe debuerunt. Inidoneorum nullus vnquam ſaneſcebat. Multò autem accuratiùs ipſi

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 262 sur 913

Medico ſatagendum eſt, vt ægros aptos & idoneos habeat. Minor enim virtus eſt Medici virtute Dei. Diſpenſatio aliqua apud Deum eſt, ſuper hominibus & ſuper naturâ, quam nemo aut metiri, aut perſcrutari poteſt, in quid quoduis diſtributum ſit. Apud Deum id magnum eſt: apud hominem occultum. Nihil verò id ad Medicum. Hoc ad Medicum pertinet, vt nihil prætextu & accuſatione Dei velet, aut excuſet. Nemini enim poſſibile eſt ſcrutari, vbi Deus aut promoueat, aut impediat. Stare debet Medicus in cognitione cœli, & aquæ, & aëris, & terræ; & ex iſtis microcoſmum fingere, & ſuper hanc cognitionem ſuam certitudinem locare ac tueri, Deo nihil addere, aut ſubtrahere, ſed ſingulis momentis, gratiâ & miſericordiam expectare. Is enim ſi Solis, & Lunæ Eclypſin condidit: ſi eos ſtare & quieſcere iuſſit: ſi cataclyſmum orbi induxit: ſi quotidie pruinam ac grandinem ordinauit: tunc in his quoque rebus ſimiliter ſuam voluntatem ordinauit, nec vult, vt per iſta Medicina ac creatura ipſius aut malè audiat, aut crimine tur. Nihil enim deeſt, ſed virtutum omnia plena ſunt. Hæc autem iam, hoc tempore, eius voluntas ſingularis eſt: Ita ſecundùm voluntatem ſuam agere vult, nec naturæ virtutem demere cupit, ſed iubet ſaltem vt quieſcat. Sicut etiam Soli lumen non expoliat, etſi quidem tenebræ incidant: ſaltem periodo illâ, quâ tenebræ durant, illius ſplendor non videtur. Sic ergò, dum Deus Medicinæ huiuſmodi impedimentum irrogat, interea clàm mors irrepit, & vitam elidit. Mortuo homine, Medicina iterum ceu priùs altè reſplẽdet, ſicut Sol. Noctu enĩ furantur fures, dũ non conſpiciuntur. Et fures illi maximè induſtrij exiſtunt, qui furãtur ita, vt non conſpiciantur. Ita mors quoque per Medicinæ noctem irrepit, & vitam ſurripit, theſaurum hominis præſtantiſſimum. Niſi Deus Medicinam ſtare iuberet, ſicut tempore Ioſuæ ſtetit Sol, quis vnquam moreretur? Multos, quorũ ſanitatem aufert, ſicut Solem retraxit, hoc modo ægrotos eſſe vult: nec tamen de eo ſe inſimulari patitur. Tam enim eius abſcondita opera ſunt, vt nec ſciamus ea, nec ſentiamus, vnde ſint. Et vult Deus omninò nos Medicinæ ſubiici, vt per omnia puri ſimus, nec de ipſo quicquã ſuſpicemur. Erga Deum nos tam procliues & probè animatos eſſe decet, vt ipſi talia non imputemus, ſed cauſam in naturam tranſdemus, in quam etiam iugiter adhibitâ per fidem Medicinâ operemur; ita vt quæcunque Medicus facit, facta ſint, ſiue illa à Deo perficiantur, ſiue impediantur. Fidelitatem illam & credulitatẽ, ſpẽmque ac fiduciam æger erga Deum habere debet, ne in cauſam Eclypſis agatur, in quâ mors inſilit, inquâ Sol retrahitur, aut inundatio obruit. Nam ſi mundo non pepercit vniuerſo, quomodo parcat vnico? Et omnia iſta in ſilentio & obſcuro. Quàm manifeſtus & exploratus Cataclyſmus erat creaturis omnib⁹: tàm econtra abſcondita ſunt huiuſmodi iudicia recluſa, vt homo ex ſeipſo, etiam ſine iudicio Dei ex hoc mundo diſcedat. Cùm ergò tantæ auctoritatis ac æſtimationis deceat eſſe Medicum, ſuper tam valida fundamenta exſtructum: hic iuxtà quoque ſcire debetis, quòd haudquaquam Medicus quis conſiſtere poſſit, niſi prædictis quatuor columnis, aut fulcris ſuſtineatur. Nempe tantùm in Medico ſitum eſt, vt Deus per ipſũ operetur, ipſũ amet, & ei Medicinæ tum laudes, tum probra ferenda imponat. Laudes autem in eo, ſi æger conualeſcit, vt Deum celebret. Probrum in eo, ſi Medicina impeditur, ac fur ægrum prædatur. Hic ergò ſcitote, Medicos, qui ſeipſos ſoli per Medicinam ſuſtentare volunt, indagatione ac experientiâ aliò opus non habere. Quicquid autem Medici illi, quos Deus ſuſtentat prò ipſorum voluntate, per mẽdacium operantur, aut interimunt, id Deus minimè vult, vt ſibi imponatur, ſed homicidium Medico adſcribatur. Non enim vult Deus, vt per improbos iſtiuſmodi homines Medicina ſeruetur. Ideò ſedulò conſiderandum eſt, in quo fundamento ac tramite Medicus ambulare debeat. Quod meritò vobis inculco, quia id vos eſſe affectatis, quod eſtis omnium minimè, fundamentumque illud reiicitis, ſuper quod tamen cumprimis ædificati eſſe debebatis, ac ſine quo nec ſtare, nec ire poteſtis. Rationem nunc apud vos inite, ex quo cerebro equidem aut loquar, aut ſcribam, & quódnam fundamentum ſit meum, & eorum, quos meæ ſectæ adiudicatis: quámque illi honeſtiùs & ſolidiùs fundati ſint vobis, qui aliud nihil niſi in chartas digitum intendere poteſtis, quæ tamen quàuis obuiâ aquâ diffluit, & ex meris laciniis concinnatur. Qualis autem cartæ materia eſt, tale, quod illi inſcriptum eſt: mera ſcilicet fragmenta, meræ laciniæ. Papyrus

ager

Diſpenſatio occulta.

Medici officium circa diſpenſationem Dei.

Mors quomodo & quando irruat.

Deus non accuſandus etiam ſons.

Dei iudicia abſcondita.

Epilogus

Medic. reprehenſio.

ager est, in quem fatum lolium est: vosque Medici omnino loliales estis. Hoc enim saltem arripitis, quod nihili est. Quod vtile est, id perculcatis. Quia autem lolium vberiùs prouenit tritico, & ad speciem formosiùs existit: ideò vestras officinas illo confercitis. Qualia ergò vestra simplicia & tales vos Doctores. Illa putida, & erosa, situ obsita, cariosa sunt, nec vestrûm quisquam est, qui norit, quæ intus sint. Vt ergò vos nihil in ipsos nouistis: sic in vobis quoq; nihil reperitur. In officinis picturæ optimum sunt. Ea optimum etiam in vobis. Et quia super tam fluxum fundamentum exstructi estis, nihil quicquam vspiam scitis. Quàm primùm sudor etiam leuissimus erumpit, hæretis illicò, nec quid agatis, scire potestis. Sic Doctor Heluetius, quem contemnitis, vestrum omnium Magister est. Legendo & discendo modo non tabescitis: & tamen rerum omnium ignari manetis. Quos vos dicam alios, quàm ex numero virginum earum, quæ lampadas suas cùm effudissent, ad socias suas, alias mutuò sumtum, diuerterunt. Omninò tales vos Doctores estis. Pyxides vestræ vniuersæ sunt effusæ lampades; & quoties nouus alicubi Doctor prodit, dicitis. *Quæso, doce me quoque aliquid, lãpas mea ardere desiit, nec mihi oleum, aut liquor reliquus est:* Sic ergò vel egomet, vel alius, qui vos pro stultis non omninò agnoscimus, quæ habemus, vobis communicamus, & ipsismet nostris beneficiis nobis inimicos paramus. Quòd si verò prudentum virginum parabolam, vobis nihil quicquam impertiendo, æmularemur: sed Poliatros & Archiatros vos, in puluinaribus desides, iuberemus de oleo ipsos esse sollicitos; tùm pol ipso euentu deprehenderetis, quid tandem effecturi essetis. Et nisi nos circum foranei (quos hoc nomine dignamini (multoties auerteremus, quot homicidia per vos passim perpetrarentur? Quod enim eorum, quos perdidistis vos, nos restituimus? Ac postquàm vidistis, tantùm in experientiâ commodi latere: iam vestrum quoque lolium effudistis ad peregrinandum; ita vt iam non domesticos saltem, sed etiam extraneos decipiatis & defraudetis.

Et si hisce hactenùs commemoratis, fundamentum meum vobis propositum volo: plena spe fultus, fore, vt tandem oculos planiùs aperiatis, & quæ vestra ars qualis Medicina sit, accuratiùs cognoscatis. Auditores autem, ne fors temerè vobis seiungant & implicent, cum primis admonitos volumus.

Lectori S.

CANDIDE ac beneuole Lector, scire te volumus, hunc Paragranum librum à Paracelso his, térve dispositum ac descriptum fuisse. Et licet tractatus quidem præsens cum sequente argumenti eiusdem sit: illum tamen à verbo ad verbum, prout ab auctore conscriptus, & quantum eius repertum est, deinceps subiungere volui: hâc potissimum de causâ, quod in illo multa vtilia Philosophica, Astronomica, & Medica exempla introducat, in Paragrano præcedenti non comprehensa. Quod si priori tractatui loca fors quædam obscura & minùs intelligibilia inserta sint: eadem persequentia maximâ ex parte explicari & dilucidari possint: sicut probus ac sedulus Lector ex mutuâ collatione facilè deprehendet.

Quod verò hic sequens tractatus in locis nonnullis cum priore multoties tàm in verbis, quàm in sententiis conuenit; possent forsan nonnulli offendi, quia res vna bis hîc traditur. Conueniens nos tamen non esse putauimus, vt ea omitterentur, ac auctoris libri dispositio & ordo mutilaretur. Fac ergò, vt tibi id ingratum non sit, planéque persuasum habe, in tuum commodum ac emolumentum ista omnino huc congesta esse, quæ antea præstò quidem non excusa sunt. Mihi non dubium est, quin multi studiosi sedulique illis magno commodo vsuri fruiturique sint.

PRÆFATIO DOCTORIS THEOPHRASTI.

POSTQVAM necessitate compulsus nonnullos libros Medicos, nimirum de *pustulis* seu lue Venereâ in publicum dedi: vitio mihi ac crimini datum id est, quod summâ diligentiâ ac experientiâ longinquâ ad salutem & incolumitatem ægrorum collegeram, ac bono animo

Causa edendi huius tractatus.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 264 sur 913

euulgaueram. Eo facto ansa mihi & causa ministrata est, vt aggrederer fraudes & errores detegere eorum, qui, cùm harum rerum penitùs ignari & imperiti sint, cæteros tamen vniuersos præ se despicatui habent.

Quæ verò edidi, ipsis nimis multa, mihi nimis pauca videntur, nempe de ligno, & de tribus libris impostarum. Quâ quidem explicatione bono iure & veritate librum multò maiorem complere potuissem: quem tamen lubens præcidi & decurtaui, vt probra nonnulla, ac insciriam aut simplicitatem Doctorum ac Magistrorum supprimerem. Ita quia angustis limitibus ac cancellis inclusi, quiritantur nimis pauca esse, & à nemine probè intelligi posse. Itaque cùm nimis pauca ea illis sint: compellor ego omninò ad edendum vberiora, & libros grandiores condendum, ne porrò de breuitate quid obiicere possint. Arbitror autem, eos omninò hoc vrgere, vt stultitia ipsorum pleniùs & planiùs sub radium extrahatur. Quâ in re ipsis meam operam meritò nuncupo.

Quanquam haud obscurè innuant, ea, quæ probitatem ipsorum, eruditionem ac doctrinam attinent, cum veritate satis luculenter prodita esse: saltémque meæ doctrinæ vberiorem explicationem poscant. Quæ tamen à se inuicem seiungi minimè possunt, sed simul vnà omninò tradi debent: vt non vnum seorsim, verum vtraque vnâ operâ hoc pacto intelligantur: licet illi vnum saltem quærant, non poscant etiam alterum.

Mea verò quòd mihi scripta malè vertunt, id ab ipsorum imprudentiâ est. Nihil enim vnquam, (quod mea omnia opera testabuntur) citra fundamentum & experientiam quicquam scripsi. Quod autem insuper etiam contra me vociferantur, causa illa est, quia cordis fibras ferij in ipsis, dum demonstraui, eos ignorare omninò, quæ scire Medicos cumprimis deceat. Quòd ex scholis ipsorum non prodij, & ad præscriptum eorum non loquor, id mihi cumprimis crimini dant. Sed hùc me temerarium ipsorum præiudicium agit. De quo scripturus, cum ipsorum ductu veritatem nec apud senes, nec iuuenes stabilire queant: nolens volens cogor iis aduersari, nec cum ipsis in minimo facere possum. Quòd si ergò omninò veritas scribenda est: non possum solos seorsim discipulos ventilare, sed res exigit, vt ipsos quoque magistros cum discipulis, adeóque magistrorum ac discipulorum Præceptores sub vnum iugum traham: & cùm tam clamosi sint, exponam ipsis quid primùm Medicina, deinde etiam quid ipsi sint. Nec enim pretij minoris & clamores ipsorum retundi, quàm detegi artem.

Cur vno modo omnes reprehendantur.

Iam si ex fundamento Medicinam deduci fas est: necesse etiam erit, me ea præponere quæ fundamentum constituunt. Sic ergò omni iure fundamentum ex Philosophiâ, & Astronomiâ & Alchimiâ sumo, & super illas omnia mea exstruo & statuo. Ipsi verò contrà horum trium principiorum contemtores Philosophiæ, sunt contemtores Astronomiæ, sunt contemtores Alchimiæ: adde etiam virtutum: nec vllâ de causâ aliâ huic arti oblatrant, quàm quia eam ignorant, & discere pudescunt. Ac vt honori suo & existimationi consulant, popello fatuo & simplici persuadent, mea omnia mera nugamenta esse, cùm tamen ipsimet meri sint fatui, & asini, imò nihil quicquam: qui se Iudæis ac Pharisæis in hoc similes faciunt, putantibus cœlum ipsorum esse, & repudiantibus, aut contemnentibus eum, cuius erat, nempe Christum. Sic ipsi etiam simul Medici Academiarum existunt, & Balneatores, & Chirurgi. Ideò ipsos etiam assimilo ardelionibus & balatronibus, qui nihil nisi clamitare, calumniari, criminarique possunt, idque citra omnem pudorem ac metum. Tales nostri etiam sunt clamosi Medici.

Medicinæ fundamenta quæ.

Medici Pharisæi.

Vt verò ad rem dicamus, quis est, qui sine his tribus Medicus esse possit? Quis Medicus esse possit, qui non sit Philosophus, Astronomus, Alchimista; Nemo. Oportet eum in his tribus omninò exercitatum esse. Nam in his veritas Medicinæ posita est. Quid Astronomia sit, ignorant. Quid Philosophia sit, nesciunt. Quid Alchimia sit, compertum non habent. Quæ tria summa cùm ignorent: ad ea insectanda sese componunt. Ac quòd illis ego vtor, ideò ab ipsis repudior ac explodor. Me verò nemo vnquam repudiauit, nisi is supinus ac cornutus Beanus fuerit, quales vos vniuersi estis. Beanis enim de istis rebus nihil constat. De istis nihil etiam constat vobis. Ideò ipsorum similes estis. Picti foris in vestibus vos Medici estis: intùs perfidos Iudæos, cadauera, & statuarum imagines occultis.

Intelligite ergò, quó-nam in Medicinâ fundamento vtar, & cui incumbam.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 265 sur 913

Prima. est Philosophia. *Secunda* est Astronomia. *Postrema* est Alchimia. Adde quartam, proprietatem. Me verò sedulò notate & attendite. Nam aut vobismet ipsis hæc quoque ita statuenda erunt: aut conuitio publico apud vniuersos paganos notabimini, quòd sine his tribus meri impostores,ac tùm principum, tùm magnatum, tùm ciuitatum ac regionum ludificatores & sannatores sitis : & quòd omnis honor ac reuerentia vobis quæ præstatur, puris putis stultis, hypocritis, & parasitis deferatur.

Modum autem attendite, quo ista tria propono. Alia enim ratione vobis ea proponere minimè licebit,sed opus erit, vt me vnum omnes sequamini cum vestro Auicennâ, Galeno, Rhasi, &c. nec ego sequar vos. Sequemini me vos Parisienses, vos Montpessulani, vos Salernitani, vos Viennenses, vos Colonienses,vos Witebergenses, omnes vni summæ inclusi nullóne in penitissimo quidem Laconici angulo relicto. Ego enim Monarcha sum : ego Monarchiam rego,administróque, ac lumbos vestros succingo.

Quantoperè verò vos Cornutus ornabit, illud, Theophrastus Monarchiæ Princeps dominabitur, vobis calefactoribus constitutis? Quid animi vobis tandem erit, si in Philosophiam meam compellam vos, cogámque, vt vestrum Plinium, Aristotelémque imbulbitetis, & Albertum, Thomam, Scotum, &c. permingatis, dicatísque : *Hi artificiosè & subtiliter mentiri poterant.* Quàm verò certi ac supini stulti nobiscum proaui nostri fuerunt, quòd talia nec nos, nec illi subodorati sunt? Ecquid videbitur vobis, si cœlum ita adornaturus sum, vt cauda Draconis vestrum Auicennam & Galenum deuoret? Ignari enim cœli ipsi sunt. Eius ignari estis etiam vos. O quàm laudabile est, vos stultos Doctores & Magistros esse? Quàm grauiter prementur terga vestra, si aures sex vlnas longas gestaturi eritis? Nec enim Ioannes in Apocalypsi monstra fœdiora ac deformiora vllibi vidit,quàm qualia vos estis. Quantò id vobis probro erit, quòd ægros hactenus curando diuitias ab illis largas extorsistis, nec tùm tamen probè coquere didicistis, verùm cruda & incocta ipsis obtulistis? Ex quo certè patet, quòd multos interemeritis. Et hoc Alchimia clariùs loquetur. Ad hanc penetrare debetis,ni eligitis alterum,vt coniuges vestræ ac liberi & cognati vos summo opprobrio affectos esse videant.

Quòd si nullum mihi aduersus vos adminiculum esset aliud, quàm hoc testimonium,quod adulterini & ignorantes sitis, quàm vel sic me magnum fore in Monarchiâ censetis? Taceo quòd mendacia & nugas vestras, vniuersas, Balneatorúmque & tonsorum pediculosorum deliramenta simul quoque detego, ídque non in vno saltem libro,sed in vniuersis. Quin & hoc addo,vt vos doceam, non vos me. Nam ex vobis quæ hausi,ea ignis dudum consumpsit. Contrà autẽ quæ doceo ego,illa nullus ignis consumet,is tamen vos peredet & deuorabit. Cuius iá ergò Monarchia est? Meáne, an tua? Non despero equidem, fatuos & cornutos aliquos fore, quivestrarum partium propugnatores acturi sint. Sed hi tamen & vos, mutuò vósmet ipsos conficietis & deuorabitis. Vobis vos amicitias paratis ingeniculando, submittendo, salutandóq:, *Gratiosè Domine, Electe Domine, iterum atq; iterũ Domine,* Quod si dominatio aliquando lecto defigatur, vos amicitiæ iura præstituti, nihil nisi fraudes & impostura impenditis. Quòd si, quos iugulastis, ægri vitæ suæ reddi possent: vos & principem vestrum *Aboali*, *Abinschiui* percacarent potiùs, quàm quicquam honoris pristini deferrent. Proh dedecus! quòd vel sex tantùm dies in legendis triualibus auctoribus istis vos phantastæ consumitis. Aboali.

Sed hæc præfatio vobis diuidiæ non sit. Sub finem Lipsensibus offam consalibo, & eosdem cum sale ad lignum deducam.

TRACTATVS DE PHILOSOPHIA.

Medicinæ fundamentum Philosophia.

VM certum & definitum sit, Medicinæ fundamentum in Philosophiâ existere : sciendum nobis primò est, quomodo illud ex Philosophiâ erui debeat. Hæc autem priusquàm explicentur,operæpretium est, Philosophiam adulterinam primùm excuti, quæ mihi fors obniti & impedimento esse possit. Hi enim soli mihi aduersabuntur, qui ex falsâ & spuriâ Philosophiâ nati,se tamen legitimos iactant, velut id hactenus euentus

Medici spumæ similes.

euērus probauit. Soli enim nequam Philosophiæ; hoc est, muscus & spuma Philosophiæ aduersus me hactenus insurrexêre. Sed ea perpetuò spumæ natura est, vt cùm præter excrementum nihil sit, in olla tamen subindè obnatet & præmineat, suâque ebullitione subditum melius & dignius obscuret. Ipsa tamen cochleari tandem excepta in cineres excutitur: ac iusculum ceu melius, purum in ollâ remanet. Eodem modo spurij quoque Philosophi despumabuntur, & in paludem effundentur: ego verò cum Philosophiâ meâ enitebo relictus. De nobis etiam edentes satiabuntur, non de spumâ porrò, sicut factum hactenus est. Spumei enim illi omnes Medici sunt, quos in porcorum mactras coniici æquum sit.

Philosophia quid tradat.

Philosophia autem in eo posita est, vt omnium morborum natura, materia, & conditio cum vniuersâ eorum essentiâ intelligatur, idque ex solâ Philosophiâ, nec ex arte quacunque aliâ. Vndecunque enim fundamentum aliud desumatur nisi ex Philosophiâ, id mera impostura erit, & impostura vocabitur. Æger enim per istiusmodi decipitur, & quod ægro natura præstat, id per Medicum talem subtrahitur, qui ex adulterâ Medicinâ gignitur. Natura enim est, quæ ægro Medicinam ministrat. Si hoc natura facit: ægrũ etiam pernouerit necesse est. Citra cognitionem enim ministrare illa ipsi nihil potest. Cognitio autem hæc non in Medico posita est, sed omnino in naturâ. Ea enim seipsam nouit, non Medicus. Itaque si natura sola se pernouit, eadem etiam Recepta componet & concinnabit sola. Ex naturâ enim prodit morbus, ex naturâ descendit remedium, haudquaquam ex Medico. Hoc si verum est: iam decet omninò Medicum, vt ex geminis istis discat, & quicquid vtraque ipsum docuerit, id faciat. Si nihil ab ipsis docetur, nihil etiam nouerit, nihil sciuerit. Geminorum enim istorũ Natura Medicina est, & morbus, & sui ipsius Medica. Iam si ex naturâ Medicum nasci oportet, ac ipse nec in se, nec ex se, nec à se quicquam est, sed omne ex, & in naturâ existit, omninò ex naturâ quoque gignetur, non à Lipsiâ, non à Viennâ. Ibi enim quod discunt, Dauentriæ quoque, & Zwoilæ, ac iuxta Oceanum Germanicum Vberlingæ idem tradi illi sciant. Natura autem docet Medicum, non homo. Cùm ergò tanti momenti natura sit: meritò tradendum videtur, quæ, & qualis Natura sit: id quod discursus Philosophici est. Præterea autem scitu dignum est etiam, quidnam Philosophia sit. De hac enim mihi cum aduersariis contentio est. Ipsi enim quam Philosophiam censent, ego glandulas iudico, foris corpori adnatas, & eius similitudinem præferentes: quæ tamen id, quod referunt, minimè sunt. Sic ergo ipsi quoque Medici tales nauci sunt, velut & Philosophi, qui ex fungo tantùm arbori adhærente enascuntur. Ita enim & ipsi Philosophiæ adhærent, non in eam conferti sunt. De meâ Philosophiâ, quod sentiant illi, non admodum bonum, aut magnum sit oportet. Nec enim contemptum fert fimus equinus. Ideò nec ipsi, nec fatui alij meâ Philosophiâ vtuntur.

Medic. reprehensio.

Longo sermone opus foret, si quis dilucidè ac euidenter demonstrare annitatur, quis potissimùm dissidij nostri rhombus & neruus sit. Pro re tamen in summâ breuem conferendâ, hîc saltem id propono, opus omninò esse, vt Medicus cognoscat, cœlum ac terram secundùm ipsorum materiam, speciem, & essentiam. Quâ si scientiâ instructus est, iam is euasit, qui porrò Medicinam ipsam intrare possit. Nam post illorum cognitionem & comprehensionem haustam, Medicus proximè incipit. Medicinæ ergò ea omninò ratio est, vt necesse sit, ex Medico exteriore internum nasci. Si enim externus desit, interior minimè existit. Interior enim quicquid vel agit, vel tradit ex suis subiectis, id vniuersum frustraneum est. Iam autem interior Philosophia nihil docet aliud, quàm inania figmenta nonnulla, vt dicatur, *Morbus iste Cholericus*, &c. est. Cholera enim nihil est, nec vili vnquam Philosopho cognita & comperta. Ratio est, quod non ab exteriore, sed interiore Philosophia emergat: nec interior doctrinam aliam tradat, quàm speculabilem & imaginariam ipsius hominis. Huiusmodi speculatio choleræ quoque nomen & originem dedit. Externa autem Philosophia ex speculatione nullâ erumpit, sed ex homine externo omninò progignitur, docétque ac monstrat, quid homo interior sit. Cùm ergò talem præceptorem nacti simus: fas est, speculationi omni omninò nuntiũ mitti, ac ea prehendi, quæ non per speculationem demonstrantur, sed per ipsam veritatem & naturam. In hoc ergò diuortiũ nostrum consistit: quòd aduersarij mei speculentur, ego autem ex ipsâ rerum naturâ

Medicus quę noscenda.

Medicus interior non est sine exteriore.

Cholera figmentum.

Philosophiæ Theophrastici & antiquæ quod discrimen.

Natura simul morbus est, & Medicina.

Natura Medicũ docet.

naturâ doceam. Iam autē ſpeculari phantaſmata agere eſt. Phantaſmata autem phantaſtam gignunt. Et phantaſia quidē fundamento nullo innititur, ſed cuiuis libera relinquitur, vt ad voluptatem ſūmam phantaſmatis ſeſe quiſque titillet & exſatiet. In effectu autem res alia non eſt, quàm ſi quis optando plurima concipiat: & tamen, quæ optauit, non impetret. Sic & phantaſtarum phantaſiæ nihili & inanes exiſtunt. Et tali fundamento quidem Medicina ipſorum ſuperinſtructa eſt. Cū quo fundamentum iam quoque meum conferte & expendite.

Si ſpeculari bonum & vtile ſit vtile etiam ſit optare. Sic enim aliquid aduerſus me obtineri poſſet. Sed, quod duret, nihil contra me elicitur. Quod enim fundamentum ego pono, ſpeculatio haud quaquam eſt, ſed eſt *Inuentio:* non, inquā, ſpeculatio, ſed ipſa rerum proprietas. Sic enim Philoſophi in externo Archeo agnoſcunt, æquum non eſſe vos dicere, *Hoc eſt Cholericum, hæc eſt Melancholia:* ſed dici potiùs ita ſuadet, *iſte eſt Arcenicus, hoc eſt Aluminoſum:* ſi enim dixeritis, *hoc eſt Iouiale, illud eſt Saturninum*, tunc mihi vobiſcum litigium nullum reliquum eſt. Si dicatis, *Hæc eſt Acoria ægritudo, Iſte morbus eſt Anthera:* tunc ex me audietis vos probos & eruditos Doctores eſſe, quod in veritate equidem etiā teſtari poſſim. Sic enim ex verā Philoſophiā procedit. Sic pariter ſi aſſeratis, *Morbus iſte eſt Pulegij, eſt Meliſſæ*, tum demùm videro, vos morborum iſtorum certam cognitionem habere. Si verò dicere pergatis, *hæc eſt cholera, hoc eſt phlegma:* certè compertum habeo, vos cognitione nullā pollere, ſed ex ſpeculatione ſaltem ac phantaſiā enatos eſſe, quæ tamen cum veritate ſani nihil vnquam progenuit. Ideò Medico eiuſmodi non proferuntur aut enuntiantur, ſed phantaſticè & ſpeculatiuè, quæ licentia ſtultis quidem data eſt, vt huiuſmodi fundamenta excogitare auſint. Sic dyſenteriæ cauſam ſanguinem facitis. Quod nugatorium eſt: vt & hoc, ſi dicatis, *vitium eſſe ſtomachi.* Nam iſta omnia apud vos opinabilia ſunt, meritque ſunt opinatores, cholerici illi & phlegmatici, & Melancholici, & ſanguinei. Quod ſi ita pronuntiaretis, *Iſte eſt morbus Hermodactyli, morbus Colocynthidis, morbus Helleborinus*: iure meritò vos prædicarem ac efferrem, quòd ex fundamento procederetis, & ipſam veritatem proferretis. Debent enim nomina ex fundamento deduci, haudquaquam ex phantaſiā. Ita colica dicenda eſt Sibethina: ita Iliaca nominanda Moſchata eſt. Qua cauſa? Ita nimirum externa Philoſophia docet ac iubet, quæ interiori omnia nomina, naturā, proprietatem & ſigna indit & attribuit, nec extra hanc quiſquam bonus Medicus gignitur, ſed meri impoſtores, errones, phantaſtæ, ac aſini fiunt.

Cùm ergò primam Medici ſcientiam ex Philoſophiā manare oporteat: conſentaneum quidem eſt, ipſam nón conſtare ex homine, ſed ex cœlo potiùs & terrā, ac aëre, aquáque. In his omnium Medicorum cognitio latet ac intellectus. De huiuſmodi enim rebus loquuntur ac tractant Philoſophi, non de cholerā, aut phlegmate, aut Melancholiā, aut ſanguine. Ideóque omnis de iſtis ſermo fatuus eſt. Omnes non Philoſophi tantùm tractant *de mineralibus, de fructibus, de impreſsionibus, de influentiis:* nec ipſorum quiſquam de Humoribus vel verbulum facit. Quòd ſi Medicus ſpeculatiuus iam obiiciat: Philoſophiam quidem calleo, ſed ea mihi non ſufficit; ac opus eſt, vt plura ſciam quærámque, & ad quatuor Humores deſcendam, vt exactiùs omnia perueſtigem, quàm ea, quæ per Philoſophiam traduntur, &c. hic ſcito, ipſum errore non leui agi. Cauſa hæc eſt: quòd nihil intùs in corpore ſit, quod foris non planè tibi monſtrari poſſit. Imò certiùs & vberiùs foris omnia patent. Ideóque ſi accuratam plenámque cognitionem Philoſophiæ haberes, de fundamento alio ſpeculari minimè neceſſe haberes. Quia verò iſtam cognitionem mancam & imperfectam habes: ob id ſarturam illam tractas, idémque agis quod carnifices, qui à viris honeſtis in plateas ſecretas & abditas ſecedunt, vt id negotientur, cui nemo quiſquam vel obloqui poſſit, vel aduerſari. Tales vos etiā Medici. Qui ſpeculationibus veſtris eò rem deduxiſtis, vt nemini iam liceat vobis obloqui, hoc eſt, rem veſtram ita inuoluiſtis & occuluiſtis, vt probus nemo vos intelligere poſſit. Ideòq; etiā nemo vos temerè reprehendere poteſt. Quod ſi tamen Philoſophis cæteris huius veſtræ ſpeculationis proprietas tàm nota & comperta eſſet, quàm ea mihi eſt, ſic certè dicerent, *Foras iſtos carnifices.* Iure enim vos ſeparatis à cæteris eruditis per dictiones veſtras, ac vocabula. Iſta enim ſi intelligerentur, iam veſtra impoſtura illicò vniuerſoorbi innoteſceret. Exempli gratia:

Inuentio Theoph. fundamentū.

Medicè qui loquendū ſit.

Externa internis nomina dant.

Colica Sibethina: Iliaca Moſchata.

Philoſophia in quibus cōſiſtat.

Obiect. Medic.

Solutio.

Corporis omnia foris luculentiora exiſtunt.

Medic. reprehenſio.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 268 sur 913

tia : pyxidibus officinarum inſcribitis *Anthos, Cheyri Bugloſſa, Veronica, &c.* Quæ ſi ruſtici ſcirent & intelligerent: valdè ſint fatui futuri, ſi pro iis tantùm pecuniæ adnumerarent. Ideóque fraus ea talis eſt, in quam nemo animaduertere poteſt. Iſta enim exotica idiomata nemo intelligit, etſi res ipſæ ruſticis quoque cognitæ exiſtant. Hoc modo Medicina à profeſſionibus omnibus ſeparata eſt, & tàm idiomate, quàm methodo modóque à doctis cæteris dirempta, vt reprehenſione iam ferè careat. Hæc verò Philoſophia non eſt, ſed mera ſpeculatio.

Philoſophia quæ ztadat

Sed cùm propoſitum mihi ſit, ipſam Philoſophiam explicare; pro Medicinę queintroitu principio definiam, qualem oporteat eſſe Medicum. Id fiet idiomate plano, vt ſingulare eò rectiùs ad vniuerſale accómodari poſſit. Hâc enim ratione Philoſophiam neceſſe eſt tradi, vt in eâ totus offeratur & conſpicuus homo ſit; vt in eâ deprehendantur omnes morbi, accidentia, & ſanitates, omnes artus ac membra, omnes partes, ac partium partes, quotquot in homine ſunt, aut exiſtere poſſunt: vt in naturâ videantur, ſcianturque tot tantáque, quot quantáque à primo homine ad vltimum vſque incidere potuerunt aut incidêrunt: eáq; omnia ſciantur tam perfectè & abſolutè, vt etiam oculi, aures, vox, ſpiritúſque in mundo reperiantur, vt etiam mobilitas, & partes coquentes, & partes expellentes, & attrahentes, tàm præſentes, quàm ad corporis bonum ſtatum quocunque modo conducibiles conſpiciantur, vt ea vniuerſa exteriùs intelligantur, diſcantur, & inueniantur, vt exteriùs probentur & iudicentur, vt exteriùs per ignem agantur & depurentur, vt exteriùs lotium videatur, pulſus tangatur, colores Phyſionomiæ diiudicentur. Hęc omnia ſi tu exteriùs probè cognita habes, porrò in interiorem hominẽ abi: ac ſi exteriùs maxima quæque probâris & excuſeris, dum demùm lotium inſpice, pulſum tãge, & Medicinam exteriorem interioribus adhibe. Hæc ea genuina eſt Philoſophia, de quâ tibi toties inculco. Hanc ſi nec ſcititis, nec calletis: quæ veſtra amabo eſt confidentia & arrogantia, vt ex tàm inani ſpeculatione ac phantaſiâ tantæ homiuum multitudini Medicinam depromere, ac tot cœcos, tot claudos, tot contractos facere auſitis? Hos nimirum bono iure temerarios beanos dixeris, qui periculum de omnibus faciunt,

Medic. reprehenſio.

nec ſariantur in eo, quod aliis fucum faciunt ipſi, ſed eundem alios etiam docent, ne fors aliquando ipſorum impoſtura emoriatur. Hoc ſi facere ſuſtinetis: cur non aduersùm me ſcribere ſuſtinea-tis? Valdè enim negotioſus Satanas eſt, ſi ſuos oblœſos filios ſẽtit. Siquidem ęgrorum ſaluti cõſuleretis, multò certiùs eligendum fundamentum eſſe putaretis. Sed impoſtoria omnia ſunt, quibus occupabimini. Satis ſcilicet eſſe putatis, fidẽ vos habere, quicquid de operibus interim agatis, ſiue ea mortua ſint, ſiue ſemiuiuant. Res culinaria probè ſe habet, ſi modo ſint, qui veſtris nugis adſtipulentur. Penes vos eſt fides ſine operibus hoc eſt fides mortua, vbicunque deficit quid, vel ſuccedit minùs, id Deus fecit.

Philoſophus duplex.

Vt verò Philoſophum perficiam, ſcitote ipſum duplici viâ naſci. Vna in cœlo eſt, altera in terra, hoc eſt, ipſum ex vtrâque ſphærâ gigni: Sphæra enim vtraque ex ſe principium dimidium eſt: geminæ autem ſunt principium totum. Iam verò licet hic ex vtrâque parte conſtans Philoſophus dicatur: nominis tamen reſpectu res alia eſt. Is enim priuatim Philoſophus nominatur, qui ſphæræ inferioris peritus eſt. Qui ſphæram ſuperiorem nouit, is Aſtronomus dicitur. Vtrique tamẽ Aſtronomi, vtrique Philoſophi exiſtunt, vtrique vnius ſcientiæ & artis ſunt. Iam verò omnes Aſtronomi in partes quatuor diuiduntur. Primus Aſtronomus origines metallorum & proprietates mineralium nouit. Secundus fructus terræ tenet. Tertius Mannam callet, non peiùs eo, qui vel Saturnum, vel Iouem cognouit. Sic viciſſim iſte quoque Philoſophus exiſtit, qui cœli impreſſiones, ac influentias & motum didicit. Quartus Philoſophus iſte eſt, qui aërem non minus pernouit, ac alter terram. Hæc enim vna Philoſophia eſt, quæ naturam concernit. Iam verò quatuor horum vna Anatomia, vna eſſentia, vnáque materia exiſtit. Nec enim in cœlo tantùm Saturnus eſt, ſed etiam in profunditate imâ Maris & in abditiſſimis terræ. Meliſſa etiam non in ſolo horto eſt, ſed & in aëre, ac ipſo cœlo. Quid quęſo cenſetis Venerem eſſe aliud, quàm Artemiſiam? quid aliud Artemiſiam, quam Venerem? Quid autem ſunt vtræq; ? Matrix, cõceptio, vaſa ſpermatica. Quid ferrũ? Nihil niſi Mars? Nihil quàm ferrum: hoc eſt, vtraque ſunt ferrũ vel Mars. Idem etiam eſt Vrtica, & Tereniabin quarta, & omnia vnum ſunt.

Philoſophus & Aſtronomia vt differãt.

Aſtronomus qui druplex.

Vna Anatomia eſt rerũ omniũ.

Meliſſa in cœlo.

Artemiſia Venus.

Martem

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 269 sur 913

Martem qui nouit, ferrum nouit. Ferrum qui nouit, Martem nouit. Hæc qui nouit, nouit etiam Tereniabin & Vrticam. Ideoq; Philosophus, qui vnum in vno nouit, idem in altero etiam nouit, saltẽ formarum discrimine dempto, nullóque alio. Ideoq; ista non quatuor, sed vnum sunt. Quis iudicabit pluuiam? Astronomus. Quis rorem iudicabit? Astronomus. Quis iudicabit Talkum? Philosophus. Quis Cachimiam? Philosophus. Vnum qui iudicat, alterum non ignorat. Et licèt quidẽ nomina inter se diuersa sint; artes tamen ac scientię minimè separatę sunt. Vnum enim est in omnibus. Hinc fiunt Philosophi simplices, in vno saltẽ versati & periti. Sed hi nihili sunt. Alij in duobus periti sunt: Sed nec hi quid valent. Nihil etiam terni sunt. Quaterni soli, quod concludunt, id præstò est: hoc est, Medicina finis est, & terminus horũ omnium. Quid enim iuuet, Astronomum nouisse pluuias & niuem: nec ad quid conducat, perspectum simul habere? Sic ergò nihili est. Subiecti sui proprietatem etiam nouisse debet: sine quo aliàs nullus est. Totum ipsum constituit Medicus. Iam verò quòd hactenùs integri & certi Medici non fuerint, id vobis notandum est. Errarunt etenim in Philosophiâ: nec hactenus, quid stannum esset, quid in ipso flueret, quid calorem ipsi largiretur, &c. compertum habuerunt. Horum enim hactenus nihil vnquam tractauerunt, & se tamen Doctores ac Philosophos iactant. Quòd si talia ignorant: multò minus quid tales morbi sint, iidem exploratum habebũt. Omnium enim primò ipsos scire oportet, vndenam stannum, vnde cuprum, vnde aurum ac ferrum nascatur, & qui fiat, & quodnam ipsius attributum sit, & quibus morbis obnoxium sit, & quas affectiones sustinere cogatur. Et hoc si quidem sciant, membrum tamen saltem vnicum in corpore hominis sciuerint. Quòd si tanto sudore metallum saltem vnicum addiscunt: quantà cum difficultate assequentur reliqua septem, reliqua 24. reliqua vniuersa, quorum millena sunt? Quod in Philosophia omnium maximè necessarium est, ac in ipsâ Medicinâ, id negligunt illi ac omittunt.

Iam quod pro Philosophorum priscorum doctrinâ illi dicunt, ex Mercurio & sulphure omnia metalla generari: Item, ex purâ terrâ lapidem non gigni: quàm inuerecundè id illi mentiuntur? Nam quis vspiam est, qui materiam metallorũ solum sulphur ac argentum viuum deprehenderit: cùm tamen metalla omnia, & omnia mineralia in rebus tribus consistant, non in duabus? Is error ergò manifestus est. Sed & Philosophia illorum ipsamet apertè mendax est: nec enim quicquam de generatione eorum & fine aut aliis tradit. Hæc enim omnia ipsis percognita esse oportuit. Quemadmodum autem gloriantur, quod ex lotio ac pulsu morborum omnium essentias & medicinas cognoscere possint: sic sua quoque iudicia certa facere debebant in iis rebus, vt lotium quoque ac pulsũ cœli, terræq;, & aëris similiter discernere quirent. Sed nec hoc, nec illud ipsi compertum habent. Sic Philosophia ipsorũ quoque statuit, quòd ex purâ terrâ nulli lapides gignantur: cùm tamen ex terrâ aliàs quoque nulli vnquàm lapides gignantur, sed ex aquâ. Hæc ipsorum elementum est genitale & natiuum. Ideoq; illi ambigui & Philosophiæ ignari sunt. Hæc ipsorum Philosophia etsi quidẽ ab Aristotele, Alberto &c. conscripta sit: quis tamen mendacibus istis credet, qui non loquuntur ex ipsâ Philosophiâ, hoc est, lumine naturæ, sed ex merâ phantasiâ? Sicut ex eodem fonte etiam in Medicinam quatuor humores inuexerunt: Nihilo felicius eodem ex fonte extraxerunt etiam mendacium illud de Mercurio & Sulphure. Nec vnum magis quadrat altero. Prouocant illi quidem subinde ad Albertum & Thomam. Sed non Albertus, non Thomas, sed vos ipsi de hoc pedem figetis. Nec enim Albertus hanc doctrinam à Spiritu sancto hausit, sed potiùs ex otiosâ speculatione. Eodẽ in censu Thomas etiam est, ac Hermes, & Archelaus. Nulli autem vestrùm ignotum est, quòd doctrinæ ac artes huius professionis, non Spiritui sancto, verùm naturæ potiùs lumini acceptæ ferendæ sint. Vbi ergò hoc est, nisi in natura? vt: Spiritus sanctus docet fidem. Ergo *ipse fides* est. Sic hæ res sunt natura. Ergo *ex Naturâ doceri discique debent*. Non in sancto Spiritu condita illa sunt, sed in ipsâ Naturâ. Ideoq; de illis etiam ex naturâ informaberis, cuius vel Albertus, vel Thomas, vel Aristoteles, aut Auicenna, aut Actuarius, &c. scientiam nullam habuerunt aliam, quàm speculatiuam & imaginariam. Cùm ergò tanti momenti sit, vt sciatur, quid natura sit: summo iure hic vobis fundamentum Medicinæ proponitur. Debet enim suis vnguibus meliùs nosse Medicus, quid in plumbo

Philosophus omnia iudicat.

Medic. reprehensio.

Metalla mille.

Metalla non ex solo Sulphure & Mercurio.

Medic. reprehensio.

Lapides ex aquâ nascuntur.

Philosophia quò sit referenda.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 270 sur 913

Medico quæ scienda.

liqueſcat, quid in cera ſoluatur. Quid id eſt, quod in Adamante adeò durum exiſtit? Quid eſt in Alabaſtro tam molle? Quòd ſi iſthæc nouit, dicere etiam poſſit, quid Apoſtema maturum, vel immaturum facere poſſit, aut quid carbunculos, quid peſtilitatẽ ſuſcitet. Extra iſthęc omnia nihil quicquã ſcire queat. Ideóq; falſa & erronea ſunt ſcripta illa vniuerſa, quæcunque de his & aliis morbis tradita ſunt. Ex ſpeculatione enim profluxerunt, non ex Philoſophiâ. Et quia ignari Philoſophiæ illi fuerunt, labor eorum irritus vniuerſus eſt. Ipſi verò ſimiles facti ſunt ruſtico, qui ſecundùm ariſtas ipſum ſtramen inane percutit, frumentum excuſſurus. Bono quidem is id animo facit: ſed labor inanis eſt. Eadem ratio eſt medicorum etiam, qui huiuſmodi morbos deſcribunt, & tamen ipſius Philoſophiæ ignari ſunt, ac nec artem, nec ſcientiam vllam habent, ſoli ſuæ phantaſiæ ac ſpeculationi indulgentes. Poſtremò autem neſcio, quo ſigillo euentus obſirmatur, omnéſque eorum ægri teſtantur de ipſis, quòd ſtulti ſint, vt ſubtiliter loquar. Nam craſſiùs eos nequam indigetant. Mendaces tamen Magiſtri ſeu Ludimoderatores, Correctoréſque ac Procuratores, & Viſitatores, & Beani, ac Patres, &c. ſi in medicos euadunt, aliter ſe non gerunt, hunc vnum morem habent familiarem.

Vnum atque alterum Meteororum cum gloſſamentis plurimis ipſi habent. Quæ tamen meliora non ſunt, quàm tradidit *Ioannes de Garlandria* qui ſuper ſecundam partem Alexandri commentatus eſt. Quid enim eſt Meteororum Ariſtotelis? Nihil niſi phantaſia. Ratio eſt: quòd ſub cœlo nihil vſpiam fit. quò huiuſmodi Exhalationes, Impreſſionéſque probari poſſint, præterquàm quòd iſta mera phantaſia ac cyclopica ratio ſit. Meteororum ergò illud nihil niſi figmentum eſt, ſuper quo ipſi tamen Magiſtros condunt, qui & ipſi iſta laudant & tuentur, nec tamen, quid tueantur admodùm compertum habent. Hi tamen mecum de hâc re bellum non temerè mouebunt. Nec enim res ea magnoperè ipſos ſollicitat, an vera, vel falſa ſit. Nam idem in rebus etiam aliis facitare ſolent nec quicquam magis curæ cordiq; habent, quàm vt pecuniam nugacitate extorqueant. Sciant an ignorẽt, nihil intereſt: ſaltem pecunia promatur, fiatque, vt dominus Doctor ex penuriâ

Ioan. de Garlând. Meteorica Ariſt. ventilantur.

eluctari, & pro formâ in plateis politè incedere, vxórq; eius iuxta alias ſimiliter luculenter emicare poſſit. Apud quas etſi quidem culina impendio frigeat: nihilominus tamen, in plateis, in templo, in choreis comendę & exornandę illę ſunt, veluti felis cacatum itura. Huiuſmodi medici artem ſuam quocunq; loco habent, nec curant admodum, ſiue fundamentum ac artem habeant, ſiue minus. Fundamentum enim ipſimet ſibi ſtatuunt phantaſiam.

Med. tempch. acris & longa.

Contra verò meus omnis iſte labor eſt, vt ſolidum in arte fundamentum ponatur, non ſuper Magiſtros caſuales, non ſuper Mortariotribas, non ſuper eſuriẽtes conuentores & propoſitos. Horum enim fundamentum aliud non eſt, quàm hoc: *Eſt eruditus Magiſter. Legit nunc Phyſicam: ac elapſo anno de cœlo & mundo commentatus eſt. Iſte bonus euaſurus medicus eſt. Iſte Conuentor Lux & electum vas* (ſtultus arbitror) *futurus eſt.* Huiuſmodi autẽ Conuentores vos alio titulo donare nõ deberis, quàm vt dicatis: *Rudis eſt, ac cornutus, nihil ſcit, nihil nouit, ac tantùm bonus pater eſt, geſtando liripippio idoneus, parcus ac tenax eſt, ac crumenæ ſector. Qualis in burſa factus eſt, talis in Medicina manere decreuit.* Quòd ſi verò hoc fundamentũ illud eſt, ſuper quod medicina veſtra plãtata, & defixa eſt: væ illis ægris, qui in horũ Beanorũ manus incident. Molliùs enim apud elutarios iſtos tractarent.

Iam verò hoc multò grauiùs eſt, quòd medici hi, qui mihi aduerſantur, nec meâ, nec aliorum Philoſophiâ vtantur, ſed ab omnibus doctis quandam veluti ſeceſſionem faciant. Sic ergò viciſſim coanguſtandi & reprimẽdi ſunt, vt neq; Theologus, neq; Iuriſta, nec Artiſta, nec Aſtronomus, nec Philoſophus, nec Alchimicus, nec alius quiſquam cum ipſis quicquam negotij habeat, nec ipſi cum aliis. Hoc enim velũ eſt, per quod ipſorum impoſtura non reuelatur. Quæ ſi ita ſe habent, artem eorum omninò vi quadam factitari neceſſe eſt, per fidem violenter extortam, vt quicquid dicant, ipſis promptè credatur, quicquid tandẽ ſcriptura teſtetur. Quòd ſi quo fors anno ægrum vnum ſanarint, decennio integro id decantant: etſi æger ex ſeipſo citiùs euaſurus fuerit, quàm per ipſorum præſtitum auxilium.

Huiuſmodi facinoribus ac triumphis, vt & nugacitate veſtrâ, & diſcurſitatione, fideliq; viſitatione fidem

vobis

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 271 sur 913

vobis ſtruitis ac ſtabilitis. Hi verò labores omnes culinarij ſunt. Pecuniæ enim cauſâ non ægrorum ſalutis gratiâ diſcurrunt. Quòd ſi enim genuina ac generoſa vobis domi remedia eſſent, quid quæſo diſcurſationibus veſtris, ac lotij inſpectionibus, & baculorum operibus aliis ſimilibus opus eſſet : quæ tamen omnia indoctum medicum arguunt rei nullius peritum & gnarum. Vbi tandem vos Philoſophia docet, vt ægros ita tractetis? Vbi ex naturâ id didiciſtis? Sed ex inſcitiâ veſtrâ & ignorantiâ iſta talia facitis, vt aliquam diligentiæ & ſedulitatis de vobis opinionem excitetis. Sic fit, vt ruſticis perſuaſum ſit, vos ex arte talia facere, cùm tamen ex merâ illa fiant ignorantiâ. Et ſiquidem eſſetis ipſe vel Ariſtoteles, vel Porphyrius, vel Albertus, vel Auicenna, vel Galenus: tamen nec tantillum quidem fundamenti monſtrare poſſetis, in quo æger tutò fidere auſit. Quis enim impoſturis facilè credat ac mendaciis? Nemo. Ideóque fundamentum veſtrum vniuerſum, fundamentum non eſt. Non enim ex euidentiâ Naturæ procedit, ſed ex inani phantaſiâ, ab vno in alterum hæreditariò traducta & corriuata. Quicquid præter euidentem, ac conſpicuam Philoſophiam inducitur & adhibetur, id omne fruſtraneum eſt. Ac quæcunque Medicina citra fundamentum illud miniſtratur, ea mera impoſtura eſt, ac perielitatio dubia. Quin & omnia ipſorum Recepta, tàm Phyſica, quàm Chirurgica ambiguæ lanci impoſita ſunt. Et niſi aliquoties bonam fortunam, aut beneficum cœlum, ac tempus idoneum, & propenſam naturam attingeret: quoſcunque vſpiam aggrederentur curandos, vno exemplo omnes iugularent & ad inferos mitterent. Nihil in ipſis etenim niſi exitialiſſima ac fatalis inſcitia eſt, ac fundamentum inſcitum. Ac ſicut carnifex inter honeſtos homines habitat; ſic ipſi cum ſuâ arte inter viros eruditos. Nota de vexatione contra Medicos.

Hoc nimirùm iam vobis acerbum eſt, quòd fundamentum veſtrum ac Philoſophia foràs in lutum prouoluuntur, ac vos vnà cum ipſis. Et ſcrophæ quæ vos in cœno verſabũt, idonei ac ſapidi apud vos nihil inuenient, præter merum ſtercus: hoc eſt, in vobis vtile nihil eſt. Stercus cæteris omnibus melius eſt. Serpentes & Salamandræ in veſtris cucullis rubeis ſtabulantur & nidificant. Quanto id vobis probro erit, ſi in lutum abiecti puerorum quoq; triuialium ſannâ ludificabimini? Nec enim quicquam fundamenti in Medicinâ habetis, ſed id ſuper arenam exſtructum eſt. Status ac dignitas olim veſtra ſublimis erat, ac micæ inſtar effulgebat, ac vos argenteos aureóſque totus mundus cẽſebat, ac impendio honorabat. Iam autem palàm fiet omnibus, quòd iſta nihil aliud quàm mica & ammochryſos vniuerſa exſtiterint. O Talcum, tunc verò in Academiis vigilas? O cachymia, tunc Lipſiæ verſaris, quam ego in pulmonibus latere credideram? O Marchaſita, ô Magneſia. Sic vos iuxta aurum micatis, & aurũ refertis non aliter ac Marcaſita. In igne autem merum ſulphur, ac pix, ac arſenicum, ac antimonium eſtis. Adeoq; ærario ſplendore & fuco externo imponitis. Æquo modo ægri quoque à vobis decipiuntur. Nam his quoque perſuaſum eſt, vos Medicos eſſe, cùm ſitis meri ludificatores. Hæc Cadmia eſt, quæ Orichalcum gignit, & cuprũ tingit, & tamẽ lutum eſt. Sic & vos tingimini: ac cornuti tamen manetis. O calaminaris tu poſtremo Auripigmentum fies, & tum temporis ſtultus te diſquamabit ſedulò, & cutem ſubindè alteram poſt alteram detrahet, vt iugiter ſplendeas ac niteſcas. Hoc nimirum arridet ruſticis. Quod cùm ſcias tu, eò magis illis gratificaris. Ex his iam conſequitur, debere Medicũ ornatè veſtitum eſſe, & ſtolâ promiſſâ nodosâ ſuccinctum incedere, cum rubro cucullo, ita vt omnia rubra ſint. Quare autem rubra? Is color gratus ruſticis. Quin & pexos crines eſſe oportet, & tiarâ rubeâ impoſitâ tectos, & digitos annulis, erano, ſeu Turchoyde & Smaragdo & Sapphiro (ſi non gemmis veris, at ſaltem vitreis) conſertis inductos. Hoc modo fiducia aliqua ægro erga te ſuſcitari poſſit. Quin ipſis lapidibus his tam inſignis virtus ineſt, vt ægrorum corda amore quodam erga te inflãment, O tu mea cara, o mi Domine Doctor. Hæc-ne veſtra Phyſica eſt? Hócne illud decantatum Hippocratis iuramentum? Hæc Chirurgica eſt? hæc ars? hoc fundamentum? O micam. Verè autem micam: quæ in arenâ condita, ſplendore ſuo aurum & argentum mentitur, ſicut metallariis conſtat. Hoc verè eſt pro formâ, pro Doctore incedere. Is ſcilicèt doctus eſt, eſt modeſtus, inceſ-

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 272 sur 913

sum geometricum habet, affabilis est erga homines, subinde sese submittit, ac obuios quosque salutat. O Pharisæum. Si ea nosses, de quibus gloriaris, Pharisæus non esses. O Simonem. Graue hoc ac grande est in hominibus, quod patrare mala non desinant priùs, quàm suum ipsorum probrum prodant & publicè retegant, aliisque ad euulganda & propalanda eadem ansam præbeant.

Academiæ latronum similes.

Iam autem vt vniuersi sciatis, quid Philosophia sit, quæ ædificium Medicinæ sustinet: ex superioribus repetite, quòd Medicum deceat in terrâ, in aquâ, in igne, in aëre hominem perquirere, &

Medicus vbi hominem quærere debeat.

in his quidem non quatuor homines, sed in omnibus hominem saltem vnicum, & ex illis discere, quid homini accidat, in quónam is ascendat, descendat, exaltetur, contristetur, vbi æger, vbi sanus sit. Et si externum hunc hominem probè cognouit & didicit: tùm demum licet, vt facultati Medicinę sese committat, hominémque externum in internũ conuertat, & internum in externo pernoscat: sedulóque studio id caueat, ne quicquam ex interno homine discat. Ibi enim nihil est, nisi seductio & mors.

Exterior homo speculũ est interni.

Antequàm enim fine externo homine, interni affectus pernoscerentur, quot cœmiteriis ad probandam artem opus esset? Et tamen fundamento isti Medici hi incumbunt, vt per hanc experientiam ad artem peruenire possint. Vtrum verò melius est? Doctorem esse, an latronem? Quilibet vir prudens secum reputet, an Deus per huiusmodi latrocinia sanitatem hominum in hâc terrâ procuratam voluerit? cùm tamen in Deo nullum latrocinium, nullus dolus, nulla vspiam falsitas reperiatur? Et tamen ipsi nugantur, à Deo ita cum Medicinâ dispositum esse: & hoc modo debere Medicum in artis penetralia (nimirum per homicidia) intrare. Sic ipsi quidem autumant. Sed à Deo id minimè sic ordinatum est, verùm ab ipsorũ excogitatione manauit. Deus exteriorem hominem ordinauit, vt ex ipso illo disceretur, isq; nosceretur, quẽ sine peccato omni aut corrumpere, aut occidere licet. Quem si primùm cognouerimus, & deindè in homine, quæ didicimus, perficiamus: tunc omnium rerum anteà periti sumus, nec occidendo eum periculum facimus. De hoc ipsas conscientias vestras iudices ponite, iisq; tantum otij & respirationis indulgete, vt mea hæc scripta æquè diiudicent. Si tàm ex interiore, quàm exteriore didiceritis, tunc ipsa vestra conscientia vos coarguet, quòd non per ianuam ingrediamini, sed per tectum in domum descendatis, ac per latrocinia in artem vos insinuetis. Omnes autem Academiæ Germaniæ, ac similiter etiam Vniuersitates Italiæ hoc modo per tectum in Medicinam descendunt. O fraudatores, ô vos latrones furésque! Vos introitu autem isti vestro pallium inducitis, hoc est, nequam occultatis.

Remedia vt præstituenda.

Iam autem fas est, Anatomiam externi huius hominis totam Medico insculptam esse, ac ita vniuersam impressam, vt ne pilum quidem capitis negligat, sed omnia euidentissimè & videat, & intelligat. Hinc etiam consequitur, debere præstitutionem remediorum ita ordinari, vt membrum membro respondeat, semperque vnum ad alterum dirigatur, non quidem secundùm gradus, 1.2.3.4. aut secundùm principium, medium, finémq;. Illa etenim ars describendorum Receptorum secundùm gradus falsa ac impostoria est, tanquam nocens, vt per eam plurima homicidia inuehantur. Nã nec morbi, nec remedia in huiusmodi ordinem cõgi debent; adeoq; ipsa natura trepidat, ac tremit, quòd in huiusmodi gradus includatur. Verus autem naturę ordo iubet, vt Anatomia ad Anatomiam impendatur, & membrum referatur ad membrum, non fortiùs, non ignauiùs, non fortiùs ac iterum fortiùs. Nec enim morbi graduantur, vt nec ipsa remedia. Quòd graduantur in gradu primo membrum vnum est. Quòd in gradu medio graduantur, id iam membrum aliud est. Quòd in fine huius gradus graduantur, membrum iterum aliud est: nec, vt ipsi dicunt, membrum vnum, vnus gradus est. Et gradus nihil est aliud, quàm speculatiuus & fanaticus Beanismus. Sic etiam, quòd in secundum gradum coniiciunt, membrum aliud est, aliud etiam, quod in tertium gradum referunt. Ad quæ iam sequitur, quòd in diuisione istâ membrum ad membrum referri debeat, non gradus ad gradum. Quòd si enim membrum vnum patitur, & alterum, & item tertium: tùm is gradus non vnus est. Ibi enim tres passiones existunt, triplicia remedia omninò exigentes, constituta non in vno gradu, non in unâ complexione aut qualitate, sed in tribus arcanis. Et hæc inuentio,

Morbi & remedia non graduantur.

quòd

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 273 sur 913

quam Doctores in gradibus constituendis prodiderunt, merè Beanica est. Quod si quendam morbus occupet, ísque calidus, ac frigidus idem sanetur: tunc virtus ea haudquaquam frigiditati isti adscribēda est, sed arcano. Hoc enim operatur, nō frigus. Idemque est, ac si quid operari homo deberet. Quid enim hunc vel calor, vel frigus iuuaret? Nihil. Quid calor prodest voci? Quid frigus iuuat aures? Nihil omninò. Res hæ quidem, calor ac frigus, rebus omnibus insunt: sed nihil operantur tamen. Et hic sita est inscita illa inuentio, quam in Academiis vrgent ac inculcant. In quâ tamen, quod maximè necessarium erat, obliti sunt, dum calorem saltem vnum, vnum frigus ponunt; & tamen fateri coguntur de illis, quòd, etsi vnus saltem calor, vnumque frigus sit, vnica tamen & similis operatio non existat, sed in frigore esse hanc illam, in calore istam aliam, operationem ac virtutem. Vnde liquet eos hallucinari, dum frigidum calido, calidum frigido adhibent. Ac quicquid in his fit vel succedit, id omne arcano acceptum ferendum est, de quo ipsi tamen nihil quicquam compertum vnquam habuerunt. Ideóque iustiùs ego affirmare possum, membrum membro deberi pro modo exterioris & interioris Anatomiæ; & haudquaquam gradus ad gradus conferri oportere. Talem decet esse Medicinam: non ad inuentionem vestram quadrantem. Gemina enim Philosophia hæc est, vt hominem exteriorem noscatis, & per ipsum Microcosmum discatis. Sic nimirùm Medicus super solidum saxum fundatus vocari possis: non fundatus super muscum & palustria, sicut doctrina vestra illa redolet ac resipit. Phuy putidum Beanum ex Misnia! Emunda te tandem, & balneum ingredere.

Pro tenero ergò huius Anatomiæ iam quoque morbos sumere ac intelligere debetis, vt nimirùm sciatis, cur scorpio scorpionis venenum sanet: ideo nimirū, quia eiusdem cum altero Anatomiæ existit. Sic exterior homo Anatomia est interioris, & hic illius. Sic enim Arsenicus sanat Arsenicum: sic Realgar Realgar: sic cor cor, pulmo pulmonē, splen splenē: non splen vaccæ, non cerebrum suis, cerebrum hominis: sed cerebrum, quod interioris hominis cerebrum exterius existit. Ex hâc Anatomiâ procedit Philosophia: & hæc Philosophia ipsamet est, ea nimirum, ex quâ Medicus fit ac nascitur. Quàm magna, quæso vos omnes Medicos, est persona hominis exterioris? Quàm magna sunt eius arcana, virtutes, proprietates, essentiæ & vires? Quid vestra verò est speculatio & inuentio? Mundificare, abstergere, ex fundamento rectè rem noscere? Hinc vos Chirurgi & Medici enasci debetis & prosilire, non ex capitibus vestris insanis, in quibus nihil nisi seductio & error latet. Vtrique vos Physici & Chirurgi; ex vnâ Philosophiâ procedere, & in fundamento indiuisi esse debetis, in solâ autem Practicâ vos seiungetis. Vterque tamen vtrinq; Physicus simul & Chirurgus esse debet, non vt in practicâ, diuisus. Porrò iam ergò dicere pergite, Theophrastum vestrum non esse Philosophum, nec Physicum, sed tantùm Chirurgum, qui tamen omnium vestrûm patronus ac princeps futurus est. Cœcitatem vestram rectè & ex fundamento pensitate, ac omnia secundùm conscientiam iudicate. Eo pacto inuenietis, Theophrastum ipsum Physicorum omnium maximum esse, qui in scholâ Physicâ vos vniuersos ferulis admotis cæsurus sit. Vobis interim nemo vetat, quin cum Iudæis (Iudæi enim etiam in medicina estis) dicatis, me seductorem esse populi, me Diabolum habere, me obsessum esse, me ex Nigromantiâ edoctum esse, me Magum esse. Hæc enim omnia Iudæi ipsi quoque Christo obiiciebant. Quid dicam? Tantus equidem sum, vt vos non digni sitis, qui calceorum vincula mihi soluatis. Nec quicquam vobis persuasum aliud sit, quàm siue sim Geomanticus, & nigromanticus, & hydromanticus, & magus: & quòd vos vniuersi tandem sub pedes meos prouoluendi sitis. Et licet artes quidem vniuersas vestras protrahatis, à me tamen satis tuti non eritis. Vos Diabolo, quem in me habitare dicitis, domum remittam. Nam is vester est, non meus. Sed ea impostorum ac ventripharisæorum hypocritarúmque omnium natura est, vt se huiusmodi scuto fragili tueantur. Quod enim in vobis est, quo vos obsessi estis, eius me insimulatis. Sed parùm interest. Vos asini vrbici & Prlncipū Moschiatri, vos Gloridoctores interim mūdo vniuerso nihilominus prodēdi estis. Testimoniū de vobis ipsis datis, quòd istiusmodi sitis: ac testimoniū vestrum in hoc probum ac iustum est. Nam nequitiam electam & enormem vsurpatis, dum

Innētio graduū est Beanica.

Medic. error & inscitia.

Membrū membro curatur.

Scorpio est Scorpionem curet.

Med. reprehensio.

Theoph. Physicorum maximus.

Theoph. quantus sit.

Medic. reprehensio.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 274 sur 913

dicitis, *Lap. Lazuli purgare Melancholiam, Elleborum phlegma, Rhabarbarum choleram.* Ista enim ita esse, qui vobis reuelauit? Res nimirum expedita est. Si vera essent, quæ de gradibus, compositionibus, ordinationibúsque traditis, quis quæso ægrotaret? Quia iam verò ista nihili sunt, quis esse sanus potest?

Epilogus. Sed ne æquo diutiùs auditores meos detineam, finem imponam huic meæ Philosophiæ eo modo, quo dictum est: nimirùm vt sciant, nisi ea, quæ in hâc comprehenduntur, in se complectantur, sibi nullo modo in Medicinam descendendum esse: ac apud se probè euoluant suorum præceptorum opera, hoc est, quàm nihil auxilij suis ægris conferant, nullos sanent, multos perdant. Quæ omnia ipsis commentarij loco esse debent, vt postmodùm eò accuratiùs ad doctrinam ipsorum attendant, quomodò nimirum sub eâ falsus Medicus occultetur, ne fors per incuriam ipsi quoque in suorum seductorum vestigia incidant. Vos ipsi iudicate illorum doctrinam: nec iudicium ipsorum attendite. Nec enim se vnquam illi damnant: verùm iustitiæ tantùm sibi subinde attribuunt, vt eius aliquid semper abundet. Hæc autem ne seducamini, vobis scribo: vósque oro, vt ea legatis & perlegatis sedulò, non cum inuidiâ ac odio, cùm ex bono instituto auditores Medicinæ sitis. Discite aliquid de meis etiam libris, vt de vtrâque parte iudicium probum facere possitis. Iudicium enim vniuersum penes vos ac arbitrium vestrum sit. Nam quamdiù eò non penetraueritis, vt quatuor Elementa similia esse cognoscatis, & eadem pro Microcosmo habeatis: tam diù fundamentum verum attingere non poteritis. Metalla enim habetis in aquâ, metalla habetis in terrâ, & in igne, & in aëre. Mercurium habetis in aquâ, similem etiam in terrâ qui est sanguinea, similem etiam in igne, qui Mercurius ex seipso est: & in aëre habetis Mannam. Sic ergò quatuor Mercurij, quatuor metalla existunt: & in homine vnius operationis sunt. Quadruplex enim homo est: quadruplex etiam Medicina. Membrum ergò ad membrum. Sic quadruplex nix est, quadruplex Melissa, quadruplex Tereniabin, quadruplex Amethistus. Nisi enim in his rebus probè instructi sitis, sine dedecore & impostura facultatem vestram minimè assequemini. Noscendæ enim vobis sunt quatuor chelidoniæ, quatuor verbenæ, quatuor Angelicæ, Anthos, Antheras. Has si noueritis, ad Medicinam penetrare vobis omni iure licitum est. In his enim ista est cognitio cordis, hepatis, splenis, renum, cerebri, & omnium corporis membrorum. Nulla in vobis vnquam veritas deprehendetur, si figuram non sequamini ab ipsa natura designatam: quemadmodum videtis, nihil intra hominem consistere, quod exteriùs non designatum sit, tàm quoad fidelitatem, quàm falsitatem, &c. Natura signat ipsum. Ipsa verò adeò subtilis est, vt huiusmodi Doctores ac Præceptores, Magistrósque ac similes Medicos alios in corpore signare non possit. Causa est, quòd non ampliùs in formatione sui corporis in matrice illi consistant. Qui si nasci deberent cum istiusmodi phantasiâ & facultate stolidâ, figuras certè admodùm mirabiles conspiceretis, quibus natura eos consignasset. Iam verò, vt suis tamen signis non careant, etsi vterum maternum iam dum quidem egressi sint, tamen natura eos per magicam signat, hoc modo: *Induit ipsis vestes, cucullos, &c.* Vnde signa stultorum isti ferunt. Non verò solùm stultorum signa, verùm etiam deceptorum, qui habitus sunt pharisaici, ornamenta, fimbriæ, annuli, & bracteamenta alia, Bulletæ, tiaræ, cuculli. Quæ quidem externa ornamenta non ex fundamento Medicinæ prodeunt, sed ex fundamento luminis naturæ, quæ transfugas suos stultos ita signat. Naturam signare hominem, verum est. Sed magnum hoc est, quòd signa illi sua tam industriè occultare possunt, adeoq; alia post alia assumunt. Qui si suæ artis, sapientiæ, & eius, quodcunque vel sciunt vel possunt, à naturâ formam denuò acciperent, figuram pol supra modum admirabilem exhiberent. Ipsa Arabia mirabiliora supra camelos & bubalos omnes mõstra non aleret. Quin & figurarum certa inopia tandem futura sit: vsque adeò magnus horum cuculorũ numerus est, quorum suum cuique peculiare signum debetur. Res admiratione digna certè esset, si cui id spectaculum offerretur. Magica tamen vno numero eos omnes includit, & cucullos ipsis seu capitia annectit. Cuique enim stulto sua clauа aut capitium sufficit.

Metalla in omnibus Elementis.

Mercurius quadruplex.

Homo quadruplex.

TRACTA-

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 275 sur 913

TRACTATVS II.

DE ASTRONOMIA.

SI ergò homo in suâ compositione totus proponi debet: scitote primũ, & quomodò locus agnoscendus sit, & quomodò corpora firmamenti in corpore microcosmi intelligere debeatis. Astra etenim corporis, conditionem suam ac naturam, proprietaté mque & essentiam, naturam, motum, statum, partémque similiter ac exteriora desumunt, in solâ formâ diuisa, hoc est, in substantiâ. Sic enim in æthere, sic in Microcosmo, & ipsâ naturâ, vtraque res vna, vna essentia est. Cùm autem meum institutum sit, tractandi hic de locis Planetarum & astrorum totius firmamenti, que Medico scitu necessaria sunt: ideò saltem Anatomiam vtriusque essentiæ tàm locorum: quàm naturæ tradam. Extra hoc enim impossibile est Medicũ laudare. Scitote ergò, astrum in cœlo corpus non habere. Nec enim iacet: nec pendet, nec stat: sed liberè, velut pluma in aëre, se librat. Hoc in homine quoque similiter secundùm naturam & cursum seu motum intelligendum est. Et quanquam vnum ex altero pendeat, & vnum corpus sit, quod stat, iacet, &c. ille tamen appensus Medico nihilo magis considerandus venit, ac si nullus existeret. Hoc enim à naturâ terrenâ est. Medico aut horum nihil hic obstare debet, sed is Anatomiam tantùm cognoscet, non secus, ac si nihil adesset, ex quo aut penderet, aut staret. Sed quâ ratione in cœlo omnes stellæ liberæ sunt, & ex nullo alio dependent: sic Medicus Anatomiam etiam in corpore hominis scire, nec dicere debet, hoc pendet ex illo, hoc ex altero, hoc considet in illo, illud in alio. Hæc localia sunt, non pendentia: nec Medicum promouent ipsa, sed impediunt. Et licèt quidem factâ inquisitione deprehendas, ex vno corpore alicubi in aliud venam quandam exporrigi, quæ annexa vena ex vnâ substantiâ aliquid traducat in alteram: tamen rem ita sumere & intelligere non debes. Sed quemadmodùm in cœlo vides, stellarum vnam alteram tingere, etiam citra corporalem venarum connexionem: sic æquè nec in corpore venarum transitus visibiles admittere debes. Nam quòd ad scientiam Medici facit, nihil est aliud, quàm quòd cœlum ipsi commonstrat: hoc est, quemodmodùm splendor Solis vitrum penetrat sine substantia & corpore: sic astra sese quoque inuicem habent: sic æquè etiam in homine fit. Ac id, quod corpus non est, morbus est. Et quod corpus est, non est morbus.

Astra libera vagantur.

Astra corporis qui pendeant.

Aërẽ scitis corpus esse firmamenti. Nã in firmamento is subsistit. Iã autẽ corpus ille non est: & tamen is est, qui astrum sustert, nec quisquam ipsum tangit. Sic natura quoque ac mysterium illius est, quod chaos sustert ac portat astra, Solem & Lunam: quam tamen sellam aut baiulatorem non videmus. Iam Vitellus oui similiter astris intelligendus est. Is ab albumine baiulatur, quod ipsius aër est. Albumen autem visibile & tangibile existit. Sic in naturâ quoque comparatum est, vt chaos in ouo visibile sit, in astris inuisibile. Sic scire debetis, nihil aliud etiam intelligendum esse de sphærâ terræ & aquæ. Ea rotunda est, & nemo videt, à quo feratur. Nósque, qui ferimus illam, imus & ambulamus in eo, quòd illam sustert, hoc est, ambulamus in chao, quòd chaos sphæram illam sustinet, ne quo fors concidat & labatur. Vitellus in ouo in nullam partem nutare, aut locum mouere potest, sed in sui albuminis medio immotus manet. Sic ergò vt Vitellus cogitur, vt in albumine quiescat: ita eâdem vi terra quoque ac aqua in albumine suo immobiliter sustinentur. Quòd albumen etsi clarum quidem & limpidum sit, ipsum tamen nemo videt, nemo ipsum tangit, & tamen adest, ac id albumen est, quòd terram sustinet. Et hoc chaos est. In hoc ambulamus eodem modo, quemadmodum pullus excluditur ex albumine, non ex Vitello. Nam ex albumine ipsius vita est, in albumine est ipsius motio, ac in albumine is tum fit, tum viuit. Similiter scire debetis nos quoque homines instar pulli in hoc chao ambulare & viuere. Id pullo creatũ est pro suâ naturâ: pro suâ naturâ etiam Vitello: pro suâ naturâ etiam homini. Sic ouum ouũ manet in suo albumine: & terra terra in suo chao. Ideoque scitote (cùm locus nobis tanta suppeditet, & discrimen in ipso loco sit, & tamen res vna sit, ouum & mundus, & sint duo) specie eâdem Microcosmum etiam intelligendum esse, quem pono ab aëre & astris seiunctum esse, hoc est, idipsum esse. Nempe in homine sunt Sol & Luna, & Planetę omnes, & stellæ vniuersæ, & totum chaos. De quâ materiâ plura & vberiora vobis tradere gestio.

Aër corpus & non corpus.

Chaos astra portat.

Vitellus ferrur ab albumine.

Terra ac aqua quo ferãtur.

Pullus ex albumine.

In homine omnia astra insunt.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 276 sur 913

Sol operatur per conuenientia.

Scire ergò debetis, cœlum in nos operari. Id intelligendum, quo modo in nos operetur. Sol desuper nihil operatur per obiectum murum, sed operatur saltem per suum ordinarium, hoc est, per fenestram muro insertam. Sic aër etiam, qui per fenestras ingredi & egredi debet. In rebus occlusis nulla astrorum operatio perficitur. Ideóque, si fenestrâ opus est: videte, ea omnia quomodò circa ipsum hominem fiant. Is in cute inclusus est. Cutis circumtegit ipsum. Sic ergò astra in ipso nihil operari possunt. Iam verò quare, & quomodò astrum in ipso operetur, intelligite. Sicut Sol per vitrum in palatium penetrat, vitro nihil læso: sic pariter idem etiam corpus penetrat. Vt verò vitrum Solis etiam splendorem frãgit, ita, vt intùs tam perfectus non sit ac foris: sic idem medium quoque interiacet inter astra & hominem, quòd illorũ vires minuit & infringit. Et quemadmodùm velum fenestris prætenditur, sic homo quoque dispositus est, vt huiusmodi operibus addat & indulgeat. Iam verò præter hæc opus est aliquid in corpore existere, quòd astra recipiat in corpore operatura. Si enim nihil in corpore existeret, quòd astra reciperet: eadem intrò penetrare minimè possent. Exempli gratiâ: Terra receptat Solem. Ratio est, quòd vis quædam attractrix in ea insit, quâ Sol allicitur. Sic enim videtis, terram imbrẽ imbibere, hunc non imbibere saxa: quia imber terræ, non saxis vtilis est. Sic si in corpore corpus ipsum saxum esset respectu astrorum, tum cœlum corpori inidoneum esset, velut imber saxo. Res autem se ita non habet: sed corpus cœlum ad se trahit. Hoc verò quid sit, quòd cœlum attrahat, scire debetis, eam esse diuinam ordinationem. Si enim homo prodiit factus ex 4. Elementis, non secundùm cõplexionem, vt nonnulli dicunt, sed secundùm suam naturam, motum, essentiam, fructus & proprietatem, &c. ideò ex his colligi debet, quòd in homine iuuenile cœlum situm sit: hoc est, vniuersi Planetæ in homine suam similem speciẽ & signaturam, suósque liberos habent, quorum pater cœlum est. Homo enim ad exemplum cœli & terræ conditus est. Nam ex ipsis factus est. Si ex ipsis factus est: suis parentibus omninò similis esse debet, non secùs ac infans suo patri, cuius omnia membra præ se fert. Sic ergò homo similiter cum suo patre habet. Pater ipsius est cœlum & terra, aërque, & aqua. Quia verò cœlum ac terra ipsius pater sunt: necesse est, vt omnem quoque illorum naturam, portionémque in se contineat, & ne pilo quidem vnico careat. Vnde conficitur, debere Medicum hoc scire, in homine inesse Solem, Lunã, Saturnum, Martem, Mercurium, Venerem, & cætera signa omnia, polum Arcticum & Antarcticum, libram, & omnem zodiacum. Hæc enim si omnia percognita non habeat, totus impostor est, & rustici instar medicatur, qui colocynthidem in vino macerat, ac eo omnes homines sanat. Et quo is hoc facit iudicio, eodem idem etiam Auicenna facit.

Astra vt per cutẽ infringantur.

Homo ex 4. elementis.

Homo ex cœlo & terra cõstat.

Astra omnia hominis sunt.

An verò parui momenti ea sit consideratio, quòd fas sit hominem secundùm patrem suum æstimari ac anatomari, & non extra ipsum: vt, quemadmodùm pater, sic filius quoque sit in hepate, splene, cerebro, vnúsque cum altero præcisè conueniat? Quî ergo contentus esse queat Medicus illâ Beanicâ doctrinâ Anatomicâ Galeni? aut qui in istis libris fundamentum quærere ausit, in quibus tamen nec anatomia vlla, nec aliud quicquam consideratur, sed Anatomiæ veræ omnia aduersa traduntur? Ideóque vniuersos ac singulos, qui Medicinæ nomen suum professi sunt, sedulò admonitos volo, vt ante omnia patrem hominis probè ediscant & cognoscant, quísnam is, & qualis sit: vt nimirùm hoc pacto patre ipso probè explorato, deinceps ipse quoque filius accuratiùs cognosci possit. Filius enim sine patre seipsum noscendum non offert. Et pater reuelat filium, non se filius ipsemet. Quia ergò pater reuelat filium: cœlum quoque ac terra, & aqua, & aër ipsum hominem reuelabunt: ipsa enim pater sunt. Et si pater reuelator est filij, qui medicus esse potest, qui Astronomiæ non approbè peritus & conscius sit? Nam secundùm omnes partes, qui sese illic habeant, noscenda illa omninò sunt. An ergò iam iniquum sit, ex his ipsum Auicennam & cucullatum Galenum, Trusianúmque ac Gentilem reiici & repudiari, qui tamen nonnisi ex cerebro proprio nugantur; nec sua aliunde vspiam probant, quàm auctoritate propriâ? Æquum enim est, Medicum nihil quicquam vel scribere, vel docere, nec adhibere, nisi id in naturâ ad summum probatum, demonstratum, ac stabilitum inueniatur. Huiusmodi verò homines temerè perrumpere volunt, ac ea negligunt, quę in principio illicò nouisse debeant.

Gal. prehensio.

Medi. prehensio.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 277 sur 913

beant. Quid aliud de ipsis dicam, quàm æquum esse, vt, quod libri mei omnes de ipsis produnt, reprehendendo & docendo ista omnia euulgentur & manifestentur? Cęterùm præter dicta scitote etiam, debere cœlũ à medico ita cognosci, sicut id in seipso est. Et hoc quemadmodum in seipso est, sic homo quoque est in suâ Anatomiâ. Hinc ergò procedit Anatomia hominis. Et pars eius vna saltem est, quam hîc nomino. Aër enim pars alia est, & vtræque hîc partes pars vna sunt. Hâc, hâc peruadendum vobis est medicis vniuersis. Ac experiar equidem, quod hic cum omnibus vestris libris, cum Astronomiâ, Philosophiâ, Theoricâ, Physicâ, &c. strangulabimini, non secus ac auis in laqueo. Sicut enim ceruus cùm prurit, & maximè ferocit aut superbit, in plagas incidit: sic & vos cum cornubus vestris nondum decussis in paludem eam incidetis, quæ Beanorum sepulcrum est.

Med. reprehensio.

In homine porrò filij Ascendentium, hoc est, astrorum iacent, non secus, ac qualiter Adamus erga patrem suum, hoc est, cœlum & terram intelligendus est. Sicut aliam formam homo in se habet respectu sui patris, cæteroquin in nullo separatus aut diuersus, quàm quòd aspectus oculorum diiudicat: eodem quoque modo astra in homine se habent. Et sic homo constituitur ex aliquot millibus patrum ac matrum: omnésque virtutes eæ ac operationes, quibus patres ac matres pollent, in filiis etiam inexistunt. Et nisi hi fors aliter educẽtur, parentes suos apprimè æmulabuntur, & operationes eorum, quas vos *Impressiones* vocitatis, perficient. Impressiones autem sunt eiusmodi, velut pater suum filium docet, & educat ad suum arbitrium & voluntatem. Adeoque impressio est à patre influentia. Sic hoc quoque loco cœlum nihil est aliud, quàm quòd pater erga filium. Et sicut filius seipsum aliter fingere aut informare, aut per alios in alias Impressiones coniici potest: sic hîc quoque idem. Et hæc quidem de mysteriis dicta sunto. Quòd ad arcana verò attinet, viuitur in hereditate coactâ: hoc est. Filius ne minimum quidem membrum, à patre acceptum à se abiicere potest, nec nasum, nec oculos, nec aures, nec dẽtes, nec cor, nec pulmonem, nec hepar: sed hæc omnia sibi retinere cogitur. Hæc iam sicut in homine coguntur, vt ita sint: sic scire debetis, hæc etiam in causa esse, cur homo fame ac siti obruatur, ac illa à patre hæreditariò accipiat. Sic hæc iam ratio patris ad filium, & filij ad patrem est: persuasum habete, astra ipsa quoque in homine istiusmodi esse, vt cœlum in istâ Anatomiâ hæreditariò accipiant, & ex eo cùm edant, tùm bibant. Ex hâc causa sequitur iam: sicut homo de terrâ pars est, ideò de terra edere quoque necesse habet. Et cùm pars quoque de aëre sit, eo omninò indiget & attrahit. Sic in se quoque vim attractiuam de cœlo continet. Si ergò interiores Ascendentes, Signa, & Planetæ in motu Microcosmi dominantur, & in appetitum firmamenti exterioris incidunt, & ad se attrahunt, quemadmodùm terra imbrem: tum si ea attractio à cœlo salubris existit, bonum est: sin minùs, est venenum. Velut enim si quis in agrum stercus anserinum congerit, illum corrumpit: sic hîc quoque morbi à cœlo afficiuntur: & non morbi solũ, verùm etiam sanitates. Sicut enim morbus: ita & sanitas extrinsecùs incidit: ideò nec ad sanitatem, nec morbum ordinati sumus: sed quemadmodum motus hunc facit vel sanum, vel ægrum, sic talis omninò est. Hæc omnia in vi cõiunctionum posita sunt. Ex his ergò compertũ habete, a rebus externis virtutem attractiuam in nobis infinîtis modis latere. Infinitus enim pater hominis est in suo numero: infiniti sunt etiam filij in homine huius patris. Sicut pater vnus est, non plures, qui nos fecit & constituit, quem nos exprimimus: sic econtrà in naturâ, ex quâ mirabiliter producti sumus, patres infiniti existunt. Nihil enim minùs est, nec esse potest, vnitate. Extremum verò numerum, quis nosse possit? aut quis numerorum finem fecit? sicut impossibile est, minùs vno numerare: ita æquè impossibile est, numerare finem numerorum. Vltra finem illum etenim numerari nihil potest. Hunc verò quis nouit? Tantus homo conditus est, vt homo vnus sit, nec paucior esse possit; ac is in naturâ tam præstantibus patribus ac filiis dotatus & donatus est, vt illorum Arcana, Mysteria, & Magnalia numero careant. Quare nõ immeritò igni adiudico mendaces illos Doctores, Magistros ac alios quoscunque Medicos, qui artem omnem medicam, & eius vniuersum fundamentum quatuor suis stercoribus tantùm tueri & stabiliri conantur. Et in his 4. stercoribus vos mergemini & suffocabimini omnes, vnus nimirum in cholerâ prassinâ, alter in cholerâ vitellinâ, tertius

Filius à patre qui diuersus.

Impressio quid?

Famis ac sitis origo:

Stercus anserinũ ægris venenum.

Vis attractiua infinitis modis in homine.

Henade nihil minus. Numerus vltimus. nullus est.

Med. reprehensio.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 278 sur 913

tius in cholerâ aduſtâ, quartus in phlegmate ſalſo: veſtræque animæ ex ſtercore vaticinabuntur, ac vnà eum muſcis circa podicem obuolitabunt.

Ex hoc fundamento etiam intelligitur, hominem magnum ipſum quoque ægrotare non minùs paruo. Minor tamen in maiorem non operatur, ſed maior tàm in minorem. Vnde exſtruitur prædictio futurorum morborum, eorum qui ad æthera ſpectant. De quo id ſciendum eſt: ſi nimirùm ſuperiora aſtra inſuperabilia, & ſibiipſis mortifera exiſtant, quòd tunc morbi hominis medicinæ ſubiecti eſſe debeant. Sin minus: cœlum ſibiipſi pro medicina eſt. Quę ideò ſcribimus aut tradimus, quod multi ſæpè morbi medicina tententur, quos tamen cœlum ipſum demit, non medicina. Quantum enim quęſo putatis errorem illum eſſe, ſi quem cœlum infirmum fecit, hunc medicus ſanandum aggrediatur, cùm tamen ea cura cœlo demandâda ſit? In cœleſti enim morbo duo intelliguntur: vnum, quod medicinæ ſubiicitur. Illi quod ſubiicitur, ſolus morbus eſt, quem, vbi cœlum venenauit, deſtituit ſeu deſerit, aliò abit, nihilque eius curat, nihil corrigit, nihil emendat, ſed impreſſione ſemel factâ, ſecedit. Qui verò Medicinæ non ſubiicitur, is eſt, quem cœlum in ſuâ poteſtate retinet, nec ex poſſeſſione ſuâ ipſum dimittit. Siue enim pereant, ſiue ſanentur, vnius cœli res eſt. Ideò ſcitote morbos iſtiuſmodi, quos è poſſeſſione ſuâ cœlum non emittit, medicinæ minimè ſubiectos eſſe, nec quicquam in iis etiam attentari debere medendo. Hâc exploratione factâ, iam neceſſarium eſt, vt medicus ſciat, quid medicinæ attribuatur, & quid minùs. Nam ſi medicus morbum curet qui adhuc in cœli poteſtate eſt: tùm certè illi vim ſuam non extricabit. Cœlum enim magiſter eſt, eſt Medicus, eſt carnifex. Et ſi medicus hoc caſu in officium cœli ſe ingerat, & pro ſuo arbitrio ægrum curare conetur, non ſolùm omnis ipſius medicina fruſtranea, ſed ægro inſuper etiam venenata erit. Et hoc venenum non putatis medici vobis obiiciendum eſſe, quòd non ſecus in morbos curandos irruatis, ac ruſtici in lamas. Si cœli naturam ignoratis: cœlum miſſum facite, & operationem illi ſuam liberam relinquite. Nam ſi cœlum ipſum ab ægro abſceſſurum per ſe ſit; vos interim curâ veſtrâ ægrum perdidiſtis, qui cœli ratione quidem liber & ſanus euaſurus erat, ſed per vos ſanus fieri non poterat. Vos enim illum iugulaſtis: vos eius morbum cœli inſtituto protractiorem feciſtis. Hæc ergò talia ſi vos cognita non habetis: quid & quo obſecro medemini? Quod veſtrum quæſo fundamentum eſt, quod tantâ cum cœcitate aſſiduò operemini, & ad latrocinia ſubidè ex tam craſſâ inſcitiâ prouoluamini? Huiuſmodi enim cognitio in rebus talibus compertiſſima eſſe debet. Quæ vbicunque deeſt, ibi neceſſe eſt inualeſcere Medicos, cœmiteria paſſim complentes. Quo ingenio plerique Doctores ac Magiſtri Academiarum ſũt, vt nihil ferè commodent priùs, quàm ſinguli aliquot cœmiteria compleuerint. Quòd ſiquidem multa illi cœmiteria cõpleuerint: tamen ne ſic quidem quicquá ſciunt norúntque, ſed erroribus ſuis poſt cœmiteria ipſos quoque agros & campos hortóſque complent, ac quoſcunque attingunt, rabidè iugulant. Id ergò ego fũdamentum optimum & laudatiſſimum eſſe cenſeo Medicinæ, ſi eius quis ita gnarus & peritus eſt, vt ob ignorantiam & homicidia ſua nulla cœmiteria requirat. Vos iam iudicate, quàm probè faciãt, qui hoc meum fundamentum mihi extricare & diruere volunt: & an ipſi, vel ego latrociniis operam demus? Aut quis noſtrùm, quoad artem & veritatem honeſtiùs & generoſiùs ſeſe exhibeat?

Hoc fundamentum porrò etiam ex Aſtronomiâ emergit, ſi morbi per infectiones elementorum inducuntur reliquorum, dum nimirùm illa eodem modo, quo cœlum, operantur: quæ ipſę quoque per cæteras partes ceu patres hominum intelligi debent. Quòd ſi cœlum non cognitum ſit; nec illa in fundamento ſuæ naturæ indagari queunt. Sæpe enim fit, vt medicina & venenum & remedium eiuſdem morbi ſit in eâdem horâ: ideò nimirùm, quia cœlum medicinam poſſidet, & eandem regit. Cùm ergò eam regat: id certè quod regit, eo quod regitur, magis inſpectandum eſt: vt ſcilicet id quod regitur, per eum qui regit, cognoſcatur. Vnde conſequitur, non purgantia morbos demere, nec digeſtiua morbos digerere, vt nec gradus alios, aut alias qualitates & complexiones. Hæc non ſcholaſtica omnia falſa ſũt: Hinc elicitur ſciri oportere, quo pacto cœlum morbos, quo pacto medicinam gubernet. Nam, vt ſemel dictum eſt, ipſum & morbos regit, & regit ſimiliter medicinas reliquorum elementorum.

Arcana

Morbi quando medicinę ſubiecti. quãdo minus.

Morbi cœlo ſubiecti, fruſtra curãtur.

Med. reprehenſio.

Morbi ex infectionibus elementorum.

Idem remedium ſæpe & ſimul venenum vna hora.

Purgãtiũ & digerentium remediorum vanitas.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 279 sur 913

Arcana enim ſunt ipſius. Ergò ſi ipſius ſunt, & ipſius etiam Impreſſio & Generatio exiſtit. Porrò etiam ſciendum eſt, hęc impreſſio qualis ſit, qualiter procedat. Nam ſi in punctis defectus eſt, vos dicitis, gradus non rectè ordinatos fuiſſe, & neſcio quæ alia nugamenta profertis, quòd nimis ſerò acceſſeritis. Si defectus alius nullus eſt, quàm quòd in gradibus error lateat, vóſque reuolutionem & operationem cœli rectè noſſe deceat: quæſo ita attendite. In bursâ paſtoriâ virtus ineſt ſiſtendi ſanguinem dyſenteriæ & menſtrui. Iam verò eidem virtus quoque ineſt, fluxum ventris concitandi, & ſanguinem non ſiſtendi, ſed ſæpiùs etiam promouendi. Et ſic res aliæ quoque ſunt, quæ purgant, & ſæpè reſtringunt, aut quæ reſtringunt, & tamen purgant, adeóque hoc modo aduerſa & contraria apparent. Huius quæ cauſa? Solius cœli, quod in homine taliter exiſtit, in hoc tale, in alio aliud, quòd huncita inclinat, aliũ aliter, adeóq; in diuerſis diuerſimodè medicinâ perficit. Nã in deductione cœli, prout eas concordare facit ac coniungit, operationes ac virtutes Medicinæ vniuerſæ poſitæ ſunt. Si probè non concedant, propoſitum tuũ non ſuccedet. Hic rhombus eſt, vt in omnibus diſpicias, quâ ratione Medicinâ ad inſtitutum tuum cognoſcas & adhibeas, vt cœlum ſecundum vtramque operationem coniungas, ſemel in morbo, ſemel in Medicinâ. Quas enim tibi virtutes Plinius, aut Dioſcorides, & Macer deſcribunt, eæ tibi ad literam non æquè ſucceſſu bono reſpondebunt. Plinius enim vt imperitus ſua commentatus eſt, more experimentatorum, quo modo non decet Medicos fieri, ſed potiùs ex fundamento eo, quod hic propono. Etſi quidem ſciatis, quid in herbâ ſit: ſic tamen nihil nouiſtis, niſi etiam hoc compertum habeatis, quomodo virtus hâc herbâ perficiatur, quomodò moueatur & quomodò deduci velit. Hoc enim ſi ignoras, tua nauci omnia ſunt. Si nihil herba commodat, aut vtilitatis confert, obſtupeſcis illicò velut ad cõſpectum monſtrũ quoddam, ac inquis: *Per Deum, hic illic hoc ita ſcriptum eſt: herba iſthæc apud hunc vel illum ita operata eſt: oportet hanc pœnã à Deo eſſe. Mea enim ars proba & certa eſt.* Culpa verò tua eſt, in hoc quòd ſtultus ſis, nec cõcordantias Naturæ perſpectas habeas.

Cùm ergò tanti momenti cœlum ſit, eiuſque in Medicina operatio omninò noſcenda veniat: opus eſt, ſolum ac vnicum hoc fundamentum, quod ego pono, teneri, nec præter hoc aliud quicquam, adeóque veteres ſcriptores in ignem coniici. Quis enim in mendacia Plinij quid fiduciæ conferet? quis putabit, ſe aſſecuturum promiſſiones & iudicia Dioſcoridis, Macri, & Naturalium cæterorum, qui virtutes attribuunt herbis, huic has, illi alias? Iam verò certum eſt, in Silice virtutes eſſe Sapphiricas, & Rubinales. Quæ vt detegantur & manifeſtentur, in motu cœli ſitum eſt. Sic à motu cœli eadem quoque inſunt Sapphiro & Rubino. Si cœlo viſum eſt, ac talis ipſius motus exiſtit, iam virtus in lapidibus ineſt. Si placet minùs, abeſt virtus; hoc eſt, ſi eius concordantia non præſtò eſt. Huiuſmodi autem cognitiones & ſcientias cùm Medici familiares non haberent, erroribus intricati, cœlum ipſum cum ſuo motu deſeruerunt, & ad compoſitionem Receptorum deflexerunt. Omnis autem huiuſmodi Receptorum compoſitio, erronea Medicina eſt, ac ars planè impoſtoria, nihil quicquam præter mendacia ac dolos ſcriptorum à primo ad vltimum complexa. Cùm enim de naturâ motus cœleſtis Medici in deſperationem incidiſſent, huiuſmodi Phantaſmata & regulas imaginarias commenti ſunt: cùm tamen iſtâ ratione Medicina minimè conſtitui poſſit, ſed omninò per ſimplicis ſeu herbæ ad motum accommodationem factam ſtabiliri poſcat. Sic enim remedia in omnibus hortis naſcuntur. Cùm verò ſcientiæ ac artes apud Medicos exoleſcerent & exſtinguerentur: vltra mare nauigandum fuit, ac remedia aduehenda vndecunque, ex omnibus regionibus: quaſi verò, quæ illic prodeſſent, hìc quoque ſimiliter iuuarent. Hinc poſteà ſurrexerunt pharmacopœi. Qui quãdiù cum ſuis mortariis ſuperſunt, tamdiù Medicina nihil erit aliud, quàm ruditas, quàm inſcitia, quàm rapina, quàm putus Beaniſmus. Inſcitia enim ſũma eſt, quòd aliquid extra genuinam & decentem artem à quoquam impendatur & adhibeatur. Ideóque quo pacto hoc excuſare, aut valere velitis Medici vniuerſi vobiſcum rationem ſedulò inite, dum ſcilicet ipſi fatemini, remedia veſtra iam iuuare, iam nihil iuuare. Quâ enim id à cauſa eſt? Si verò, quæ ego vobis propono, noueritis; arti veſtræ audacter fidere poſſitis. Qualia anim quæſo illa ſunt, quæ Plinius, & huic ſimiles alij commentati ſunt? Vera ſunt

Bursa paſtoris ſanguinẽ ſiſtit & nõ ſiſtit.

Contrariarum operationum cauſſa cœlum eſt.

Plinius herbarię imperitus.

Medic. reprehẽſio.

In Silice vis Sapphiri & Rubini.

Medic. reprehẽſio.

Plinius tangitur.

sunt quidem, & aliquid vltra, etiam sunt illa: nec in istis tantùm, sed in rebus naturæ etiam aliis, quibus ipsis quoque huiusmodi virtutes insunt. Sed ista scire, artis non est. Hæc ars est, præstare, vt operatio procedat. Hic rhombus situs est, non in sciendo, sed in perficiendo. Hæc enim ars est & industria medici. Et hoc artificio Hypericon iam Ascarides expellit, iam vermes, iam serpentes. Sic ferrũ quoque præstat operationes Auri. Sic Amethistus virtutem habet perlarũ. Sic marmor fit Hyacinthus. Et hæc est operatio cœlestis, qualis rerum quoq; aliarum plurimarum existit, quas de *Potentia Astronomicâ* traditurus sum. Satis iam autem declaratum est, super quonam fundamento medicus consistere debeat. Id saltem auditores secum repetant, quod nam medicinæ fundamentum sit, vel nõ sit, ac super quonam medicina ipsa fundata stet, & quomodò ea tractari debeat. Res vna quęlibet in tempore cõsistens, in cœlo existit. Vnde sequitur putrefactio, dissolutio, & regeneratio seu natiuitas secunda. Vt, si cœlum euolutum est in istâ constellatione, corpora putrescunt. Si cœlum euolutum non est, illa durant, & persistunt, & euolutionem eius expectant. Ideò res vniuersæ post cœli motũ, non in eius motu putrescunt. Hoc modo soluuntur res, ita disparent, ita in rebus putridis vermes generantur. Sine enim motu isto nihil fit putridum, nec vllus vermis gignitur. Origo vermium ex motu est: hique motu finito, ex vnaquâuis materiâ putridâ nascuntur. Et quàmprimùm generatio alia incipit, veluti sunt vermes, scitote, ibi Medico cœlum considerandum esse, non corpus. Iam quia ex cœlo procedit curatio; simplex autem ex cœlo huc confertur seu ordinatur: cur quæso non illis obloquar ego, qui de cœlo nihil cognitum habent, sed in solâ terrâ occupantur, & tamen nec hanc ipsam norunt aut intelligunt? Ibi etiam constãtia sanationis consideranda concurrit. Prout enim in isto loco cœlum inducis, ita medicina quoque constans est, & pro eo operatur. Si opus tuum cœlo aduersũ est, túque solâ terrestri virtute instes, ac sarcias, & non consideratione ipsius cœli: opus tuum resoluitur, ac sartor te multò durabilius opus conficit. Quare vnus annus etiam altero ad sanandum accommodatior est, & tẽpus hoc illo aptius est & vtilius. Quod si tu hoc nescis: qualẽ te esse Medicum putabis? Tumultuarium certè & imperfectum: qui persuasum habet, cùm res semel successerit, euentum eundem etiam futurum denuò. Tale tuũ fundamentum est. Multos tuorum ægrorum cœlum sanat, quod opus tuæ tu medicinæ assignas. Multos cœlum perdit tuâ medicinâ nihil proficiente, quorum interitum tu ad causam aliam refers. An verò mihi vitio dandum sit, quòd tuas ineptias prodo, ostendóque, modum tuum medicandi nihili esse? Piscatoribus similes estis. Prout fortuna affulget, ita captura procedit. Super huiusmodi fundamentum piscatorium Medici vos vestrum practicandi modum quoque exstruitis, quo certiorem & meliorem nunquam sub Sole fuisse, censetis: cùm tamen potiùs scire debeatis, nihil vnquam isto fundamento incertius & fraudulentius vspiam exstitisse, nec quicquam certitudinis ipsum habere, siue opus succedat, siue non succedat. Hinc etiam fit, vt omnes plateæ, ædes, anguli ęgrotis conferti sint. Quî certè, si practica vestra vera esset & fundamentalis, passim in compitis ægroti minimè conspicerentur. At verò quia ars vestra nihil nisi esca est, diuitibus captandis, & pecuniæ innassandæ obiecta: ideò indigentiores ægri testantur, vos meros fucos alere, & solido fundamento omni destitui. Nullus adeò grauis ac sonticus morbus est, modo morbus sit, quin is sibi addictum sanationis remedium habeat. Sed illud tamẽ tu ignoras, nec in Auicẽnâ etiã reperis, nec in cõsiliis Montagnanicis legis. Istud ergò si scire satagis, nolẽs volens hoc fundamẽtum sectaberis, quod hîc tibi propono. Me tu sectaberis nõ ego te, si feceris secus, impostor morieris, & imposturâ merâ tuos hæredes ditabis.

Simplicium scientia in quo cõsistat.

Tempus quæ sequantur.

Vermes vnde.

Medic. prehẽ.

Si medicus morbos vel explicaturus, vel enumeraturus, vel nominaturus sit, id vt à cœlo doceatur, opus habet. Cœlum enim indicat omnium morborum origines, materiam & essentiam. Nec nos quicquam præterea scire possimus, quàm quod à cœlo nobis denuntiatur. Si ergò cœlum id indicat: tum nihil aliud pro fundamento datur, quàm velut gramen ex radice suâ emergit, aut caulis ex semine suo enascitur & prodit. Et cùm in fundamẽto, quídnam morbi sint, & quomodò fiãt, scientia alia nulla ministretur: ideóque de illis etiã aliud scribere non possumus, quàm quod astra docent & indicant. Vnde sequitur, ne quidem in ipsis remediis, aut

Cœlum nominat morbis.

aut in ſanationibus pro noſtro arbitrio fundamentum ponendum eſſe aliud, quàm quod ex indicio magni mundi diſcimus aut haurimus. In tot enim partes diuiduntur morbi: in tot partes aſtra: in tot origines plantæ, quæ tamen omnes ex radice vnà emergunt, nec calida, nec frigida, nec humida, nec ſicca. Et ſi morbus Saturnus ſit, Saturnum retinet, nec nomen mutat, nec mutat eſſentiã ac naturam. Qualia enim ſunt nomina ſtellarum: talia quoq; morborum. Hic eſt Martis, iſte Lunæ, ille Sagittarij, ille Leonis, hic poli, iſte Vrſi. Et hoc modo natura morborũ, nec alio vllo modo indagari poteſt: non, vt aſſertores humorum: choleram, phlegma, ſanguinem, melancholiam indicant, aut proferunt. Et quemadmodùm morbi ſunt hic Saturni, ille Iouis, iſte Veneris: ſic fundamentum quoque repertum eſt eorum generationis, originis, & principij. Filius enim à patre non degenerabit. Itaque qui pluuiarum ortum, generationem, cauſam & naturam nouit: ortum quoque fluxuũ alui, vt *Lienteriæ, Dyſenteriæ, Diarrhææ*, & horum omnium rationem ac proprietatem callebit. Qui originem nouit tonitrui, ventorum, tempeſtatum: idem quoque nouit, vnde colica & torſiones oriantur. Qui generationem fulguris, grandinis, & fulgetri, & quicquid huius eſt, nouit idem quoque nouit vrinam, calculum, arenulas, & quicquid tartarus, vel tartarum exiſtit. Qui coniunctiones callet, & eclypſes: is mortem etiam ſcit improuiſam, & Apoplexiam, & omnia huic affinia. Qui motus nouos temporum, & eorum infractiones à die ad diem, ab hora ad horam nouit: is nouit etiam, quid febres ſint, & quot earum genera, & quale horum vnumquodlibet. Qui nouit, quid Planetarum rubigo ſit, & ipſorum ignis, & Sal, & Mercurius: is nouit etiam quomodò vlcera fiant, vnde oriantur: ſimiliter & ſcabies, & lepræ, & ſimiles. Qui nouit, quid Venus ferat & contineat: fœminarum etiam affectus, morbos ac ſanitatem, &c. nouit. Et hæc talia non ex ipſo fundamento conſiderari oporteat? Quòd ſi ex hoc vno fundamento Medicina non procedat in capitibus illis, vbi de originibus & morbis traditur: reuera omnia falſa erunt, & cum veritate nihil quicquam deſcriptum eſſe putabitur. Solo enim prædicto modo morbi vniuerſi oriuntur, nec alio quoquam. Et hæc omnia affirmatò ſcire debemus, non fatuorum Academicorum more balare. Ex certis enim indiciis Medicum ſcire oportet, quid de quolibet morbo iudicet ac dicat; & ſimul omnium morborum ortum ac generationem, & materiam aſtrorum, non verò fictitiorum humorum, ad vnguem ſcire debet. Aſtra enim & corpora ſunt illa, quæ patiuntur, ſunt illa quæ ægrotant & valent: non humor, cholera, phlegma, &c. Quicquid vniuerſa continet ad Medici cognitionem requiſita, id mundus maior eſt. Cætera omnia fraudes & impoſturæ ſunt.

Exteriora vt morbos interiores indicent.

Mundus omnia continet Medico, ſcienda.

Quia ergò Medicus à ſolis externis naſcitur: ideò vatem ac prænuntium eum eſſe oportet morborum futurorum, ſimul & præſentium, ac indicem eius, quantum nimirum virium ac potentiæ quilibet morbus deſumſerit ex ſtellâ eâ, vnde enatus eſt. Sicut enim ſcrutari & indagare potes incrementum formarũ: ſic æquè intelligere debes incrementum morborum, hoc ſcilicet modo. Vides nimirùm ex ſemine abietis abietem enaſci: & tu nouiſti abietis illius formam ac ſpeciem, qualis ea futura ſit. Et hoc licèt quidem ſcias: neſcis tamen, quid hoc ſit, quod ita ad formam producat, licèt ſcias qualis forma futura ſit, idem in morbis quoque ſe ſimiliter habet. Scis, qualis Caducus ſit, eúmque nouiſti. Sicut plantam nouiſti: ſic noſces etiam Caducum. Quid formam tamen producat ac conſtituat, ignoras. Sic nec quid caducum faciat, exploratum habes. Hoc quidem licet, vt rebus naſcentibus apponas, quid hoc ſit, quod lignum fiat, quod in folia, aut corticem abeat. Materia verò tibi comperta non eſt, nec, quid ea ſit, nouiſti, antequàm præſtò ſit. De eo ergò, quod inuiſibile eſt, loqui Medicus debet. Quod verò viſibile eſt, hoc ipſi notum eſſe debet, non ſecus ac illi, qui Medicus non eſt. Is morbum diſcernit, & quid ſit, nouit ex ſolis ſignis. Hic verò ob id Medicus non eſt. Is demùm Medicus eſt, qui inuiſibile cognouit, quod nec nomen, nec materiam, nec etiam operationem habeat. Quis ergò dicturus ſit, quod hi, vel illi morbi ex humoribus oriantur, cùm hi tamen viſibiles ſint, & minimè inuiſibiles? In quos etiam humores cœlum nihil agit, nihil imprimit? Cœlum

Medicus prognoſticus ſit.

Inuiſibilium cõſideratio Medici eſt.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 282 sur 913

Morborũ omniũ caussa cœlum.

Morbi inuisibiles sunt.

enim morbos gubernat: & morbi sunt inuisibiles. Qui ergò humor possit esse morbus? aut morbi causa? cùm solum cœlum morborum omnium causa existat? Quoque minùs ventus, aut aër tangi, aut videri potest: èo minùs etiam morbi: si ergò morbi tangibiles non sunt, sed vento similes: quì quæso illi expurgari & educi possint? Ea arcanorum omnium natura est ac conditio, vt sine omni materiâ & corpore operationes suas perficiant. Ratio: morbi enim corpora non sunt. Ideò spiritus spiritui adhiberi debet. Si nix à Sole in æstate vanescit, quis illius corpus tangit? Nemo. Si verò tu contendis niuem pro morbo habere, & ob id eum corpus esse euincere: id tamen, quòd niuem facit, corpus non est, sed spiritus Hoc nix est. Sic quod excrementa producit, quòd feces in corpore gignit (quæ tu humores appellas) illa morbi non sunt. Iste morbus est, qui hoc, quod fit, facit ac gignit. Id verò quis videt? Nemo. Quis tangit? Nemo. Quì ergò in Humoribus Medicus morbos quærere, & eorum originem ex iis explicare potest, cùm tamen illi ex morbis producantur & gignantur, non morbi ex illis fiant? Nix hyemem non inducit: hyems autem niuem producit. Per abolitionem enim niuis hyems non aboletur. Et si quidem nix nulla vspiam existeret: hyems tamen vere vigeret. Sic morbos quoque similiter ex superioribus æstimare & cognoscere debetis. Quos si alio modo inquiritis, & aliter de eorum origine tractatis: in vestris libris ac scriptis vniuersis erronei estis: sicut huiusmodi errores huc vsque iugiter fouistis, & illud, quod morbus expellit & venenauit, pro ipsomet morbo agnouistis. Vnde etiam factum est, vt tot homines perdideritis & corruperitis: adeóque iam opus sit, vt cœlum ipsum tandem medeatur & sanet. Multò enim id Medicus vobis præstantior est.

Arcana operari sine corpore.

Humores à morbis sunt: non morbi ab humoribus.

Epilogus.

Cùm ergò Medicina vsque adeò in nullâ speculatione fundata sit, vt etiam ex solo homine externo, hoc est, cœlo, astrisq; & similibus nascatur & constituatur: iam in commune vniuersi scitote, Medicinam vniuersam, quæ extra hanc cognitionem adhibetur, fundamẽtum admodum putidum & impostorium existere, in quo nulla veritas, sed mendaciorum Ilias lateat. Res enim hoc ipsa loquitur, quòd extra propositum fundamẽtum præsumptio omnis mera phantasia sit, solis opinationibus ac somniis imposita. Quis est, qui per cutem videre pestilitatem possit? Aut quis est, quam internoscere possit, ex quâ illa corporis parte exorta sit? aut quomodò inuadat? aut qualis eius materia existat? Hæc nemo hominum verè scire potest. Qui vero cœlum nouit, qui astra scit, qui Mannam compertam, qui mineralia explorata habet: is apprimè nouit, quid pestis sit, vbi lateat, qualis existat. Extra cœlum & astra, nemo quisquam Medicorum id comprehendere potest. Quia autem Medici fundamentum Medicinæ & Philosophiam, & Astronomiam deseruerunt, & ad phantasiam sese receperunt: ideò fundamenti ne quidem tantillum de morbo etiam minimo hactenus traditum & explicatum ab ipsis est. Quàm sine omni fundamento omnia Chirurgiæ capitula à scriptoribus illis tradita sunt? Quæ si inculco & castigo, ipsi me in Medicinâ hæreticum faciunt, qui à Satanâ obsessus sim, & dæmonem intra me alam. Quis verò adeò hebes est, qui non intelligat, omninò alio ac diuerso, quàm ipsi ponunt, in Medicinâ fundamento opus esse? Idem verum etiam est de Chirurgiâ, quæ mẽdaciis tota prægnans est, vbi de origine, & causis, & materiâ tractat. Quæ scripta quis non pro inuento Beanico habeat? Sic enim Beani per murum perspeculantur, vidéntque quæ abscondita sunt, & videri minimè possunt. Quem morem quis non stultitiam dicat? Expendite quæso apud vos, quantæ dignitatis & nobilitatis homo conditus sit, & quàm late eius Anatomia se diffundat: & quàm parùm fieri possit, vt Anatomia eius corporis & virtutum in vllo cerebro aut ratione peruestigetur. Nam ex externis fundamentum procedere debet. Tunc enim conspicuum & manifestum fiet, quicquid in ipso est. Quale enim id foris: tale etiam intùs est: & quod foris non est, nec intùs idem est: resque vna existit externum & internũ, vna constellatio, vna concordantia, vnum tempus, vnum metallum, vnum Tereniabin, vnus fructus. Iste etenim limbus est, in quo creaturæ omnes conditæ latent: velut semen in quo homo totus existit, parentum limbus est. Limbus autem Adæ fuit cœlum & terra, aqua & aër. Ideò homo etiam in Limbo manet, & in se continet cœlum & terram, aërémque ac aquam, isque ipse eadem est.

Medici cur in errores acti sint.

Hominis magna nobilitas.

Omnia vnum.

Limbus Adę quis

est. Quis ergò sine tali Philosophiâ, & Astronomiâ per suas speculationes, phantasias & Humoralisationes hominem satis explorare queat? Cui-nam hoc tandem possibile sit? Nulli vspiam gentium. Sic ergò nullâ vnquam id ratione fieri potest: tales adhuc semel Beanos nominare cogor, qui huiusmodi impossibilia imaginantur, & de suis anilibus inuentionibus sibi gratulantur velut moriones, qui sibi ipsis & risum, & fletum excutiunt, se ipsos vel laudant, vel vituperant, prout animus iusserit. Quantùm verò virium talis Medicina habet: tantùm virium habet etiam phantasia morionis. Ideò mendax & impostoria omnis Medicina est, quæ efficaciam suæ cognitionis ex prædicto fundamento solido non desumit. Quæ etiam aliud nihil est, nisi esca ad decipiendos tàm nobiles, quàm ignobiles parata.

LIBRI TRES

PRÆSTANTISS. ET EXCELLENTISS. DN. THEOPHRASTI HOHENHEIMII, Vtriusque Medicinæ Doctoris.

REVERENDISS. REVERENDIS ILLVSTRIBVS, STRENVIS, PRÆSTANTIBVS,

NOBILIBVS, PRVDENTIBVS, DIGNIS ET HONESTIS, &c.
Archiepiscopis, Episcopis, Prælatis, Comitibus, Baronibus,
Equitibus Prouinciæ Archiducatus Carinthiæ.

NVNCVPATI.

Continet autem

Primus, responsiones & refutationes quarundam suorum obtrectatorum calumniarum.

Secundus, errores ac Labyrinthos Medicorum, cum admonitione, vt Medicinam ex aliis libris, quàm quos hactenus legerunt, addiscere studeant deinceps.

Tertius, de Generatione & caussis Tartari, ac huius curatione.

His in vestibulo Chronici Carinthiæ epitome præfixa est.

Reuerendissimis, Reuerendis, Illustribus, Strenuis, Præstantibus, Nobilibus, Prudentibus ac Honestis, &c. Archiepiscopis, Episcopis, Prælatis, Comitibus, Baronibus, Dominis, Equitibus, Nobilibus, vniuersæq; prouinciæ Archiepiscopatus Carinthiæ, &c.

Clementissimis, clementibus, & fauentibus meis Dominis ac amicis, &c.

REVERENDISSIMI, *Reuerendi, Illustres, Generosi, Strenui, Præstantes, Nobiles, Prudentes, Honesti, &c. Reuerendiss. vestræ clementiæ, & vobis cæteris propitissima mea ac paratissima seruitia ac officia cum primis nuncupata sint. Bono consilio pridem mihi visum est, vt triplices libros in Medicinâ conscriberem ac ederem. Cur autem tres istos libros non in Tomum vnum congesserim, sed in tres distinctos retulerim: istius propositi mei hanc potissimum caussam habui, quod Medici Galenici & Auicennistæ me passim pro hæretico diffamârint & venditârint. Quam vt iniuriam ab istis pseudomedicis ferrem, dissuasit æquitas & honestas; ac vt iustum illis talionem*

Theoph. cur tres libros non in vnum tomum congesserit.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 284 sur 913

referrem, eadem ipsa compulit. Et licèt Christus ipse quidem hortator sit, vt percutienti maxillam vnam, etiam porrigamus alteram, & diripienti pallium, tunicam quoque præbeamus: hoc tamen hîc mandatum cruci & afflictioni mihi non erit. Nec enim id dorso meo impositum est. Christus enim de bonis caducis & temporalibus loquitur, in quibus thesaurum nostrum constitui fas non sit. Hoc verò quod tracto ego aratrum meum, hoc meum diuinitus concessum donum, ad ægrorum salutem & commodum directum est: sicut Paulus mandat, ne quisquam Christum glorietur, si charitas erga proximum non impleatur. Quid ergo id abnegationis sit? Ideoq; propter osores & æmulos meos, qui donum hoc diuinitus mihi concessum calumniis & sycophantiis suis (quæ linguæ dolosæ proprietas est) intercludere sategerunt, mihi haudquaquam temperare potui, quin contra eosdem responsionem adornarem, & veritatis asserendæ causa rem omnem publicitus reuelarem. Et si ab exemplo constat, quod is Iudæorum mendacia responsione seriâ diluerit: nec mihi hæc mea quoque defensio à quoquam crimini dari possit.

Christi dictum explicatur.

Labyrinthus Medicorũ.

Secundò, vt isti trabem in oculo suo planiùs noscerent, librum secundum, Labyrinthum Medicorum inscriptum, concinnaui. Ac vt opus ipsum suum artificem probaret, harum regionum morbos præcipuos, nimirùm Tartareos, secundùm suam Theoricam & practicam, hoc est, iuxta causas & curationem, mihi describendos sumpsi: eosque tres libros in vnum consertos publicè emittere volui. Cùm itaq; de illis hoc pacto edendis & congerendis cogitarem: commodum incidit, quod ante non recordatus eram, nimirùm apud feles aruinæ nundinationes difficiles esse, adeoq; plerunq; figulum figulum odisse. Meæ itaque sortis hominibus hoc institutum meum communicare volui: qui tamen cæteris illicò sui similibus hæc de me noua impertiuerunt, vt eò commodius de meo ferro hastas contra me ipsum illi cudere possent. Res ergò ipsamet docuit, longè tutius & securius esse, vt si apud S. Stephanum Viennæ ego sim, ipsi in alto foro ambulent, aut si ad angulum, speculatorium ego stem, ipsi recta ad S. Laurentium pertranseant. Nec enim hoc eorum erga me odium leue est: sed si quocunq; modo possent, vel 40. milliaribus absentem me illi oblædere quærerent. Ac nodum mihi istiusmodi quidem illi obstrinxerunt: vt cum his operibus meis in lucem prodire ægrè potuerim hactenus. Sic ergò iam tandem, clementissimi, clementes, generosi, & benigni Domini, cùm Archiducatus Carinthiæ post natiuam patriam patria mihi secunda sit, in quo parens meus perdilectus 32. annis egit, ac per vniuersam prouinciam beneficiis ac honoribus passim plurimis affectus est, iustum ac æquum mihi visum est haud temerè, vt parentis dicti mei loco vobis aliquod piæ gratitudinis specimen exhiberem: quo tamen grandius & maius apud me nullum inuenio, quàm vt Illustriss. vestræ Celsitudini, &c. hos tres libros consecrem ac nuncupem, quibus vniuersa prouincia singulariter gaudere, ac publico ægrorum omnium commodo frui possit. Etsi enim hi à meis æmulis passim per omnem Germaniam tam sedulò obseruentur, vt edi ac in publicum dari nullibi horum locorum possint: tamen ex Archiducatu hoc quoque eosdem arcere minimè possunt, sed regioni illi eos fauere omninò coguntur. Non ego verò inficias eo, quod stylus alicubi difficilior, ac nomina seu vocabula obscuriora, ipsáque Recepta in ordine confusiora sint. Sed id ex inscitiâ, aut inuidentiâ factum non est: verum ita genuinus Medicinæ ordo ac series poscit. Quæ tamen omnia, vt planiùs & intelligibiliùs comprehendantur, explicationem singularem addidi, cuiuis accuratè attendendam. Quorum tamen nullum ex inuido animo factum est: sed in hoc anteuertendi vagabundi quidam Medici fuerunt, qui per hæc nostra suas quæstuosas nundinas agere, ac probis remediis suum venenum in ægrorum perniciem immiscere possent. Carynthia enim ac Stiria, & Carniola primæ sunt, quarum Medici Doctorum Italicorum quoque testimonio publico commendatissimi, generosè medicinam hominibus faciunt. Cogitent apud se vestræ Celsitudines, &c. quantò præstabilius sit, sui ipsius pastorem agere, quàm cuiuis obuio mercenario sese credere. Discrimen enim euidens est Pastoris & Mercenarij. Seipsum qui custodit: optimè agit. Adeóque spem mihi certam & indubitatam facio fore, vt hæc mea opera, cum adiuncta submississima seruitiorum meorum delatione vestris Celsitudinibus & Generositatibus, &c. grata & accepta ventura sint. Quod si quacunque in afflictione (quales momentis singulis impendere nobis queunt) sedulitas ac industria mea vobis vsui esse possit: totum me vobis offero addicóque. Datæ ad S. Vitum in Carinthia, die 24. Augusti à nato Christo anno 1538.

Causa dedicationis.

VV. Celsitudinis Generositat. Nobilit. & Præstant.

Humillimus & paratissimus

Aureolus Theophrastus Hohenheimius Vtriusq; Med. Doct.

CHRO-

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 285 sur 913

CHRONICA ET ORIGO CARYNTHIÆ.

OMNIVM antiquissima Chronica, velut etiam rhaphodicum Chronicum Naucleri, cum aliis nondum cuulgatis testantur (id quod res etiam est) Germanos cum Sclauonibus à *Iaphet* descendisse, ac progeniem *Iaphet* omnium primam Germaniam occupasse. Sic ergò nos Germani à *Iaphet* exorti sumus. *Tubisco*, vnus liberorum ipsius & *Theuto* primi in Chronicis nominantur vnde nomen quoque nationi Theutonicæ inditum est. Hi, *Tubisco* nimirùm & *Theuto*, in Germaniâ superiore confederunt: & *Samo*, vnus ex filiis *Iaphet*, terram Carynthiæ occupauit. Hi ex vno sanguine prognati, hoc modo regna distribuerunt, & regiones diremerunt. Ita Germania etiam obsessa est, quæ hodie terrarum cæterarum omnium populosissima existit. *Tubisco ac Theuto* sua secum arma, insignia, ac Clypeos attulerunt, *tres* nimirum *atros Leones in aream auream*: qui leones ad *Sueuũ* vsque primum Sueuorum Ducem ratione cognationis hæreditario traducti sũt. Eosdem Leones *Samo* quoque, qui Carynthiam occupauit, simili ratione, prætulit. Et constat, has nationes Germaniæ omnium primas fuisse. Postea à bene longo tempore (nam Chronica, cumprimis de Germaniâ conditâ, non accuratè satis discripta sunt: res tamen ex aliis Chronicis liquet) defunctis primis *Iapheti* liberis regiones eæ inter hæredes distributæ sunt: aliæ in *Sclauoniam*, aliæ *in Carniolam*, aliæ *in Istriam*, &c. Quo factum est, vt Carynthia secundum limites & amplitudinẽ suam minueretur.

Germanorum origo.

Tubisco & Theuto.

Samo Carinthiam occupauit. Theutonis insignia quę Sueuus.

Carynthia quadoangustior facta.

Quomodo verò generale nomen Ducis *Samonis* in principio terris istis omnibus competiuerit, id expressè in Chronicis satis comprehensum non est. Hoc tamen patet, quòd longo tempore ante Monarchiam Iulij primi Cæsaris, Romani in Germaniam irruptionem subindè fecerint. Qui, cum ipsis Germanis semper longè fastuosiores essent, & mirâ regnandi libidine prurirent, multa in natione Germanicâ regna occuparunt & obsederunt. Interea *Carynthia* quoq; fuit: quâ occupatâ, eam Romani castellis ac ciuitatibus plurimis muniuerunt, & præ regionibus cæteris inhabitandam illam selegerunt. Romanorum etiam familiæ omnium nobilissimæ & potentissimæ eò se receperunt, ac terræ amœnitate illecti sedes sibi ac habitationes illic condiderunt. Ex quibus postea Nobilitas Carynthiaca defluxit, appellationibus Germanicis designata. Sic ex ipsis orti sunt *Comites Palatini, vt Goertz: Comites, vt Sternberg & Ortenberg, &c. Barones, vt Kreyg, Vngenad, &c.* Præter Equites cęteros ac Nobiles, quos nominatim singulos recensęri longinquum nimis sit. Cum verò Romani terram eam singulariter præ cæteris amore complecterentur: ex istâ affectione ipsi quoque nomẽ indiderunt, ac *Carynthiam*, *quasi caritatem intimam* indigetauerunt. Germanis abbreuiato nomine *Kiernten*, *Sclauis*, *Quarenden* appellatur. Illud nomen terra ea ad hęc vsque tempora nostra retinuit.

Romanorum apud Carynthios posteri & familiæ.

Carynthia cur dicta.

Ducum verò istorum, qui inter Romanos regnum administrarunt, Chronica quæ quidem in manus meas peruenerunt, successionem secundùm generationes singulas ex ordine non tradunt, vsque dum ad tempora *Caroli Magni*, primi è Germanis Imperatoris Romani descendatur. Traditur enim, Duces Carynthios ab Imperatore hoc Regalia impetrasse, & confirmatos esse, ac Ducum nomen accepisse. Sub eodem Imperatore ad fidei quoque Christianæ agnitionem iidem peruenerunt, in quâ cùm aliquandiu perstitissent versis vicibus ab eâdem iterum depulsi sunt aliquoties, cumprimis tempore *Attilæ* crudelissimi Hũnorum tyranni, qui ipsorum tam fidem, quàm societatem politicam ac rẽpublicam miserè vastauit & euertit. Postea tamen per *S. Rupertum, Virgilium, & Amandum* cum horum Diaconis tandem ad fidem reconuersi, ac in eâ diligentiùs instituti sunt. Ducatus huius solemnitas ac mos olim iste fuit, vt Dux futurus Carynthiæ, in campo sub puro Ioue feudum acciperet à rustico, equum ac bouem secum habens, iuránsque, se Ducatum Carynthiacum impensis corpore ac bonis opibúsque vniuersis summâ fide etiam ad extremam vsque pauperiem ita tutaturum & defensurũ esse, vt ad sui sustentationem non plùs isto equo & boue reseruaturus sit. Quæ consuetudo etiam à Cæsaribus deinceps

Carynthij à Carolo Magno Regalia accipiũt.

Attila Hunnorum tyrannus.

Dux Carynthiæ à rustico feudum accipit.

Romani in Carynthiã succedũt.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 286 sur 913

confirmata ac ſtabilita eſt. Huiuſmodi feudorum collationem Liburniâ, iam *Solfeldia* dicta, quæ prima ipſorum ſedes fuit, fieri oportuit, quo comparere cum officiis ſuis quatuor proſapiæ ſolitabant, ſicut ipſorum Chronicon de hoc latiùs tradit. Idem hoc etiam tradit, ruſticos illic cæteris indigenis liberaliore priuilegio & immunitate donatos eſſe.

Friderícus Barbaroſſa.

Porrò teſtantur quoque Chronica, quòd *Fridericus Magnus*, cognomento *Barbaroſſa* ex Sueuiâ oriundus, atroci bello Venetos infeſtârit, & de ipſis ope Germanorum illuſtrem victoriam reportârit. Hoc tempore Duces Carynthiæ in flore adhuc fuerunt: & propter communionem inſignium & primæuæ originis cum *Friderico* Cæſare amicitiam coluerunt, ac communi fœdere iuncti iura ſua in foro Iulij tutati ſunt, ac varia caſtella monumentaque alia vnà tum deſtruxerunt, tum exſtruxerunt. Tum temporis Fridericus Imperator Magnus in cognationis memoriam collegium in Ducatu Carynthio fundauit, *Ingnigen in Buſterthal* vocatum. Et, vt vobis memorabile quid referam, idem Barbaroſſa templum illud variis imaginibus ac ſtatuis lapideis exornauit. Inter imagines has conſpicua vna præ cæteris fuit, formam Monachi, lumbos ſuccincti, & caput nudi, quales Monachi eſſe ſolent, exprimens: ſupra cuius caput maiuſculæ quædam literæ hoc modo, LVTERVS, ſculptæ viſebantur. Quæ parte quidem aliquâ propter antiquitatem, niſi attentè aſpicerentur, conſpicuæ admodum non erant. Hoc quale præſagium fuerit, aliis iudicandum relinquo. Porrò etiam, cùm *Fridericus* Imperator Magnus Sueuus Marchionatum Auſtriæ in Ducatum redegiſſet; hoc ipſum in præſentiâ Ducum Carynthiorum quoque factum eſt. Plura ex Chronicis depromi non poſſunt, niſi quod à defunctis Carynthiæ, & obliteraris Ducibus Ducatus iſte ad domum Auſtriacam tranſlatus, adeóque cum omnibus natalibus & inſignibus illi iunctus & adunatus ſit, hoc eſt, in obedientiam ac tutelam Ducum Auſtriacorum conceſſerit.

Ingnigen in Buſterthal.

LVTERVS ſtatua in Ingnigé.

Translatio Carynthiæ ad Auſtriam.

Hoc loco etiam ſcire debetis, quod, cùm à principio poſt tempora *Iapheti* ſedes & habitationes illi quærerent, in campo ſe quodam iam Solfeldia dicto, demiſerint, & pulchra ſibi habitacula exſtruxerint. Inter cætera autem etiam templum quoddam condiderunt, quod à Sole denominauerũt. Solem enim pro Numine ſuo coluerunt. Ipſa verò ciuitas, Liburnia dicta, tandem ab *Attila* vaſtata & euerſa eſt, cuius rudera vel hodie conſpicua ſunt. Ex Antiquitatibus nonnullis, ac monumentis, & rebus aliis relictis patet, iſtis temporibus admodùm peritos & induſtrios artifices in fingẽdis metallis ac lapidibus floruiſſe: qualia vel dum ex numiſmatis, imãginibus & ædificiis, miro & ſtupẽdo opere ornatis colliguntur & deprehenduntur.

Solfeldia prima ſedes Carynthiorum.

Templũ Solis.

Liburnia ab Attila vaſtata.

Ex nonnullis etiam Chronicis patet, olim *Philiſtæos* in hiſce terris magno numero habitaſſe: ipſíque adeò *Friderico* Imperatori pro vero narratum eſt, *Samſonem* hîc olim verſatum eſſe. Cuius rei ſicut in terris quoque extraneis aliis Antiquitates reperiuntur, de *Philiſtæis* tradẽtes: ſic itidem & in Carynthiâ ſimiles inueniuntur. Quin & ratio ipſa docet, Carynthiam tum temporis fodinis ac metallis omnifariis opulentiſſimam exſtitiſſe, & filios Iapheti artibus Metallicis cumprimis floruiſſe: ſicut illorum amore in terris illis etiam præcipuè detenti fuerunt. Nam & poſteriorum temporum euentus idem comprobat. Ex Septentrione enim Friſij & Saxones ingenti numero in Caryntiam metallorum gratiâ ſeſe receperunt: à quibus poſtea ciuitas *Friſach*, ſeu *Friſacum*, quaſi Friſiorum & Saxonum, exſtructa eſt. Sed & ex *Liguriâ* Metallarij in Carynthiam ſuperiorem commigrarunt, & in viciniâ *Moſkirchenſi* ciuitatem ſuper monte quodam condiderunt, quam patriæ ſuæ nomine *Liguriã* indigetauerunt: quę tamen intereuntibus fodinis, vnà & ipſa interiit: Nõ verò hę ſolùm, ſed & aliæ plures ciuitates fodinæque pari ratione cõditæ ſũt, quòd paſſim ex longinquis oris multi homines quaſi certatim huc commearent. Porrò ex aliis etiam documentis euincitur, Carynthiam omnium è regionibus Germanicis primam artes illas exercuiſſe, quę ad rẽ metallariã, ceu vitriolum, æs, & cætera pertinent. Fodinarũ enim his antiquiorũ chronica non meminerunt. Hæc cùm in his terris primũ inuentę & detectæ eſſẽt, poſtea ſimili exemplo ſimiles etiã in regionib' aliis innotuerunt, & ad fodinarũ Carynthiarũ ſimilitudinẽ exſtructæ & cõſtitutæ ſũt. Sed & hoc liquet, per Germaniam rẽ Medicam omnium ſubtiliſſimè primo hoc loco tractatã & cultã fuiſſe. Id quod inuenti quidam antiquiſſimi Germanici libelli teſtantur, quos ante natum

Philiſtæi in Carynthia.

Samſon.

Carynthia metalliſera.

Friſij & Saxones in Carynthiã migrant.

Carynthia fodina prima Germ.

Medicina in Carynthia ſubtiliſſima.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 287 sur 913

tum Christum iam dum collectos & conscriptos fuisse, res ipsa docet. Quo tempore extractionem *Essentiæ* vt vocant, *Quintæ*, iam dum floruisse, ex illis ipsis libellis deprehenditur. Nam si fundamentum & initium ipsum tam fodinarum, quàm Medicinarum probè excutias, Carynthia illarum omnium prima productrix fuit. Nam & hodie patet, apud Rheni tractum & nationes alias cultarũ istarum artium cognitionem non admodùm magnam esse. Temporis tamen diuturnitate fodinæ veteres exoleuerunt, & harum loco subindè nouæ emersérũt. Porrò cùm ab obitu Ducum Carynthiorum terra illa diuideretur: pars eius Stiriæ cessit, pars Foro Iulij, pars Ecclesiæ seu Archiepiscopatui Salisburgensi, pars etiam Episcopatui Bambergensi addicta est. Quoties enim regnum hoc modo in seipsum diuiditur, toties eiusmodi desolationes sequi necesse est.

Archiepiscopatus Carynthiæ in geminos Archiepiscopatus diremptus est: nempe in Patriarchatum *Achlar*, & in Archiepiscopatum *Salisburgensem*. Præter hos alij duo quoque Ducatus illius regionis sunt, *Gurck & Lauentum*, velut & Ducatus *Equitum S. Georgij*, cuius ordinis Princeps, *summus Magister de Mulstatt* appellatur. Ordini huic Imperator Fridericus tertius cum beneficiis & priuilegiis amplissimis pro insigni addidit *crucem rubram*, vt aduersus Turcas & alios, qui Carynthiam ac eius finitima hostili manu crebrò infestare solebant, strenuè depugnarent. Hæc ipsa regio aliis quoque quàmplurimis collegiis ac monasteriis insignis est. Ex annalibus Ptolomæi patet, ipsius ætate in regione hâc ciuitatem primariam *Villacum* fuisse, sed alio tamen loco quadamtenùs absitam. Legitur etiam, *Claudium Romanum* ciuitatem *Klagenfortum*, Latinis Forum Claudij vocatum, condidisse.

Tradunt insuper Annales, ciuitatem *S. Viti* à primis illicò temporibus semper Carynthię metropolim exstitisse. ipsósque Carynthiæ Duces sua comitia ac conuentus in istâ celebrasse. Quodam etiam insuper tempore Ducum quidam hic captus, & Archiepiscopo Salisburgensi traditus legitur. Qui tamen cum postliminio S. Vito restitutus esset, Ducali seueritate in multos animaduertit. *Lauentalium* autem in Ducatu Carynthię nomen à crescendo accepit. Eo enim loco flumina auri feracissima exstitêre: adeò, vt ex multis passim nationibus metallarij ac artifices plurimi cõfertim huc commearent. Ibidem adhuc hodie aurum quoq; purum & solidum, igne nullo egens, molis & ponderis admirandi passim reperitur.

In valle prædictâ acidulæ quoque maximarum virtutum reperiuntur, admodùm medicamentosæ, de quarum viribus, velut & de nascentium rerum reliquarum illic prouenientium, sed alibì rararum proprietatibus, peculiari libello commentari præsumpsi. In Carynthiâ veteri, à *Friesaco* interuallo milliaris vnius in locis desertis acidulæ celebres sunt, à naturâ calentes: quarum similes, quæ suam aciditatem in calore retineant, per Germaniam frequentes & cognitæ non multæ sunt. Acidulæ calidę apud Friesacum.

Vt & verbo dicam, fodinæ huius regionis multò numerosiores, quàm prouinciarum aliarum existunt. Apud *Bleybergam* minera plumbifera est, vniuersæ non solùm Germaniæ, sed & Pannoniæ, ac Turciæ, Italiæque plumbi plus satis erogans. Frequentes etiam mineræ ferreæ sunt, cumprimis apud *Hutenbergam*, & circa eius confine, chalybis plurimi & nobilissimi magnum aceruum promentes. Mineræ reperiuntur etiam aluminosæ, quæ ædificiis adhiberi sueuerunt. Insuper & minerę vitrioli præstantissimi, & auri nobilissimi passim produntur: eiusmodi apud *S. Paternionem* rarâ specie inuentæ sunt. Venæ quædam etiam metallicæ ibidem deteguntur, quarum similes non ipsa Europa nouit. Metallum id singulare est, ac raritate suâ verè admirabile. Mineræ præterea etiam Cinnabarinæ ibidem solemnes sunt, admodũ hydrargyro prægnãtes. Effodiũtur ibidem quoque pyrites coloris aurei, & Marcasitæ variæ, acalbũ, rubrũ, nigrũq; Talcũ. Quin & in veteri Carynthiâ, velut iuxtà *Lungã*, granati nõnunquã reperiuntur, & alia similia plurima, quæ recensèri hoc loco nõ omnia possũt. Quod si montes Carinthiaci nõ secus ac claue admotâ cista aperiri possent, quęnam vspiã quæso terra thesauris confertior reperiretur? Hinc etiam fit, vt tot Auguristæ, & Diuinatores ac Vitones, Geomãtistæque & Crystallistæ, ac vates similes terras eas incolãt, qui peculiari arte per crystallum & virgulas ac modos alios opes illas indagant & explorant. His tamen omnibus periodum suam Deus definiuit ac præstituit, quam atte & industria suâ

Bleyberg.

Hutenberg.

Talcum album. rubrum. nigrum. Lunga.

Lauental.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 288 sur 913

qualicunque nemo tranſiliet. Cùm verò tot támque variæ ſcaptenſulæ in regionibus illis inueniantur, credibile ſit, ibidem vigere congregationem & coniunctionem Planetarum & firmamenti cum tribus partibus inferioribus, in ipſis Elementis exiſtentibus: quæ coniunctiones aſtrorum ſuperiorum & corporum Elementarium tandem metalla illa producant & gignát in locis hoc fine à Deo conſtitutis. Nec mirum eſt, tantæ varietatis mineralia, alibi ignota, hìc reperiri: cùm & frequentiſſimarum quoque aquarum natura & ratio ibidem peculiaris exiſtat. Lacus enim (.....) in hâc terrâ numerantur, fundo aurifero omnes celebres, ac quodam ceu vallo cincti, ex quibus theſauri opulentiſſimi extrahi poſſent.

Numerus deeſt.

Cæteras verò ciuitates ac oppida vicóſque & pagos quod attinet, illis vniuerſis fodinæ initium dederunt, pro ratione & conditione fundi diuerſę. Illarum enim quædam iuxta alueos fluminum celebres ſunt, veluti quę à Luentzâ per tractum finitimum ad Lauemundá excurrunt. Alię iuxta Lauendam: nonnullæ apud Gurckam, & Glannam & Gailam, nobiles ſunt. Quanquàm verò harum multò plura Chronica percenſeant: pro Epitome tamen hæc nobis tradita ſufficiant. His verò vberiora & pleniora ſcire qui ſatagit, illum ad Chronica illa amandatum hiſce volumus.

Chronici finis.

SEQVITVR

LIBER PRIMVS.

RESPONSIO AD QVASDAM ACCVSATIONES ET CALVMNIAS

ſuorum æmulorum & obtrectatorum:

Ad Lectorem.

PRÆFATIO PRÆCELLENTISSIMI DOMINI THEOPHRASTI HOHENHEIMII

vtriuſque Medicinæ Doctoris.

Medicinæ illuſtratores qui.

VT conſtet tibi, beneuole Lector, de cauſis ſcriptarum & editarum harum defenſionum, ad hæc pauca te attendere vnicè velim. Deus quidem, ſummus benefactor, Genium Medicinæ per Apollinem, per Machaonem, Podalirium & Hippocratem ex imis adytis produci permiſit, ipsámque naturæ lucem, expulſo omni ſpiritu tenebroſo latè effulgere ſiuit, fecítque vt opera admiranda plurima, & luculentiſſima Magnalia, ſtupendáque miracula ex myſteriis Elixiris, Arcanis ac Eſſentiis Naturæ perficerentur, adeóque ipſa Medicina per prænominatos Coryphæos mirè effulgeret & illuſtraretur. Cùm verò mos iſte ſit ſolemnis luridi Sathanæ, vt vbiuis tritico ſano ſua zizania & lolia interſerat: factum eſt, vt medicina quoque à primo naturæ genio valde obſcuraretur, ac præceps in Pſeudomedicos, ſeu Antiatros illaberetur, qui eam ſophiſmatis ſuis ita inuolverunt & intricarunt, vt quæ opera Machaon ac Hippocrates ſuo tempore deſignarunt, eadem ſimiliter hodie ſucceſſu pari præſtari minimè poſſint. Quicquid verò in medicina momento operum non demonſtratur, id diſputando & arguendo euinci ægrè poteſt. Reſponde mihi verò Lector, an, ſi quis contra Legionem Sophiſticam, doctrinam efficacem ſeu operantem immittat, non æquum ac fas ſit, vt opus illud inanes nugas reprimat & confutet? Hìc diuina, Lector, in quem hæc verba iaciam? Nempe in Diuos, ſigna nulla edentes. Numerus quidem ac concurſus viſitantium hominum multos mouere poſſet, vt à retundendis nugatoribus deſiſterent. Sed euentus tamen & recurſus arguunt, in concurſu iſto parum momenti ſitum eſſe. Inde conflatur etiam hoc mendacium, Hippocratem nugas & fabulas eſſe. Ac medicæ veritatis Spiritus à Sophiſtis illis inanis garritus inſimulatur. Nam quid vſpiam eſt, quod tam effrænis lingua non audeat dicere? Ex hac tribu exorti ſunt, qui incontinentia linguæ victi, cauſam ſuam calumniis tueri conati ſunt. Qui cùm in os ſaltem Medicinæ ſuccum hauſiſſent, ſolo ore etiam, quod ad criminationes & obtrectationes educatum eſt, aſſertionem ſuæ artis propalarunt. Doloſa

Sathanæ peruerſitas.

Diui ἀνώνυμοι.

Med. reprehenſio.

huiuſmodi

huiusmodi lingua quædam me quoque pupugit. Adeóque vsus ac res poscit, vt, cùm illi artem suam non super verum ac genuinum, sed potius super culinarium saxum exstruxerint, ac ipsam Medicinæ veritatem temerè neglexerint, Sophisticísque suis fabulis tam mei quàm alios quasi larua quâdam traducant, sine solido responso à nobis non dimittantur. Quæ quidem calumniæ ab ipsis minimè euomerentur, si super primum centrum constituti essent. Summa ars ipsis est verbosa Rhetorica, copia patrimorum, & virtus huiusmodi Pseudomedicis digna & agnata. Ideóque sequentur deinceps defensiones nonnullæ, tibi probè & sedulò attendendæ. Quanquam multò satiùs esset, huiusmodi responsiones omitti, indulgerique ipsis, vt Poëtici Medici, Rhetorici Receptistæ, & nequam præparatores maneant. Nam & horum suo tempore sua satietas erit. Huiusmodi verò commonefactiones à me institutæ sunt hoc fine, vt intelligatur tandem, Medicum sine operibus nihili esse, solúmque opus, non garritum, aut verba Medicum reddere. Ab his impedimentum mihi quoque obiectum est, quò minùs hæc & alia mea scripta ederentur. Quibus tamen tandem Archiducatum Carinthiæ donatum volui. Ab his laudatissimis dominis solis ea impetras, quisquis vbiuis illa accipis. Hæc enim ni prouincia esset: ista manibus quidem tuis nunquam offerentur. Tu Lector, huius libri Theoricam, multò autem magis opera ipsius artis amplectere ac ama. Dabam ad S. Vitum in Carynthia die 19. Augusti Anno salutis. 1538.

Opus probat artificem.

DEFENSIO I.

Inuentionis nouæ Medicinæ Doct. Theophrasti.

Paracelsus ait nouum methodum introducat.

QVòd hoc in opere nouam Theoricam, ac Physicam, vnà cum rationibus nouis, quas nec Philosophi, nec Astronomi, nec Medici hactenus vsurparunt, aut intellexerunt, profero: id ob istas causas factum est, quas deinceps traditurus sum. Prima & palmaria hæc est: quòd Theorici veteres, rationes causásque morborum perperàm & inscitè proposuerunt, ac cum ipsis certos errores inuexerunt, quos tandem eousque quoque expoliuerunt, vt veritati ipsi non leuem fucum fecerint. Quin & eo suo molimine penetrauerunt, vt præter ab ipsis proposita fundamenta, nulli vnquam de aliis iam inquirere liceret: & qui secus faceret, in aperto errore versari censeretur. Hoc mihi sedulò hic inculcandum est, quod consuetudo ea & libertas apertum insciticæ documentum exhibeat. Cœlum etenim secundum lumen naturæ, & ingenij subinde nouas inuentiones, nouas artes, nouas ægritudines parit ac producit: & illæ vniuersæ supinè negligendæ, aut minimè æstimandæ sint? Quis vsus est pluuiæ, iam ante mille annos delapsæ? Imber is vtilis est, qui iam præsenter cadit. Quid motus vel cursus Solis ante annos mille factus cõmodat huic anno? An non Christus ipse facem nobis profert, quomodo hæc talia iudicare debeamus? Ita enim dicit: *Sufficit cuilibet diei sua cura, aut suum iugum.* Quasi diceret: satis est, te ea facere, quæ dies illa poscit. Sic enim porrò concludit: crastinæ dici sua quoque cura data est. Iam si curæ sua ratio & tempus est, dies autem quilibet horis duodecim constat: cuilibet etiam horæ sua peculiaris operatio competit: quid quæso hora duodecima incommodabit primæ? Aut quid damni prima ingeret duodecimæ? Res enim vna quę libet in suam Monarchiam propriam constituta est. Et nos decet esse sollicitos de præsenti, non curâ angi præteritorum. Vnicuilibet etiã Monarchiæ de pleno & perfecto lumine naturæ prospectum est. Et sunt ista miracula manus diuinæ, lumen scilicet Naturæ in plures Monarchias commutare intra principium & finem mundi. Quâ in consideratione illi miserè exorbitârunt, & non pro Monarchiæ huius iure sese accommodârunt. Quamobrem ex virtute præsentis luminis naturæ, & ex prædestinatâ ordinatione ego hæc mea scripta irreprehensa & inculpabilia omninò esse volo, ac posco, vt propter Sophismatum, quæ iure seductiones voco, institutam confutationem à nemine impetrar aut impediar.

Opus est, vt dementiam eorum latiùs euulgem, & sub radium protraham propter cognitionem tam fundamenti mei, quàm illorum lapsus & errorum. Nec me Academię ob id pessum dabunt, quibus rem hoc modo propono & edissero. Medicina opus est. Quia ergo opus est: opus de artifice suo testabitur. Itaque ex operibus censete, quomodò, & qualis

Medicina est opus.

pars

pars vtraque iudicanda sit. Opus ars est. Ars doctrinam operis tradit: ita vt ars operetur, & per doctrinam opus faciat. Iam quæstio est, vtrum doctrina Medicorum Academicorum, an mea, ars ipsius Medicinæ sit? Id per opera definietur. Sed iuxta etiam hoc notabitur, quòd Christus in nostrâ Philosophiâ proponit, nobisque cognoscendum offert, qui non solum æternum lumen inter nos mortales renouauit, sed præter hoc lumen etiam ipsius Naturę. Is ita loquitur: *Surgent falsi Prophetæ, falsi Christi, & multa miracula edent.* Sic etsi quidem Pseudomedici quoque signa edunt, sicut fieri potest: tamen veræ medicinæ non aduersantur. Sicut enim Moyses & Malefici suis sibi inuicem operibus contrariabantur: sic verum quoque & falsum fundamentum Medicinæ. Iam si doceo, partem meam aduersari, & me ipsum ex operibus nosci debere: opera autem in falsis quoque reperiuntur, sicut Christus de signis & prodigiis affirmat: res isto modo discernenda videtur. Ponatur æger, qui febricitet, & terminum morbi habeat septimanam duodecimâ, ex hâc exactâ morbi finis & decrementum præstò sit. Si accidat, vt æger ista remedia poscat, quibus febrem suam ante terminum legitimum elidat: tum duos in promptu medicos habet, vnum falsum, alterum verum. Falsus curam suam ita instituit: Lentè nimirum ac sensim mederi incipit, ac temporis plurimùm consumit porrigendis syrupis, laxatiuis, purgatoriis, pulticulis auenaceis, aut hordeaceis, cucurbitis, citrullis, iulepis, & similibus aliis lentè, & cum tępore ministratis, ac interea aliquoties etiam clysteres adhibet, & nescio quid aliud agit. His rebus & verborum additis blandimentis morbum illi producũt, vsque dum destinatus ipsi à naturâ *Terminus* instet. Qui etsi sponte suâ finiatur tandem: ipsius tamen expulsionem illi suæ arti & industriæ acceptam ferunt. Genuinum autem Medicum ex hoc æstimate. Is periodum hanc in partes duodecim diuidit: partem illius vnam & dimidiam suis laboribus seu operationi suæ impendit.

Med falsorũ qualis curatio.

Med. verorum curatio qualis.

Sed & insciția alia quoque supereſt, quæ me ad scribendum hunc librum valdè mouit. Prætendunt nimirum illi, morbos illos, quos in hoc opere complector, esse incurabiles. Quorum quis non admiretur impudentiam? Qui enim medicus morbum possit dicere incurabilem, in quo non existat ipsa mors? *Soli enim incurabiles isti sunt, quos mors comitatur.* Idem nimirum etiam de podagrâ & de epilepsiâ nugantur. O verò vesana capita. Quis enim propalare vos illa iubet, quæ tamen nec scitis, nec intelligitis? Cur vobis non curæ potiùs cordique est sermo ipsius Christi, dicentis, *ægros opus habere Medico?* An verò isti non ægri sunt, quos vos deseritis? Esse nimirum ægros eos arbitror. Ergò, si ægri sunt, omninò Medico opus habẽt. Si Medico illi opus habent, cur vos dicitis, ipsos insanabiles esse? Cur illo opus habeant ægri, à quo tamen nullo consilio iuuari possint? Aut cur dicunt, medicinam illos nihil proficere, aut cõmodare? Ideò scilicet, quia ex errore Medicinæ prognati sunt, & ab Ignorantiâ matre concepti, post editi. *Morbus quilibet sua propria & peculiaria remedia habet.* Deus enim mirabiliter in ægrotis agnosci vult: vult celebrari in morbo caduco, in Apoplexia, in Chorea S. Viti, & aliis, quos hic recensere nihil attinet. Nam & Deus iste est, qui mandatum dedit, vt *proximum tuum diligeres sicut teipsum: Deum autem ante omnia cætera amares.* Iam si Deum diligere velis, necesse habes, vt eius quoq; opera diligas. Si dilecturus proximum sis, ei non dices, tu iuuari non potes: sed rectius ita loqueris, te iuuare ego non possum, nec morbum intelligo. Hæc nimirũ veritas excusat & redimit te à maledictione, quæ falsos manet. Sic ergò ratum sit, inquirendo & indagando porrò eousque procedendum esse, dum tádem vera ars deprehendatur, ex quâ procedant opera. Quòd si enim Christus dixit: *Scrutamini Scripturas:* cur mihi quoque dicere non liceat, perscrutamini naturas rerum?

Morbi incurabiles qui.

Morbo cuilibet suũ peculiare remedium.

Ignorãtia excusat.

Et hæc mihi pro defensione sint, cur iam pro præsenti Monarchiâ iure merito nouam medicinam proferam, & in lucẽ edam. Quòd si quis fors roget: quis te ista facere docet? ex hoc ego vicissim quęro, quis hodie doceat herbas & gramina crescere? Is enim, qui hoc docuit, hoc etiam dixit: *venite & discite ex me: mitis enim sum & humilis cordis.* Ex hoc manat fons veritatis. Ex ipso quod non prodit, mera seductio est. Diabolus mille artifex est, qui multis signis & prodigiis prægnans est, qui non feriatur, sed velut Leo rugiens nos ambit, quærens, quos

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 291 sur 913

quos vnà secum in mendacium abripiat.

Admirari autem non debetis, cur in conclusione huius defensionis digitum meum ad illum intendam, qui dixit: *mansuetus sum, & animi demissi*, vt scilicet ab hoc medicinam discamus, qui tamen saltem ad æterna nobis viam monstrat. Quid enim in nobis mortalibus existit, quod non ex Deo in nos corriuetur & inseratur? Qui nos æternum docet: is tradit etiam mortale seu temporarium. Ex eodem enim vtraque scaturiunt. Et licèt quidem doctrina cœlestis ex ore eius tradita sit, non autem Medicina: tamen si idem quoque dicat, Ægros opus habere Medico, & Medicus à Deo sit: quomodò queso Medicus illum non pro Doctore suo agnoscere debeat, ex quo prodierit? *Est enim Medicus is, qui Dei vices in morbis corporalibus obit.* Ideoque necesse est, vt ex Deo habeat, quod potest. Sicut enim Medicina non ex Medico, sed Deo est: sic pariter ars quoque Medici ex Medico non est, sed ex ipso Deo. Quanquam *Medici quoque triplices existant. Primi* ex Naturâ progeniti sunt, per Medicos cœli in constellatâ influentiâ conceptionis. Hoc etiam genitore nati sunt Musici, & Mechanici, & Rhetorici, & ipsæ artes cæteræ. *Secundum genus* Medicorum est, qui ab hominibus instituti, & in Medicinâ educati sunt secundùm præcepta magistrorum suorum, quantum quidem industriâ naturali capi potuit. *Tertium genus* est, quod Deus dat. Hi à Deo ipso docentur & instituuntur, quemadmodum Christus inquit: *Vnusquilibet scriba à Deo doctus erit.* Quod idem est ac si dicat: Quicquid possumus, ex Deo habemus. Si ergò Medicina triplici modo & viâ suos Professores exhibet, curandum non est, siquidem in Theoricâ & rationibus suis non concordent. Nam in opere omnes conueniunt, & finem seu terminum vnum concludunt. Natura ingeniat & disponit, prout conceptio suam influentiam accepit. Sic ipse quoque homo docet, prout industrius est ac potest. Docet autem Deus, prout vult. Rhombus tamen istis vniuersis hic est, vt homo, qui alium docturus sit, ex Deo & naturâ suam scientiam desumat. Ex his enim hominum institutionem procedere oportet. Quæcunque verò doctrina aliunde, quàm ex fundamento prædicto procedit, ea talis est, quemadmodum proximè definita est.

Christus fratricidio vtriusque salutis.

Medicus & Medicina ex Deo.

Medici triplices sunt.

Medici vtique in fine conueniant.

DEFENSIO II.

Nouorum Morborum & nominum, Doct. Theophrasti.

PRo tutelâ & defensione mei, cur nouos morbos, de quibus antea nihil à quoquam traditum est, describam, ac illis noua quoque nomina, priùs nulli visitata, à me autem primùm inuecta, indam, hæc porrò sedulò attendite. Ac de nouis morbis taliter habete. Scribo equidem de saltu illo insano, quem vulgus S. Viti choream nominat. Trado etiam de iis, qui seipsos iugulant. Addo etiam de morbis per veneficia, seu incantantionem inflictis: similiter & de obsessis hominibus. Hi quidem morbi omnes ante me à nullo vspiam descripti sunt. Cur autem neglecti fuerint, oppidò indignum & iniquum videri debet. Causa verò, quæ me ad descriptionem illorum incitat, sola Astronomia est, quæ hucusque à Medicis oscitantiùs tractata, huiusmodi morborum omnium cognitionem mihi impertiuit. Quòd si Astronomi cæteri eandem mecum experientiam assecuti essent; iam illi morbi vel dudùm ante me plenè & perfectè descripti & explicati noscerentur. Quia autem Astronomia à Medicis repudiata fuit: ideò nec morbi hi, nec alij etiam ex vero principio, ac causis genuinis rectè agnosci, aut intelligi potuerunt. Cùm ergò cæterorum scriptorum Medicina non ex isto fonte dimanet, in quo veræ Medicinæ fundamentum positum est, de quo tamen possesso fonte ego verè gloriari possum: an mihi non licitum sit alio modo scribere & commentari, quàm scriptores fecerunt reliqui? Vnicuilibet quidem datum est loqui, consulere, docere. Cuilibet autem datum non est, loqui & docere cum neruo & efficaciâ. Nam & ipsum Euangelistam testari nouistis, *Christum docentem, cum efficacia quâdam potentiâ singulari locutum* esse, secus, quàm scribæ & hypocritæ. Et ad huiusmodi potentiam, quæ per opera probetur, si verbis fides non detur, sedulò attendendum est. Sicut ergò fieri non potest, vt, quam quis rem non vidit, eius speciem formámque tam certò & fundamentaliter demonstrare possit, ac is facit, qui suis oculis illam vsurpauit: sic planè confido, hic quoque iudicium idem fore de iis, qui

Morbi qui noui apud Theophr.

Astronomiæ contemptus causa ignorantiæ.

Christi doctrina efficax.

qui ſine fundamẽto loquuntur,ac his,qui fundamento vtuntur. Verum quidem eſt, omne, quod morboſum exiſtit, Medici conſiderationi ſubiici, & fas eſſe, vt is morbos vniuerſos cognitos & exploratos habeat. Attamen,quod non in vno,id in altero omninò ſcire debet. Nam hàc menſurâ dona quoque Apoſtolis collata ſunt. Et quod vnicuique datum eſt,in eo honor eius viget. Quod verò datum non accepit, id ei tamen probro non fuit. Qualem enim Deus quemlibet conſtituit, talis eſt. De donis huiuſmodi acceptis ſcriptores reliqui gloriari minimè poſſunt. Ad ſolum *Terminum* intenti ſunt. Et quæ per *Terminum* efficere non poſſunt, ea illicò incurabilia pronuntiant.

Dona Dei honoraria.

Termini Medicorum aſylum.

Morbis nomina cur inuenit Theophraſt.

Porrò, quòd & noua nomina ac Recepta produco, nec id vobis admirationi eſſe debet. Nec enim id vel ex ſimplicitate aliquâ, vel inſcitiâ fit: ſed cogitare quiuis ſecum poteſt, huiuſmodi nomina à priſcis tradita, ac illis adſcripta remedia etiam à tyrone quouis ex chartâ facilè legi ac cognoſci poſſe. Hoc me autem offendit, quòd nomina illi ex tot linguis concinnârint, vt ex illis naturam ac eſſentiam morborum fundamentaliter nunquam capere aut aſſequi poſſimus. Quin & illi ipſi eadem à ſe tradita nomina rectè non intelligunt: ſicut apud Germanos quoque Nomina alia in aliis atque aliis pagis induntur ac conferuntur. Et licèt quidem nonnulli *pandectas* ac ſimilia alia congeſſerint: illi tamen cùm ſubindè in alia incidant, fidei apud me multùm non impetrant, idque propter cauſas haud leues. Vt verò conſcientiæ meæ periculum ſubeam, & doctrinam incertam ambiguámque ratam habeam, diſſuadet animi candor & probitas. Patet enim, à ſcriptoribus illis nullum capitulum traditum eſſe, quòd mendaciis & errore non refertum ſit. Quò ergò auctores iſti mihi faciant aut conducant? In ipſis equidem non Rhetoricam, non Latinæ linguæ elegantiam venor, ſed capto Medicinas, capto remedia: in quibus tamen tradendis illi canes muti ſunt. Sic iidem & de *Receptis* mihi obiiciunt, quòd ea nouo modo,nouo proceſſu concinnem,cum tamẽ decimum Dei præceptum mandet, ne quid peregrinum vſurpetur: ſicut coràm mihi multoties iſta obiectárunt illi, *Non concupiſces alienum*. Cùm ergo ex his me violatorem decimi præcepti criminentur: omninò mihi hoc loco euoluendum & expediendum eſt,quidnam *Alienum* ſit, quid non ſit. Alienum autem eſt,ſi quis non per rectum oſtium ingreditur. Alienum eſt,ſi quis ſurripit, non ſuum. Exempli cauſa:ſi quis ſe Medicum venditat, qui non eſt:ſi quis Medicinam in re quâdam ponit,in quâ Medicina nulla inexiſtit. Et mihi id vitio aut crimini detur,quòd fraudes ipſorum detegam.

Alienũ quid ſit in Decalogo.

Porrò, quòd etiam de obſeſſis hominibus ſcribo, id ipſis planè inconditum videtur. Sed illud tamen hac de cauſa facio. Cùm *ieiuuium & preces Spiritus immundos* expellant: arbitror cumprimis ac præcipuè mandatum eſſe Medico, vt ante omnia regnum Dei quærat: poſtea datum ipſi iri, quibus opus habeat. Si detur ipſi, vt per præces ægrum ſanare: poſſit: hæc purgatio ipſi non ſpernenda videatur. Si datur ipſi per ieiunia ſanare: hoc ipſi confortatiuum ſit eximium. Reſpondete mihi verò, an Medicina in ſolis herbis, lignis, & lapidibus lateat, non etiam in verbis? Id ſi feceritis: vobis etiam dicturus ego ſum, quidnam verba ſint. Quid hoc verbum eſt, *Non fac?* Qualis morbus eſt, talis eſt etiam Medicina. Si morbus herbis demadatus eſt, tunc per herbas curatur, Si lapidibus, per lapides. Si adiudicatus eſt ieiunio, ieiunio etiá expellitur. Obſeſſum eſſe, maximus morbus eſt. Huius ſi Medicinam Chriſtus ipſe proponit, cur ſcripturam non ſcruter eam, quæ illius morbi Recepta continet ac tradit? Cœlum morbos gignit. Hoc abigit Medicus. Quòd ſi ergò cœlum ipſum Medico cẽdere cogitur, legitimo vſui ac ordini remediorum idoneorum omninò ipſe quoque Diabolus cedet. Neoterici tamen ac moderni Medici iſta talia inficiantur, quia nimirùm multiloquus Meſuë huiuſmodi rerum non meminit: ac ob id alios aſpernantur, quorum ipſi æmuli ſunt.

Obſeſſi ieiunio & precibus ſanandi.

Accuſarunt me etiam, quòd morbis noua iſtiuſmodi nomina imponam, quæ nemo aut cognoſcat, aut intelligat: dicúntque ſatiùs fuiſſe nomina vetera retineri. Qui verò ego vetera nomina retinere vel potui, vel debui,quæ tamen non ex fundamento procedunt, ex quo oriuntur morbi ipſi? Nam nomina ea ſaltem

Nomina morborum ex mutant Theophr.

falsè obiter data sunt, nec quisquam nouit an nominibus illis morbi rectè & legitimè appellentur. Illud ergo fundamentum cùm tam laxum & incertum deprehendam: cur de retinendis nominibus curiosus sim? Si mihi cognitus & exploratus morbus sit, suo ipsum genuino nomine initiari perfacilè erit. Et quid refert dici, Apoplexis, vel Apoplexia? aut quid angar de hoc, Paralysis penultima an corripiatur, an producatur? an caducus fulguris Epilentia, aut Epilepsia vocetur? aut, quid quæram, an vocabulum sit Græcum, Arabicum, aut Algoicum? Hoc mihi potiùs curæ sit, vt cuiuslibet morbi originem causásque, & eius curationem probè compertam habeam. Nomen enim vel suâ sponte quadrabit ac concordabit. His rebus omnibus otioso garritu saltem tempus obteritur.

Nomina contemnenda otiosis.

Cur verò in tradendis nouis morbis, iisque explicandis negotium mihi sumpserim, causæ præter dictas aliæ quoque exstiterunt. Cœli nempe quotidie nouæ operationes sunt, idque indies secundũ causas suas ac essentiam variabile existit. Nam & ipsum in senium suum contẽdit. Velut infans qui nascitur, is à primo illicò natiuitatis die ad iuuentutem, & porrò ad terminum vsque mortis alteratur & mutatur. Iam verò & cœlum infans fuit, ac suum aliquando principium habuit, nec aliter ac homo prædestinatum sibi finem accepit, adeóque in morte includitur. Vt ergò res quælibet per ætatem variatur & mutatur: ita eius quoque opera pariter mutantur. Et si mutationes omnino instant: ad quid mihi ferulæ puerorum? Ideo de Monarchiâ iam præsenti loquor, & de etate firmamenti & senio Elementorum. Præterea istiusmodi etiam hodie naturæ populi, ac commixtiones tam variæ, & diuersa studia occupationésque ex voluptatibus carnalibus existunt, quarum similes à condito mundo minimè viguerunt. Vnde pressura quoque gentium talis emergit, qualis antea nunquam fuit. Ideóque id adminiculum nullum Medico est, dum inquit, *Acquiesco equidem libris illis, qui ante bis mille annos scripti ac editi sunt.* Nec enim vel hodie persistunt veteres causæ, verùm ratio longè alia est, sicuti vtraque Philosophia, tam cœli, quam ipsorum Elementorum euincit apertissimè. Fas erat, putatitios illos Medicinæ Doctores cautiores esse, dum manifestè vident, interdum vel crassum rusticum, planè illiteratum multò plures ægros sanitati restituere, quàm ipsi vniuersi cum suis commentariis & rubeis tunicis sanare possunt. Cuius euentus diuersitatem si comperirent, abiectis rubris tunicis in saccum cinere plenum se inuerent, sicut de Niniuitis legitur. Ita ergò mihi planè plenéque persuasum est, quòd pro tenore huius defensionis, noua omninò nomina, nouósque morbos ex prædicto fundamento bono iure condere, statuere, ac describere mihi liceat.

Cœlum continuò fit vt homo.

Hominũ noui omnino mores hodie.

Niniuitæ.

DEFENSIO III.

Descriptionis & designationis nouorum Receptorum.

PRÆTER dicta hactenus, imperiti ac insciti illi Medici vlteriùs mihi quoque oblatrant, dicuntque, *mea, quæ præscribo, Recepta venena esse, & corrosiua*, adeóque extractionem omnium malignitatum & toxicorum Naturæ. Aduersus accusationem hanc, si ad responsum dandum idonei ipsi essent, primùm ex ipsis quærerem, an quid venenum sit, scirent vel nescirent? aut an in veneno nullum Naturæ mysterium lateat? Hoc enim in puncto in periti, & virtutum naturalium ignari ipsi existunt. Quid enim est vspiam, quod à Deo conditum, non admirandis dotibus simul ad salutem hominis curandam coordinatum sit? Cur verò venenum repudietur & exterminetur, cùm tamen non venenum ipsum, sed Natura inquiratur? Ad firmandum propositum meum exemplum adducam tale. Oculos in bufonem intendite, quàm id animal venenosum & abominabile existat. Sed quàm eximium eius est mysterium ad curandam pestilitatem? Iam si hoc mysterium propter venenositatem & abominationem bufonis contemneretur, quantum illud quæso opprobrium foret? Quis est, qui vnquam hoc receptum Naturæ composuit? An non id Deus fecit? Cur ego autem huius compositionem hanc reiciam, aut contemnam? Et si ille quidem composuerit, quæ mihi minùs apta videantur? Is, is, inquam, solus est, in cuius manu omnis sapientia clauditur, ac cui compertum satis est quónam mysterium quodlibet confe-

Remedia Theoph. an venena.

In veneno quid quærãtur.

Bufo remedium pestis.

Dei sapientia profunda.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 294 sur 913

rendum & locandum sit. Cur ergo aut admirer, aut abominer id, quod in parte aliquâ venenum habet, & cùm hoc mysterium insuper nobilissimum? Res quælibet ad id impendi debet, cui destinata ea est, nec nos fastidiò aliquo porrò in eam feramur. Deus enim ipse Medicus est & Medicina. Cuilibet etiam Medico præfixa & insculpta esse debet Virtus Dei, quam Christus nobis expositit, dum inquit: *Etsi quidem venenum biberitis, vobis tamen noxium non erit.* Si ergo venenum non prævalet, sed citra noxam secedit, dum eo pro constituto naturæ ordine & ratione vtimur: cur venenum in vniversum contemnatur & reiiciatur: Qui venenum aspernatur, is id ignorat, quod in veneno latet. Arcanum enim, quod in veneno conditum est, vsque adeò benedictum & efficax est, vt venenum ipsi nihil demat aut noceat. Sed hoc paragrapho vos nondum satis pacatos volo, verùm pro defensione meam explicationem etiam vberiorem afferri necesse est, cùm omninò venenorum tractationem semel aggressi simus.

Venena in Medicinis nõ tenenda.

Id vos in me notatis & reprehenditis, quo vos modò non scatetis. Lentem in me non toleratis: & Melonem in vobis non animaduertitis. Si mea recepta suggillatis: cur non expenditis vestra? Ex primo ordine purgationes vestrę stant. Quæ verò purgatio ex libris vestris omnibus proferri queat, quæ venenum non habeat? aut ad mortem faciat? aut sine offensione adhibeatur, vt primùm dosis moderatio excedatur! Hoc iam punctum quale sit, attendite. Nimirum non est nimium: nec est minimum. Qui medium ac modum tenet, is venenum non sumit. Et licèt quidem venenum ministrarem, quod demonstrare tamen minimè poteritis: si illud in conuenienti & legitima dosi propinem, an ob id vobis ego reprehensione dignus videar? Arbitros hic facilè vniversos fero: Notũ vobis est, Theriacam ex serpente *Tyro* parari. Cur ergo non vestram quoque criminamini Theriacam, quæ venenum huius serpentis in sese continet? Quia verò experimini, Theriacam vtilissimam esse, nec quicquam noxæ habere, idem consilescitis. Iam si meæ Medicinæ non alia, quàm Theriacæ ratio sit: cur ob id reiiciatur vnicum, quia noua est? cur veteri cuidam bonitate æqua non correspondeat? Et si verè quodlibet venenum considerare vobis volupe sit: quid quæso inuenietis vspiam, quòd venenum non sit? *Omnia venenum sunt: nec sine veneno quicquam existit.* Dosis sola facit, vt venenum non sit. Exemplum esto. Cibus ac potus quilibet, dosi maiori æquo assumptus, venenum est. Id testatur euentus. Hoc quinimò etiam concedo, venenum esse. Vt verò ob id reiici debeat, non largior. Cùm ergò nihil vspiam existat, quod venenum non sit: cur vos corrigitis? Ideò scilicet vt venenum non noceat. Quòd si ergo ego quoque hoc fine corrigo: cur vos me reprehenditis? Compertum vobis puto, argentum viuum nihil nisi venenum esse. Id experientia quoque quotidiana docet. Iam verò vestra ea consuetudo est, vt cum illo ægros vestros inungatis, multò fortiùs & operosiùs, quàm sutores coria axungiâ illinunt. Cum Cinnabari eius suffumigatis: cum sublimato eius abluitis, & tamen venenum id dici non vultis, quod venenum est, ac quòd intrò in corpus hominis agitis, dicentes, *salutare ac bonum esse*, ac cum cerusà correctum, quasi verò id hoc modo venenum non esset. Norimbergam ad censuram adducite mea & vestra Recepta: ibi noscetis, vter nostrũ venena propinet, egóne, an vos. Nec enim vos Mercurij aut correctionem, aut dosim nouistis: sed illinitis tam diù, donec penetret. Vnum adhuc rogandi estis, an Recepta vestra, quæ veneno carere dicitis, Caducum sanare possint, vel non possint? An Podagram? an Apoplexiam? aut an cum saccharo vestro rosato choream S. Viti, aut Lunaticos, aut morbos similes alios curare confidatis? Haudquaquam verò. Nam per illa istiusmodi ęgros nec vnquam curastis, nec vnquam curaturi eritis. Quòd si ergo remediis aliis opus est: cur mihi à vobis crimini datur, quòd assumo illa, quæ assumere debeo, & impendo, quibus impendi ea ordinata sunt? Excusandam rem illi relinquo, qui in creatione cœli & terræ eam tali modo condidit & ordinauit. Præterea cùm ars etiam separatoria data sit, ad dirimenda à se inuicẽ duo cõtraria: cur venenũ præstò esse dici debeat? Mea Recepta vniuersa euoluite, & videte, an mea hæc nõ doctrina palmaria sit, vt bonũ à malo subindè separetur? Separatio autẽ hæc an non mea est correctio? Et tã cor-

Theriaca ex Tyro.

Medicorum imperitia repreh.

Separatoriæ artis vsus quis.

correctum arcanum ego audacter non miniſtrare, aut propinare audeam? cùm tamen maligni nihil in eo, vel ego, vel vos inuenire queamus: Vitriolum mihi obiicitis, in quo ſecreta multa condita ſunt; in quo, inquam, vtilitatis plus ſitum eſt, quàm in pyxidibus veſtris officinalibus vniuerſis. Id venenum eſſe, aſſerere minimè poteſtis. Si dicturi eſtis, illud eſſe corroſiuum: addite ſodes, quâ ſpecie, quo modo? Eò illud redigere debetis, vt ſit: aliàs corroſiuum non eſt. Si ad corroſiuum reduci id poteſt: poteſt eriam in dulcedinem redigi. Vtraque enim vnà conſiſtunt. Qualis præparatio, tale quoque vitriolum eſt. Et ſimplex vnumquoduis, quale ex ſeipſo eſt: ita per artem in multiplicem naturam reduci poteſt, omni planè modo, quo cibus in mensâ propoſitus. Illum ſi homo edit, ex eo caro humana fit, ſi canis, canina: ſi felis, felina. Ita & cum Medicinâ comparatum eſt, Ex eâ quod facis aut paras, id fit illa. Si ex bono malum fieri poteſt: ex malo bonum quoque produci poteſt. Nec quiſquam temerè rem aliquam carpere debet, cuius tranſmutationem non nouit, & qui ignarus ſeparationis eſt. Ita etſi hoc quidem venenum ſit, tamen in non venenum facilè reduci poteſt. Exemplum ſumemus de Arſenico, quod venenorum ſummum eſt, cùm drachma vna equum quemlibet ſtrangulat ac interimit. Ignito ipſum cum ſale nitri, ſic venenum eſſe deſinet. Huius ſi libras decem ſumas, nihil damni ſenties. Hinc vide, quid diſcriminis ſit, & quid præparatio rerum faciat.

Qui verò reprehenſoris officium ſibi ſumit, hic primò id attendere debet, vt, dum reprehendit, caueat, ne in reprehenſionem ipſemet incidat. Stultitiam veſtram ac ſimplicitatem facilè ex eo noſco, quòd, quæ loquamini, ipſi ignoretis, vnumque in dicaci ac carptoriâ linguâ præſidium figatis. Recepta ideò noua ſcribo, quòd antiqua nauci & nihili ſint. Tum & recentes morbi exorti ſunt, qui recentia Recepta omnino poſcunt. De meis tamen Receptis hoc notate vnicè: quod quęcunque vſpiam tandem in eâ aſſumam, arcanum omnino in ſe contineant, quod pro contrario expellendo facit. Porrò autem etiam notate, qualiter procedam. Quod arcanum non eſt, ſeparo ab eo, quod arcanum eſt, & arcano ipſi definitam ſuam doſin aſſigno, Iam ergo eſt certum, me mea Recepta abundè ſatis defendiſſe, vóſque ex merâ inuidiâ ea calumniari, & illis veſtra inutilia præferre. Si conſcientia veſtra proba eſſet: ab hoc deſiſteretis deinceps. Quo verò cor plenum eſt, id eructat os. In hoc opere defenſiones quinque pono, quas euoluentes cauſam intelligetis, cur Recepta ex ſimplicibus illis concinnem, quæ vos venenoſa eſſe ducitis. Cur verò id ego luam, quod fundamentum pono eiuſmodi, quod vos videre & intelligere minimè poteſtis? Si rerum earum certam ac debitam cognitionem haberetis, quarum peritum eſſe Medicum omnino fas eſt: ſenſum longè alium indueretis. Hoc autem ſciendum vobis eſt, venenum id minimè eſſe, quod in hominis bonum vergit. Id enim ſaltem venenum eſt, quod in detrimentum hominis faceſſit, quod non conducit, ſed cumprimis lædit, qualia Recepta veſtra pleraque ſunt, quæ arte aliâ comparata non ſunt, quàm tundendo, miſcendo, & infundendo. Hoc ergò defenſionis meæ aſylum ſit, quòd Recepta mea ſecundùm ipſum naturæ ordinem adminiſtrentur & applicentur: & quod vos ipſi, quid loquamini, ignoretis, ſed linguam in meras furias, inſcitiam, & ignorantiam impendatis.

Vitriolũ arcanis plenum non venenum.

Dulcedo corroſiuis innata.

Arſenicum venenum.

Arſenici quę præparatio.

Recepta cur Theoph. noua ſcribat.

Venenum nõ eſt quod homini vtile.

DEFENSIO IV.

Meæ peregrinationis & diuagationis.

IAM res poſtulat, vt id quoque defendam, quòd peregrinando paſſim multa loco obeam, & nullâ ſede certâ morer ac ſubſiſtam. Qui verò contra id obluctari poſſim, aut reniti, quod domare, aut mihi ſubiugare non valeam? Aut quid prædeſtinationi vel addere, vel demere queam? Quia verò calumnioſè me inſectamini, quaſi propter diuagationes meas eò pretij minoris ſim: nemo mihi iniquior ſit, quòd cũ indignatione illud accipiam. Quòd hactenus peregrinatus ſum: id multas mihi commoditates præſtitit. Domi enim ſuum nemo Magiſterium diſcit: aut doctrinam poſt fornacem haurit. Quin & *artes* ipſæ *non omnes intra patriam incluſæ* ſunt: ſed diſſeminatæ & diſtributæ ſunt per orbem vniuerſum; nec in vnum omninò hominem, aut locum vnum cædem conſertæ ſunt:

Peregrinationũ Theoph. quæ cõmoditates.

Artes nõ omnes in vno loco.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 296 sur 913

ſed ex diuerſis regionibus colligendæ, ac indè, vbi florent, deſumendæ ſunt. Et in hoc mecum teſtis loco vniuerſum firmamentum facit, quòd inclinationes peculiariter diſtributæ ſint, non in pagum vnum collatæ, aut congeſtæ, ſed pro naturâ ſphæræ ſuperioris radij quoquò verſum ad ſuam metam excutiuntur. An ergò mihi non conueniat, huiuſmodi metas ſcrutari, & quid in qualibet perficiatur, obſeruare? Si mihi hic næuus adhæreret, meritò Theophraſtus iſte non dicerer, qui tamen ſum. An non ita conſtitutum eſt, vt ars ſeſe nemini obtrudat, ſed omninò captanda & indaganda ſit. Ideò & mihi ea neceſſitas incumbit, illam vt quæram ego, non illa ſectetur me. Exemplum ponite. Apud DEVM eſſe, ſi nobis animus eſt: ad ipſum adire omninò cogimur. Inquit enim, *venite ad me.* Vbi ergò eſſe volumus, eò nobis omninò adeundum eſt: Ex quo conſequitur, neceſſe eſſe, vt, viſurus perſonam aliquam, aut terram aut ciuitatem, aut regionis cuiuſdam mores & conſuetudines cogniturus, aut cœli naturam & elementorum proprietates perſpecturus, eò ſeſe conferat, & ſingula conſectetur. Hæc enim vt omnia ipſum ſequantur, fieri non poteſt. Hæc ratio etiam eorum vniuerſorum eſt, qui experientiâ & cognitione rerum flagrant. Hos enim ſectari & inquirere oportet: quarum deinde cognitione acceptâ, porrò promouenda ſedes & locus eſt.

Artes nõ vltrò obueniunt, ſed quærendæ ſunt.

Qui quæſo poſt fornacem bonus naſci Coſmographus aut Geographus poſſit? An non viſus oculis fundamentum certum confert? Hoc ergo fundamentum eo modo ſolidè conſtituatur. Quid diſcant illi, poſt fornacem qui pyraverſant? Quid Faber lignarius ſine teſtimonio oculorum ſciat? Aut quid eſt, quod citra fidem oculorum conſtitui poſſit? An nõ Deus ipſe ſe videndum oculis exhibuit? An nõ teſtimonium à nobis exigit, quòd ipſum oculis noſtris viderimus? Quæ ergò vlla ars, aut quicquid aliud, teſtimonio oculorum carere poſſit? Memini me quondam de Iuriſperitis audiuiſſe, quòd in legibus ſuis conſtituerint, vt *Medicus peregrinatorem ageret.* Id quantoperè pro me facit? Nam & ipſi morbi paſſim oberrant, ac diuagantur per vniuerſum mundum, nec vno in loco perſiſtunt. Qui plurimos nouiſſe morbos ſatagit, is peregrinetur. Quò longiùs diuagatus fuerit, eò plures morbos didicerit, & rerum variarum experientiam hauſerit. Hoc præſtito, etſi poſteà quidem in matris ſuæ gremium redierit: nihilominùs tamen, ſi fors huiuſmodi peregrinus hoſpes in patriam eius aliquandò appellat, ipſum facilè nouerit. Quem ſi non noſcat, probro & ignominiâ non careat. Nec enim proximo ſuo id præſtare poſſit, cuius ſcientiam anteà improuidè iactaſſet. Iam ſi mihi, quod Reipublicæ cauſa molior ac ago, crimini detur, quî non poſſim non indignabundus iſtud experiri? Et tamen id ſoli mihi peruertunt ſedentarij, qui ſine trahis, ac carris, & vehiculis aliis ne quidem extra portam egredi ſuſtinent. Ita ergò *perambulani* ignauiſſimi ſunt. Ideoq; quod ipſi non ſunt, eò impenſiùs id oderunt. Quod melius eſt, aſpernantur: quia ipſi peiores ſunt. Iam verò nimis certò mihi conſtat, quòd diuagationon peiores, ſed meliores faciat omninò. Peregrinatio an non negotiationes quaſlibet félicitat? Peregrinatio an non plus animum excolit, plus iudicium firmat, quam domi poſt fornacem conſeſſio? Vernam ac oſtiarium eſſe Medicum, valdè probroſum eſt. Conuenit, vt ad maiora & grauiora aſpiret. Quæ verò hoc ſeculo ipſorum generoſitas animaduertitur, ipſis certè nec peregrinatio ſapit, nec arridet vlla experientia rerum. Culpa verò ſuperſtitioſi popelli eſt, qui domi ipſos inaurant, etſi ne quidem caſſam nucem valeant. Et cùm intelligant, ruſticis, qualéſnam oporteat eſſe Medicos, planè incompertum eſſe: domi ſe in Muſæis ſuis ac bibliothecis occulunt, ac in naue ſtultiferâ peregrinantur.

Medicorũ ignauia taxatur.

Peregrinatio meliores facit.

Oculis omnia certa ſunt.

Neceſſe eſt, Medicum primò eſſe Aſtronomum. Iam verò res poſtulat, vt oculi teſtimonium ipſi perhibeant, quòd is reuerâ ſit. Sine hoc teſtimonio merus Aſtronomicus nugator exiſtit. Conuenit, ipſum etiam eſſe *Coſmographum*: non vt nationes depingat, quibus ſingulæ vtantur caligis: ſed vt altiùs quid tradat, quibus ſcilicet infeſtari illæ morbis ſoleant. Quòd ſi verò confidas tu quidem, poſſe te huius vel illius nationis veſtitum etiam ſine factâ peregrinatione exprimere: quid id ad medicum facit, te probum ſartorem eſſe? Ideoq; quia iam dictas res per experientiam cognoſci opus eſt: peregrinationes omninò cum parabolanis nobis faciunt,

Medicus ſit Aſtronomus.

Lex Iſtorum de Medicis.

Medicus ſit Coſmographus.

ac

accùm Medicinâ ita connexæ ſunt, vt dirimi minimè poſſint. Cæterùm Medicum quoque, probum oportet eſſe *Philoſophum*, ac fide teſtimonióque oculorum ſtabiliri, hunc ipſum eſſe. Si ergò talis eſſe velit, colligat omnia neceſſe eſt ex illis locis, in quibus ſingula condita ſunt. Nam ſi vel ferculum toſtum menſæ offeratur: caro ex aliâ regione, ex aliâ iterum ſal, ex aliâ etiam condimenta cætera allata & deprompta ſunt. Quòd ſi hę res peregrinari coguntur, ad te priuſquàm perueniant, tibi quoque eodem modo peregrinandum eſſe putabis, dum aſſequaris, te quod ſequi non potuit. Artibus enim ſui pedes non ſunt, vt velut pecora à Lanionibus propiùs ad te agi poſſint. Sed nec in vaſis incluſæ ad te conuehi poſſunt. Quæ enim ipſis deſint; tibi faciendum illud eſt, quod facere debebant ipſæ. Humores Anglici non ſunt Hungarici; nec Neapolitani Boruſſiaci. Ideóque hoc noſciturus, eò te recipies, vbi ſunt illi. Quos quò propiùs viſitâris & cognôris, eo auctiore iudicio & prudentiâ in patriam reuerſurus ſis. Tum & Medicum fas eſt eſſe *Alchimicum*. Is autem futurus neceſſe habet, vt matrem videat, ex quâ mineralia pronaſcantur. Iam autem montes ad ipſum minimè commeabunt, ſed ipſe peruadet ad illos. Vbi mineralia vigent, ibi florent artifices. Quiſquis artificem quærit, in ſeparandâ & præparandâ naturâ peritum: is illum eo loco veſtiget, vbi mineralia ſunt. Quis verò Naturæ prępparationem aſſequetur, niſi eam ſequatur ad ea loca, vbi floret? Et his ita conſtitutis crimini mihi à quoquam dari poſſit, quòd omnia mineralia peruestigauí? quod ipſorum (vt ita dicam) córque ac animum perdidici? quòd ſecreta eorum manibus meis corripui; Ná iſta, iſta, inquam, me docuerunt, vt purum à ſtercore iam ſeparare norim, quâ cognitione mala alias futura plurima anteuerti. Ideóque non poſſum, quin dictum Philoſophicum hic allegem, *Sapiẽtiam à ſolis ignorantibus contemni*. Sic ars quoque nullos, niſi ignorantes oſores habet.

Taceo hoc loco reliqua, quæ obueniunt illi, qui regiones varias peragrat. Is enim cognoſcit varios homines, diſcit multorum mores ac ritus, experitur alia plurima, pro quibus videndis ac ſciendis, & calceos & pileum inſumere quiuis meritò debeat. Omitto alia vel his ipſis grauiora & ſublimiora. Videmus, ipſos amatores quoque vias longinquas emetiri, ſaltem vt ſpecioſam ac venuſtam quandam fœminam conſpicentur. Quantò magis id fieri debeat cauſâ ſpecioſæ ac ſublimis artis. Sed & Regina ab extremis oris maritimis ad Salomonem hâc vnâ de cauſa profecta eſt, vt nimirùm eius ſapientiam audire liceret. Si ergò tam potens Regina ſapientiam Salomonis ſectata eſt: quæ illius rei cauſa fuit? Hęc nimirum, quòd *Sapientia donum Dei* exiſtat. Quàm quò effundit, ibi quærenda eſt. Et iſta cognitio ardua eſt, ſi homo intelligit, dona Dei ibi quærenda eſſe, vbi latent; ac decere, vt vel coacti ea venemur & conſectemur. Quòd ſi etiam coactis hoc faciendum eſt: quis quæſo iure ſubſannet eum, qui id vltrò ſubit ac perficit? Verum quidem eſſe non nego, quòd hi, qui talia non audent, audentibus opulentiores ſint. Nam qui poſt fornacem conſidunt, perdicibus & cupediis faginantur. Qui verò artes foris venantur, iuſculum de lacte ſorbere coguntur. Angulari illo ornantur & onerantur, induuntur ſerico & byſſo. Ambulones autem vix craſſo linteo ſoluendo ſatis ſunt. Qui intra pomœria ſua latitant, & calidum & frigidum ad ſummum votum promptum habent. Artium verò captatores, ſi deficerent arbores, vix pro corpore vmbram alicubi impetrarent. Qui ergò ventri ſeruire volet, is me non ſequatur: ſequatur eos, qui mollibus veſtibus incedunt. Hi ad peregrinandum idonei non ſunt. Tradidit enim Iuuenalis, lætè eum tantùm ambulare, qui vacuus peregrinetur. Illi ergò verſum hunc ratum habentes, ne fors à latronibus opprimantur, domi poſt fornacem latitant, & ſemitoſta pyra verſant. Firmiter ergò mihi perſuaſum eſt, quas hactenus peregrinationes confeci, mihi non probro, ſed ſummæ laudi & gloriæ eſſe futuras. Nam id ex ipſâ rerum naturâ euicturus ſum. Hanc qui indagare volet, opus habet, vt codices eius pedibus terat & verſet. Scriptura cognoſcitur per literas: Natura verò pedibus ediſcitur à regione ad regionem, eundo. Quot terræ orbis: tot folia naturæ. Talis naturæ codex eſt: tali modo eius folia vertenda ſunt.

Med. ſit Philoſophus

Regina Arabiæ diuitis.

Sapientia donũ Dei.

Artes pauperculæ.

Med. ſit Alchimicus.

Artifices ibi, vbi mineralia.

Sapientia & ars ignorantibus odioſum.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 298 sur 913

DEFENSIO V.

Repudiationis Pseudomedicorum, & eorum societatis.

Nihil sine æquo.

CVm nihil vspiam tam purum inueniatur, quòd non maculâ aliquâ pollutum sit: operæ pretium est, vt pollutũ à puro probè discerni doceatur. Nam id etiam in Medicinâ ratum est, *plura mala, quàm bona* enumerari. Quòd si inter ipsos Christi discipulos duodecim vnus proditor ac degener fuit: quantò id magis inter homines certum erit? Et credibile est, inter duodecim vix vnum probum inuentum iri. Ratio est: quod *ex charitate nobis facienda omnia sunt*. Iã verò ex charitate nihil fit: sed quęcunque præstantur, propter recompensationem & remunerationem debitam suscipiuntur. Hanc sequitur commodum priuatũ. Ex hoc spurij & illegitimi in Medicinâ Medici nascuntur: qui solum quæstum venantur, ac mandatum charitatis satis frigidè complent. Quamprimùm autem captatio lucri proprij incipit: ibi & artes, & opera adulterantur illicò. Hæc enim ex charitate promanare decet: aliàs perfectũ nihil præstò est. Sicut enim duplices Apostolos fuisse scimus, quorum vnus Christũ emoluméti proprij causâ dilexit, quâ causã etiam crumenã commodi proprij accepit: sic eadem causâ impulsus idem Christum ipsum vendidit; eâdem ex causâ Christum in mortem tradidit. Quantò magis autem Pseudomedici homines perdent, corrumpent, & iugulabunt hac de causa, vt quæstus priuatus augeatur, nec incrementum eius alicubi impediatur? Quamprimùm enim charitas in homine refrixit, ad ferendum proximo fructum idonea ampliùs non est. Fructus verò quicunque hinc emergunt, in commodum priuatum omnes congeruntur. Hinc ergò colligi debet, *Naturas Medicorum geminas existere. Alij ex charitate, alij ex quæstu operantur.* Ex operibus autem vtrique noscuntur. Probi & iusti per charitatem patent, quam erga proximum temerè non violant. Improbi & spurij contra mandatum hoc leui causâ impingunt, metentes, vbi semen non iactârunt, & in omnibus lupos æmulantes, corradentes vndecunque corradi quid potest, vt cumulus rei domesticæ augescat, mandati diuini plùs satis aliàs securi. Refert exemplùm Christus de Margarita empta, & per thesaurum illum redempto agro. Quo docere voluit, charitatem non in numero, sed paucitate versari. Id enim dicturus erat. Si probus medicus es, margarita tua æger est: Idem is æger est, in quo thesaurus conditur. Ex quibus consequitur, debere Medicum sua omnia vendere, & ægrum sanitati restituere. Hæc virtus charitatis est erga proximum. Quòd si verò quid secus fiat, ac tu non tuum saltem reseruas, verum suis ægrum quoque expiles: ita tu scripturam minimè comples, vnde nec ars tua in Medicinâ perfecta esse potest. Semper enim id nostris obseruari debet oculis, quod Iudę crumena quæstus proprij tradita, & Apostolis cæteris adempta sit, quos edere decebat de iis, quæ apponerentur. Sponte suâ quid apponere, id ex charitate procedit. Poscere, sollicitare, emendicare, id concessum minimè est. Nam quod à proximo accipere debemus, id semel & omninò charitati concreditum est, nec potestati nostræ commissum. Ideò hinc consequitur, eos, qui in viis Dei ambulant, secundùm dona diuinitùs sibi data, perfecta opera & fructus omninò manere. Qui verò contra scripturæ institutum operantur, ij miseriis & aduersitatibus plurimis obsepti sunt, cum illis vniuersis, apud quos quæstui priuato aucupantur, nisi fors fiat, vt Deus in proximo contra Pseudomedici artem & remedia quid operetur. Aliàs enim ipsorum manuum operâ nemo sanus fiet. Nemini autem id extraneum videatur, quòd in medicinâ quæstum priuatum elogio ornare non possim. Cùm enim compertum probè habeam, quàm nocens res sit emolumentum proprium, adeò vt artes etiam per illud fœdè adulterentur, & ad solam speciem fucúmque dirigantur: certum est, sine falsitate talia patrari minimè posse, quæ falsitas corruptionem rerum vniuersarum postmodum inuehit. Decet ergò medicum non è quæstu, sed è charitate prodire. Ea curâ caret, nec sollicita est de victu crastino, sed ita secum cogitat: *Si lilia campi probè vestiuntur, si volucres cœli largè cibantur: quantò magis homo, qui secundùm cor Domini ambulat.*

Cùm verò ad medicinam tam diuersæ naturæ homines confluant, qui lucro

Charitas emor. tua.

Lucrum causa rerum omnium malarũ.

Lucro Christus proditur.

Medici duplices. Charitatis quæstus.

Pseudomedicorum natura.

Improbi medici non sanant.

Quæstu omnia adulterantur.

Medicorum mira miscella.

cro priuato certatim omnes inhiant: quî quæſo ſermo meus locum inuenire poſſit, quo ad charitatem eos tam ſedulò voco ac inuito? Me ipſum quidem pro meâ parte, medicinæ haud pudet leuiter, cùm video, quàm tota impoſturis nunc ea corrupta ſit. Hodie enim vel ſceleratiſſimus quique carnifex, aut Leno, aut canum cæſor, ex adipe humano aut canino aurum cudere, ac per eum morbos vniuerſos ſanare aggreditur: cùm tamen, ipsâ conſcientiâ teſte, conuincantur, quòd præter vnum curandum morbum aliorum permiſſionē neutiquam habeant. Nihilominùs quæſtus proprij ſtudio ægros ſuſcipiunt, quicunque demùm offeruntur ipſis vndecunque. Sic ergò in tribum Medicorū ſe inſerunt etiam peſſimi quique & ignauiſſimi ſcurræ, venenū ſua remedia obtrudentes, vtcunque vel quadrent, vel commodent. Hoc pacto, qui aurum in loculos concatenare nouit, is probi medici illicò laudem obtinet. Eodem modo & pharmacopœi tonſoréſque imperiti medicinam tractare audent, in quâ tamen non ſine læſione conſcientiæ ſuæ verſantur, ac animarum propriarum curam abiiciunt, ſaltem vt corraſo lucello diteſcant, domos ac aulas exſtruant, & ornamenta illis omnia addant. Nec curant admodum, quo iure illa poſſideant: modò præſtò ſint. Mos quin etiam hodie doctoralis emerſit, (quod vbi iuſtum eſſe ſcriptura teſtetur, equidem ignoro) vt acceſſus ſeu viſitatio ægri vnaquælibet floreno vno remuneretur. Sic & lotio videndo, & rebus aliis quoque ſua taxa ordinaria præſtituta eſt. Vt tamen vnus cum altero miſericorditer affectus ſit, & mandatum charitatis impleat, id nullâ conſuetudine inſoleſcere velle nimis verè videtur. Quin nec porrò legibus ipſis ſua auctoritas integra perſtat: ſed vna ſumma lex eſt, *Rape, Expila, fas ſeu minùs ſit*. Sic nempe torques emungunt, ſic annulos aureos extorquent: hinc veſtibus ſericis amicti incedunt, adeóque probrum ſuum ac flagitium vniuerſo mundo exhibent ſpectandum, quaſi verò id ſpectaculum honori ipſis & commendationi futurum ſit, vt velut imagines luculenter picti incedant, cùm potiùs ea abominatio grandis in conſpectu Dei ſit. Et non merito aliquem pudeat eius poſſeſſionis, cuius natura ac dignitas à tam vilibus ſcurris tota peruertitur & contaminatur? Et licèt ars ipſa quidem per ſe theſaurus ingens ſit: id tamen ab hominibus illis nanci nunquam expenditur. Ita ergò paſſim plurimi Medicinam tractant, nec quiſquam ferè vſpiam eſt, qui eius ſibi non aliquem cognitionem arroget. Iſti tamen fures ac latrones ſunt: qui non per oſtium ingrediuntur. Ars ipſorum ſumma eſt, nugari, Verba facere, Terminum prætendere. Ac dolis quidem ſuis foràs etiam interdum aguntur. Quem verò locum ſemel deſerunt, ad ipſum redire denuò non audent. Ac ſimiles tabellariis ſunt, qui, quò peruenerunt, nuntium nouum ſpargunt, cámque ſubindè cantilenam reſumunt. Si redeant, iam amplius in pretio nullo ſunt. Dolendum ideò grauiter eſt, tantam artem à tam inſcitis & leuibus hominibus tractari, ac eò corruptelæ agi, vt ne ipſi quidem veritati deinceps fides addicatur. Nam eò iam improbitate ipſorum res deducta eſt, vt Medici paſſim vniuerſi vnius farinæ cenſeantur, nec cuiquam etiam peritiſſimo laus ſua integra perſiſtat. Id quod tantoperè admirandum nemini eſt. Nam cùm mendaciſſimi ac perfidiſſimi Iudæi quoque ſacram Medicinam tractent, & à Phariſaicis hominibus magni æſtimentur: quis quæſo deinceps honorem deferat profeſſioni tali, quæ à tam facinoroſis nebulonibus obitur & adminiſtratur? Interim cùm fatale mundo ſit, vt decipi velit: quia vnum ephippium omnis generis equis accommodatur, nec eſſentia morbi cognoſcitur, ſed quidquid in phantaſiam alicui incidit, id ipſius ars eſt: ideò nulla experientia nulla veritas habetur: & inde fit, vt tot corruptelæ iuxta ſynceram Medicinam paſſim irrepant. Qui enim frugi homines ſunt, iſtiuſmodi nihil attentant. Et niſi vltrò citróque ludificari ſe homines optarent: medicæ certò prouinciæ adminiſtratores longè digniores & puriores præficerentur. Sed iſte mos eſt mundi perpetuus, vt bonos, peritos & frugi artifices tolerare non poſſit. Similis autem cum ſimili & facilè iungitur, & promptè colliqueſcit. Non inquam verò, candidus ac probus quis erubeſcat Medicus, qui inter iſtiuſmodi ſcurras connumeretur? Non ob id tantum, quòd medicinam tractant: ſed quòd inſuper omnifariæ etiam libidinis artifices & aſſertores exiſtunt. Nullam non reli-

Medic. trib. nebus omnibus corrupta.

Medici Tabellariis ſimiles.

Iudęi taxantur.

Mundus vult decipi.

Medicorum mos prauus.

Pſeudomedicorum lex.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 300 sur 913

gionem ipſi callent: omnia iudicant, ac pro ſuo arbitrio vel laudant, vel culpant omnia; ac quicquid velint, agendi ſibi poteſtatem liberrimam ſumunt. Quin & linguarum omniũ peritiam iactant. Si diligẽter intuearis bardi ſunt. Nec deſunt, qui cœlum huiuſmodi res operari, ac firmamentum corruptelarum harum cauſam eſſe, profiteantur. Sed & mihi ex parte quâdam firmamentum percognitum eſt: nec tamen cognoſcere poſſum, quónam pacto ex firmamento huiuſmodi impoſturæ in medicinam dimanare queant. Certius verò & exploratius hoc eſt, proteruiam & leuitatem hominum fraudum iſtarum cauſam eſſe. Nec eſt, vt culpa in extranea ingeratur. Quilibet ſeipſum tangat & iudicet. Quis enim hodie non vel ante enatas alas peruolitare annititur? Dolus autem is in hoc conſiſtit, quod agant illi, nec quid agant, compertum habeant. Leuitas verò in hoc poſita eſt, quòd quis rem præſtare annititur, cui ſe imparem eſſe nouit. Pſeudomedici enim ſic apud ſe cogitant: *Etſi quidem opus non ſuccedat, tamen excuſationem facilè inuenies, nequitiam tuam Deo impingendo, aut culpam in ægrum transferendo. Interim quicquid fiat, tibi pecunia adnumeranda ab ægris erit.* Ars eſt medicina eiuſmodi, quæ nonniſi cum ſcientiâ certiſſimâ & experientiâ maximâ, & metu diuino ſummo exerceri à quoquam debet. Deum enim qui non metuit, is iugulando & furando aſſiduò pergit. Qui fronte carent, hi nec pudorem vllum in ſe habent. Summum dedecus, imò fatalis pœna eſt, huiuſmodi facinoroſos homines non agnoſci: cùm tamen, quam ſcimus arborem frugi non eſſe, admotâ ſecuri deiiciamus, & in ignem ingeramus. Sed decipiuntur homines, eò, quòd magiſtratus videant erga illos humanitatem, & Pſeudomedicorum ipſorum promptam obedientiam ergà debitos. Neceſſe eſt igitur diſcrimen quoddam medicorum ſeruari, eorum nimirùm, qui in lege Dei ambulant, & illorum, qui in legibus hominum ambulant. Ille ſpectat charitatẽ: hic quæſtum facit proprium. ¶ Defenſionis iam ergò meæ hic colophon ſit, cum pſeudomedicis iſtis mihi nihil quicquam commercij eſſe, nec me fraudibus ipſorum vel in minimo adſtipulari. Etſi per me ſtaret, vt ſecuris arbori inutili admouenda eſſet, mora non longa fieret.

Affraim. probitatis humanæ cauſſa nõ ſunt.

Ars medica vt exercenda

DEFENSIO VI.

Auſteritatis & iracundiæ Theophraſti excuſatoria.

INTER cætera, quæ criminosè mihi illi obiectant, hoc non eſt minimum, quod capitis heterocliti ſim, & miri comatis, quòd auſterè quærentibus reſpondeam, quòd ad cuiuſuis expectationem paratum me non offeram, quòd lenitate debitâ non omnes audiam & admittam. Iſta talia mihi probro & vitio maximo dant illi. Ego verò iſta adeò in vitio coniuncta non eſſe ſcio, vt etiam virtuti proxima eſſe eadem apertè profitear. Nec me alium eſſe omninò velim, ſi poſſim quidem facillimè. Mihi hæc mea natura apprimè probatur. Pro meæ tamen huiuſce auſteritatis excuſatione ita attendite. E filo quidem ſubtili natura me non texuit: nec meæ is patriæ mos eſt, vt ſericum nendo magnus quæſtus fiat. Ficubus non alimur aut mulſo, aut ſimilibus. Cibus noſter eſt, caſeus, lac, & panis auenaceus. Hæc qui ſubtiles homines facere poſſint? Sed & quod à teneris nobis implantatum, per omnem vitam reſipimus, id valdè craſſum eſt, ſi conferatur cum ſubtilibus illis, tenellis & comptulis. Nos enim qui inter pinorum conos enutrimur, ſimules eſſe non poſſumus iſtis, qui cum mollibus veſtibus in Gynæceis educantur, Vnde fit, vt craſſus craſſus iudicetur, etſi ſibi ipſi quidem ſubtilis ſatis & amabilis videatur. Idem mihi quoque accidit. Quod enim ego ſericum eſſe iudico: id ipſi craſſum linum cenſent.

Theoph. auſteritas virtutis eſt.

Theoph. educatio.

Sed quòd dura & auſtera hominibus reſponſa dem: huius excuſationem talem habete. Medici mihi aduerſi, artis parùm habent. Ideò humanitati ſtudent, & verborum blandimẽtis operam dant, modeſtis ac leuibus ſermonibus homines inſtituunt, & rem omnem amabili explicationis ſerie deducunt, diſcedentes humaniter dimittunt, ac dicunt, *Mi Domine, breui ad me reuiſe: Mea vxorcula, adeſdum, & Dominum ad oſtium comitare, &c.* Ego contrà ita prorumpo: Quid eſt, quod poſcis? Mihi iam otium non eſt: res feſtinationem illam non exigit. Hoc illicò facto in patrios cineres minxi. Sic ergò hactenus ægrorum oculis præſtigias effuderunt, vt perſuaſum iam omnes habeant,

Pſeudomedicorũ mos.

in

in blandimentis, assentationibus, & affaniis artis summam omnem positam esse. Hos nobiles seu Iunckeros vocant, qui institores adhuc redolent. Illos Dominos appellant, qui sutrinam & nescio quid grauius resipiunt. Ego verò, si vtilitatem potiùs hominum meditor, quàm affecti gratiam, effudi illicò quicquid in ollâ iusculi erat. Et tamen mihi propositum hoc obstinatum est, assentatoriâ linguâ nihil lucrari, sed solis operibus vacare. Quod institutum, & illi mecum commune non habent, ex sui ingenij me normâ iudicant mirabilem esse, & in responsis dandis durum & ingratum. Quanquam nec vnquam mihi id præsumtum fuerit, vt victum assentando & blandiendo pararem. Hinc fit, vt nec exercere id possim, cui priùs nullam operam impendi Sed nec æquum est, stipitem quemuis hominem manibus attolli: cùm multi eorum ne quidem trahâ proferri digni sint. Decet Medicum sepositis titulis & assentatiunculis omnibus ita responsa dare, vt breui sermone rhombum complectatur, vlcus tangat, nec quoquam nugando euagetur. Opera enim & res, non verba consiliorum neruus sunt. Sic ergò, quòd hanc accusationem attinet, hisce me satis defensum & assertum esse confido, contra æmulos obuios quoscunque. Quâquam & in ægros ipsos me durum nimis esse dicant, dum ad præscriptum meum regimen illi sese non satis probè accommodant. Hoc verò iniustè non facio, sed finem hunc vnum constituo, vt nimirum Medicina ipsa, vera & genuina hoc pacto deprehendatur, vt ægri citiùs saneſcant, & ego apud aduersarios eò minùs malè audire cogar. Ista ratione autem vel turturi stomachus moueri aliquando possit.

Victus assentando parcus, turpis.

Porrò autem meos mihi quoque famulos ac discipulorum nonnullos obiiciunt, qui meæ austeritatis pertæsi, discessionem fecerint. Ad hunc cauillum ita respondeo. Carnifex seruorum meorum viginti & vnum è viuis sustulit. Deus ipsos omnes iuuet. Qui verò mecum manere possint, quos carnifex aufert? aut quid mea ipsis indignatio fecit? Si ipsi indignationem carnificis euitassent: hęc demum vera ars futura fuisset. Quòd si serui alij quoque, eiusdem cum prioribus farinæ, qui tamen carnificem hactenus effugerunt, profugi meam passim iracundiam decantant: quid id admodùm referat? Qui verò non iracundus sim, si seruus seruj officium nõ facit, sed dominum improbè affectat? Si suum satagens commodum, damnum & ignominiam meam accurat, & de noxis datis insuper mihi insultat? Si clàm me apud ægros criminando ipsi succedunt, & me inscio curam illorum, mercede dimidiâ acceptâ aggrediuntur, dicentes, se mea secreta omnia nosse? Quæ ipsorum proteruia si mihi innotéscat, quî non indignari debeam? Scelus hoc in me commiserunt, Doctores, Chirurgi, tonsores, discipuli, serui, pueri etiam. Et tamen posthæc omnia ego agnus sim? Mirum, ni lupo sæuior fiam. Interim mihi pediti migrandum est: cùm ipsi caballis incedant Hoc mihi tamen solatio perpetuò est, quòd mihi ipsi subinde ego similis maneam, cùm tamen ipsi profugiant, & in facinoribus enormibus corripiantur. Quòd de me Doctores querelas mouent: id nouum non est. Veritas enim auditu dura & acerba est ei, cuius fraus in lucem profertur. Quot verò sunt, qui propter istiusmodi me impendio etiam commendant! Doctores autem & ipsi hi sunt. Eadem quiritatio etiam Pharmacopœorum est, me nullius operâ & industriâ contentum esse. Mihi tamen probatur omnis, qui rectè facit. Si verò *Quid* pro *Quo*, *Merdam* pro *Moscho* porrigunt, isti equidem flagitio astipulari ac assensum dare minimè possum. Insuper eius quoque, quod mihi dant, vix pars tertia bona & vtilis est. Interdũ ne illud quidem est, quod esse debet. Et ego tamẽ meis ægrotis *Quid* pro *Quo*, exsoletum pro vegeto ad exemplum eorũ temerarius ministrem? Faciam certè, si meam ignominiam, ægrorum damnum, & horũ denique ipsam mortem non magni pendam. Sic ergò si pro innatâ mihi naturâ (quam ego tamen satis humanam censeo) ego me gero: aleatores illi me iracundum & mirabilem vocant, Doctorũ cæterorum omnium dissimilem, & solũ hâc austeritate famosũ. Tum & me breuia Recepta scribere dicunt, non ex 40. vel 60. ingredientibus constantia. Quiritantur, sibi suas pyxides non vacuari, pecunię nihil ad culinam accurari. Hinc illę lacrymę, hinc illæ odiosæ insectationes & calumniæ. Iam verò vos ipsi iudicate, vtrinam horum plùs debeam? An potiùs Pharmacopœorum culinæ emolumentum euacuandis pyxidibus: an verò ægrorum salutem præstandâ sanitate

In Theophrastũ omnes perfidi.

Veritas acerba auditu.

Theoph. cur austeritatis accusetur.

Theoph. seruorum profugorum tragicus exitus.

te accurare debeam? Hinc iam omnes videant, quàm Heteroclitus ego ſim, & quàm caput hoc meum intolerabile exiſtat. Nam ſi in cauſis meæ iracundiæ reddendis porrò pergere vellem, pol vniuerſi erubeſcerent & confunderentur, qui hanc mihi probro & crimini dant: Hæc enim ipſorum accuſatio, multa flagitia per me de ipſis prodenda eliceret, apud omnes probos iudices & auditores iure merito deteſtabilia. Quòd ſi verò & Chirurgorum nonnullorum cauſas manifeſtare vellem, propter quas ipſi mihi infenſi ſint: arbitror equidem, cõditionem ipſorum nihilo tolerabiliorem fore, ac fuit eorum, de quibus paulò antè diximus. Ideò ex defenſione hac ſextâ velim omnes & ſingulos admonitos, vt hæc, de me quæ audiunt, iudicio æquo, ac æquâ lance expendere velint, ac ita cogitare: inſimulationes iſtas ex puro & defecato pectore minimè dimanare, ſed ex merâ inuidiæ ſentinâ potiùs exundare, vt hoc pacto nimirum fontium flagitia velentur, & inſons ego nequitiæ ipſorum piacularis fiam.

DEFENSIO VII.

Quod nec ego omnia ſciam, poſſimque, quæ vſus ac neceſſitas cuiuſlibet poſcat.

DIffiteri autem equidem nec poſſum, nec volo, me illum non eſſe, qui petitui & ſpei vniuerſorum de me conceptæ per omnia in omnibus facere ſatis queam. Nec enim Deus tali ingenio Medicinam donatam voluit, vt ad cuiuſuis arbitrium ac votum ea parata ſit, & quælibet confecta det. Quòd ſi ergò Deus homini alicui ſanitatem impertire ex conſilio priuato nolit: quid contra Deum in caſu iſto valeam ego? qui Deum tamen nec cogere, nec iubere poſſum. Sed à cuius nutu vtrique, & æger & ego, pendemus? Hæc ergò reſponſio generalis ſit: ſi Deo illi curæ eſſent, & ipſos Deus ſanari vellet, naturæ opem ipſis haudquaquam ſubtraxiſſet. Nec mihi res iſta alia videtur: quam ſi quis ſibi videatur ipſi comptus, politus, & amabilis, poſcátque, vt omnium fœminarum ac virginum amore polleat, cùm is tamen eâ formâ natus ſit, vt claudicans ſimul & gibboſus cum deformitate vniuerſi cæteri corporis certum omnibus ſpectaculum exhibeat. Et hunc quî quæſo amare fœminæ delicatæ poſſint, quem non amauit natura ipſa? quem in vtero materno ipſa diſtorſit, & miſerè deformauit? vt verò adhuc pleniùs rem accipiatis, ſcitote, *ei, cui Deus non fauet, ipſam naturam ſalutare nihil quicquam conferre.* Hi duo fauores niſi mutuò ſibi correſpondeant, quid faciat Medicus? Aut quis de in felici ſucceſſu ipſum criminabitur? ſed & hoc mihi obiiciunt, quòd, ad ægrum ſi vocer, affectũ ipſius ex tempore non dignoſcã, ſed ad illum noſcendum longo tempore opus habeam. Id de me verum eſt. Quod verum illicò & ex tempore iudicant ipſi, ſymbolum id ſtultitiæ & arrogantiæ eſt. Nam exitus demùm docet, quod præcipitanter & perperam iudicârint: adeóque fit, vt indies minùs ſciant, ac ſuum mendacium, hoc pacto ipſi turpiter prodant. Contra verò mihi animus eſt, ſcientiâ aut certitudine indies magis magiſque augeſcere & locupletari. Morborum enim abditorum non tam facilis cognitio eſt, ac colorum externorum. Dum enim patent, iudicatu facilè eſt, quis color niger, viridis, & cyaneus ſit. Illis verò ſi velum prætendas: tum nec ipſe iſtos diſcreueris ac diiudicâris. Nam per velum tranſuidere, id artis eſt: cuius ipſi in totũ rudes & ignariſunt. Quod oculi dictant, id ex tempore cuiuis diſcernere licet. Quod verò oculis abſconditũ eſt, id fruſtrà iudicare molieris eo modo, ac ſi pateret, & foris expoſitum eſſet Exemplo ſit vobis ærarius. Is quomodocunque, aut peritus, aut artificioſus, aut ſagax ſit, ſi mineram quandam primò videt, tamen neſcit, quid nam ſit, quid contineat, aut quomodo tractanda ſit, an torrenda, aut liquanda, an vrenda, aut quocunque modo alio præparanda ſit. Nam primò eius rudimentum facere, & probationes aliquot ſumere cogitur, vt quò euaſura ſit, accuratiùs intelligat. Illa probè excuſſa, & tentamine neceſſario cognita. Poſtmodum, quid de ipſa fieri velit, ſtatuit & decernit. Eadem omnino ratio eſt morborum etiam abſconditorum diuturnorúmque: vt ſubitaneum de ipſis iudicium fieri minimè poſſit niſi id forſan ab Humoriſtis temerè & ridiculè tentetur. Ideoq; iſtiuſmodi affectuum indagatio, pẽſitatio, trutinatio & tẽtatio ſedula nemini vitio dãda

Theophi. cur non omnes ſanet.

Cur multi non ſanentur.

Morborum cognitio difficilis.

Senſuũ iudiciũ vbi certum.

Iudiciũ morborum abſcõditorum difficile.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 303 sur 913

da est. Per tentationem autem morbo probè cognito, situm demùm ad eius sanationem viriliter te accingas, boni Medici officium feceris. Nam aliâ ratione cum morbis procedi minimè debet: Hac vero via Humoristæ in probandis morbis non incedunt. Quæ causa est, vt tot ægros, ad cœmiterium amandent prius, quàm artis neruum teneant: & tamen ne sic quidem ad eius abdita satis penetrant. Hæc facies est ipsorum artis. Et per artifices tales ego me iudicari patiar? Esto: non omnia me posse. Quid verò possunt ipsi, qui putant, nihil momenti alicuius esse, quod à Sole non sanetur, hoc est, ab Auicennâ, à Rabi Moyse, tumultuariâ methodo, vtcunque cedat? Hi nimirum ipsorum Aphorismi sunt: quibus viam compendiariam ad cœmiterium ęgris moliuntur.

Medic. reprehensio.

Quòd, quæ incurabilia sunt, sanare non possum, cur id mihi obiectatis vos, qui tamen nec morbos leues & sanabiles legitimè curare nouistis, qui perditis, quod ego reficere & restaurare cogor? Qui verò equidem præfectum cor, auulsam manum reponere & reagglutinare queam? Quis in naturæ luce vnquam tam potens fuit, vt mortem ac vitam vniret, ita, vt mors vitam acciperet? Nec enim hoc opus naturale est, verum diuinum. Talia cur ego præstare possim, cùm vos ne quidem vulnusculum sanare possitis, in quo tamen nihil periculi est, aut lethale quicquam, nisi quod vos accersitis: Luscitiosi nimirùm estis: quod in distanti est, videtis, & vos ipsosmet non videtis in proximo. Testis mihi vestra conscientia erit, contra quam peccatis, quòd iniquè velare ea cupitis, quæ patrare tamen non erubescitis. Ante vos medicinæ à Deo omnes prostitutæ sunt, quibus sanabiles morbi tolli possunt, quos ipsos vos tamen curare minimè scitis. Cur ergò me vellicatis vos, quod in incurabilibus morbis nihil præstem, cùm tamen ad eos à Deo nobis nulla remedia data sint? sed coronidem defensionis huius accipite. Qui obsecro morbos curabiles sanare queam, si grando pharmacopolia percutiat? Si fulgur culinas adurat, quis de cibis edere possit? Qui pellis sclopetorum glandes arcere, aut lorica frigus aspellere queat? Quomodò ad curationem mihi *Quid* pro *Quo* sufficiat? Nam illo vos ægros plerósque deiicitis. Ac bona fortuna vobis opus est, vt per *Quid* illud pro *Quo* nulli tumultus, nulla latrocinia inuehantur. Quis per aromata adulterina id perficiat, quod genuina & vera sola possunt? Qui per situ corruptas herbas obtinere id possit, ad quos requiruntur integræ & virentes? Quis tolerare potest, vt pro Diagridio succus Tithymalli ministretur? Quis ferat, picem calceatorinam destillatam pro oleo benedicto porrigi? aut pulpam cerasorum cum theriaca permixtam pro Mithridato præberi? Nam si simplicia vestra omnia ac composita excutere pro necessitate aggressurus sim: quo illa sese proripient?

Et hæc defensionis meæ scutum nouissimum sit, tamdiù, donec iniuriis & calumniis nouis irriter. Nam tunc quoque nobis machęra domi erit. Bonos autem ac frugi omnes homines rogatos volo ex conscientiâ syncerâ ac rectâ, vt sensu iniquo hæc mea scripta non iudicent. Ad responsionem & defensionem siquidem me necessitas ipsa compulit. Ita nec Christus obticuit, sed obtrectatoribus restitit. Defendere se ac tueri honestum, imò necessarium est, ne gloria & locus cedatur iis, qui in calumniatrice linguâ præsidium omne collocant. Quibus nisi seriò iretur obuiam, clamoribus suis, ipsi omnes obtunderent, & cum trophæis suis nouas subinde seductiones, scandala, ac flagitia inucherent. Responsionis ergò is modus hic, & finis sit, vt tam præsentes, quàm futuri errores ac corruptelæ diluantur & anteuertantur, ac simul ipsi nugatores, quàm mali pili sint, manifestentur. Sic & mihi animus gestiit, vt me animosè tuerer cõtra vniuersos illos, quorũ cor liuoris exquilijs scatet, vt hoc pacto vtrique vtrinque, quales simus, innotesceremus. *Oportet enim, vt calumniæ ac flagitia inundent. Væ autẽ per quẽ illa introducũtur?* Hoc idẽ dictu est: Necesse est, vt mẽdaces veritati obloquãtur. Væ autẽ illis. Nã mendaciũ per veritatẽ manifestabitur. Si illi sua scelera occulerẽt: ego quoque veritatem de ipsis non proderẽ. Id verò, quia fieri necesse est: mendacia ac flagitia silere non possunt. Væ autem ipsis. Tuum autem officium est, Lector, vt æquo ac candido animo omnia pensites. Sic fiet, vt lectionis tuæ fructum certum omninò sensurus sis.

Defensio sui cuilibet licita.

CONCLVSIO.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 304 sur 913

CONCLVSIO.

ITA ergò, Lector, defensiones hasce meas magnâ ex parte intellexisti, & rem omnem, quantum fieri potuit: modestissimè me tractasse attendisti. Tibi iam integrum est, Marte proprio excogitare, quanta homines leues & futiles iactare & tractare soleant. Potes etiam hinc noscere, ad solos Medicos contentionem spectare. Vnde iam augurari scies, inter qualesnam homines Medicina hodie versetur, & quàm impar id par sit, si Polydorus ac Apollo, cum modernis conferantur. Nam ad hoc spectaculum vel ipsa natura exhorrescere queat. Ipsa enim sagacissima suum hostem multò sentit procliuiùs, quàm canis suum interfectorem. Quo Encomio celebrari Medicina, & quibus honoribus ornari Medicus debeat, id abunde satis ex S. Scriptura patet. Et ratio dictat ipsamet, eam digitum intendisse in Hyppocratem, Apollinem & Machaonem, qui purissimo Medicinæ genio acti prodigia, signa, & opera in entia exhibuerunt, & se lumina Naturæ ipsissima præstiterunt. Quantacunque mea simplicitas est, id tamen assequi facile possum, quod S. Scriptura non intenderit ad eos, qui operibus carent, qui clamosi sunt, qui mercenarios agunt: sed quòd præcipuè innuerit ad hos, qui Machaonis vestigiis insistunt. Ex prægressi colligi facilè potest, ærumnis ac laboribus mundum omnem plenum esse. Mihi tamen dubium non est, quin, si magistratus rerum harum noscendarum studio flagraret, & malum idem perpessus esset, propter charitatem proximi multò acriorem censuram instituturus sit. Laudatissima prouincia Carinthiæ hæc altiùs animo imbibit, ac Mecœnatis munere fungitur, & nostri seculi Hippocraticorum vnicum asylum est, est vnica tutela & protectio. Cui Deus pro heroicâ hâc virtute refundat pacem, gratiam & concordiam in æternum, Amen.

Hippocrates Apollo Machaô puriſſimi Medici.

LIBER SECVNDVS,

LABYRINTHVS MEDICORVM DICTVS.

THEOPHRASTVS HOHENHEIMIVS, &c. HIPPOCRATICIS Doctoribus salutem.

Libri Medici Antiquorum chaos.

OMMODVM mihi iam & tempestiuum videtur, vt quibusnam in dicendo libris vsus sim, tandem edisseram: quò nimirùm hoc pacto multorum exspectationi fiat satis. Scire vos autem, Domini ac amici dilecti, vnicè velim, libros eos, quos tam mihi, quàm vobis vetustas obtulit, ad propositum meum sufficere minimè visos fuisse. Nec enim illi perfecti, sed chaos quoddam confusum & indiscretum fuerunt, quorum lectio auia potiùs, quàm peruia monstraret. Quæ mihi causa quoque fuit, vt illos è manibus excuterem. Interim hoc autem nimis quàm verum est, discipulum sine magistro esse non posse. Ab hoc enim ille vt discat, opus habet. Hinc me cura illa subinde tenuit, vbinam tandem verus Magister degeret, qui sapientiam solidam doceret. Priscos enim scriptores pro his agnoscere inidoneum videbatur. Tandem ergò sic mecum rationem subduxi: Quid, si liber nullus, nullus Doctor sub Sole esset, vndenam tandem disceres? Ac certis postmodum documentis comperi, Medicinam sine omni viuo magistro ratione expeditissimâ addisci posse. Id verò, quo fieri modo, quâ viâ posset: libris quibusdam collectis & hic insertis explicaturus sum, qui rerum & artium omnium inueniendarum, & Theoricæ vniuersalis indagandæ palmarium quoddam fundamentum sunt. Isti posteriùs connectentur: quorum tamen summa hæc est, vt solidè statuatur, hominem ex homine, veluti magistro singulari suam salutem quærere aut captare minimè debere: sed disertis hominibus ex libris fundamentalibus perfectum fieri oportere. Et hoc principium vnicum lumini is naturæ est, quòd homo ex seipso & ratione propriâ promere minimè potest. Homo quidem largitur aliquid: sed illud imperfectiùs. Perfectum alius inuestigari debet, ex scaturigine nimirum illâ, quam omnes homines bibũt. Et licet Deus quidem S. Petro ac Diuis aliis potestatem dæmones eiiciendi, & mortuos resuscitandi largitus sit: hanc tamen ipsi potestatem conferre aliis minimè possunt. Sic pariter nos

Disciplina non est sine magistro.

Medicina ex libris viuis discenda.

quo-

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 305 sur 913

quoq; à Deo & apud Deum ista accipere cogimur. Sic in Medicinâ quoq; homo aliquid largiri potest, sed institutionem tantùm simplicem ac rudem. Perfectum ipsum ex lumine naturæ desumi debet, eo modo, quo Apostoli sumpserunt à Deo. Pro exemplo hoc sit. Apostoli ex seipsis Christũ non prædicarunt, sed ex eo, qui ignitis linguis per ipsos locutus est quem ipsi magistrũ habuerunt. Huiusmodi schola Medicis quoque adeunda est, vt nimirùm lumen ipsius naturæ Medicum instituat ex Philosophiâ, ex Astronomiâ, non homo verò, vt in quo naturale lumen minimè effulgescat. Et hoc vt commodiùs à vobis intelligi possit, decreui libros principes naturæ luminis proponere: vt ex ipsis intelligatis, vbinam schola Philosophiæ fundata sit, & quonam modo genuini illius libri quæri debeant. Quo confecto, deinceps nec mihi, nec vobis opus erit, vt porrò papiraceis libris adhærescamus. Nam cuilibet fanatico præconi si auscultare velimus: vbinam tandem finis, aut veritas impetrabitur? Per hos libros autem seduci nemo potest. Nam in his solis veritas traditur. Hos legite, euoluite. Tradunt ac docent illi, quomodò seruire possimus ac debeamus proximo, non ad damnum, sed ad commodũ. Et hisce vobis, quicunque estis, aut eritis pastores corporum, commendo vnicè illustres ac laudatissimos proceres Archiducatus Carinthiæ, vt ipsis de naturali omni auxilio, in vobis quod erit, fidelissimè prospiciatis, ac singulariter quidem ex eâ propensione, quâ in vniuersum ægros quoslibet vbiuis gentium ereptos & sanatos optatis. Illius memores estote, quod Deus locutus est: Vir sapiens non aspernabitur Medicinam. *Ibi enim Deus præcipuè, & operatur, & habitat. Dabam Cal. August. Anno salut.* 1538.

Institutio perfecta ex lumine Naturæ est.

Libri Naturæ luminis quid tradunt.

PRÆFATIO
IN LABYRINTHVM
MEDICORVM ERRANTIVM
Doctoris Theophrasti Hohenheimij.

QVi *in errore versantur, hi incerto passu quocunq; feruntur, nec quo se tandem conuertere debeant, exploratum habent. Cùm verò errores sedulò cauendi sint: operæ pretium est, ex errorib. reduci ad viam rectam, qui prauè ambulant, & curari, ne alij subindè atque alij iisdem auiis incidant. Hoc modo Labyrinthis implicita quoque est (vt ita dicam) Religio Medicinæ. Errare & simul scire, boni intellectus est. Sed errantium hutusmodi duo genera sunt. Qui errant, & nec ad Monoculum, nec portam, seu introitum remeare possunt: si cœcorum more oberrant, qui tramitem nullum nouerunt. Hi circumeunt quærúntque, nec finem vnquam inueniunt. His via merus Labyrinthus est: ac quærunt, vbi nihil est, & inueniunt, quod non est, & quod nihil est. Alteri ad ipsum vsque Labyrinthi centrum penetrant, quod si attigerunt, iam Monoculum (quẽ Minotaurum vocant) inuenerunt. Is inuentus Rex fit eorum omnium, qui intus restant ac remorantur. Ibi ergò Monoculatus cum suâ scientiâ glisscit ac dominatur. Error autem omnium grauissimus est, quem ars facit. Et qui in sapientiâ incerti ambulant, hi labyrintho intricatissimo inuoluuntur, quos tandem tenebræ obruunt.*

Religio Medicinę Labyrinthæa.

Errantium duo genera.

Minotaurũ in centro Labyrinthi.

Hi autem per errores suos experimenta multa colligunt. Ambagibus enim obuiis omnibus se passim insinuant, nec tamen portam vnquam peruadunt. Qualis error plus vertiginis & bilis ciet, quàm si eatur in longum seu directum, versus stellas tenebrosas. In huiusmodi labyrintho inueniunt Experimenta experimentorũ, & fatuos omnes labyrinthos alios. Qualis Magister, talis discipulus. Qualis faber tale instrumentum: Qualis ars, tale opus. Et quicunque sub Minotauro, qui Monoculus est, habitant, cœci sunt. Eodem modo cœca etiam oportet esse ipsorum studia, doctrinam, opera, speculationes, sapientiam, scientiam, praxin, & visitationes. Sic ergò sine oculo Labyrinthum ingrediuntur. Ita, quod non videt oculus, nec ipsi vident. In hoc errore id insuper adhuc grauius est, quod etsi quidẽ viderent, & Minotauro similes essent, is tamen solus sit, & negotij satis datum sibimet habeat in eo, ne in errorem ipse quoque inducatur. Ita cæteros dimittit. Vnicus enim oculus ad vnum latus saltem peruadet. Alter cœcus est.

Errores in artibus quàm grauea sint.

Iam verò in artibus, in sapientiâ & scientiis errare, videte quàm difficile sit & periculosum. Huc enim qui semel inciderunt, retinentur vsque dum ad verum ac genuinum introitum remeârint. Et in hoc labyrintho aliquot mille discurrunt, qui se tamen expedire minimè possunt. Medicinæ laudem sibi quoque Iudæi arrogârunt: & ad mendacium hoc nec dum quidem erubescunt, quòd penes ipsos Medicina sit antiquissima. Ex nationibus quidem

Iudæi Medicinã arrogant aui.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 306 sur 913

vniuersis ipsi nebulones omniũ antiquissimi existunt. Quid verò, & qualis ipsorum medicatio est? Quid sciunt? quid præstant? quid ex libris suis hauriunt? In opere nihil sciunt. Imposturas exercere norunt. DEO ipsi semper, & eius filio aduersati sunt: & idem iam quoque faciunt. Et quî quæso tanta Naturæ gratiâ polleant illi, quam DEVS tamen ipsis subtraxit, & illos ignominiosos contemptósque homines fecit. Velut & infectos, ac tam corpore, quàm opibus pollutos eos vnà vniuersis reddidit, qui suâ protectione ipsos fouent, aut quicquam cum illis negotij habent. Boni quicquid norunt, id ab extraneis est. Non enim ad medendum illi educati, aut à Deo ordinati sunt, sed ad colendum Deum, & ad ipsi seruiendum. Hæc fuit ipsorum vocatio. Præter hoc, quicquid vspiam vlterius conati sunt, dolus ac impostura mera fuit. Medicina data gentibus est. Hæ medicorum primæ & antiquissimæ sunt. Hinc factum est, vt Græci in Medicinam certatim irruerent, ex caussis multis & variis. Sed in mendacijs adèo profundè mersi sunt: vt post Arabes ipsi quoque eandem prouinciam subire tentarint, velut & Nationes vniuersæ cæteræ. Exitus tamen iste fuit: quò plùs sapientiæ, eò plùs labyrinthi. Intellectus enim humanus nihil erogat aut largitur. Is solus dat medicinã, in cuius ea manib. posita est. Tandem postremi quoque & nouissimi accesserunt, labyrinthum hunc & ipsi obtrituri. Et factum est, vt nouissimi inuenirentur optimi. Primi enim frugi non fuerunt. Salus porrò penes postremos est. Extra hos de illâ actum est. Vt ergò labyrinthum hunc explicarem ac detegerem, & veram eius originem seu principium monstrarem, præsumpsi libros eos proferre, ex quibus intricatæ ambages cognosci ac discerni possent, ac aditus seu introitus statueretur expeditus non ad Monoculũ Minotaurum, sed ad illum trinoculum, vnâ Deitate concluſum. In huius viis stare & ambulare debemus. Et hoc qui facit, beatus est. Qui beatus est, is errore caret ac dolo, nec cor eius impostura vllâ occupatum est.

Medicinam nationes vniuersæ arrogant.

Medicina à solo Deo.

THEOPHRASTVS
LECTORI S.

CVM de me fama passim spargatur, Lector, quasi is ego sim, qui in Medicinam veluti in messem alienam falcem immittam, & non, prout deceat, per rectum ostium ingrediar: æquum est, vt accusationem hanc tempestiuè diluam. Id hoc discursu facio. Dicant illi mihi, quidnam sit per ostium rectum ingredi in medicinam? Virum per Auicennam, Galenum, Mesuen, Rasim, &c. an per lucem ipsius naturæ? Hic enim gemini introitus patent. Alius prænominatorum librorum est: alius est ipsius Naturæ. Iam ergò discretione ac iudicio opus est, quodnam ex his ostium intrandum sit, quod minùs. Genuinum autem ostium Lumen est naturæ solum. Alterum descensum per tectum præbet. Hæc enim duo sibi inuicem non quadrant, non conueniunt. Aliud enim sunt codices scribentium, aliud est Lumen Naturæ: aliud Lumen Apothecariorum & his similia. Istæ ergò vniusmodi cum non sint, & tamen necessarium videatur viam vnam esse: consentaneũ est librum eum legitimum & autheticum existere, quem Deus ipsemet conscripsit, dictauit, & congessit. Cæteri autem libri, qualiacunque aut consilia, aut opiniones pro suo modo præstituant, ipsi Naturæ in hoc mihi derogant. Hoc tibi, Lector, sedulo repetendum est, à solo quodam ac vnico Medicinam progredi, nempe à Deo. Ab ipso enim principium & fundamentum omne dimanat. Ipsemet testatur etenim, quòd medicinam mirabiliter creârit. Hoc quid est aliud, quàm quod dicat. Solus equidem medicinam in librum descripsi: ibi quære & lege, ibi reperies eam. Vir autem sapiens eam non aspernabitur, sed si ex Deo est, illâ omnino vtetur. Nemo enim sapiens est, nisi is, cui opera Dei abominationi non sunt. Qui autem abominatur medicinam, in hoc nec Deus, nec medicina habitat. Vbi enim sapientia Dei abest: tum nec is adest, ex quo illa procedit. Sic enim si velis fieri Medicus, medicinam primò ibi quæras, vbi ea est, si sapis: nec eam ex teipso indages aut inuenias. Ea enim Rhetorica non est, non partes orationis. Hinc desume illam vbi descripta est. Sic non errabis. Et descriptos hos libros omnes euolue. Quicquid cum luce naturæ concordat, id bonum ac durabile existit. Cum eâ autem quod non conuenit, merus Labyrinthus est, certum nec introitum, nec exitum habens. Multis quidem persuasum est, se ex ipso naturæ lumine scripsisse. Sed nihil est. Aliquid quidẽ præstiterunt: sed labyrinthum præmaturè ingressi sunt. Mihi verisimile fit, ipsos aliquid ab iis mutuatos esse, quibus gratiam hanc Deus contulit. Hos illi suppresserunt, & margaritam in labyrintho inuenerunt. Nam porcis obiecta erat. Sic ergò in legendo tegere, vt genuini libri primò Medici primò legantur, in quibus vera omnis medicina traditur. Is solus Medicus illuminat: & absque ipso nihil est.

Via quæ recta sit ad Medicinam.

A Deo vt omne bonum, sic & Medicina.

Sapiens quis?

Sapiens medicinam admiratur.

CAP.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 307 sur 913

CAP. I.

De primo & ſupremo Medicinæ libro, ex quo Medicus quilibet artem ac experientiam ſuam deſumere debet, qui ex vnico ſpiritu procedit.

Sapientia quid?

PRIMVS ac ſummus omnis medicinæ liber, Sapiẽtia vocatur. Sine hoc libro nemo quiſquam quid boni & vtilis expediet. Sapientia autẽ eſt ſcire, non opinari: vt quis omnia intelligat, & cum ratione tractet, vt vna ſcientia, vnus intellectus ſit, carens ſtultitiâ & fatuitate, carens errore & dubitatione. In eo libro principium continetur & veritas, & rerum omnium cognitio. Ex cognitione enim res vniuerſæ gubernãtur, diſponuntur, & in ſuam perfectionem deducuntur. *Liber autem iſte Deus ipſe eſt.* Penès ſolum etenim illum, qui vniuerſa creauit, ſcientia ac principium rerum omnium habitat. Per ipſum prudenter verſari ſcimus in iis omnibus, in quibus ambulare debemus. Sine ipſo nihil pro æquo rogare, ſtatuere & impendere nouimus. Sine ipſo omnia ſtultitia ſunt. Quemadmodum Sol deſuper nos illuſtrat: ſic artes omnes deſuper in nos transfundi debent. Quid enim ſapientia eſt aliud, quàm ars quædam, per quam quilibet ſuum donum ac officium ſciat & cognoſcat. Vt diem ac noctem, æſtatem ac hyemem ex nobis producere non poſſumus: ſic multò minùs illud ex nobiſmet ipſis depromere ſcimus. Et licèt ipſa quidem medicina naturalis ſit, hoc eſt, apud nos in terrâ inueniatur, velut argẽtum viuum, Guaiacum &c. eadem tamẽ nobis à ſupremo illo libro monſtrari debet, ex quo diſcamus, quid in medicinâ ſit, & quomodò id inſit, qualiter id ex terrâ deſumi debeat, quomodò morbis, & quibuſnam adhiberi oporteat. Corpus enim medicina non eſt, ſed eſt terra. Medicina eſt id, quod in corpore inexiſtit, quod terra, ſanguis, caro non nouit. Vnde ſequitur, oportere medicinam ex ſpiritu eo promanere, qui in homine eſt. Qui ex eo eſt, ad quem redit, is verus demum Medicinę diſcipulus eſt. Patet ergò, doctrinam & cognitionem primam eſſe hanc, vt *ômnium primò regnum Dei quæramus.* Hic conditus theſaurus eſt: hæc ſchola eſt principij ſapientiæ vniuſcuiuſque hominis in ſuo officio. Hinc cætera omnia nobis depromuntur. Si enim quærimus, & pulſamus, & in regno Dei precamur, quid eſſe poſſit nobilius? Terreni enim nos omnes ſumus, nec ex terrenâ hâc ſcholâ quicquam aliud quã ſtultitiam auferimus. Ideò docemur, vt quæramus & diſcamus in regno Dei, in quo omnes ſcientiæ conditæ ſunt. Et hãc doctrinam medicus conuellere nemo poſſit. Qui ſi fors putet, naturam in regno Dei non eſſe conditam: perperàm omninò ſentit. Nam ea ex Deo procedit. Et licèt quidem infidelis aliquis Medicus ſit ſine quæſito regno Dei, perpetuò tamen verum manet, ſine Deo nihil fieri. Spiritus animat & vegetat, vbi vult: nemini proprius eſt, motu fertur liberrimo. Ideò ipſum quoque medicum ab illo ſua principia deſumere oportet. Et ſine ipſo nihil aliud eſt, quã Pſeudomedicus, errabundus & vagi volacíſque ſpiritus. Si veritatẽ artis diſcere ſatagit, hunc ipſum omninò introitũ parare neceſſe eſt. Hãc enim niſi introeat, aſſiduò quidẽ magis màgiſq; diſcet, ſed ad veritatis finẽ nunquã penetrabit: ſicût de his Paul⁹ diſertè tradit, ac vniuerſos docet, ex quonã quilibet ſuã ſcientiã deſumere debeat. Si cui etenim Medico ars deeſt, aut ſapientia, quærat eã, ſicut Apoſtolus Iacobus docet naturales virtutes & abdita myſteria ex Deo cognoſcere & indagare. Nemini autẽ hoc mirũ aut indignum videri debet, quod àme dictũ eſt, *Deũ ipſum primũ librũ eſſe.* Nã quis nouit opus meliùs, eo, qui id fecit? Hic vnus operis efficaciã demõſtrare nouit. Quis verò medicinã fecit, niſi ſolus Deus? Quis alius eſt, qui eã nouit, niſi ſolus Deus? Sic ergò illa ex Deo defluit, ſicut calor à Sole, qui flores producit. Ita noſtras quoque ſcientias ex Deo manare fas eſt. Sic ergò audacter dicito: Quid vſpiam in terrâ inuentum eſt, quod à Deo ad nos non pertigerit? Is omnia ſuis manib. incluſit. Quæ ſi ex manibus illius excutere volumus, tunc precando, quærendo, & pulſando id fieri omninò oportet. Et hæc via ad hanc ſcholam ducit. per vim enim, ac furta, hic impetrari nihil quicquam licet. Is enim, qui præcepit nobis rogare panem quotidianum, hoc ipſum quoque ſollicitare nos iubet,

Deus ſapientiæ fons.

Medicina à quo imperti tur.

Medicina terrã non eſt corpus.

Doctrina colectis quodna præceptũ primum.

Deus ſol⁹ medicinam fecit.

A Deo qui omnia impetrãda.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 308 sur 913

quòd pane maius & præſtantius eſt. *Non enim in pane ſaltem noſtra vita conſiſtit, ſed & in artibus & ſcientiis, quæ ex ore Dei procedunt.* In ipſo nos ſaturari decet; & hanc ſatietatem, diuinam; alteram verò ventris, lethiferam putare conuenit. Scientes enim & ſapientes in regno Dei inſtar Solis fulgebunt. Hanc autem doctrinam à Deo procedere oportet Sic *vnumquodlibet donum à Deo eſt*, qui nos orare, quærere, & pulſare iubet, ac ſimul dare promittit, quicquid in nomine eius rogaturi ſumus. Vnde liquet, nobis pro panibus non lapides, aut ſerpentes datum iri, ſed multò quid præſtantius. Hoc ergo iam quiuis Naturalis ſcholaſticus ſciat, ſibi iſto modo naturam omninò cognoſcendam eſſe. Hoc enim quod loquitur verbum, *Diſcite ex me*, accuratè implendum eſt: aut fundamentum veritatis nullum proditurum eſt. Sine ipſo enim quicquid inuenitur, id omne cæcitas eſt, & tenebræ ſine lumine. Hâc nimirum ratione ſecreta & myſteria naturæ in nos deſcendere oportet. Hoc ritu magnalia Dei nobis panduntur. Hoc modo naturæ arcana prodeunt per eum, qui ea in naturam cõdidit, quíque gaudet, quoties ex illâ diſcimus, & Scripturam diuinam indagamus, hæc omnia nobis patefacientem. Is ſi volucri vagæ ſuum victum præbet: quantò id magis nobis faciet, qui ad ipſius ſimilitudinem facti ſumus? Quid enim auicula aliud habet, quàm quod à Deo accipit? Bona enim omnia deſuper de cœlo veniunt. Quo in libro ſi probè verſati non ſumus, tum videntibus oculis cœcutimus. Hiſce de cauſis cõſultum mihi viſum eſt, vt libros Medicinæ indicarem priùs, quàm de puſtulis, ſeu lue Gallicâ ederem: vt nimirùm hoc pacto primus ac genuinus liber, in quo omnia Elementa prima ac principia, ad finem optimum & perfectiſſimum ducentia, condita ſunt, exactè cognoſcantur: ac vt per rectum oſtium, non per tectum in Medicinam introeatur, ſicut Humoriſtæ tranſuerſim irrumpere ſolent, & librum hunc pro nihilo cenſent. Quod ipſum ex hoc nimirùm patet, quia primò theſaurum eum quærunt, quem rubigo edit. Quibus ob id rubigo etiam confertur. Quale enim vnuſquiſque quærit, tale impetrat. Ac vbi tuus theſaurus, ibi quoque cor tuum eſt. Nam & hîc voti tui compos ſis. Ideóque etiam violenter dictum Pauli corripiunt. Interim nihil quicquam aliud agunt, quàm quòd ſubinde & indefinenter diſcunt, & tamen ipſam veritatis artem nunquam aſſequuntur. Et hæc dicta in illos ſint, qui non Dei, ſed mundi regnum quærunt.

Sine Deo omnia tenebræ.

Humoriſtæ medici notantur.

Vbi theſaurus hominis, ibi eius cor.

CAP. II.

De ſecundo Medicinæ libro, Medico euoluendo & legendo, videlicet de Firmamento.

MIrari, aut indignari non debetis, quòd ad libros papiraceos vos nõ amandem, ex quibus medicinæ principia perdiſcatis. Huius enim rei ratio conſideratione digna non eſt. Scribunt ac commentantur mixtim boni, mali, errones, fanatici, & tam praua, quàm proba in vnum chaos congerunt, bonúmque malo deprauant, támque miſcellam fœdam & inconditam faciunt, vt, qui in fluctus illos ſemel incidit, ad tranquillum iterum mare eluctari haud facilè queat, omnéſque certatim vno ſtudio hoc moliuntur, vt per plumas alienas ſeſe attollant, & noua ſubinde alia aliis addant. Per ſcribentes hos Medicina tota corrupta & contaminata eſt, vt iam papiracei illi libri fidei reliquum nihil habeant. Et licèt quidem fors aliquis vnum aut alterum experimentum habuerit: tale id tamen fuit, vt per illud magis ſeduceretur, quàm inſtitueretur. Et ſtylus ipſe teſtatur, magnam ſimplicitatem cum inſcitiâ iunctã in Medicinâ concurriſſe. Itaque vos ſcire decet, longè alios ac diuerſos proſtare, ex quibus medico diſcendum eſt, ac ex quibus verum fundamentum dimanat. Et ſine libris huius veri principij, cætera omnia mortua litera exiſtunt, hoc eſt, ægtos procliuiùs ad mortem præcipitant, quàm ad ſanitatem prouehunt.

Cacoethes ſcribẽdi taxatur.

Cæterùm iam ad ſecundum librum Medicinæ, qui Firmamentum eſt, attendite. Hæc in legendi ordine ſuccedit prædicto primo. Si enim, quemadmodum dictum, regnum Dei quæſituri eſtis, cætera omnia vobis adiicientur. Sic adiectamentum aliquod hoc etiam eſt, in quod nos deducit, qui in Lumine naturæ ſubſiſtit. Sicut per literas in librum integra doctrina ita inſeri & deſcribi poteſt, vt eam qui-

Firmamẽtum eſt liber, & qui.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 309 sur 913

quilibet legere & cognoscere possit: ita in firmamento quoque liber positus est, qui docet & explicat ipsius virtutes, & doctrinam commonstrat. Non quòd per Alphabetum suam originem res omnes sumant: sed quòd origo ea planè nulla sit. Illud, quod in Alphabeto comprehenditur, extrinsecùs Alphabeto aduenit. *In firmamento autem ipsa origo & litera ipsa res vna sunt*, Exemplum. Arbor, quæ hic stat, etiam sine Alphabeto nomen arboris habet, nec Alphabeto indiget. Sed suo ipsius indicio testatur quid sit, quid ferat, quid in se habeat, ad quid conducat, sine omni papiro, atramento, ac pennâ. Sicut ergo arbor seipsam describit, nósque docet, quid, & qualis sit: ita cum libro Firmamenti quoq; comparatum est, ex quo origo seu principium Alphabeto ipsi confertur. Quia verò idem aliter atque aliter homo tum dat, tum accipit: ideò iam liquet, quòd ne quidem vero ac genuino turò credi queat, nisi id per hunc secundum librum probetur, non secus ac aurũ per antimonium. Et qui hunc non edidicit librum, is medicus nec esse, nec dici potest. Hoc enim munus ac officiũ Medici est, vt quemadmodum quis librum in papiro legit, sic pariter firmamenti stellæ legantur, & velut literæ colligantur, & tandem ex collectis verbis sententia exstruatur. Sicut enim cuilibet verbo sua peculiaris vis est, & tamen id in seipso sententiã non habet, cũ illa per plura & perfecta vocabula integretur: sic ipsas quoque in firmamento stellas colligi, & firmamentalem sententiam, hoc est, vniuersum fundamentum in vnum iungi & exstrui necesse est. Et sicut ex epistolâ, è distantissimis locis acceptâ, mittentis animus capi & cognosci potest: ita pariter epistolæ modo ipsius firmamenti sensus ac animus nobis enuntiatur. Iam ergo vos medici de inueniẽdo tabellario idoneo, illuc qui eat, & inde redeat, sedulò dispicite. Et hâc ratione liber hic medicinæ secundus aperiri & legi debet. Iste liber neminem fallit: nec scriba falsus illum confecit. Descripsit eum iste, qui ad docendum non papiro nullâ opus habet. Nec enim is ignorauit fore vt Pseudomedici surgant aliquando, qui calamo sinistro scripturi sint.

Et talis via est medicinam studendi. Talis liber est Academiæ Medicæ. Talis descriptor Medicinæ, est. Tales morbi deprehenduntur in principio ac fine. Quòd siquidem liber hic firmamenti in papirum illinatur: se tamen non secus ac vmbra parietis, aut imago speculi habet, ex quibus cognitio perfecta nulli dari potest. Qui verò cognitionẽ perfectã desiderat, is opus habet, vt oculos defigat in eum, ex quo vmbra aut imago in speculum traiicitur. Illum si recta intuearis, non falleris, nec speculo opus habes, cùm viuum ac prototypum ipsum videas. Ex viuo enim principium ac fundamentum oritur. Sic ergo libri penna descripti in medicinâ perfecti non sunt, sed tales sunt, quales vides: hoc est, nulla arbor ex pennâ seu scripturâ, sed ex seipso nosci vult. Nec enim externum arboris noscendum est. Quod internũ existit, id arbor est. Cibus cibus non est, antequàm sanguis & caro fiat: tum demùm rationem cibi habet. Quod os edit, cibus non est: quod autem sanguis ac caro edit, cibus est. Sic nobis non ex speculo discendum est. Quod enim noscendum est, in speculo non existit. Et hæc natura ac ratio librorum est, firmamentum verò vnicum est. Paulò plusquàm ignominia ac probrum est, quòd in his libris Medicinæ legitimis Medici tam obstinatè studere nolunt, sed in fictitiis aliis libris inutiliter tempus omne deterunt, quorum litera tamẽ mortua, ac sententia ipsa exanimis est, sicut opera ipsorum de hoc quoque testantur. Nec enim hoc apud se expendunt, quòd si quis dicat, *Iste liber medicinæ falsus est*, ipsum verum esse nullâ aliâ probare ratione possint, quàm per solam illam literam. Si liber probari debet: debet ex eo omninò probari, ex quo est. Sic Euãgelium ex Christo, ex Christo est: & naturalis liber ex natura, ex naturâ est. Si ergo iã naturalis liber firmamenti cognitus minimè est, quomodo is per imaginem speculi & vmbram probari queat? cùm non cognoscatur illud, ex quo imago procedit? Quis alius tignarij esse liber possit, quàm securis & lignum? Quis alius cœmentarij, quàm lapis & cœmentum? Sic pariter, quem alium habere librum debeat Medicus, quàm hunc ipsum, qui homines & sanos & ægros facit? Cognitionem hanc omnino manare necesse est ex eo, ex quo est, secundùm quem ipsã quoque speculi imago censeri debet. Iste liber corpus est: hoc legendum Medico est. Quod enim Christus inquit, *vbi corpus est, ibi congregari aquilas*: dictum hoc ipsi quoque lumini

Librime dici penna scripti imperfecti.

Medicorum peruersitas.

Vbi cadauer, aquilæ: vbi artes, ibi artifices.

Cur libris hominum credi nõ possit.

Firmamento literæ. stellæ.

Firmamenti liber à Deo scriptus.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 310 sur 913

naturæ accommodari poteſt. Nam vbi medicina eſt, ibi quoque congregantur medici. Si ergò vnumquodlibet ad ſuum cadauer properat, & ex eo ſaturatur: neceſſe quidem eſt, ipſum firmamentum librum eſſe, in quo cadauer luminis naturæ iaceat. Vbi artes: ibi artifices quoque congregantur. Sic medicina & artes corpus ſunt, & firmamētū eſt pars corporis. Ideò ad corpus & locum illum congregari medici debent. De hoc ergò ſecundo libro ita iudicate, fas minimè eſſe, vt carraceis illis libris acquieſcatis, quos vnuſquilibet velut ventus arundinem pro ſuo arbitratu verſat, flectit, & diſſicit: ſed penetrandum & pergendum eſſe ad verum principium ac fundamentum (ſicut ipſæ quoque aquilæ ad cadauer aduolant) vnicuilibet ad ſuum cadauer, à quo cibetur, vt artis plenam ſaturitatē ſeu cognitionem adipiſcatur. Et ſicut imago ſpeculi docere ac fundamentum demonſtrare minimè poteſt: ſic multò minùs calamus verum principium aut fundamentum ſtatuere poteſt. Ideò oculos aperite, & operam date, vt ad verum cadauer aduoletis.

vbi cadauer aquilæ:

vbi artes, ibi artifices.

CAP. III.

De Medicinæ tertio libro, cuius corpus in Elementis conſiſtit.

PRæter hæc verò dicta hactenus, cōuenit etiam medico ſanitatem & morbos Elementorum nouiſſe. Elementa enim & homo cognitione multo arctiore deuinciuntur, quàm vir & fœmina. Id facit concordātia vnionis, quam Elementa cū homine habent, & viciſſim diſcordantia, quæ inter virum & fœminam eſt. Et quia vna ſanitas, vna infirmitas, & coæqualis actio vtriuſque eſt: ſciendum eſt, quænam ipſorum conditio ac natura ſit. Ea enim qualis in externis mundi Elementis exiſtit: talis intus quoq; in homine eſt. Hic enim vna eſt actio. Nam quemadmodum ex terrâ arbores ſuam ſatietatem & proprietatem accipiunt: ita ſimiliter & homo. Et veluti videtis, ex terrâ flores, & res varias enaſci: ſic & ex aquâ mineralia: ex chao Ros & Pruina, ex igne Meteoricæ impreſſiones producuntur. Sic & in ipſo homine 4. Elementa eſſentialiter inexiſtunt, & in illis ſimiles omninò ſpecies & generationes fiunt. Qui ergò exteriora non cognouit, velut ex libro, in quo ſtudere Philoſophum decet: is nec interiora noſcet. Quemadmodū ex altero libro Aſtronomicus medicus fit: ſic hic Philoſophicus Medicus ex libro Elemētorum gignitur. Quid is enim interiùs, hoc eſt, in homine, nouiſſe queat? Homo enim eſt corpus Phyſicum: & Elementa ſunt corpus Limi. Et corpus Phyſicum oritur ex Limo. Vnde etiam Limi eſſentiam retinet, ſicut filius eſſentias patris in ſanguine ac carne, veluti id homini conuenit. Propterea cùm quatuor Elementa Matrices ſint Phyſici corporis, & naſcentium terræ, ac mineralium, & Tereniabin, impreſſionumque, ac ex ipſis tam mala, quàm bona, tam ſalubria, quàm inſalubria, pura, impura, ſpinæ ac roſæ, aurum ac talcum, grando & ros, manna & nebula, &c. enaſcantur: idem eodem modo in homine quoque euenit, vt in quouis ineſt virtus cardui, & lilii, & argenti viui, & auripigmenti, & cæterorum. Et ex ipſo ſimiliter omnes quoque procreationes iſtiuſmodi procedunt. Hæ ergò iam ſunt infirmitates hominis, vt Medicus illas generationes omnes ſciat ac cognoſcat: & non ex phyſico corpore primò: ſed primò ex corpore Limi: poſteà ex phyſico corpore, ita nimirùm, vt corpus limi literam exprimat, & verbum integrum faciat, & verba coniungat, vt ſententia gignatur, hoc ſcilicet modo, quídnā ſphęra terrea in phyſico corpore ſit, quid cardiaca Phyſica in corpore Limi exiſtat, & ſic deinceps de cæteris omnibus, eo tamen perpetuò ſeruato ordine, vt corpus Limi præcedat phyſicum, & ex geminis iſtis, veluti per atramentum & calamum textus ſimul & gloſſa procedat. Hæc ſcire omnia decet Medicum. Ac quemadmodum pili noſtri capitis à Deo numerati ſunt: ſic æquè præcisè medico tam morborum, quàm ſanitatis generationes innumeratiò eſſe debent.

Iam verò *Elementum quodlibet in tres partes diuiſum eſt*: quæ tamē omnes vnius apparentiæ, formæ, coloris, figuræ, & rationis exiſtunt: nimirùm *in Salem*, qui Balſamum quoque dicitur; *in Reſinam*, quæ ſulphur etiam vocatur: & *in liquorem*, quem etiam Gotaronium vocant. Ex hiſce tribus vniuerſa pronaſcuntur, nimirùm procreationes elementorum corporis Phyſici. Hæc tria vnumquodlibet corpus conſtituunt; ac corpus quodvis nec plura, nec pauciora tribus habet. Tria hæc generant metalla; tria hæc gignunt mineralia: tria hæc lapides, ligna, herbas, & naſcentia omnia tam animata, quàm

Elemēta & homo quàm arcte cohærcant.

Elemēta in homine eſſentialiter ſuſtant.

Elementa ſunt corpus Limi.

Elemēta matrices corporis phyſici.

Sanitatis & morborum ratio exactiſſime noſcēda Med.

Elemētorum partes, Sal, Reſina, Liquor.

Tria dicta, vniuerſa cōſtituunt.

quàm non animata conſtituunt. Ipſorum tamen alia eſt natura ad metalla, alia ad carnem & ſanguinem, alia ad ligna. Quę tamen omnia medicus minimè æſtimat, ſed interiora reſpicit, quæ ipſi pro ſubiecto ſunt. Et ex Elementis ipſa naſcuntur.

Quæ ex quo Elemento naſcantur.

Sciendum iam ergò vobis eſt, quòd quatuor hæ matres tali ratione & conditione in homine gignant: nimirùm ex Elemento terræ producuntur ſuæ ſpecies: ex Elemento aquæ ſuæ ſpecies: ex Elemento ignis ſuæ ſpecies: ex Elemento chaos ſuæ ſpecies. Quemadmodùm ergò ex terrâ naſcitur *flammula & Mandragora*, quæ cõtrariæ naturæ ſunt quidem, & tamen ex matre vnâ gignuntur: ſimili planè rationi & morbi in homine ex Elementis producuntur. Nec dicendum eſt, ex Elemento terræ nihil niſi frigidum & ſiccum prouenire. Et ſic ſimiliter etiam de Elementis cæteris intelligendum eſt, quòd ex aquâ non ſolum aqueum, aut ex aëre ſolum aëreum proueniat. Nam multa etiam præter naturam matris ſe habẽtia emergunt. Quis enim dicat, matrem in ſeſe harum rerum complexionem cõtinere? Nemo. Vbi complexiones enaſcuntur, ibi complexio non inexiſtit, ſed procedit ea ex temperamento. Ac temperamentum ipſum in ſeſe continet omnes complexiones, gradúſque, quos tamen nondum quiſquam numerauit, aut in Algoriſmum retulit. Inſunt enim illæ temperamento, quemadmodũ formæ in ligno. Quaſcunq; formas eligas, eas ex ligno ſculpere poſſis, ſeu ſtatuæ ſint, ſeu aliud quiduis. Eadẽ etiá ratio eſt corporis, quod cõplexiones promit, cùm id tamen cõplexio non ſit. Æquũ verò eſt medicũ iſta intelligere, hac de cauſa, ne fors alicubi qualitatibus & humoribus inhęreat: ſed elementa ipſa, ſeu matrices, horum procreationes, ac ſpecies indicet, non humores. Non, vt dicatur, cuius humoris? Melancholici. Nam Melancholia nihil eſt, niſi fatua, inſana, & phantaſtica infirmitas, haudquaquã verò quatuor iſtorum Elementorum columna. Sic nec hoc ita quærendum eſt, cuius complexionis? Cholericæ: verùm Calidæ Sectæ. Nec enim vel cholera iſtorum quatuor columna eſt, verùm eſt morbus. Ita nec hoc quærendum eſt, cuius qualitatis? ſanguineæ. Neç enim ſanguis ex quatuor columnis vna eſt, ſed ipſum corpus venarum, ſicut vinum in dolio. Nec ita quærendum: cuius Naturæ? Phlegmaticæ. Cùm enim phlegma mucus narium ſit: quid id ad ventrẽ? ſed hoc modo quęrendũ potiùs eſt: Cuius Elementi? Aquæ, Terræ, Ignis, Aëris. Ita enim ſubſiſtit reſponſio. Vt, ex quonam Elemento natus morbus eſt? Ex igne, non cholerâ: ex terrâ, nõ Melancholiâ: ex aquâ, non phlegmate: ex aëre, non ſanguine. Hæc nimirùm quadrant, non illa hoc eſt Melancholicum, cùm nec ipſi cœlo, nec terræ de Melancholia quicquam conſtet: Hæc eſt cholera, phlegma, ſanguis, &c. cùm in ſuo proceſſu ipſa natura horum nihil vnquam nouerit. Hoc ergò modo ſi Medicus Elementa ipſa perdiſcit, in generatis omnes facilè morbos inuenit, quibus hominem occupari accidit. Et qualis ipſa flammula eſt: talis quoque flammulæ morbus. Quid ergò opus eſt, multos paſſim te peruolitare libros, & de veſicis, vndénam fiant, perquirere? Si, vnde linum paluſtre, vnde vrtica, vnde meloues, vnde plumoſum naſcatur compertũ habes: tunc ſingulorum quoque morbos ac ſpecies cognoueris. Hic verò vbi tua cholera aduſta & melancholia? Ex generatis procreatis, & filiis filiabúſq; Elemẽtorum corpus Phyſicum in ſuo morbo cognoſcere, & ſpecies in ſpecie, materiâ ex materiâ, hominem ex Elementis diſcernere & iudicare debes. Et quos generata in naſcentibus primis morbos exhibent, hi Medico perdiſcendi ſunt. Nam per librum quatuor Elementorum deſcriptum hominem reperiet, non expreſſum in papiro Medicorum voluminum, ex libro Elementorum minimè productorum. Nemo ex ſe librum aut textum condere poteſt. Natura textum facit: huic Medicus gloſſam addit. Iam vide, qui quadrent, tua gloſſa, & Elementorum textus? Sic nimirùm, vt canis & balneum. Ita ergò tuam deſcriptionem ſumito, qualem Elementa in ſeſe habent, corpus ſcilicet quodlibet pro ſuâ naturâ & conditione cenſendo, prout magnalia Dei ordinata & ornata ſunt. Nam quod lignum putrefacit, id putrefacit etiam hominem. Et quod vermes in homine gignit: idem eos gignit etiam in fructibus. Hac nempe ratione in ſcholâ diſcendum iſtâ eſt: vbi Medicina traditur, ſecundum lucidam veritatem, non intricatas ambages.

Contraria ex vno quoque naſcuntur.

Humores explodũtur.

Cholera eſt morbus.

Morbi quomodo & vnde cognoſcendi.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 312 sur 913

CAP. IV.

De libro physico, ex quo Physicum corpus in Microcosmo cognoscitur, hoc est, de libro Anatomiæ maioris.

DEinceps autem Medico quoque sciendum est, quàm variæ species corporum in vno Physico corpore existant: postquàm nimirùm librum tertiũ edidicit, & ex illo cognouit, quæ vniuersorum Elementorum ratio, natura ac conditio sit. Hoc facto, Monarchiam istá mundi in ipso quoque homine quærere & inuenire idem debet. Quarti ergò libri argumentum hoc est, vt intelligatur, nec plura, nec pauciora illis in corpore quoque Physico reperiri. Ac vt memoriter Medicus nouisse debet, quot species sint lignorum, lapidum, herbarum, &c. sic easdem species in homine quoque reperiri omnes statuet, non eâ tamen ratione, quâ in Elementis subsistunt: sed modo sanitatis aut specie morbi in homine omninò inueniri debent. Aurum in Elementis aurum est & refert. In homine est naturale confortatiuum, sicut suis capitibus docetur. Itidem & de Elementorum cæterorum iudicandum est speciebus, quòd eodem modo in Microcosmo quoque reperiantur. Qui ergò species in Physico corpore diiudicare & nominare potest, hoc modo: *Hoc in homine Sapphyrus est, id Mercurius est, illud cupressus est, hoc flos Cheiri, &c.* is in libro Physici corporis apprimè versatus & eruditus est. Et si hoc pacto species corporales exactè nouit: tùm demùm Medicum agere, & suam Theoricam statuere ipsi licèt, quæ non speculatiua esse, sed ex practicâ nasci debet, ex illis nimirùm libris omnibus, quos hic tracto ac trado. Non enim conuenit, ex speculatiuâ Theoricâ practicâ manare: sed ex practicâ Theoricâ procedere debet. Sic ergò hæc practica est, sicut id hactenus traditum est, & porrò docebitur libris sequentibus. Quòd si ergò Medicus concordantiam Anatomiæ vtriusque fabricationis, machinæ mundi, & Physici corporis hoc modo in partes æquas distribuit, & cuilibet suum locum assignauit: tum consequitur deinceps, alium morbum existere in osse, aliũ in carne, alium in sanguine: item alios vermes in ligno, alios in herbis, alios in foliis, &c. Et quot sunt species corporales: tot numerantur genera morborum: hoc est, vnicuilibet similes in numero species insunt, hoc discrimine, vt aliter in Elementis, aliter in homine corporalitatis & substantiæ, non verò proprietatis ratione constituantur: & tamen in hominem vniformiter incidere possunt. Prout enim membri, ita morbi quoque ratio est. Ita alij sunt vermes medullæ, alij intestinorum. Et ex rebus huiusmodi oritur causa morborum in homine. Creditum ac statutũ hactenus est, vnius tantùm generis sanguinem in venis contineri vniuersis, vnius etiam naturæ, quia nimirùm is omnis ruber est. Sanguis enim calidus & humidus perhibetur. Sed secus res habet. Sicut enim variæ naturæ ligni sunt: ita & sanguinis. Nec putandũ est, arborem vnicam ad hanc institutionem sufficere. Id ab exemplo æstima: vt cùm arbor secundùm caudicem & emissitios ramos suos consideratur. Tales quoque fiunt rami venarum in homine. Et hic vna saltem natura est? Sed tales non sunt arbores omnes iunctim, aut iunctim omnes rami. Ita ergò deprehenditur, venas multiplices esse. Sic & multiplices ramos cuilibet caudici peculiares. Ex his iam sequitur *vena Cypressi*, *vena baccarum*, *vena Rosismarini*, *& similiter*. Hinc ergò sanguis non manet vnius essentiæ & naturæ. Et hic liber genuinus est, ex quo Anatomia depromi debet, vt homo Elementorũ & Microcosmi substantias & proportiones, &c. cognoscat & conferat. Nec enim id satis est, hominis corpus foris conspici: post dissecari, & penitiùs iterum introspici: tandem coqui, ac iterum peruideri. Idem etiam rustici nôrunt facere. Hæc ergò methodus cõsistere non potest. Exemplum vobis tale offero. Quot species sunt in aquis: tot etiam in sanguine: hoc est. Si corpus Physicum in suum Elementum reducere, & vnicuilibet Elemento suum corpus assignare volumus: tunc sanguis erit Elementum aquæ. Et licèt sanguis quidem vniuersus caleat: aqua verò omnis eodem modo non caleat: tamen nec omnis sanguis à natura calidus est, sicut nec omnes aquę calidæ existunt, sed is calorem illum extrinsecus à sale Physico concipit, quemadmodum calorem terra à Sole haurit. Et sicut ignis calefacit: sic in homine quoque ignis Elementaris cætera Elementa calefacit, vt dictum est. A Sole terra incalescit. Sic itidem à Sole hominis incalescit eius Elementum terræ, aquæ, &c. Nihilominus tamen natura eius manet, qualis data est, nec alterum illam

Omnia intus in homine sunt quæ extra eum.

Theorica Medica qualis sit.

Sanguis omnis an vniformis.

illâ frãgit aut deſtruit. Quia verò mũdus calet, ex eo non ſequitur, ipſum calidæ eſſe naturæ. Hoc enim in ipſo frigidum, illud viciſſim calidum eſt, ſicut iam ſæpiùs recenſitum eſt. Omnia verò hâc iudicare normâ debetis, vt ante omnia corpora Elementorum per ſpecies in vnumquodlibet Elementum reducatis. Eadem enim intus corporis Phyſici ratio eſt, quæ foris ipſorum Elementorũ. Sic & cùm dicunt, vnam eſſentiam ſeu naturam oſſium eſſe, perperàm id dicunt. Sicut enim ſimplicia ligna ſunt: ſic ſimiles diuerſas ſpecies oſſa quoque habent. Ita & de vento nugantur, vnius illum naturæ eſſe. Velut enim à cauſis diuerſis vẽti fiunt: ita diuerſæ illi quoque ſpeciei ſunt. Idem omninò etiam in homine verum eſt: quot cauſæ, tot colicæ. Hoc modo librum in Phyſico corpore accuratè diuidi oportet, ac attendendum ſedulò eſt, ne per falſas deſcriptiones decipiamur. quas auctores nonnulli aliter, ac decet, in Philoſophiam intrudunt. Horum enim ſi opera aut volumina euoluas, videas, illorum fundamentum ex merâ phantaſiâ, & inani ſpeculatione procedere, ſuper quo nulla Philoſophia, aut Medecina exſtrui queat. Ex his elicite, conuenire, vt Philoſophus præcedat, & Medicus ſequatur, hoc eſt, etſi in libro ipſius maior mundus primò poni ac explicari debeat, tamen id proximum eſſe decet, vt is illicò conferatur non tantùm cum ſpeciebus generum, ſed & vt loca, ac proceſſus omnes Coſmographiæ & Geographiæ ad Phyſicum corpus referantur. Nec enim ſufficit vnam Coſmographiam & Geographiam eſſe. Duas conſtitui oportet, velut duo quoque mundi ſunt, *Maior* & *minor*. Nec committendum eſt, vt per ſubſtantias, & quas oculi vident, earum imagines ab hoc ſeducamur. Verè ergo & eleganter à quibuſdam dictum eſt, *Vbi Philoſophus deſinit, ibi incipere Medicum*. Idque hâc ratione fit: ſi Philoſophus nimirum maiorem mundum ſecundùm cœlum ac terram, & omnes horum generationes probè cognouit: tunc induſtriâ affecutus eſt, quæ ad intelligendũ & noſcẽdum mũdum minorem requiritur. Et qui non hunc Philoſophiæ ductum ſequitur, is ad microcoſmi cognitionem poſſidẽdam planè ineptus eſt. Nec quicquam aliud eſt, de natura hominis quod ſcribit, quàm quòd de coloribus profitetur cœcus. Ita tantùm opinatur, ita ſomniat, montes in Hiſpaniâ aureos eſſe. Iam ergo tandem iudicate ipſimet, an non grauibus de cauſis huiuſmodi vobis doctrinam tradant? Hæc enim plus fundamenti habet, quàm libri reliqui vniuerſi, quos calamus vnquam peperit. Illorum enim ſcriptores hominẽ ex ſpeculo depingunt, quod tamen in ſe nihil niſi externam imaginem continet, nec interni aut poſtici hominis vel tantillum præſentat. Non ergo ipſi aliud quicquam agunt, quàm quòd vitulus nouiter exſtructam portam intuens. Et vitulinam huiuſmodi ſpeciem ac imaginem pſeudomedici noſtri planè pro columnis ſurillis ſtatuerunt & erexerunt.

oſſa nõ omnia vnita naturæ.

Philoſophia vbi finit, ibi incipit Medicus.

Coſmographia & Geographia duplex.

CAP. V.

De libro Alchymiæ, ſine quo nemo fieri medicus poteſt.

FVturo Medico liber hic quintus etiam omninò addiſcendus eſt: qui tamen propter nomen ſuum multis haud admodùm acceptus veniet. Quî verò vir ſapiens id odiſſe poteſt, quo aliqui temerè abutuntur? Quis Cyanen ob id oderit, quòd pictor ex eo petulans quid malúmve fingit? Quis lapidem oderit, quòd à Latomo corruptus ſit? Sic quis Alchymiam oderit, quæ innocens eſt? Odium huic debetur, qui nocens eſt, qui artem non tenet, nec ipsâ rectè vtitur. Quis odit hunc, qui neminem læſit? Quis vitio dabit cani, ſi caudâ prehenſus prehenſorem mordeat? Vtrum Cæſar in crucem agi iubet, furémne, an rem furto alienatam? Furem arbitror. Sciẽtia ergo propter neſcientem contemptui eſſe minimè debet.

Ars propter abuſum tẽnenda.

Scientia verò vel ars ipſa talis eſt, quæ vſus & neceſſitatis magnæ exiſtit. In quâ cùm Vulcani ars inſerta ſit: ſcitu iã opus eſt, quid Vulcanus poſſit. Alchymia ars eſt: Vulcanus eſt artifex in ipsâ. Iam qui Vulcanus eſt, artis poteſtatẽ habet. Qui is nõ eſt, nec huius vim habet. Artẽ hanc vt certiùs cognoſcatis, repetendũ primò eſt, quòd Deus ex *Nihilo* res omnes crearit, ex *Nihilo*, inquam, *Aliquid*. Hoc *Aliquid* ſemẽ eſt, ſemẽ id dat finẽ ſuę prędeſtinationis, ſui officij. Et licèt ex *Nihilo* vſq; ad finẽ omnia creata ſũt: nihil tamẽ eſt, quod ad finẽ integrũ ſit, h.e. vſq; ad finẽ, nõ autẽ integrũ planè vſq; ad finẽ, ſed Vulcanũ illud perficere oportet. Eò vſq; res omnes creatæ ſunt, vt in manu noſtra poſitæ exiſtãt, nõ tamen vndiquaq; perfectæ. Li-

Alchimia vtilitas & neceſſitas.

Deus ex nihilo omnia fecit.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 314 sur 913

gnum ad ſuum finem increſcit, ſed non ad carbones. Argilla naſcitur, ſed non ex ſeipsâ olla fit. Ea etiam ratio creſcẽtium rerum vniuerſarum. Hunc ergò Vulcanũ ſedulò noſcite. Rem exemplo explicabimus. Deus creauit ferrũ quidem: ſed hoc non, quod ipſum futurum eſt, non ſoleam equinam, non falces, non gladium. Ferri ſaltem mineram nobis dedit: cætera igni mandat, & Vulcano, ignis magiſtro. Quia ergo Vulcano cætera commiſſa ſunt: ob id ars proba eſt. Ni enim proba eſſet, Vulcanus nihil commodaret. Hinc ergo ſequitur, primò ferrum à ſcoriâ ſeparandũ eſſe: & poſteà cudendũ, quod artifex poſcit. Et hæc Alchimia eſt: hic fuſor eſt, Vulcanus dictus. Quod ignis operatur, Alchimia eſt, etiam in culinâ, etiam in fornace. Qui ignem moderatur, Vulcanus eſt, etiam coquus, etiam calefactor. Eadem etiam medicinæ ratio eſt. A Deo ipſa quidem creata eſt, non tamen ad finem præparata, ſed in ſcoriam abſcondita. Iam Vulcani officiũ eſt, ſcoriâ à medicina ipſa ſeparare. Quæ de ferro intellexiſtis, eadem etiã de medicinâ verâ ſunt. Quod in herba oculi vident, Medicina non eſt. Sic nec quod vident: in lapidibus, in arboribus, Scoriã tantùm vident: intrinſecus verò in ſcoriâ Medicina cõdita eſt. Primùm ergo à Medicinâ ſcoria remouenda eſt. Hoc facto, preſtò Medicina erit. Hęc Alchymia, hoc officium eſt Vulcani, pharmacopæum & elaborationem medicinæ agentis. Et veluti ſæpè accidit, vt aurum aut argentum alicubi purum reperiatur: ſic Medicina quoq; aliquãdo pura inuenitur, cuius ſeparatio poſtmodùm eò facilior eſt, ſicut purũ aurũ quoq; ſaltẽ fulminatione & vſtione indiget. Factis faciẽdis, ſi hoc modo Medicina medio artis Alchimicę prępărata & producta eſt, ægro præbetur vt remedium: aut ſano, vt cibus. Exemplum de pane ſumamus. Externa ars Alchymię in fornace ex illo non poteſt vltimã materiam producere: ſed ſaltem mediã: h. e. Materiã primã natura producit vſque ad meſſem. Hanc deinde Alchymia metit, molit, pinſit, coquit, vſq; ad os. Sic ergo prima & media materia perfectæ ſunt. Tũ demùm Alchymia microcoſmi incipit. Ea materiam primam in ore habet, h. e. panẽ maſticat, quod opus primum eſt. Poſtea id habet in ſtomacho, quæ materia ſecunda eſt. Is tandem coquit & digerit, vt ſanguis ac caro poſtremò fiat. Et hæc iam materia eſt vltima. Quanquam poſtea alia quoque Alchymia accedat, ſcilicet infirmitas, quæ materia prima eſt: Cui ſuccedit declinatio, materia ſecunda. Tandem mors, materia vltima. Porrò autem materia prima eſt putrefactio. Huic proxima conſumptio. Vltima eſt puluis & terra. Sic natura nobiſcum agit per creaturas Dei. Ex quibus tandem ad inſtitutum meum conſequitur, quod nihil creatũ ſit, ad materiam vſque vltimam perfectè. Ad materiam tamen primã creata omnia ſunt. Quæ poſteà Vulcanus aggreditur, & beneficio artis Alchimicæ illa ad materiam vltimã reducit. Hanc Archeus, Vulcanus interior excipit, qui circulãdo & preparãdo pro cuiuſque rei naturâ & differentiâ, per ſublimationem, deſtillationẽ, & reuerberationem colophonem addit. Hæ enim artes omnes intus in homine non minùs ac foris in Alchymiâ præfigurantur & operantur. Et in hoc differunt Vulcanus & Archeus. Hæc nimirùm Alchymia eſt, quæ, quòd finem ſuũ aſſecutum eſt, ad finẽ dirigit: plumbum ex minerâ in plumbum deducendo, & plumbum porrò in id fingendo, ad quod facit ſeu conducit Hoc pacto ſunt Alchymiſtæ metallorũ? ita exiſtunt Alchymiſtæ, qui in mineralibus operantur, & Antimonium in Antimonium, Sulphur in Sulphur, Vitriolum in Vitriolum, Sal ad Sal reducunt. Sic ergò cognoſce, Alchymiam id ſolùm eſſe, quod præparando per ignem impurũ ſeparat, & purum elicit. Quanquam non omnes ignes vrant: & tamen omnes ignes ſunt, ac ignes manent. Sic Alchymiſtæ quoque lignorum ſunt, vt tignarij, qui ligna præparant ad ſtruenda ædificia. Sic ſtatuarij etiã, qui è ligno auferunt, ad ſtatuam quod non facit. Sic etiam ſunt Alchymiſtæ Medicinæ, qui ex Medicinâ tollunt, quod Medicina nõ eſt. Hinc iam manifeſtè patet, qualiſnam ars Alchymia ſit: talis nimirùm, quæ inutile ab vtili ſeparat, & ad materiam ſeu naturam vltimam illud perducit. Cur verò iſta hoc in libro latiùs definiam, cauſa ea eſt, quòd atramentarij illi libri artis nihil cõtinent, ſed lituris & puncturis inanibus tuti referti ſunt, & tam variabilem miſcellã exhibent, vt ſues merdas vorare malint, quã hanc ipſorum cocturam, vel obiter guſtare. Cuiuſmodi inconditæ mixturæ cùm nullius vſus aut momenti ſint: ideò in huius locum Deus Alchymiam ſubſtituit,

Nihil ad finem vſque perfectum creatum eſſe.

Alchymia qualis.

Medicina non eſt quod vident oculi.

Materia ſeu quę prima, quæ vltima.

Vulcanus & Archeus quo differunt.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 315 sur 913

Alchimia est à Deo reuelata.

stituit, ipsius naturæ artem genuinam & sublimem. Ea verò crassa & rudis Medicinarum præparatio quâ se Monspelienses pharmacopæi efferût ars haudquaquâ dicêda est sed mera fartura & coctura abominabilis. Et ipsi tamẽ hoc modo suos syrupos coquunt, & laxatiua, aut similia composita alia compinsunt. Idem artificium atramentarij quoque pseudomedicorum libri docent, aut præponunt. Nec tamen vel syrupi, vel laxatiua eo modo paranda sunt, qui à Monspeliensibus traditur, sed prout scientia Alchimiæ Medicinæ docet. Sic enim Deus constituit & ordinauit. Hoc satagendum est Medico, vt, cùm Deus vsque ad summũ finem nihil creârit, sed Vulcanis colophonem commiserit, Medicinas plenè perficiat, neque scoriam cum ferro in vnam massam cogat. Exemplum esto. Panis creatus & à Deo nobis datus est quidem, sed non eâ formâ, quam pistor ei confert: sed tres Vulcani hi, agricola, molitor & pistor, ex materiâ primâ, alteram, nempe panem, educunt. Idem etiam cum medicamẽtis fieri debet. Et ratio eadem Vulcani quoque interioris est. Medicum ergo Alchimiæ pudere non decet: sed in eâ omninò procedet eo modo, quo monstratum est. Id enim ni faciat, Doctor minimè erit: sed Doctoratus potius Beanus: Doctor, inquam talis, qualis homo est, qui in speculo videtur.

CAP. VII.

De libro Medicinæ, experientia dicto, quâ ratione illam sibi Medicus comparare debeat.

Medicina quid.

MEdicum fas est omninò insigni experientiâ pollere: cùm Medicina nihil sit aliud, quàm magna certáque experientia, vt, quicquid agat vel operetur, id in experientiâ fundatum sit. Et experientia eorum est, quæ bona & proba, & vera inueniuntur. Et quicunque suam artem per experientiam non didicit, eámque veritatis momentis non obfirmauit, is incertus & dubius Medicus censendus est. Quicquid enim experientia, quæ iudex certus est & incorruptus, vel probat, vel improbat, id omninò, vel reiici, vel admitti debet. Experientiam ergo cum scientiâ iunctim cõcurrere oportet. *Scientia enim est experientia.* Experimentum, si per experientiam semel probum inuentum, posteà cum scientiâ in experiẽtiam reductum subsistit, tũc eius vsus vlterior omninò suadetur. Si verò citra scientiam: tunc saltem experimentum est sine scientiâ. In hoc enim inter se differunt experimentum & experientia. Nam experimentum ad sortem procedit sine scientiâ. Experientia autem certitudini iuncta est, cum scientiâ vbiuis adhibendâ. Scientia enim mater experientiæ est: & sine scientiâ nihil solidum adest. Sic *Scãmonea purgat*, & experimentum est, *Sophia fracta crura & ruptura sanat*, ac experimentum est. *Sapphirus curat Anthracem*, & experimentum est. Iam verò etsi hæc quidem experimenta sint, & cum experientiâ inuenta: pluralitas tamen morborum facit, vt scientiam adesse opus sit, vbi illa impẽdantur. Nullus enim morbus est, qui in vno quodam solo consistat: ideò experimentum solum etiam nõ adhiberi debet. Hoc si ita est: scientiam omninò concurrere opus est. Hoc ex sequenti exemplo intelligite. Pyrus, quæ fructum fert, eâ id ex scientiâ facit. Scientiam autẽ hanc à Deo habet, & per scientiã hanc fert flores, producit folia, & format pyra. Magnum ergo est, huiusmodi scientiam in ligno conditam existere: Nam si saltem quid pingere vel scribere homo velit, necesse est, vt id per experiẽtiam fiat ac per experimentum. Hâc autem artem lignum in se à naturâ habet, & scientia ista arbori naturaliter inhabitat. Quòd verò arbor istiusmodi faciat, id oculis videtur. Id iam si scimus, nobis experimentum est. Scientiam autem huius non habemus, sed saltem experimẽtum, quod videmus hoc ita fieri. Et hoc per experientiam docetur, & ista experiẽtia est. Sed experientiam hanc arbor habet. Æquè autem & hoc exemplum notate. Quòd scammonea purgat, id cum certâ scientiâ facit, quam Deus ipsi indidit, vt scilicet & purget, & hoc purget, & isto modo purget. Si autem scammoneę scientiam expiscando ita addiscis, vt illa in te talis sit, qualis inest scammoneę: iam experientiam cum scientia habes, & nõ experimentum. Si autẽ scammoneę naturâ & proprietatem omnẽ non nouisti, tunc experimẽtũ sine scientiâ habes: nec quicquam nouisti aliud, quàm quòd aluũ incitet. Et hoc ita saltẽ nouisti, quemadmodũ verbum quoddam, cuius sensum non intelligis. Sic Gallus germanicum idioma audit, & germanicum etiam esse intelligit, sed quid significet, non assequitur. Experimenti etiam id proprium esse scitote,

Experiẽtia & experimẽtum vt differãt.

Arbor fructum fert ex scientia.

Scãmonea ex scientia purgat.

Experiẽtia quid & qualis.

Scientia cur cum experiẽtia iungenda.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 316 sur 913

tote, quòd de eò oculi teſtentur, ratio autem eius & intellectus non adeſt. Nam oculi Experimentum indicant, non experientiam. Illi enim experientiam non vident : cùm iſta ſit cum intelligentiâ. Scire ergo debetis, ſi Deus pyro hanc ſcientiam contulit, & eandem lignis etiam aliis impertiuit : quantò magis & procliuiùs eam homini largietur, qui pro inſtitutione libri primi ſtrenuè diſcat ? Sic ergo *Scientiam oportet eſſe Influentiam.* Nam in natura abſcondita eſt : Et tamen ipſi prodeundum eſt. Aliàs enim quod abſconditum eſt, nulli nobis vſui foret, & talenti nullus fructus fieret. Nihil autem tam ſecretum ac abſconditum eſt, quin id reueletur. Vnde ſequitur *Magicam* in tribus ſuis methodis hæc ſecreta prodere & manifeſtare, *hoc eſt, ſcholam Medicorum, Philoſophorum, & Aſtronomorum, & ſimilium.* Niſi enim hoc modo ſcientia in te ſit, tunc ea mera ac inanis phantaſia & fatuitas eſt, ex quâ ſtulti naſcuntur, & purus labyrinthus, fundamento deſtitutus.

Magica omnia abſcondita manifeſtat.

Sed ſcientiæ & experientiæ adhuc planiùs diſcrimen notate præter hactenùs dicta. Scientia in eo eſt, in quo Deus eam largitus eſt. Experientia eſt teſtimonium de eo, in quo ſcientia probatur. Vt, pyrus ſuam in ſe ſcientiam habet : & nos, qui opera ipſius videmus, illiuſdem ſcientiæ experientiam habemus. Sic ergo per Experientiam teſtimonium damus, quòd in illâ arbore ſcientia perfecta ſit. His itaque præmiſſis ſextum iam librum propono, & iubeo, vt hoc omninò modo ſcientia in vos penetret, & vt de vobis teſtentur propter viſa opera ægri veſtri, quòd ſcientiam perfectam poſſideatis. Sic quod perfectè cùm cognitionem vero naturæ ordine procedit, id ſcientia eſt. Hæc ſi deeſt, Experimentum ſaltem adeſt, aut experientia ſine ſcientiâ. Si quis fortè dicat : *Heus tu, ſæpiùs huius periculum feci, ac probaui ita eſſe : fateberis ergo id Experimentum eſſe* : huic reſpondeo, probationem eam ſatis tutam ac ſufficientem minimè eſſe, nec ei fidendum abſolutè eſſe. Qui autem experimentum cum ſcientiâ habet, is rei fidere poteſt, ac ſaltem hoc dicit, tu ita te gere, hoc fac, iſte euentus certus erit. Sic fructus nimirum rectè pro ſuâ naturâ prouenient. Tale ergo diſcrimen eſt inter ſcientiam & experientiam : non quòd experientia experimentum, aut hoc illa ſit, ſed quòd experientia ſit, quæ ex ſcientiâ inuenitur & depromitur. Ac is horum modus eſt, vt in nobis ſcientia quærenda ſit, non, vt experimentum nos ducat, quæ ratio ſcientiæ eſt. Vt pro exempio : ſcio, tormentum murum concutere, & deiicere. Hoc iam experimentum eſt. Si autem tormentum ita dirigitur, vt deiectio muri verè fiat, (nec ſemel eo fors concuſſo, poſteà decies glans deuiet aut aberret) iam ſcientia eſt. Ita ergo tormentarius, qui ſcientiam hanc & experimentum habet, ſcientia & experientia euadit. Experientia enim ſcientiam includit. Et poſitâ ſcientiâ, experimenti porrò nulla cura aut mentio eſt.

Scientia & experientia vt differant.

Probationi quàliter fidendũ.

Quiuis autem apud ſe repetere debet, quòd Deus rebus omnibus naturalibus ſua dona, ſuas dotes contulerit. *Dos ea eſt ſcientia.* Quòd ſi ergo arboribus ac herbis hanc ſcientiam largitus eſt, vt ad verum finem in omni formatione ſpeciei & eſſentiæ pertingere poſſint : quantò magis præ his donabit Medicum, ſi ſe à Deo inſtar herbæ ſeu floris ſubmittat, & ad ipſius honorem & gloriam ægros ſanet & reſtituat ? Non verò Medico tantùm : ſed & cuiuis alij, ſicut etiam Apoſtolis dedit, de quibus fructus cadebant non ſecùs ac de prægnante arbore. Si eam dat lilio agri : multò vberiùs dabit homini, Dei ſimilitudinem habenti ? Iam autem quoduis donum à Deo perfectum venit. Ab hoc ergo vno deſumi poteſt, quemadmodùm quæuis etiam arbor ab ipſo ſuam virtutem deſumit. Vnde iam ſequitur, ipſam quoque ſcientiam perfectam eſſe. Ex Deo enim procedit, ſicut ex Deo eſt virtus in vite. Sic ergo hæc experientia magna eſt.

Deus rebus vniuerſas dotauit.

Donum perfectũ a Deo.

Scientia cur perfecta.

Experientia autem experimentum eſſe non poteſt, re ita conſideratâ.

Experientia cur experimentum non ſit.

Experi-

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 317 sur 913

Experimenta enim imperfecta sunt. Et quemadmodum pyrus suam scientiam retinet, nec eam pomo impertit: sic sua quoque in pruno & spinis scientia remanet. Idem etiam de homine existimate, quòd cuilibet Deus suam scientiam impertiuerit. Vnde consectariò videtur æquum esse, vt donum suum ac scientiâ quilibet ad summum prouehat, & more Alchimico ad summum gradum sublimet, hoc est, arborem oportet multùm Alchimiæ cum suâ scientiâ impendere, donec perueniat ad finem sui fructus. Si ergò semen scientiæ homo habet, consequitur, omninò opus esse, vt is illud agat ac ita intendat, vsquedum ad plenas aristas & autumnum perducatur, vbi fructus eius non secùs ac ab arbore decidant, Et hic discrimen est in crescendo & separando purum ab impuro. Nam quòd ad crescendum in scientiam facit, nihil separat. Quòd verò increuit, hoc separat. Sic ergò animaduertite, vnicuilibet suam peculiarem naturam, hoc est, donum datum esse, cum quo nascatur. In eo seipsum promouere debet, vt ad ipsius finem peruenire queat, nec congenitam suam scientiam ex aliis creaturis discere sataget. Tibi enim soli ea data est, non illi à quo tu discere cupis. Cur enim pyrus ex pruno discat? Cur ficus ex spinis? Cur dulce acidũ deuoret?

Bona Dei recondita, suum cuilibet.

Hâc ratione procedit liber scientiarum, vt nimirum scientias experiamur, quæ per experientiam stabiliantur & testificentur. Quæ propono hoc animo, vt non tantùm pyrum cognoscatis, sed insuper etiam scientias rerum medicatũ, naturalium nimirùm, qualémnam scientiam vitriolatis dederit Deus, per quam ægri sanentur, vt nimirum scientia vitriolata, per quam vitriolum operatur in vobis ipsismet non aliter insit, ac eam vos vitriolo imaginatiuè imprimitis. Et hæc est impressio Luminis naturæ, isti eius sunt radij. Si in te imprimunt, & ægrum sanant, tum scientia est. Iam verò ista scientia non in medico, sed in medicina est. Ex quo consequitur, Medicum, cùm scientiam curandi non habeat, sed saltem scientiam administrandi, propter administrationem illam omninò cogi, vt scientiam illam in Medicinâ, in quâ ipsa iacet, quærat & indaget. Oportet enim scientias naturæ eodem planè modo in te esse, quomodo insunt in ipsâ naturâ, nimirùm à vi impressionis ex Lumine naturæ. Quòd si ita non sit: quoquouersùm nutas & ambigis, nec quicquam aliud, quàm inanem oris garritum nouisti. Sic ergò magnâ ex parte libri medicinæ indicati sunt, ex quibus Medicum suum fundamentum desumere decet, non domi post fornacem pyra versare, aut sophistico verborum circuitu ægros irretire & destinere. Tu sedulam dato operam, vt sequentes quoque libros probè & exactè legas ac intelligas, vt nimirùm hoc pacto vniuersos ad Medicinam requisitos libros numerato quasi & comprehenso planè habeas.

CAP. VII.

De Libro Naturalium Apothecariorum & Medicorum.

DICTVM hactenus multoties est, externæ naturæ indicia omnia ad interiorem dirigi. Nam qualis natura foris inter homines: talis intrinsecus etiam in ipso homine. Exemplum dabo. Natura vnam in mundo Apothecam ordinat. Sicut ergò in Apothecâ herbæ colliguntur & inueniuntur, ita tamen, vt vna alterâ ab herbis vel numero, vel specie pluribus instructior sit: sic in mundo quoque naturalis quidam ordo Apothecarum constitutus est, ita, vt omnia prata, omnes mõtes & colles quædam quasi Apothecæ sint. Has Apothecas dat & præstituit nobis natura ipsa: ex quâ defectum nostræ supplere nobis conuenit. Iam verò totus mundus Naturæ Apotheca est, quæ vno saltem tecto obducitur. Vnicus etiam quispiam in illâ mortarium tractat, quâ quidem totus patet mundus. Hæc omnia homo particulariter habet, non in toto: habet aliquid, non tamen omnia. Naturalis enim Apotheca opulentior & dignior est humanâ.

Apothecæ naturæ est mundus.

Cæterùm, exemplum hoc vobis ideò proposui, vt intelligeretis, in ipso quoq; homine huiusmodi naturalem Apothecam esse, in quâ omnia reperiantur non minùs ac in mundi officinâ, tam bona, quàm mala, simplicia, materialia, & vtcunque tandem denominentur. Ad hæc iam sequitur, cuilibet officinæ suũ quoque conductum esse Medicum. Natura enim suum peculiarem habet Apothecarium. Is autem est, qui eam ipsemet constituit. Sic ergo etiam aliquo medico illa opus habet. Hunc ita æstimabitis. Sicut Naturæ Apotheca est, ad cuius exemplũ

Apothecarius natura est Deus.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 318 sur 913

homo quoque ſuam inſtituit & inſtruit: ſic humanæ quoque officinæ opus eſt, vt Medicum habeat, qui in ipsâ verſetur, qui in ipsâ operetur. Nam ſimili modo Natura quoque Medicum habet, qui remedia præſcribit, ordinat, & diſpenſat, ac eò confert, vbi ipſorum vſus ac neceſſitas eſt. Apothecarius autem qui homo eſt, viſibilis ipſe eſt, & viſibilis eius ſimul Medicus. Ex quibus elicitur, intus in ipſo homine, velut in microcoſmo, Apothecam quoque inexiſtere, ſimilem illi, quam macrocoſmus habet: ſimilem ipſi adeſſe etiam Medicum, qui remedia omnia colligat, ordinet diſpenſet, applicet, ac adminiſtret. Et cùm hęc talia nobis abundè ſatis in Naturâ propoſita ſint, vt ex hoc libro diſcamus, & phantaſias ſeu imaginationes alias (quæ ſpiritus tantùm volaticus exiſtunt, nec boni quicquam inuehunt) elidamus: ideò iam ex me cognoſcite, qua cauſa talia vobis longiùs explicata voluerim. Cauſa nimirùm hæc eſt; Remedia vniuerſa in gratiam & ſalutem ægrorum creata ſunt. *Medicina* autem *duplex eſt: vna eſt externa, altera interna.* Externam homo ipſe obit ac præſtat. Internam Natura perficit. Hæc ita intelligite. Homo morbis vniuerſis obnoxius eſt, tàm in vtero matris adhuc reconditus, quàm foràs editus. Et fieri nullo modo poſſet, vt viuus in mundum pronaſceretur, niſi internus Medicus eius aſſiduam curam ageret. Cùm ergò morborum plenus ſit, illiq; à natura ipſi adhæreant: ita à Deo comparatum eſt, vt vbi morbi ſunt, ibidem etiam medicinæ & medici præſtò ſint. Vt ergò morbus à naturâ adhæret: ſic contra morbum quemlibet à naturâ etiam remedia inſunt. Et ſicut homo à Naturâ deſtructorem ſanitatis accepit: ſic æquè ac viciſſim etiam ſanitatis conſeruatorem. Iam ſicut deſtructor ſedulò ac aſſiduò ad deſtructionem, & corruptionem operatur & collimat, vt hominem interimat: ſic non ignauior Naturæ conſeruator, quicquid alter deſtruit aut deſtructurus eſt, veluti congenitus Medicus reſtaurat, reficit, & tuetur. Qui deſtruit, is ſua in corpore inſtrumenta habet, quibus obuia demolitur. Et ea in ipſo microcoſmo reperit. Sic in externo quoque mundo Latomus, qui demolitur, ſua inſtrumenta ex eo ſumit, in quo verſatur. Alius Latomus, qui reſtaurat & reparat, ipſe quoque ad reſtaurandum neceſſaria inſtrumenta in mundo externo inuenit. Ita ergò vtrique deſtructor & conſeruator, ſua inſtrumenta tam ad demoliendum, quàm ad reſtaurandum habent. Alter palos euellit, alter refigit. Et ſic in corpore eodem ſumma ars ad deſtruendum, & ſumma ars ad reparandum condita eſt. Exemplum videamus. Deſtructor in Microcoſmo *Realgar* ſumit, & veneno microcoſmum iugulare conatur. Conſeruator autem Flores Antimonij propinat, & ipſum vincit. Sic homo æger & ſanus redditur. Huiuſmodi viciſſitudines indies microcoſmus ſuſtinet, & operationes tam deſtructoris, quàm conſeruatoris iugiter perpetitur. Hi enim duo perpetuò inter ſe colluctãtur. *Quæ mundi externi ratio eſt: eadem eſt etiam interni.* In iſto ſunt rixatores & pacifici, inquieti & quieti. Vbi enim firmamentum ac Elementa, velut in Microcoſmo, inſunt, ibidem etiam bella páxque gliſcunt. Sic ergò perſuaſum eſſe homini debet, quòd, niſi Deus naturalé Medicum & naturalia remedia, hoc eſt, & Apothecam & medicũ ſibi concreâſſet & indidiſſet, medici externi operâ nullius vita ſuſtineri poſſet. Nam ſic terra ſicceſcit à Sole: ab imbre rurſus humectatur. Ariditas eius morbus eſt: humiditas eſt Medicina. Et taliter Deus in mundo externo diſpoſuit. Hæc duo eadem interiùs in ipſo homine quoque notanda ſunt. Si nulla pluuia terræ daretur, vniuerſa ſicceſcerent. Si nulla pluuia ariditati in homine ſuccederet, totus areſceret. Sed iterum: nimij imbres ſuffocãt terrã. Sic in homine quoq;. Nimiæ pluuię ipſum ſuffocant. Sol emẽdat pluuias. Pluuię corrigũt noxas Solis. Sol vtilis eſt, & eſt non vtilis. Æquè bona etiam pluuia, & non bona. Hinc cognoſcitis principium ſeu cauſam conſumptionis in homine, quæ fortaſſe Phthiſis & Ethica vocari poſſit. Sic etiã intelligitis cauſam pluuiarum nimiarum in homine, quem fortaſſis hydrops, hypoſarca &c. nominari queat. Exemplorum huiuſmodi plura dari poſſent, quæ tamen locus præſens non patitur. Sic nempe ſæpiùs hydropes & Phtiſes ac alij morbi ſimiles ſanantur, cùm tamen homo non cenſeat, quod beneficio & operâ naturalis, ſibiq; cõgenitæ Medicinæ ſaneſcat & conualeſcat. Deus enim omnibus modis hominis mortẽ auertit, & vitam ei prorogat. Nã in longęuitate vitæ humanę bene placitũ eſt Domino.

Vobis

Apotheca & Apotheca rius Hominis qualis.

Medicina eſt duplex.

Homo morbis vniuerſis obnoxius.

Homo congenitum medicum habet.

In homine naturaliter ſunt Deſtructor & Conſeruator.

Nimium & minimum deſtruunt.

Abundãtiæ & defectus quales morbi.

Deus hominis ſalutis ſtudioſus.

Vobis autem hæc ita putanda non ſunt, quaſi præter iam dictos, nulli alij medici, nulla remedia exiſterent. Sed rem ita accipietis. *Ad lapſum ac ruinam homo natus eſt.* Is ergò in Lumine Naturæ duos habet, qui ipſum attollant & ſurrigant. Internus Medicus ac interna Medicina, cum ipſo in conceptione nati & facti ſunt. Hoc ergò medico deficiente & exoleſcente, ſi ruina impendet, adſilit deſtructor, & iam veluti quédam triumphum ſtatuit. Conſeruator autem decedit, quò prædeſtinatus eſt. Quòd ſi ergò huiuſmodi ſeceſſus conſeruatoris, & acceſſus deſtructoris animaduertitur: tunc conuenit Medicum externum hanc prouinciam adire, & deſtructorem debellare ac ſuperare, ac veſtigia illa legere, quæ digreſſus conſeruator inchoauit. Is vbi deſtitit, ibi Medicus incipiet. Deus autem aduerſus deſtructorem illum adhuc victorem alium creauit abſconditum, qui conſeruatori per creatas à Deo medicinas mutuam operam præſtat, & contra hoſtem deſtructorem animosè depugnat. Exterior autem Medicus tum demùm inualeſcit, quando interior cecidit, & defatigatus quaſi examinatur. Huius enim munus tandem ſibi oblatum ille ſubit. Cúmque homini omninò tandem aliquando cadendum ſit, ac is terminum ſibi præfixum tranſilire minimè queat: tunc mors triumphum agit, contra quam nulla medicina efficax eſt, niſi is prę̨ſtò ſit & operetur, qui mortem ipſam deuicit, qui mortuos ſuſcitauit: aut niſi præſtò illi ſint, qui hanc ab ipſo poteſtatem acceperunt.

Quæ hominem lapſum attollat.

Externus Medicus quando naturam iuuare debeat.

Homo perdita naturæ non trãſilit.

Iam videte, quomodò ex hoc libro magnæ Apothecæ homo particularia iudicare, & externus Medicus ad internum congenitum ſe accommodare, & ab eodem diſcere debeat. In hoc libro vbi congenitus Medicus deſinit: ſecundum idem receptum externus Medicus illicò incipiet, ac operam dabit, vt Apothecarius à ſimplicibus & compoſitis illis, quibus receptum hoc compleri & integrari debet, probè inſtructus reperiatur. Quòd ſi hic quicquam in quoquam peccatur, aut Medicus via alia, quàm per ianuam in domum penetret, ac Apothecarius *Quid pro Quo* ſubſtituat, tum ſperari aliud non poteſt, quàm cura iugis, ærumna indeſinens, & perpetuus labor ac dolor.

CAP. XII.

De libro Theoricæ Medicæ, quâ ratione illa conſtitui debeat.

VT fundamentum hoc, vndénam Theoricam, ad Medicinam ſpectantem, deſumere debeatis, verè rectéque intelligatis: principio exemplum hoc attendite. Vndénam tandem Theologia ſuam Theoricam ſumit aut diſcit? Ex Deo. Ideò de Deo etiam loquitur & ſpeculatur. Quicquid ergò illa in Deo inuenit, aut habet, aut ex ipſo deſumit, id Theologia eſt tam practica, quàm Theorica. Nec enim illæ ſeparantur. Æquomodo etiam de Medicinâ ſtatuite. Vbinam ea eſt? Nempe in Naturâ. Vbi eſt morbus? ſcilicet in patiente vel ægro. Ex his itaque duobus *Theorica Medica* procedit: quæ *duplex* exiſtit. *Vna eſt Theorica eſſentiæ curæ: altera Theorica eſſentiæ cauſæ.* Ex his duabus fieri vnicam oportet Theoricam, non duas diuiſas eſſe. Quomodò verò Theorica hæc ita inueniri debeat, vt calamo ac atramento deſcribi poſſit, id hâc ratione cognoſcetis. Primò Medicus Theoricus quilibet ex Deo loqui debet. In ipſo enim, & ex ipſo omne principium defluit: & ipſe eſt omnia in omnibus. Et quemadmodùm ſcriptura docet; quodlibet donum perfectum à Deo procedit. Theorica autem medicina & ipſa ex Deo eſt. Teſtatur enim ſcriptura, ipſum & medicum, & medicinam ex terrâ produxiſſe. Si ergò iam hæc perfecta ſunt: perfecti etiam erunt medicus & medicina. Deindè, ægri medico quoque opus habent. Si illi medico opus habent, neceſſe eſt, ipſum perfectum eſſe: aliàs nihil fructus dabit. Quòd ſi ergò is Theoricus eſſe velit, neceſſe habet, vt ex dicto libro Theoricam moderari addiſcat. Primò *ex Deo.* Is omnium labia aperit, & iuuat nos, vt in nomine ipſius operemur. Sine ipſo enim omnia nihili ſunt. Deinde cæteri omnes quoque libri, quos tradidimus, probè cognoſcendi & indagandi ſunt, nec proferendum aliud quicquam eſt, quàm quod ipſi docuerunt. Ibi Theoricę cauſæ & curæ vnà iunctæ ſunt. Et quicquid ex libris illis procedit & theoricatur, id integrum & perfectum eſt. Nam & illi ipſi libri integri & perfecti exiſtunt. Deus enim ipſe eos condidit, deſcripſit, ligauit, & veluti quibuſdam catenis ſuę Bibliothecæ inſertos annexit. Ideò nullum in ſe illi errorem,

Theologia quid?

Theorica medica duplex eſt.

Ex Deo omne principium.

Deus omnia in omnibus.

Medicina perfecta quare.

Theorica vnde Medico diſcenda.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 320 sur 913

rorem, nullam fraudem, nullum labyrinthum, nullam seductionem continent. Et licèt quidem ex illis quippiam excerptum in papirum illinatur aut describatur ac transferatur: ipsa tamen illorum instructio à solo naturæ lumine, non ab homine prodit. Exemplum. Vitam æternam descriptam habemus in Euangelio & S. Scripturâ, secundùm vniuersa, quæ ad eam requiruntur: nec ad hanc traditis pluribus opus est. Iam etsi quidem vita æterna in scripturæ papiro condita sit: nondum tamen satis est, eam ita descriptam haberi: sed quærenda ipsa & indaganda vlteriùs est, nempe apud & per illum, ex quo illa audita, excepta, & in papirum relata est. Quod in papiro indicatur, saltem litera est. Hæc verò quem tradit, de quo nos docet, cuius causa ea exarata est, is desuper nobis inuestigandus ac addiscendus est. Idem de Theoricâ etiam ac practicâ Medicinæ putandum ita est. Ea etsi quidem in librum papiraceum referri ac inferi possit: nihil tamen est aliud, quàm emortua litera. Illuminationem ergò ex luce Naturæ accedere oportet, vt textus libri Naturæ sanè ac probè intelligatur, sine quâ elucidatione nemo vel Philosophus, vel naturalis esse potest. Vanum ergò est, quenquam in papirum confidere. Excipienda illuminatio est, ab eo procedens, qui Lumen est ipsemet: ac doctrinę speculationésq; nostræ vniuersæ exigendæ ac foràs extrudendæ sunt.

Vita æterna in S. Scriptura traditur.

Theorica literalis mortua.

Illuminatio Medici vnde petenda.

Sed & quid Theorica Medicinæ religionis sit, intelligendum est. Ipsa autẽ est, quæ certâ & indubiâ veritate tradit & explicat principia, ortus, materias, causas, naturas, essentias, omnia denique initia, media, & fines vniuscuiuslibet ægritudinis. His addit morborum omniũ curas, quo illæ modo, & per quæ, & quo ordine perfici debeant. Sic & illius errores iuxtà quoque recenset. Réque omninò eadem est, ac si quis semen aliquod ferat. Qui semen nouit, is certò nouit, ex ipso quid tandem proditurum sit. Qui surculum inserit, si ipsum pernouit, quos ille laturus fructus sit, prænouit. Et hæc est Theorica rustica, siue Theorica de plantis. Eâdem similitudine, si alicui vulnus infligitur, vniuersi norunt, quomodò illud ipsi inflictum sit. Hæc Theorica chirurgica est. Porrò quæ circa vulnus euentura sint, aut citra medicinam, aut cum eâ, scire idipsum quoque Theoricæ chirurgicæ est. At quomodò vulnus curandum sit, quæ sanationi eius adhiberi debeant, & quomodo singula paranda tractandáque sint, hæc est Theorica practica chirurgica. Quâ ergo ratione hæc intelliguntur: eadem quoque morborum omniũ causæ truiinandæ & euoluendæ sunt. Et sicut de semine dictum est, ita de morbis quoque theoricandum est. Vnusquilibet enim morbus ex suo semine emergit: qui si excreuit, veluti cum suis fructibus in arbore est. Gladius est semen vulneris, sic à semine suo vniuersa sunt. Vnde consequitur, opus esse, vt medicus semina morborum omnium cognita & explorata habeat. His enim cognitis, tunc de morbis liberè theoricari & discurrere potest, sicut rusticus de suo agro, quem conseminauit. Quæ theorica nisi æquè Medico plana ac facilis est, ac sua rustico certè labyrintho intricatissimo inuolutus, vnà secum alios quoque miserè seducit.

Morbi ex suo semine oriũtur, non ex humoribus.

Theorica medica quid sit.

In propatulo est, multos de causis & origine morborum tradidisse & commentatos esse: quibus sui etiam assectæ ac discipuli minimè desunt. Sed de principio nihil dignum traditur. Quod tempus attinet, ita se habet. Os enim ipsum ægrorum id testatur: id vident oculi: id aures audiunt. De principio autem & origine merus labyrinthus ac seductio traditur. Nisi enim de semine theorica procedat, & humores eliminentur, opera omnis frustranea erit. Si omninò humores exisiunt: isti tamen à morbis tantùm geniti sunt, non morbi gignuntur ex ipsis. Quasi verò quia prædominantur, eos morborum causas existere oporteat. Exemplum. Pono, aliquem incidere in fluxum alui, & deiectionibus crebris flauis ac biliosis fatigari. Hos si tu vides, ais, choleram hoc facere, vel fecisse. Interim obliuisceris semen quoddam adesse, quod repentè in istam materiam succreuerit. Hoc semen à seipso corruit in bilem, & bilem expellit, nec semen bilis ipsa est, sed color ex eâ, & materia ex semine. Sicut vinum quod terram resipit, non ob id ex terrâ est, sed ex vuâ potiùs: vua autem ex ligno, lignum ex radice, radix ex suo semine. Iam ergo vbi cholera est, vel humor Melancholicus? Sic etiam de viso hydropico dicitis, hepar ei refrigeratum esse: & ita dispositos in hydropem esse procliues. Huiusmodi rationes nimium viles sunt. Si verò ita diceres;

Humores ex morbis oriũtur, nõ morbi ex illis.

Medici reprehensio.

Est

Est semen meteoricum, quod in pluuiam abit, pluuia destillat desuper ex mediis interstitiis in partes inferiores, & hoc modo ex semine generatur aqua, vel palus, vel lacus: tum neruum tetigisses. Sicut enim videtis, cœlum quandoque totum serenum, clarum & diaphanum esse, ita vt nube nullâ obscuretur, & tamen in momento nubeculam quandam emergere, quæ repentino incremento ita augescat, & breui tempore in pluuiam, grandinem, aut pruinam degeneret: sic nos etiam Theoricari oportet de causa seu principio Medicinæ in morbis, quemadmodùm dictum est. Et Theoricantes hoc modo opus habent, vt legant sedulò, non Tantalorum, aut Galenum, Auicennam, Auerroëm, Drusianum, Guidonem, Rogerium: sed libros eos potiùs euoluant, quos Deus ipse scripsit. Hi enim soli probi, veri, integri, perfecti, & sine fraude sunt. Beatus autem Medicus, qui in illo auctore ambulat. Versatur enim in lumine, non in tenebris. Nec verò Medicina sola tam arctè illis libris adstringitur: sed & ipsa Theologia eosdem suos à Deo descriptos libros habet, quibus & Theologia & Theologi innituntur. Fundamentum autem aliud nullum est, quàm quod ex libris illis, qui ex Dei ore excepti sunt, eruitur. Sic & Iureconsultum ex libris per os Dei descriptis, suam iustitiam desumere & addiscere oportet; non ex seipso. Ad libros hos quod non refertur, id abit in legem Naturæ. Vnde eosdem etiam lumine naturæ suos libros depromere fas est. Quòd autem naturam simul & diuinum concernit, id ex vtrisque desumere coguntur, non ex seipsis. Sic ergò Deus in rebus omnibus scriptor & auctor constituitur supremus, primus, excellentissimúsque, ac nostrum omnium quasi textus quidá. Glossa autem ex eo procedere debet, quem nobis in festo Pentecostes misit. Non quòd is solus Apostolus aut Theologus sit: sed quòd de ipso scriptura testetur, ipsa illum nos de omnibus docturum esse, vt cui omnia subiecta sint, Medicina, Philosophia, Astronomia. Ex hoc ipso omnes omnia discere debent. Sine eo omnia sunt mortua, & intellectu carent.

Medicis qui libri euoluendi.

Fundamentum rerum omnium solum Deus.

CAP. IX.

De libro, quâ ratione Medicina inueniri & constitui debeat, non per speculationem, sed per manifestam reuelationem.

CVM ergò fas sit, Medicinam fundaméto certo & firmo inniti, quod non ex cerebro proprio procedat, sed quòd per indicia & doctrinam firmam verámque statuatur: iam vobiscum hoc repetite, morbos hominum absconditos esse, vt etiam ipsam Medicinam. Horum duorum nullum est, quod per corpus terrenum fieri aut inueniri debeat: sed necesse est, per corpus sidereum constitui, quod in naturam penetrat, sicut Sol per vitrum. Porrò autem iam quoque sciendum est, quibus viis modísque res absconditæ, quæ terreno corpori inconspicuæ sunt, inueniantur. Statuitur ergò, opus esse, vt res hæ omnes per Magicam, & per eius species, vt per Gaballiam & Gabalisticam, &c. manifestentur. Hæ secreta omnia absconditæ naturæ reuelant, adeóque opus est, in istis Medicum probè versatum & instructum esse. Si talis non sit: erro saltem ac opinator existit in Medicinâ, plus impostura, quàm veritati addictus, sicut res ipsa loquitur. Magica enim Anatomia Medicinæ est. Et sicut lanio bouem dissecat, vt interanea eius omnia conspicua & manifesta fiant, quę per cutem integri perspici non poterant: sic Magica quoque omnia corpora Medicinæ, in quibus remedia, quæ corporis illius sunt, conduntur, dissecat. Sicut enim homo hoc loco has, alio alias partes exhibet, ceu in Physicâ Anatomiâ docetur: sic sua etiam membra herbis insunt. Ita enim hoc cor est, hoc hepar, ille lien, & sic consequenter ad normam hominis. Omnia verò corda, quæ oculis corda videntur, cor vnum esse, id falsum est: sed vna vis & virtus est, cordi similis. Exemplum. In vento multæ proprietates deprehenduntur. Exsiccat enim, & exsiccare ipsum nemo videt. Sol calefacit: & calefacere ipsum nemo videt. Ex silice ignis prodit: & in silice ignem nemo videt. Sic in vno corpore membra plura sunt, quæ tamen vnum tantùm corpus sunt. Sic vna tantùm herba est: & tamen multiplices in eâ virtutes existunt. Ita in firmamento septem membra humanis similia reperiuntur, cor, renes, stomachus, pulmo, &c. Non verò vt membra tangibilia, sed vt potentiæ &

Medicina ex quo fundamento constituenda.

Magica obscuros morbos prodit.

Magica est Anatomia Medicinæ.

His mẽbra sua sunt, vt homini.

Vnius rei plures proprietates.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 322 sur 913

virtutes ſine corpore: ſicut econtrà in homine ſine corpore nihil eſſe deprehenditur. Sic & in Lunaticâ motus totius Lunæ deprehenditur, non viſibiliter, ſed in ſpiritu. In ſpiritu enim Medicina condita eſt, non in corpore. Corpus enim & ſpiritus duo ſunt. Corpus non eſt ſpiritus, hoc eſt, auxilium Medicorum. Ita & in carabe membra Microcoſmi ſunt, hoc eſt, virtutes iſtiuſmodi non in corpore, ſed in remediis, hoc eſt, in ſpiritualibus.

Cùm ergò auxilium ægrorum hoc modo, Spiritus ſit, & ab Elementari corpore cooperiatur, aut abſcondatur, ſolíque ſidereo pateſcat: Iam liquet, Magicæ officium eſſe, vt iſta doceat, non Auicennæ, non Galeni. Sola enim Magica præceptor ac Pædagogus eſt, qui nos Medicinam & auxilia ægrorum inuenire docet, ídque viſibiliter. Sicut Elementare corpus & literæ, & quælibet forma, colórque ac figura oculis viſibilia ſunt: ita conſpicua quoque redditur & internoſcibilis eſſentia auxiliorum illorum, non ſecus ac forma oculis terrenis patet. Multoties equidem iam Magicæ mentionem feci, ac pluries indagationis arcanorum naturæ, tam in his, quàm aliis libris. Scire ergò vos velim breuibus, quodlibet, Magica inuentrix, à quouis Medico diligenter & accuratè addiſci debeat. Nam etſi quidem libri cæteri in vniuerſum omnes interciderent, & cum his omnis quoque medicina periret: hâc ſuperſtite tamen ea nihili iactura cenſenda eſſet. Liber enim iſte inuentrix, iſta omnia poſtliminio iterùm inuenit, & illis etiam multò plura. Et iſta tibi Anatomia artium ſit. Non quòd per eam membra lignorum, herbarum, raporum, &c. introſpiciantur, qualia interiùs ſint: ſed quòd per ipſam potentiæ & virtutes detegantur, multò euidentiùs & enucleatiùs, quàm ſi exteriora membra diſſecentur, diſſeparentur & penitùs excoquantur. Hæc Anatomia inuentionis artium primò demonſtrat ſignatum. Iam autem quid ſignatum ſit, quod ſignârit, id indicat Gaballia, ſpecies Magicæ, quæ eſt membrum Anatomiæ. Ars verò inuentrix non vno ſaltem modo intelligenda venit, ſed etiam in omnibus ſpeciebus Aſtronomiæ & donorum. Ac cùm huiuſmodi membrorum plura ſint, & ſpecierum adhuc plures, quæ tamen omnes ſunt inuentrices Magicæ & expoſitrices Anatomiæ ſcientiarum, artium, medicaminum: ideò liquet, oportere illa membra & ſpecies viſibiles fieri in operatione Aſtronomiæ, inuentionis. Sic nempe ignis ex Sole viſibilis fit per Cryſtallum. Ignis in ſilice viſibilis fit per chalybem. Sic oportet etiam ſolem Magicum viſibilem fieri per Cryſtallum Magicum, vt hoc pacto ignis Magicus viſibilis fiat per chalybem magicum. Iam ergò ardet ac flagrat Anatomia, & oſtéditquod præſtò eſt, vt viſibiliter conſpiciatur, quod in illo corpore latet, non obſcuriùs, quàm ignis ex Sole in ligno, ex ſilice etiam in ligno videtur. Nam hic lignum quoque Magicum accenditur, hoc eſt, arcana herbarum ardebunt inſtar ligni, & ſuam virtutem exprométad quidnam vtilia ſint.

Multas machinas admouit Milleartifex ille, vt hanc Anatomiam ex memoriâ hominum excuteret, & tam nobili arti obliuionem totalem induceret. Idé etiam ab hâc homines in varia nugaméta abripuit, in quibus tamen nihil artis eſt, vt ſcilicet in iſtis otioſè tempus obtererent. *Nihil enim ſcienti, nulla cupido adiacet.* Et qui nihil nouit, is nihil intelligit. Qui ad nihil idoneus eſt, nihili eſt. Rem autem qui intelligit, is eam diligit, & obſeruat ac meditatur. Extra hanc cupiditatem Milleartifex nos abducere anniſus eſt. Nec enim neſcius fuit, ſi homo iſtorum ſecretorum cognitionem habuerit, quòd poſteà ſe à libro ſeduci non paſſurus, ſed theſauro iſti potius obſtinatè adhæſurus ſit. Si verò homo illa non nouit: ſcit Satanas, ipſum ventrem, Venerémque, aleam, bella, deſidiámque ſequi. Semel enim hoc verum eſt, quod, qui Deum non nouit, ipſum minimè diligat. Qui Trinitatem ignorat, non credit in eam, ideò ipſam nec diligit. Qui Mariam non nouit, illam non diligit. Qui diuos non nouit, non diligit ipſos. Qui naturam non nouit, ipſam non amat. Ita ergò qui hoc modo nihil nouit, nihil etiam meditatur aut ſectatur, ſed omnia aſpernatur. Solus véter ipſi Deus eſt. Quò autem rei alicuius cognitio certior & penetrantior, eò amor & dilectio maior. Qui pauperes non nouit, ipſos nihil curat. *In cognitione omnia poſita ſunt.* Ex hâc fructus omnes defluunt. Ipſa cognitio largitur fidem. Qui enim Deum cognouit, is in ipſum credit. Contrà verò, qui eum non cognouit. Pro cognitionis enim modo quili-

Magica inuẽtrix ſedulò diſcenda Medico.

Magicæ inuentricis poteſtas quã ta.

Signatũ quid.

Milleat. illicis machinat o in tollenda Magica.

Ignoti multa cupido.

Quantũ quiſque cognoſcit, tantùm flagrat.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 323 sur 913

quilibet credit. Eadem ratio etiam in Medicinâ. Quilibet tantùm operatur, quantùm in naturâ nouit. Qui naturæ nihil cognouit, nihil facit. Aut quicquid facit, id fingit saltem, ceu pictor imaginem exprimit. In hâc veluti vita nulla est: ita nec in isto Medico. Etsi verò passim docuerim, quomodò ars hæc visibilis reddi debeat: consultum tamen mihi visum est, mentionem illam hic vrgere & explanare certius. Inuentrix nempe species est Magicæ, ex speciebus Astronomiæ omnibus desumpta. Quemadmodum Magi ex Oriente per hanc inuentricem Christum inuenerunt in stellâ, quemadmodum ignis in silice reperitur: eodem modo artes quoque Naturæ inueniuntur, multò tamen promptiùs & procliuiùs, quàm Christus in stellâ inueniri potuit. Et quantò longiùs aut longinquiùs Christus à Regibus ex Sabâ ac Tharsis quęsitus est: tantò propiùs thesaurus naturæ inuenitur. Ab Oriente autèm principia omnia Magicæ procedunt. A Septentrione nihil procedit boni. Vos ergò Medici si probi & frugi esse vultis, strenuè id annitimini: nec, quemadmodum sues in agro rapa versant, sic vos hominem tractetis, ad Dei similitudinem effictum: sed eo modo integritate ambulate, sicut Deus Medicum in suo libro instituit.

Inuentrix Magica quò spectet.

Magi, qua vi Christū nacti.

Oriens præstantior Septentrione.

CAP. X.

De libro, quomodo Medicina à Materiâ primâ in Materiam vltimam perducatur.

Materia prima rerum informis.

Semen, quando nihil, & quando aliquid.

RES vnaquælibet, quæ crescit, sine formâ, vel informis est in sua materia primâ, & veluti nihil est. Exemplum. Fagus, Abies, quercus, primo semen est, in quo nihil eius est, quod esse debet. Si verò semen hoc in terram iacitur, necesse est, vt priùs putrescat. Aliàs ex eo nihil producitur. Si iam putrescit, totum dissoluitur. Et cùm priùs adhuc semen esset, erat id aliquid. Sed cùm putrescit: iam nihil ampliùs est. Porrò autem ex eo, quod putrescit, sequitur, vt ea putrefactio sit prima materia, quæ iam in plantam abit: & tum temporis ipsi inditur forma eius arboris. Primum intra terram suum principium accipit. Posteà supra terram principium secundum. Et supra terram discedit in species aliquot, donec id fiat, quod postremò esse debet. Non autem simul & semel nascitur, cum forma & omnibus, supra terram, quàm primùm extra eam emergit, sicut infans cum plenâ formâ editur: Non, inquam, ita plantæ nascuntur. Sed qualiter plantæ suprà terram apparent, & ab vna formâ in aliam abeunt: taliter quoque scire debetis, infantem in suæ matris aluo procedere & increscere. Iam vt forma augescit subinde: ita augescit etiam Medicina, quâ herba, vel arbor illa donata & insignita est. Non quòd forma perfectè adsit, sed tantùm in perfectione formæ augescit, & perfecta fit. Forma enim in ætates suas diuiditur, sicut homo. Primò is in cunis infans est. Talis etiam in principio forma plantarum. Posteà puerascit, cursui & ambulationi assuescens, non operationibus aliis. Eadem formarum quoque & Medicinæ ratio. Deinceps infans indies magis magísque sapit & intelligit. Ita plantæ quoque deinceps magis magísque viribus & virtutibus suis increscunt, ac formæ ipsarum indies fortiores euadunt, vsque ad tempus præstitutum. Tandem incumbit senium & imbecillitas, eodem decremento, quo incremẽto vigor ascenderat. Eodem modo & de Medicina intelligitur, quòd similiter suos gradus habeat, prout virtus est iniuentute, seu robore; & senio, seu infirmitate. His percognitis, iam porrò quoque noscite, quæ dicturus sum. Videtis omnia corpora suas formas habere, in quibus subsistant. Sic suas quoque formas omnes Medicinę habent, in ipsis conditæ: *Vna est visibilis. Altera inuisibilis.* Vna est corporalis, Elementaris: Altera spiritualis, siderea. Hinc iam liquet, oportere vnumquemuis Medicum Herbario spirituali sidereo instructum esse, vt ex eo sciat, quo modo Medicina illa informâ subsistat: sicut exempla hæc docebunt. Medicina, quæ spiritualiter in suâ essentâ assumitur, quàmprimùm in corpus penetrauit, in suâ formâ stat: non secus ac iris in cœlo, aut imago in speculo. Sic si formam habet pedum, abit in pedes. Si formam habet manuum, stat in manibus. Eadem etiam ratio est capitis, dorsi, ventris, cordis, splenis, iecoris, &c. Sed dilucidiùs rem accipite. Sit radix, quæ in suo sidereo corpore corpora omnia hominum contineat. Ea si assumitur, tunc in homine consistit secundùm omnia sua membra in membris hominis. Ex hoc sequitur,

Formæ suæ ætates vt hominis.

Medicinæ gradus & ætates.

Forma Medicinę duplex.

Herbarium Medici quale.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 324 sur 913

Specula pennarū pota Mãmillas sanant. Dactiletus cancrum curat.

specula pennarum mammillas fœminarum sanare pota. Causa est, quòd ipsarum forma Mámillæ sunt & vbera. vnde imago Medicinę cõcedit in suum membrum, quò pertinet. Sic Dactiletus potus cancrum curat. Ipsius enim imago in corporis eum locum abit, ad quem eius forma spectat. Hoc enim vobis persuasum esse debet, quòd chirurgicales omnes morbi per physicalia remedia curari possint, si Physicus Anatomiam essentiæ nouit ac intelligit: quorum tamen equidem paucos vidi. Horum autem ingentem numerum vidi, qui loquuntur de dirigentibus, directoriisque, hoc est, de additamento, quòd Medicinam ad suam sedem & locum genuinum prouehere & deducere debeat: quæ opinio tamen omni fundamento caret. Dicunt enim, Saluiam, Lauendulam, Maioranam, directoria seu ducentia ad caput esse, quæ eo vnâ secum ipsam quoque eius Medicinam abripiant, non aliter ac tabellarius vel socius quispiam alium viæ ignarum, eò, quò vult, perduceret. Quod admodùm aniatron dictu est. Non enim eo modo medicina prouehitur, sed seipsam promouet per virtutem suæ imaginis. Exemplum: Euphragia formam ac imaginem oculorum in se habet. Vnde fit, vt assumpta in membrum suum se sistat, & in ipsam formam eius membri, ita, vt Eufragia integer ac totus oculus fiat. Quæ autem alia Medicina est, quæ aliam ad oculum & in oculum simili modo veluti vehiculo deducere queat? Mẽbra vniuersa hominis suam omninò similem formam habent in rebus crescentibus, in lapidibus, in metallis, in mineralibus, &c. Et quòd corpus essentia est, in eo illa quoque imago est. Id si assumitur, tunc natura microcosmi, eadẽ imago in homine constat. Sic ergò Medicina fertur ad locum illum, quò debet. Sicut enim sculptor lignum sumit informe, & ex eo qualicunque formam quandam fingit vsque ad finem: sic scire debetis, ipsam naturam quoque eiusmodi sculptorem esse, idoneum ad corpus quodlibet in suam formam reducendũ. Cibus qui editur, in ore forma est: natura autem in Archeicis suis virtutibus. Iam autem omnia membra in homine nutriri debent. Sed quo modo: id Physica & genuinum naturæ lumen docet, quòd cibus, quando in suas essentias peruenit, in formam suam abeat, & subsistat, velut imago in toto corpore, vnumquodlibet in eo loco, in quo esse debet; Id esto Homo cibi. Sic pariter potus quoque, si in spiritum suum peruenit, tùm spiritus viui instar hominis, in membris omnibus hominis subsistit. Hæ enim sũt formæ perfectæ in omnibus membris, in nullo quoquam excepto. Eadem ratio etiam Medicinæ est. Vbi ægritudo est, ibi Medicina suam formam, & naturam ac proprietatem habet. Hic iam artis est, vt homo Spiritalis, Essentialis, Medicinalis, secundum illum locum cognoscatur, in quo eius cura posita est. Nam *est homo cancri, homo lupi, homo pestis, homo febris, homo hydropisis, homo profluuij, homo menstrui, homo vermium, & sic omnium morborum.* Id si Medicus ignorat, vbinam homo iste fidereus in Elementatis corporibus situs sit, tunc præter ordinem Medicinæ omnia instituuntur ac fiunt. Quis enim ductorem semper ac comitem sibi inueniat ad membrum quodlibet? Ita, Stulentina pota curat paneritium, ideò quòd ipsius imago hoc loco curam habeat. Quis iste in Medicinâ Ductor est, qui curam istiusmodi dirigat foràs in digitos? Non ergò ducentia, sed formæ comites ac vectores esse debent, ac per id dirigere, quòd imago ex seipsâ promit. Hoc illud ducens esse oportet. Alter autem processus compendium est laboris & dẽsidiæ, nec multum artis requirit: Illum Medici ex papiro saltem discunt, nec veræ artis libro quicquam opus habent. Nam hoc omninò modo Medicina intelligenda est in suâ primâ materiâ, quomodò in vltimam perueniat. Etsi ad vltimam deducta est, tum species est cum omni formâ & substantiâ suâ, qualis etiam est corpus Elementatum ipsum. Et in imagine spiritus iacent Arcana & Magnalia Medicinæ: vbi tandem vera cura posita est. Huiusmodi imagines inquiri debent per inuentricem Magicę artis, de quâ liber quartus tradit. Naturæ etenim Archeus spiritum hunc cum diuisione suâ in formam suam ordinat cum omni Archaniâ, quæ in eum ordinanda est. Hâc nimirùm ratione Anatomia Medicaminum inueniri debet, non in composito, non in communibus, non in directionibus. Omnia enim iam dum in naturâ ordinata sunt, & arte optimâ in formam spiritualem vnam composita. Hanc tu non reddes meliorem, quàm natura fecit ipsamet. Solâ Alchimiâ vtere, quæ diuersa separat. Hanc ergò operam da,

Medicorum opinio de directoriis falsa.

Medicina qua virtute ad partes suas abeant.

Natura statuario similis.

Stulentina curat paneritium.

Magnalia & arcana in quo subsistant.

Compositio naturæ emendari à nullo potest.

vt

vt naturam & proprietatem omnium imaginum scias. Sic enim in curâ medicâ verè gloriari poteris. Exemplum hoc notate. Tu asseris, hoc illud, esse constrictiuum: & tamen ignoras, vbi ibi id tale fit. *Aliud enim est constrictiuum Dysenteriæ, aliud Lienteriæ, aliud vomitiui, aliud vrinæ, aliud menstrui, &c.* Quæ omnia Sola imago virtutis constrictiuæ indicat. quæ sedes quibus constringantur. Sic scis etiam hoc esse incarnatiuum: vbi autem tale sit, nescis. Alia enim est consolida Lupi, alia Esthiomeni, alia cancri, alia fistulæ. Ideo ars signata iunctim hic quoque cognita esse debet. Signatum enim locum indicat. Locus indicat indigentiam, seu necessarium. Necessarium suppeditatur per inuentricem.

Constrictiuum & incarnatiuum multiplicia.

Signatū quid Medico indicet.

CAP. IX.

De libro Generationis morborum, ex vera Philosophiâ noscendæ.

VNVM adhuc vobis pendendum & declarandum est, nempe de generatione morborum secundùm considerationem Philosophicam. Iam autem nemini vestrûm ignotum est, quod à priscis quatuor humores constituti sint, ex quibus scilicet vniuersi morbi oriantur. Quod dum fecerunt: veræ ac legitimę originis obliti illi sunt morborum; hoc est, seminis, ex quo morbi nascuntur & producuntur. Nemo autem est, qui inficiàs eat, ipsum hominem Microcosmum esse. Vndè necessarium est, vt quatuor is in se Elementa habeat, quę ipsi Humores indigetant. Quanquam satiùs esset Elementorum nomen retineri. Id enim faceret ad intellectum facilioré & pleniorem. Sed ob nominis litigium papirus nulla corrumpenda est. Vt autè sensum meum assequamini, & liber hic sua iusta habeat, ad id animum applicate, quod exemplo sequenti demonstrabitur. Cùm quatuor humores quatuor Elementa sint: sequitur, quatuor humorum eundem omninò esse intellectum, qui est Elementorum. Iam autem non nescitis, quòd ipsa Elementa nihil dent, sed saltem accipiant. Vt enim mulier sine viro impręgnari minimè potest: sic Elementorum fœminæ quoque ex suis maritis, tanquam ex superioribus Vulcanis tantùm concipiunt. Id tali exemplo quoque demonstratur. Pomum nascitur ex suo semine: & semen est pomum, & est sperma Vulcani. Sed in Elementis matricem adipiscitur, & in eâ suum sumit nutrimentum, substantiam, formáque & naturam perfectam, ac eò euadere potest, vt inde fiat, quod fieri debet pro modo suæ prædestinationis, non secùs ac infans, qui perfectus à matre suâ editur. Sic ergò Elementa minimè morborum causa sunt, sed semen, quod in ipsa seminatur, & ibi augescit ad vltimá vsque essentiam ac materiam: ex quo nos etiam crescimus, & ex quo incremento morbus prouenit: ac illud quod auctum vel enatum est, morbus existit. Qui ergò nouisse morbum velit, is eum cognoscat velut arborem, hoc modo. Arbor alia poma fert: alia pyra: tertia nuces, &c. Idem discrimen etiam in morbis est. Et morbi cognoscendi omninò sunt, quòd ex semine nascantur, non ex humoribus, ex patre, inquam, non ex matre. Et licèt à matre quidem edatur infans, ex patre tamen is est. His hoc modo pensitatis, quis quæso dicat, aut concedat, morbos quærendos esse veluti Humorem, & Humorem pro morbo habendum, aut iudicandum esse? Cùm tamen aliud mater sit, & aliud infans, qui à matre prodit: Alium morbum mater habet, alium itidem infans. Quisnam magno labore infantis morbum in matre inquirat? qui tamen in solo infante subsistit, à suâ matre penitùs separato? Et licèt quidem aliquis obiicere queat, matris simul ac infantis vnum morbum esse posse: nihilò minùs tamen vnum ab altero separatum est. Sic egò morbus quæri debet in eo, in quo existit. Quòd si quis fors ita obiiciat: *Quia tu Elementa pro fœminis habes: fœminæ autem & ipsæ ægrotare solent: ideo Elementa quoque ægrotare possunt: vnde necessarium videtur, Humorem esse morbum, &c.* Ad hoc responsum tale habete. Mulier ipsamet etiam fructús est ex suâ matrice, non minùs ac infans. In hoc enim differunt Fœmina & Elementa. Elementa enim fructus non sunt: sed in conceptione tamen fœminæ similia. Quomodò ergò dicere possit medicus, morbos ipsos Elementares existere? aut quî persuasum habere queat, quòd, si Elementum expellat, ipsum quoque morbum expulerit? Si medicus ibi incipere debet, vbi desinit Philosophus: certè longè alio intellectu præditum eum esse oportet. Nec enim Philosophia Medicum hoc modo incipere docet. Quî enim dicere quis

Humorū inutilio otiosa.

Homo Microcosmus.

Elementa pro humoribus ponenda.

Semen morborū causa, non humores.

quis possit, pomum ex terra esse, cùm tamen ex suo semine proueniat? Vnde sequitur, si Medicus remediis suis humorem amouere velit, fieri quidem posse, vt ægrum iuuet, sed hac tamen saltè ratione, vt si mater auferri debet, auferatur vnà cum ipsâ infans quoque. Ita enim si mater tollitur, tunc corpus suum Elementum perdit, atque adeò mortuũ cadit. Sic ergò ex illorum practicâ sequitur mortificatio ægrorum, & desolatio seu euersio sanitatis. Nullo enim vel modo, vel iure corpus suo genuino Elemento spoliari debet. Porrò autem etiã notate, quam planam viam Philosophia in hoc commonstret, dum videmus, Elementa corpoream matricem esse ad semen concipiendum, ac eidem suum alimentum & incrementum sufficiendum idoneam. Quis ergò ita imperitus esse velit, vt medicinam administrare sustineat, cùm hanc Philosophiam tamen non intelligat? verè enim sciat Medicus, quòd sine istiusmodi Philosophiâ nomen ac titulum medici iniquè sibi vendicet. Hoc vobis equidem facilè concesserim, quòd *semen vnumquodlibet tincturam in se habeat*. Vnde fieri potest, elementa ipsa discolorationem & alterationem concipere. Sed propter hoc, elementum ipsum morbum existere, id omninò falsum est. Sed quemadmodum pannus à colore extraneo imbuitur: sic eodem modo hic quoque accidit. Qui verò colorem ita rursus elicere ac extrahere potest, vt pannus ad natiuum suum colorem redeat: is probationem eius fecit. Exemplũ rem declaret. In aurigine qui tincturam illam demere potest, is semen abstulit ex eo, ex quo tinctura egressa est. Ita ergò corpus priori suo natiuóque colori reddit. Color enim non ex corpore prodit, sed tantùm ex semine peregrino.

Color ex semine est.

Porrò autem de corruptione quoque notate, vt si de putrido aëre ac aquâ dicatur, quòd etiam ex istâ corruptione morbi exoriantur. Id verum quidem est, sed hâc ratione. Nihil totum frangitur aut dissoluitur, quod semen fractionis non conceperit. Ex quo sequitur, semẽ corrumpere, & genus aliud morborum gignere, corpus corrumpere, sicut aqua niualis ferrum. Hoc ergò semen si tollitur, eius quoque corruptio vnà tollitur. Exemplum. Ex luto nascuntur scarabæi, vermes, &c. non quòd stercus seu lutum in vermes mutetur, sed in stercore semẽ latet, ex quo postea vermes per Vulcanicam digestionem producuntur. Sic ergò Scarabæus aliud à stercore est: si enim stercus equinum esset, eius similitudinem referret. Iam verò, si similitudo nulla horum est, suam omninò peculiarem generationem habet, quâ editur. Vua semen in se habet, quod vinum existit. Ex eo gignitur vinum, non ex illo semine, ex quo lignum enascitur. Semẽ, ex quo lignum producitur, id visibile simul & tangibile existit. Semen autem, ex quo vinum nascitur, nemo videt, & tamen in esse indiuisa existunt, sicut corpus & anima. Sed porrò attendite. Si ergò in semine momentum omne positum est: incumbit medico, vt ipsum probè cognoscere studeat. Sic enim contra illud sua remedia præscribere & dirigere poterit. Et quemadmodùm comprehẽsum est, scire quoque debet medicus, *Semina morborum duplicia* esse: Semen nẽpe *Illiastrum*, & semen *Cagastrum*: hoc est, semen omne, aut à principio semen conditum est, vt, pomi, nucis, pyri, &c. & hoc Illiastrum dicitur: aut à corruptione enatum est: & nominatur Cagastrum. Sic ergò *Morbi Illiastri* sunt, hydrops, aurigo, podagra, &c. *Morbi Cagastri* sunt pleuritis, pestis, febres &c. Iste ergò Labyrinthus in Medicinâ non temnendus est, neque medicus in horũ cognitione exorbitare debet. Nec enim is saltem error est seipso contentus: sed res ea concernit ipsum etiam corpus ac vitam. Si error iste noxâ & periculo vacaret, hactenus sic quidem conniuendo tolerari potuisset. Iam verò cùm periculi pleniſſimus sit: an non iniquè tot sæculis eum viguisse dicendum sit? Plura & grauiora alia taceo, quæ hic quoque produci possent: Nempe, quod recepta vniuersa, si non contra ipsum semen dirigantur, improba & inidonea sint. Sed porrò adhuc semel mihi aures præbete. Ecquid videtur vobis de eo, quòd morbi hoc modo oriantur, & indies augescant? Hoc si probè intelligere vultis, pedem in Philosophiam referre, & attendite, quomodo vos ea intelligere doceat, vt crescat gramen, vt lignum producatur, & similia alia. An non ea ex semine progignuntur? Imò. Si ergo ex semine: & ex semine ipse quoque morbus emergit: iam vnum cum altero æquali omnino ratione gignitur. Quæ ergo satagentia ista vestra, quod tanto sudore laboréque morbos describendos suscipitis? Si Philosophiæ naturalis rudes

Vermes ex terra.

Semen duplex: Illiastrũ & Cagastrum.

Illiastri morbi qui.

Cagastri morbi qui.

Recepta contra semen morbi dirigenda.

des, ignari & imperiti eſtis: quî amabo incipere poteſtis, vbi Philoſophus deſinit? Si ibi incipere vultis, vbi Philoſophus deſinit: ſcitote, ipſum quidem deſinere in naturali lumine mundi magni. Sic ergò mundum paruum cenſebitis, quemadmodùm Philoſophus conſiderat mundum magnum. Hâc induſtriâ morbũ vnumquemlibet apprimè noſcetis, non minùs ac ruſticus arbores nouit in campis. Et quemadmodùm agricola arborẽ ſecuri deiicit: ſic medicus quoque contra morborum arborem efficaciſſima remedia cognoſcet. Semen enim, quod in arborem abiit, ſemen ampliùs non eſt. Et quo à ſemine longiùs abiit: eo minùs ſemen exiſtit. Et ſicut elementa foris diuiduntur etiam in corpore. Alia enim mater eſt aqua: ideò Philoſophia Fontium hùc facit. Alia mater eſt terra: quò ſpectat Philoſophia Creſcentium. Et ſic ſimiliter de cæteris etiam Elementis. Quo modo Vulcanus in Macrocoſmo cognoſcitur: eodem modo cognoſci debet etiam in Microcoſmo. Hoc pacto Labyrintho locus non relinquitur, & erupturo vero Medicinæ fundamento occaſio & via ſternitur. Ideò vos Medici accuratiùs tandem penſitate, quas res geratis. Probroſum enim vobis eſt, dicere, Hoc me Galenus docuit, Iſtud in Auicenna legi, &c. De vobis ipſis teſtemini, qualẽnam eſſe conueniat. Ipſorũ ſæculo res ita ſe habebat: iam ratio alia eſt. Fraudes antiquæ deinceps non valẽt: iam oculi aperiendi ſunt. Nolite ipſos æmulari: ſed ſaniora diſcite, quàm ipſi vobis tradunt. Nec enim ſcripta eorum Euangelia ſunt, vt ipſis veluti beatitudini adhærendum ſit. Naturæ lumen ſeculo ipſorum probè quidem operatum eſt: ipſi verò contra naturam illud inuerterunt. Quî enim beneficum aſtrum in fatuum aſinum boni quid infundere poſſit? Si is peruerſus eſt, tum idem ipſam quoque naturæ lucem peruertit. Ideò primum quærite regnum Dei: & ſic multò plura præſtabitis, quàm in terrâ vnquam præſtita ſunt, & de ſupremo noſtro Medico, Deo, nihil deſperate. Si enim ipſum, & noſtrum proximum diligimus: quibuſcunque indigemus, abundè nobis ea adiicientur. Ignauis verò & amorem oblitis auferentur etiam, quæ habent. Ad medicos quoque in die extremi iudicij vox illla perſonabit: *Ite maledicti, in Gehennam. Vbi me conſolati eſtis veſtrâ medicinâ, cùm infirmus eſſem? Meum mihi ſurripuiſtis: nec me tamen iuuiſtis. Deum verum deſeruiſtis, nec ipſum Doctorem veſtrum agnouiſtis, Theſauros vobis legiſtis in terrâ, non in cœlo, & Dei operâ, prout decuit medicos, in naturâ ſcrutati non eſtis, ſed cum leuitate omnia tranſegiſtis.* Ideò tandem oculos aperite, vt ab hâc maledictione liberemini.

Microcoſmus ad macrocoſmũ conferẽdus.

Elementorũ ſingulorum ſua Philoſophia.

Medic. repethẽdo

Veterũ ſcripta pro Euãgelio nõ habẽda.

LABYRINTHI CONCLVSIO.

VT capitula nonnulla de libris medicinæ, quomodò diſci illa ac inquiri & preueſtigari debeat, conderem hactenus & proponerem: cauſæ me nec paucæ, nec leues impulerunt. Prima eſt, quòd tam multi paſſim in medicinã commentantur, eandémque docent, & curandi modum præſcribunt. Hoc verò in vniuerſum omnes ſciant, ignominioſum id admodum eſſe, quempiam addiſcere velle rem corporis ac vitæ periculum intentantem, idque non ex fundamento vero, ſed ex labyrintho & opinione merâ, quæ à re-ipſa longè abſit: ac denique ſuper hanc opinionem curandi rationem extruere, & ex commẽtitiâ hâc arte practicam exercere conari. Hic enim erroneum latet & principium, & mediũ, & finis. Non leue quid eſt, finem vel curam ex principio futili & erroneo exſtrui. Sed, cùm Medicinæ longè aliud fundamentum ſit, quàm quod illi ex ſuo labyrintho effundunt, an non multò ſit æquius, ipſos normam ac rationem ſolidam ſequi potiùs, quàm fundamentum illud tueri, quod pro fundamento à Deo datum & poſitum non eſt? Nec enim nos iſto modo quicquam aliud agimus, quàm quòd librum iſtum, omnis medicinæ ac morborum vniuerſorum curationis fideliſſimum promum, à Deo ipſo conſtitutum deſerimus, & librum ex profeſſo alium amplectimur, contra prædictum ordinarium ex diametro pugnantem. Sed iſte mos plerumque hominum eſt, vt, quæ nihili ſunt, plus ferè ſemper laudent, quàm quæ frugi ſunt: ac vt propenſiores ad mala, quàm bona ſe magnâ ex parte præſtent. Beatus autem contrà, imò beato beatior is foret, qui modum in omnibus teneret, nihil cogitatibus humanis conſideret, ſed in viis à Deo ipſo præſtitutis innocens ambularet. Sic autem idem Deus, & tam accuratâ meditatione tum medicinam ipſam condidit, tum eius libros conſignauit, vt ſcribâ alio, aut interprete nullo opus habeat, niſi quæ præcisè textum ipſum Naturæ teneat, quomodo

Homis mos pianus.

modo hactenus est. Secundùm horum librorum informationem quicunque practicamu sua instituit, is hallucinari minimè potest. Bonum enim ac tutum est in Deum confidere. *Huic qui confidit, in nullum labyrinthum abducitur: nec idem suos ægros necabit, aut vllo modo distorquebit. Consultum ergò mihi visum est, hos libros, sermone, quoad fieri potuit, breuissimo concludere: vt ex illis quilibet pernosceret, quâ ratione Medicina addiscenda sit, ac vbinam tandem locorum eius schola celebretur, ne fors Labyrinthei illi medici admirentur alios, ex fundamento alio, quam faciunt ipsi procedentes. Bene illi, qui Labyrinthos non sectatur, sed ordinem luminis naturæ æmulatur, quod ipsum & Medicus, & medicina existit. Sed, vt colophonem tandem huic Medicorum labyrintho addam, priùs indicatum vobis volui, me vix magno molimine etiam apud aliàs satis prouidos & literatos cum hisce meis commentariis in lucem erumpere potuisse. Nam fastidium omnibus est, huiusmodi libros intueri & euoluere. Contrà verò plerisque summa voluptas est, in papiro inuoluta pyra torrere, & nescio quæ leuia alia satagere. Annisiam aliquot, & hæc, & alia mea distinuerunt ipsi. Tandem tamen hora appulit, quâ mihi Mecœnas oblatus talis est, qui non ex fauore, sed ipsius æquitatis studio censúque, hos meos labores in lucem proferre & edere sedulò allaborauit. Is autem est, laudatissima prouincia Archiducatus Carinthij. Vos autem meos discipulos, Auditores, & Lectores vniuersos decet, vt proceribus his, ceu Mecœnatibus summis propter hanc beneuolentiam & officium liberalissimum gratitudinem amplissimam ex animo deuotissimo refundatis, & officia vestra omnia illis lubentissimè nuncupetis. Dabantur 3. Septembr. Anno salutis humanæ 15, 8.*

LIBER
DE MORBIS TARTAREIS,
AB EXCELLENTISSIMO DOMINO
THEOPHRASTO HOHENHEIMIO, VTRIVSQVE MED.
Doctore, summo studio conscriptus & elaboratus.

REVERENDO, NOBILI ET EXCELLENTISSIMO
Dn. IOHANNI A BRANDT, I.V. DOCTORI
& Canonico Eferdingensi, Domino & amico suo singulari.

Adepta Philosophia cótemta hodie.

Vsquam equidem non præstantes, eruditósque ac in Adeptæ Philosophiæ *scientiâ peritos & exercitatos viros peruestigaui & consectatus sum: itineribus quidem multis & longinquis defatigatus, sed voti tamen successu minimè infelice compos factus. Interea tamen passim documentis quàm plurimis factis comperi, huius sæculi iuuentutem* Adeptæ Philosophiæ *ignauiter admodùm incumbere. Seniores autem, de quibus loquor ac scribo, fato suo abrepti magnâ ex parte ad proauos nostros concesserunt. Adeóque illorum hodie pars minima superstes est. Ex quibus tu tamen, vir Nobilissime & Excellentissime, hoc sæculo nostro primarius es, non tantùm Experientiæ & Experimentorum eximiâ cognitione insignis, verum etiam tam ex naturâ, quàm vsu* Vulcani & Apollinis *artis peritissimus & quarissimus. Inhorresco equidem, nec immeritò, quoties mecum cogito, quàm fataliter hoc nostro sæculo artifices illi summi interciderint, & quàm potenter vicissim inualuerint sectæ, pluribus* Homicidis *quàm* Saluatoribus *celebres. Quicquid tamen his occinatur, nihil proficit: hoc iam huius sæculi ingenium est. Et apud me penitùs ratum est ac confirmatum, de hâc ipsa panolethriâ Christum ex diuinâ prouidentiâ dudum vaticinatum esse, cùm dixit:* Gens contra gentem excitabitur: *quasi etiam inter Medicos & ægros consensus nullis ac concordia futura sit. Ita enim huius iam sæculi mos est, vt inani strepitu verborum multò procliuiùs homines moueantur, quàm ipsâ rerum commoditate. In Tuæ autem Excellentiæ honorem libellum hunc edo de Tartaro, de eiúsque ortu & generatione, de causis, & naturâ, & signis, additâ explicatione eorum, per quæ curatio Tartari perfici debeat. Quibus meis laboribus si T. Excell. acquieuerit & æquior fuerit: in cæteris operibus industriam & sedulitatem largiùs cumulaturus sum. Hunc verò de Tartaro librum, cùm* Eferdinga *ad Boemicum Marescallum profectus essem, perfeci & elimaui. Quem cùm prælo, vt excuderetur, subiicere vellem: à meæ professionis hominibus hoc meum institutum repressum & impeditum fuit.*

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 329 sur 913

fuit. Interea autem cùm nescio quo fato fieret, vt ad Carnes peruaderem, in quâ regione velut & in Austriæ locis plurimis cùm morbum istum admodùm frequentem grassari peruiderem: in gratiam ac emolumentum istorum hominum libellum istum tertiò emendaui, & elimaui, & medicaminibus necessariis vniuersis dotatum, tandem laudatissimæ prouinciæ Carynthiæ dedicaui & inscripsi, vt quæ præ aliis omnibus geniali quodam & syncero amore artis ac doctrinæ Apollineæ, in salutem fragilitatis humanæ cedentis, flagraret. Isti verò proceres libellum hunc non placido saltem benignóque vultu acceptârunt: sed & morâ omni sublatâ illum continuò imprimi & excudi curârunt. Quo facto non suæ saltem patriæ, sed Europæ vniuersæ commodum ac salutem singulariter promouerunt & aßeruerunt. Cùm ergo T. Exc. ea natura sit & propensio, vt affectu intimo illis vniuersis faueat, qui aut ipsi Apollineis ac Vulcaniis artibus impendio addicti sunt, aut his addictis ceu Mecœnates tutum asylum ac præsidium offerunt: librum hunc quantumcunque eius est, tuæ tutelæ ac protectioni fideli iure meritò oblatum volui. Faciat ergò T. Exc. vt laudatissimos quosque Archiducatus Carnici proceres, ac bonos alios etiam cuiuscunque vel conditionis vel ordinis sint, suæ beneuolentiæ nuncupatos habeat. Ego quidem spem mihi facio certissimam, tempus illud appropinquaturum tandem, quo incoram de his omnibus largiùs & amiciùs colloqui & verba ferere possimus. Gratia autem & laus sit Creatori Adeptæ Philosophiæ, protectori nostro clementissimo, & informatori benignissimo in æternum. Amen.

LIBER
DE MORBIS TARTAREIS: SIVE,
PRO APPELLATIONE VETERVM
de calculo, seu lapide & arenulis.

CAP. I.

De Veteri huius morbi Nomine: & de noui inuecti defensione.

QVICVNQVE rem aliquam tradere ac docere volunt, horum officiũ est, vt omnium primò materiam ipsam, seu rẽ tractandam proponant, posteà illius nomen seu appellationem designent, & concordantiam nominis cum re ipsa inquirant, tandem rationem istius deducant concordantiæ. Sic & mihi de nomine huius morbi tradituro incumbit, vt ante omnia vos commonefaciam, veterum scriptorum & medicorum neotericorum denominationem nõ quadrare ac conuenire morbis illis, quos designant. Vnde confusiouem quandam & schisma in Medicinam inuehi necesse est. Quicquid enim homo vel facit, vel discit, id libellam seu lineam ac circulum egredi non debet, nec quicquam inæquale aut hiulcum, aut exorbitans concurrere fas est: hoc est, omnia ad vnũ reduci, & sibi inuicem singula consentanea esse oportet. His ita constitutis iam, cùm de Tartaro scribendi institutum meum reuelârim: opus deinceps erit, vt huius morbi nomen explicitè definiam & probè constituam. Nam cùm de verâ appellatione inter nos litigiũ haud leue gliscat, adeóque nominis ipsius ratio doceat, quod nec in principio, nec in medio, nec ipso fine consentiamus: operæ pretium est, denominationis fundamentum ita constitui, vt res tota apprimè intelligi, ac scripta aduersaria de hoc morbo accuratè censeri & diiudicari queant. Hoc autem quod veteres posuêre fundamentum, metaphoricè intelligendum est. Calculus enim à calculo, arena ab arenâ, sabulũ à sabulo desumptũ est. Ponatur exemplum. Si Christus inquit: *Ego lux sum mundi*, non fax illicò aut candela intelligenda venit. Nam lumina plura sunt & intelliguntur. Sic si inquit: *Ego sum via*, non via illa intelligenda est, quæ pedibus obteritur. Quæ metaphora etsi quidem apta sit: tropo tamen nimis vicina est: ideò, quòd lapis in homine lapidibus fluminum similis videtur. Idem iudicium faciendum est etiam de arenâ & sabulo. Iam verò quod extra quidem hominem existit, aliud & diuersum ab eo est, quod intùs in homine conditur. Nec calculi humani nomẽ à calculis externis deducendum est. Alia etenim est ratio & natura calculi in homine, alia extranei: sicut etiam aliud est dicere, *Ego sum lux mundi*, & aliud, *Ego*

Medici veteres metaphoricè calculũ nominarunt.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 330 sur 913

sum cerea candela in mundo. Quæ hoc loco ideò clariùs deduco, vt intelligatur, Metaphoram ineptè in Medicinâ vsurpari, & denominationes Metaphoricas omnes, erroris & ambiguitatis genitrices existere. Hoc idem veterum quoque scriptorum Metaphora facit hactenus vsurpata, quam tamen in artem intrudi minimè oportuerat. Ea vero longè exsulet è scriptis meis, quibus de hoc morbo tractationem adorno. Illi verò lapidis illius humani denominationem à lapidibus in plateis stratis sumpserunt, & hominis arenam appellitârunt ab arenâ, quâ ædificia exstruuntur. Hominis verò arenam arenam vocare, eiusdem planè concordantiæ est, ac si quis exemplum ex Theologia promat *de Agno Dei*, & hunc agnum cum agno alio lanuginoso æquiparare & eiusdem naturæ facere contendat. Aliud enim Dei, aliud Lanæ est. Sic aliud est etiam sabulum in homine: aliud sabulum in riuis. Sicut enim vna natura ac ratio, essentiáque haudquaquam est illius loci Theologici: sic nec hic nomen lapidis ac arenę quicquá commodat. Ouis quidem seu agnus patientissimus est. Sic etiam Christus, qui illi confertur. Verum tamen ac genuinum nomen Christus ipse est, in quo plenè omnia intelliguntur. Sic aliud etiam nomen est lapidis humani, quàm nomen id est, à quo illud desumitur. Porrò autem sedulò attendite. Nomen, quod ego huic morbo impono, *Tartara* est, hoc est, ægritudo Tartari, siue Tartareus morbus. Id à Tartaro verè sic dicto desumitur. Tartarum autem ideò dicitur, quia ex se oleum, & aquam, ac tincturam, salémque gignit, quòd ægrum non secus ac Gehenna inflammet & incendat. Tartarum enim Gehennam significat. Tartari huius peculiaris ratio, essentia, proprietas ac natura est, diuersa à lapidibus illis & arenis, & sabulo, quæ ad Tartareum istum ardorem deduci non possunt. Ideò hîc Metaphora, quæ Medicinæ cõueniat, nulla assumi potest. Nam rem quampiam secundùm formam saltem externam denominare, ridiculũ est. Oculorum iudicio quidem quadamtenùs illa conueniunt, quod coagulatio facit: nec tamen vnus modus generationis, nec similis modus coagulationis, nec vniformis natura ac proprietas illorum est: sed vnumquodlibet secundùm naturam ab alio differt, sicut *Adamas & Orizon.* Et quoniam morbus iste, quem describo, quomodò scilicet Tartarum oriatur, ex eâdem materia ac causa rationéque gignitur, ita vt de natura Tartari omnia descendant, non autem de naturâ lapidum & arenarum: ideò fas æquúmque est, vt excussâ & profligatâ Metaphorâ ipsi materiæ propiùs incumbam & adhærescam, vtpote, quæ per se iste morbus existit, & illi nomen assignat. Similitudinem autem vobis proponam. Nam veterum denominatio non aliter se habet, ac si simia homo ideò vocetur, quia nimirum gesticulationes quasdam, humanis similes, edere nouit. Hinc enim non consequitur, nomen vnum idémque illicò vtrique competere: sed simia simię nomen retinet, ex eo desumptum, quod nimirùm illa existit. Simia enim cùm sit, simia verè ac genuinè appellatur. Sic ergò ex vi nominis quodlibet cognosci debet. Eo siquidem pacto homo etiam hominis nomen retinet quia nimirùm homo est, & is, qualis nominatur. Ex quo & vnde, & quale vnumquodlibet existit, in eo manere debet, nec libram ac lineam circulúmue suum temerè egredi. Ac decet suis finibus ac limitibus vniuersa adeò arctè & præcisè includi, vt non difficiliùs intelligantur, quàm intelligitur, per nomen *Annæ* fœminam, per *Ioannis* virũ indicari. Hinc ergò haud immeritò in hoc vestibulo de vero nomine primùm laboro, vt nimirùm tractationis principium eò liquidiùs & clariùs existat, & de proprietate maiore inter me & cæteros Medicinæ scriptores iudicium faciliùs fieri queat. Nimis enim mihi crassum & rusticum videtur, rem quandam lapidem vocari, quæ lapis non est. Sic etiam de arenulis & sabulo idem iudico. Quòd verò ista arenulæ & sabulum non sint: tum ipsorum materia prima, tum operatio, tũ materia vltima id demõstrat. Certam autem illi suam inscitiam prodiderunt, dum non expenderunt secum, quòd lapis Resolutionẽ minimè admittat. Ipsi tamen nihilominùs in curâ calculi & arenæ ita procedunt, vt annitãtur silices resoluere, dissoluere, puluerisare, & sic eodem modo etiã Tartarum in homine comminuere, cùm tamen ipsa opera Naturæ euincant, comparationem & similitudinem hîc nullam concurrere. Qui si in curâ Tartari ita sese gererent, vt processum illum corporalem spiritualẽ facerent, tum demùm viâ rectâ illi incederent. Animaduerterent enim, generationem

Theoph. appellatio Tartarum.

Nomina genuina rebus cur indẽda.

Medic. reprehẽsio.

Silex resolui nõ potest.

rationem lapidum coagulationi mucilaginis lapidum seruire : cùm tamen Tartarum non sit de coagulatione illâ mucilaginis. Et licèt quidem Metaphora aliqua hic statui posset, qualis illa est de simiâ homine : Doctori tamen ac Magistro Medicinæ probrosum est, inconditis illis & impropriis nominibus Medicinam polluere, cùm proprietati potiùs & ipsi rerum essentiæ studendum & adhærescendum sit. Nam sicut homo & simia differunt: sic hoc quoque loco euidentia illa teneri debet. Ideò nomen etiam lapidis & arenæ in religionem Medicam intromitti minimè debet, ac multò minùs in ea tolerari. Ferri quidem ista talia in illis possent, qui, quid lapis aut Tartarum sit, ignorant : quales ferè rustici sunt, qui lapides censent, quæcunque lapidibus similia sunt, velut inter cætera cos quoque ex ligno fagino ipsis pro lapide habetur, cùm tamen lapis minimè fit, etsi lapidis faciẽ ac formam referat.

Figurarè loqui indignum Medico.

Cos ex ligno fagino.

Hisce iam hactenùs pro cognitis, porrò quid Tartarum sit, attendite. Rem autem hoc discursu noscite. Vnaquælibet è terrâ humiditas concorporatam quandam materiam concipit, quæ ad coagulationem (*vt ita dicam*) naturata ac disposita est. Id ex vulgatissimo hoc exemplo patet. Vinum è terrâ prouenit, secúmque huiusmodi congenitam materiam adfert. Iam si ad operationem coagulationis deuentum sit, tunc coagulatum illud à vino separatur, & intùs vasi seu dolio adhærescit. Hoc adhærescens *Tartarum vini* appellatur. Simile Tartarum etiam in aquâ conditum est, quod subtili modo ab aquâ separatur, & Tartarum aquæ vocatur. Sic quod de lacte segregatur, *Tartarum Lactis* nuncupatur. Eodem modo Tartarum quoque ex succis fructuum ac herbarum elicitur, quod Tartarum succorum & Herbarum nominatur. Sic etiam Tartarum ex leguminibus ac rebus omnibus humidis, quas edimus aut potamus secernitur. Et hæc est generatio Tartari, non generatio lapidum. Alia enim est generatio ac materia Tartari, alia Lapidum: hinc intelligite, materiam incorporatam Tartari non ex lapidibus prouenire, sed rem à creatione lapidum aliam & peculiarem existere, adeóque resolutionem in Tartaro quidem, sed in lapidibus nihil operari. Nomen ergò huic morbo Tartarum inditur, nimirùm à materiâ Tartari deductum, cuius postmodùm species pro naturâ & generibus humiditatum singularum constituuntur, hoc est: Tot nimirùm Tartara, quot species Tartari in Microcosmo.

Tartarũ quid sit.

Tartarũ rebus omnibus inestliu midis.

Tartari species vnde sumantur.

CAP. II.

Quot genera ac naturæ Tartari sint : & quâ ratione inueniantur.

PORrò autem, priùs quàm capitula sequentia inchoemus, quæ tandem vera & proxima Tartari origo sit, definiendum & explicandum est. Id fiet, si certiùs & propiùs expendamus, vbinam tandem materia Tartari lateat, & quâ ratione viáque in ipsum hominem penetret. Hoc dum faciemus, vnâ operâ ipsæ quoque Tartari species nobis pandentur & occurrent, vbi scilicet cognouerimus, quódnam corpus illud sit, in quo Tartarum iaceat, & quod quâue ratione corpus istud in nos operetur, ac quæ corporis eius, per quod materia Tartari tandem in nobis generatur, nobiscum cognatio ac affinitas existat. Itaq; hoc capite traditur, in quot genera seu species ea diuidantur, hoc est, quotuplicia corpora sint : quibus adde etiam species corporum. Totidem genera quoque ipsius Tartari existere concludes. De hisce verò vniuersis hoc tenete, quòd intellectus hominis intrinsecus enatus ac desumptus, naturalium generationum gnarus minimè sit. Quod dico, vt intelligatis, vndénam de materia Tartari scripturus ego, fundamentum meum, Tartarum morbi designandi, eruam ac constituam : siquidem hisce meis oculis per corpus quoddam, quid in ipso lateat conditum, cæteris de Tartaro scriptoribus nihilo acutiùs peruidere ego possim. Quod ante omnia præmonendi estis. Propria enim phantasia & imaginatio Medicum Theoricum minimè docet. Quod autem oculi vident, ac manus tangit, id demùm illum addocet. Quę vt euidentiùs comprehendatis, animum ad exemplum hoc aduertite. Ponemus, quendam in cœnobio seu monasterio educatum, omnem ibi ætatem exegisse, nec quicquam aliud vspiam præter ritus & consuetudines cœnobiales vidisse. Is quid quæso aliud, quàm quod vidit ac didicit, nosse possit? Huic si mores ac ritus alij extranei occurrant, illorum planè ignarus erit, ac suam saltem lyram noscet. Huic eidem, si morbum quoque Tartari proponas,

Quot species, corporũ: totidem tartari.

Sensus scire facit.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 332 sur 913

de eo, quod dicat, nihil habebit aliud, quàm quod ſpeculatio monaſtica ipſi ſuggeret, quæ tamen ex merâ phantaſiâ hominis procedit, velut conſtitutio Eccleſiæ de precatione & aliis. Quicquid enim huiuſmodi conſtitutionum eſt, ex ſenſu ac arbitrio hominum dimanat: id quod ſimiliter in Medicinâ ferri minimè poteſt, nec quicquam feliciter ſuper tale fundamentum ædificari licet. Ideò etiá monaſticus ille, ceu imperitus, verum fundamentum aſſequi minimè poteſt, ex quonam emergat illud, quod ſuæ ſpeculationis limitibus non includitur. Rituũ verò monaſticorum interim, vt quos didicit ac nouit, gnariſſimus eſſe poteſt. Hoc exemplum conſecutione quâdam etiam de Medicis intelligendum venit, quorum duo quoque ordines ſunt. Alij enim phantaſticis ſpeculationibus & cõmentitiis libris inhiant ac indulgent, ſapientiam eam venantes, ex quali conſtituriones quoque Monaſticæ defluxerũt. Alij verò per autopſiam, ac experientiá ſequeſtrationéſque & operationes Alchimicas, rem ipſam viſibiliter & palpabiliter, qualis nimirum per & in ſe eſt, cognoſcunt & tangunt. Valdè autem metuo, vt illi, qui ſuis ſaltem libris & ſtudiis includuntur, non plùs cognitionis ac experientiæ aſſequantur iſto, qui cœnobio incluſus, circuitus ſaltem ac funes campanarum cognouerit. Et velut cognitionis huius plùs efficaciæ non eſt, quàm rei alicuius incertæ & incõpertę: ſic pariter inefficax & ſine viribus medicina ea eſt, quæ ita inuiſibiliter de rebus viſibilibus iudicat. Quæcunque verò hactenus à me dicta ſunt, eò vniuerſa faciunt, vt ſciatis, me deſcriptionem generationis ac cauſſæ Tartari, à veteribus allatam, reiicere & eliminare. Nec enim illa ſpeculatiuè tradi, ſed Realiter (prout materia in ſeipsâ eſt) ita explicari debet, vt demonſtratiuè res omnis ſciatur & intelligatur. Hæc meta, hæc ratio Theoricæ Medicæ eſſe debet: ſine quâ demonſtratione ad veritatem ſolidam Medicus nunquam penetraturus eſt. Cum ergò ſpecies Tartarorum in illis Bibliothecis, in quibus ſcripta Theoricæ commentitiæ aſſeruantur, minimè inueniantur: fas omninò eſt, aliam Bibliothecá quæri ac aperiri, in quâ nimirum demonſtratiuè res ipſa doceatur, ac ſpecies veræ genuinæque ſolidè comprehendantur. Vniuerſus verò mundus ea Bibliotheca eſt: cuius non vna ſaltem pars perlegenda, ſed tum ipſa Elementa, tum ſuperior ac inferior ſphæra peruolitanda eſt. Nec verò in hoc ſaltem morbo illud faciendum eſt: ſed idipſum quoque requiritur ad vniuerſalem Theoricam Medicam. Quid tamen propriè & omninò huc faciat, attendite. Theorica enim hæc ſuum fundamentum deſumit ex iis ſaltem, quę terra & aqua cõtinet: hoc eſt, ex duobus iſtis Elementis ſolis Theorica, & cauſa, ac origo, deſcriptióque Tartari omnis procedit. Non quòd Bibliothecæ hic limites conſtituam: verum quòd ſtatuam, ipſam papirum cum falsâ ſuâ Theoricâ, veram originem minimè demonſtrare, ſed potiùs terram ac aquam, velut duo Elementa ac geminas Matrices genuinos eos libros ac codices eſſe, in quibus Theorica Tartari abundè ſatis demonſtretur. Quòd ſi ergò iſtiuſmodi liber, liber Medicinæ eſt, fateor equidem, vbi ego deſino, illi incipere ſecundum, tertium, quartum, &c. tamdiu, donec omnia finiantur & perficiantur: hoc eſt, ſi dicá, me Aſiam ipſam ac Affricam permeaſſe, ac illarum ſolia vertiſſe, verum non dicá. Europæ tamen partem potiſſimam peruaſi & cognoui. Nam quis orbis angulos vniuerſos perreptare & pẽnetrare poſſit? Hâc etiam de causâ vnicuilibet Nationi ſua peculiaria remedia data ſunt, quæ à Medico idoneo in conueniẽtem Theoricam reduci opus eſt. Nam & mihi hoc perſuaſum ſit, quòd Recepta mea populis extraneis non admodùm frugifera exiſtant, ſicut viciſſim exotica remedia non commodant nobis. Hoc ita accipe. Scribo equidem pro Europâ. An verò ſcriptis meis vel Aſia, vel Affrica frui poſſit, ambigo. Hoc ſcio, iſtorum locorum remedia nobis omnium minimè vſui eſſe. Sicut enim vnicuilibet diei ſua afflictio data eſt: ſic itidem cuilibet regioni ſuum malum adiacet. Eadem ſors etiam eſt cuiuſlibet Nationis, prouinciæ, vallis, ac climatis. Et veluti diem craſtinum ſua cura manet, ſic quamlibet etiam regionem, aut nationẽ ac prouinciam ſua ſollicitudo exercet. Horũ ergò omnium reſpectu conuenit, imò neceſſarium eſt, vt vnuſquiſque ſit Coſmographus & Geographus, qui ſuæ artis ſolia pedibus couuerterit, & oculis ipſis peruiderit quid vnicuiq; regióni proprium ac peculiare ſit, & ſi que alia nationũ Theorica, ex ſe ipsâ Medicis demonſtratiuè exhibeat. Itaq; hùc admodũ facit perlũſtratio terrarũ: vt ſciatur, quotnam ipſarũ ſpecies

Mundus Bibliotheca Medici.

Tartari cognitio ex aqua & terra ſi tum.

Medici duplices, Speculatiui & Experiẽtiales.

Remedia quæ quibus par ſint.

Theoph. Europæ ſcribit.

Species Tartarorum vbi naſcantur.

Peregrinatio vtilis Medicis.

Tart. patrius ledulò Medicus perueniendus.

ſpecies ſint, ſingulis regionibus definitæ. Quòd ſi de regionibus illis ſingulari induſtriâ cognoſcatur, qualia corpora Tartarea in ſingulis inueniantur : eodem compendio quoque genera ſpecierum Tartari inuenta proſtabunt. Et hâc de causâ conſultum mihi videtur, vt quiuis Medicus hoc ductu ac Methodo ſuę ipſi⁹ patriæ Tartarea corpora, & ſic deinceps Tartareas quoque ſpecies Tartarorum experiatur & deſcribat. Quòd quidem ſi eodem conſilio ab omnibus omnium nationum Medicis confectum daretur, tum demùm *liber Medicorum*, qui *Terra* ac *aqua* eſt, ex fundamento & principio certiſſimo in chartam deſcribi & conſignari optimè poſſet. Et tamen vel hoc quoque pacto nihil aliud, quàm effigies in panno depicta contineretur, cuius prototypus ipſe quidem non adeſſet, per iconem tamen noſci quodammodo poſſet. Etſi verò vniuerſus orbis in mappam cogi & delineari ita poteſt, vt ex ea omnis illius ratio ac facies addiſci poſſit & cognoſci ab eo, qui ipſis quidem pedibus orbem minimè perambulauit : tamen opus eſt, vt prior aliquis iſta omnia expertus ſit, ac eadem pro ſuæ experientiæ modo chartæ ipſi impreſſerit. Ex quâ ideâ deinceps alij quoque eruditi, & ſuæ cognitionis momentum haurire & deſumere poſſunt. Tum demùm ergo veram Bibliothecam Medicę religionis attigeritis, perlegeritis & cognoueritis, ſi ex genuino naturæ libro eruditionem veſtram corraſeritis, & opera veſtra ad illum, quaſi ad Lydium lapidem, probaberitis. Quicunque ergò Medicorum probus Theoricus eſſe volet, hunc oportet perambulanum & peregrinatorem agere, & terras perluſtrando librorum folia vertere, non in ſinu materno ficus de veru toſtas arrodere, veluti hactenus ſcriptores illi ſuam experientiam longiùs non venati ſunt, quàm vt ad fornacem illicò reſilire patriam poſſent : hoc eſt, omnem ſuam experientiam in hypocauſtis aſſequuntur : quo tamen loco nera phantaſmata addiſcuntur, fundamento ſolido deſtituta. Vos autem vt Bibliothecam ſpecierum Tartari apprimè intelligatis, ſcire debetis, ſpecies Tartari interioris hominis omninò ex rebus exterioribus noſcendas eſſe, hoc eſt, homo Tartarum concipit ex corporibus vtriuſque Elementi. Vnde etiam conficitur, quòd, quicquid Tartarei, Elementa ipſa continẽt, idipſum ex illis in hominem ingrediatur. Sic ergò externum Tartarum verè Metaphoricum eſt, ſecundùm quod internum dominatur. Genus etenim vnum eſt, eſt vna ratio, vna materia, eadémque eſſentia. Non verò Metaphoricè nomen dari debet, verùm eſſentialiter, ab eſſentia eâ, cuius eſſentia exiſtit. Extrinſecus enim Tartarum nullum inuiſibile eſt, quod viſibiliter non exhibeatur : hoc eſt. Externè omnia conſpicua fiunt Tartara, per examen corporum. Vnde demonſtratiuè quoque loqui poſſum, non ſaltem ſpeculatiuè. Ideoq; Tartarum corporale aliud non eſt, quam id quod in homine exiſtit. Vnde nec inæqualis illa comparatio eſt, ſi vnum cum altero proximè confertur. Omninò ergò vſus ac res poſcit, vt omnes Tartari ſpecies, quotquot in toto mundo ſunt, cognoſcantur, ſciatúrque quótnam in naturâ corpora, & quotuplices iterum illorum differentiæ exiſtant. Conſiderationis huius exemplum eſt in vino, eſt in aquâ, eſt in ſuccis fructuum, herbarum, &c. Hęc nimirum sũt illa corpora, in quibus Tartarum conditur, vndè poſtea in hominem ipſum quoque ingreditur. Varia genera vini ſunt, varia ſunt aquæ, varia fructuum & herbarum, ac ciborum aliorum. Sic etiã varia genera morborum Tartari in homine. His adde, quæ ex compoſitione emergunt : hoc eſt, ſi duo corpora coniunguntur, aliud genus tartari emergit : ſi plura, iterum aliud. Quæ res conſideratione accuratiſſimâ omninò digna eſt. Hic enim ſecreta multa condita ſunt. Hinc etiam obſcuritates in morbis tartareis multæ incidunt. Quæ tamẽ omnia hoc fine hic inculco, vt pro multiplici illa diuerſitate multiplicia quoque remedia quærantur & adhibeantur. Alio enim medicamẽti genere indiget genus vini, alio genus aquæ, alio genus fructuũ & ſuccorum, alio denique genus lactis & ciborum ſimilium. Quod diſcrimen niſi ſedulò attendatur, curatio tuta & ſecura fieri nulla poterit. Nec enim funiculus quiuis ad quaſlibet campanas impellendas aptus eſt. Sic ergò Tartarum hominis iuxta Tartarum illius regionis ęſtimandum eſt. Sic etiam libri alij Bibliothecam Tartarorum ſupplere non poſſunt, niſi illi ſint, quorum folia pedibus vertantur, ſicut in hoc capite traditum eſt. Et hoc ſe modo Theorica Tartari habet. Hâc ratione cauſæ Tartari inueniuntur. Ex hiſce libris

Tartarũ demonſtratiuè exhibẽdum.

Species Tartari interni noſcẽdæ ex ſpeciebus externi.

Vinum, aquæ ſucci, ſubiecta ſunt Tartari. Compoſita corpora Tartarum compoſitum dant.

Tartaro cuilibet peculiare remedium.

Medico futuro peregrinatio neceſſaria.

Tartarũ homo ex Elementis concipit.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 334 sur 913

depromuntur. Recepta conuenientia. In illis alteris veterum, vera generatio Tartari nunquam rectè descripta est. Tartarum enim illi quæsiuêre, vbi non erat, nec inueniri poterat. Ideò per opus est, vt terras peruestigemus & perlustremus, & specierum diuersitates propiùs indagemus. Sicut enim exterioris mundi ratio patet: sic in Tartaro hominis quoque eadem veritas existit. Quòd si vos peregrinationis pudet, vt rem quamlibet ibi quæratis, vbi prompta est, propositi certè vestri finem nunquam assequemini. Ecquid verò probri est, ea te discere, quæ oculi subiiciunt, aut experientia docet? An non oculorum disciplina omnia ferè nobis addiscenda sunt? Oculi enim qui rerum experientiâ delectantur, fidissimi tui professores existunt. Nec enim propriæ phantasiæ aut speculationes eò te dignitatis prouehere possunt, vt iure ac citra sophisma te Medicum gloriari possis: quod tamen Sophistæ plerique factitare solitant, putantes, se omnes terminos ac fines orbis, ac maris & Elementorum omnium degustâsse ac peragrâsse. Sed nec hoc saltem sibi temerè persuadent: verùm etiam se scire somniant, quid rerum in cœlo Deus agat, quid consilij gerat & meditetur. Nam horum ne quicquam sibi ignotum esse, nimis confidenter autumant. Haud quemquam tamen Medicum fas est tam temerariæ persuasioni confidere, aut somniis tam vanis quicquam vspiam credere.

Peregrinatio necessaria Medico.

Oculi rerum Doctores.

Medic. reprehensio.

CAP. III.

Quænam Materia Tartari sit, vnde oriatur in illis, in quibus vniformiter gignitur.

PROXIMVM nunc est, vt vobis expediam, quænam tandem materia Tartari sit, & quomodò foris in mundo cognosci debeat: hoc est, in quibusnam corporibus iaceat, ac quâ ratione ibi vnita sit. Materia ergò illa Tartarea, est *superfluitas Naturalis*, de corporibus coagulatis omnibus extracta, pro modo ac ratione vniuscuiuslibet *concordantiæ*, permixta cum spermate terrenæ illius naturæ, à coagulatis corporibus secedentis. Hîc notate, debere corpus vnumquodlibet per seipsum existere, sine aliorũ permixtione; nimirũ aqua tantùm aqua sit, vinum vinum, sine quocũque alio, quod vinum non est. Sic & succi herbarum meri & soli succi esse debent, ita vt rei alterius nihil quicquam permixtum habeant. In rebus autem naturalibus res ita se non habet: Quin potiùs in omnibus purum & impurum coniuncta sunt, velut aqua cum luto, vinum cum fecibus. Quòd si ergò purum ab impuro separetur, tunc aqua tantùm aqua, vinum, tantùm vinum est. Iam ergò scitote, impurum illud esse Tartarum, de quo hic loquor ac scribo. Sed iuxtà tamen hoc quoque discrimen attendite, quod impuri duplex Natura sit. Vna *Resolutionem* respicit: altera *Coagulationem*. Quæ ad Resolutionem inclinat, hoc loco Tartarum non attinet. Nec in hoc libro de eo quid traditur aliud, nisi sub specie seu formâ luti impuri in puro. Alterum verò Coagulationis Tartarus existit. Et hic est ille morbus, de quo hîc trado, quemadmodum deinceps dilucidiùs explicabitur. Sed præter hæc, duo alia quoque notate ad corpus Tartareum, vt sunt, *Mucilago lapidea, & Sal Gemmarum*. Sed hæc duo sunt impurum corporum, & propendent in naturam lapideæ coagulationis ac formationis. Porrò ex aquâ nascuntur *Gemmæ & lapides*: ex *Terra Tartara*. Res etenim ipsa docet, *Tartarorũ duo genera esse*: Vnum ex Elemento *Aquæ*, alterum ex Elemento *Terræ*, quę tamen vtraque Tartara generant. Hæc verò ita à vobis intelligenda sunt. Vnamquæuis terræ humiditas in se continet salem congenitũ, & præterea naturam Tartaream sub formâ viscositatis, quę à coagulatis corporibus secedit in humiditatẽ terream, non secùs ac cortex vel fungus, vel viscũ, ab arbore ipsâ, quæ omnia quidẽ ab arbore excernũtur & emergũt, ipsa tamen arbor minimè existũt. Sicut ergò viscũ, aut fũgus variatur & mutatur: ita pariter ex lapidibus materia quæpiam talis emergit & abit in liquorem terræ, qui liquor postmodũ nutrimentũ fit rerũ omniũ nascentium. Res crescentes, si liquorẽ huiusmodi imbiberint, ac Naturę Archeus sordes nõ expurgat, seu separat, hoc est, Tartarũ à liquore minimè separat, sed vnà cũ nutrimẽto relinquit: tunc illud in crescentibus rebus relictum, porrò tandem ex his in ipsum hominem ingeritur. Hoc vt euidentiùs assequamini, porrò attendite: In aquis omnia lapidum genera enascuntur, tam boni, quàm mali, qui ex aquâ crescunt, non secus ac arbores ex terrâ. Iam verò semper

Tartari materia qualis.

Purum & impurum in rebus omnibus est.

Impurũ est vel Resolutionis, vel coagulationis.

Tartarũ omne vel ex aqua, vel terra.

Lapides ex aqua.

per *Reſiduum* aliquid manet, quod inſtar *Capitis Mortui* exiſtit, ac vt lapis fiat, ineptum & inhabile eſt. Hoc *Reſiduum* ſuæ matrici, hoc eſt, ſuo Elemento immiſcetur, ac in eo manet, & iſtius Elementi impurum exiſtit. Et ſic ipſum corpus ac impurum mixtura vna ſunt, quæ vnà quoque augeſcunt, & vnà iunctimque à rebus creſcentibus omnibus attrahuntur ac alliciuntur. Sic qui bibit Aquam, cum ipſâ etiam impurum imbibit. Qui potat vinum, cum ipſo impurum etiam epotat. Sic quicquid aſſumimus, id purum & impurum in vnâ mixturâ exiſtit. Et talis eſt mucilago & ſal, quem prædictorum exemplorum modo à lapidibus proueniunt, ita vt præſtò ſit mucilago lapidea, & ſal gemmarum lapidali naturâ, quæ tamen à lapidibus ſeparantur, ſicut cortex vel fungus à ſua arbore. Nam quantùm diſtant cortex & fungus ab arbore, licet ex eâdem enaſcantur: tantùm diſtant quoque ab herbis Tartarum, & Lapis aut arena, quæ materia Tartari ſunt in homine. Et qualiter ſeſe habet ſpecies illa lapidis & arenę in ſeipſa: ſic pro illius naturâ Tartarum quoque gignitur & formatur, eo tamen diſcrimine ſeruato, quod eſt inter fungum & lignum. Vt ergò fungus aut cortex lignum haudquaquam vocari poteſt: ita nec Tartarum, lapis vel arena dici aut putari debet; dicetur ergò mucilago reſidua ſuperflua, & ſal gemmæ ſuperfluum reſiduum. Quòd ſi iam duæ huiuſmodi partes principes implicantur, & operationem aggrediuntur, tunc ex ipſis producitur illud, quod ſpermata illa fieri queunt. Omnis enim generatio vi ſpermatum perficitur. Cuiuſlibet rei ſemen, niſi ſperma habeat, ſuam herbâ quoque non dat. Similiter & hîc ſeſe res habet: non ſecùs ac ferrum & ignis per fabrum clauus fiunt. Ignis ſi abſcedit, clauum relinquit, nec ipſi quicquam aliud confert, quàm vt clauus fiat. Idem cum ſale quoque ac mucilagine accidit. Sal abſcedit, Mucilago manet, & eſt Tartarum. Hoc idem eſt, ac ſi dicatur, Mucilago eſt corpus illud, quod ſal congelat ac coagulat. Coagulatione factâ, ſal abſcedito & in excrementum fatiſcit. Ex mucilagine autem Tartareâ excrementum nullum fit, ſed illa maſſa per ſe ſubſiſtit. Sic ergò coniunctio quædam reperitur, quòd ſuperfluum ſperma per eam in ſale & mucilagine perfectè conſiſtere oporteat: ac inſuper Archeum loco & vice fabri præſtò eſſe deceat. Si quid horum trium non adſit perfectè, generatio Tartari fieri non poterit: id quod morbi ratione melius quoqueeſt. Cuius ratio eſt, quòd morbus Tartari iſto modo non generatur. Introducitur tamen huius loco putrefactio alia, quæ & ipſa morbi vicem gerit. Idóque ſciédum vobis eſt, quòd ſuperfluum ſperma de coagulatis corporib. ipſũ Tartarum ſit ex quo Morb. Tartari gignitur eo modo, quo dictũ eſt: nimirum generationẽ lapidum in Elemento aquæ fieri, & Reſiduũ lapides non facere, ſed Tartarum ſpecie duplici, in *Reſolutionem*, & *Coagulationem*. Sed prętereà hîc vos docendi eſtis, non ſolùm mare, aut lacus, aut flumina, aut fontes Elementum Aquæ exiſtere: Sed liquorem quemcunque, ſiti attractum, Elementum Aquæ conſtituere. Sic viciſſim quidquid fame attrahitur, Elementum Terræ eſt. Duo hæc Elementa diuortio non ſeparantur, ſed inſtar viri ac fœminæ vniuntur. Ideò Tartarum hominis in naturam Tartari mundi degenerat, & hæc Tartari natura iterum in naturam lapidum, & horum ſpecies, ex quibus prouenit, vt ſunt arena & ſabulum, deſciſcit; ſemper tamen eo diſcrimine interiecto, quod eſt inter fungum, vel viſcum ac ipſum lignum. Quemadmodum enim fungus, etſi ex ipſo ligno enaſcatur, lignum tamen dici non poteſt, ſed fungus eſt & vocatur: ſic nec ipſum Tartarum lapis appellari poteſt, quod idem eſt ac fungus ex lapidibus. Sic Tartarum quoque vocari poſſit viſcus lapidum, ac mucilago. Quæ tamen nomina non vſurpantur, niſi ante materiæ coagulationem. Quàmprimùm illa coagulata eſt, nomen Tartari retinet, quæ coagulatio fit poſt efferueſcentiam & digeſtionem. Hoc idem eſt ac ſi dicatur: non reipſa & eſſentialiter Tartarum exiſtit, ſed liquor nondum coagulatus, qui coagulatur demùm poſt digeſtionẽ, ſeparationem & decoctionem: Hoc eſt, ſi res creſcens à ſuâ matrice eximitur, fit tandem, vt purum ſuâpte naturâ & molimine impurum à ſe excutiat & exigat. Quâ expulſione & eliſione fiente, natura Tartarea eſſentialis euadit, & à primâ ſuâ materiâ coagulatur in vltimam, quod poſtmodùm fit ac eſt Tartarum vini, Aquæ, Succorum, Lactis, Leguminum, &c. Ac res hęc probè intelligi & à medicis crebrò ac ſedulò ruminari debet, qualem ſcilicet Tartara in ſeſe naturam

Caput Mortuũ quid.

Elementum aquæ quid ſit.

Quid Terra.

Sperma cauſa generationis.

Mucilago rei corpus ſal coagulat.

Tartari generationis modus.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 336 sur 913

Tartari differentia.

habeant. Aliud enim est Tartarum lactis, quàm Tartarum hordei; aliud est Tartarum carnis, quàm Tartarum panis; aliud est Tartarum vini, quàm aquæ. Quanquàm hoc pacto nõ solum Tartarũ generetur, verùm etiã feces, veluti feces, vini, &c. Scire ergò vniuersi debẽt, quòd huiusmodi fæces Tartareæ in ipso quoq; homine succrescant & erumpant, quas simplices quidã Medici aut Apostemata, aut putrefactiones, aut resolutiones spermatum, &c. iudicant ac appellant: cùm tamen nihil aliud, quàm feces Tartareæ sint, sicut in huius capituli vestibulo indicauimus. Et licèt ista quidem genera fecis coagulata non sint, nec Tartara: mutuò tamen ita conspirant & consentiunt, vt, velut sub vnâ origine consistunt. sic vnâ quoque curâ comprehendi & sanari debeant. Hinc iam intelligere potestis, vndénam suum cognoscẽdi morbos fundamentum Medicus desumere debeat. Quicquid enim rerum harum foris exhibetur, idem intus quoque in homine proditur. Et hæc Theorica illa Medica est: hæc illa est Medicinæ Bibliotheca, quæ libros habet non puluere obsitos, non blattis ac tineis vorabiles: sed ipsa Elementa secundùm naturam ac essentiam suam istius Bibliothecæ codices existunt. Ad Medicinam ergò requiritur sanus & accuratus intellectus, velut etiam ocularis experientia. Eâ possessâ, tum demùm Medicus, quid dicat ac loquatur, sciet, rémque iudicabit ipsam non pro suâmet opinione, vel aliorum relatu, vel lectorum librorum indicio & testimonio; sed ex ipsâ comprehensâ scientiâ & experientiâ securus procedet. Hoc etenim ex libro, Terrâ videlicet & Aquâ, probè institutus certus omninò erit, quòd Tartarum ex ipsis lapidibus proueniat, & lapideam naturã habeat, quâ causâ lapidibus etiam assimiletur, eò tamen ferè discrimine, quod est inter corticem & lignũ, aut viscum & arborem, aut fungum & truncum ipsum.

Tartara & feces non distinguũtur.

Elementa sunt codices Bibliothecæ medicæ.

CAP. IV.

Declarationes aliquot Tartarorum prædictorum, & generum Tartari aliorum ac insuper eorum, quæ Tartarum non dant.

HACTENVS quidem recensui & explicaui, qui Tartarum generetur ex superfluo spermate generum lapidum & arenatum. Superfluum autem definiuimus, quòd ad generationem & materiam lapidum & arenarum non assumitur, relinquitur ideò ac separatur à massâ lapideâ & arenosâ, & postmodùm in ipsa Elementa ingeritur, ac cum ipsis, quo diximus modo, permiscetur: ac tãdem per Elementa seu cum ipsis, cibi ac potus vice in hominem ingreditur. Vbi hoc iuxtà quoque monuimus: quot genera Tartari foris in orbe deprehenduntur, totidem etiam genera intus in homine reperiri. Et licèt ipsi quidem lapides ac arenæ Tartara minimè sint: nihilominus tamen ex suo cortice & fũgo lignum ipsum cognoscitur & discernitur. Sic hîc quoque intelligendum est, quòd per hanc demonstrationem omnia genera Tartari similiter cognoscantur eâ ratione, quâ diximus. Primò enim omnes lapides & arenæ corpus vnum fuerunt, ex quo corpore lapides per coagulationem exorti sunt, non secùs ac ex sperm ate ranarum; cuius quot grana sunt, tot fiunt ranæ. Sic hic etiam. Grana nimirùm genera & species lapidum constituerunt, vnumquodlibet suum peculiare. Iam verò, quidnam ex reliquis fiat quæritis? Illud nimirùm, in quo grana, hoc est semina iacent, resoluitur & aquescit, & cum aquâ in vnam miscellam abit. Vnde fit, vt, qui mixturam eam potat, in illo ranæ nascantur, veris quadamtenus similes, ac nascantur in ipso, velut fungus in arbore. Eodem modo genimen quoque, siue sperma lapidum se habet. Grana ipsâ generatione in suas substantias ac materias vltimas deducta sunt. Cæterùm autem in suum Elementum Aquæ & Liquoris resolutum est. Iã ergò intelligite, ex hoc reliquo tandem Tartarea genera gigni, discrimine tamẽ eo, quod præcensuimus. Porrò autem de destructione horum sciendum est, generationem lapidum fixam & perpetuam, seu immortalem in seipsâ existere: hoc est, in ipsis nulla rubigo, nulla blatta est, sed fixi sunt & permanentes. Sic & ipsorũ *Residuũ* immortale existit, hoc est, quicquid ex ipso fit, temporalem immortalitem suam fixè habet. Quæ omnia hoc instituto ita explicantur, vt perpetuam quandam & incorporatam Tartaream naturam cognoscatis & intelligatis, eámque coniunctam ac vnitam, hoc est, secundùm perpetuitatem Elementarem. Idque ex hac causâ fit, vt Infectio hæc continenter & iugiter procedat.

Tartari genera quot foris totid in homine.

Tartari genera vt fiant.

Spermatis ranarum & lapidum collatio.

Lapides fixi sunt, sic & ipso um residuũ.

Tartari generatio perpetua.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 337 sur 913

Tartari generatio perpetua.

dat. Id quod vel ex hoc ipso morbo patet, ac re ipsâ comprobatur, non Tartarum solum Elementaris perpetuitatis existere, sed eius quoque generationem vnam ex primæuis esse, & vnam quoque nouissimarum fore. Sic ergò generatio & generatum in vnâ fixâ fixatione iunctim cohærent. Cùm enim homo per nutrimenta sustentandus sit, ac Tartarea ista natura in nutrimentis illis, quibus homo quotidie opus habet, lateat: ex eo pol consequitur, hominem ipsum primum & nouissimum in quatuor Elementis futurum esse, ac sic æquè ipsum quoque morbum, & quicquid is gignit in fixatione illâ permanens, quódque in prima rerum crescentium coniunctione ex parte quidem aliquâ, non tamen totum conspicuum est. Hoc est, quod in principio dixi, quòd nimirum corpora à suo impuro seipsa separent. Sic vinum Tartarum suum eiicit, &c. id videtur quidem, sed non in omni vino. Pari ratione accidit quoque in aquis nonnullis, non tamen in aquis omnibus. Idem similiter in fructibus quoque, ac succis & liquoribus omnibus euenit. Cùm ergò opus homini sit, vt talia corpora, quæ nimirum sola nutrimẽta & remedia existunt, omninò edat bibátque: operæpretium est scire, quâ ratione illâ in corpore proprio digerenda & destruenda sint, ne qua fors operatio & coagulatio intùs fiat, qualis foris extra hominem accidit. Exemplum. Vinum si ad perfectam suam digestionem deuenit, clarum & purum est, tartarúmque suum semel deposuit, nec eius quicquam deinceps iterum profert. Ad hanc autem perfectionem si vinum nondum ascendit, tunc eandem in homine assequitur demùm, ac quod in dolio moliri debuerat, id operatur in corpore. Multùm tamen momenti in eo est, quonam modo Archeus ipsius illud separet. Hic enim est, ille ipse, qui aurum septies per ignem mittit, quique omnia per Antimonium in homine subtilissimè transfundit, à Deo ipso tantis artibus & tot Magnalibus singulariter dotatus, vt per ipsum talia in homine perficiantur. Quia verò in separatione puri ab impuro Archeus non semper exquisitus est ac perfectè operatur: ideò morbus semper expectandus est. Nec enim is lethalis est, instar morborum aliorum. Prout enim Archeus perfectus est, vel imperfectus: ita procedit etiam ad perfectionem vel imperfectionem digestionis. Vnde maior quoque & natior cura incumbit medico morbi ipsius cognoscendi & diiudicandi. Morbus enim si semel in vestigia vera incidit, tunc in arte Medicâ perfectus deprehenditur ad quaslibet species Tartari sanandum: hoc est perfectæ ægritudines perfectam curam indicant: vt contrà imperfectæ imperfectam ostendunt.

Antimonii dos & ius.

Archei corporis ratio.

Quia verò paulò antè genera Tartarorum indicaui, ipsorum fecibus quoque mentionẽ feci: ideò admonẽdi hic estis, quod præter lapides & arenas genera quoq; alia supersint: veluti *Massa Boli*, & *Massa luti*, & *Massa Tubelech*. Hæc omnia, vt & his similia plura, Tartara morbum & ipsa pariunt, sicut superiùs dictũ est. Quanquam hæc lapides non sint, sed terra coagulata, veluti *Bolus Armenus*, *Hæmatites*, *Rotila*, *ac Ogrum* & *Eparita*, &c. Lapides enim hæc non sunt, sed coagulata luta. Horum ergò generationes in ipso quoque homine fiunt: vt sunt, *Tartara hæmatina*, *Tartara Eparitina*, *Tartara Rotilina*, &c. Huiusmodi Tartara quidem sæpiùs resoluuntur: & tunc gloriantur Medici, quòd lapidem, hoc est, Tartarum coagulatum ipsum obtriuerint seu dissoluerint, cùm tamen tartarum saltem lutosum comminuerint, quod solutu facile est. Huiusmodi enim minimè sunt Tartara petrina, sed tantũ lutosa, in quibus ipsis quoque coagulatio fit, quæ postmodùm in Tartarum abit. A proprio tamen suo liquore resoluitur illa & dissoluitur, ita, vt Tartara huiusmodi diutiùs in homine minimè persistant, sed quotidiè ad excretionem incitentur. Sunt tamen, quæ etsi quidẽ coagulentur, facillimè tamen ad resolutionem reducantur. Hoc modo varia genera Tartarorum ab hominibus excreta reperiuntur: quæ si posteà exsiccẽtur & coagulentur, regionis illius natura proditur, ex quo tartari illud genus natum est; hoc pacto. Si resolutum Tartarum per vesicam egreditur, & liquor ille in suam coagulationem deducitur: tunc euidenter patet, quodnam genus Tartarum hoc lutosum seu cõagulatum pepererit. Quòd si verò Medicus sibiipsi non constet, hoc est, ipsius rei proba seu examen iustum non intelligat; idoneum certè & conueniens ægro Regimẽ præscribere, & quæ vitare debeat, cõstituere minimè poterit. Hoc solùm enim ægro vitandum est, quod in illo examine prodiit, ac in conspectu datum est.

Massa boli, luti, & Tubelech genera Tartari alia.

Tartara lutosa facile soluuntur.

Tart. lutosa quotidie eliciuntur.

Regimẽ qui constituendum.

est. Id enim ceu nocens, remouendum est: ita dieta ex cibis & potibus illis prę-
Natura sequitur semina quodque sua. stituenda, quæ eandem cum illo naturam non habent: sicut in capitulo de Regimine Tartari traditur. Sic ergò vnumquoduis in suam naturam degenerat, Galena in Galenam, Duelch in Duelech, silex in silicem, arena in arenam, lutum in lutum: hoc est, si quod examen in excrementis prodidit, illud homini non interdicitur, sed continenter præbetur & assumitur; tunc in eiecti locum semper nouum aliud succrescit: Sed &
Tartarū qui non dent de illis porrò notate, que Tartarum ex se non dant. Nec enim Tartarum fundunt aut silices, aut Marcasitæ, nec Talca, nec cachimiæ, & quicquid naturæ mineralis existit, aut sulphur continet, ac arsenicum. Res hę vniuersæ etsi Tartareo modo feces quidem deponant: coagulationem tamen non admittunt,
Antimonium, Bisemutum & Metalla tartarū dant. vt quicquid ex Antimonio & Bisemuto prouenit. Sed nec metalla ex sese Tartarum gignunt. Et licèt quidem spiritum Tartari dent: is tamen coagulationem non admittit. Ratio est, quòd is in seipso ita resolutus & destructus sit, vt nũquam postea in primum suum corpus reduci queat. Hoc tamen nihilominùs verum est, mineralem illum spiritum, qui in genera tartari permiscendus erat, propter naturæ suæ conditionem eleuari & ascendere. Vnde postea consequitur, vt, si collum obsedit & occupauit,
Spiritus Tart. strumas facit. strumas gignat, hoc est nodos gutturis, sicut etiam Tartarus lutosus ad renes. Ille ergò isto loco tartareas suas operationes hoc modo perficit. Tartarum quidem facere minimè potest. Nam sine corpore existit. Quia tamen struma materiam Cruspuleam continet, eâ singulariter oblectatur, & in venosis partibus nodos magnos, aut paruos suscitat, sicut illi conspicui sunt. Ideóque Tartara illa mineralium alimentum tantùm aut
Struma vt fiat. nutrimentum strumarum fiunt, ac illarum generatio, hoc est mater. Quandam enim cognationem & affinitatem habent, sicut tartarum vini in vesicâ. Sic ergò liquores Tartari collum obsident, quo loco vasa sua & virtutem crescentẽ habent, de quibus plura profiteri hic prẽter institutum nostrum est. Oculos ergò aperite vos Medici, & hęc intuendo sedulò addiscite ac cognoscite. Vobis hæc dico, qui istiusmodi ignoratis, ne in errores præcipites rapiamini, dum morbos alios vobis prẽstituatis, qui præstò tamen non sunt. Ad hæc exactiùs noscenda & perdiscenda cumprimis peregrinatio conducit, & Cosmographiæ ac Geometriæ cognitio ipsis oculis hausta & percepta, non decerpta ex pariete, non ex figuris Ptolomæicis, aut scriproribus aliis, qui suis in Cosmographiis ac Geometriis nihil tradunt aliud, quàm quot passim ciuitates celebres sint, quàm vastus mundus sit, quas pelles pelliones parent, quâ ratione conscendendi equi sint. Huiusmodi istorum auctorum codices de hoc morbo meras literas mortuas ostendunt. De quo enim ipsi prolixiùs nugantur, Medico nihil quicquam commodat. Operam ergò da, vt ipse ista perueστiges & indages. Sic minùs erroribus intricaberis.
Peregrinatio ad quæ nihil.

CAP. V.

Quâ ratione Tartarum in ventriculo separari à nutrimentis debeat: & quod aliud quoque Tartari genus in homine fiat aegignatur.

DE ortu & generatione Tartari hactenus diximus, quod cum rebus externis in nos ingeratur, nimirùm cum iis, quas vice alimenti assumimus. Pro modo enim ac naturâ illarum, tartarum intrinsecus suam essentiam concipit, ita vt ad rationem Tartarorum externorũ, interna quoque in nobis generentur; hoc est Tartarum externa cum cibo & potu corpus nostrum ingrediuntur & tãdem in nobis Tartara Humana euadunt, nempe per operationem Archei, in quo transformatio est. Ac alia natura in trãsplantatione existit: alia iterùm natura in spiritu coagulationis humanæ. Vnde alia quoque coagulatio fit, ita, vt forma, color, coagulatio sese inuicem separent, & externum Tartarum in internum fatiscat. De coagulatione ergò & formatione hoc fundamentum tenendum est, fieri eam nunquam posse, nisi in naturâ hominis proprietas quædam vigeat, quę istiusmodi coagulationem promoueat: aut, nisi quid in homine existat, quod transformationem similiter fieri coaddiuuet. Nec enim illud per vim externam tantùm externi Tartari fieri potest: sed necesse est, tale opus promoueri per spiritus geminos, homini ipsi congenitos & insitos: nimirùm per *Spiritum Salis* in Microcosmo conditum, & per *Archeũ* naturæ microcosmi. De hisce duobus hoc
Duplex Spiritus humani causa coagulationis.
Coagulatio opus spiritus salis.

Coagulatio opus spiritus salis.

hoc attendite: Spiritum Salis omnia coagulare, etiam in coagulationem prædestinatam, nimirum carnem in carnem, os in ossa, lignum in ligna, lapides in lapides, arenam in arenam, metalla in metalla. Eadem omnino in hác quoque re ratio existit. Officium verò Archei est, in Microcosmo purum ab impuro sequestrare. Quicquid ergò hâc ratione per virtutem, in Spiritu Salis positam, fit ad intus, coagulatur in vltimum suú corpus. Sicut etenim res externæ in coagulatione suâ coagulantur & perficiuntur, quod citra Spiritum Salis fieri minimè potest: sic in ipso quoque homine congenita quædam natura ac proprietas condita est, quæ Tartaream huiusmodi generationem suscipit. Susceptio ista si non fiat: nec coagulatio Tartari succedit: sicut aliàs quoque notum est, quemlibet in corpore spiritum suo quodam singulari obiecto gaudere & oblectari. Istiusmodi oblectatio spiritus salis cum Tartaro si non fiat, de generatione tartari quoque actum est. Quo vero modo generatio Tartari in homine incipiat, id exactiùs ex hoc discursu intelligite. Principio Tartarú extrinsecùs cõcipitur: conceptú in nobis aut generatur, aut non generatur, sed destruitur: quæ destructio hoc modo fit. Stomachi Archeus veluti Coryphæus ac primus auctor est. Nẽpe quod edimus ac bibimus, id Archeus in stomacho separare debet, ita, vt purum ab impuro excernatur. Quod verò purum non est, quod non est caro vel sanguis, id duo emunctoria sortitur: deriuatur enim vel per secessum, vel per vrinam. Primum ergo momentum positum est in viribus ventriculi. Virium harum munus est à se inuicem separare Tartarum & Nutrimentum, & Tartarum per secessum expellere, cum stercore, quod aliud nihil esse debet, quàm fex & Tartarum. In stomacho enim hoc modo omnes ciborum & potuum feces Tartareæ secerni, & per secessum exturbari debent. Ac quod in Tartarum coagulatum degenerare vel vult, vel aptum natum est; id porrò destruendum, ac per vrinam expellendum est, ita vt in coniunctionem spiritus salis non implicetur & irretiatur. Quamprimùm enim Materia Tartari coagulati in dominium spiritus salis incidit, & destruere incipit, è vestigio generatio tartari incipit. In hunc ergò vsum duæ ibi virtutes præstò sunt: expulsiua ventris, per intestina, altera per vrinam. Et hæc fieri ac perfici omninò debent per Archeum stomachi, hâc ratione, vt per ipsum materia vltima tartari in stomacho destruatur: vt, si quidem spiritus salis illam arripiat, tamen ea destructa & corrupta sit. Sicut enim tignarius ex ligno eo, quod arripit, quiduis facere potest, quod tamen si aut comburatur, aut putrescat, ad placitum suum fingere minimè potest: sic pariter hoc quoque casu materia tartari in stomacho si destruitur (quod natura tum potest, tum ex officio suo machinatur) in isto homine tartarum nullum generatur. Si verò quandoque fiat secus, tunc spiritus salis materiam nactus est, in quâ oblectetur, dum tandem succedente tempore, si destructio interea non fiat, velut à vino feces, sic à materia illa tartarum in intestina deponatur. Corporis enim intestina tartari fundus sunt: & fex ipsius stercus est. Si ergò in homine integra talis separatio sine destructione materiei fiat: id in nobis generatur, quod fex est & tartarum. Ipsi verò meatus sunt vasa seu dolia, quibus feces & tartarum adhærescunt.

Separatio puri opus Archei.

Coagulatio nõ fit sine oblectatione spiritus salis.

Tartarea generatio vt fiat.

Impuris emunctoria quę.

Stercus est fex & tartarú.

Archei opitulatrices duæ virtutes expultrices.

Tartarú quando & vbi adhæresc.

Debet autem Tartarum vnà cũ stercore vniri & simul iungi, ac per secessũ exturbari. Quot si fit, spiritus salis hoc loco non inuenit, quod in Tartarum coagulare possit. Nam feces quoque passiones tartari inducunt: sed illæ tamen lapidem aut arenam non concipiunt. Tartari & fecum separatione hoc modo factâ, alterum per intestina, alterum per vrinam secedit & expellitur. Itaque vt Tartari mala euitentur: primò valido stomacho opus est. Eo enim loco ipsa sequestratio cum materiæ corruptione instituitur. Id si ibi non fiat: tunc pars quædam intestinis adhęrescere solet, nempe fex. Tartarum autem per seipsum à fece secedit, & per vias vrinæ transit. Cum hisce duobus tartari generibus spiritus salis tandem agit, quod dictum est. Sic ergò de externo Tartaro satis hactenus commemoratum est: hoc est, ipsum iugiter & continenter adhuc Tartarum Elementorum est, donec tandem in formâ fractâ ab homine iterum secedat. Quamprimùm autem fractum id est, aut stercus aut vrina existit. Sin minùs: Tartarum Elementorum tamdiù manet, donec tandem in dominium & vincula spiritus salis incidat, qui ex ipso tandem Tartarum microcosmi facit. Et isto tempore

Tartarú quando non fiat.

Tartarú quando Elementorú, & quando hominis fit.

Tarta-

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 340 sur 913

Tartarum Elementorum aut extraneum ampliùs non eſt, ſed hominis. Hiſce itaque abundè ſatis indicatum eſt, qualénam Tartarum in homine ſit, vnde & quomodò in hominem ingrediatur, nẽpe cum cibo & potu: & quod in ventriculo primo cum corruptione ſeparari debeat. Ad hæc deinceps conſequitur, quâ ratione Tartarum, ſi iam Humanum & Microcoſmicum factum eſt, intelligi debeat, &c. Id quod ſequentibus ſuis capitulis tradetur. Iam hoc loco, vt de alio quoque Tartari genere vos commonefaciam, animum aduertite. Tartari genus aliud quoddam ſupereſt, qui externi nihil habet, hoc eſt, Tartarus iſte eſt inſitus & congenitus, qui per ſe & ſolus in homine naſcitur, ſine additâ externâ ope & adminiculo. Sicut enim homo microcoſmus eſt: ſic inſitum ſibi quoque Tartarum habet; non minùs ac mundus maior. Nam huius vniuerſæ proprietates in homine quoque inſunt: ideóque hoc quoque Tartari genus in ipſo inerit. Natura autem in homine ita condita eſt, vt omnes in ipſo proprietates enaſcantur, equè ac herbæ & gramina in campo, omniáque hominis Elementa iugiter ac indeſinenter operantur intùs, ſicut foris externa Elementorum operatio perpetua exiſtit: & vt fontes è ſaxis proſiliunt, ſic pariter etiam in homine. Sic in homine tartara quoque coagulantur, velut in mundo externo. Omnia in homine augeſcunt, & ad ſuum incrementum properant, ac ad ſua Elementa contendunt, & per virtutem Elementorum conſumuntur; hoc eſt, Tartarum non minùs in homine eſt, quàm extra ipſum. Illud ſi in poteſtatem ac dominium ſpiritus ſalis abripitur, tũc coagulatur. Nec verò Tartarum ſolùm in homine iacet, verùm etiam lapides. Sed hi tamen ita conſumpti & corrupti ſunt, vt nunquam reduci poſſint. Tartara autem ſimiliter deſtructa non ſunt: ideò gigni poſſunt ac debent, hoc tamẽ, de quo agimus, Tartaro excepto. Hoc modo omnes ſuperfluæ aquæ in ſuum Elementum commeant, quod *Mare* vocatur. Cetera terreſtria ad ſuum Elementum, nimirum *Terram* contendunt. Sic ignea ad Elementum Ignis: ſic Aërea ad Elementum chaos diuertunt. Sic ſcilicèt extra generationes conſumuntur, & in *Nihilum* reducuntur. Eadem vniuerſa in homine quoque ſimiliter æſtimate, quòd opus ſit huiuſmodi ſuperfluas generationes extra ipſum in ſua Elementa extrudi; & tamen eâ moderatione, vt in homine ipſo abſumantur. Scire autem debetis, quod in iſtiuſmodi generationibus Tartari & fecis vnitum eſt, id ſi à ſuo Elemento non conſumitur, tum fex & Tartarum remanent, hoc eſt, in ſuis Elementis eundem finem adipiſci poſſunt, quam aqua in Elemento aquæ ſortitur: Hoc ſi non fiat, tunc ſpiritus ſalis in materiam lapideam Tartaream irruit, & eam in Tartarum transformat. Hoc Tartarum ſponte ſuâ, ex naturâ propriâ emergit, ac tum ſubſtantiam, tum corpus ac formam ex eo homine ſuſcipit, in quo latet. Sic ergò alia & peculiaris ſpecies Tartari gignitur, illi oppoſita, quod extrinſecùs aſſumitur. Illa verò ſpecies in *viâ vrinæ cruoris* conſidet. Ibi enim ſuam à natura extructam habitationem accepit, ac, ſicut Tartarum, à vino ſecedit ac ſeparatur.

Tartarus congenitus quid.

In homine omnia, quę extra hominem.

Meteorologia hominis.

Mare a quarum omnium receptaculum.

Tartari congeniti quod nam ſubiectũ.

CAP. VI.

Explicatur hìc & declaratur, quomodò Tartarum à viris in fœminas deriuetur, & ab his concipiatur.

HIſce perceptis porrò quoque noſſe debetis, quomodò genus quoddam Tartari in fœminis oriantur. Attendite ergò, in fœminis Tartari genera duo fieri; hoc eſt, duobus modis Tartarum in ipſis generari. Vno ſcilicèt, qui cæteris quoque hominibus conſuetus eſt, per cibum nempe ac potum. Altero, quòd à viris Tartarum concipiunt. De primo hactenus ſatis dictum eſt. De altero, nempe quomodò à viris conceptum generetur, deinceps planiùs explicaturi ſumus. Nam & in curâ huius attentâ prudentiâ & iudicio opus eſt. Fundamentum ergò huius tali ratione accipite. Primò ſcire debetis, hoc Tartari genus in ſolis fœminis generari. Id fit ratione vaſorum, quę in fœminis à viribus differunt. Vndè aliâ quoque obſeruatione opus eſt, Tartarum verò illud generatur hoc modo. Primò dicendum eſt de vaſis, in quibus Tartara iacent. Vaſorum autem horum magna varietas exiſtit, ſicut ſuo loco deinceps tradetur. Certum tamen interim ac euidẽs eſt, ſola vaſa regionis ſpermatis iſtiuſmodi Tartara gignere: & tartara hæc viciſſim ſola fœminarum vaſa occupare. Veluti

Tartarũ fœminis duplex.

Tartari fœminarum cauſa & ſedes vaſa ſpermatica.

Vasa spermatis quę & vbi.

luti iuxta renes & vesicam & partes similes vasa spermatica posita sunt. Et licet sperma non hic solùm iaceat: prœualet tamen actus Venereus, vt ibi commotio fiat rerum omnium illic latentium. Nimirũ quicquid in membris Venereis, ad *Actum* seruientibus, continetur id eà commotione proditur & suscitatur, &, si potest, in materiam spermaticam conseritur & immiscetur, hoc modo. Sperma enim non vniuersum *semen* est, sed magna eluuies quædam, quæ agitata exundat. Hæc tamen non omnis semen existit. Semen enim mole suâ vix pisum æquat: cæterùm omne superfluitas est. Et cum hâc *Galredâ* multæ ægritudines permiscentur, eæ cumprimis, quæ in membris ad hunc actum pertinentibus latent, & poros intrinsecos seu meatus ita penetrant, vt cum superfluitatibus illis iam emanantibus associentur, à quibus etiam facilè assumuntur, ac veluti materia vna vniuntur: quæ ita vnita mixtim ad ea loca eiaculantur quæ sperma excipiunt, sicut in actu isto fieri solet. Hoc facto sperma in suũ se vasculum insinuat. Cætera verò effluuia & ipsa ad sua loca diuertunt, quæ iis similia sunt, ex quibus profluxerunt. Quòd ex vesica viri efflu-

Sperma & semen qui differant.

xit, ad vesicã fœminæ; quod ex illius renibus, ad renes huius secedit. Sic vnumquodlibet suæ sedi & conceptaculo redditur: nisi quòd sola superfluitas spumosâ cõsumatur. Sed vt rem euidentiùs intelligatis, hæc præterea notate. In fœminis virtus est attractiua: in viris expulsiua. Hâc ex causâ id solæ fœminæ adipiscuntur, nũquam viri: quod expulsiua viam ac impetũ attractiuę sequatur. Quò ergo res attrahitur, ibi persistit. Vir ergo à sese per virtutem expulsoriam Veneream in regiones virtutis attractiuæ, quæ in fœminis est, potẽter expellit. Iam verò virtus expulsiua non sperma solùm expellit, verùm materiã quamlibet primã sanitatis & morborũ. Sic ergo fit, vt omnes primæ materiæ in vnionem vnam conueniant. Ad hoc tenete, quòd Tartarũ non in vltimâ materiâ in fœminâ penetret, sed in materiâ primâ, priusquàm per spiritũ salis coaguletur, & ad suũ finem reducatur. Prima materia seminis principaliter procedit. Operatio enim & potẽtia in semine iacet, & primas materias secum trahit per totius corporis commotionem & agitationem. Cuius quidem vim & efficaciam hic describere minime proposui: sed id tantùm, quòd ad Tartarum nos-

Seminis moles quàtula. Galreda quid.

Tart fœmi. causa, eius retractio viri expulsio.

cendum requiritur. Quòd si ad dominiũ virtutis attractiuę peruentũ fit, tunc vnaquælibet materia prima in suum locum pertrahitur, & in vas, ex quali fecessit, dirigitur, sicut prius dictum est. Isto in loco perficitur, & in vltimam materiam redigitur. Vltima materia ita præparata, tunc ægritudo perfectè præstò est, in fœmina æquè ac in viro. Ita enim vna caro, vnũ corpus sunt duæ personæ. Quia ergo ambo vna caro, vnum corpus: æquum est, vnos etiam renes, vna vasa esse in omnibus morbis. Id verò quòd non vicissim ac similiter à fœminâ in virum transferatur sola hæc causa est, quòd in viris per actũ Venereum virtus attractiua nõ vt in fœminis operetur. Hoc modo iudicandum est de Tartaro, fœminis cum viris communi, quòd illud in primâ materiâ suâ in eum locum dirigatur, vbi vas suũ habet, vel renes, vel vesicam. Ex quo enim efflu-

Vir & fœmina quomodo vna caro.

Fœmina viro cur ægritudines nõ refũdat.

xit, ad id remeat. Suo autẽ si in loco subsistit, tunc generationis initium fit, ac illud assumit spiritum coagulationis, & ex primâ materiâ præparatur in vltimã, hoc est, in Tartarum. Ideoq; scitote, Tartarũ virorum non egredi essentialiter, corporaliter, aut substantialiter, sed tantùm in materiâ primâ. Vnde consequitur, Tartarum non esse extraneum, sed Tartarũ propriæ Naturæ; hoc est, non est Tartarum perfectum vltimę materiæ, sicut extrâ est, sed in primâ materiâ. Et quandiu in primâ adhuc materiâ subsistit, ad expulsionem aptum est. Sic in primâ materiâ in virum ingeritur, sic in prima materia in vasa fœminæ iniicitur. Iã verò primæ materiæ discrimẽ aliquod est, si Tartarum isto modo in viris est, & est in fœminis. Discrimen autã hoc est quod Tartarum extraneum appellit generatum in homine, sed non formatum: hoc est, quod generata materia prima adest, quę vltimam dat ac gignit. Hæc autem in duas vias secedit. Altera enim in viro remanet: altera in fœmina. Postea formatur in vtrisque in suam vltimam materiam. Et quanquàm Tartarum *Cruoris* quoque similiter generetur in specie suæ primæ materię, cùm materia vltima nihil seminet: in vtrisque tamen est eadem ratio idem intellectus. Sic pariter scitote, quòd Tartarum extraneum non eodem modo assumat, quod cum sperma appellit. Et ea est materia prima. Et hoc pacto in viro manere potest, vel non potest, aut in fœminam administrari, aut traiici, sicut dictum

Tartarũ potẽtiale est virorum.

Tartari primæ materiæ quod discrimen.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 342 sur 913

Coagulatũ neque expellitur neque attrahitur.

est. Quicquid verò spiritus coagulationis assumpsit, aut cui sese permiscuit, id in virtute expulsiuâ neque permiscetur, neque expellitur, ac ob id nec attrahitur. Hìc verò iam iterum ac viciſſim sciendum est: fieri quandoque, vt prima hæc materia in operationem suâ non progrediatur, nec in vltimam materiam formari possit. Vbi enim virtus attractiua est, ibi conserta quoque virtus expulsiua existit. Quod ita accipietis. Virtus attractiua allicit ad sese, bonum, malum, quicquid adest. Iam verò proprietas eius est, solum ad se semen attrahere. Opus verò est id quoque iam attrahi cum semine, quod ei coniunctum & vnitum perfluit: non secus, ac, quæ fœmina viro nubit, ipsum vnà cum vestibus adsciscit, cùm tamen ipsas vestes illa non quærat. Nec enim vnum sine altero est. Suo tamen tempore diligitur & adoptatur id, quod primarium erat, quod principaliter spectabatur, quod magis in votis erat. Alterum omittitur ac temnitur. Itaque si operatio incipit, vestes deponuntur. Eodem modo censere quoque debetis, quod superfluum illud, cum semine per virtutem expulsiuam, quod affluxit in solâ virtute attractiuâ positum, exturbetur & expellatur. De hâc virtute autem attractiuâ tenendum est, quòd in sola matrice condita sit. Attrahit illa semen, & cum semine coniunctum vniuersum. Quod verò ad rem & institutum illud nihil facit: iam iterum virtus quidem expulsiua præstò est, quæ superfluum expellere debeat: sed id siue succedat, siue non, situ illud est in virtute attractiuâ, quæ latet in vase Tartari vel Tartarorum, quod se expurgat, in huius commodum operatio fit. Si virtus matricis expulsiua euincit & præualet, eò res redit, vt nihil hìc adhæreſcere queat. Vt magnes ferrum ad se trahit, non quod ferri corpore indigeat, sed essentiam ferri saltem quærit, quam exsugens, feces reliquas abiicit & temnit: Aut sicut, qui nucem frangit, nucleum edit, putamen abiicit: sic pari ratione putandum est, quòd virtutes attractiuę & expulsiuæ vnà in matrice legitimatæ & vnitæ sint. Vnde consequitur, quòd per actum Venereum excretum nihil reseruari præter semen oporteat. Iam verò hoc quoque accidit, virtutem attractiuam interdum nauci & languidã esse, & nec semen, nec materias alias primas concipere. Et quę hoc modo dispositæ sint fœminæ, nec imprægnantur, nec huiusmodi morbum à viris concipiunt. Interdùm virtus attractiua fortis & potens est, ac concipit: contrà expulsiua debilis, nec remouẽda remouet, nec expellenda exturbat. Quod si ergo expellenda sede suâ & loco non exturbantur, fit tandem, vt primæ materiæ in sua vasa dirigantur, & in vltimas suas materias perducantur. Sed & hoc contingit, matricem in seipsa proprietates Tartari nonnunquam continere. Vndè probabile est, huiusmodi generationes maturiùs quoque perfici. Et istæ quidem generationes Tartari omnium periculosissimæ sunt, si primæ illæ materiæ in Tartareâ istâ naturâ & proprietate iungantur & conueniant. Scire autem debetis, primam illam materiam Tartari iacere in spermate, sicut Tartarum in vino. Debet enim semen perfectus homo existere, secundùm proprietates suas vniuersas perfectus. Sic enim ab vno vase contendit in aliud. Veluti si vinum à vase vno in aliud transfunditur, ac in vase illo, in quod infunditur, Tartarum deponit: sic hìc quoque Tartarum viri, in fœminam deponitur. Quod enim in viro non subsedit, id in vas fœminæ transfusum, sedimentum & tartarum ponit. Et hoc modo Tartareas generationes, quas fœminæ à viris concipiunt, intelligere debetis.

Attractrix virtus promiscua trahit.

Operatione instante vestes deponuntur.

Matrix ipsa interdum tartarosa.

Semen perfecti hominis proprietates omnes habet.

CAP. VII.

Hìc enodatur, quomodò Tartarum hæreditarium fieri & liberis connasci possit.

PORrò etiam definiendum est de Tartaro hereditario in fœtus translato. Hìc enim generationes miræ prodeunt & apparent; veluti si lapis, aut alia Tartarea genera similia fœtui innascuntur: aut si quidem non in vltimâ materiâ perficiuntur, tamen paulò pòst emergunt. Tartarum illud hęreditate inseritur hoc pacto. Primò per nutrimenta, ita vt fœtus in vtero materno cum illis non minùs Tartarum concipiat, quàm fit foris extra uterũ. Secundò per semen vitiosum ad Tartarum dispositum. Id per exẽpla dilucidatur. Semen quod arboris cuiusdam est, si seritur, arborem illã profert, cuius semen est, sicut ea arborũ natura & proprietas existit. Hoc idẽ dictu est: sicut arbor per semen suum arborem sibi similem generat: sic idem de semine

Attractrix & expultrix virtutes in matrice vnà sunt: sed tamẽ variabiles.

Tartarũ innascitur liberis aut per alimẽtum, aut semẽ vitiosũ.

ne quoque hominis ſtatuendum eſt. Sic enim quæuis arbor, quandam ſimilem ſibi progenerat. Eodem modo ipſi quoque homines ſeruntur & generantur. Proprietates autē quæ cuiuſlibet arboris ſunt, in ſemine ipſo inhærent & conditæ ſunt. Si ſemen vermiculoſum eſt, vitium id in ſubnaſcentem arborem tranſcendit. Si ſemen vitio alio tenetur, idem arbuſculæ quoque indetur. Hominis eadem omninò ratio eſt. Et hæc omnia de *Tartaro cruoris* intelligenda ſunt, non autem de Tartaro peregrino. Tartarus enim peregrinus ſecundùm ſanguinem non diſponitur. Tartarus autem cruoris in ſanguine hæret, & in ſanguinē hæreditariò tranſcendit. Eſt enim proprietas & cognatio hominis, non minùs ac cognati ſunt, *Naſus, pedes, nares, oculi, &c.* Id verò quî fiat, accipite. Quicquid vſpiam eſt, bonum, malum, ſanum, ægrum, mores aut morbi; id omne ſuas in iſto corpore materias primas habet: hoc eſt, rerū omniū principium in parente exiſtit. Principium autem in duo diuiditur: nimirùm in materiam primam, & vltimam. Si in primâ materiâ ſemen corripitur, ibi hæredatio quędam & vlterior præparatio primæ materiæ eſt ab vno ad alterum tam diu procedens, donec in vltimam materiam perueniatur. Tum demùm finis & perfectio inſtat, nec vlla deinceps hæredatio conſequitur. Pro hâc declaratione notate: ſi aut in patre, aut in matre Tartarus cruoris in vltimâ materiâ conſiſtit, hæreditariò vlteriùs non transfertur. Nulla enim vltima materia expellitur, aut hereditariò infunditur, ſed ſola materia prima. Et ſic intelligenda veniunt duo genera Tartari hæreditarij. Si hæret in primâ materiâ, transfundendo fertur in liberos. Si conſiſtit in materiâ vltimâ, terminatur in iis, ex quibus ſemen deciditur. Ex hoc ergò iam ſequitur, quòd primæ materię totius corporis vnionem habeant, nimirùm ſuam ſedem in ſemine. Et ſic primæ materiæ, ſolæ ſemē perfectum conſtituunt, quod ita ſe habet. Omnes hominis proprietates, quoad membra, quoad intellectum, quoad ægritudinem & ſanitatem, in ſe continet cuiuſlibet materia prima: & illæ vniuerſæ, quotquot in corporibus Elementorum & Ætheris exiſtunt, ſemen vnicum conſtituunt, quod ſolùm vnus homo eſt. Ita enim conſtitutum eſſe ſemen debet, vt omnes proprietates ei inſint, nullo eorum, quæ in homine requiruntur, excepto. Et quodcunque in ipſo eſt, ſemen illud dat. Vndè poſteà fit, vt vir ac fœmina Naturam hominis diſſimilē faciant. Vtriuſque etenim proprietates in vnitatem vnam congeruntur, & temperaturâ vnâ commiſcentur, ita vt vnum tantum ſemen, vnum hominem fieri oporteat. Iam vero compoſitio & vnio duorum diuerſorum ſeminū mutationes inducit morborum, ſanitatis, pulchritudinis, proprietatum, morum, & cogitationum, &c. Hæc poſteà ſequitur, aut deſtructio, aut integratio hoc modo. Semina duo ſunt: viri & fœminæ. Iſta ſi concordantiæ vnius ſunt: tum proprietates vniuerſæ fœtui inſeruntur, ac fœtus iſte ſuorum parentum tam morbos, quàm ſanitatem adipiſcitur. Si verò vtraque non concordant, corruptio quædam incidit, quâ proprietates deſtruuntur, & permutantur. Vnde aliâ quoque Theoricâ, aliâ curatiuâ, alio Medico opus eſt. Ex hiſce conficitur, multos hæreditarios morbos in iſtis diſcordiis aboleri: ita, vt quidam ſubindè morbi per hanc contrarietatem tollantur, quidam verò in iſtorum locum nouiter ſuccedant, qui ſecundùm naturam ſuam diuiſi ſunt, velut mulus, qui nec equus eſt, nec aſinus. Quod verò minimè diſcordat, ſed conſentit & coniungitur, ex eo fœtus vnus ſequitur, cum alterâ naturâ, vt dictum eſt, hæreditariò inſeritur. Eo modo liberi morbos quoſdam, quales illi in ſeipſis ſunt, hereditariò accipiunt, ſicut mentionem feci de Tartaro. Illud ſi tale eſt in primâ materiâ humanæ compoſitionis, hæreditariò implantatur. Sin minùs, non conſeritur. Si hæret in materiâ vltimâ: nec ſic quidem in ſeminatur fœtui. Nam in compoſitionem humanam primæ ſaltem materiæ conueniunt: & morbos iſtiuſmodi hæreditarios curare, aut tollere nemo poteſt. Veritas hæc ab exemplo allato diſcenda eſt. Vir & fœmina cohabitant, & congrediuntur. Alter fatuus eſt: altera obſtinata. Hi fœtum gignunt, quem nemo nouit, an fatuus ſit, vel fungus & aſinus. Ideò nec malum hoc auerti poteſt. Tales ſunt monſtra naturæ: quibus emendandis natura medicinam nullam prodidit.

Sed de proceſſu hæredationis vlteriùs attendite. Si materia prima Tartari in ſpermate prædominatur: tartarum cum ſpermate in conceptione

Seminis omnia vitia rei naturitus indūtur.

Tart. Cruoris ſolus hereditarius.

Principiū duplex.

Materiæ vltimæ nulla tranſfuſio.

Proprietates omnes ſeminis inclus.

Semina diuersarum mutationes inducunt.

Morbi diuersi qui fiāt.

Hereditarij morbi insanabiles.

Monstra immedicabilia.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 344 sur 913

inſeminatur & inditur, & certâ proportione cum generato illo ſemine augeſcit, vſque dum ad vltimam ſuam materiam deducatur. Quo tempore quælibet materia prima perficitur & completur in materiam vltimam. Iam verò materia vltima ſeminis eſt homo conſũmatus, & ſecundùm vniuerſas ſuas proprietates perfectus, quia nimirum quælibet materia prima, in vltimam reducta eſt perfectam: velut oculus, omnẽ eſſentiam, & quæ ad oculum requiruntur, accepit: velut pedes, quæ ad pedes pertinent. Sicut ergò hæ partes ſuum cõplementum & ſtamen ſolidum acceperunt: ſic earum hęreditariæ quoque ægritudines vnà cum perſonâ illâ creſcũt & augeſcunt, vſque ad terminum cuilibet à naturâ præſtitutum. Ex ægritudinibus autem huiuſmodi Tartarus non minima eſt Sed hic notandum eſt tempus termini, in quod quoduis creſcens procedit, hoc eſt, in ſuam vltimam materiam. Hoc autem tempus diuerſum eſt, nec vnicuique materię primæ idem ac ſimile. Accidit enim nonnunquam, materiam primam Tartari ſeptimanarũ 40. ſpatio creſcere, vt cum edito in lucem infante Tartarum quoque perfectũ ſit. Fit Tartarum quandoque menſe primo, vel ſecundo, vel tertio, &c. pro formatione & coagulatione infantis, vel celeriore, vel tardiore. Eiuſdem generatio interdum ab edito fœtu incipit, & perficitur ad tempus ablactationis. Aliàs periodus adhuc breuior exiſtit. Tempus etenim maturationis materiæ vltimæ diuerſum eſt, & terminus omnis vel maturior, vel ſerior ex ſpiritu ſalis dependet. Prout ergò terminus ſpiritus ſalis ſe habet: ita æquè & incrementum Tartari: nec ſpiritus iſte quicquam curat aut iuuentutem, aut ſenium in morbis. In proprietatibus tamen ille certam, tùm ætatem, tum autumnum admittit, quæ tempora ſuo incremento expectat. Sæpè creſcere incipit ab ablactatione, & augeſcit ad annum vſque ætatis ſeptimum. Interdum ab anno ſeptimo incipit, & extenditur ad annũ ætatis vigeſimum primum. Quandoque ab anno vigeſimo primo ad finem vſque vitę ſubnaſcitur. Fit etiam vt rudimentum accipiat in vtero materno, & augeſcat non ordinario termino, vt iam dixi, ſed ſecundùm tempora incerta. Ideóque materia vltima quotidiè exſpectãda eſt. Necenim proprietates Microcoſmi incertiora tempora maturitatis ſpecierum rerum habent, quàm in mundo externo arbores, herbęque & res ſimiles aliæ. Harum enim velut alię tardiùs, aliæ celeriùs proueniunt: ita diuerſa quoque genera Tartarorum cruoris exiſtunt. Librum autem hunc, quomodò ſcilicet quælibet ſuo tempore creſcant, probè callere medicus debet. Corpora enim rerum creſcentium ſuo definito tempore, veriſſima ſunt Phyſica Theorica & Practica, cuius apprimè conſcium Medicum eſſe decet. Fieri enim poteſt, vt tempus croci, tempus quoque Tartari exiſtat, velut & ſpecies croci, ſpecies Tartari. Sicut ergò crocus feſtinatum incrementum habet, vt decidente vno, alterum ſubnaſcatur illicò: ita cum Tartaro idem fiet, ſi is ſpecierum croci eſt. Sic ſpecies Iuniperi, &c. ad triennium ſunt. Ita ſuæ ſunt etiam ſpecies Roſæ, ſuę ſpecies Tartari: ſuum tempus Roſæ: ſuum tempus Tartari: Simile iudicium de rebus creſcentibus vniuerſis facite. Nam & homo mirabiliter in vno Microcoſmo conditus & conſtitutus eſt, veluti de generatione humanâ latiùs explicatur. Et hęc qui ignorat, aut librum iſtum integrè non euoluit, Medici nomine haudquaquàm dignus eſt.

Deinceps autem etiam de Tartaro peregrino ſedulò cognoſcendum eſt, quomodò illud *Nutrimentaliter* in fœtum ingeratur. Materia nempe prima in matre operatur, & cum lacte iunctim profluit, & hoc vehiculo allatum in vaſis Tartari adhæreſcit. Et ſicut extra vterum homini alij Tartarum inditur: ſic cum lacte quoque mulieris fœtus ſugendo extraneum Tartarum imbibit. Et hoc Tartarum Lactis eſt, & appellatur. Proceſſus autem de Tartaro extraneo aliàs traditus, hoc quoque Tartarum explanat & explicat. Tartarum autem Mẽſtrui, quod fœtui connaſcitur, generatur ex ſanguine menſtruo, qui fœtui alimento eſt. In hoc Tartarus peregrinus latet, & in vtero materno, ſeu corpore matris coagulatur. Quod verò in vtero matris factum non eſt, ſed lacti permixtum eſt, id Tartarum Lactis exiſtit. Lacti non permixtum, ſed à vino ſuperſtes, eſt Tartarus vini infantis. Tartarus iſte multos perdit homines, ita vt malum hoc in infantiâ cõtrahant, & ad vltimam vitæ lineam perpetiantur. Multùm ergò momenti in eo poſitum eſt, infantes hoc non lædi.

Tartarus

Mat. ſeminis vltima homo eſt perfectus.

Tartari naſcendi quæ periodi.

Termin' omnis Tartari à ſpiritu ſalis ſtatuitur.

Periodi certę rerum omnium.

Tartarũ eſt ſpecies croci.

Tartarũ peregrinum vt fœtui indatur.

Tartarũ Lactis.

Tart. mẽſtrui.

Tart vini infantis.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 345 sur 913

Tartarus tamen infantis ſpecies multas habet, prout infanti nutrimenta adminiſtrantur & applicantur. Sic ergò hactenus de hæreditario Tartaro & de Tartaro generatio, quâ ratione hæc duo genera oriantur, ſatis cognouiſtis. Ad hæc duo genera quæ conueniunt & quadrant, ſimiliter in omnibus generibus Tartari intelligenda veniunt.

CAP. VIII.

De Inſtrumentis, vaſis, & concauitatibus, in quibus Tartarum generatur.

POſtquàm Tartara huc vſque à nobis ſatis tradita & deſcripta ſunt: deinceps ex re & vſu erit, ipſa quoque vaſa, in quibus Tartarum gignitur & deponitur, explicari. In iſto etenim momenti plurimùm poſitum eſt, Tartarum eo loco quæri, quo præcipuè poſitum latet. Hactenus verò duo ſaltem vaſa indicata ſunt admittendo Tartaro idonea: Renes nimirùm & veſica. Hæc verò ſola minimè ſunt: ſed vaſa alia multa præter hæc in corpore exiſtunt, ſicut deinceps definietur. Nam, vt ſciretis & explicitè intelligeretis, vbinam Tartarũ ſuam in corpore habitationem habeat, capitulum hoc ſingulariter mihi conſtituendum putaui. Quod vt faceré, cauſa me potiſſimùm illa impulit, quòd multę Tartareæ ægritudines in homine ſint, quæ pro aliis morbis à multis habentur, quales tamen minimè exiſtunt. Quos morbos, quia ſcriptores veteres Tartareo modo curare aggreſſi non ſunt, ideò frugiferum etiam nihil præſtiterunt, aut eos rectè ſanare vnquam potuerunt. Et ex ignoratione iſtà factum eſt, vt morbus iſte incurabilis diceretur. Sic ergò illi ex veritate mendacium faciunt, dum morbum, qui curatu facilis eſt, curari non poſſe inſcitè nugantur. Quod piaculum in medicinâ minimè leue eſt. Vos ergò principio tale fundamentum attendite. Vnumquoduis coagulatum locum ſuum proprium ſortitum eſt, in quo coagulatur: & in alio loco ſimiliter haudquaquàm coagulatur. Itaque Tartarum non in omnibus promiſcuè corporis locis adhæreſcit, ſed in ſuis definitis & peculiaribus. Locus etenim & *ſpecies* & *materia*, vltimam materiam dant. Scire ergò debetis, Tartarum quodcunque in locis humidis ac vdis contineri. Ac vbi non eſt humiditas, ibi nec vllum Tartarum in ſuâ operatione verſatur. Eſt enim in humiditate, & ab humiditate ſeparatur, & humidum in ſuis vaſis cõtinetur, ſicut experientia docet, humidum nullũ vaſe ſuo carere poſſe, ſed quodlibet humidũ ſuo peculiari vaſe concludi & aſſeruari. Vinum in vaſis ſeruatur. Vaſa autem ex aſſeribus, per ſua vincula vnitis, concinnantur. Eodem modo ipſa quoque natura ſua ſibi vaſa ligauit, quibus humores continet. Eáque vaſa naturę vocantur. His vaſis ergò humoribus per naturæ vindemiam collectis & concluſis, ſpiritus *ſeparationis* accedit, hoc eſt, ſpiritus ille, qui Tartareum à non Tartareo ſeparat. Is ſequeſtrando in vaſis ſuam operationem orditur. Quod dum facit, humorem in vaſis depurat. Et quod alienum aut diuerſum reperit, ab humore illo diſgregat. Vbi duo relinquuntur: nimirùm *Tartarum* & *Fex*. Fex fundum occupat, Tartarum parietibus ſeu lateribus adhæret. Hoc verò exempli loco dictum ſit. Id enim ſicut verum extrà eſt: ſic in ipſo quoque homine intus aliter non euenit. Vnde fit, vt Tartari duo genera emergant: Fex, & Tartarum, quod vtrumque ſecundum genuinam ſuam appellationem excrementum eſt vini non digeſti, hoc eſt, ex digeſtione primâ. Et licèt plures quidem in homine digeſtiones ſint, velut & in vino: præter inſtitutum tamen noſtrum eſt, de illis hîc commentari, cùm de ſolo Tartaro tractationem hic inſtituerimus. De illo ergo ſciendum: eſt, nullum in homine vas exiſtere, quòd iſtiuſmodi liquore nõ impletum ſit. Hoc ita intelligendum eſt, naturam ſibiipſi vaſa condere, non vt ea vacua & inania ſint, ſed vt omnia repleantur. Cùm ergò vaſa condita ſint: neceſſarium eſt id quoque adeſſe, quod à vaſe recipiendum eſt. Et in illo continetur id, de quo ſcribo. Nihil enim vacuũ & inane relinquit Natura; id quod Medico diligenter expendendum eſt. Hinc conſequitur, vbicunque humiditas datur, dari quoque vas. Vbi autem vas & humiditas dantur: ibidem generatur etiam Tartarum & fex. Si quo autem à vaſe humiditas abſit, in illo Tartarum minimè generatur. Vas autem oportet eſſe concluſum. Si enim res non includatur, extra diſputationem poſita eſt. Concluſionis verò iſtius illa ratio eſt, vt cuilibet continenti vaſi ſuum emunctorium adſitum ſit. Cõcluditur verò, res vt natura illã purget & ſeparet. Emunctorio

Vaſa Tartari ſunt Renes, veſica, &c.

Medic. reprehenſio.

Coagulum omne locũ peculiarem poſſit.

Humidũ ſedes Tartari.

Spiritus ſeparationis opus quale.

Fex fundũ Tartarũ latera occupant.

Tartari duo genera.

Nihil frustraneum in natura.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 346 sur 913

quoque opus est propter quotidiè proueniens excrementum: quod non secùs ac per foramen vinum, ab homine indies effluit aut abscedit. In vino siquidem motus est expulsiuus sine virtute attractiua. Tale vas quoddam si in corpore est: in eo liquor iacet, feces & vinum continens. Vasis ergo interioris eadē est ratio, quæ foris est extranei in Elemētis: saltē, quod emissionis discrimen attinet, in vase corporis est virtus expulsiua, in altero est attractiua. Ista vero vasa Tartari continenter plena sunt, nec vnquā integrè euacuātur. Natura siquidem illa assiduò ac iugiter rursus implet per microcosmi pluuias, ac rorem, continenter stillantes ac cadentes. Quòd si per emūctoria quidem subindē aliquid emittatur: saltem excrementum id tamen est, quod foris à terra consumitur, sicut pluuia à cœlo. In ipso quidem corpore eiusmodi constipatio non est. Suo se tamen in loco emunctorium exhibet, veluti foramen in dolio, quod quotidiè repletur per Microcosmicas Meteoricas pluuias, non minùs in corpore, quàm foris ex Firmamento in terram destillantes, ita vt inane nihil relinquatur. Sicut enim quantum de vino raspaticio seu acinaceo per emissarium euacuantur, per superius foramen rursus affunditur: aut quemadmodùm tempore autumni dolia pleraque rursus implentur: sic per autumnum naturalem vasa quoque corporis rursus implentur indies. Quæ enim foris ratio est euacuationis, consumtionis, & repletionis: eadem interius quoque hominis est, annuum suum autumnum aut messem habentis, cum omnibus medij interstitij impressionibus.

Vasorū interiorum & exteriorum similitudo.

Vinum acinaceū

Hinc etiam fit, vt per externum & internum autumnum vasa quælibet subindè plena fiant. Si ergo liquores istiusmodi in suis vasis concluduntur, tunc accedens Spiritus separationis purum ab impuro disgregat, nec Tartarum cum liquore coniunctum manere patitur, nec ipsius quoque feces in liquore relinquit, sed omnia à se inuicem separat. Sic ergo similis operatio emergit foris in vase vini, & intùs in vase corporis.

Spiritus separationis qualeof. ficium.

Deinceps autem vobis quoque cognoscendum est, quæ ista in corpore vasa existant. Huic enim rei explicandæ hoc capitulum dicatum est. Vas autem primum est *ventriculus*. Hoc enim eius morbi Tartarei demonstrant, ibi Tartarum & feces, vel adhærescere, vel deponi, non secùs ac in dolio externo, vnde posteà peculiares morbi gignuntur. Secundo vasa Tartari sunt *Intestina*, quia feces continent, & annexa seu adhærentia Tartari continent. Præterea ad vasa connumerantur etiam quæcunque partes à stomacho ad collum vesicæ vsque pertinent. Nam vbicunque vrina vel continetur, vel transit, ibi vas est. Quanquàm vasa hæc inter collum vesicæ & stomachum interiecta varia & multiplicia sint. Nam in venis Mesaraicis feces obstruunt. Posteà in regionibus *Iecoris*, & à iecore vsque ad *Renes*, ac in vniuersis totius corporis concauitatibus Tartarum adhærescere potest. Nihil enim cauum est, quòd non simul liquorem illum, qui Tartarum continet, complectatur. Quanquàm hoc quoque sciendum sit, Tartarum peregrinū vasa alia nulla quærere, quàm quæ ad emunctoria pertinēt. Tartarus autem *Cruoris*, præter vasa emunctoriis appensa, foris quoque alia quærit & machinatur. Sed ea generis diuersi existunt. Quale enim vas vnumquoduis est, taliter in eo autumnus quoque operatur, ac pro naturâ & conditione eius Tartarus quoque & feces gignūtur. Præterea vnaquæuis etiam vena totius corporis Vas Tartari est, non quidem peregrini, sed cruoris. Nec verò venæ tantùm: verùm & ossa, & articuli, in quibus sinouia continetur. Et vt summatim dicam: quicquid concauum existit colligendis liquoribus idoneum, id suscipiendo Tartaro quoque aptum est, sicut superiùs dictum est. Sed & *Membra principaliora* similiter in sese vasa cōtinent, vt sunt pulmo, lien, hepar, &c. In his ipsis Tartarum quoque nascitur, sicut gignuntur lapides in fungis. Sicut enim Tartarus peregrinus in renibus & vesicâ fieri potest: ita Tartarus cruoris in qualibet cauitate generari potest. Et sic Tartarus in membris quoque principalioribus producitur. Vbicunque ergo pro consideratione hâc, vasa talia posita sunt, ibi multi, iique admirabiles morbi gignuntur, qui pro aliis habentur ac sunt. Vnde errores quoque multi exorti sunt in certum ægrorum interitum, sicut exempla Humoristarum quotidiana comprobant.

2. Intestina.

3. Spatia à stomacho ad collum vesicæ.

4. Vena quælibet.

5. Omne cauum.

6. Membra principalia.

Medic. reprehēhensio.

Vasa Tartari quæ sint Stomachus.

CAP.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 347 sur 913

CAP. IX.

De Coagulatione Tartari, quâ ratione modóque illa fiat.

IN præcedenti capite vasa Tartari cum suis generibus, cruoris scilicet & peregrini tradita sunt. Iam pro vberiore intelligentiâ scire debetis, genera tartari in omnibus corporis concauitatibus produci & adhæreſcere posse. Quodcunque verò tartaro peregrino contingit: id tartaro quoque *Cruoris* accidere potest. Spiritus autem coagulantes duo sunt: Alter in tartaro peregrino: alter in tartaro cruoris. Puncta ergò de his duo notanda sunt. Vnus nimirum coagulat in solis viis ad emunctoria. Alter coagulat in concauitatibus totius corporis, velut in iuncturis, articulis, poris, cannis, membris principalioribus. Quod coagulatur in viis emunctorij, id in illis reperitur. Quod coagulatur in articulis, iuncturis, idipsum ibi quoque inuenitur. Tartara autem vniuersa sunt, hoc saltem discrimine distincta, quòd eodem modo ac ratione omnia non formata & colorata sint. Quæ diuersitas dependet à varietate vasis, ad hanc vel illam formâ & colorem conditionati, ac à genere spiritus coagulationis. Quin & alia tartara alios dolores ac ægritudines pariũt, & tamen omnia tartara existũt. Si iniũcturas incũbit, vocatur Schiatica, Arthetica, Podagra, genugra, &c. Tartar⁹ tamẽ cruoris tantùm in illo loco generatus est, sicut tartarus alter in vesicâ & renibus. Vt autem modũ ac arionẽ coagulationis clariùs intelligatis, ad ista porrò attẽdite. Quicquid in corpus redigi debet, id per coagulationes eò perducẽdum est. Coagulatio autem est spiritus salis. In hoc enim vis coagulationis posita est. Sic ergò corpora omnia per spiritum salis in corpus coagulantur. Porrò autem notate, proprietates & conditiones spiritus salis multiplices existere. Vna enim coagulat in Lignum: alia in Gemmas: alia in Herbas: alia in Metalla: alia in Lapides aut Arenam, &c. Hæc omnia spiritus salis præstat, qui *Heros est coagulationis*. Spiritus iste si subiecto suo iungitur, tunc illud in suum corpus coagulat. Hoc modo operatur in Macrocosmo: hoc modo operatur etiam in homine, pro suæ naturæ ratione. Coagulat enim ille vnumquodlibet corpus pro suæ prædestinationis modo. In homine autem subiectum nullum inueni, quod in lapidem coagulari possit, nisi tartarum. Cætera plantarum genera sunt in homine; *Caro* scilicèt & *Sanguis*. Et sicut per spiritum salis res quæuis sua corpora ac substantiam accipiunt: sic pariter & in homine, *Sanguis*, *caro*, *ossa*, *venæ*, *cutis cor*, &c. in corpoream istam substantiam per spiritum salis coagulatur, prout creationis ordo poscit. Solum autem tartarum à membris & corpore hominis alienum ac diuersum existit. Cùm ergò ab hominis naturâ alienum sit: ideò natura ad exitum ipsum deducit, & à liquido separat. Quòd si verò virtutes separationis expulsiuæ & destructionis validæ ac potentes sint, Tartareus morbus nullus suscitari potest. Cessante autem separatione, & virtute expulsiuâ posteà operante, necesse est ęgritudinem induci Tartaream. Porrò, de cęteris plantis & creatis, præter Tartarum nihil in homine generari potest. Reliqua enim subiecta omnia digeruntur. Coagulationis autem ipsius modum ex exemplo sequente addiscite. Videtis, quàm mirè natura per spiritum salis tam varia corpora coagulet. Cernitis ex aquâ Vulcanum coagulare vitriolum, salem, alumen, vnoquolibet peculiarem suam formam sortiente, prout ea proprietas exigit. Idem similiter etiam accidit in liquoribus Tartari, in quibus ipsum Tartarum iacet, sicut vitriolum variâ specie in aquâ continetur. Planè autem vobis persuasum esse debet, Tartarum omninò in *Liquore*, hoc est, in aquâ conditum esse, quemadmodùm vitriolum, aut sal, aut alumen in aquâ cõtinetur. Et sicut *Vulcanus* illa ab aquâ separat: sic Tartarum quoque per insitam prępararionem & coagulationem separatur & coagulatur. Nec verò vitriola sola, aut salia, aut alumina, verum insuper ipsę quoque gemmæ in primâ suâ materiâ sunt tantùm aquæ, liquoréſue ac mucilagines, quas insita & congenita Vulcano ars separat ac format. Sicut enim agnatam sibi & complantatam dexteritatem homines habent: sic idem de Vulcano quoque & aliis lapidibus intelligendum est, qui simili ratione ab aquâ separantur, veluti genera lapidea docent. Memori ergò mentẽ tenendum est, ad istum modum omnia in corpore *Liquida* existere: veluti in vino videtis omne liquidum esse, nec Tartarũ vllum apparere. Sic sal quoque in aquam coniectum, totum liquidum existit, nec

Spiritus coagulãs duplex.

Tartarorum diuersa genera vnde.

Coagulationis causa, spiritus salis.

Naturæ spiritus salis varię.

Spiritus salis operatur pro modo & habilitate subiecti.

Tartarũ quando non gignatur.

Tartarũ omne in liquido est.

Aquama terra prima mineraliũ lapidũ.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 348 sur 913

quicquam videtur nisi aqua. Separatio tamen illa deinde à se inuicem difiungit: ac tandē accedens coagulatio quodvis peculiariter in suum corpus reducit, ita formatum, vt formatum esse debuit. Idem, inquam, similiter Tartaris quoque humanis accidit, vt liquida sint, & cum cæteris liquidis permiscecantur. Cùm verò indiscretum & indisseparatum natura nihil relinquat: hinc fit, vt liquor Tartari coaguletur. Et quemadmodum si sal nitri in definitum ac consistens suũ corpus deducitur, sponte suâ in fundo sine permixtione aquæ subsidit: sic Tartarum quoque peculiare quid & à liquido separatum manet: id quod ex potentiâ prędestinationis accidit. A prouidentiâ etenim ita prædestinatum est, vt subiectum quodlibet à materiâ suâ primâ ad vltimam reducatur. Spiritui verò istius prędestinationis vires coagulationis datę sunt, sicut oculis visus, auribus auditus, &c. Sic enim à prouidētiâ diuinâ cõstitutũ & ordinatũ est, vt hoc esset corpus Metallinũ, istud corp⁹ Antimoniale, illud corp⁹ viui currētis, aliud corpus ligni, &c. Sic hoc quoque in censu corpus Tartari *Creatũ* quoddā est, ac diuinitùs ita ordinatum, vt ad materiam vltimam deducatur in isto loco, vbi situm est, non obstante eo, quod id homini aduersum sit. Hoc enim quòd attinet, illi vicissim sua Medecina opposita est. Ideóque hoc artificium quoddam est istius fabri, spiritus scilicet coagulantis. Is quo pacto operetur, scribere nihil attinet. Visibiliter etenim nõ laborat, licèt opera ipsius visibilia existant. Sic ventus quoque perflat, & lutum coagulat, dum aufert aquositatem illius, per quam coagulatio adimitur. Idem Sol quoque facit, qui vitellum oui coagulat in *Caraben*, ac albumen in translucidum. Eadem omnia similiter de spiritu quoque coagulationis intelligenda sunt. Hoc enim ipsius artificium probum & genuinum esse, ipsa dies docet. Et tamen nihilominùs exemplum è naturæ sinu depromendum est, vt videatis, spiritum quærendum esse, qui in arte suâ eodem modo operetur, sicut artifex aut Mechanicus homo. Exemplum autem tale esto. Videtis ex terrâ, hoc est, Nitro vrinæ aut fimo vrinæ salem petræ excoqui, & per istud artificium salem petræ in aquam redigi. Eò si ille redactus est, tunc coagulatio sponte suâ in operationem suam abit, ac grandulat & candefacit, adeóque salpetræ sine omni auxilio humano, quoad formationem in glaciem desciscit ac conuertitur. Et licèt quidem ipse quoque artifex aliquantùm huc conferat, ipsius tamen opus aliud non est, quàm quòd homogenea congerit, & quæ diuersa sunt, filtrandro separat. Nec quicquam aliud homo ad generationem salis nitri conferre potest, quàm vt depurationem eius procuret. Eo præstito, spiritus salis, qui illi congenitus est, salem nitri ipsum ad coagulationem & formationem suam perducit. Id quod nulla vllius hominis industria ex sese perficere potest. Pari ratione in ipso quoque Microcosomo Vulcanus quispiam conditus est, qui coctori salis nitri similis, extractionem illam præparat & producit. Quo facto spiritus salis extremam quasi manum addit, & Tartarum perficit ac format, sicut salem nitri quoque suâ natiuâ formâ donat ac illustrat. Sic enim vnumquoduis ad formam suam prædestinatam perducitur. Ac quemadmodum videre nemo potest, quo pacto sal nitri fiat ac generetur: sic de generationis istius modo nemini quoque scribere integrum est. Idem de coagulatione Tartari quoque verum est, artem illam soli Naturæ vernaculam esse, quam homo ipse nec sciat, nec possit. Faber autem figuram hanc formam aut exprimens, *Spiritus* est. Et cùm Spiritus inuisibiles existant, inuisibiles etiam ipsorum operationes esse, par videtur. De ipsorum itaque opificio, quis scribere queat, cùm nec malleis, nec fornacibus, nec formis vtantur, dum fundunt, secant, fingúntque. Hoc certum quidem est, ipsum quoque hominem formas ac figuras admirandas multas fingere posse, sed omnes conspicuas & visibiles. Sed eadem omnia ars naturę quoque callet nihilo infelicius, verumtamen in *spiritu*, in quo ipsum naturæ lumen viget. Contrà, quod homo fabricat, id tangibile est ac visibile. Ideò ipsius quoq; opera visibilia existunt. Hinc fit, vt illa à die primâ vsque ad nouissimam desctibi queant, quid nimirum & quantum die quouis præstitum ac laboratum sit. Sic etiam intentâ inspectione hominis operatio addisci, ac æmulando exprimi ab alio potest. Hunc verò *Vulcanum* nemo æmulari scit. Spiritum enim, quo in operationibus suis vtitur, nemo videt ac contuetur: etsi quidem opus ipsum introspi-

Natura est sedula separatrix.

Prouidẽtia fatalis ordo.

Tartaro sua diuinitus Medicina præstituta.

Carabe. Solvitellum coagulat in Carabe

Sp. salis potest, homo nequit.

Opera Spiritus & hominis quo differãt.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 349 sur 913

trospiciatur. Vndè per experientiam patet, quandam fabricationem factam esse per magistrum seu opificem spiritualem, quem operantem nemo videre queat. Sic pariter & in formatione tartari aspectabile nihil videri potest. Per ipsa verò opera omnia velut aspectabiliter cognoscuntur. Nam pro ipsius modo ac conditione, omnes coagulationes fiunt, etiam ipsiusmet tartari, nisi fors virtus expulsiua expellat ac exturbet, & remouendo materiam opus impediat. Alias enim ista omnia fieri ac sustineri opus est.

CAP. X.

Quo pacto cibi ac res aliæ Tartarum gignãt, & cum hoc plures quoque dolores ac paroxysmos inducant.

QVæ de generatione tartari hactenùs dicta sunt, de potu saltem intelligenda veniunt, quo pacto per ipsum Tartarus efficiatur. Sed quia non potus tantùm, verùm etiam cibus causa Tartari fit: ideò, qua ratione ex cibis Tartarus generetur, porrò animaduertite. Quicquid cibi vice assumi potest, id ex se quoque Tartarum gignit. Quod ita intelligendum est. Qui cibus ingeritur, is coctione subactus, in partes duas digeritur. Pars vna est illa, quæ in carnem & sanguinem abitura est. Hęc enim in liquorem partibus seu membris vniuersis familiarem transmutatur. Pars altera excrementum est. Id ab homine expellitur. Si rectâ & citò expellitur, tunc cibus ille nihil incommodat, nec vllum etiam Tartarum gignit. Sed quia pro hoc constituto ordine modóque omnia semper non eueniunt: ideò tenendum est, coctiones multas nimis calidas existere, quibus pro ordine Naturæ cibi non trãsmutentur, sed interdum veluti comburantur & semicorrumpantur. Exemplũ. Si quid in ollam inditum ac igni admotum debito modo excoquatur, tunc probè puréque elixatur ac coquitur. Debito autem modo ac ordine non seruato, illud in ollâ comburitur, & in carbonem fatiscit. Idem similiter etiam in homine fit, si discrasia quædam & inconuenientia stomachum occupauit. Sæpè enim contingit, cibum in prauam quandam materiam degenerare, quæ postmodùm cum ipsis excrementis secedere debebat, quod tamen ipso effectu non semper præstatur. Hæc deinceps materia ipsius Tartari fit, quando nimirùm humiditas seu liquidum, in quo Tartarum iacet, absceſſit, incinerato relicto. Hoc enim incineratum materia fit Tartari, & in vltimam suam materiam coagulatur, quæ demùm verè Tartarea existit. De his aliquot exempla attendite. Videtis caseum, bullienti & feruenti aquæ iniectum, quandam ex sese materiam eiicere. Post hanc autem relinquitur ac subsidet alia quædam viscosa, & naturæ ipsi ingrata. Quòd si verò aqua nimis feruida non sit, nec ebulliat, vnius substantiæ omnia videntur & existunt, nec duo casei indè fiunt, sed manet vnicus, isque naturæ gratus & familiaris. In stomacho idem eodem modo fit. Si cibos cocturus nimis ferueat, caseum duplicem facit, hoc est, res producit duas diuersas; succum nempè digestum, & Gluten, quod deinde materia Tartari euadit. Veritas eâdem in lacte quoque est. Id si incaluit, & acorem concepit, in res duas disseparatur, in caseamentũ, & serum. Serum est pro excrementis: Caseamentum autem est materia Tartari. Sortem eandem lac in stomacho quoque experitur. Nam aciditate inuadente, si in stomacho separatio fit, ea separatio sine Tartaro esse non potest, nempe stomachi aut intestinorum. Tartarus enim iste similis fit coagulato luto, modo tamen Tartareo aut lapidoso coacto. Porrò multa quoque ex aromatis Tartara gignuntur. Et quæ talia sunt, magnos & atroces dolores plerunque suscitant, ex stomachi prauâ constitutione & ipsâ progenitâ. Suo enim natiuo temperamento pollere debet ventriculus. Sin fiat secùs, multi subindè ab eo expectandi morbi sunt. Scire itaq; debetis, quod quicquid cineres dat, idem Tartarum quoque gignere queat. Quilibet enim cinis, sal est: & quilibet cineris sal est Tartarum, ac Tartari naturam in se continet, cuius vltima materia ipsum Tartarum existit. Momentum autem omne in eo positum est, vt ventriculus ipsum in *Alkali* redigat, alias generatio Tartari nulla erit. Ipsum quoque Saccharum & Mel, si in digestionem & acorem talem deueniant, Tartara multa pariunt.

Hisce præcomprehẽsis error quidam vobis detegendus est, ex eo ortus, quòd materia tartari genuina probè hactenùs non percognita fuerit. Nam, quod mirum

Cibi partes duæ fiũt: sanguis & excrementum.

Coctiones cali dæ Tartari occasio.

Cibi corrumpũtur, stomacho prauè habente.

Incineratum materia Tartari.

Casei diuersæ materię.

Gluten stomachi, materia Tartari.

Lactis duę partes, serũ & caseamẽtum.

Tart. ex aromatis, in fesum.

Cinis sal est: sal à materiâ Tartari.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 350 sur 913

Medic. reprehē. fio.

rum vobis videbitur, ad hunc vsque diem ea ne dum satis innotuit, cumprimis illis clamosis medicis, qui veteres, de hoc aliud docentes, obstinatè æmulantur. Quibus si veritas ipsa occinatur, illi ad mortuam subinde literam, expilandæ saltem pecuniæ vtilem, reuoluuntur. Curatio enim ac sanatio ipsorum omnis in fatuâ & emortuâ literâ posita est, quam tamen nec ipsius veritatis euentus, aut vlla experientia stabilem & certam vnquam probauit. Nam sine arte & experientiâ clamitare, est cœcorum mores æmulari, qui de coloribus iudicaturi, cæteris rectè & acutè videntibus multò obstinatiùs & importuniùs vociferantur. Omne enim in clamando præsidiũ positum habent, nec præter hoc quicquam possunt aliud. Sed vt institutionẽ adhuc pleniorem accipiatis, attendite, multos à Tartaro morbos proficisci, quorum origo & generatio nobis longè certiùs comperta est, quàm ipsis. Ex humoribus enim illi eosdem produxerunt, magnâ insciti à simul & pernicie ægrorũ.

Tartarũ hepatis qui gignatur.

Istorum morborum equidem nonnullos ego vobis indicaturus sum, veluti in principio de hepate. In huius enim venis ac poris sæpe Tartarum coagulatur eo modo, quo diximus: veluti etiam in cãnis, poris, & venis ipsa vasa Tartari posita sunt. Vbi autem vasa existunt, ibidem spiritus salis quoque ad coagulationem necessarius dominatur. Et Anatomia ipsa multoties patefecit, lapides in hisce regionibus reperiri, velut & in pulmonibus & splene, &c. non secùs ac in Raiâ aut spongiis, aut oculi in cancris. Porrò autem ignotum vobis minimè est, quàm atroces & sæuos paroxysmos cieat Tartarus vesicæ & renum. Similis istis

Medic. reprehẽ. fio.

paroxysmus Tartari etiam hepatici existit, quem multi *oppilationem* aut *Apostema* appellant, cùm tamen eius nihil sit, quàm Tartarus ibi annexus, sicut idem in renibus quoque & vesicâ accidere solet. Ipsi tamen Medici subindè aliud pro alio sumunt ac iudicant, & curationem oppilationis vel Apostematis instituunt: quasi verò id malum ab hoc vel illo humore genitum esset, cùm tamen ipsorum verè nihil sit, nisi purum Tartarum. Oppidò ergò dolendum est, tot ab illis Medicis conuenticula, conciliabula ac deliberationes passim institui, cùm tamen nihilominùs ista vniuersa inania sint, ac concilia ex eo petantur & depromantur, quod verè non adest. Errores similes etiam in splene admitti possunt, vt & in plumonibus, & felle, ac partibus aliis similibus. Sed & in venis sanguinis, quæ Tartari vasa sunt, Tartarus granulari potest. Ex quo passiones variæ & acutę induci possunt, lapidis vesicæ ægritudinibus similes. Quas tamen vniuersas ipsi pro morbis aliis habent. Vos autem qui frugi estis Medici, omnes in vniuersum sedulò hanc operam date, vt huiusmodi morbos sedulò dignoscatis & diiudicetis ab aliis, ne simili errore cum cæteris implicemini, & ignominiam certam apud egros vestros incurratis. Hoc enim perpetuò verum est, artes ipsas Medicum facere, non verò Academias, non tiaram, non annulum. Istiusmodi enim ornatu quiuis etiam moriones cincti incedere possunt ac ingredi in artem Medicam. Sed id est desuper per tectum descendere. Insuper hoc etiam sciendum est, ipsos quoque carnis poros vasa Tartari fieri: sed eius tantùm Tartari, qui guttatim affluit aut instillat: In poris illis si granum quoddam Tartari coagulatur, paroxysmi quoque emergunt, quos Medici vulgares pro morbis aliis habuerunt. Risu certè non indignum est, si quis audiat, subtiles istos Physicos suos humores illuc pertrahere posse sine equorum operâ, solo garritu. Vobis interim Humoristis gratia fit, quòd stultitiam & insciti am vestram hoc pacto ipsimet prodidistis. Nihil enim vspiam latet, quod in apricum & sub radium tandem aliquando non pertrahatur. Vt verò vos doceam, quo pacto ista Tartara huc perducantur, docilem animum aduertite. Quicquid è ventriculo elabitur, id per vniuersum corpus distribuitur, veluti ros per omnem mundum. Isto hoc modo distributo, quodlibet in suum propriũ vas attrahitur & colligitur. Ex eo vase membrum quoduis, in quo vas situm est, suum nutrimentum cibúmque exsugit. Reliqua autem superfluitas, aut in vesicam confluit, aut per sudorem extra hominem eiicitur, sicut pluuia de cœlo ex nubibus exsudat, & in terram destillat. Porrò si coniunctio formæ, hoc est, spiritus salis, & materia Tartari in vase illo prestò sunt (siue id in poris, aut cannis pulmonum, aut locis aliis sit) tunc Tartarus generatur pro ratione suæ conditionis & naturâ vasis, vtpote à quibus forma inditur. Sic porrò alij quoque morbi generantur à fecibus tartareis, quę

Tart. splenis, pulmonis, fellis, venarum.

Tart. pororum carnis, vt generetur.

Medic. reprehẽ. fio.

Forma Tartaro inditur pro ratione vasis & natura materiæ.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 351 sur 913

quæ in inteſtinis concluduntur, & dolorem, torſionémque ac reſionem ventris inducunt, quos vos hactenus pro *Colicâ* & *Iliacâ* habuiſtis & curaſtis. Quarum à vobis deſcriptarum cauſæ & origines ſi cum veritate ipsâ conferantur, idem apparet, ac ſi album ad nigrum æquiparetur. Sed ſuperfluum eſt, omnes veſtros malè deſcriptos morbos hic examinare. Interim probrum ac dedecus haud leue eſt, tot ſæculis elapſis Tartareum genus cum ſuis ſpeciebus hactenus in nullâ corporis parte aliâ cognitum à vobis ac traditum eſſe, niſi in ſolis renibus & veſicâ. Sic enim Medicina in mari magno hactenus in infinitum quidem nauigando fluctuauit, ſed ad littus nedum ſemel appulit. Ego quidem hoc loco aliquot Tartari ægritudines percenſui. Sed cur non omnes & ſingulas ſufficienter comprehenderim, factum eſt ob hanc cauſam, quòd deinceps in capitulis propriis latiùs & accuratiùs de ſingulis tradetur. De quibus tamen hic in genere veſtro iudicio inculcandum eſt, reſolutionem Tartari eſſe ægri liberationem: non verò purgationem, non clyſmata, vt cuius artis profeſſores ſe paſſim multi produnt ac venditant.

CAP. XI.

Explicatio vberior, quomodo pecora tartaroſa fiant, & nobis tartarum illum indant: additâ commonefactione de aliis quoque Tartari generibus ſeſe aliquando prodentibus.

SEd iâ pergamus de generatione Tartari, in ipſis quoque pecoribus factâ, explicationem continuare. Ad quod etſi mea quidem cura directa non ſit, nec in principio id mihi propoſuerim: nec neceſſarium ſit, nihilominùs tamen ad Tartari humani cognitionem certiorem & pleniorem accurandam, ſermonem iſtum hoc diſcurſu expediemus. In animalibus, ſiue terreſtria illa ſint, ſiue aquatica tartarum nullum peregrinum gignitur, ſed tantum Tartarum cruoris. Fit tamen, vt Tartarum quandoque etiam in renibus ac veſicâ ſuum, ſeu porcorum ac canum per autopſiam reperiatur. In hæc animalia etſi Tartarum peregrinum non ingrediatur quidem, nec in illis coaguletur: iſtud tamen Tartarum, Tartarum peregrinum fuiſſe, ex ipsâ examinis diligentiâ conſtitit. Huiuſmodi tamen exempla rara ſunt. Ipſa etenim animalia ſpiritum ſalis coagulatum non habẽt. Et in his ſolum illud coagulat, quod natura propria in Tartarum indidit, & ſpiritum coagulationis ſecum congenitum affert. Alias coagulatio in ipſis nulla ineſt. Iam de Tartaro cruoris porrò notate, fieri quoque, vt huiuſmodi tartara in animalibus quandoque naſcantur, ſed id perrarò accidit. Cuius rei ratio eſt, quòd illa ſpiritum coagulationis, in genus Tartareum ducentis, inſitum ſibi non habent, cùm is hominis proprius ſit, vt qui ex omnibus rebus & ſpiritibus totius machinæ mundi conditus eſt. Vnde fit, vt omnes quoque in homine exiſtant. In pecoribus autem ſeu animalibus ratio longè diuerſa eſt. Quòd ſi verò in animalibus quoque aliquid ſimile reperiatur, id præter naturam exiſtit, eiuſque cauſa in materia ſubſiſtit, non in ipſo animali. Iam verò ſcire vos velim, animalium quædam ad ipſos cõcipiendos lapides nata eſſe, velut Raia, quæ lapidibus conferta eſt. Sed hi lapides Tartara minimè ſunt, verum ſunt, *Duelech*, hoc eſt, medium quiddam inter Tartarum & lapides, adeóque genus peculiare per ſe, ſic lapides naſcuntur quoque in cancris & animalibus aliis. Horum cauſam hanc animaduertite. Lignum nimirùm nullum eſt, quod ſuâ Reſina careat. Illa ſi excernatur, & extra arborem excutiatur: tunc à vento externo & calore ſolis coagulatur. Sicut autem nullum lignum ſuâ reſinâ caret ſibi congenita: ita nec vllum animal. De hâc reſinâ hoc tenendum eſt, quod illis, quibus lapides congeniti ſunt, ex hâc reſinâ ipſi ſubnaſcantur, quorum nimirùm materia prima tantùm Reſina eſt, & materia vltima Duelech. Cur autem ex iſtis reſinis lapides fiant cauſa eſt, quòd reſina talis peculiare quoddam Arcanũ ſit. Vndè aliter quoque ſignatur, quàm corpus ipſum, in quo iacet. Ex quo etiam cognoſci debet. Sic oſſiculum cordis ceruini, & oſſiculum pedis leporini, hâc vnâ de causâ ſingulariter in formam ac coagulationem aliam directa ſunt, vt in ipſis ſingulares quoque vires quærantur. Et de iſtis generatis nemini mirum obueniat. Nam & in cancris exemplum habetis, quibus ſingulare ac eximium arcanum ineſt, multò potentiùs flammeos ignes exſtinguendi, quàm res exſtinguentes cæteræ faciunt. Iidem præterea arcano etiam pollẽt præcipuo reſoluendi Tartarum. Iam verò duo hæc in

Sp. Satis coagulatum in ſolis eſt hominibus.

Hominis & pecorum alia ratio.

Duelech & lapides quoddã diuersũ.

Reſinam habent ſuam omnia animalia.

Reſina arcanũ.

Cancri exſtinguũt inflammationes. & reſoluũt Tartarũ.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 352 sur 913

in vnâ materiâ existere ac manere non possunt, ita vt vnum quodlibet suam operationem perficiat. Ideóque arcanũ in flammeo tantùm igne manet, & cancer per se est: resolutum autem Tartari in coagulationem Duelech abit. Et hęc est vera duorum arcanorum separatio. Et, sicut per artem signatam constat, res quæuis signatur pro eo, qualis est, ac ex quo est, & ad quod pertinet, ita vt simile ad simile semper referatur. Hæc enim omnia *Ars signata* demonstrat, quam propter huiusmodi cognitionem omninò callere Medicum fas est. Porrò autem etiam de cibis illis attendite, qui nõ ab Elementis sumuntur, hoc est, de carnibus & piscibus, quâ ratione nimirùm illi Tartarei sint, & hominem Tartarosum facere possint. Et si verò de his iam antè quoque aliquid dictum sit: tamen pro explicatione vberiore hæc addenda fuerunt. Carnes omnes ferinæ, domi non educatæ, ad Tartarum propensæ sũt, & Tartarum difficilem gignunt vehemẽtémque. Quò autem bestiæ feriores & minùs cicures: eò ipsarum carnes peiores, grauiores, duriores, maligniores. Et quæ in scopulis, montibus, ac iugis horum degunt: mansuefactis & domi educatis semper peiores & difficiliores. Ex illis quæ Tartara nascuntur, omnium durissimè & difficillimè curantur, dolorésque gignunt acutissimos. Cumprimis autem ipsarum sanguis admodùm tartarosus est. Nam Tartaream istam naturã ac materiam cum potu & cibo assumunt. Taceo quòd per se ipsas ex natiuâ constitutione tales quoque existant. Itaque nisi stomachus in homine admodùm tẽperatus & validus sit, virtutémque sequestrationis & expulsionis vegetam habeat tartari conceptum is vix effugiet, maximè ac præcipuè in vesicâ, in renibus, ac vasis similibus aliis. Quanquam etsi stomachus quidem robustus & validus sit: quia tamen nutrimentum vniuerso corpori ille impertit, & prima illius tartari materia in nutrimentis latet, in locis posteà illis, ad quæ nutrimenta deducuntur, Tartarus separatur & in loco suo subsistit ac manet. Cum enim non maneat in viis ad emunctoria, sicut cætera stercora: ideò in locis dictis tartarus restitat, & paroxysmos ciet. Hoc modo Podagræ fiunt, quarum paroxysmos velut & morbos alios tartarus mouet, non secus ac si tartarus cruoris esset, cùm tamen tartarus cibi sit, vsque adeò tamen subtiliter digesti, vt ad loca illa penetret, quę nutrire debet; vbi postremò separatur & ibidem residet. Et hæc non de feris saltem animalibus ita intelligenda sunt, verùm etiam de ipsis domesticis, quæ ipsa quoque tartarosa existunt, veluti Capones, Anseres, Anates & volucres similes. Similiter & de piscibus tradendum est, & iis animalibus, quæ sub aquis degunt. Nam & hæc tartara iugiter pariunt. Sciendum autem primò est, quo discrimine tartara ista à cæteris generibus distinguantur. Nempe in aquâ est prima materia tartari. In aquâ autem pisces gignuntur & crescũt. Iam semen piscium in primâ suâ materiâ cum primâ materiâ tartari vnitum est. Hoc pacto nutrimenti vice & ratione vnum semper in alterum inditur & congeritur. A separatione autem & virtute expulsiuâ generatio istiusmodi fit, quemadmodùm de carnibus dictum est, quòd tartarum in homine generent. Ná eodem planè modo cum piscibus quoq; accidit. Sic enim, si homo pisces edit, ac illi in stomacho probè digeruntur, tunc quicquid tartari in piscibus est, in nutrimentum abit & complicatur. Nõdum enim is in vltimam materiam deductus est, sed in primâ materiâ adhuc fixus est. Et sic nutrimentum manet. Vbi autem ad regiones suę consumptionis, ad quas attrahitur & ibi digeritur, deuenerit: tum demùm istic Tartarus remanet, ac nutrimentum, de quo tartarus separatus est, consumitur. Sic ergò in locis illis fit tartarus podagræ. schiaticus, taxillaris, &c. Et iste est Tartarus piscalis, qui primò in homine quidem digeritur: sed non perficitur, nec destruitur. Posteà ex piscibus in homine demum in vltimam materiam deducitur, isto nimirùm in loco, ad quem nutrimentum rapitur: ac in sanguinem carnémque mutatur. Quod dum fit, tartarus generatur & coagulatur pro materiæ suę ratione & conditione formatus. Hoc ergò tartari genus peculiare est, quod in vltimâ tantùm cõsumptione generatur, nec à cæteris separari potest. Præter hactenus enumerata genera, alia quoque de leguminibus oriuntur. Omnia enim legumina ac frumenta sunt tartarea. Hæc autem in nutrimenta vltimæ consumptionis non perueniunt: sed continuò tartarum fiunt. Prima enim separatio ac virtus expulsiua pręstò non est. Sic ergò per primã illicò consumptionẽ vltima

Ars signata quid.

Ferinæ carnes admodũ Tartarosæ.

Tart. carnis ferinæ curatu difficilis

Volucres tartarosæ quæ.

Pisces qui tartarosi.

Tart. piscalis qui sit.

Tart. leguminum fiat.

vltima materia fit,quemadmodùm eadē vltima quoque fuit in leguminibus, in frumentis, in fructibus. Tartari ſaltem à cibo diſcretione opus eſt. Is enim in ſeipſo perfectus eſt, coagulatione ſolâ indigens, quâ tartarea maſſa in formam ac eſſentiam ſuam propriam traducatur. Prætereà autem adhuc genus aliud Tartari notate,quod peculiare eſt & mira etiam ratione gignitur nimirum hoc pacto. Nouiſtis de perlis, quòd principium ortus ſui à guttâ ſanguinis habeant, & deinceps in perlas mutentur. Talis quæpiam natura ac ratio etiam in homine eſt,vt aliquādo guttæ ſanguinales ſecernantur,& Tartari inſtar in lapidem coagulentur. Is tamen tartarus non eſt,ſed Tartaro ſimilis.Hoc genus dolorem non inducit quidem, ſed tamen reſoluit partes, in quibus latet. Iſtiuſmodi autem guttæ ſanguinales ex Vulcanicâ decoctione oriuntur veluti ſi in pondere centenario metalli cuiuſdam, ſemiuncia argenti lateret, & per Vulcanum extraheretur. Mineralis iſtiuſmodi natura in ſanguine quoque exiſtit. Qui ſi hoc modo minerali ſeparatione ſecernitur,tunc in ſuâ materiâ vltimâ vigor,vbi poſtmodùm in calculum ita transformatur. Et hâc quidem ratione is nomen calculi in generatione retinere poteſt, vt dicatur calculus perlatus ſeu arena perlata.Huius documentum euidens eſt in Oſtreis; à quorum natura homo cùm microcoſmus ſit,excludi minimè poteſt. Præter hoc genus tartari, adhuc aliud quoddā ſupereſt, quod ab hoc exemplo cognoſci poteſt,quòd multæ in naturâ aquæ ſint, quæ piſa in lapides transforment,aut ex ligno cotes faciant. Hæc quæ faciant, nonnullæ quoque pluuiæ ſunt. Idem nō minùs intra ipſum microcoſmum, quàm extra illum ſimiliter fieri poteſt. Iſtas ergò proprietates,qui ſibi vernaculas habet,in illo coagulantur viſcoſi liquores, mucilagines ſinouiæ,gluten album, & ſimiles alij fluxus capitales, qui deorsùm in homine deſtillant. In horum enim quoddam,ſi proprietates vim ſuam exerunt,tunc viſcoſitates coagulantur in lapides,aut maſſam aliam ſimilem, non vt tartarus quidem,non vt Duelech,nec vt lapis, ſed modo quodam ſimili,non tamen planè eodem. Verùm quemadmodùm cotes lignēæ & piſa lapidea formātur: ſic viſcoſa illa quoque materia per tincturas aquarum inſitas in lapiditatem tranſmutatur. Tandem autem nec huic à quoquam contradici rei poteſt,quòd,ſi duæ res diuerſæ, velut Terebinthina & later, pix ac marmor, in vno ſtomacho coniungantur aut conueniant, lapidem tandem conſtituant. Nam & in corpore ſimilia ſimplicia inexiſtunt,quæ ſi cōponantur & coaleſcant, ſimili duritie & coagulatione quoque Tartarum conſtituunt. Quanquàm id non integrū genus Tartari ſit, ſed Tartarus ſaltem ex parte vnâ exiſtat. Huiuſmodi eſt reſina microcoſmi. Et hæc vniuerſa genera probè cognoſcenda & addiſcenda Medico ſunt, vt,quid in homine poſſibile, vel impoſſibile ſit, & quo modo ac ratione ſit, compertum & exploratum habeat.

Priſtina principia guttæ ſanguinis.

Tart. ſanguinis, ſeu calculus perlatus.

Tart. genus aliud.

CAP. XII.

Explicat quòd ſpiritus ſalis quaſdam in ſeſe proprietates contineat, quæ grauiſſimas paſſiones ſuſcitent.

COgnouiſtis hactenus, quæ origo Tartari ſit,& quid ſit Tartarus cruoris & peregrinus. Quin & cętera enumerata genera ſatis comprehendiſtis. Iam ergò porrò notate quaſdam quoque in Tartaro contentas proprietates, easque occultas, ipſique Tartaro inſitas penitus & complantatas. Dolores enim quidam ab illis cientur, qui tolli ac adimi nequeunt, niſi Tartarus penitùs omnis ſublatus ſit. Quanquam nonnulli etiam paroxyſmi ſint,qui leniri & mitigari poſſint. Quod autem inſitum eſt,adimi non poteſt. Et hoc notandum eſt in quolibet genere ac ſpecie, cumprimis extra proprietates prædictas. Rem ita accipies. Tartarus nullus eſt,quin is in ſeſe quandam materiam ſalis mineralis cōtineat, hoc eſt:à ſale coagulatus eſt,vnde ſpiritū ſalis quoque continet, non ſpiritualiter tantùm,ſed & corporaliter. Et licèt corporale minimè coagulet, verùm ſolus ſpiritus:corpus tamen eſt id,in quo ſpiritus iacet,& per quod is operatur. Ideóq; corpus eius aut eſt *Vitrioli*, aut aluminis, aut ſalis cōmunis. Nec hæc tria tantùm corpora dant aut præbent, verùm ipſorum quoque ſpecies ceu vitriolum albū, & alumen plumoſum, ac ſalborax, &c. Quin nec hæ ſolùm ſpecies,ſed & Arſenicalia, & Realgarida, ac Nitrea, ac his ſimilia, quorum corpora cum ſuo ſpiritu commiſcentur,& cum Tartaro in vnam maſſam aſſumpta, in vnum coagulantur, Scire ergò debetis, eiuſmodi tartarum, qui tales ſpecies permixtas

Tartarus omnem materiā ſalis habet.

Tart. proprietatē proprietas ægritudinis ſequitur.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 354 sur 913

habet, iſtiuſlibet quoque naturæ ægritudines gignere, & conditionem æmulari illam, quam ſal contentus exhibet: hoc eſt; vnaquælibet ſalis ſpecies peculiarem inclinationem ad morbum habet. Qualis enim illa eſt, talis quoque dolor ab eius Tartaro contractus. Et licèt nihilominùs iſta ſalia Tartara exiſtant, priſcas tamen ſuas ac ſibi inſitas proprietates retinent, quæ non abolentur, ſed hæreditariò in Tartaro permanent. Sic ergò duplices morbi fiunt. Vnum genus à Tartari conditione & natura: Alterum à corpore ſpiritus ſalis. Accedit his tertium ab accidente. Et hæ triplices ſunt in Tartaro naturæ: triplices etiam dolores. Ideò morbi quoq; Tartarei in tria prædicta genera diuiduntur. Porrò autem & hoc notate, quòd quilibet ſpiritus corporalis naturale & definitum ſui paroxyſmi tempus habeat. Eo inuadente, Tartarus dolorem ſuum exhibet, ac ſubindè paroxyſmus vnus alterum commouet. Si ergò ſalia vitriolata prædominantur, tunc dolores in ſtomacho ſuſcitantur: & primò quidem *Orexis*, *Arſuraq́*, hinc ſtomachi exuſtio. Hic morbus è veſtigio corripit, ſi Tartarus vitriolatus ventriculo adhæret, ſiue id fiat in orificio, ſiue in fundo eius. Illud ergò vitriolatum ſi in loco alio impactũ hæreret, velut in Renibus aut veſicâ quàm grauis futurus dolor eſſet, ſi orexis & arſura ſuam operationem perficerent? Simili ratione *Colicam* quoque mouere poterit, ſi æquo modo inteſtinis adhæreſcat: & tamen vna eſt orexis, vna arſura, vnus dolor, ſecundùm locum ſaltẽ euatians, in quo hæret. Quia enim vnũ corpus: vnus etiam dolor. Eadem ratio Tartari quoque Aluminoſi & ſalis communis eſt. Ita enim, ſeu tradidi, diſpoſitus Tartarus acutos iſtos morbos non mouet, niſi additio fiat quædam, quæ ita mordicet & ſæuiat. Hinc fit, vt, ſi Tartarus iſte falſus in ſtomacho non probè ſeparetur, ſed indiſſeparatus in vaſa attrahatur, atroces & carnifices morbi oriantur, quorum dolores ſatis deſcribi non poſſunt. Corpora etenim iſta adiecta à naturâ ſuâ minimè deſciſcunt, ſed inſtar corroſiuorum, imò his atrocius & doloroſius ſæuiunt. Corpora etenim ſubtilia ſunt, & ſpiritum ſecum ſubtilem quoq; habent. Qui ſi paroxyſmos ciet, tempora admodum moleſta & grauia facit. Fit enim nonnunquam, vt ardor ſeu inflammatio vix ad digiti latitudinem excurrat aut diffundatur, & tamen dolor adeò potenter graſſetur, vt ad eum teſtificandum nulla querela ſatis ſit. Cæterùm namque corpus aliàs dolore vacat, nec is latiùs extenditur, quàm admodũ & metam digiti, nec ibi quicquam conſpicuum eſt, nec vllum Apoſtema appareat, nec vlcus, nec aliud quicquam ſimile. Vnum hoc certum eſt, ibi Tartarum cum tam acri ſale latere qui aſſiduò & ſine fine pro paroxyſmi ſui ratione mordeat. Scire ergò debetis, ibidem vnicum tantum granum Tartari cum acutâ ſpiritus ſalis proprietate lateſcere. Huiuſmodi granum quoddam, ſi in coxendicem incidat, cauſa fit ſchiaticæ paſſionis. Id ſub cingulo iacet. Quòd ſi aliquando coaguletur, quis excruciatus maiores ſenſit dum vixit? Quòd ſi idem in articulos alios pertrahatur, qui ipſi quoque vaſa Tartari ſunt; principium datur Artheticæ. Et ſi ſcirem, vobis bilem non motum iri, aperrè profiterer, iſtiuſmodi Tartarum ſpiritualem in gluten album (quod ipſum quoque vas Tartari exiſtit) incidere. Quo facto, morbi podagra, genagra, chiragra, & alij oriuntur. Hoc quoque ſimul tenendum eſt, Tartarum iſtum non ſemper coagulari, ſed in reſolutione ſuâ nonnunquam ſolutum manere, & à loco vno ad alium moueri ac diſcurrere ad modum procellarum, oceani, venti vi iactatarum. Huius enim ſimilitudine Tartarum ſolutum in homine quoque commouetur per eius exercitationem aut internam operationem naturæ, quam commotionem innatam appellant. Æquo itaque animo accipite, quod podagræ rationem & eſſentiam vobis hic quoque explico, etſi de ipsâ ac eius ſpeciebus ſingularem conſcribere librum conſtituerim. Cautiores ergò eſtote tandem vos Humoriſtæ. Qui enim in luce ambulat, is errare minimè poteſt. Vos autem longè aliam originem & generationẽ podagrę, ſciaticæ, colicæ ac orexis ponitis, quàm ipſa veritas dictat. Vnde nec idonea ac ſufficientia remedia illis applicare poteſtis. Vnum hoc ſubindè inculcare poteſtis, eos morbos eſſe incurabiles. Macti verò Medici. Vobis nimirùm gratiæ debẽtur, rem qui acu tetigiſtis. De eruditionis veſtræ profunditate, os atteſtatur. Hoc anniti debebatis, vt Tartarum ſoluatur & expellatur, conſumatur & ſeparetur. Sic nimirum podagræ, colicæq; ac ſpeciebus ceteris medela allata fuerit. Porrò ſcire

Tart. morbi triplices.

Spiritui cuilibet Tart. ſuus definitus paroxyſ. mus.

Tart a-lumino-ſi & ſalis qui effectus.

Schiaticę cauſa.

Artheticæ generatio.

Tart. ſo. luti motus à loco ad lo. cũ quid faciat.

Cõmotio innata quid?

Medic. reprehẽſio.

Podagræ colicæq; curatio Tartari reſolutio.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 355 sur 913

Cōsumptionis membrorū causa.

scire vos quoque velim, à Tartaro tabē etiam ac consumptionem membrorum induci, quoties Tartarus neruos occupat, hoc est, ipsorum radices. Tunc enim à radice seu principio, consumptio oritur cum dolore. Dolor iste gignitur tātùm à corporibus salis in Tartaro, ac tabefacit consumitque membrum, ac præcludit meatus, vt illud ali nequeat, nisi priùs Tartarum adimatur. Ab oppilationibus istis paralysis quoque eiusdem mēbri inducitur, aut stupor, vt sensus minuatur, aut his similes alij quoque morbi, ex eādem causâ enati. Interim Humoristæ de solis suis humoribus occinunt, qui tamen minimè præstò sunt: Adeóque tam suauibus nugis seipsos fricant, ad quas discendas nec arte, nec labore vllo ipsis opus est, sed per insomnia post fornacem illas hauriunt ac concipiunt. Fit etiam nonnunquam, istiusmodi spiritum salis in Tartaro vsque adeò acutū & mordacem esse, vt venas disrumpat aut exedat. Quam exesionem sanguinis mictio consequitur: eo malo generato, cruciatus admodùm inualescunt & acuuntur. Ex salsâ etenim mordicatione mictio sanguinis prouenit, quæ mictio nonnunquàm continuâ existit, ac cum vrinâ commiscetur, ita vt illa cum ingēti cruciatu reddatur. Contrà tartari interdùm ea est natura, vt vrinam sistat ac cohibeat. Nonnunquam obstupefacit vias vrinæ, vt lotium insensibiliter effluat. Hæ & similes ægritudines plurimæ à Tartaro suscitantur, quæ tamen vniuersæ hactenus falsò ad causas alias relatæ sunt. Quas qui ex ordine singulas describere vellet, multo tēpore & chartâ plurimâ opus haberet. Cùm verò solus Tartarus istarum causa sit, satis est in istis terminis nos manere: & tamen multò veriùs quælibet species Tartari inueniri sic poterit. Quæ si quidem non illicò inueniri poterunt, præstò tamen medicina est, quæ illas inquirat, quæ hoc fine oculata est, vt quærat, quod inueniendum est. Sic scire quoque debetis, fœces Tartari per intestina non eiici, sed in vias vrinæ ingredi, ac per easdem cum vrinâ excerni, nonnunquam recentes, interdum fœtidas, ac purulentas, quandoque modo alio. Prout enim illæ interdum has vel illas putrefactiones subeunt, ita in exitu quoque apparent. Quæ sistuntur aut cohibentur, iam iterum certi dolores suscitantur, qui citra periculum & læsionem non durant. Has ipsas fœces quoque Medici aliter descripserunt, ac rei ipsius veritas commonstrat. Dicunt enim, eo casu putrescere vesicam aut renes; cùm tamen sola fæx Tartari istorum malorum causa sit, quæ in vias vrinæ irrepsit. Quæ qualis illapsa est: talem se exhibet. Quanquam non semper coagulatus Tartarus id faciat: sed istiusmodi dolores ac passiones nonnunquam quoque mucilagine Tartari inducantur. Quorum tamen nihil Medici illi tradiderunt, vt qui libros quoque verè medicos non legerunt, sed literas tantùm mortuas deglutârunt, gentianæ instar dulces ac suaues.

Paralysis ac stuporis causa.

Mictionis sang. causa.

Mictionis depravatæ causa.

Medicina oculata est.

Fœces Tartari quid in vias vrinæ operentur.

Medic. reprehēsio.

Causarum morbificarum descriptio ex eo procedere debet, quòd morbum ipsum gignit. Et hoc per materialem experientiam probandum est, realiter, secundùm seipsum. Ita liber Medicinę est, *Machinam mundi* & posteà ipsum Microcosmum indagare. Vtræq; enim Anatomiæ hæ vnà conferri debent, quæ alias Cosmographia & Geographia vocantur. Vnde non immerito quis admiretur, tot quidem hactenus Anatomias traditas esse, & tamen prædictorū morborum omnium causam ac originem, quæ Tartarus solus est, nondum inuentā erupisse. Quòd si quidem eius aliquid forsan innotuit: id tamen paucum aliis nominibus ac causis attextis perperàm obscuratum ac obliteratum est. Solum id de Tartaro renum & vesicæ obseruatum est: quod tamen vel cœco videre facilè futurum erat. Eadem negligentia Tartarum quoque podagræ præterierūt. Qui etsi quidem coagulatus esset, ipsum tamen, quid esset, non intellexerunt, sed cum *Podagram* nodosam vocitauerunt. Quæ nomina quis non aptè & accōmodate indita esse dicat? Sed vel porci doctoreum huiusmodi intellectū rideant.

Experiētia materialis vis.

Medic. reprehēsio.

CAP. XIII.

De formatione Tartari in suum corpus ac figuram: ac de eiusdem signis.

DE Tartaro quidem hactenus abundè recensitum est, quænam ipsius Essentia sit, quo modo in suis vasis coaguletur, quam materiam & quot genera habeat, in quid vltimò degeneret, quæ ipsius vltima materia sit, quales ex illo morbi & ægritudines oriatur præter calculum & arenas renū vel vesicæ: Consequens est, vt iā quoq; de ipsius differētiis

Tart. quę differentię.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 356 sur 913

Tartari quę differentia.

tradatur, cur magnus vel paruus, rotundus, oblongus, acutus, planus, aſper, durus, lenis, laminoſus, fiſſus, duplex, triplex, quadruplex, forma arenæ aut granati, & ſi quæ formæ ac figuræ aliæ ſint, fiat ac generetur. Cauſa ac origo iſtorum talis eſt. Primò autem ſciatis, primam illius adhæſionem in dentibus eſſe. In quibus portio ſubindè vna poſt alterá agglutinatur, donec craſſum Tartarum colligatur, quod in dentibus non ſecus ac in doliis deponitur & reſiccatur. Et iſte eſt Tartarus potialis. Tartarus autem *Cibalis*, non in dentibus, ſed in ſtomacho ſuum principiũ ſortitur. Huius autem formatio ex eo incipit, quòd adhæreat, non quòd in concauitate moretur. Vnde Tartaro quoque in dolio aſſimilatur. Is adhæreſcit etiam in faucibus, in orificio ſtomachi, in ipſo ſtomacho, in ſtomachi fundo ſeu exitu. Quanquàm, cum ſtomachus ollæ feruentis inſtar ſit, in quo ingeſta omnia inuicem permiſcentur, ſubiguntur & excoquuntur, in ipſo nihil facile agglutinetur, niſi is ſumme reſiccatus & arefactus ſit. Ita enim re ſe habente, ipſóque humiditatem ad ſe trahente, tartarus tunicis extrà adhæret, ac humiditas in ipſam tunicam ſeſe inſinuat: vndè fit, vt Tartarus non ſecus in tunicis ac in vaſe annectatur. Hoc enim ratum eſt, quod, quo dolij aſſeres ſicciores ſunt, id eò plùs humiditatis attrahat, & ſic conſequenter abundantior Tartarus adhæreſcat. Eadem ratio in vaſis quoque humanis exiſtit. Quæ ſi humidiora ſint, minùs tartari colligunt. Et hoc conſequenter de omnibus vaſis verum eſt, ſi renes & veſicam excipias. Sed & iuncturarum ſua ac peculiaris ratio eſt. In iuncturis enim Tartarus cum glutine albo permiſcetur, & in locis iſtis inſtar piſi granulatur. Ea porrò ſit ac dicitur, Podagra Tartarea, ſiue Arthetica Tartarina, ſi Tartarus nondum eſt coagulatus, ſed in maſsâ ſuâ adhuc ſubſiſtit. Vocari etiam poteſt Schiatica Tartarina. Porro Tartarus quoque venis Meſaraicis annectitur, & dicitur *Tartarus Meſaraicalis &c.* Iam verò Tartarus podagricus non inſtar Tartari vini adhæret. Locus enim iſtius humidior aliquanto eſt. Ideò in grana cogitur, & paroxyſmos concitat in ſinouiâ. De viis tamen vrinæ hęc tenete. Si concauitates naturæ ſiccioris ſunt, tunc Tartarus in viis hepati propinquis annectitur, priùs quàm ad renes perueniat. Iſte verò cum inſtar Tartari vini adhęreſcat, ſit vt per vrinam nonnihil eius iterum abſtergatur & auferatur, ac cum perlabente vrinâ ad exitum rapiatur. Hoc in fine cum dolore excernitur. Huiuſmodi deraſio & auulſio Tartari in viis vrinæ à lumbis ad veſicæ exitum ſentitur. Is ſenſus ſi percipitur, Tartarus verè in commotione eſt. Idem in tranſitu quandoque etiam pungit, non ſecus ac punctiones ſentiuntur à curſu concitatiore. Punctus autem iſti in latere percipiuntur vel dextro vel ſiniſtro, hoc eſt, Tartarus mouetur ab exercitatione. Hinc is porro in renes deducitur. In illis ita generatur. Nimirùm facilè ac promptè adhæreſcere minimè poteſt. Renes enim membrum ſunt, in aſſiduâ commotione & agitatione plùs quàm partes cæteræ poſitum. Propter quam commotionem velut in aſſeribus prompte adhæreſcere non poteſt Tartarus. Tum & renes humidi ſunt ac pingues: quod ipſum quoque adhæſioni Tartari obſtat. Neceſſarium ergò eſt, vt is granuletur. Itaque in renibus illicò & continuò formam ſumm accipit, ſicut ſal nitri in aqua formam ſortitur. Vnde formantur grana inſtar arenæ, parua mixtim & maiora, prout proprietas ac conditio materiæ, ex qua fiunt, fuerit. Et ſicut certus ordo quidam à natura in rebus omnibus gignendis ſeruatur, vt, quod ſaxum fieri debet, ſaxum fiat, quod ſilex, ſilex fiat: ita fabricator hic quoque arenam fingit, quam arenam fieri oportuit, eámque facit vel aſperam, vel grandem, vel exiguam: quibus omnibus differentiis formator accedens ſuam formam confert, qui formator pro naturę ordine in renibus operatur. In his vero quidquid non adhæſit, id in regionibus veſicæ agglutinatur; hoc eſt in collo intra renes & veſicam. De iſta autem formatione proceſſum talem notabitis, quòd materia prima ibi colligatur, nec loco cedat, ſed ſpecie luti vel boli tamdiù ibi iaceat, dum tempus coagulationis inſtet. Tunc enim illic lapis fit pro magnitudine materiæ primę, eâ nimirum formâ ſeu figurâ, quam regio, in quâ illa ſita eſt, præbet, quæ vel plana eſt, vel lata, vel acuta &c. Forma vero ipſius lapidis ex ipſo ſale emergit, ſicut lapides cæteri vniuerſi. Eius enim proprietatem ipſe æmulatur. Sed iam de formatione Tartari ſatis dictum eſt, quâ nimirùm ratione in ſuis vaſis fingatur & formetur.

Tart. potialis dentibus adhæret.

Tart. Cibalis in ſtomacho incipit.

Stomachus cur ægre tartarum concipit.

Tart. renum veſicæ iuncturarũ. quæ ratio.

Tart Meſaraicalis.

Tartarus hepatis.

Tart. Renalis, cur promptè non adhæreat.

Tart. veſicæ qui fiat.

Cęterùm

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 357 sur 913

Signorū Tart. genus 1.

Cæterùm ſigna, per quæ Tartarum cognoſcatur, in eo poſita ſunt: ſi nimirùm vrina non naturaliter & conſueto modo ſana & citra dolorem reddatur, niſi fors alij manifeſti ac euidentes quoque morbi præſto ſint. Inter ſigna recenſentur etiam, dolores coxendicis, punctiones lumborum, orexis, arſura, colica à cibo vel potu, à labore vel corporis inflexione, à curſu, à rerum grauium attractu, facilis luxatio & tardior reſtitutio, dolor & contractio eorum præcipuè locorum, vbi vaſa potiſſimum poſita ſunt, velut circa dorſum, vmbilicum &c. Sed & ad alia Tartari ſigna perueniamus.

Sig. Tart. genus 2. Vrina Tartari incertus index.

Multi ex vrinâ Tartarum iudicare & cognoſcere ſatagunt: cùm tamen per oculorum inſpectionem ſufficiens ac fundamentalis cognitio captari minimè poſſit. Is enim Tartarus, qui cum vrinâ ſecedit, vndenam egrediatur, certum & integrum indicium minimè præbet. Et licèt ſpecie duplici quidem excernatur, vel vt arena, vel vt limus: ſignum tamen omnium leuiſſimum nobis dat. Ex eo enim non ſemper malitia materiæ, in Tartaro ſatis ac ſufficienter dignoſci poteſt, quantum quidem Medico & ægro opus eſt. Qui vero ex vrina ſignum deſumere velit, & per illud ipſum Tartarũ cum omni ſuæ materiæ conditione cognoſcere: is ſalem vrinæ ab humiditate ipsâ ſeparet. Tunc demum in ſale illo veram ac genuinam cognitionem accipiet. Qui enim vrinam à Tartaro ipſo ſeparat, hoc pacto, is proprietatem ac conditionem omnem Tartari plenè planéque videbit & interſtinguet. Quiſquis verò Medicorum vrinam hoc modo minimè ſeparat, is eam intuetur veluti vitulus nouam portam. Iſto ergo modo Tartarus in vrinâ expendendus eſt, non crebra oculorum verſatione in fundo quærendus. Sicut enim foris videtis, ex nitro vrinæ ſalem nitri fieri, & per hunc deinceps illius nitri naturam cognoſci: ita, priuſquàm vrina nitrum fiat, ab humiditate eius ſalem extrahere noſſe debetis. Tum demum ſpiritus ſalis corporaliter conſpicietur, & verè tum oculis, tum manibus ſentietur & tractabitur. Hoc præſtito iudicium Philoſophicum adhibe, quod Phyſicum, Medicum ac Alchimiſtam decet. Extra hanc viam vroſcopia tibi nihil quicquam cõmodabit. Cæterùm, iam deinceps & ad alia ſigna attendite. Signorum etenim quædam exiſtunt, quæ natura ipſa promit, quæ per dolores ſuos de pathematis vrgentibus nobis veluti atteſtatur. Ipſius cenſus ſunt *Podagra*, tartarum glutinis albi indicans: dolor coxendicis, tartarum ſchiæ deſignans: dolor iuncturarum tartarum Arteticum prodens: dolor dorſi, lumborum, fiſſio ſub vmbilico, vomitio, tartarum renum & veſicæ atteſtans: Tormina, diſtentio, conſtipatio, ſitis, tartarum inteſtinorum manifeſtans: orexis & ardor ſtomachi, Tartarum ſtomachi reuelans. Et ſic in cæteris quoque morbis Tartarum per appropriata & pathognomonica ſua ſigna cenſendum & iudicandum eſt. Horum enim ſignorum omnium approbè cum experientiâ iunctorum peritum medicum eſſe decet. Citra experientiam enim nihil admodum dignum Medicus conſcribet. Idem callere etiam debet, quomodo per hæc ſigna cæteri quoque morbi à Tartareis diſtinguantur, aut hi à ſeipſis inuicem. Colicæ enim dolores à doloribus renum patientium diuerſi ſunt. Et ſic in cæteris quoque morbis omnibus. Certâ enim & diuturnâ experientiâ inſtructum oportet eſſe Medicum, vt qui non ex libris, ſed ipſis ægrotis illam hauſerit. In hoc enim libro probè verſatus, decipi facilè non poterit. Qui verò literæ tantũ fidit, is mortuus eſt, velut ipſa quoque litera mortua eſt. Nec hi duo mortui quicquã aliud poſſint, niſi ut ægrum quoque ipſũ vnà interimant. Quod ſi ne quidem ipſe carnifex ex libris diſcere poteſt, quomodo canem excoriare debeat, niſi experientiâ magiſtrâ vtatur: quanto quæſo minùs id poterit Medicus?

Sig. Tart. genus 3.

Med. ſine experiẽtia nihili.

Ægri ſunt libri Medicorũ.

Salvinę ſeparatũ Tartari certus index.

CAP. XIV.

De paroxyſmo Tartari, & eiuſdem naturis, mortali ſcilicet, Chronico, Manſueto, & prætereunte.

PRęter hactenùs dicta ſigna, alia quoque plura ſuperſunt, ex ipſo paroxyſmo deſumpta, quem ſciri & cognoſci omnium maximè opus eſt. Hoc itaq; capitulo paroxyſmum Tartari potiſſimum deſcribemus, rem ab exemplo tali exorſi. Primò videtis, florentibus vinetis vitibus, denuò quaſi ebullire vina in doliis, & agitatione quâdam commoueri. Ita florent vniuerſa mineralia terræ aquæque. Si ergò iſta florent, à quibus Tartarus ſuos ſpiritus ac naturam concepit: conficitur indè,

Sig. Tart. genus 4.

Paroxyſmi excitantur à Floręndi tempore.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 358 sur 913

Tartarum quoque in homine aſcendere, ac in ſeſe commoueri, & quaſdam de ſe acuitates ac vapores fundere. Is iam paroxyſmus Tartari eſt. Non autem de vino ſolùm hoc ratum eſt, verùm & de fructibus vniuerſis, & ſimilibus. Quodcunque etenim genus horum eruptionem molitur, vt aut virere, aut gemmas protrudere, aut florere, aut ramuſculos emittere cupiat: id ſuas commotiones quoque Tartaro in homine impertit. Id cuius generis eſt, eiuſdem generis quoque paroxyſmos ciet. Sic ergò commotiones Tartari incipiunt. Huiuſmodi verò paroxyſmus ſine dolore & cruciatu non oritur. Quæ omnia apprimè ſcire Medicum decet, vt per exteriora interiora videat ac cognoſcat. Externæ commotiones ipſorum dolorum indices ſunt, ſatis omnibus cognitorum. Debet ergò Medicus fundamentalis eſſe Philoſophus, vt efflorescentiam Naturæ ſciat, & ex hâc velut per externas alterationes, paroxyſmum Tartari diudicet. Sicut enim arbor, aut herba, aut legumen, vim latentem in ſeſe protrudit, ac inſitas ſuperfluitates excutit, nouúmque germen edit: ita eiuſdem quoque Tartarus eodem modo agit, ſuperfluitates ſuas expurgando & emittendo. Sic ergò Mundificatio expellit: ſalia dolorem concitant. Vt enim ollam, in quâ obturatâ aliquid potenter ebullit, ignis diſrumpit ac frangit: ſic ebullitio quoque Tartarum inuadit. Cuius vapor quaſcunque partes occupat in illis dolorem & laborem facit. Præterea quidem etiam paroxyſmus Tartari ab influentiâ cœli cietur, quando nimirum curſus cœli contrarios radios demittit. Illis aduerſi radii Tartarum in paroxyſmum ſuum agitant. Certum enim Tartarus cum ſideribus commercium ac affinitatem habet. Vndè ab illis quoque commouetur, & in paroxyſmum agitur. Huius rei cauſa eſt, quòd ſidus quidam ignis ſit, qui omnes fructus & creata terræ coquit. Sidus enim Elementum ignis eſt. Et ſicut ignis lignum viride exurit ac illud excoquendo in ſuâ proprietatem agit ac ducit: ſic Tartarus quoque in ſuam ipſius mucilaginem excoquitur: velut & ex hoc exẽplo liquet, ſi quis æquo diutiùs ſub radiis Solis aut ſedeat, aut ambulet, hinc defectiones animę ac morbi ſimiles inſultant. Alius, morbis correptus, Lunæ ſubiectus eſt. Is ſuperioris Elementi vires & operationes ſentit. Nam paroxyſmum illum mouent. Qui in frigore verſatur, horret, & poſt frigus plura accidentia patitur, veluti perfrigerationes, membrorum ſideration em, morbos alios, ac ipſam tandem mortem. Eodem modo aduerſæ naturæ in Tartarum quoque incidunt, velut immodicum frigus, vel nimius calor, idque per curſum ipſius Lunæ. Tunc ergò paroxyſmus non deſinit, donec ad Priorem conſtitutionem redeat. Ideò opus eſt, vt Medicus aſtronomiæ probè peritus ſit, ac cœleſtes inclinationes, quę per ipſam cutem penetrando operentur, calleat. Porrò quidam paroxyſmus etiã à cibo & potu hoc modo excitatur, ſi ipſa fors nutrimenta Tartaro non conueueniant, vndè fit, vt veluti exſiliat, ac in rabiem agatur ille, ac in loco illo tumultuetur & ſæuiat. Quin & ſi eiuſdem generis Tartarus poſtlimio addatur, tũc ille velut ſeipſo auctior efferueſcit, & aduentitium illicò ac auidè ſibi attrahit. Ideò paroxyſmi plures ſunt, à coagulatione ſolà acciti. Nam quoties Tartarus coagulatur, toties per operationem illam paroxyſmus accerſitur. Proprietates enim iſtas, quas deinceps recenſebimus, diligenter nouiſſe debetis. Reperias enim aliquos, qui, vt primùm acidum vinum aut vappam biberint, aut ventris torſione aut ardore ſtomachi corripiantur. Iam verò illæ affectiones à ſolo illo contrario fiunt, quod ingeſſerunt. Sicut verò à ſuâ causâ iſtiuſmodi generantur: ſic cogitare debetis, quòd æquè nonnulli quoque cibi ac potus ſint, qui in peculiaribus ac ad iſtud propenſis corporibus Tartarum in paroxyſmum ſuum præcipitare valeant: veluti etiam potus nonnulli colicam, quidam orexin gignunt, aliqui laxant, quidam ſtomachum exſiccant. Huiuſmodi operationes in vnaqualibet Tart. ſpecie ſimiles ſunt. Ac vt paroxyſmum penitus intelligatis, attendite. Tartarus ipſe quidem in ſeipſo dolores minimè ſentit ac patitur, ſed vaſa tantum, quæ regiones illas Tartari conſtituunt. Sic colica, ſola inteſtina occupat: id quod ipſa ſenſus ratio docet. Nihilominus tamen, ſicut ſal vulneri inditus cruciatum monet ac dolorem: ita hic quoque Tartarus doloris cauſa fit, dum à ſe ſpiritum malitiæ exturbat, qui ſtomachum vomere facit, quia in illo Tartaro natura quædam Helleborina & Agaricalis ac Eſularis latet. Nam & in ſeipſo Tartarus ſecundùm operationem

Omnia ſuo tẽpore floret

Medicus debet eſſe Philoſophus.

Medicus debet eſſe aſtronomus.

a cibis & potibus vel aduerſis vel ſimilibus.

Paroxyſmus coagulationis.

a ab influentia cœli.

Tart. ſideribus cognatus.

Sidus eſt Elemẽtũ ignis.

Dolor eſt in vaſis Tartari non ipſo Tartaro.

Tart. Helleborinus eſt, & Agaricalis.

perationem ſuam vomitiuus eſt, & præterea virtutem deoppilantem & aperitiuam coniunctam habet. Si ergò huiuſmodi quid in homine lateret, expellerétque : tunc ea quidem alia ſigna, alii morbi eſſent: & iuxtà tamen in claſſe ſignorũ Tartari quoq; numerarétur. Nonnulli etiã paroxyſmi ſunt qui ab accidẽtibus aliis cientur, vt ab exercitio, ab actu venereo, à refrigeratione & ſimilib⁹, ſicut iſta apud ægros deprehenduntur, hic lõgiùs non percenſenda. Sciendum inſuper eſt, vnicuilibet rei inſitam & innatam quandam proprietatem eſſe, *Commotionis*, *Alterationis*, *Purgationis*, & ſi quæ alia ſunt. Ea ſuo ſtatuto tempore in actum erumpit, & operationem ſuam perficit. Veluti alcedo quotannis plumas excutit tanquam moritura. Sic ſua Tartaro quoque natura inſita eſt commotionis, quã non ſemel in anno, ſed aliquoties periodicas ſuas commotiones ſuſtinet. Et commotionis iſtã ratio rebus omnibus ſuo quodam modo ineſt. Sic in homine ſanguis ac omnes humores in ſanguine huiuſmodi operationes complent. Sic Gallus gallinaceus ex naturæ inſtituto ſuo tempore cantat. Cantatrix huiuſmodi natura in ipſis quoque Tartareis morbis ineſt, ſicut id ex Philoſophiâ patet, cuius omninò peritum eſſe oportet Medicum, verum morborum fundamentũ noſciturum. Cæterùm de paroxyſmo doctrinã cum iam acceperitis: porrò de naturâ quoque Tartari diſſerendũ videtur. Conuenit ergò, vt de variis cauſis & naturis Tartari ordiar. Eſſentia nẽpe vna eſt *Mortalis*. Altera in Tartaro eſſentia eſt, *Fixa*, Tertia *non facit dolorẽ* ſeu eſt *Indolens*, & eſt tartarus máſuetus. Quarta eſſentia *abit & redit*. Sic ergo Tartarus *mortalis* peculiaris Naturæ eſt. Singularis naturæ quoque eſt Tartarus *Chronicus*. Alterius ordinis & ingenii etiam eſt Tartarus manſuetus. Ita & quartus *præteriens*. Et hæ differentiæ omninò noſcendę ſunt. Ad iſtorum enim numerum quatuor etiam in Medicinâ Methodi conſtituuntur. Quod ideò inculco, quia noui multos eſſe Medicos, qui in prætereunte tartaro quidem aliquid poſſunt, ſed quod labore multò faciliori obtineri tamen poſſet. Hàc ipſâ tamen audaciâ freti illi, Tartarum quoque manſuetum, & chronicum, & mortalem tollere annituntur. Probro ergò certò non vacat, mederi ipſos cuiquam velle, & tamen nec Medicinam conuenientem, nec morbum ipſum nouiſſe. Et huiuſmodi quidem inſcitiam ac temeritatem ſæpiùs in Regum Principúmque ac ciuitatum doctoribus & Phyſicis notaui. Sed torquati illi & vndulati nullis admonitionib. vacãt. Quin & perſæpè huiuſmodi laruæ pictæ inſtitutionem nullam admittunt. Vnde verò *Tartarus mortalis* gignatur, ex hoc exemplo cognoſcite. Videtis beneficio artis, rem quàmpiam minimè mortiferam reddi poſſe. Sic Mel per ſe innoxium eſt. In Eleuatione tertiâ fit lethale. Huius cenſus multa ſunt, quæ à bono ad malum deduci queunt. Iſto modo nec ipſa natura feriatur, ſed in ſuo laboratorio iugiter occupata operatur, nullo quietis interuallo quęſito. Iſtâ ergo laboratione præparat ſimplicia metallorum, cachimiarum, marchaſitarum & mineralium cęterorum. Ad alia autẽ adhibet venena, ad alia ſalia, ad hæc corroſiua, ad illa dulcia, ad iſta amara, &c. His naturæ operationibus ita continuatis, perſæpè multi quoque errores incidunt, ita vt nec ipſi ſemper naturæ commodè ac pro voto ſuccedat omne, quod inſtituit. Inde fit, vt in Tartareas primas materias ſæpè venena permiſceantur, nonnunquam ſpiritus corroſiui. Qualia ſi à Tartaro imbibuntur, & cum homine creſcunt, ac in ipſo habitant: frequenter lethales morbos accerſunt. Id quod modis multis contingere poteſt: ideò cumprimis, quia ſpiritus ſalis, tres ſalis ſpecies in ſeſe continet per ſeſe quidem bonas & innoxias, ſed in venenum ac corroſiuum tamen facilè mutabiles. Vndè metus eſt, vt, cùm Natura ipſa ſupremus Alchimiſta ſit, inter nos creaturas morti ſubdita ſi ſpiritum iſtum in ſummas malitias præparet, quas mors neceſſariò ſequitur. In Tartaro ſiquidẽ ſunt omnia genera veneni. Prout ergò hęc vel illa ſpecies adeſt, ſi eius operatio ſeſe exerit, venenum expellit (qui flores Tartari exiſtunt) & ſi regiones, in quibus vita habitat, inuadit, mortale eſt. Sæui etenim & atroces iſti dolores, ex ſolis venenoſis Tartari iſtius floribus, à Tartaro egreſſis concitantur, velut & à fumo Arſenicali, aut ſi quid huic ſimiliter operatur. Nam iſta omnia de Tartaro quoque intelligenda ſunt. Et iſte eſt Tartarus *Mortalis*. Exemplum aliud. Sicut in metallo quodam venenum latet, & ignis id expellit: ita Elementum ignis in cœlo quoque expellit. Eodem

4. Ab accidentibus externis calore, frigore, venere

1. Aproprietate Tartaro innata.

Sua cõpotio tenuit omnium.

Med. Philoſophũ eſſe docet.

Eſſentia vel natura Tart. eſt quadruplex.

Medic. Empichẽſes.

1. Mortalis, & cur. 1. Ration veneno ſitatis. Mel qui lethale.

Natura aliquando aberrat.

Tart. genera veneni omnia habet.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 360 sur 913

modo si quid simile in Tartaro quoque existit: quale quale id est, tale expellitur. Hinc accidens insequitur, de quo diximus. Porrò tartarus etiam lethalis fit, si suæ magnitudinis metam excedat: velut quidam interdum etiam homines humanæ proceritatis & magnitudinis circulum egrediuntur. Talis si tartarus fiat, in quocunque tandem vase contineatur, mortalis euadet. Magnitudo enim & ineptitudo eius, vasa destruit & in interitum agit: Nec enim Natura immoderatos istos paroxysmos ferre ac sustinere potest. Accidit etiam, vt tartarus nimiâ multitudine auctus noxius sit, eáque concussam Naturam prosternat. Aliquandò naturæ humanę ea proprietas ac conditio est, vt genus Tartari nullum tolerare illa possit: sicut inueniuntur, qui vinum non bibunt, nec vescuntur caseo, &c. In hisce Tartarus iste propter illam contrarietatem fatalem mortalis fit: sicut alias quoque videmus, à contrario quolibet destructionem, & sic mortem impendere. Tum &, si vel propter imbecillitatem, vel alias causas Natura hoc vel illud ferre non potest, id aduersum mortale fit; hoc est, si natura ipsa medicatrix esse recusat, morbi omnes lethales redduntur.

2. Ratione magnitudinis.

Natura modo seruatur.

3. Ratione multitudinis.

4. Ratio ἐξ ὑπεναντίας.

Sed iam secundò ad Tartarum *Cronicum* pergamus. Is generatus est ex iis rebus, quę in suis naturis & proprietatibus perstiterunt, nihil mutatæ, quæque à fixis materiebus prodierunt, in homine indissolubilibus & integris relictis, velut aurum in igne. Illic enim salia fixa sunt, fixum spiritum dantia: qui ipse deindè fixum corpus coagulat. Vbi ergò fixæ istiusmodi generationes sunt, ibidem fixi quoque Paroxysmi oriuntur, in mortem tendentes, non in sanitatem, non in morbi multiplicationem euariantes, sed in vnà essentiâ permanentes.

2. Chronicus. & vnde is.

Tertiò Tartarum *Mansuetum* ita cognoscetis. Doloris quidem aliquantulũ is mouet, sed passiones nullas suscitat. Id qui fieri possit, ab exemplo hoc discite. Videtis, quâ ratione *Stupefactiua*, *Narcotica*, *Opiata*, & *Somnifera* alia crescant. Sic in Tartareis quoque generibus, huiusmodi proprietates interdum inueniuntur. Et sicut Natura res vniuersas ad regulam ac modum vnum non fingit ac condit, sed plerunque varietate gaudet: ita hoc quoque loco in Tartaris proprietatẽs & diuersas naturas eiusmodi conditas esse scietis. Nunquam enim hoc ita persuasum sit Medico, quasi vnus morbus vnam saltem naturam ac conditionem habeat. Veluti pestis: quot enim pestes: tot tamque diuersæ naturæ. Verum hoc est etiam in pomis & pyris. Poma quidem & pyra singula sũt: vnum tamen subindè ab altero separatũ est. Eadem ratio morborum quoque: eadem ratio etiam ipsius Tartari. Vnde nonnunquam etiam Tartarus *Cicatrisãs*, ac *Acetosus* & *Berbericus*, & *Ponticus*, & *Piperinus* inuenitur. Vnus enim quilibet pro istâ naturâ ac essentia suos paroxysmus ducit. Et sicut proprietates in ipsâ naturâ sunt: sic suæ etiam in morbis.

3. Mansuetus: & qualis ac vnde

Tart. Cicatrisãs Acetosus. Ponticus. Piperinus.

Quartus est *Tartarus præteriens*. Is quotidiè colligitur, quotidie etiam secernitur. Causa est, quòd ex congenitâ suâ naturâ nullâ mansionem stabilem habeat. Vndè seipsam etiam expellit & exturbat. Et iste omnium placidissimus & lenissimus est. Et debitum hoc est officium Medicorum, vt vnum quodlibet genus Tartari ad similem expulsionem reducatur & adornetur.

4 Præteriens: & qualis vnde.

CAP. XV.

De ordine & Regimine, quo in Tartaro procedi debeat.

HActenùs de Tartari ortu, generatione, essentiâ, naturâ ac causis; quantùm quidem peripsam naturæ lucem demonstrari potuit, abundè satis dictum ac præceptum est. Quæ autem ad pleniorem singulorum illustrationem faciunt, ea ex magnis Naturæ libris, qui pedibus teruntur & leguntur, petantur. Deinceps autem ad curam quam isti morbi poscunt, digressuri primò de Regimine, diætâ, & ordine explicationem susciepiemus, Huic præmittenda est cognitio de Naturâ & proprietate spiritus coagulationis: quam tradi ideò necesse est, vt Regimen eiusmodi constituatur, quò spiritus coagulationis frangatur & destruatur in homine, Posteà secundò, quomodò in crescentibus omnibus Tartarus demendus & destruendus sit, ne massa vlla aut subiectum relinquatur, ex quo spiritus Tartari gigni ac coagulari queant. Præterea, si proprietatum istarũ concordantia coniungi possit, vt auertendæ coniunctionis gratiâ separatio illarum instituatur, quemadmodũ diuortio separantur coniuges, ne deinceps liberos gignant: istis præcognitis, ordo

Diæta seu Regimen prius cuia est.

Diæta describẽda quæ præmittẽda.

ac

Diætę quę regula ac pręcepta.

ac regula est, vt curetur ac præstetur, vt spiritus coagulationis vim suã amittat, ne quicquam posteà coagulare valeat. *Secundo*, vt nutrimenta hominis, tam cibus quàm potus à Tartaro expurgentur, isque ita destruatur, vt ex ipso Tartarus deinceps nunquã coagulari possit. *Tertiò*, vt spiritus coagulationis & massa Tartari mutuo ita disseparentur, vt se inuicem nunquam corripiant ac complectantur. Hoc modo, hoc ordine si Regimen constituatur, nec causa, nec materia vlla relinquitur, ex quâ deinceps huiusmodi morbus gigni ac produci queat. Secundùm hos articulos quemlibet Medicum decet Regimen suum gratiâ curæ solidè ac fundamentaliter præscribere, & antè omnia externũ Tartarum nouisse, qualis sit, qui adhærescat & agglutinetur, siue in cibo, siue in potu lateat. Quâ cognitione qui caret, is, quid prohibeat, ignorat. Et si pro vno, viginti prohibendo fors nocens aliquid interdicat, id ex casu non arte habet, Fas ergò est, hoc casu Medicum esse Physicum propter proprietatẽ microcosmi, & insuper Philosophum, propter proprietatem rerum naturalium: ne ex ignorantiâ fors aliquâ errores inuehantur & corruptelę. Etsi enim remedia valdè bona & præstãtia adhibeantur, quib. resolutio & expulsio fiat: tamen, si per errorem diætæ reponatur in hominem quod exturbatum fuit, tartarus posteà vberior & firmior subnascitur. Quilibet verò Medicus, qui ex arte generosè & solidè diætam præscribere aggreditur, ad hęc puncta oppidò necessaria animum aduertat. Quamprimùm regionem quandam (Medicus etenim terras omnes peruagari debet & cognoscere) adierit, intentis oculis videndo, & porrectis manib. palpando accuratissimè considerabit, in illis locis quid sit & vigeat. Illic ergò si Tartaream quandam ægritudinem inuenerit: sedulò ac curiosè dispiciet ac indagabit ex quo vel potu, vel cibo Tartarus iste succreuerit; hoc est, iudicium ex vrinâ faciet, & dignoscet, cuius generis & adhùc accuratiùs speciei iste Tartarus sit: adeóque ipsa quoque nutrimenta certa trutina censebit, quænam cum Tartaro isto conueniant, vt ex collatione istâ inueniatur coniunctio interioris Tartari cum exteriore. Hoc pacto certi tartari cum genere tum specie inuentis: tũc illa in naturali Regimine præstituendo excludenda & interdicenda sunt quæ peccant. Sic fiet, vt per idonea remedia Tartarus non tantùm ex corpore exturbetur, verùm etiam ratione regiminis boni denuò non regeneretur. Hęc autem dignotio euidenti & exploratissimâ experientiâ niti debet, ita vt probatio ista ipsissimo oculorum testimonio rata sit. Sic enim Tartarus morbus est, qui viuis oculis in homine patet, suámque materiam visibiliter & palpabiliter spectandam offert. Eodem modo externus quoque Tartarus per artem visibiliter & tangibiliter exhibetur.

Medicus debet esse Physicus & Philosophus.

Medici diætam præscripturi quod officium Medicorum est nouum.

Tart. species ex vrina iudicanda.

Tart. cuiuslibet regionis vt noscendus.

Et experientiâ tali Medicum prægnantem esse decet, non tunicis rubeis superbum, aut bracteis, velut Iacobitæ conchis, cinctum & munitum. Cùm ergò hæc talia à Medico requirantur, ei cumprimis Alchimiâ opus erit. Per eam inuenitur, quid in vnoquoque corpore iaceat ac conditum sit. Quæ omnia qui non ad vnguem nouit, isne principium ac vestibulum Medicinæ attigit quidem. Debet enim acuratâ peruestigatione eousque penetrare Medicus, vt Tartarũ non in genere tantùm, sed in quâlibet insuper specie quoque cibi ac potus, in quibus latet, cognoscat, qualis is nimirùm & cuiusce naturæ sit, quámue duritiam, quam formam, quam proprietatem & essentiam habeat. Et licèt vnaquælibet quidem species tartarum quendam obiter exhibere posset: nihilo minus tamen cautelâ istâ opus est, vt eo, quo diximus, modo tartarus extrahatur, ac sal vrinæ prædictâ ratione separetur, ac deinceps ipsi gradus & qualitates diiudicentur, quæ quibusnam cõueniant, vel non conueniant. Quo examine & si quidem multiplicia Tartara inueniantur, non vniuersæ tamen ad morbum vim suam impenderunt. Ideóque opus est, vt sunt tantum ac reus indagetur, isq; solus in Regimine indicetur & prohibeatur. Fit enim haud rarò, vt in istâ regione vnum legumen, aut quoddam frumenti genus aliud, aut vnus cibus potúsue, vnicaque species inueniatur, quæ tartarum illic gignat, & populatim inserat. Id quod summa diligentiâ inquirendum est. Illud enim genus regioni isti vernaculum si remoueatur, & loco eius genus extraneũ aliud admistretur, porrò in incolis istis Tartarus nullus generabitur. Ponamus exemplum. Kelhęmense vinum labores ac difficultates Tartareas multas parit: Istud ergò qui vitat, & loco eius vinum Neccarinum potat, is à morbo illo

Alchimia necessaria Med.

Sal vrina separatus. Tart. index.

Kelhemẽse vinum admodum Tartarosum.

Neccarinuth illi remedium.

illo ſecurus eſt. Quæ etiam cauſa eſt, cur non ſemper manendum & acquieſcendum in iis ſit, quæ terra ac regio noſtra promit; ſed quod ſanum ac ſalubre eſt, id vel à peregrinis & extraneis iſto caſu ſollicitandũ. Hoc modo ſemper vna regio alteri manum præbeat, Rhenus Danubio, Danubius Rheno, Italia Germaniæ, hæc illi, vnâquelibet ſubindè illud miniſtrante, quod in alterius commodum & auxilium cedere poteſt. Sic ergò per hoc exemplun vniuerſale, particulariter omnes ſpecies cibi ac potus intelligite; poſſe nimirùm ſemper pagum, vrbem, fontem vnum, alterius defectum ſupplere & emendare. Nec enim omnes fontes vniuſmodi ſunt, nec omnia vina eadem. Huiuſmodi experientiam omninò requirit Medicus: vt, cùm nomen illud præferat, ipſam quoque artem poſſideat. Nec enim commodè hoc vel illud prohibere poteſt, niſi in prohibiti locũ conceſſum aliud ſubſtituat; hoc eſt, materiam peccantem in cibo inuenit hoc: materiam non peccantem æquè inuenerit etiam in cibo alio. Hunc indulgebit: illum vetabit. Vnum enim ſubindè alteri oppoſitum eſt, nec quicquam eſt, quod ſibi non vicarium aliquod datum habeat.

Regio regioni Medica.

Bonum malo vbique opponitur.

Bonum námque & malum in quocunque rerum genere ſunt. Ideò accurato examine opus eſt, vt ſciat Medicus quidnam in quâlibet ſpecie præcellat, ne fors, dum malum prohibeatur, peius ſubſtituatur: veluti doctrinæ librorũ ſatis demonſtrant ab illis Medicis factitatũ eſſe, quorum Regimen ac diæta à prægreſſo nullo examine conſtituta eſt, ſed ex qualicunq; arbitrio poſita, cũ tamen probroſum admodũ Medico ſit, ſiis aliquid prohibeat, nec quid prohibeat, ſciat; nec nôrit quid in hoc vel illo lateat. Et ex tá temerario arbitrio hactenus diætæ præſcriptæ ſunt. Vnde factum eſt, vt vniuerſa Medicina in contemtum & deſpicatum abierit, quòd errores iſtos hactenus publicè cum tantâ obſtinatione ipſi fouerint. Nec enim illi ocularitèr aut materialiter, aut realiter quicquam probant ac iudicant: verùm opiniones tantùm ſuas important, quas Medicina ferre nullo modo poteſt. Nec enim illa, vt Logica, opinionibus gaudet: ſed veritate ipsâ ſtabiliri vult. Qui Medicum in ſua patriâ cum laude & tranquillitate agere vult, is patriæ ſuæ naturam ac Tartarum cumprimis integrè ſciat, & illum poſteà ſeorſim ſecundùm quaſuis ſpecies cibi & potus examinet & conferat. Si enim in tuâ terrâ habites, ac aliquandiu ipſam incolueris, nec per totius regionis inſtitutum examen ſcias, quid in re quâlibet ſingulatim ſit & lateat: certè non dignus es, quem tellus ferat, quia ſupinâ ignorantiâ obſitus inquirere non laborâris, quæ neceſſariò ſcire debebas. Sic enim patriæ tuæ ciues noxâ afficis, & qui alimẽta ſuſtentandæ tuæ vitæ ſuppeditant, his nec gratiam nec mercedem vllam refũdis. Cæterùm ſi examen iſtiuſmodi inſtitueris, & neceſſaria quælibet indagaueris, ac tales ægritudines Tartaræ tibi occurrant: tunc iudicium ex ſale vrinę facies, & vnum cum altero propiùs conferes, non ſecùs ac gemma cum gemmâ confertur, tandémque, quod dignum eſt Medico, in iſto regimine conſtituendo ſectaberis. Niſi enim in curâ Tartari Regimen probè obſeruetur, actum de omni Medicinâ erit. Ideò fas eſt, cautum eſſe Medicum, vbicunque gentium verſetur. Nec enim locus vllus vſpiam Tartareis ægritudinibus caret. Quanquam non meminerim, an terram vllam vnquam adierim, Tartareis egritudinibus minùs obnoxiam, quàm quæ *Veldtlinia* vocatur. Huic enim ſimilis nec Germania, nec Italia, nec Francia, nec Oriens, nec Occidens in Europa. Nam in iſtius regionis indigenis, nec vlla Podagra, nec colica, nec contractura, nec calculus vnquam vſpiam viſus aut inuẽtus eſt, adeò vt non potuerim non impenſiſſimè illud admirari. Regio enim iſta adeò ſalubris cum naſcentibus rebus omnibus exiſtit, vt ſalubriorem non inuenerim omni peregrinationum mearũ periodo. Quòd ſi fors huic ſimiles regiones alię quoque reperiantur; eæ mihi compertæ non ſunt. Eiuſdem tamen ſalubritatis regiones in Europa alias quoque eſſe, credere vix poſſim.

Medic. reprehẽſio.

Examẽ Tartari ex ſale vrinę faciendum.

Tart. ſpiritado terris omnibus familiaris.

Veldtlinia omnium minimè Tartarea

Medicina demonſtratio eſt, non opinio.

Medicus quid agere debeat, vt laudetur.

CAP. XVI.

De conſeruatione & euitatione tartaricæ generationis.

QVanquàm morbi per omnem orbẽ paſſim varij ac multiplices graſſentur ac ſæuiant: nullus tamen ex omnibus eſt, cui ſua à Deo Medicina non creata & oppoſita ſit. Iam autem in progreſſis capitulis traditum ſcitis, quęnam & qualis generatio Tartari ſit. Qui etſi nonnunquam craſſus, difficilis ac fortis ſit: ècon-

Morbo cuilibet ſua Medicina data.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 363 sur 913

ècontra tamen ipſi quoque naturę tam fortia & valida conſeruatiua data ſunt, vt Tartareæ illi generationi commodè obuiam iri queat, ita, vt pro ſuo nutu dominari minimè queat, ſed omninò cedere cogatur. Quod verò in ſuo Archeo homo non habet, id ex Archeo naturæ ipſius extra hominẽ poſitæ mutuetur. Et hoc ex terrâ enaſcitur. Proceſſum ergò de conſeruatiuis talem hoc loco attendite. Videtis, Struthiocamelum ferrum, chalybem & cuprum concoquere & conſumere, vt pyrũ vel nucem. Canis os coquit & digerit non tardiùs carne. Merula aranеas deuorat, & coquit velut ſemen cannabis. Ciconia ranas ac ſerpentes & inſecta nocentia alia degulat: quæ omnia ipſi bono cibo & alimento ſunt. Horum exemplo ſcire debetis, iſto fine Medicinam quoque homini datam eſſe, vt ſtomachus ipſius ad coctionem eius quod aſſumit aut ingerit, roboretur. Exemplum. Tartarus in hominem ingeritur. Iam verò ſtomachi officium eſt, vt illum coquat, ſeparet, & expellat, ſicut ſuperiùs dictum eſt. Id ſi ex ſeipſo minimè poteſt quidem: tamen is eò deducendus eſt, vt à nullo veneno quoque lædatur. Sicut merulæ non nocet aranea, ciconię ſerpens. Tentandum ergò eſt, ventriculum in hunc habitum deduci, vt Tartara illa concoquere & conſumere poſſit, non minùs, ac ſtruthiocamelus ferrum. Vtreque enim coctiones poſſibiles ſunt, in homine, in ſtruthiocamelo. Si ergo Medicus cõſeruationem ab iſtis Tartareis morbis præſcribere velit, ſtomachùm primò eo rediget, vt omnia, quæ in ipſum ingrediuntur, conſumat, non ſecus ac ignis conſumit ligna. Id fit per rectificatiuum, confortatiuum, alteratiuũ & fortitudinem ſtomachi. Aliis enim modis id fieri non poteſt. Hoc autem vt probè intelligatis, conſeruationis modos duos vobis proponam. Vnus ipſius ventriculi eſt, vt diximus. Alter eſt Tartari adimendi externi, ne is aſſumatur. Conſeruatio ipſius ventriculi procuratur per acetoſa eſurina. Hęc duplicia ſunt: *Naturalia*, *Artificialia*. *Eſurinum acetoſum* eſt Medicina, quę ſuâ naturâ ventriculum adeò famelicum reddit, vt cibos etiam inſolitos appetat. Quod autem appetit, id excoquit & digerit: Sed vt *Acetoſum* pleniùs intelligatis: ſcitote, acetoſum Naturale acetoſum fontale eſſe, vt ſunt Acidulæ. Acetosũ artificiale eſt aceroſum vitriolatum. Sic in ſolâ aciditate potentia digerendi res quas diximus, conſiſtit. Acetoſa fontalia ſunt naturales acidulæ, quarum vnæ alteris ſubindè præſtantiores ſunt. Acetoſa artificialia ſunt ex mineralibus metallorum & ſimilibus Et quamuis quidem dici ſoleat *Acetoſum vitriolatum*, tamen eſt cuprum Veneris vitriolatum. Cuprum etenim eſt vitriolum. Si ergo aciditas ex cupro extrahãtur: tunc is, qui illâ vtitur, cuprum digeret. Sic fit cum cæteris omnibus vitriolatis metallorum. Ideò, ſi dicatur, Struthionem omnia metalla edere, ita intelligendum eſt. Nam in omnibus ſunt acetoſa vitriolata, ſolum aurum vitriolũ non agnoſcit. Huiuſmodi Acetoſitatem Eſurinam Struthio in ſuâ naturâ ac proprietate conditam habet, vndè talia etiam digerit. Homo autem illam in ſeſe non habet. In ipſum tamen illa induci & ingeri poteſt, vt ſimiliter digerat id, quod per proprietatem tamen innatam digerere nunquam poſſet. Ideò porrò ſcire vos velim, thermas acetoſas, huiuſmodi vitriolatas naturas habere, ſpecie tamen multiplici. Quot enim ſpecies colorum: tot etiam aciditatis, nec eius vna tantùm ſpecies eſt. Vnum tamen acetoſum fontale, quod prę omnibus, quæ in Europâ cognoui prædico & extollo, inueni in *Egendin* apud S. Mauritium, cuius ſcaturigo menſe Auguſto acetoſiſſima profluit. Hanc qui pro Medicinæ modo potat, is perfectam ſanitatem adipiſcitur, & nec lapidem vllum, aut arenam, nec podagram, nec Arteticam nouit, aut incurrit vnquam. Per ipſam ſiquidem ſtomachus adeò corroboratur, vt Tartarum digerat nihilò ignauiùs, ac Struthio ferrum, merula araneam. Nec verò Tartarum ſolum, verùm & alia in homine morbos ſuſcitãtia, quorum materia prima in cibo & potu ſita eſt. Primę hę materię vniuerſæ, quales quales ſint, conſumuntur. Et quemadmodum ligna promiſcuè omnia, curua, recta, ęqualia, nodoſa, in fornace ardent: ſic idem quoque in illis ventriculis contingit. Genera autem acetoſitatis fontalis duplicia ſunt: vnum in acetoſitate ſuâ percipitur: alterum in illâ non percipitur, & tamen vnica eſt proprietas. De hoc notate, quod non minùs digerat, ac ipſum acetoſum. Nam ab exemplo documentum ſumite. Ignis non ſemper ab igne incenditur, ſicut ignis è ſilice excuſſus: ſed ardet interdum ignis à nullo igne

Struthiocamelus ferrum coquit:

Canis os coquit & digerit non tardiùs carne.

Merula aranеas deuorat, & coquit velut ſemen cannabis.

Ciconia ranas ac ſerpentes & inſecta nocentia alia degulat:

Stomachus hominis vt confortandus.

Conſeruatio cõſiſtit, vel in ipſo ventriculo, vel in Tartaro demendo.

Eſurinũ acetoſũ quid, & quotuplex.

Acetoſũ Naturale quid.

Acetoſũ artificiale quid.

Aurum vitriolo caret.

Acidulæ Egendinę omnium præſtantiſſimę ad ſtomachũ.

Acetoſitas fontalis duplex, perceptibilis, non perceptibilis.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 364 sur 913

igne causatus, velut fit à Sole, à fricationibus &c. Et tamen hic non minùs ignis est, quam à silice excussus. Eadem hic quoque ratio. Nam si illud in stomachum venerit, operationem eandé edit, quam acetosa perficiunt: Porrò *Acetosa* illa *occulta* sunt fontes, naturâ ac dotibus mirabilibus insigniti, à cęteris aquis modis multis distincti. Et plerumque existunt in iugis montium editissimis, in saxis ac rupibus, in cacuminibus niuosis, longè supra terram, bolum ac lutum, in solis arenis, saxis & lapidibus. Horum vnus *Rhenus* in suâ scaturigine est, & Albis, & his similes ferè aquæ omnes, simili scaturigine prorumpentes. Quomodò verò pleniùs cognosci possint, tradendũ Philosophis relinquo. Nec enim tractationem vberiorem præsens locus permittit. Fas enim est Medicum Naturalem esse, & ista talia cognouisse priusquàm Medicum agat. Nam cùm natura ipsa huiusmodi arcana per artem propriam non hominum industriam operetur & perficiat: Medicus eadem apud ipsam quoque naturam explorabit, & quænam ac qualia ipsa componat, decoquat, præparet, perquirat, & eius pharmacopolium, pyxides, scatulas, vascula, &c. in omni orbe, in montibus, in saxis & rupibus, in arenâ, adeóque vbiuis visitabit. Naturæ enim officina amplissima est, cuius remedia quoque pręstantia sunt & auxiliaria, valdéque salutaria, nec vllâ pecuniâ venalia. Nec enim mercede datâ ægros illa sanare solet, sed porrectis medicinis. Et hanc officinam deinceps visitatoribus & doctoribus commendo.

Occulta acetosa quæ & vbi sint.

Rheni & Albis, quæ origo.

Naturæ officina quàm illustris.

Vt autem porrò de acetosis artificialibus loquamur, scire vos velim, in ipsis mineralibus huiusmodi acetositatem sitam esse. Ars verò, quæ situm eius demõstrat, *Ars signata* est. Acetositatem verò istam quæ ars extrahat & eliciat, alia est, ac *Alchimia* dicitur, quæ acetosum à dulci separare docet, & vnũquodlibet in proprium suum corpus minimè Permixtum reducit. Sic acetosum quoque artificiale præparatum est. Sed iam opus est, vt processum *Inueniendi*, & processum *Separandi* aliquantùm vobis explicem. Et quanquàm ista scholasticalia sint: tamen, quia hoc doctrinale ipsum scholasticale nec nouit, nec intelligit: æquum est id à me proponi. Quod hoc discursu fiet. *Ars signata* seu *consignata* manifestat & prodit omne per signa externa, quicquid in hoc isto corpore positum sit, adeò vt per externa signa & signaturas perspiciatur, quænam minera sit auri, quæ argenti, quę cupri, &c. Et ars hæc membrum ipsius Astronomiæ est, adeóque aditum ad medicinam præbet. Quod si hic describere vellemus, quo pacto illa signa inueniantur & capiantur, hoc certè capitulũ modũ duorum librorum excederet. Hic satis sit, me vobis explicasse, quòd beneficio artis *Signatæ* interiòra per signa externa cognoscantur. Veluti per ardoré vrtica, per amaritudinem gentiana cognoscitur. Quòd ad Separationem attinet, scientia Alchimię est. Illa docet extrahere, cogere, & vnumquoduis in vas suum peculiare separare. Iam verò acetositates variæ sunt. Sunt in metallis, in gemmis, in marcasitis, in cachimiis, in chimolea, &c. Vnumquodlibet autem genus suam artem, suum extrahendi modum habet. Quæ omnia vt à verbo ad verbum explicentur, præter tractatus huius institutum est. Hoc hic attendite: si cuprum sine corrosiuo frangitur & resoluitur, vitriolũ habetis. Ex isto prępatate *Quintum* esse, oleum & ipsius liquoré. Ita quoque acetosum Veneris perfectum est, adeóque arcanum in istis rebus, de quibus dixi. Idem cum cæteris quoque metallis facere debetis. Venus autẽ & Saturnus in acetosis virtutibus supremi sunt. Postea chalybs, tandem stannum. Mercurius in *Adeptâ* philosophiâ inter Metalla non numeratur. Porrò cum cæteris mineralibus, marcasitis, cachimiis, montanis, chimoleis, ita compatatum est, vt opus sit, ipsis primò sulphur adimi, ac liquoré mercurialem, solúmque salem retineri. In isto enim sale existit *Acetosum* artis, & extrahitur ac præpatatur in *oleum, liquoremq; acetosum*. Hi igitur processus sunt & arcana, quibus vtentes à morbis Tartareis præseruantur, si vniuscuiusq; *dosin* & *quantitatem*, quam Medico pro conditione personæ decernendam relinquo, obseruent & adhibeant. Si autẽ Tartarũ iam dudum quis concepit: vt idem per conseruatiua, quantum quidem fieri potest, iterùm expellatur, opus est, ordinem curationis in punctis nonullis coniungi. Sic lauare cum additâ curâ, curam perficit & absoluit. Sic lotio cum curâ, conseruatiua quoque perficit, ita vt exquisitiùs penetrent, nec in stomacho saltem coquant, excoquant, digerant, consumant, verùm etiam in vniuerso corpore huiusmodi digestionem procurent. Sed

Acetositas in mineralibus fita est.

Ars signata quid?

Alchimia qui faciat.

Acetositas in vitriis est.

Cuprum quomodo vitriolum fiat.

Quę metalla quibus acetosiora.

De Medico definienda debeat.

ista

ista omnia Medico perito commendo Nec enim calamo omnia definiri & adamussim delineari queunt.

CAP. XVII.

De Curâ Tartari in primâ Materiâ nondum coagulati, quocunque vniuersi corporis loco existat.

CVram egressuris nobis primò opus est, vt exordiamur à primâ materia Tartari, antequam is coagulatus sit. Compertum autem vobis sit, Tartarum in primâ materiâ non minus paroxysmos & dolores ciere, quà in coagulatione. Nâ ex primâ materiâ Tartari varij morbi oriuntur, qui hactenus multos seduxerunt. Sed quod ad curationem primæ materiæ attinet, scitote eam prefici *Balneo & potione*. Balneum adhibetur, vt corpus incalescat, ac calidum maneat, ac calor iste simul humectet, non exiccet, siue Balneum id naturale sit, siue artificiale, Medicinam etenim primam materiam expulsuram, oportet externum calorem & humiditatem habere: aliàs lentè procedit operatio. Cum Balneo autem ipsa medicina continenter iungi & procedere debet. Ipsam quoque medicinam eiusmodi esse decet, vt tam cibus quàm potus remedii vim habeant, hâc de causa, quòd nimirùm cibus ac potus per vniuersum corpus distribuuntur, & ab omnibus membris attrahuntur sub specie alimenti. Sic ergò cibus ac potus vniuersũ corpus peruadunt, nec locus vllus ipsis inaccessus est. Dum verò nutrimentum mẽbra omnia permeat; quicquid in corpore est, id inuenit & attingit, siue id bonum sit, siue malum. Hinc enim nutrimẽtum proximè iungitur. Iam si nutrimentum simul Medicina est; tunc Medicina morbum attingit, quocunque corporis membro ille lateat. Commodiùs enim & directiùs morbus inueniri non potest per directorium aut indicem vllũ, quàm per nutrimentum. Fas ergò est, cibum ac potum certam contra Tartarum medicinam habere. Si ergò contra primam materiam Tartaria medicina sunt, nulla in toto corpore Tartarea prima materia relinquitur, quæ non perue stigetur, & inueniatur, & expellatur. Vt verò nutrimenta Medicina fiant, danda ægro omnia sunt, quæ appetit ac desiderat, siue carnes sint, siue pisces, siue vinum &c. nullo excepto. Nam quò vehementior appetitus, eò auidior tractatio omnium corporis partium, & ipsius nutrimenti deductio promptior & incitatior. Et licèt cibi quidem illi ac potus insalubriores existant id tamen curari non debet. Hoc enim saltem fine ministrantur, vt dirigant ac ducant, penetréntque, ac locũ Tartari & doloris occupent. Adeoq; si præparentur eo modo, quem iam trademus, medicina fiet, sicut *Tyrus* in Theriaca. Nec enim is hoc fine assumitur, vt ipse sanet ac curet, cùm venenũ sit; sed tantum, vt vehiculum sit, & corpus penetret peruadátque, simúlque secum rapiat virtutes reliquas sibi adjectas & per compositionem implicatas.

Iam, quia superiùs diximus, Tartari materiam primam Balneis & potionibus curari: scitote, balneum constare non debere, vel ex sulphure, vel ex vitriolo, vel ex alumine. His enim speciebus & ingredientibus, omnibus carere debet Balneum, siue Naturale sit, velut Thermæ, siue Artificiale. Ex omnibus autem Balneæ piperinæ præstantissimæ & nobilissimæ sunt; sicut his proximæ Tœplizenses in Bohemiâ non procul à Grauppen versus Brixam distantes. Factitiæ Balneæ ex aqua pluuiali niualíque, aut ex rore, quæ optimæ sunt, cum aquis aliis permixtæ parari debent. His incoquendæ sunt folia raporum, cortices eorum, vel ipsa integra, pastinacæ, folia carotarum vel radices, chamomilla, tapsus barbatus, cumprimis huius folia, betonica tam purpurea quam alba, prunella, Aquilegium, raphanus syluestris, Artemisia: Cæterarum herbarum nullus vsus est. Quod enim enumeratæ non præstabunt: id reliquæ multo ignauiùs confectum dabunt. Ex illis ergo balneum consueto more parandum est; cuius modum fusius describere superfluum sit.

De *Potionibus* hoc tenendum est, tam cibus, quàm potũ, vno potionis vocabulo intelligi. Cuius rei hęc causa, quòd cibus in potum reduci debeat, nec cibus, qui dentibus mandatur, maneat. Ab eo n. stercus, ac Tartarus, excrementúmque corporale ita separari debet, vt solum nutrimentum assumendum supersit, nec hoc cum Tartaro & excremento relinquatur. Quod dum fit, potio emergit ex illis omnibus, quę cibus erant. Vinum per se potus est. Separatio autem ila hoc modo fit. Pro nutrimento elige carnem. Vt verò caro medicina fiat, ita paretur. Adiice ipsi Aquilegium spinosum, viscũ

Cura primę cuiuspetitę materię balneo & potione.

Nutrimenta desidérata citius penetrant.

Balnea Tartari naturalia qualia esse deceat.

Piperinæ thermæ optimæ contra Tartarũ. Thermę Tœplizenses. Bal. Artificialia qui parenda.

Potio cur cibum quoque includat

Caro vt paretur in medicinam.

Nutrimenta Tartari medicina esse debet.

Appetitui permiscue omnia danda.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 366 sur 913

quercinum, Alkali de dura glacie. Et cum istis carnem præpara. Iam in medicinam satis redacta est: Cuius Receptum tale est:

℞ *Carnis minutim velut pro farciminibus incisæ* ℔ ij
Aquilegii spinosi, Visci quercini, an. M. ij.
Vtriusque Alkali an. ʒ ß.
Alkali glaciei duræ ʒ ß ʒ j.

Misceantur, & indantur in cantharum cum certo salis additamento. Is obturetur, & ferueat in Balneo Maris, donec in iusculi formam abeant. Hoc præbe. Vnâ cum iusculo hoc potes etiam ministrare appetitus gratiâ cibos alios, velut pisces, &c. principale tamen semper id esto, in quo tota cura posita est. Hoc Receptum sufficit ad materias primas omnes expellendas, quâcunq; corporis parte lateant. De potu verò hanc separationem teneatis, vt & vinum ipsum à corporeis excrementis separetur, nimirum à fecibus & Tartaro, & cum medicina ita præparetur, vt simul potus & medicinæ formam ac rationem habeat. Id hoc modo fit. Autumni tempore vini separatio instituenda est. Hoc ita accipe. In musto vini omnis prima materia adhuc confusa est, maximè quoad Tartarum. Vt autem in primâ materiâ maneat, adiici ipsi debent illa, per quæ in primâ materiâ conseruetur, quod prima adhuc materia est. Id vinum posteà qui bibit, in eo Tartarus nullus generatur. Et licèt quidem Tartarus aliquis in dolio adhærescat, in corpore tamen minimè adhæret, sed extra hominem expellitur. Res verò, quæ id præstent, sunt *Benedicta gariophyllata, Aquilegium spinosum, Cardobenedictus* & similes. Non quod *Curatiuum* saltem Tartari in primâ materiâ sint, sed etiam *Conseruatiuum*: quæ suo Encomio satis celebrari non possunt.

Vinum vt separetur, & medicina fiat.

Benedicta Aquilegium, Cardobenedictus quid præstent.

Receptum aliud.

℞ *Ol. de gran. Iuniperi cum qluoribus mensuras x.*
Aquarum spinosi aquilegij.
Capillorum Veneris an. mensur. iij.
Vini in musto mensur. 200.

Vnà deferuescant. Hoc præstantius priore. Hâc ratione prima materia Tartari, sicut dictum est, expelli debet. Quod si aliud quoque ad Tartarum conducens noueris, simili modo idem applicare potes. Nec enim solus ego artes omnes calleo, sed sunt & alij, qui artes nôrunt, & periti sunt. Administrationis tamen processus dictus palmarius est: vt qui in omnibus Tartari generibus quoque Regiminis ac diætæ loco obseruari possit. Hunc ergò processum, vt sedulò & diligenter excutias & edisces, studiosè operam dabis.

Cap. XVIII.

De Curâ Tartari in formâ Tartari & arenæ, quocunque corporis loco sit.

DEscripta in præcedenti capitulo Methodus obseruari etiam debet in *Expulsione Tartari*, de quâ hoc capitulum tradet, hanc ob causam, quòd semper prima materia Tartari præsens quoque sit, quę vnâ operâ simul auferenda est, ne de nouo quid argumenti & coagulationis instituatur. Generale autem in curâ præceptum tale est, vt quæuis medicina innatâ vi Tartaro ita aduersetur, vt illum dissoluat ac destruat adeò, vt fiat ceu liquor, aut viscus, aut mucilago, nec vnquam iterum coagulari possit. Destructio ea si facta sit, tunc natura ipsa illud expellit. Ideò hoc casu id saltem accurandum est, vt talia administrentur, quæ istiusmodi *Arcana* contineant. Videtis enim artes & secreta quædam externa esse faciendi aquas, quæ ferrum ita frangant, vt ferrum denuò fieri non possit. Similiter & cuprum & metalla alia ita dissolui queunt, vt, quod fuerunt, iterum fieri non possint, aut ad pristinam suam naturam reduci. Et licèt huiusmodi quidem secreta ad hominis salutem non faciant, sed mortem accersant; tamen à me exempli saltem loco adducta esse putabitis, non vt remediorum loco vnquam adhibeantur, sed vt per ista doceatur, medicinas similes alias quoque existere, quæ Tartarum soluendi vim habeant, sicut Aqua fortis ferrum. Et ista non quidem corrosiua sunt, sed genuina remedia. Si enim Deus res quasdam creauit, quæ ferrum lapidesq; &c. comminuant, soluant, in liquorem reducant: in salutem hominis quoque res necessarias creauerit, vt per eas Magnalia Dei cognoscantur & celebrentur. Hoc ergò nostri muneris ac officij est, vt ista Dei mysteria in Naturâ perueştigemus, nec desides otio torpescamus, sed Medicinam factituri alacres & peruigiles simus, & scholam veram ac genuinam adeamus. Fundamentum ergò Tartarum eiiciendi in his punctis positum est, vtiea mysteria

Tartari solutio est eius curatio.

Aqua ferrum soluentes.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 367 sur 913

Arcana soluendi Tartari quæ sint.

mysteria & arcana adhibeatur in quibus vis sit ac efficacia resolutionis, dissolutionis, destructionis. Hâc enim viâ Tartarus totius corporis concutitur & adimitur. Is in corpore duobus modis succrescit ac generatur; vel enim sub formâ Tartari adhæret: vel sub formâ arenæ, quales sunt lapides findentes & scindentes. Curæ autem processus consistit in regimine primùm: postea in balneo, omni omninò ratione quâ diximus. Cum illis remedia quoque administrari debent, manè & vesperi, prout ipsa necessitas poscit vel rariùs vel frequentiùs ipsa adhiberi. Præparatio porrò medicinæ ea est, vt illa ex lapidibus sit, & primò in liquorem reducatur, qui denuò in lapidem reduci non possit, sed in coagulatione penitus consumatur & tollatur. His præstitis, medicina parata & commodata erit. Iam verò momenti nihil in eo positum est, vt longa & promissa recepta conscribantur, & in illâ res multiplices congerantur. Hic rhombus est, vt id bene præparetur, de quo diximus. Præsidia verò, mihi idonea visa, hæc sunt: *Oculi Cancrorum*, *lapis Iudaicus*, *lapis Lyncis*, *lapis Lazuli*, *lapis spongiæ*, *lapis aquilæ*, *lapis glaciei &c.* Nec opus est, vt iunctim omnia assumantur, sed vnumquodque seorsim & per se satis est. Præparatio enim ista perficit, & ipsum Receptum eadem integrat ac complet. Vbi iuxtà hoc quoque tenendum est, quòd ad Tartarum radicitùs euellendum *Radices*, *herbæ ac semina &c* satis fortia non sint: sed oporteat similes lapides assumi, sicut recensui, quorum plures quoque existunt quàm quos enumeraui. In his enim Tartari expellendi virtus posita est. Recordari verò vos velim, *scientiam signatam* ista per signaturam demonstrare & probare, quæ signatura in prædictis lapidibus est, quod Tartarum eiiciendi vim illi possideant. Qui ergò Medicus esse volet, is opus habet, vt primò signaturam Tartari sciat: postea signaturam medicinæ quoque teneat, ita vt signaturæ vtræque in vnam Anatomiam coniungantur, & in vnam Cosmographiam reducantur. Sic enim si signaturam habueris, corpus id quoq; habebis, in quo mysterium, quod Tartarum pellit, latet. Id verò corpus destrue & solue hoc modo. Destilla essentiam vini nouies. Postea recentes lapides calcina, & illos in essentiâ illâ vini resolue, & dissoluetur velut sal in aquâ. Tandem id destilla: & quod in fundo subsidet, id permisce cum nouâ essentiâ vini, sublima, donec vniuersum ascenderit. Iam corpus illud fractum & destructum est, & tutò vt dixi, præparato vti potes. Conari autem minimè debes, vt liquorem ab essentiâ vini separes: Illa enim plus præsens commodat, quàm separata. Iuuat enim penetrare, inuestigare, dirigere, ac efficacius operatur in Tartarum ac arenas Tartari interioris, quem liquat, & in mucilaginem resoluit. Quanquàm frequenter accidat, Medicinam celeriter operari, Tartarúmque ita festinanter suo loco cedere, vt prius resolui non possit, sed Medicinam effugiat, & ante completam operationem abscedat. Et hic processus studiosè attendendus est. Hoc enim ordine & methodo Tartarus omnis in vniuerso corpore inuaditur & expellitur, Medicinâ ad eius expulsionem satis validâ & robustâ. Et licèt quidem non multa recepta administrentur: sufficientia tamen ea sunt ad quæuis genera Tartari istiusmodi. Vnumquodque enim simplex per se satis est. Quod si compositum fieri debeat: simplicia iam iterum sufficientia sunt, ex quibus Recepta componi & concinnari queant. Itaq; vt latius & profusius hoc capitulum deducatur, præter vsum est.

Tart. forma duplex

Tartarus, Arena

Arcana Tartari è lapidibus petita.

Arcana Tartari quæ sit.

Radices, herbæ, semina ad Tartari infirma.

Ars signata med ne cessaria.

Præparatio mysterij qualis.

simplex quodvis ad Tartarum sufficit.

CAP. XIX.

De Tartari expulsione è Iuncturis, Articulis, Rastetis.

ALiquoties hactenùs mentionem feci de Tartaro, quòd generetur etiam in articulis, vbicunque sint in corpore, Item in iuncturis & ossium commissuris, intra quas ille se insinuat. Velut intra aurem & cranium, intra hoc & nasum, intra nasum & cartilaginis apicem, & generetur in Rastetis manuum pedúmque. Ac in omnibus totius corporis locis quidem generatio illa fieri potest, vbicunque commotiones & connexiones duorum membrorum sunt, aut concauitates lacertorum ac membrorum &c. Vbicunq; ergò huiusmodi Tartara vigent, ibidem quoque Arthetica, Podagra, Chiragra, Genugra, Schiatica, & articulares dolores alij gignuntur, quâcunque id corporis in regione sit, siue in dorso & eius spinâ, siue in costis &c. Iam vero Medici

Tartari articularis quæ sedes.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 368 sur 913

versum prouerbialem decantant.

Nescit nodosam Medicus curare Podagram.

Qui tamē planè ineptus & incōditus est. Nec enim Podagra nodosa est, sed Tartarosa. Grana etenim illa sūt grana Tartari: ita vt meritò cōuenientiore nomine dicatur Tartarus. Tum & vocabulum, *Medicus*, in versu otiosum est. Illi enim qui se Medicos vocant, Tartarum autem curare non possunt; Medici haudquaquàm sunt, sed sunt *Roades* hoc est, Medici veterinarii, qui nondum maturuerunt, sicut pruna syluestria ante autumnum. Itaque, si (qui tamen minime sum) poëta equidem essem, versum istum hoc modo emendarem.

Versus prouerbialis de podagra ab auctore emendatur.

Nescit Tartaream Roades curare podagram.

Qui elegantiorem optat, ille eum condat, Porrò in hoc capitulo institutum meum est, docere, qua cura *Tartarus Podagricus* expellatur. Eo n. adempto & remoto, podagra quoque abscessit. Vobis autem mirum non videatur, quòd tam breui capite tam magnum morbum curare doceam. Caput quidem, fateor, breue est, sed plus vtilitatis ac fructus fert, quàm omnes tractatus aut libri, vnquam conscripti & editi. Quòd verò præter hoc caput alium quoque peculiarem de Tartaro tractatum ediderim: factum id est ad podagræ originem & causam plenius explicandam. Summum autem & nocentissimum in Tartaro est vltima materia podagræ. Quod si quidem podagræ causas alias vniuersas sumas, & Tartarum omittas, nihil quicquam proficias. Itaque cum institutum meum sit, Tartarū expellere, qui inter causas, primas tenet: omninò in hoc libro ille cum cæteris generibus coniungi debet. Hic iam Methodus ac processus est, vt balneum non admittas, quanquàm id ratione Tartari conuenire videatur. Nam & noxium & aduersum est propter alias in podagrā concurrentes causas & circumstantias. Diætam tamen præscriptam obseruare ac tenere potes; quia rarò podagra est, quæ plura Tartari genera non contineat, præter illud, quod in iuncturis, articulis & dictis similibus locis continetur. Vnicum ergò præsidium expectari potest à resolutione & destructione *Tartari granulosi*, quem Roades nodosam vocant podagram. Ita verò granula ista resolues, vt in formam mellis aut zuccari inspissati reducantur, & resolutione illa consumantur, & consumptione articuli indurati, dislocatiue ac incuruati iterum extendantur, emolliantur & relaxentur, ac in pristinam naturam redeant. At quia ad dislocationem illā plura requiruntur, quàm cura tantùm Tartari granulosi: ideò reliqua in libro de *Podagra* edito pluribus traduntur, hic minimè altiùs repetenda. Ex mysteriis autē seu arcanis, quæ Tartarum podagricum resoluunt, quinque mihi nota & explorata sunt. Quorum etsi quidem quoduis seorsim per se satis sit: compositionem tamen facilè pati possunt, factam ex istorum aliquot, non omnibus. Licèt autem quinque ista simplicia nominentur, non tamen vnumquoduis simplex per se species est, vt in gummi: quorum etsi plura sint, sunt tamen *gummi*. Ad hoc exemplum cętera quoque æstimanda sunt. Quinque verò ista ita nominantur: *Gummi, Resina, Mariyana, Mastichatorium oliuum, Terebinthi* extractum. Hæc quinque palmaria sunt, in quorum singulis vis inest omnia Tartara granulata resoluendi in *Liquorem & aquositatem*, quæ consumptioni probè subiecta est. Horum verò præparatio talis est, vt tam fortiter in eleuationem reducantur, vt post hanc circulari queant, & circulatorium ad minimum vnam septimam circumiuerint. Tunc demùm ista compositio tibi concessa est, vt circulata illa componere, coniungeréque liceat, prout generatio Tartari tibi visa & cognita fuerit. Circulatione istā inunge membra Tartarea, & loca Tartari granulosi, quæ *Roadas* nodosam podagram vocat. Per inunctionem hanc resoluuntur Tartarea genera granulosa, quæ alias resolui non queunt, nec vllā ratione aliā per medicamenta edomari, quàm per foris adhibita. Processum verò, qui inunctio illa fieri debeat, hic describere nihil attinet. Modus enim omnibus constat; saltem hoc sedulò agatur, vt grana resoluantur & consumantur. Sicut enim Sol aut ventus aquam exsiccat, eámque ita dissipat, vt eius nihil reliquum sit: sic idem hic quoque fit ab hisce simplicibus arcanis. In illis enim mysteria condita sunt, quæ tartarum podagricum soluendi potestatem habent, non secus ac Sol vim habet liquandi niuem. Coagulatio enim Tartari Podagrici & coagulatio aquæ est vniformis induratio, hoc vno differens, quod coagulatio Tartari calore fit, illa verò à frigore.

Aut. liber de podagra peculiaris.

Mysteria podagrę sunt.

Præparatio eorū qualis.

Tartarus granulatus solis externis remediis cedit.

Processus podagræ quis.

Balneū podagrę obest.

Resolutio Tart. granulosi cura podagra.

Coagulatio Tartari & glaciei vt differant.

Conuenit

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 369 sur 913

Conuenit ergò mysteria ita constitui, quæ à calore tantùm coagulatum resoluant. Et quemadmodùm nix ac glacies à sole liquantur, & in terram abeunt, ita, vt non redeant: sic idem hìc quoque accidit. Per arcana enim consumitur, & in liquidum reducitur, quod in corpus penetrat, à quo tandem consumitur, vt porrò nullibi iterum prodeat ac conspiciatur.

CAP. XX.

De lapide Vesicæ ac Renum.

ÆGritudinis huius, nempe lapidis vesicę & renum, curam tradere res ardua ac magni laboris est. Quodcunque verò vel ex ipsâ Naturæ luce, vel ab ipsâ experientiâ magistrâ hausi ac didici id hic explicabo. Medicos autem vniuersos admonitos velim, vt incolis earum regionum, quibus ipsi Medici præfecti sunt, præseruationem fidelem & integram communicent, ne fors ex negligẽtiâ immanis iste Tartarus, res adeò pernicioſa & mortifera in homine gignatur & subnascatur. Nam & nos hoc capitulo sedulò explicabimus, quonam modo tyrannus iste adeò sæuus euitari & expugnari queat. Inficiàs quidem non eo, causam lapidum & Tartarei tyranni in homine, etiam à bono cibo potúque oriri. Sed & principia præterea alia sunt eiusdem, velut & iam inclinatio & dispositio naturalis hanc generationẽ causantur. Ista verò utut se habeant, scire debet Medicus & intelligere, quæ Tartari suæ regionis Natura ac conditio sit: vt indè discere & constituere possit Tartari tàm præseruatiua quàm expulsiua remedia, quibus ille quotidiè expellatur, nec in actum erumpat, aut in materiam suam vltimam deducatur. Hoc enim fraternitatis ac Christianitatis officium est, quo proximi salus promouetur. Æquũ enim est, vt quam tibi mensuram dari optes, eandem alteri quoque ipse des. Si verò iam dum eo res deuenerit, vt lapis iste seu Tartarus *Marmoreus* aut *Silicetus* euaserit: hunc teneri processum opus est. Balnei, cibi, potus ea ratio, is ordo tenendus est, quem præscripsimus. Sic nimirùm & cautiùs procedetur, & si quid lapidis adhæsit, secedet commodiùs. Vt verò lapis ipse inuadatur & oppugnetur, scire debetis, *Fel terræ*, quod lapidem designat, illum suo tempore adimere, licèt nullâ celeri curâ. Eius receptum tale est.

Medici officiũ in calculo præcauẽdo.

Lapis renum & vesicæ hostilis tyrannus.

Curatio lapidis qualis.

Fel terræ mysteriũ lapidis.

℞. *Olei fellis terræ althalizai correcti* ℥ij.
Liquoris Lyncis, spongiæ, Iudaici cancrorum an. ℥iij.

Misce, & per mensem circula. De hoc potandum præbe, quò plùs eò meliùs. Vrinam collige, & sedimen congela seu coagula in vnam massam. Sic & lapidem inuenies, & eius omnem magnitudinem molémue. Et in hoc Recepto acquiesce. Meliùs enim aliud non noui. Nam præstantioris inuentio cuiusuis experientiæ & benedictionis diuinæ est. Is sua dona dat cui vult. Nec vniuersa Deus dona sua vno die effundit. Porrò autem nonnulli lapides cum malis aliis quoque concurrunt aliquando velut cum *vlceratione*. Eos curabis per oleum Antimonij & Apodeldoch in exterioribus, velut & per *Balsamum Hypericonis*, quem in Chirurgia meâ descripsi: item per Balsamum Tartari Acatiati: quibus omnibus successu & euentu felicissimo vtêris. Porrò operam quoque dabis, vt deinceps conserues, eo modo, quem in initio capitis præfiniui, ne in postero tempore lapis alius renascatur, & dolor posterior priore truculentior fiat. Postremò enim non in principio mala grauissima incumbunt, quæ tandem mors terminat. Sed artes quidem aliæ quoq; supersunt, veluti sunt sectiones. Quæ si benè cadunt, quis eas vituperabit? Magna tamen pars eorum, qui istas tractant, suo priuato commodo velificantur, qui rarò secant, nisi priùs mercedem mediam abstulerint. Vtcunque ergò succedat sectio, iam pars pecuniæ dimidia, vel ea tota ab ipsis recondita est. Id in istis impostoribus latu indignũ est. Nam cùm videant, impunè omnia omnibus licere: ad scindendum promiscuè omnes irruunt, vtcunque alea cadat. Si ars non prodest ægro, prodest tamen marsupio. Hanc illi suæ professionis sũmam habent. Tales plerique sunt Balneatores, rasores, chirurgi, & his similes alij. Sic ergò Medicina spelunca latronum fit. Quin ipsi quoque Doctores tã periti & industrij non sunt, vt rem & malum ipsum penitiùs cognoscant, cùm tamen per signa à me descripta, probéque ipsis attendenda, dignoscendorum affectuum tempus ac instrumenta sufficientia haberent, & vrinam nostro more, non suis speculationibus iudicare facilè possent. His tamen omnibus spretis, satis ipsis est,

A podeldoch remedium lapidis cum vlceratione.

Sectio lapidis vesicę.

Temeritas quorundam in secando calculo

Medicina spelunca latronum.

Medic. repreſio.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 370 sur 913

in asinis superbè incedere, laureos ac florenos condere, suisque chirurgis ac balneatoribus assentatoribus mediam partem extorquere ac procurare. Hinc fit, vt nouissima primis semper deteriora reddantur. Si salus non procuratur ægro: at loculis corraduntur aurei. Verissimè ergò dicere liceat cuipiam Medicinam hodiè nihil esse, nisi impostura, nisi nugas, nisi phantasiam: cùm nulla à quoquam opera, quæ probam sustineant, & per quæ ars stabiliatur, edantur. Et hęc qui seriò & intimè pensitat, is facilè videt, quantis impostoris & vanitatibus omnia fœdata & corrupta sint. Beatus autem ille, ex prauis bona qui seligere nouit. Beatus ille, qui in loco *Sareptæ* sedet: is non fallitur. Apagè hanc legem aut licentiam, quòd de homicidio admisso Medici responsionem nulli debeant. Hæc impunitas iam quemuis agasonem Medicum fecit. Procul autem & hunc morem, pecuniam scilicet numerari pro arte, quæ ægrum interemit.

Medicina hodierna qualis.

Homo à liquore conseruatur.

Balsamus hominem sustentat

Balsami humani subiectũ sal.

Balsamus terræ.

Cura lapidis vesicæ qualis.

CAP. XXI.

De lapide vesicæ, sponte naturæ ex humiditate salis cruoris siue vrinæ cruoris generato.

IAm autem porrò attendite de Tartaro interno, non ex causis externis seu Tartaro externo generato: Is ex ipso corpore, in quo iacet, oritur & emergit. Iam verò æquum est, vt propter curationem generatio eius breuiter repetatur, vt eò certiùs & faciliùs intelligatur. Id hoc modo fiet. In corpore liquor quidã naturalis conditus est, qui suam vniuersò corpori humiditatem impertit, sine quâ humiditate corpus viuere nequit. Producamus exemplum. Huiusmodi humiditatem in se terrâ quoq; habet, per quã sustentatur & vegetatur, vt fructus proferat, quos aliàs proferret minimè. Iam verò illa humiditatem hanc ab aquâ desumit, quæ terram ipsam permeat, & poros eius omnes peruadit ex parte vnâ: & porrò etiam ab impressionibus olympi, per imbrem, rorem, &c. vnde terra extra, hoc est, in superficie humectatur, & Elementum aquæ eam infra superficiem humectat. Hisce ergò à liquoribus terra in sua essentia & vigore conseruatur, ita vt ferendis, & gignendis fructibus apta sit. Similis humectatio in ipso quoque homine est: adeò, vt terra ipsius, hoc est, caro & sanguis, ossa ac venæ sine humiditate illâ nihil valeant ac possint. Homini ergò Elementum aquæ inest, à quo humectatur. Huic accedit Meteorica impressio, quæ humectat in ipsius superficie. His præconceptis, scitote quod, cũ homo caro ac sanguis existat, opus etiam Balsamo quodam habeat peculiari, à quo conseruetur & sustineatur. Is in corpus salis positus est. Sic ergò à sale homo cõseruatur, veluti à Balsamo. De hoc exẽplum notate. Simili ratione ipsa quoque terra Balsamum suum à sale habet, vnde conseruatur. Iste sal si suum excrementum emittit, salpetræ inde emergit, &c. Sic in homine quoque, si Balsamus excremẽtum suum dat, & suas secretiones, tunc nisi virtus expulsiua adsit & expellat, spiritus accedit coagulationis, & ipsum in Tartareum lapidem coagulat. Hi lapides omnium durissimi sunt, & qui dolores omnium sęuissimos concitant. Sicut ergò percensui, hâc methodo & ordine cura institui debet, non ad Tartarum intendendo, sicut hactenùs descriptum est. Tartarus enim iste in Medicinâ peculiaris est: peculiaris etiã eius origo est. Ideóque alius etiam in essentiâ & conditione suæ Medicinæ. Et vt propiùs ad curam descendamus, debet illa procedere ex eo, ex quo ipse quoque morbus prodiit, ex corpore nimirùm, ex quo lapis ipse genitus est. Et licèt hic figillatim de solo vesicæ lapide loquar: simul tamen etiam loquor de omnibus locis, in quibus Tartarus adhæret. Nam sicut Tartarus peregrinus sua loca quærit, sic eadem similiter Tartarus quoque cruoris quærit. Hoc modo excrementũ Tartari naturalis deorsum ad vesicam abit, descendit ac destillatur, & conuenit in canali vno, qui ad vesicam contendit. Non secùs ac multi imbres desuper cadunt, ac in riuum vnum confluunt, & cum hoc abeunt: ita in corpore quoque idem accidit. Ad curam verò quòd attinet, scire debetis, quòd, vt diximus, ex solo isto Medicina oriatur, ex quo ipse quoque lapis nascitur: hoc est, in cruore situm est mysterium arcani, quo lapis iste dissoluitur, & reducitur in suam primam materiam. Debet autem cruor è vestigio coagulari in vitreâ phialâ per aquam feruentem. Postea suo more optimè calcinandus est, & cum vndâ propriâ extrahendus, & volatilis faciendus, vt nihil de ipso, quod ascendat, reliquum

Vnde morbus, inde cura.

Liquor naturalis corporis similis liquori terræ.

Terra fœcundatur ab aqua.

Cruor mysterũ lapidis veficę.

Cruor vt præparetur.

reliquum maneat. Huic liquori quantitatem dimidiam de liquore duræ glacici adiice, & per syringam administra. Vsq; adeò enim subtiliatur, vt in potionibus penetrare non possit, sed euolet, & ascendat nec descendat. Optimum quidem & conuenientissimum est, vt Regimẽ & balneum instituas, *sicut dictũ est*, & insuper processum Tartari peregrini in vesicâ & renibus obserues. Sed id, quod per syringam iniicitur, negligendum minimè est. Hoc enim arcanum primarium est in lapide Tartareo cruoris natalis.

Syrinx, instrumentum Med.

Sed porrò processum quoque & ordinem alium notate de destructione vniuscuiusque Tartari siliceti, marmorei, &c. quales in renibus & vesica generantur, quòd, quæcunque aurum liquefaciunt, & id in Resinã soluunt, eadem etiam omnia huiusmodi Tartarea genera reducant ex coagulatione suâ in liquefactionem resinitatis. Etsi verò multis probabile fiat, non nisi per corrosiua id præstari & impetrari posse: mihi tamen certum est, non corrosiua sola aurum reducere. Sunt enim alia quædam etiam simplicia aurum soluentia, quę tamen ex classe corrosiuorum minimè sunt. Huius census est *Manna* extracta ex floribus. Ea si in circulationem datur, aurum reducit. Eodem modo quemuis eriam tartarum reducit, cuius generis sit, si per syringam administretur. Rhombus omnis in hoc situs est, vt illa Tartarum reperiat, attingat & comprehendat. Præterea sunt etiam essentiæ vini Cineratæ, quæ ipsæ quoque aurum in oleum candidum soluunt. Et quanquàm eius quidem aliquid iterum reduci possit, non omne: ea tamen solutio sufficit, nec in homine iterum coagulatur. Ideò cum virture expulsiuâ tempestiuè ita agendum est, vt expellat lapidem, solutum, dum in liquidâ resolutione adhuc persistit, si quid verò extra quidem hominem coagulatur, & in suam vltimam materiam iterum reducitur, parum refert. Sic ergò iam Curæ Tartarorum sufficienter traditæ & comprehensæ sunt, modo medicus intelligens & peritus sit, non solùm receptorum scriba, qui artificio solito suo, *Fiat Potus*, imposturas agat. Alio omnino fundamento ac artificio opus est, quàm vt scribatur, *Fiat Recipe, & decoquatur secundùm vsum.*

Cura secunda Tartari siliceti, &c.

Aurum etiam sine corrosiuis soluitur.

Manna extracta cineratã aurum reducit.

Essentię vini cineratę aurum & Tartarum soluunt.

CAP. XXII.

Vberior declaratio & institutio præparationis & administrationis eorum, quæ in hoc libello comprehenduntur.

SCribere quidẽ nobis & docere procliue admodum & facile esset, si præstò offerrentur, qui eadem legerent & intelligerẽt. Si enim cũ huius sęculi Medicis de vero Medicinę fundamento disserere satagas, idem ferè agas, ac si quendam calceos conficere doceas, qui tamẽ nec filum, nec modulum an ligneus sit, nec atramentum, quid sit, nouit. Cum tali quodam quis de arte disseret, qui tamen ne prima quidem principia degustauit? Sic si ego dico, *Accipe hoc, fac ita*, tunc ignorant illi, quidnam hoc, quidue illud sit, quod facere debeant Hæc verò peritia sit & intellectus, opificem ipsum suæ artis instrumenta ignorare? Certè non secus res habet, ac si numularium quis se venditet, & monetæ imperitus sit: aut si, qui permutandis & vendendis equis negotiatur, non nôrit equos. Subindè tamen illi ipsi occinere hoc solitant: scribe, vt intelligâris. Imo discant ipsi discipuli, vt intelligant. Vtrùm quæso, horum scribo equidem: an ipsa principia, elementa, fundamenta: An quæ ad hæc consequuntur? Iis equidem loquor ac scribo, qui ipsa iam dum principia assecuti sunt, non tyronibus. Quod si ergò tyrocinia prima ignorant illi: quid cum ipsis explicandà arte proficias? Baccalaureum esse, & nihil intelligere: Magistrum dici, & nihil scire: Doctorem iactari, & tantùm opinari, id quidem nimis vile & euanidum est. An libri vestri vniuersũ Medicinæ fundamentũ contineãt, nec ne, id ex vobis quæro? Si omne illud continent: nullius ampliùs indigi estis cognoscendi. Sin minùs, opus certè erit, vt multò plura addiscatis & teneatis, quàm asinos aut Camelos equósue ac Dromedarios ad visitandos ægros asscẽdere. Si, medicina tota in vestris libris comprehensa esset, ægri de vobis nullas querelas spargerent.

Med. huius sęculi reprehens.

Opificẽ artis suę instrumenta ignorare turpe.

Hoc in libro solum Tartarum mihi explicandum proposui: quod doctrinâ duplici confeci. Prima fuit de *Tartaro peregrino*, velut communiore. Altera de *Tartaro cruoris*. Quæ mea Theorica, etsi quidem noua & peregrina videatur: quo tamen fundamento, quâ experientiâ, quibus veritatis mometis mea stabiliam & demonstrem, ipsa litera ac contexte clarè loquitur, secundùm quẽ tam mea quàm vestra iudicanda vobis defero.

Tartarus duplex: peregrinus cruoris.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 372 sur 913

Nec puto quẽquam ita imperitũ & ignarum fore, qui iſta nõ intelligat. Tá plana enim ac dilucida mea eſt Theorica, vt vel à muto intelligi queat. Huic ſubnexui curas, ſicut capitulorũ ſeries docet: Et me quidẽ ipsũ veſtrę ruditatis piget, qui iſta legitis, nec intelligitis, quæ tamẽ ad artem veſtram pertinent. Vnus idem ex Religione veſtrâ, ex profeſſione operetur. Quàm verò probroſum Theologo futurum ſit, ſi Euangeliſtas non legerit, aut de quónam Dauid locutus ſit, ignorauerit? Quanto dedecori Iureconſulto erit, ſi Imperatoris poteſtatem, voluntatem ac leges is non nouerit? Quæ ignominia hominis Chriſtiani ſit, qui Chriſtianiſmo ſe addicat, & Chriſtianorũ articulorũ imperit⁹ſit? Nauci hi omnes homines ſunt, rei nulli idonei. Quî verò volare auis poſſit, alis & pennis ſuis orba? Qui ſalutari Doctor queat, qui ſuis, quibus euolet, alis inſtructus non ſit? Ipſa S. Scriptura etiam profitetur, *Fidem ſine operibus mortuã eſſe.* An verò non mortuũ quoq; nomẽ ſit ſine operibus? Non mortuus ſit Medicus ſine Medicinâ? Nõ mortuus ſit magiſter ſine arte? Vt duo perpetuò iungantur & cohæreant, prouidentia Dei curauit: Fidem nempe & opera: Doctorem & doctrinam: Medicum & Medicinam: magiſtrum & magiſterium. Horum enim nullum per ſe ſine alio ſubſiſtit, ſed vtraque perpetuò ſeſe conſequuntur & cohærent. Vndè rectè etiam exclamatur: *Væ illi, qui ſolus eſt. Is ſi ceciderit, quis ipſum eriget?* Idem hùc quoque quadrat: *Væ enim Apoſtolo, qui nulla ſigna operatur. Væ Medico, qui Medicinâ cáret. Væ pugili, qui gladium non habet. Væ Chriſtiano, qui operibus deſtituitur.* Cũ ergò ipſius quoque Dei voluntas hæc ſit, vt nihil ſolitarium agat, ſed duo perpetuò iungantur: id ſedulò quiuis annitetur, ne ſolus reperiatur. Solus enim qui cadit, is iacet. Et iſta vobis hoc fine hîc propono, ne *ſolis vos vſque adeò vnum ſitis.* Duo enim rem integrant, non vnũ, duplex, non ſimplex. Sic enim fiet, vt mutuò colloqui poſſimus, hoc eſt, legere, & genuino ſenſu intelligere. Planiùs autem vobis hunc librum declarare non poſſum, quàm vt primò ediſcatis veſtræ religionis, profeſſionis & facultatis rudimẽta, principia, & prima Elementa. Qui enim principia ignorat: quid is de fine ſciet, aut iis, quæ principia conſequuntur. Carnifex quidem Doctor breuem & amicam (vt ſibi ſomniat) admonitionem ad me literis miſit, quibus explicat, quàm reuerenter & honeſtè tot hactenus ſæculis Medicina habita & culta fuerit, æquum ideò eſſe, ne illam tam contumeliosè traducá, aut tot tamque præſtantes Doctores, qui arte & honoribus tamdiu præcelluerunt, temerè ſuggillẽ. Ego verò recordor, conſulem quendam in hac vel illa ciuitate maximæ dignitatis ac æſtimationis fuiſſe, & ab omnibus certatim maximis honoribus cumulatum: qui tamen tamdem in crucem actus ſit. Idem euentus alios etiam primores manſit. Si ergò nihil ſitum eſt in excellendo, ſed in honeſtè faciendo: cur quæſo non reprehendi debeat, qui is iactatur, qui non eſt? Et licèt quidem ignorantia id faciat: nulla tamen ferè ignorantia eſt, quin eadem tandem conuertatur & pateſcat. Et decuerat quidem, fabrum illum ad me de Eſſe, non de Haberi ſcriptitaſſe. Inſuper & alius ad me ſcripſit, fabrum illum bonum eſſe Latinum, ac elegantem Græcum. Sed quod maximè neceſſarium erat, omiſit, nempe, bonum ipſum eſſe *Medicum.* Sit *Ordinarius* quidem. Interim cùm Ordinarius eſſe poſſit intùs, foris, cyaneus aut viridis: tantiſper mihi hæc litera mortua erit, dum certiùs quid cognoſcá. Quod hoc loco ingemino, vt ſciatur deinceps, Medicinam non eo modo docendam diſcendámue eſſe, quo hactenus id factũ eſt: non ordinariè, ſed athleticè. Nam hîc cõflictus agitur. Hoc quiuis diſcatq; teneatq;, opus & nomẽ omninò coniungi ac cohærere debere: ac integrũ minimè diuiſum eſſe. Et tantùm quidem de Tartaro hactenus.

Duo perpetua ſunt in rebus omnibus.

Principiorum ignoratio infelix.

Galeniſtę cuiuſdam admonitio ad Theophr.

CONCLVSIO.

SIc ergo tandem, Clementiſſimi, clementes, dilecti, &c. Domini & amici opera ea abſoluta ſunt, quæ vobis, &c. ſummâ diligentiâ congeſta, bono ac candido animo dedicare volui: ſubmiſſiſſimâ reuerentiâ orans, obteſtanſque, vt clementer placidoq; vultu eadem accipere, & propter charitatem Chriſtianam typis in luccem edere dignemini. Niſi enim illorum publicatio per veſtras Celſit. & Clem. procuretur: præ Galeniſtarum machinationib. illa lucem nunquam videbunt. Primò quia nôrunt, hoc modo iſtorum ignorantiam detectum iri.

Secundò

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 373 sur 913

Secundo quæstum & prouenium culinarium deinceps minutum iri. Tertio, quia ferre non possunt, medicinam passim etiam apud vulgatiores innotescere, ne quid hoc pacto priuato ipsorum venatui decedat. Nec hoc interim cogitant, nihilominus certos fore Medicos Doctores, etsiquidem quiuis Medicus fiat. Omnino enim necessitas posceret, vt essent, qui aliis institutionem & doctrinam impertirent eius Medicinæ, cuius quiuis peritus esse deberet. Etsi enim medicamenta quidem apud omnes ægros sint: scire tamen debetis, ipsam experientiam & ordinem non cuilibet cognitam & vernaculam esse. Quanquam & ferre ego & optare possim, quemlibet sibi ipsi custodem existere. Quod tamē aliter prouidentia diuina disposuit: & sua dona viritim sua singulis infudit & impertiit. Quibus verbis, Reuerendiss. &c. Domini, hoc meum opus, hunc meum laborem vobis vnice commendatum volo. In quo si quid fors ineuidens & minus planum reperietur: id si me certiorem feceritis, summâ curâ & explicatione planissima à me prompte declarabitur. Hisce me vobis submississimè commendo, & offero.

SEQVITVR

Archiducatus Carynthij statuum responsio, quam post horum librorum dedicationem Theophrasto dederunt.

NOBILI, CLARISSIMO CELEBERRIMO DOM. AVREOLO THEOPHRASTO HOHENHEIMIO VTRIVSQVE MEDICINÆ Doctori, singulari nostro amico ac Domino.

Nobilis, Clarissime, Domine & amice dilecte: officia nostra ac propensio singularis primo tibi dicata sint. Tres tuos libros, vnum de morbis Tartareis: alterum, responsiones & defensiones quasdam: tertium, Labyrinthum, in vnum volumen abs te congestos, & laudatæ huic Archiducatus Carynthii prouinciæ, in cuius singularem honorem eosdem conscripsisti, dedicatos accepimus, legimus, ac contenta in iis ex ordine longo cognouimus. Tibi ergo, pro isto labore ac industriâ, quâ multi deinceps iiq; grauissimi morbi præuerti, ac sanitas perfecta (auxiliante gratiâ diuinâ) recuperari poterūt, cumprimis autē pro amicâ illâ dedicatione, dictæ laudatæ prouinciæ factâ & exhibitâ, humaniter ac sedulò gratias agimus: spem nobis indubitatam facientes, fore, ut laudata ista prouincia hunc tuum laborē & affectū eo, quo decet modo, agnoscant. Quod idē nos quoq; sedulò annitemur. Interim humanitatis & amicitiæ officia omnia tibi deferimus, sedulò id operam daturi, vt ista tua scripta primâ quâuis occasione typis excusa lucem videant. Quod tibi pro nostra propensa & amicâ affectione hisce significare voluimus. Dab. in Foro Claudii 2. Septembr. An. 38.

N.N.

Proceres Archiducatus Carynthij, quotquot Aulico hodierno conuentui interfuerunt.

Literæ sigillis 14. obsignatæ erant.

SEQVVNTVR

FRAGMENTA AD OPERVM MEDICORVM THEOPHRASTI TOMVM secundum appendenda.

FRAGMENTVM PARAGRANI THEOPHRASTI PARACELSI.

Liber quatuor Columnarum Medicinæ.

PRÆFATIO.

QVOD Philosophus sim, etiam extra vestram Lyram, id fas quidem ac æquum, verumque est. In hâc enim Philosophia consistit cognitio totius globuli, eáque per practicam. Philosophia enim nihil est aliud, quàm practica globuli seu sphæræ. Vbi vero practica vestra? Penes Aristotelem & Socratem. Philosophia

Philosophia quid sit & doceat.

Philosophia docet virtutes & proprietates terrenorum & aqueorum & demonstrat id, quod nemo hominum vidit vnquam, terram scilicet & aquam in suo Elemento. Et vos dicitis, cognita vobis elementa esse, quorum tamen ne quidem principium nouistis. Quanti verò stulti eritis in postremis, cùm tantopere imperiti fitis in primis? De Philosophiâ itaque hoc tibi dico, quòd, sicut Philosophus in terrâ est, sic itidem & in homine. Alius enim Philosophus est terræ: alius aquæ: & vtrique tamen Philosophus vnus sunt. Similiter duo quoque homines sunt, & vtrique tamen vna tantum Philosophia sunt. Et sic nedum Medicus adest, sed pars tantũ Philosophiæ, ad Medicum requisita. Tu etsi quidem Philosophus practicus sis, Medicus tamen nondum es. Quilibet enim experimentator Philosophus est practicus, nondum tamen Medicus.

Philosophus duplex, tamen vnus. Homo duplex, vnus tamen Philosophię.

Experimentator non est Medicus.

Philosophi & Astronomi vt differant.

Sic porrò etiam de Astronomiâ. Suũ Philosophum habet cœlum, suum etiam aer. Hi vocantur Astronomi. Qui verò circa terram & aquam versantur, dicuntur Philosophi: & res vna est, Astronomus Terræ & Philosophus Firmamenti. Vt ergò hic duo sunt Astronomi, qui astrorum proprietates & virtutes, adeóque Mannam Aëris cognouerunt: ita duo quoque sunt in homine Medici, vnus qui firmamentum ipsius, alter qui chaos cõsiderat: & tamen hi non sunt Medici, sed sunt Philosophi & Astronomi Microcosmi, velut in Elementis externis, ita etiam in internis. Sic ergò datur Astronomus Firmamenti, & Astronomus Physicus, & Astronomia vna est, vna est Philosophia. Medicus tamen nedum est, semen tamen adest, ex quo is enascitur. Vos verò stolati & annulati Medici vndenam enati estis? Ex bombis asinorum, & ficubus equorum.

Medicus vt ex semine suo fiat.

Ex semine autẽ isto quomodò emergit Medicus? Hoc modò. Si semen, id est, materia adsit, præparari debet. Sed à nullo præparatur, præterquam ab Alchimiâ. Hæc non est, quæ docet coctionem & præparationem, quam natura in hominis commodum instituit. Sic in hypericone ea virtutes multas nouit. Quoties verò alia virtus: toties alia præparatio. Hanc mandat ipsa Alchimiæ, quasi dicat: Ad hunc morbum hoc ita præpara: ad illum præpara taliter. Iam ergò exsurgit Medicus, & in Medicinâ emicat. Nouit enim fundamentum, & scit,

Alchimia quid tractet.

quę hic coctio, quæ præparatio necessaria sit. Quid verò fulgetis vos Monspessulani? vos Lipsenses? vos Viennenses?

Med. repręsent. artis.

Hùc, hùc diuertere cogemini, scituri nimirum, quid Philosophia sit, quid Alchimia, quásue natura præparationes instituat, quoue modo suos Alchimistas illa erudiat. Vbiam vos restitatis Apothecarii & sordidi coctores? Dedecus est & ignominia, rem vestram nihil esse, quàm putam phantasiam ac nequitiam, arti Medicinę vniuersæ aduersam. Papæ, si tandem publicitùs notorium fiat, quãtæ carnificinæ in deauratis vestris pyxidibus ac cocturis solemnibus condantur: ecquis opprobrii vestri modus erit? Res tamen sub radium protrahenda est omninò. Et licèt duplo quidem plures scorpiones meis cibis inderetis: vel sic tamen in vobismet ipsis, non in me, venenum istud operabitur, & callida vestra ac mẽdacia consilia vos ipsos oppriment, vobisque, non mihi, ceruices frangent.

A primo vestro edito scripto ad hoc præsens vsque momentum vestrũm nedum quisquam, quid Medicus sit, sciuit. Sciuistis autem approbè omnes, quid Sophista sit. Et quod nouistis, id esse tergiuersamini. Quod non estis, id vobis arrogatis. Medici non estis. Estis autem Sophistæ. Nouistis enim ac testamini ipsimet, quòd vel centum ægrotos non tractetis aliter, nisi per ignorantiam, spe boni successus: adeóque compertum vobis est, vniuersam vestram doctrinam, artem, doctoratum, libróque &c. tantum vobis industrię impertire non posse, vt vel minimum iudicium cum fundamento veritatis ex lotio ferre sciatis. Quòd si hoc non potestis, & iudicatis tamen: vos certè sophisticari necessarium est. Videte verò quem cum honore quæstum culinarium vestris doctricibus augeatis. Certè nihilo æquis & honestius, quàm scorta quæstum cumulant lenarum. Is nimirùm est Medicus, qui auxilii ferendi copiam habet, & morbos vi expellere nouit (de occidendo nihil loquor) sicut enim securi admota arbor certò & indubitatò sternitur: sic certa quoque Medicina est in ægroto. Quod si nec ego id possim: audacter dicite, meipsum quoque vobis peritiorem Medicum nõ esse. Ita enim comparata medicina est, vt non dubitando, sed vi instando, morbum exigat. Nihil imperfectum, nihil dubium Deus condidit, qualis vestra ars est. Is Medicus est, ita

Medi-

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 375 sur 913

Medicus crescit, si ex Philosophiâ, Astronomiâ & Alchimiâ prodeat. Quod quia inculco, & allego, ac super hoc fundamentum, meam Medicinam exstruo: ideò me membrum Medicinæ spurium, ac hæreticum, seductorémque criminamini. Cum verò testimoniis ipsorummet mendacium vestrorum scriptorum, Auicennæ & Galeni flagellemini: an ob id vestra latrocinia me opprimant? Imò florebo equidem, etiam tum, cum arefactæ fici maledictionem vos perpessuri eritis. Securis enim iam admota arbori est: nec cœlum suum ipsius malum porrò videre sustinet, verùm suos sibi Astronomos deinceps creabit, & terra suos Philosophos producet, ipsúmque adeò Naturæ Lumen suos Alchimistas progignet. Hi rerum potiti, vos cum superbis & cincinnatis vestris vxoribus iuxta canicidas locabunt. Hui, quam iustè, o lasciuæ ac fastuosæ Lupæ! Omne per fraudem partum bonum, luxurie istâ iterum perditum diffluet. Væ vobis, si lapis molaris de collis vestris suspendatur, Quam grauiter enim tunc expiaturi eritis lautulas vestras cupedias, luciolos nimirum, & Maluaticum: item sericeas & auratas tum riculas tum spiras (Hoc nimirùm modo diabolus suos educat, tales eos esse requirit, vt per fastum nimirùm ipsorum, de artis probitate publicè constet. Nulla etenim ars proba per huiusmodi luxuriem, bona lucratur. Nihil metuo, quin Doctores istos crepitarios, pedicularios ac frictores exscindã. Serpentes potiùs & venenatos oculos Dominæ Doctricis timeo, cuius lingua instar serpentis sibilat. Ad cloacas apage istas, non ad me.

Gal. & Auicẽna taxãtur.

Iam si sanatio Medicum facit, adeóque ipsum opus doctorem creat ac Magistrum, non Imperatoria Maiestas ac Papalis sanctitas, non Decanus: sciendum vobis certè est, quod huiusmodi sanatio ex longè alio fundamẽto ordiatur, quàm quod vos in vestris Academiis iactatis. Et cur vos saniores conuitium mihi de Lue Gallicâ scribendi dicitis, & me aliud nihil scire nugamini? An vero id tenue ac contemnendum est, si quis maximum, maligniſſimúmque ac latè dispersissimum morbum, de quo prior nemo commentatus est, describat? Ex hoc opere mihi potius honorem collatum iri sperabam. Quanquàm vt à vobis laudarer, nunquàm magnopere expetiuerim. Laudarer enim saltem ab impostoribus, quorum laus cruce rependi debeat.

Opus creat Doctorem.

Theoph. ob scriptum de Lue Venerea fugillatus.

Dum de pustulis curandis scripsi, simulac vnà conplexus sum Cæsares, Papas, Reges, Principes, Proceres, Nobiles, Ciues, rusticos, viros, fœminas, iuuenes, senes, credibilia & incredibilia: vt nimirum inde viderent & cognoscerent vniuersi ingentia naturæ mysteria, ac stupenda arcana, que Deus clementer nobis impertiuit. Iam si hoc fine donum illud assecutus sum, vt Deus in suis (non meis) operibus glorificetur: artémque conquisiui a Saracenis, Turcis, Barbaris, Tartaris, Germanis & Italis: tunc vos me nomine Medici indignum esse clamitatis, quandoquidem nihil aliud, quàm scabiem Veneream curare possim: cum tamen eo ipso scripto commonstrem, quòd cum omnibus vestris artibus ac scientiis puri puti stulti ac impostores sitis. Nec enim morbum vnum saltem meo instituto includo: sed quicquid morbosum existit. Quòd si ergò morbos in vniuersum omnes chirurgiæ comprehendo, nullo quoque excluso: an id vobis nihili sit? Quantæ inciuilitatis est id, aut dicam malitiæ, quòd, cùm videatis, Beanissimum vestrum nec Theologis, nec Iuristis, nec Linguistis, nec Poetis, nec vlli professioni probari, ne sic tamen vosmet ipsos intus accuratiùs æstimetis, sed porrò probrum vestrum accumulare pertinacius pergatis? Tum verò demum probrorum vestrum lerna effundetur, si producturus in lucem sum illa, de quibus nondum somniatis. Nec enim vestras saltem nequitias ibi flagellaturus sum, sed insuper etiam seriâ cẽsurâ torquebo nouos illos & mendaces Medicos, qui demum enascentur. Nam intricosis illis ineptiis sese exercebunt non segniter.

Vtut verò ista habeant, ante omnia cauete vobis ab auditoribus illis, quos Basileæ reliqui, qui plumas de meâ tunicâ legerunt, qui calefecerunt mihi vrinas, qui mihi vltro arriserunt, ac blanditi affectatique sunt, veluti catelli hero faciunt. Hi enim sunt erúntque nebulones omnium maximi, impostoribus omnibus & nouitiis medicis longè superiores. Monitos ergò vos omnes volo, vt venenum ipsorum caueatis. Quod ex me habent, de isto sibi gloriam struunt, si bene succedat. Sed isti nimis præcoci fugâ scholam deseruerunt: & sicut fur, manè sese e domo abripit prius, uàm

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 376 sur 913

quàm homines ſurgant, ſic ipſi quoque præmaturiùs effugitauerunt, nec honeſti ſui diſceſſus teſtimonium morati ſunt.

Theophraſtus ab aduerſariis Lutherus vocatus, & Cacophtaſtus

Vos ex genimine viperarum eſtis, nec venenum veſtrum occulitis. Quod, vbicunque poteſtis, nullâ dilatione effũditis. Itaque ex ingenio Leuiathan me odiſtis. Cum præſidium vobis ad eludendum me non promptum eſſet aliud, ex me Lutherum feciſtis. Heus vos, Lutherus non ſum, ſum Theophraſtus, quẽ Baſileę Cacophraſtum vocaſtis, quod facere ſolent N. & F. An me verò putatis tantùm eſſe Lutherum? Qui præterquàm quod alias etiam Chriſtianus ſum, priuatim inſuper officio longè grauiori & ſublimiori quam Apoſtoli donatus (hoc eſt Medicinâ, Philoſophiâ, Aſtronomia, Alchimiáque inſtructus) viuo: & non plus ipſo Luthero ſum? Imò & huic & vobis negotium ego faceſſam. Non neſcius es, me Luthero res ſuas relinquere. Meas autem ipſe viciſſim tuebor. Nec enim is meorum calceorum vinculum vel minimum ſoluet. Cur autem id facitis? Ideò nimirùm, ſperatis Lutherum concrematum iri. Ideò & Theophraſtum idem fatum manere perſuaſum habetis. Quare, veſtram ſimplicitatem cumprimis prodidiſtis, quod neſciatis, quo fato Theophraſtus obiturus, aut ad quidnam is prædeſtinatus ſit: nimirum non ad ignem, non ad voluntatem ac poſtulatum veſtrum, ſed morietur is eâ morte, quam ſibi ipſemet elegit. Hoc fato Theophraſtus occumbet. Beati etenim ſunt illi, qui mortem ſibi ſuam deligunt. Pudor vobis admodùm neceſſarius eſt, quòd me Lutherum vocetis, cui omnium maximi ac plurimi nequam infeſti ſunt. Sic vos & mihi. Sed pro ioco adducendo nouâ me iſtâ appellatione ſalutatum voluiſtis. Exitus tamen iſta multo certiùs teſtabitur, quàm iam ſperatis. Mihi vos carpere, exagitare & pipulo differre per omnia integrum eſt. Tutior enim à vobis ſum, quàm putatis, qui nihil nouiſtis. Tutus à vobis ſum, nihil vel dum expertis, atque vix dignis, qui cum canibus conſideatis. Quod ſi Mediolanum ſuorum hoſtium adeò ſecurum eſſet, ac ego veſtri: certè nec Heluetiis nec militibus aliis ſcriptis opus haberet. Nec enim vos Aſtronomi aut Philoſophi eſtis, verùm nugatores; nec magis vobis facultas veſtra conuenit, quam rabulæ iura, cuius res omnis putida & fragilis eſt, quam ſolo garritu & odioſo clangore tueri quærit. Vos in veſtris defendendis idem æmulamini. Cadauer quidem non impigrè ac inſtrenuè tueri vultis: ſed id tamen ex vobiſmet nimis latè olet. Verè ad vos intendit digitum Chriſtus, de Phariſæis quando dixit, Vos ſepulcra ornatis defunctorum. Nam & veſter cõptus ac ornatus omnis nihili eſt. Vtcunque enim vos ſubtiles, diſertóſque ac humanos, pictóſque præſtetis, Nequam tamen intùs ita occultari non poteſt, quin exhalante fœtore prodat ſeipſum. Tyrones vos vocaui equidem pharmacopœorum. Id verum eſt. Sicut enim tyrones rogant, Domine, quid hoc eſt, quod nomen habet? ita horum exemplo vos quoque dicitis Quæſo verúmne id eſt? De hoc multa legi: ſed per Deum id non noueram. Sic ergò ipſa ſciſcitatio veſtra vos tyrones eſſe (ſaluo veſtro honore domini Doctores) prodit. Quòd ſi ſeplaſiarius iterum roget: Excellens Domine Doctor, an non nouiſti hoc: tunc tu Domine Doctor reſpondes, per Deum non noui. Hoc per Deum verum eſt. Sic ergò publicè picti & fucati moriones eſtis ac fatui. An vero id probro vobis ſit, ſi ſeplaſiarius, qui beanus eſt, & cornutus, imò nihil, vos dominos Doctores informare & docere cogitur? Is verò imperitus tyro non ſit, qui rem propriam, quam manibus gerit, non nouit, non tenet? Iudicium de vobis ipſi facite.

Theophraſtus plus Luthero eſt.

Theophraſtus qua morte obiturus ſit.

Quod vero non vt ipſi conductu publico in aulis Principum & ciuitatibus meream: ob id mihi plus curæ incumbit. Ipſi enim vt moriones & calefactores alii conducti ſunt. Tales etiam ſunt iurati Chirurgiæ Magiſtri Norimbergici, qui (gratiâ diuinâ) numero quaterni cenſentur. Imò conducti ſtipendio moriones ſunt, quos impoſtores quæſo ſedulò euitate. Vi enim impoſturas ſuas obtrudunt hominibus, quâ in re promotione & tutelâ vtuntur Principum, regionum, ciuitatum. Bellum verò ciuitatis id ornamentum eſt, ſi quatuor iuratos impoſtores alat, qui concepto voto ſe obſtringant, quod nihil aliud, quàm fraudes & impoſturas facturi ſint. Eodem modo etiam Domini Doctores iuramento ad ſimiles fraudes faciendas obligãtur, quòd in ſuum commodum vrinas ſpectaturi ſint, quantum quidem in Academiis dicerint. Quàm iniqua verò illa Magiſtratus ſimplicitas eſt, quòd homines hos ad iuramentum adſtringat, quos tamen

iuramenti

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 377 sur 913

iuramenti tenaces non esse posse probè exploratum habet? Nec enim ob artem suam quisquam iuramento vinciri aut obligari debet. Præterea, cum iidem, quid ars sit, nondum nôrint: quomodò quæso arti ingenuè exercendæ nuncupatum votum dabunt. Quomodò, quod optimum sit, sub iuramenti fidem testabũtur? Nam quid optimum in medicinâ sit, nec senatus, nec principes nôrunt. Quid ergò iuret is, qui venenum illicò & fel optima iurat? Nec enim is ista intelligit, quem tamen vos interim iuramento alligatis. Artem potiùs & doctrinam eorum iudicate, nec tam prompte cuiuis stulto iuramẽtum imponite. Portandis enim illi iuramentis assueti sunt, veluti asini saccis. An verò id non reprehendendum in Magistratu sit, quòd, etsi videant quidem, suos poliatros in lotio iudicando omninò imperitos esse, eos tamen nihilominus ad prouinciam hanc dextrè administrandam impositò iuramento arctè sollicitent? Et licet suis digitis quidem nôrint melius, quòd suis illi remediis multò plures contractos & enectos, quàm sanos faciant, aut eripiant: cogunt tamen eos, vt iurent, se suũ officium fideliter & sine fraude administrare velle. An verò hoc probè consultum sit? Simili iuramento oneratis etiam hospitalia, ac miscellos homines latrociniis vestris excoriatis. Quis verò voto facto astringere se potest ad sedulo exequendum id, quod nescit? Hoc interim prætextu, quicquid fraudis & maleficii committitur, id prætento iuramẽto vniuersum excusatur, ac probè omnia confecta data sunt: *Nostri enim Domini ad hoc ipsos conduxerunt.* Quid verò hoc tandem iuramenti est præposteri? Certè leue hoc non est, quod ægrotis, pauperibus simul ac diuitibus nobilibus ac ignobilibus prętexto iuramento tam illiberalem fucum facitis, vt putent mera Euangelia illa esse, quæ iuramento vestro attestamini. Morem ergò hunc prauum antiquate; & facite, vt per præstitum illorum iuramentum & vestrum cõductum publicum simpliciorum nemo deinceps supplantetur. Conscientias vestras pulsate, ò proceres & magistratus, & simplicis plebeculæ candidam fiduciam æstimate, quę plùs non potest, quã credere, eos, qui in conductu sunt, omnia quàm rectissimè administrare. Cogitate, de Medicinâ neminẽ iurare posse: & hic vestram simplicitatem nimis manifestam esse. Cauete falsum iuramentum, & deceptorium cõductum. Parcite simplicioribus: & conscientias vestras saluate, nihil attendentes vel ad amicitias, vel gratiam &c. adulationémue ti &c. nec ita leuiter iuramentum decernite: Expendite potiùs, quanperiurium periculi sit, quantæ labis sit, testari de re non intellectâ. Quasi verò id satis sit, si dicatur: Benè fecit, nam meis Dominis iuramentum dedit &c. Væ autem vobis iuratoribus. Mihi autẽ Magistratus, hoc, quicquid admonitionis est, vitio minimè dabit, sed grato animo acceptabit potiùs, quod demonstrem, quæ hactenus is nondum intellexit, Adeóque operam haud segnẽ dabit, ne simpliciores deinceps per istas impostoras decipiantur: seriámque cogitationem tandem suscipiet, de leuitate illâ reprimendâ, quę basim suam habet infutili mendacium Medicorum cõscientiâ, & maledictâ meretriciáque ipsorum Medicinâ. Annuo stipendio accepto haud perplexatè illi iurarent, omnia in vniuersum vera & recta esse, quę tamen scirent esse omnium falsissima & putidissima. Et hisce omnibus iuramentum deinceps minimè imponite: sed in re tam arduâ discrimen personarum habete. Hi enim similes sunt institorum in foro. Sed cogẽtur hi mecum de præmio cursum certare tandẽ. Et in me quidem quantum est, faxo, vt suas inunctiones, suffitus, lignum, lotiones, sectiones, cauteria &c. aut tandem omittant, aut cum ipsis malè pereant. Quod si autem omninò de seruandis vnctionibus contendant: agite, inungantur ipsimet, vt doctrina & labor in ipsorũ caput cõuertatur. Hoc enim illi semper ac assiduè ingeminant, inunctiones istas nulli dolere, & ægrum à periculo securum esse. Quod si ergò eas experiantur ipsimet, tum demum sentient, quę onera ægrorum dorsis imposuerint. Suum Hæreticum, suum Lutherũ &c. me illi criminantur. Si vos iusti estis, prodite. Nec enim vos irritãdo desistam equidem, donec in radium tenebriones protraxero. Hunc saltum mecum vel inuiti saltare cogemini. An verò Cacophrastus ego vobis non satis sum? Peierauerim equidem, nisi calceorum meorum corrigia doctior & peritior sit vestris vniuersis præceptoribus Galeno, Auicenna &c. adeóque omnibus etiam

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 378 sur 913

Academiis. Id si vos non creditis: vtramque curam libellæ imponite, & vtranam præponderet, haud tardè videbitis. Quæ vero tandem nugatorum Doctorum istorum peritia est? Quóue vestris præceptoribus ornamento estis? Horæ equidem illi iam introitum faciã, quâ vos permingant canes, & pueri in plateis sectentur, stulti, stulti, subinde inclamitantes. Quin & hoc equidem accurauero, vt tandem aliquando de facinoribus vestris, ac latrociniis seriam rationem reddere cogamini. Ecquid placet hîc vobis vester Cacophrastus? Bono autem auspicio rem hanc occœpi: & occœpi ita, vt finem non sit habitura. Vestra autem nec consistet, nec ad finem durabit. Et vobis adeò exquisitè quidem intendatur fidiculę, vt tandem vosmet ipsi cum vestris libris, iniunctionibus, suffitibus, lignis & aquis ad vniuersorum spectaculum, in vacuo aëre pensiles futuri sitis. Ne gloriemini, vos Patrem Galenum, Auicennam &c. pro vobis facientes habere. Ne iactetis, consuetudinem vestram iam longis à seculis deductam esse, adeóque vel in posterum diutissimè florentem & vegetam futuram: modò interim nemo à Theophrasto, cuius secta, superueniente vestrâ, omninò ac funditus peritura sit, se irritari patiatur. Contrà prædico equidem vobis, cœlum ipsum iam Medicum esse, à quo exolera vestra consuetudo exterminabitur, veræq; ac genuinæ artes, vt Philosophia, Astronomia, & Alchimia inquirentur & proferentur, ac ex Magis Gabalisque (quæ vobis diludio sunt) veritas sub Solem protrahetur, & vobiscum vestræ ineptiæ in lacum Pilati effundentur & mergentur, ne eas deinceps vnquam vel Sol vel Luna vllúmue astrum aliud aspiciat, sed eum omninò proiectæ in locum sint, vbi nec ipsa terra eas accipere possit. Vbi ergò tum temporis vestra consuetudo erit? Vbi vestra domina Doctrix quæstum culinarium accipiet? In Cruce nimirum, ad quam genuina huiusmodi plura congregantur. O væ tibi Domina Magistrâ.

Quàm lubenter, quod vobis toties obiicio, vos mihi quoque impingeretis, vt dicatis, meipsum quoque non minus vobis, ægros perdere? Neutiquam nullo modo. Imò, quos vos perdidistis, hos equidem restituendos suscipio. Si non ex spe succedit, causa vestra ea est, qui eò ægrũ præcipitastis, vt sanari nequeat. Quomodo enim quod morti vicinum est, per naturam restitui possit? Quoties autem hanc vestram culpam mihi impingere annisi estis? Sic & hoc vobis semper in ore est, nec Theophrastum quidem ipsum; hunc illúmue restituere posse. Gratia vobis autem domini Doctores, qui tam flagitiosè per inunctiones, fumigationes, vesicationes, sectiones, vstiones, lotiones, ligationes &c. miserum ægrum perdidistis. Quis enim tantam hydrargyri molem extrahere possit, quantam vos vnguentis & suffitibus vestris ingeritis? Hic sexies inunctus est, iste decies, ille vigesies: hic toties suffitus est: iste toties lotus est: illi toties cura ligni adhibita est: adeóque in hunc impulistis hydrargyri ℔ j. in alium ℔ ij. in tertium ℔ iiij. Quæ vestra omnia flagitia quis quæso vbiuis emendare possit? Et tamen vobis solatio est hoc, quòd dicere liceat: Ho ho, nec Theophrastus ægrum sanare nouit. Istam verò pollutionem vestram ac commaculationem quis eluere possit nisi Carnifex? Is ipse vos fumigare & inungere debebat. Quã gratum hoc vobis futurum sit, si flagitia vestra & facinora imputari mihi intelligatis? Sed ita vestrummet malum proditis. Cum ergò pernouerim, vos nihil nisi vnctores & lignarios Doctores agere: cur quæso vos metuam. Certò mihi compertum est, quod sine ligno nec Doctores vos, nec Academiæ vestræ omnes, quicquam vnquam præstare possitis. Quicquid enim vel discatis, vel studeatis, vel legatis: tandem tamen lignum vnicum, extremum vestrum asylum est. Tantúmne verò temporis vestræ reuerentiæ ad discendum lignum opus est? Ecquando autem pergetis ad pustulas? ad viscum? ad cortices? Iam anni sunt quindecim & plures, quod in discendo ligno desudastis. Quis studij huius erit finis? Et tamen interim vtilitatis ne quidem ramentum vnum comprehendistis. Quando autumnus vester erit, vt fructus vestri matureſcant? Phui, ad tantum probrum quòd non erubescitis, quod fabri iam ac omnes rustici nõrint, sine ope ligni vos totos stultos esse. Væ arti vestræ! Hæc enim si in Academiis discitis: scholæ certè triuiales iis multo potiores sunt. Vestræ tamen naturæ cum caprarum ingenio conuenit. Hæ arrodunt summa quoque

scandunt

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 379 sur 913

ſcandunt ſublimiùs, eò cerebrum ipſorum doctius euadit. Infima putant venena eſſe: & ignorant, ſuperiùs non magis quã inferiùs folia vigere. Cur enim folium ſuperius inferiore ſapidius vel melius ſit? Nihil eſt. Cur ergò ſcholæ altiores quoque inferioribus meliores ſunt? Nihil eſt. Fraudes vbiuis diſcere potes: probitatem autem in ſcholis tantùm infimis. In ſcholis enim ſuperioribus potentes tantùm ſedent, quibus veritas pudori & rubori eſt. Inferiores autem ſcholæ veritatem ipſam auidiùs cõplectuntur. Tu ergò Domine Doctor Crepitator quid in ſublimi facis? Nimirùm telas aranearum captas, quibus artem tuam obſignes.

Quòd ſi ergò iam Doctores vos Lignarii, Tubingæ, Heidelbergæ, Viennæ, Lipſiæ, Ingolſtadii, &c. creſcitis: licebit vtique mihi vobiſcum iocari & colludere. Lignum enim durum eſt, nec prompte ſeinditur: nec ad iacula facienda idoneum eſt. *Terribilis* tamen ex eo fieri aptè poteſt pro vobis: pro ægris autem, *Dilexi Domine animam meam.* Iã verò ſeriò vobiſcum hoc penſitare debebatis, ne vobis ipſis terribilem faceretis, ſed potiùs ægris. Qui ſibimet ipſi de aliis Encænia facit: is falſus eſt. Encænia debent eſſe eius, cuius ſunt, templi ſcilicet, non ruſticorum. Sic & cum ægrotis. Sanitas, ac gaudium, & Iubilate, debebat eſſe horum, non veſtrûm. Vos tamen vobiſmet id arrogatis, & fruimini indulgentiis more ruſticorum, qui indulgentias ex templo auferunt, ipſi ſibi reſeruantes nullas. Sacrificus nempe indulgentias diſtribuit, & ſe negligit. Sic vos etiam ægris indulgentias impertiri debebatis, vt ſaneſcerent: cùm tamen econtra veſtris illi litare culinis cogantur, vóſque adeò ſaltetis, illi plorantibus. Sed hęc ſic abeant.

Theoph. doctrina tribus nititur.

Sed ad propoſitum meum vrgendum hoc addo. Cum tria omninò ſint quibus doctrinam meam ſuperiuſtruam, ſcilicèt Philoſophia, Aſtronomia, & Alchimia: porrò de his tractaturus tribus ſum, vobiſque explicaturus, quomodò illa rata, adeóque ex imo vſque fundamento explorata habeam, vt ab illis dimoueri & deiici nullo modo poſſim. Huic meo fundamento mordicus adhærebo, vóſque per iſtud eò redigam, vt à porcis in cœno miſerè volutemini. Et cùm inuentiones omninò nouas, ſectis vniuerſis ſpretis & abdicatis, adducam, nouámque monarchiam conſtituam: vniuerſos lectores ſeriò rogatos volo, ne pręcipitantiùs & incogitantiùs iudicium ferant, ſed ipſa volumina meæ Philoſophiæ, Aſtronomiæ & Alchimiæ ſedulò perlegant. Quibus lectis & intellectis, meorum librorum tractatus illos vobis expediam, quos intellectu nimiùm difficiles vobis eſſe arbitramini: nempe tractat: de Ligno, de Impoſturis lib. 3. Hoſpitalis lib. 1 tractatus quatuor: de cauſa & origine luis Gallicæ lib. 8. In quibus cùm diſſentaneæ opiniones declarandæ ſint, ex vſu omninò erit, deſcribi Medicos, quomodò inter ſe illi diuiſi ſint: quo facto librum de lue Gallicâ finiam, & ad morbos alios explicandos me conuertam, modo Deus mihi auxilio ſuo præſtò ſit, qui preces exaudit omnium ad ſe clamantium, qui Medicum etiam ipſe creauit, non ſolum eius carnem, ſed etiam ſanationem per ipſum faciendam, cui gratiam ſuam offert. Quam quidem nulli offert, niſi pulſanti & petenti: Vale. In Beritzhauſen.

Homo conſtat ex aqua, terra & mineralibus.

Quandoquidem ergò in Philoſophiâ Medicinæ fundamentum conſiſtat: hanc tali collatione factâ deinceps cognoſcemus. Primò autem ſciendum eſt, hominem ipſum non minùs ac globulus exterior, Aquam ac Terram cum mineralibus, &c. in ſeſe continere. Patet ergò, inde morborum cognitionem à nobis petendam eſſe, ita vt verè dicere poſſimus, morbum hunc eſſe Arſenicalem, illum eſſe Aluminoſum.

Morbi vnde cognoſcendi.

Cùm momenti multum poſitum ſit in cognitione morbi: tantundem etiam poſitum erit in notitiâ proprietatum illius. Quòd autem hactenus creditum ſit, ægrotos eſſe qualificandos, hoc eſt, cholerisandos, melancholiſandos, phlegmatiſandos & ſanguinandos, &c. quaſi ex horum quatuor notitiâ emergat cognitio eorum omninò, quæ inde exorta ſunt; id iam merum mendacium eſt. Nec enim hoc fundamentum Phyſicum eſt aut Philoſophicum, ſed potiùs fanaticum. Nullus enim vſpiam Philoſophus iſtorum phantaſmatum meminit: ſed inuexerunt hos errores Medici, qui à ſapientiâ naturæ deſciuerunt. Quorum inſaniam, ne viderent profeſſores acutiores, quatuor humores illi commenti ſunt, ac Philoſophiâ ſeceſſerunt, ſicut

Humores taxantur.

Humores quis aſſeuerauerit primum.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 380 sur 913

canicida à ciuibus.

Philos. quid tradat.

Cùm ergò genuina Philosophia hîc proponenda sit: ea hoc modo omnino proponi debet, vt tractet de ortu & causis omnium rerum naturalium. In quo rhombo si illa non vertatur, tota futilis & inanis est, Veteres autem Philosophi multa tradiderunt, quæ pro philosophicis omninò habita fuerunt, etsi nihil minùs quàm veram Philosophiam redolerent. Horum itaque philosophia imprimis, cum consecutis erroribus examinanda est, antequàm nostræ Philosophiæ initium demus.

Philos veterum qualis

Philosophus nascitur duobus modis: vnus ex cœlo: alter ex terrâ: hoc est, ex sphæra Firmamenti, per quam intellige Aërem & Ignem, & ex Globulo terræ, per quem intellige terram & aquam. In vtriusque ergò describendâ naturâ peritus essedebet Et tamen vna tantum est Philosophia: alter tamẽ est Philosophus, alter Astronomus.

Philos. quid & quid Astronomus

De hâc Philosophiâ exemplum demus. Ipsa de duobus tractat. Quæ terra dat, vocantur mineralia, sub quo continentur mineralia & fructus. Quæ cœlũ dat, ea continentur sub aëris & ignis effectibus. De Terrâ autem promuntur mineralia, metalla, fructus. A Cœlo veniunt chaos, id est, pluuia & impressiones.

Terra quæ det. Cœlum quę proferat.

In horum vtroq; duplicem Philosophum cognoscite: vnum, qui rei incrementum consideret; alterum qui eiusdẽ naturam contempletur. Et vterq; vnus tamen est Philosophus, non duo. Sic hoc fit in globulo terræ ab eo, qui nouit generationem mineralium, metallorum, arborum, &c. & deinde ipsorum naturam vtrinq, &c. Sic alter de cœlo nouit, quid in cœlo generetur, veluti pluuiæ, grandines, pruinę, &c. quid item astra imprimant, pro parte vnâ: pro alterâ, quæ horum natura, conditio & proprietas sit. Ita Philosophus integratur.

Philos. est duplex.

Veteres a. Philosophi scripserunt quidem de terrâ & aquâ, & harum naturis: ipsarum tamen generationes cùm non intelligerent, omiserunt, Vndè colligi potest, ipsos naturæ experientiam non admodùm magnam habuisse. Hâc normâ conscripserunt librum Meteororũ, tradentes de ortu pluuiæ & tonitrus: &c. Ipsorum autem naturam obliti sunt. Ex quo, illos non intellexisse ea, de quibus commentati sunt, manifestè fit.

Vet. Philosophi taxãtur.

Primùm, hallucinati sunt in eo, quod ex terra mineralia omnia produxerunt. Quod falsum est. Mineralia enim in terrâ quidem sunt, sed sunt ab aquâ. Prætereà obliti sunt terræ, in generatione graminis & arborum. Sic etiam falsam posuerunt generationem pluuiæ, tonitrus, &c. cognitionem enim quatuor Elementorum pro matre non obseruarunt.

Mineralia cum aqua est

Cùm ergò certis & euidentibus erroribus implicati fuerint, omnisque Aristotelis de mineralibus doctrina, & quæcunque de meteoris tradita sunt falsa appareant: necesse etiam erit corruere, quicquid super fundamentum hoc exstruitur, qualis est Doctrina Aristotelis, Auicennæ, Alberti, Thomæ, &c. dicentium, quod *De Terrâ purâ non fiat lapis, &c.*

Philosophia veterum in quibus falsa

Æquo animo ferte, quòd dicam, illa falsa esse. Falsa enim sunt vniuersa, quæ de rebus ediderunt naturalibus. Id quod ex considerato ipsorum fundamento patet. Quòd si ex me rogetis, an nouam equidem Philosophiam condere & inuehere velim? Respondeo, me velle, imò hoc vnum agere. Luctam enim aduersus mendacium inibo, & meteoricam nouam tantâ perspicuitate constituam, vt hæc Aristotelis & ipsius sequacium scripta deinceps non nisi in haris locum inuentura sint. Deiicientur enim de throno illi omnes, & cum his vna vos etiam. Etsi enim vel duplo grauiùs & magnificentiùs per plateas incedatis, propalam tamen ebuccinabitur, vestram omnem Medicinam ac Philosophiam aliud nihil quicquam esse, quàm nequitiam velatam, & facultatem vmbratilem, ad decipiendos homines improbè excogitatam.

Quantopere verò hoc vos vret, quod Philosophiam vestram in cœnum ac lutum proculcem? Sed & vos ipsi in idem volutabrum deturbabimini, & cum porcis ibi natabitis. O quantum id ignominiæ erit. Magistrum Iohannem hactenus in Academiis prælegisse auditoribus de Meteoris, de Generationibus, de Cœlo & Mundo, &c. & iam palam fieri, M. Iohannem stultum esse, & non nisi meras nugas ac mendacia dictitasse? Pudeat itaque vos, quòd ita vestrummet probrum prodituri sitis.

Vt

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 381 sur 913

Vt autem omninò vobis persuasum sit, solidéque sciatis, quòd nullo modo hâc carere Philosophiâ possitis, sed ea vel inuitis vobis opus esse: Breuiter deinceps, quid Philosophia illa sit, & quid sit Medicina, quæ ipsi incumbat, explicaturus sum. Philosophia autem, puto non Aristotelis, non Albetti, &c. quorum Philosophia non est nisi fundamentum ligneum, cui, quod superstruitur, facilè mergitur & suffocatur. Inanis illorum Philosophia est: Theoricam enim suam erroneè instituit. Inanis ipsorum est Philosophia, siquidem de mineralibus tractant erroneè. Inanis ipsorum est Philosophia: siquidem de stercoribus rerum erroneè docet. Huic vos Philosophiæ superinstructi estis, & per ipsam confusi, stulti ac ignorantes euasistis.

Philos. Theophr. non est Aristotelis, &c. Philos. Arist. est fundamentum ligneũ.

Quomodò verò fundamento tam fragili Medicinâ tutò insistere queat? Aut quid iuuat, quod de rebus tam speciosè & prolixè disserere nouistis: Quid tua dissertatio est aliud, quàm garritus, similis nugis rabubularum & Iuristarũ, qui ante iudices stantes, causam improbam improbo & copioso verborum circuitu irretire & tueri quærunt? Sors eadem est etiam vestra. Medicina vestra mala est: ideò verborum lenocinio fucanda. Nisi enim Philosophia integra Medicinæ practica sit, tota nihili est. Quæ autem est practica? Hæc nimirum, quæ omnia vobis remedia in manum indat. Et hęc practica veteribus insolidum incognita fuit. Hoc modo Philosophia, quę fundamentum Medicinę est, intelligi debet.

Philos. vera quę

Philosophia quadrat 4. complexionibus, scil. morbus Arsenici, morb. Lunæ, morbus Acorinus, &c. hoc est cuius complexionis est lupus? est ex cholerâ adustâ: nihil est, sed est, Mercurius arsenicalis ex auripigmento.

Philos. quadrat quatuor complexionibus.

Hinc discatis morbos cognoscere: modus alter ex cholerâ, impostorius est. Hæc mea genuina Philosophia est. Vestra non est Philosophia, sed phantasia. Ex meâ ergò Philosophiâ Medici fieri contendite.

Si incidatis in Esthiomenum, cancrum, &c. persuasum sit vobis, loco illo latere arsenicum, qui tale producat (vt de vlceribus) is morbus dicendus est arsenicalis. Talis enim est. Cur autem hæc Philosophica partitio ad quemlibet informandum Medicum instituitur? Ideò scilicet, quia si nomen constat, constat etiam proprietas eiusdem. Si iam arsenicum nouisti in naturâ: eundem etiam in corpore noueris. Sic sciueris etiam excrementorum naturam, proprietatem, essentiam, ortum, & omnia, verè & ad vnguem.

Esthiomenum, cancer &c. ab Arsenico.

His iam perceptis, de curâ quoque illicò constat. Arsenicus enim curat Arsenicum, Anthrax Anthracem, sicut venenum venenum. Scorpio id demonstrat quadantenus in genere: multò autem euidentiùs serpens. Bufo, Aranea, quæ sanant multò exploratiùs. Cur Luscinia cõualescit ex esâ araneâ? Ideò, quia araneos morbos & Anatomiam similem illa habet. Ideò etiam homo vnus sanat alterum, mumia sanat hominem, hoc est, sistit sanguinem, &c. quia eadem & similis Anatomia adest: sic Anatomia Anatomiam curat. Hæc Philosophia est.

Arsenicus Arsenicum, venenũ venenũ curat.

Luscinia sanatur ab aranea Cur?

Iam si nouisti arsenicum adesse, curam institue pro Anatomiâ Arsenici per Arsenicum sicut te Anatomia docet. Aurum confortat cor & vires, ideò, quia in Anatomiâ Aquæ aurum cor est, Luna cerebrum. Si ita comprehenderis metalla, habebis etiam Marcasitas & Talka. Cætera enim membra vocantur Marcasitæ, Talka, cachimiæ, Gemmæ, Sales &c.

Aurum confortat cor.

Aurum est cor, Luna cerebrum.

Diuisio dat Physicum, dat Chirurgicum ac Medicum: & vtrique Theoricam vnam, vnámque causam discendam in morbis suis habent, & separantur tantùm in practicâ, non in fundamento. Mentiuntur ergò illi, qui dicũt, Theophrastum esse Chirurgum, non Physicum. Nec enim plura, quam vnũ fundamentum ille in vtrisque adbibet, quod Philosophia est prædicta. Ac de ipso vel egomet testor, quod simul Physicus & chirurgus sit, sicut iam dictum est, non sicut Asinina illa soboles rudit, quę omnis fundamẽti Medici ignara est.

Theoph. male chirurgus vocatur.

Philosophia ita explicanda est, vt ex ipsâ crescat Medicus, & ex Medico Philosophia. Videte verò quomodò illi hactènus creuerint: nimirùm meri Sophistæ, nugatores vmbratiles: id quod inficiari minimè potestis. Vestrá enim opera vos stultos esse, & nullius artis notitiam hausisse conuincunt.

Philos. vt explicanda sit.

Quandoquidem ergò pro dictorum ratione immotè consistat diuisio sphæræ,

Externa ad interna ducunt.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 382 sur 913

ſphæræ, adeóque ipſius hominis, ita nimirùm, vt exterior cognitio pariat interiorem: Quî quæſo tuo more choleram ac phlegma, &c. diuides ac diſtribues? Nimirùm velut canicida diſpertitur coria.

Iam porrò noſces, quod, ex quo morbus procedit, ex eodem etiam ſimilis Anatomia inſtituenda ſit, hoc eſt, Medicina ſequitur. Iam quomodò choleram purgabis? Vnde nam ſumis choleram ex colocynthide? Id fieri nequit. Purgat enim ſtercus, non morbum. Quî quæſò melancholiam per Melancholiam purgabis, ex Lazulo? Bene veneritis Domine. Vnde tibi conſtat, Lazulum eſſe melancholiam? Eſt fumus iſte, & merę nugę, quas in Academiis veſtris venditis.

Adhuc vnum. Quænam Melancholia eſt Eſthiomena? quod phlegma eſt in bile? Omnia nauci ſunt, nec quicquam niſi pura puta nequitia, &c.

De Philoſophiâ autem, ex quâ Medicus naſcitur, ita tenete; oportere nempe Philoſophum in hâc magnum fieri, hoc eſt, debere ipſum in naturâ eſſe peritiſſimum, vt rerum omnium concordantiam ſciat, quid ſit, quid fiat; & ſi adſit, quid ſit, tam interiùs quam exteriùs.

Quæ omnia vt exactiùs intelligatis, meam Philoſophiam perquirite. Quomodò autem incrementum intelligi debeat, exemplo propoſito docebo. Primùm creſcentia omnia in mundo diuidite in partes quatuor. Primò ſunt mineralia, quæ aqua ſunt. Secundò ſunt fructus, arbores, gramina. Hæc ſunt terra. Tertiò ſunt Manna, Tereniabin, & ſunt Aër. Quarta ſunt pluuia, tonitru, pruina, & ſunt ignis. Sic illa quatuor diuiduntur in quatuor Elementa, in quatuor Matrices, ita vt vnicuilibet ſuum peculiare creſcens aſſignetur.

Creſcẽtium genera 4. ſunt.

Si ergo iam 4. Matres ſunt, quatuórq; fœtus: ſimiliter etiam corpus in 4. morbos diuidi debet: in metalla, in fructus, in mannas, ac tandem in pluuiam niuémque. Quæ ſi accuratè in homine cognoſcere velitis, notitiam ab externis deſumetis. Ibi enim incrementum, materia, & effectus exhibentur, poſtea etiam ipſorum virtutes, bonæ, malæ, &c. emergunt.

Morborum 4. genera.

Iam ſi morborum diuiſiones ſecundùm matrices tenetis (abſit vt dicatis quid, de cholera, phlegmate, &c. nam mera ſunt mendacia) iam deinceps etiá cognoſcite genera filiorum, quæ quodlibet Elementum pariat. Quæ ſi habueritis, ſcietis etiam nomina, morborum proprietates & ortus eſſentias, & naturas. Hinc etiam elicitur nomen Medicę diſtributionis, hoc eſt eius, quod nomen ſignificat, explicatio.

Cholera phlegma

Diuiſio ergò morborum inſtitui debet ſecundùm rectam ſphæram, & ipſius legitimam cognitionem.

Hæc ſi in vno Elemento comperta habueritis: noſcetis eadem etiam in aliis; hoc eſt, in Terrâ, Igne, Aëre. Sicut enim Arſenicum habetis in aquâ, ſic eundem habetis etiam in Terrâ, hoc eſt, Ignem Perſicum: ſic & in Aëre, Iris: ſic in Igne, hoc eſt, coniunctionem Martis. Secundùm quatuor Elementa igitur, ægritudines quadrifariam diuidi debent; quatuor ſcil. Arſenica, quatuor Talka, quatuor cachimię, quatuor ſalia, &c. ſic quadruplices niues, quadruplices grandines, quadruplices pruinæ: quadruplicia fulgura: ſic in terrâ quadruplex Meliſſa, quadruplex chelidonia, quadruplex valeriana, quadruplex Anthos. Et hæc genuina eſt Philoſophiæ diuiſio: hoc modo ipſa ad Medicinam impenditur: ſecundùm hanc medicemini, non ſecundùm putidam choleram, phlegma, &c. Phui, ad crucem iſtas Academias. Sic omnis veſtra ars nihil eſt, quàm impoſtura, & mendacium, quod opera veſtra ſatis teſtantur. Et niſi per adulationem aditus vobis ad ſublimia daretur, certè naſi merdis iniectis vobis plenè conſpurcarentur.

Ægritudines ſecundum ſingula Elementa quadruplices.

Et quid ſapit hæc vobis Philoſophia? Hanc admittetis, etiam ſi vincula cordium veſtrorum crepent: aut feretis, vt aures veſtræ palo mimellario publicè affigantur, ô quam dulce decus erit geſtatio Epomidum, ſi illæ auribus veſtris illidentur. Ardua ſanè res in lumine naturæ hæc eſt, quod natura vbiuis ſuum ſubiectum ſignet: velut cœlum ſignat ſuos moriones, rationem ipſis elidens: filium hominis ſignat natura in radice ſuâ, & malitiâ, &c. natura in manum (chiromantiam) inſerit venas & lineas, ex quibus homo cognoſcitur, qualis ſit: ſigna etiam imprimit naſo, &c. & membris omnibus totius corporis: ac ſemper interiorem hominem deſignat per veſtigia externa. Sic eadem vos quoque tractat cuculligeros. Nam cum moriones

Naturę ſedulitas in ſignandis rebus

Doctoris acerba mordicatio.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 383 sur 913

moriones agatis, cucullis additis vos signauit: quibus alias haud dubio abstineretis. Natura vobis longè potior est. Et cum non ampliùs in vtero materno iaceatis, hoc est formationem naturę iam effugeritis: ideò vos iam illa cucullis additis insignit, id quod iure facit, id est, per vestram putat: prædom. hinc procedit stultus. Sic tuæ Epomidis explicatio in lucem edenda est.

Scire enim debetis, quòd Magica præfigurare possit suum proprium virum, & ex vestitu indicet ipsius formam, fatum, studia, &c. Hac de causa eadem magica vobis quoque Epomidem imposuit, quæ vestrum est firmamentum, & prognosticatio, &c. Sic ergò ex Epomide vestrâ magicè à me definiendi estis, cùm aliàs vobis magicus vbiuis proclamer.

Magica est vis &c.

Et hisce hactenus dictis, Philosophiam vobis pro fundamento propositam velim, vt sciatis, vos nullo vspiam nisu meam vel Theoricam, vel Phvsicam, &c. bacillis vestris deiicere & euertere posse; ac inde discatis, an Philosophus aut Chirurgus, aut an horum alterutrum seorsim sim, aut vtrumque, quandoquidem in practicâ Philosophiæ & Chirurgiæ diuidamur. Iam sapite quis sim, ô cucullati moriones.

Tertium & postremum est Alchimia, in quâ Medicus singulariter excellere debet. Nam ex hâc si suam præparationem non desumat, practica eius nihili est. Hic enim præparandi ars omnis posita est.

Alchimia quid.

Alchimia autem est ars, quæ docet astra separare à corporibus, vt astra illa deinceps astris & Firmamento in dirigendo obsequantur. Directio enim non est in corporibus, sed tantùm in Firmamento.

Ex quo iam sequitur, omne, quod cerebrum edit, ipsi per cursum Lunæ assignari: quod splen edit, attrahit illi Saturnus: quod cor edit, Sol. Et hoc modo Firmamenta externa sunt directores interiorum. Perperam ergò loquuntur, qui dicunt, Melissam prodesse mattici, saluiam cerebro. Nisi enim Venus & Luna illas eò ordinent, in stomachum labentur, & per intestina secedent.

Medicina nisi a cœlo dirigatur nihil operatur.

Ideò quod in Medicinâ non operatur, id à cœlo non dirigitur; hoc est, cursus cœli abest: ideò nihil operatur. Ita ergò quælibet pars suum directorem ab Astris habet: & vocantur Astra.

Cœlum non corpus, sed arcanum tantum dirigit.

Cæterum cœlum nihil dirigit, nisi quod à corpore sit separatum, hoc est cœlum dirigit tantùm arcanum, non ipsum corpus. Sicut id homini dirigit rationem, & postea ratio corpus: sic cœlum dirigit corpora: quæ si in stomacho iacent, in ipso coquuntur: & tum dirigit vnum, hoc est, Arcanum.

Stomachus est Alchimista.

Iam vero stomachus est Alchimista, hoc est qui officium Alchimiæ administrat. Multo autem maiore cum vtilitate foris id fit, priusquam in stomachum illabatur corpus. Tum enim multò potentior operatio erit. Id enim nisi fiat, crudæ carnis instar erit: quam stomachus multò exquisitiùs digerit, si ingeratur cocta. Si ergò is studio flagrat præparandi corpora ciborum, multò id veriùs de præparatione Medicinę erit.

Alchimia an aurum paret.

Multi Alchimiam despexerunt, qui confectionem auri & argenti inaniter moliatur. Sed hoc prolixiùs definire, hoc loco nostri instituti non est. Tractare saltem decreui de præparatione, quanta nimirum virtus & efficacia sit in Medicinâ, quæ corpore caret. Qui ergò Alchimiam etiam in hoc contemnit, is despicit, quod non intelligit. Quanquam satis sciam, quod ne sic quidem Apothecarii, tonsores & balneatores à cocturis suis destituri sint. In quibus tamen vestris Medicinis etsi duplo adhuc plus fidei & spei positum habeatis, meros tamen vos stultos esse, congeries vestrorum Receptorum satis indicat. Satis enim in propatulo est, quem sanetis, & quomodò, & vbi, & quando.

Alchimia quatenus hic tractet auctor.

Cùm ergò instituerim postremò de Alchimiâ docere, quod & ipsa fundamentum & columna Medicinæ sit: sciẽdum hic est, citra hanc artem neminem esse posse Medicum. Hâc enim qui caret, is se habet ad Medicum, sicut coquus suum ad coquum principis. Natura igitur omninò Alchimiam requirit, vultque eam à Medico intelligi, ipsumque in illâ peritum & gnarum esse non iuscula subinde ceu cramben recoquere.

Alchimia est columna Medicinę.

Alchimia medico necessaria.

Hæc ergò cum à Medico requirantur, requiritur etiam ab ipso, vt sciat, quid *Calcinatio* sit, & quam vim habeat. Item &c.

Calcinatio, Sublimatio. Reuerberatio. dissolutio quid.

Iam vero vis in calcinando ista est, vt Alkali prodeat, & ipsius virtutes: Item in sublimando Alkali volatile: item in reuerberando Alkali color: in dissoluendo

uendo Alkali Int. In quibus cum virtutes iaceant, quis ea non ſubtiliſſima requirat.

Iam iudicate tandem, quantopere hæc differant ab Apothecariis, & eorum preparatioibus, & preparatorum viribus ac virtutibus &c. *Reliqua deſunt.*

Defectus ex ſuperioribus compleatur.

Sequuntur aliæ quædam cartæ, ad Paragranum pertinentes.

Lues Gallica malum patentiſſimum.

PRopoſui primò ſcribere de Lue Gallicâ, propterea, quia morbus iſte eſt frequentiſſimus apud Principes, Nobiles, Pauperes, Diuites, per Germaniam, Italiam, Galliam, Hiſpaniam, Angliam, Daniam, Hungariam &c. Iuſtâ ergò de causâ deſcriptionem aggreſſus ſum: licèt vos calumniemini, me nihil aliud nouiſſe quicquam. Et hoc poſſum, & poſſum plura, facturus ſcil. vt canes vos permingant, & conſpuant omnes boni, omnéſque ægri vos pro ſtultis exclament. Tantùm inquam poſſum ſcióque vt per me venturum tempus ſit, quando de omnibus veſtris, in ægrotis perdendis, latrociniis, rationem exactá reddere cogemini. Et quid ſapit vobis hoc iuſculum?

Oblateratis ſcilicet more veſtro: ægrotos me quoque perdere. Minimè vero gentium. Quos pedidiſtis vos, ego rurſus erigere conor. Quos per hydrargyrum, per lignum, per cauteria, per ſectiones &c. adeò excarnificaſtis, vt impoſſibile ſit, naturę hos ſuæ reſtituere: hos me corrupiſſe, vos cauſamini. Quid vero hoc flagitii eſt, quod ægrorum perditionem mihi impingitis, quos tamen, ſi velim, corrumpere minimè poſſim, ita ad meditullium vſque à vobis iam ante excarnificatos? Cura enim veſtra (vt vocatis) per lignum, ægros illos omnes perdidit, de quibus calumniosè nugamini. Aliqui enim decies, aliqui quindecies inunctiones veſtras virulentas iamdum ſuſtinuerunt. Iam verò ipſi ſupputate vos, quanta hæc læſio, quanta noxa ſit. Et quis vnquam vniuerſum illud hydrargyrum, quod in medullis, in cerebro, in ſtomacho &c. intimè defixum hæret, ſtudio quocunque expellet? Vos qui rerum gubernacula moderamini, ad hæc aduertite.

Præterea, cum illos per fumum quinquies, ſexies &c. per lignum viceſies &c. per aquam decies &c. curaſtis: an cum conſcientiâ rectâ dicere poſſitis, illos me perdidiſſe, quos vos occidiſtis iam antè? Interim, quia, quos ipſi morti dederunt & iugulârunt, illoſdem ego in vitam non reuoco: id ſibi ad calumniam præſidio fore perſuadent. Reſpondete mihi verè: quis ex naturâ vſpiam mortuum rediuiuum facere poteſt? Nemo. Quis mortua membra naturaliter viuificare poteſt? Nemo. Ideò nec ego id poſſum. Dicite verò tandem, quos ego perdiderim, quos occiderim: O Laruæ.

Itaque vltionem meam ac vindictam contra vos pueros vſque adeò viriliter intendam deinceps, vt neceſſe habituri ſitis, aut ab impoſturis veſtris deſciſcere, aut certè ferre, vt à felibus permingamini: faciamq;, vt aut ab inunctionibus, ſuffitibus, lotionib⁹, ligniſq; veſtris vi depellamini, me à tergo ſectantes; aut certè aliâ tunicâ vel inuiti induamini. An non vobis veſtra inconſtantia pudori eſt? Primùm ſine inunctionibus ars veſtra omnis nihili erat. Itaque quiſquis vngere poterat, is illicò in doctorum numerum cooptabatur. His ſucceſſerunt fumigatores: poſtea lotores &c. Hodie, qui ligno vti ſcit, is demum doctor eſt. Et niſi ad nos allatum lignum eſſet: credo vos totos aſinos manſuros fuiſſe. Et hic veſter ſit terribilis: quanquàm æger vigiliam mortuorum canat.

His ita ſe habentibus, neceſſe eſt, Philoſophiam, Aſtronomiam, & Alchimiam eminere & perrumpere, non per ſophiſmata, non per inanem garritum, ſed per Ita, ita Non, non. Multi enim artifices ſeſe iactant, qui merę laruæ ſunt. Multi de Elementis diſſerunt, & neſciunt loqui de lapidibus. Animoſiùs & fortiùs pugna vrgenda à vobis eſt, ſi me proſternere velitis. Aliàs multa à me tela in pectora veſtra vibrabuntur.

Aliud Fragmentum.

LIbros aliquot Medicos in lucem edidi de Puſtulis, tres nempe de Impoſturis, in quibus multa diſſimulaui, vitandi maioris probri gratiâ: Inſuper Librum Noſocomicum tractatuum 4. euulgaui, vbi ſingularem explicationem & tractationem huius morbi communicaui. Medici tamen, quorum animus honeſtatis nullo amore tenetur, more ſuo ſuum coma tuentur. Præter hos iterum alios 8. libros emiſi, vbi errores ex profeſſo refuto, & curandi rationem commodiſſi-

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 385 sur 913

modissimam expedio.

Cùm ergò de hâc materiâ omninò mihi scribendi necessitas incubuerit: à veteribus certè nihil impetrare potui, quod ad veritatem mihi adminiculo esset. Multò minùs ab ipsorum discipulis ad hoc institutum corrogare quid sani potui. Coactus ergò fui, (modo veritatem ipsam assequi voluerim) doctrinæ fundamentum haurire ex Philosophiâ, Astronomiâ, & Alchimiâ.

Quæ tria cùm mihi considerandà proponam: ratio hæc, Medicis cæteris minimè proba visa, ipsos ad reclamandum compulit, sicut Iudæi contra Christum ingeminârunt, Apage, apage. Ego tamen nihil aliud apud me cogitaui, quàm Medicos hos suum morem sequi, quos ex ordine clamantium esse, nemini obuenire dubium debet.

Iam verò, quis quæso vspiam sine prædictis tribus professionibus Medicus fieri & esse possit? Nemo. Ideo inter ipsos Medicus nullus est. Si nomen gerunt, sub ipso certè Nequam occultatur. Nec enim Medicus vllus adest. Qui autem adest, Medici cadauer est, quod stolâ iniectâ & instratâ Epomide fingunt illi & mentiuntur.

Philosophia quid.

Quis inter vos amabo est, qui sine Philosophiâ rerum terrenarum naturam cognoscere ac describere possit? Nemo. Quid est Philosophia? Magistra noscendi, quid crescens sit Terræ, Aquæque, quæque harum natura & virtus sit. Et vicissim is quoque Philosophus est, qui cursum hominis notum & exploratum habet. Primus est Philosophus: velut & secundus. Ille est Terræ, hic hominis. Et tamen nedum Medicus est.

Philosophus quis.

Astronomus quis.

Præterea Astronomus is est, qui cœlum & aërem nouit secundum ipsorum naturas, operationes, virtutes & efficacias. Astronomus etiam est, qui aërem hominis nouit in suo firmamento, etsi ipsum quidem cœlum non nôrit. Sic ergò duo sunt Astronomi: vtrique inquam Astronomi: sed nedum sic quidem Medicus præstò est.

Astronomi duplices.

Cùm itaque hæc quatuor, duplex scilicet Philosophia, duplex Astronomia Medicum non constituant, & tamen hæc sint illa, quæ considerent hominem, & scrutentur cœlum, terram, aërem & aquam: Exquis tandem erit Medicus? Is scilicet est Medicus, qui ægrum sanare nouit. Si ergò, qui sanare ægros nouit, Medicus est: subiecti sui omninò certam cognitionem is habere debet, circa quod versetur. Quales ergò sunt isti Medici, qui horum nihil norunt, & tamen Doctores se ac Magistros prædicari volunt? &c.

Medicus quis sit.

Si ergò Medici est, sanare posse: ac ex prædictis quatuor fundamentum desumi oportet: quo is concluder? Solâ Alchimiâ. Quid est Alchimia? Præparatrix Medicinæ, quæ remedium purum & exquisitum facit, idque perfectum & integrum exhibet, quo Medici scientia completur.

Alchimia quid.

Si iam talis Medicina est, ac ita comparata scientia Medici esse debet: quî quæso quadrari illi & nodosi Doctores Magistrique (saluo honore) vitio id mihi dare audent, quòd non nugis, sed ipsâ veritate vtar, ad scientiam fundamentaliùs & exquisitiùs stabiliendam? Sed antiquum suum illi obtinent: ex quibus nihil vnquam boni prodiit.

Cur me tam Vatiniano odio prosequuntur, vt per inuidiæ acerbitatem me Lutherum appellent? Theophrastus sum: non Lutherus. Lutherus sua tuebitur: ego defendam mea. Nec enim id augendi mei honoris gratiâ faciunt, sed vt diuidiam faciant. Lutherum enim despicitis, quasi verò illo vos doctiores esserís. Ita si sim ego Lutherus, sequetur, vos me doctiores quoque existere. Quantopere vero vos pudor deceret? Nam ideò me odistis, quia rerum ignari estis. Sic nec ego noui quenquam, qui Lutherum oderit, nisi aut fanaticus sit, aut culinæ suæ damnum â Luthero factum senserit. Sic etiam de vobis iure dicere possum, odii vestri hanc causam esse, quia vani estis Astronomi, & nihili, inutilésque Philosophi, & in præparando Apothecariorum tyrones. Tales vos Medici estis. Cur vero Apothecariorum vos tyrones appello? Ideò, quia tyrones officinarum discentes quærunt, quid hoc est? Ita & vos interrogatis, Quid hoc est Magister Ioannes? Per Deum id equidem non noui. Verè ais. Per Deum ergò stultus es, & bardus.

Theoph. Lutherus ab aduersariis vocatur.

Quid vero hoc est, quòd gloriamini ita superciliosè, quòd conductitii & stipendiarii sitis Medici: & non cogitatis interim, quòd etiam calefactor ad culinam &c. conductus sit? Quanti id est, quod aut ipsi dicatis, aut alii, Vos iuratos esse Magistros, Doctores &c.

Quasi

Quasiverò pro vestra opinione hoc modo sitis omnia.

Quid iuramentum tale est aliud, quàm periurium? Quid iuratis? cùm nihil tamen vel possitis, vel sciatis? An iuratis pro arte vestrà innocenter exercendâ? Sed artium omnium ignati estis. An iuratis, vos fidelitatem impensuros esse? At excarnificatis interim ipso lictore peius. An iuratis, rectè vos medicinam administraturos esse? At intortiores estis cuscutà: hoc est, nihil in vobis recti & æqui est.

Principes, Magnates, & Ciuitates, qui huiusmodi Medicos alunt, mihi vitio non dabunt, quod ingenuè attester, ipsos hæc talia non intelligere. Nam si intelligerent, iuramento vos foràs agerent, non intrò pellicerent. Hoc autem impendio mihi displicet, quòd vos protegant, & videntibus oculis volentes cœcutiant. Superiorum ea debet esse prudentia & peritia, vt sciant, qui Medici cribrandi, & per ignem mittendi sint. Respondè enim mihi quæso: quæ vsquam vnquam professio plures & grâdiores nebulones, ludiones, impostores & Agyrtas aluit? Dormiunt iam institores, vobis vigilantibus.

Cæterum scriptum hoc vehementiùs extorsit mihi contemptus temerarius illarum rerum, in quibus tamen fundamentum omne positum est. Si falsus sum, quin id euertitis? quin bolum eructatis? Nec enim vos dimittam, quandiù hoc corium durauerit. Nam & contra vos & vestros vniuersos Principes, Auicennam, Galenum, Aristotelem &c. me satis superque munitum esse noui. Et vertex iste meus caluus ac depilis multò plura & sublimiora nouit, quàm vester vel Auicenna, vel vniuersæ Academiæ. Prodite, & signum date, qui viri sitis, quid roboris habeatis. Quid autem sitis? Doctores & Magistri, pediculos pectentes, & fricantes podicem.

FINIS.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 387 sur 913

NOBILISSIMI, CLARISSIMI
ac probatißimi Philoſophi & Medici,

D. AVREOLI PHILIPPI

THEOPHRASTI

BOMBAST, AB HOHENHEIM,
DICTI PARACELSI.

Operum Medico-Chimicorum

SIVE

PARADOXORVM

Tomus Tertius Genuinus.

Agens de Cauſis, Origine ac Curatione Morborum in ſpecie.

Recenter Latinè factus, & in vſum Aſſeclarum Nouæ
& Veteris Philoſophiæ foràs datus.

ELENCHVS LIBRORVM

IN TERTIA PARTE OPERVM THEOPHRASTI PARACELSI CONTENTORVM.

I.

DE viribus membrorum libri duo, vnà cum fragmento, de conseruatione quatuor clementorum in homine 1.

II. De tribus primis essentiis 11.

III. De pestilitate, hoc est, de origine & generatione pestis, 18. & huius morbi accuratâ genuinâq; curâ præscriptâ. 58. 71. 72.

IV. De peste eiusque accidentibus tractatus diuersi. 80. 90. 109. 123. 130. 144.

V. Collectanea de peste. 146.

VI. De morbis ex tartaro.

VII. De Morbis ex tartaro oriundis Libri duo, cum ipsius auctoris explicationibus.

In primi Libri tractatu I. agitur de tartari differentiis & locis: de Tartaro externo & interno.

In II. de Origine tartari in stomacho & ventriculo: Intestinis: Hepate & Meseraicis.

In III. De Origine tartari vel calculi renum: vesicæ: tartari variis formis & signis.

In IV. De Origine tartari interni, eiusque signis: de Tartaro synouiæ: de tartaro ex corruptione spermatis & vrinæ.

In V. Tractatu de ægritudinibus ex tartari materiâ non coagulatâ: de Diætâ tartari.

LIBRI SECVNDI.

TRactatus I. agit de curâ ægritudinum tartarearum in ventriculo: de orexi: thoracis compressionibus: de febribus stomachi: de morbis intestinorum ex tartaro: de colicâ, iliacâ & contracturâ.

Tractatus II. de curâ morborum hepatis, nempe de oppilationibus in eius regione factis: de peste: de crisibus: de pleurisi & prunellâ: de hydropisi septem membrorum principalium: de febribus hepatis.

Tractatus III. de ægritudinibus renum, vtpote de Diabeticâ passione: de lacte, Coagulo, Nusto & Sero renum: de Febribus renum: tandem de Vsnea, Lapide & Grandine in vesica.

IX. Theophrasti Epistola ad Erasmum Roterodamum. pag. 234.

X. Erasmi Roterodami responsio. pag. 235.

XI. Liber de Icteritiis cum auctoris annotationibus, in quo de earum causis, differentiis, loco & curâ agitur.

XII. Libri quatuordecim Paragraphorum: adiunctis ipsius auctoris declarationibus.

THEOPHRA-

THEOPHRASTVS HOHEN-
HEIMENSIS

DE VIRIBVS MEMBRORVM

LIBER I. De viribus SPIRITVALIVM.
LIBER II. De viribus INTERNORVM.
LIBER III. De viribus EXTERNORVM.

DE VIRIBVS MEMBRORVM
LIBER PRIMVS.
De viribus Spiritualium.
CAP. I.
DE SPIRITV VITÆ.

Spiritus vitæ quid & vbi sit.

SPIRITVS vitæ spiritus est in corporis membris omnibus positus, vtcunque illa seorsim denominentur. In his omnibus autem & singulis is *vnus* inhabitat, ac omnium promiscuè vna virtus est. Is supremum ac nobilissimum granum est, ex quo mẽbra vniuersa viuunt. Prout verò extenditur ac diffunditur, ita secundum varias sedes varius existit. Nam à corde impellitur, vt *cordiales* vires assumat, quod in membris cæteris non facit. Similiter in hepate *Hepaticas* virtutes assciscit, quod ipsum nec in aliis partibus facit. Idem similiter quoque in medullâ contingit. Etsi verò vires hæ vel perceptibiles sint vel imperceptibiles: vires tamen omniũ membrorum vniformes existunt: nec aliter intelligi debent, quàm quòd *Cordiales ab Ossalibus* saltem quoddammodò diuersæ sint. Et tamen vires vnæ sunt. Nam quæ vires ossa sustinent & conseruant, non imbecilliores sunt iis, quæ cor vegetant & roborant. Tantundem enim momenti situm est in ossibus, quantum in corde. Sic vicissim, vires spiritus vitæ in cerebro non pluris sunt, quàm quæ in medullâ: quamquam ex vsu & necessitate potiùs videatur contrarium verum esse. Et tamen medullæ est eadem necessitas, quæ cerebri, & vires vtriusque similes sunt. Eadem cæterorum omnium quoque membrorum ratio est. Quorum etsi quidem alia aliis digniora videantur: vnicus tamen spiritus vitæ omnium illorum moderator, virtus, vis, & operatio existit.

Spiritus vitæ vnus specie: varius subiectis.

Spiritus vitæ non diuersus pro diuersitate partium.

CAP. II.

SPiritus vitæ ortus est ex causis seu generationibus externis, non ex naturalibus secundùm carnem. Sicut enim aliorum Generatio duplex est: sic spiritus generatio simplex est, qui cum corpore & membris huius vnitur, velut diximus. Quæ etiam causa est, cur secundùm vires suas roborari non possit, nisi membra ipsa valida ac robusta sint. Quò enim fortius, quò validius & alacrius à naturâ membrum est: eò spiritus quoque robustior & vegetior emicat. Quare haudquaquam ipsum, ceu spiritum vitę conseruare, roborare & augere, anniti debemus: nisi per hoc, vt membra, quæ ex naturâ orta sunt, in primæuâ suâ integritate & originali incolumitate conseruemus & roboremus. Eo præstito, spiritus seipso auctior & validior euadit. Vnum tamen est, quod ad spiritum tantùm pertinet, nempe vt in meatibus apertis versetur ac deoppiletur: de quâ oppilatione, si quando fors fiat, hic peculiarem tractatulũ appendemus. Postea de membris seipsa gubernantibus, libellos geminos annectemus, vt sequetur

Spiritus vitæ ortus externus simplex.

Membri sanitas, spiritus robur.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 390 sur 913

Spiritus quo affi. ciatur nimium oppilatione.

deinceps. Scien dum ergò eſt, ſpiritum vitæ ita oppilari poſſe, vt, niſi viæ & pori meatuum ipſius patefiant, ſtrangulari is poſſit. Secunda enim generatio nihil niſi vapor eſt, & vaporis ſpecie ſpiritus vitę in nobis viuit pro naturâ ſecundæ generationis, extra quidem naturam factæ. Quare ſtatim à principio pori aperiendi ſunt in *medullis*, in *carne*, in *venis*, in *membris principalioribus*, in *oſſibus*, in *ligamentis*, in *neruis*, in *iuncturis*, in *veſicâ*, in *diaphragmate*, in *matrice*, in *membris omnibus*, nullo excepto. Is enim ſimiliter ſitus eſt in cerebro ac in carne, ac ſuſque deque cerebrum peruadit, & tum piam, tum duram matrem penetrat, & permeat cor capſulámque ipſius, vt & ciſtam fellis, & regiones renum, centrúmque veſicæ, adeóque tam quod vacuum quàm quod plenum eſt, obſidet.

CAP. III.

Spiritus oppilationem quæ ſequantur pathemata.

QVocunque ergò ſpiritus vitæ penetrare non poteſt, ibi morbus ſuſcitatur. Ipſo enim oppilato, putrefactio oritur in exulcerationem degenerans. Iſtic enim emoritur. Quod verò emortuum eſt, id putreſcit, & vlcus facit, iuxta naturam, membri cui ineſt diſpoſitum. Nam in principalibus factum vlcus mortem inducit. Ex oppilationibus ſpiritus vitæ oriuntur *Febres*, *Apoſtemata*, *Pleureſes*, *Icteritia*, *vlcera*, & quicquid cum paroxyſmo febrili inuadit, velut peſtis & ſimilia. Huius hæc cauſa eſt. Spiritus ſui ſuffocationem & mortem præſentiens, horrore primùm corpus vniuerſum concutit, dum nimirùm veluti congelatur. Poſteà ardor & inflammatio inualeſcit, ſi reſolutus eſt. Febres hîc excipio, quæ pluries quam ſemel paroxyſmos experiuntur, ut ſunt quotidiana, tertiana, quartana. Sic ſi (ita loquar) paroxyſmatin cerebro, phreneſin, Maniam, & ſimilia excitat. Si in corde, Choream S. Viti inducit. Venas etenim lætitiæ tangit: ac ſæpe contingit, vt iuxta tempus, & horâm, & annum, paroxyſmet. Id verò practica canonica indicat. quibus ex cauſis iſta fiant, nempe de Febribus & peſte. Spiritus vitæ influentiæ ſubiectus eſt, ſicut ipſum corpus terræ. Sicut enim corpus terram edit, ac, quod edit, ipſe eſt, & à terrâ vitam ſuſtentat: ſic ſpiritus vitæ quoque de ſuperiori influentiâ edit, & ab Elemento ignis, in quo quatuor Elementa refulgent, nutritur. Sicut enim terra ſecundùm fructus ſuos refulget in quatuor

S. Viti Chorea qui fiat.

Sp. vitæ ab influentia nutritur.

Elementis: ſic hîc quoque influentiæ refulgent. Ideò porrò duæ practicæ proponendæ ſunt: Prima vt influentia in tantùm conſeruetur, quantùm ſpiritui gratum eſt ac conuenit. Secundò, vt corpus ſpiritui commodum & idoneum ſeruetur. Hæc poſtea ſequitur corporis ſanitas vnâ viâ, quoad ſpiritum.

Sp. vitæ duob. conſeruatur.

CAP. IV.

De influentiâ ſpiritus vitæ.

EX Aſtris ac influentiis omnibus totius cœli, quâ quidem firmamentum patet, virtus ſpiritus vitæ extenditur, vapori cœleſti inuiſibili ſimilis, cum quo vnitur, velut frigus & calor, ſi temperiem conſtituunt. Quòd ſi fors aliquando ſtellæ membrorum errent, corrumpant & paroxyſment, tunc membrum quoque corporis frangitur, & ſpiritum vitæ oppilat, aut in loco iſto ipſum vitiat ac corrumpit. Huic verò malo remedium aliud adhiberi non poteſt, quâ ab influentiâ illâ recedere, & aliam ſubire. Falſa enim & improba eſt Aſtronomorum ſententia de Natiuitatibus & Aſcendentibus. Exemplum, Natus ego ſub Scorpione ſũ, Si verò Arietime ſubmittã, eius ſoboles fio, nec Scorpioni deinceps mecũ quicquam commercii eſt. Ideò diutiùs mihi aſcendens is non eſt, quàm me ipſi ſubiicio, ſicut de Natiuitatibus tradidi. Locus ergò pro naturâ firmamenti mutandus eſt, nec aſcendens aut conjunctio alia poſtea ſubeunda eſt. Sic ſi ſub iſto aſpectu natus eſſem, vt ſuſpenderer, & eiuſmodi ſpiritus firmamenti in me eſſet, ſicut de ſpiritibus humanis traditum ſcimus: hanc efficaciam ſi impediri & infringi velim, iſto planetâ miſſo alium ſubeo; ſic vis eius infringitur. Et licèt ea mihi quidem indoles ac genus remaneat: effectus tamen non ſequitur. Contrà verò vir ſæpe probus & ingenuus ſub malâ influentiâ fur fit: ſicut de ſpiritibus ſcriptum eſt De externis ſenſibus hominum.

Aſtronomi Genethliaci taxantur.

Loci mutatio influentiam mutat.

CAP. V.

De oppilationibus in genere.

AD ſpiritum vitæ in genere deoppilandum, opus eſt, ſpiritum in calore ſeruari, ita vt in ipſo valid⁹ & vegetus ſit. Ac proceſſus ei⁹ is eſt, vt diaphoreticus fiat, & in eſſentiâ ſuâ iugiter ardeat, & in pleno calore degat. Id per hoc receptum accuratur. ℞ *Croci*, *Zinziberis*, *& Theriacæ*, *&c.* Horum eſſentiam extrahe, &c.

LIBER

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 391 sur 913

LIBER SECVNDVS.

De viribus membrorum interiorum.

CAP. I.

De viribus CORDIS.

Cordis principatus.

COr aliud nihil flagitat, niſi ſui corroborationem, dum nimirùm id, quod ei aduerſum & contrarium eſt, adimatur. Per ſe ſolum etenim illud imbecillius eſt, quàm vt omnibus indies inſultantibus malis obluctari & reſiſtere queat. Ideò per exhibita remedia ipſi ſuppetiæ ferendæ ſunt. Id enim membrum primarium eſt, hoc fine homini datum, & eius corpori inſertum, vt ipſum in ſuâ ſtabilitate & vigore contineat. Si verò noxa quædam & diſſolutio ſubſtantiæ membrum quoddam occupet: eam vt cor auertat, natum & ordinatum minimè eſt, ſed auxilio Medicinæ id malum corrigendum & tollendũ eſt, vnde ea quoque cor alterum putanda videtur. Cuilibet enim Medico cura potior & nauior incumbit externum cor regiſtrandi, quàm internum. Hoc namque Medico ſubiectum non eſt, ſed ſolum externum. Ideò ſi quando internum cor externo opus habeat: omninò, prout iam dicetur, eidem apponi & cõferi id oportet. Non autem Medicina tantum cordialis aſſumi debet, ac ſimplex; verùm eadem multiplex. Fas eſt etenim, aliam Elementares vires roborare: aliam inhibere putrefactionem propriam: aliam accidentia externa alia auertere. Ideò vires variæ in medicinã vnam congeri debent.

Medicinæ cor ſecundum ſeu externũ.

Medicamentũ cordis multiplex ſit.

R. hic. Nota auri potab. deſcriptionem, materiam perlarum, eſſentiam Croci, eſſentiam Meliſſæ, eſſentiam chelidoniæ, eſſentiam Macis, &c.

CAP II.

Aurum potabile cordis tamẽ eſt arcanum.

CONfortandi cordis ita, vt à nullâ incidente iniuriâ lædi, aut ſubſtantia eius obteri poſſit, ſummum Arcanum eſt *Aurum potabile*, vel Liquor Auri, & materia perlarum in formâ olei, ſicut balſamus. Deinde Eſſentia de Croco, Mace, Corallis. Deſcriptio auri eſt talis, vt aurum calcinetur in ſuam ſuluedinem per cæmentum regale de *Hell* & *Malch*. Deinde à ſuâ impuritate ſeparetur: poſteà cum aquâ circulatâ permiſceatur, & digeratur horis 24. in mediocri igne, tunc oleum profluet, quod innatabit aquæ. Id collige, & cum aquâ vitæ propinâ. Præſtantius hoc nullum eſt. Similiter & cum perlis procedes, hoc ſolum agens, vt calc. de cheb. addas, & per acetum deſtillatum tamdiu cohibeas, dũ in liquorem abeant. Corallia ſimiliter ſume, & in vino ardente cum Hell permixto reſolue illa. A putrefactione ſi vinum ardens ſubtraxeris, liquorem coralli habebis.

Deſcriptio arcani auri.

Perlæ vt præparẽtur.

Corallorum arcanũ vt fiat.

Eſſentiæ croci præparatio.

Similiter & ad alios morbos, cor ex conditione aut humoribus elementaribus infeſtantes, cõueniunt eſſentiæ Croci, Chelidoniæ, Macis, Ceſii, Meliſſæ. Harum parandarum hic modus eſt. Primo. ℞ Crocum optimũ, cohoba in optimâ aquâ vitæ, ne fundum contingat in panno molli cum ſigillo Hermetis; id facies duodecies, & crocus oleum fiet odoris fortiſſimi. Huius guttam vnam præbe in vino vitæ. Hæc medicina cordis lætitia ſumma eſt in ſenibus, in infirmis, in melancholicis & triſtibus. Cum *Mace* ſimiliter procedes, ſaltem in *Cohob* ipſius vicibus 24. perſeuerando. Hæc eſſentia in quibuſdam viribus crocum ſuperat. Chelidoniam, Meliſſam & ſimiles cohoba in ſeipſis quatriduo, poſteà purum ab impuro colando ſepara. Adime ipſius phlegma, & adde vinum vitæ, & cohoba vſque ad liquorem. Ita operaberis cum omnibus herbis cor præſeruaturis, & ſpiritum vitæ confortaturis.

Macis eſſent. præpar. Cohob. Meliſſa. chelidõ. eſſent. præparatio.

CAP III.

De Viribus Cerebri.

Cerebra duo ſũt.

VT corda, ſic cerebra quoque duo ſunt: vnum externum, alterum internum. Interni natura immutabilis eſt, ita nimirum, vt cerebrum ipſum à ſeipſo, quod vitium ei ineſt, expurgare minimè queat. Quale enim id conditum eſt, tale manet, nec mutatur. Si verò rebus quibuſdam extraneis inuadatur, ſeu materia illa peccans ex corpore, ſeu ex ſpiritu vitæ procedat; illa, per cerebrum alterum, quod Deus herbis indidit, omninò eiicienda eſt. Nec enim membra ipſa vim quandam aſſciſcunt, quâ cõtra morbum expellendum depugnent: ſed ipſa quietâ luctam & amolitionã cerebro externo committunt. Hoc ſi triumphum agit, interius conualeſcit. Illud ſi ſuccumbit, hoc damnum ſentit. Quare noſcendum eſt cerebrum externum, aduerſus omnia, quæ internum infeſtare poſſint. Huius generis ſunt de Oleo Lunæ, Liquor Saphyri, Muſci, Liquor vitrioli.

Membra ipſa nihil expellent ſed medicamenta cerebri præſidia quædam

CAP. IV.

CErebrum in ſuo robore conſeruandũ eſt adeò, vt nihil ei incõmodet,

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 392 sur 913

ipsúmque totum cerebrum sit. Quòd si quandoque infirmitas quædam ipsi incumbat; tunc per externum cerebrum noxæ ac damna auertenda sunt, vt cerebrum totum maneat. Ex cerebris istis vnum est, Liquor Lunæ, qui hoc modo fit. Primo calcina illam & per vinum vitæ diebus 7. cohoba. Sic resoluetur Calx Lunæ in lentum liquorem. Hunc in balneo spatio menstruo digere. Tunc resoluetur, formam liquoris viridis exhibens. Hoc summum est, quo cerebri substantia fouetur, & nouum seu extraneum cerebrum inseritur. Simile huic est Arcanum de Gilla extractum hoc modo. Gillam destilla in vino vitæ æqualis pōderis. Tamdiu circula, donec fundum non attingat. Id porrige cum vino Falerno. Roborat cerebrum tam potenter, vt vertigo nulla, nulla phrenesis ac mania offendere possit.

Liq. Lunæ præparatio & vis.

Gilla vt extrahatur.

Gilla remedium vertiginis mania &c.

Idem etiam saphyri & musci liquor operatur, hoc modo præparatus. Si saphyrus in *Alcoadamantinam* naturam reducitur, & post per *Chybur* in suum pulucrem dissoluitur, ac huic pulueri in cohobando vinum vitæ 6. diebus adiicitur; demum liquor potabilis prodit, qui choream Viti, & amentiam ac phantasiam eorum, qui seipsos suspendunt aut aliter interficiunt, sanat. E musco quoque simile medicamen extrahitur. Is per vinū vitæ in panno decoquitur in formam succi, storaci similis. Hoc curatur vertigo, scotomia, & quicquid syncopen aut rotationem inducit, velut & principium Caduci, Maniæ, Phrenesis.

Saphyri præparatio.

Vis saphyri ad choreā Viti, a mentiā &c. Musci extractio.

Ad Scotomiam caducū. maniam &c.

Cap. V.

De Viribus Hepatis.

Tecora duo sūt.

IPsum quoque hepar corporis externo hepate auxiliatore opus habet. Nec enim pugnax id ac militari adeò ingenio est, vt sibi ipsi defendendo sit. Hinc spiritualia membra vocantur. Nullus enim spiritus militat, sed corpus. Iam verò Hepar ipsum solum spiritus est. Caro eius, quæ Hepatis nomen fert, id membrum corporis est, in quo vsque adeò multum situm non est. Hepati ergò si quandoque bellum gerēdum est; vsus requirit, vt aliud quid pro eo depugnet, nempe corpus quoddam, quod suas manus, suos pedes habeat, quibus contra morbum corporalem arma proferat & vsurpet. Corpus enim si patitur, materialiter patitur. Idcò talem ipsius quoque Medicinam esse decet, vt hoc pacto materia aduersùs materiam procedat, & simile in suū simile agat. Id tale est. ℞. *Essentiæ spodij.* Item, si hepar ad Hyposarcam rumpitur, hoc ipsius vis est: si ad Icteritiam, vis eius illud est; si ad febres, virtus id est. Si ad Apostema, virtus hoc est &c.

Partes principes cur membra spiritalia.

Cap. VI.

AD sanitatem hepati conciliandam, ita vt nihil noxæ accipiat aut lædatur, nihil præstantius aut conducibilius est Cheiri. Præparatio talis est. Cheiri sumitur, ac à suâ nigredine in albedinem sublimatur. Hæc albedo cum vino vitæ bibitur. Hoc potu hepatis apostematica natura ac putrefactio tollitur, atque omnis eius corruptio emendatur, adeò, vt deinceps probè digerat & sanguinem recte dispensęt, nec illum saltem multum producat, verum etiā bonū & laudatum, nullis morbis suscipiendis idoneum. Veterem quoque & exoletū sanguinem renouat, ac illum ita emundat, vt etiam lepra vanescat. Idem quoque præstat Anthos luteum, si per spiritū aquæ vitæ resoluatur, ita potum, hepatis vniuersas noxas & morbos sanat.

Cheiri, sanitas hepatis.

Cheiri præparatio.

Cheiri, hepar reborat, sanguinem nouat.

Anthos luteiprę paratio, vis.

Sed & Liquor *Alchaheſt* magnam hepatis conseruandi & confortandi, adeóque ab hydropisi & eius omnibus generibus, ab hepatis vitiis ortis, præseruandi vim & efficaciam habet. Eius processus est, vt à coagulatione resoluatur, & iterum coaguletur in formam transmutatam, sicut processus de coagulando & resoluendo docet. Tunc enim, si suū simile superauit, medicina fit hepatis medicinis omnibus superior. Et siquidē hepar ipsum ruptum & dissolutum esset; loco tamen totius hepatis is est, non secus, ac si nunquam ruptus & solutus fuisset. Quicunque ergò Medicinæ operam datis, summo studio id anniti debetis, vt *Alchaheſt* præparare discatis, propter auersionem multorum morborum, qui ab hepate oriuntur.

Liq. Alchaheſt est loco absumti hepatis.

Cap. VII.

De Viribus Splenis.

SPlen similis membris cæteris est, Qui ipse quoque cùm non minùs cæteris frangendi corporis occasionem admittat, suo simili quæsito opus habet. Malitia eius in hoc est, quòd durities generet, concitet febres, putrefactiones, oppilationes, & similia plura. Virtus autem ac industria hic est, vt corporis splen eximatur, & splen externus immittatur seu inseratur.

Splenis virtus.

Vita

Vita enim ſine ſplene diuturnior eſt, quàm cum ſplene. Quod licèt quidem de tribus membris ſuperius dictis, vt quorum in corpore ſumma neceſſitas eſt, dici non queat: verum de ſplene tamen id eſt, nos eo commodè carere poſſe. Practica ergò omnis hùc conferenda, vt beneficio ſplenis externi, non interni viuamus, vtque internum extirpemus, & radicitùs conſumamus.

Sine ſplene commodius viuitur.

CAP. VIII.

AD ſplenum conſumendum & adimendum *Sutratar* facit. Ab hoc ſepara ipſius liquorem ſine corroſiuo, per retortam ad validum ignem, poſtea quinquies abſtrahe. Cohob omne cum vino vitæ rectificetur, & propinetur. Hoc ſplenem penitus aufert, nec veſtigium quidem eius relinquens, conſumit etiam, quod ſpleni digerendum erat. Corpus vniuerſum à noxis præſeruat. Eadem virtus & operatio in fece quoque, à qua vinum vitæ ſeparatum eſt, quærenda eſt. Similis vis in *Caſa* quoque condita eſt. Maceratur ea in oleo oliuę poſtea eum lib. 1. *& quadrante opopanacis* miſcetur. Deſtillatur per Alembicum. Oleum hoc regioni lienis illitum, ſplenem omnem aufert. Annuatim vſurpatum, dolores omnes à ſplene genitos auertit. Accuratiore tamen ordine vſurpatum, ſplenem penitus eximit, & conſumit, ac dolores eius morbóſque & noxas vniuerſas adimit.

Sutratar præparatio.

Sutratar, ſplenem cōſumit.

Caſæ præparatio.

Ol. Caſa ſplenem penitus tollit & eius dolos.

CAP. IX.

De Viribus Renum.

RENum confortatio optima dignoſcitur in iis, quæ foris tenes exiſtũt, vt nimirum interiores renes aboleantur & auferantur, ac ſpleni ſimiles reddantur. Tum demum virtus renum integra erit, ſi operatio eorum emortua ſit. Sua enim operatione producunt *Lithiaſin*, *calculum*, *arenam*, *& diabeticum*, & alia plura. Iis mortuis, ſi ea eſſentia inſit, nullus illorum ſupereſt, ſed corporis vis proba eſt ac vegeta, ac ſana tam ſenectus quàm iuuentus, nec vllus ipſorum morborum inuadit, qui fierent illis viuis & ſuperſtitibus.

Renes, vt ſplen abolendi.

CAP. X.

VT verò Renes, qui plus ad caſtitatem faciunt, quàm teſticuli, auferantur: ſciendum eſt, ipſos ſine omni noxâ tolli. Quod vero damnum eos exemptos ſequi poſſet, nihil quicquam pertinet ad meatus cæteros, qui renes ipſos tranſeunt. Remanet enim eorum materia & vita. Natura verò & operatio tollitur. Id fit per *Aroph*. Is per deſtillationem in pane, in liquorem reducitur, & ita bibitur. Potus hic aufert malum, quod renes gignunt.

Renes plus teſticuli, ad caſtitatem faciunt.

Aroph renum mala dele.

CAP. XI.

De Viribus Felis.

SVmma fellis felicitas ac virtus eſt, vt id materialiter auferatur & conſumatur. Ita non generantur cholericæ ægritudines, Colica, Iliaca, & his ſimilia, contractura, tremor, & alia ventriculi mala. Nec enim hæ partes quicquá aliud agunt, quàm vt deſtruant id, quod membra vtilia exſtruxerunt. Ignorant autem Phyſici quàm nihil fel proſit. Nã vſus ac honores ingentes illi addicunt, qui nullí tamen ſunt. Eſt enim hoc mẽbrum in Naturâ ſuperfluum, & inſtar monſtri. Nihil enim adeò bonum & purum fit, cui zizania & lolium non inſerantur. Sic fel quoque, & huic ſimile, membrum aliud lolium naturæ eſt, quod iuxta bonum ſeſe inſinuauit, non ad cõſeruationem corporis, ſed eiuſdem deſtructionem.

Fel auferendũ.

Fel mẽbrum ſuperfluũ, nullius vſus.

CAP. XII.

FElis conſumendi ita, vt, quantum eius eſt inutile, aboleatur, proceſſus iſte eſt, vt omnes à felle prognati morbi tollantur, nec ab eo deinceps vlla vel ira, vel ægritudo inducatur. Hoc per *Rhabarbarum* obtinetur hoc modo. *℞ Rhabarbari & florum Cheiri an:* &, ſicut ante dictum eſt, liquorẽ cheiri extrahe; ex Rhabarbaro autem eo modo, quo ex Anthos. Hæc duo compone, & tantundé vini vitæ adde. Quod ſi porrigis, id primùm age, vt ira deferueat, poſteà, ſi quis præſtò morbus eſt ex felle. Poſteà ſitis inuadit. Cum hâc fel diſparet ac abit. Tandem ſanitas ſequitur, priore commodior.

Rhabarbari præparatio.

Vis, fel tollere.

CAP. XIII.

De Viribus Pulmonis.

VIrtus pulmonis optima eſt, vt in ſuâ materiâ maneat, nec ei quicquam apponatur, ſed ſolus ſine adiunctis degat. Iam verò is mobilior cæteris partibus viuentibus eſt: quod à vi ſpiritus vitæ habet. Hunc ergò cumprimis confortandum eſſe, ratio ac vſus dictat. Id per ea impetratur quæ ſana mẽbra omnia faciunt. Sic enim & pulmo ſanus erit. Vt tamen copioſiores æquo affluxus declinare queat, medicina ſequens tradetur. Vbi iuxtà tenẽdũ eſt, oportere cętera mẽbra ſana cõſeruari ne occaſio ad mortẽ detur.

Pulmo mobilis.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 394 sur 913

CAP. XIV.

Chibur. vt paretur.

EX pulmoni commodis medicinis Chibur nulla superat. Sumitur Chibur, & cum duplicibus calcibus & mineralibus miscetur ; sublimatur ter. Ægris administratur. Hoc pulmonis mala omnia auertit, eiusque robur intendit & ingeminat, adeóq; balsamus est pulmonis & vniuersi pectoris : quo non est valentius in omnibus rerum viribus reperire, nec quicquam est, in quo externi pulmonis plus inueniatur, nisi in Chibur, vt diximus. Chibur balsamus pulmonis.

Finis libri secundi de viribus membrorum septem internorum in globulo.

LIBER TERTIVS. *De Viribus Membrorum Externorum.*
(Desiderantur.)

LIBER QVARTVS. *De Viribus Membrorum Chaos.*

LIBER QVINTVS. *De Quatuor Elementis, quomodo defendantur.*

LIBER SEXTVS. *De Tribus, in quæ Natura componitur, & quomodò conseruentur.*

AD LECTOREM.

HIc iam iterum opus est, benuole Lector, pramoneri te, quòd hi libri, prout Auctor disposuit, & conscribendos præsumpsit, cum prioribus duobus inuenti non sint: fortassis quòd ab ipso absoluti non fuerint. Id ex originali coniectare licet, quod festinanti calamo scriptum erat, vt primæ delineationis saltem aut Rhapsodiæ faciem exhiberet. Hi autem Tituli sequentes vnà cum principio libri Quinti, quia in iisdem chartis cum duobus primis libris inuenti fuerunt, hâc de causa huc appositi sunt, vt studiosis auidis per ista quædam quasi ansa porrigeretur, mentem Auctoris porrò propiùs assequendi. Et cum suspicio non leuis sit, libellum de Tribus Primis Essentiis, hic sextum inscriptum esse ; huc ob id ille cæteris appositus est. Tuæ, Lector, æquitatis est, his præsentibus contento animo frui, & de absentibus cum indignitate nihil queri.

LIBER TERTIVS. *De Extraneis Membris.*

CAP. I. *De Stomacho & suis cohærentibus.*
(Desunt cætera.)

LIBER QVARTVS. *De Viribus Membrorum Chaos.*
Non habetur.

LIBER QVINTVS. *De Quatuor Elementis, quomodò defendantur.*

CAP. I.

ELementaris Natura, quæ in nobis est extra substantiam membrorũ, & cætera quæ diximus, suas interpretationes tales habent, vt nos quoque 4. in nobis Elementa conseruemus, hoc modo, ne Elementum Ignis calculum generet : aut Elementum Terræ, genera pustularum : vel Elementum Aquæ Hydropisin : vel Elementum Aëris, Tympanitem. Quo enim modo exteriùs generant : eodem quoque interiùs.

CAP. II.

Elementa 4 vt in homine sint

CVm ergò quatuor ista Elementa in nobis condita sint : sciendum est, eâ formâ seu specie 4. Humorum in toto corpore locari. Duo Elementa exteriùs in nobis facent, & duo in concauo, hoc modo. Aër aç Ignis, sunt caro & cutis. Interiora, hoc est, quæ in concauo intra costas, cranium & ossa sita sunt, reliquis elementis, Terræ nimirum & Aquæ subiecta sunt. Ideò Intestina, Matrix &c. Elementum Terræ sunt. Cætera membra sunt Elementum Aquæ.

CAP. III.
(Desunt cætera.)

DE TRIBVS PRIMIS ESSENTIIS, EX QVIBVS generatum componitur.

CAP. I.

Sal, Sulphur, Mercurius omnia cõstituunt.

VNumquodlibet generatum, & à suis Elementis productum, in tria collocatur : in Sal, in Sulphur, in Mercurium. Ex tribus his coniunctio fit, quę corpus

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 395 sur 913

corpus vnum, & essentiam vnitam constituit. Quod hic corpus attinet non definitur, sed saltem internum corporis.

Salis vis quæ. Operatio eius triplex est. Vna est Salis. Is agit purgando, mundificando, balsamando, & modis aliis, & dominatur ei, quod in putredinem abit. Altera

Sulphuris vis quæ. est Sulphuris. Hoc dominatur illi, quod ex duobus cæteris nimium fit, aut dissoluitur.

Mercurii vis quę. Tertia est Mercurij. Is aufert, quod in consumptionem abit.

De Tribus his scitote, quæ cuiusque forma sit. Vnum Liquor est, & is Mercurij. Vnum, est Oleitas. Ea est sulphuris. Vnum est Alkali. Hoc à sale est. Mercurius est sine sulphure & sale: Sulphur sine Mercurio & sale. Sal sine Sulphure & Mercurio. Et hoc modo quoduis in suâ potentiâ persistit.

Quæ verò operationes in morbis permixtis inueniuntur, de his sciendum est, quòd separatio rerum non perfecta sit, sed duo in vno coniungantur, velut in

Ægritudo permixta quæ. hydropisi & aliis similibus. Permixtæ enim ægritudines illæ sunt, quæ succum suum & humidum temperatum transcendunt. Sic Mercurius & Sulphur aliquando paralysin demunt, quia concurrit etiam sulphur corporale, aut quia aliqua læsio est in confinio proximo. Ideò hinc obseruandum est, quemlibet morbum vel dupliciter vel tripliciter existere posse. Ea est morbi commixtio. In hâc considerare debet Medicus, si simplex quoddam assumit, quis eius gradus sit in liquore, in oleo, in sale, & quomodò cum morbo læsionis confinis cõueniat. Pro isto gradu extrahi debet liquor, & sal, & sulphur, & attribui, quod

Ægritudo mixta vetranda. opus est. Adeóque hæc breuis regula tenenda est: vt medicina vna detur læsioni, altera morbo.

CAP. II.

Salia purgant aut per secessum. SAlia purgant, modis tamen variis. Alia per secessum. Horum duo sunt. Vnum sal rei, quod digerit res ad secessum. Alterum sal naturæ, quod expellit. Ideò sine sale excretio nulla fieri potest. Ex quo sequitur, sal vulgi salibus naturę opitulari. Quędam per vo-

Vomitũ mitum purgant. Tale sal est crassissimũ, quod si in digestionem abire non potest, superius in stomacho strangulationem

Sudoré facit. Nonnulla per sudorem. Tale est sal subtilissimum, quod cum sanguine coit. Salia enim ad stercora & vomitum, cum sanguine non coeunt. Ideò sudorem nullum prouocant: sálque tantùm est, quod secedit. Quædam per vrinam. Vrinam. Vniuersa enim vrina nihil est, nisi sal superfluum. Stercus est sulphur superfluũ. Liquoris autem nihil superfluè abscedit à corpore, sed intus manet. Tales sunt omnes egestiones corporis, à sale expulsum phlegma per nares, per aures, per oculos, per vias alias. Et hoc per Archeum intelligitur, ex quo suas illæ operationes desumunt, sicut in postremis indicabitur.

Iam velut ex Archeo sal laxatiuum prodit, dum nimirùm vnum purgat stomachum, quia ex stomacho Archei procedit, alterum purgat splenem, quia ex splene Archei venit: ita cum cerebro quoque & iecore, pulmonéque & membris aliis contingit. Nam membrum Archei mouet membrum microcosmi.

Salium differentiæ quæ. De Alkali verò & sale scitote id varium esse. Vnum dulce est, velut cassia, & est sal separatum, quod in mineralibus antimonium vocatur. Aliud acetosum est, veluti sal gemmæ. Aliud acre, quale est in zinzibere. Aliud amarum, quale est in rhabarbaro & coloquinthide. Ad quæ sciendum est, multa Alkali gigni, veluti Harmel: multa extrahi, vt scammoneæ: multa coagulari, ceu Absinthij. Quod intelligendum est ex eo, velut in sale cognoscitur. Similiter purgant quædam per solum sudorem, quædam per solã consumptionem & similia. Quoties enim peculiaris sapor: toties peculiaris operatio & expulsio, quarum tamen duabus plures non sunt; hoc est, operatio rei, & operatio extincta.

CAP. III.

Sulphuris natura quę. SVlphur operatur exsiccando & consumendo superfluum. Siue id ex ipso sit, siue ex aliis, per sulphur omninò consumi debet, si salibus non fit subiectum. Sic ad Hydropisin facit Medicina salium, ex Hepate Archei productorum, ad consumendum putrefactum & corruptum. Ad ipsum autem præterea morbum auferendum, vi sulphuris opus est, cui morbi istiusmodi secundùm suam originem subiecti sunt. Quanquàm id nõ sulphur quoduis præstet. Et sic à naturâ Elementi productum est, vt vna quælibet ægritudo, quam natura corporis gignit, contrarium suum ex naturâ Elementi habeat. Et hoc fit vniuersaliter & particulariter. Ideóque ex generibus Elementi, ipsa morborum genera cognoscenda sunt. Sic vnum seper alterius

Genera Elementi genera morborum produnt.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 396 sur 913

signum ac indicium est.

Mercurii natura qualis.

Similiter & de Mercurio idem iudicium est. Is assumit, quodà sale & sulphure diuortium facit. Hinc fiunt morbi ligamentorum, Arteriarum, iunctu-rarum, articulorum & similium. In his ergò morbis hoc vnum curandum est, vt liquor Mercurii adimatur. Debent autem dictæ ægritudines per illa auferri, quæ cuilibet idonea & commoda videbuntur, indicata de specialitate rerum in naturâ, & in Philosophiâ de re & naturâ: quæ breuitatis gratiâ hîc omittuntur.

CAP. IV.

Morborum genera tria.

HOc modo Medicus tria morborum omnium genera intelligere debet: Vnum ex sale. Vnum ex sulphure. Vnũ ex Mercurio. Ex sale hoc modo. Quilibet morbus laxus ex sale generatur, vt sui t, fluxus ventris. Dysenteria, Diarrhœa, Lienteria, &c. Sal autem istud est, quod in suâ sede iacet. Quælibet enim egestio ex sale causatur, sano, ægro. Illud sal naturæ est, hoc sal corruptum & resolutum. Ex quibus conficitur debere quoque ipsius curam per salia perfici: ita vt sal iterum rectificet & separet sal resolutum ab integro. Posteà sequitur cura sulphurea, veluti confirmatio quædam operationis in sale. Huic enim id dominatur, & est sulphur speciatum ex vi Archei, &c.

Mercuriales morbi qui.

Porrò ex Mercurio omnes illi morbi oriuntur, qui occupant Arterias, ligamenta, articulos, ossa, neruos, &c. In cæteris enim corporis locis substantia Mercurii corporalis non dominatur, sed saltem in membris exterioribus. Sulphur enim mollit & fouet membra interiora, scilicet, cor, hepar, cerebrum, renes, &c. Et horum morbi, sulphurei vocari debent. In illis enim substantia sulphurea sita est. Huius exemplum sumemus de Colicâ. Illius causa sal est propter intestina, in quibus prædominatur sal, & multa genera colicæ parit, nempe vnum, si resoluitur: alterum, si nimiùm induratur. Sic enim temperamentum suum transilit, & ad nimiam humiditatem vel siccitatem deficit. Ideò fit, vt in colicæ cura per salia Elementata sal humanum rectificandum sit. Quod si enim aliud sal quàm de sulphure adhibeatur, id submersiones salis existimabis, non curam morborum colicæ. Sic pariter & in morbis Mercurialibus ac sulphureis sua res cuilibet adhiberi debet, non contrariũ contrario impendi, sed proprium ad suũ innatum accommodari. Frigidum enim calidum non euincit, nec calidum frigidum in morbis natis. Cura ex eo procedit, quod morbum & eius locum genetauit.

Colicę varia genera a sale.

Sua res non cõtrario quoduis curatur.

CAP. V.

MOrborum genera diuiduntur etiá in varios ramos, & locustas, ac folia. Vna tamen cura est Nam morbus Mercurialis exemplo est, quòd liquor quoque Mercurialis similiter in multos ramos, locustas, & folia abeat. Sic in pustulis omnia genera sunt sub Mercurio. Nam ipse morbus est Mercurialis. Nonnulli Galli sub Mercurio vulgari sunt. Quædam pustulæ sub Mercurio Metallino: nonnullæ sub Mercurio Xylohebeno: aliqui sub Mercurio Antimonii. Causa est, quòd Mercurius ad suas locustas, & non ex ordine abit. Opus ergò est liquores Mercurii cognosci. Is enim ille est, qui sanat, quod sal ipsius dissoluit. Est etiam alterum, quod in ipso situm est, nimirùm vis incarnatiua & consolidatiua, (vt pro naturâ Mercurii.) Iam autem is multiplex est. In metallis liquor Mercurii est instar metalli. In iunipero & hebeno instar ligni. In Marcasitis, Thalkis, cachymiis, instar mineralis. In Brassatellâ, persicariâ, serpentinâ, instar herbę. Et Mercurius tamen vnus est, qui adeò multipliciter se exhibet. Quæ de pustulis: eadem & de vlceribus intelligantur. Quædam suam curam ex Mercurio de Persicariâ poscunt: non nulla ex Mercurio de Arsenico: aliqua ex Mercurio de Xylo Guaiaco. Nosse ergò debet Medicus arborem morborum & rerum. Huiusmodi aliquot existunt. Vna arbor salis est. Ea duplex est, Rebis & Elementi. Sic est & arbor sulphuris & Mercurii. Caueat itaque Medicus, ne arbores duas in curam vnam inferat: sed teneat Regulas morbis Mercurialibus dandum esse Mercurium, morbis salinis salem, morbis sulphureis sulphur, vnicuilibet nimirùm morbo suum appropriatum, sicut conuenit. Nam in rei veritate tres saltem Medicinæ, velut triplices morbi existũt. Præcidi ergò ac omitti debent longæ illæ ambages ac nugæ seu cauillationes Auicennæ, Mesuæ & aliorum.

Morborum diuisio in ramos, locustas, folia.

Mercurius multiplex.

Arbor morborum & rerum Medico noscẽda.

Tres tãtũ morbi: tria tantum remedia.

CAP. VI.

IAm ergò post hactenus dicta omnia, vt compendium breue ac facile Medicus secum circumferat, debet omnes morbos

Medicus qui loqui debeat.

morbos diuidere seu collocare sub nomen suæ Medicinæ, sicut in prædictis morbis incepimus. Et sedulò caueat vt dicat: Hæc est Ictheritia. Nam is sermo præter vsum artis est. Hanc enim artem quiuis etiam rusticus scit & callet. Imò contrà, sic loquêris: Hic est morbus Leseoli. Sic enim complecteris curam, proprietatem, nomen, qualitatem, dispositionem, imò artem & scientiam tuam vno vocabulo. Leseolus enim curat Ictheritiam, nec quicquam aliud, præter hunc morbum curat. Sic ergò te extricasti ab omnibus erroribus, & cura probatur ita, quòd in Leseolo suprema diaphania salis sit, quæ fuso Topazio impensiùs coloret & figuret. Sic Ictheritia quoque similiter sal (vt ita dicam) diaphanatum est de aurigine: ac opus habet, vt per sibi simile expellatur & extrudatur. Eodem Arsenicata quoque & sal quod Ictheritiá facit, mater Arsenicati & Leseoli modo est, ex duabus tamen matribus genitum, Annuali nimirùm & Elementari.

Leseolus curat Ictheritiá.

Suasor itaque vniuersis sum, vt tres illæ arbores rectè solidéque cognoscantur. Semen etenim harum arborum qui non nouit, is erroribus meris immersus est. Sic ergò porrò quoque dicendum est: ist · est morbus auri: nec dicendum, lepram esse. Nec eius etiam species nominatur: quòd verè Medicè loqui est, ideò, quia solum hoc nomen satis indicat, quam in lepra curam instituas. Quòd multò plùs est ac si dicas, esse Lepram. Sic iterum dico: Iste est morbus tincturæ. Ex quo peritus satis intelligit, mihi compertum esse, quid & qualis tinctura sit, & quomodò illa regeneret, & iuuenescere senium faciat. Sic aio quoque: Iste est morbus vitrioli. Hoc experientia comprobat, quòd species Epilepsiæ per oleum vitrioli aut ipsius spiritum curentur. Quod ipsum etsi scripta quidem passim comprobent: tamen cùm huc ad mei instituti Theoricá illud faciat, quid nocet hic repeti, quâ ratione Theorica perfici debeat? Quod vero Theoricè ista comprehendi, in causa est modus specialis, ex quo prior deducitur, & mysteria naturæ, quæ per Alchimicos auctores occlusa fuerunt, ex quibus meritò Theoricam meam vtriusque originis, Elementaris nimirùm in suâ productione, & Annualis in suâ generatione, probo ac demonstro, ac inde Theoricæ meæ fundamentum exstruo.

Morbus auri quid.

Morbi tinctura quid.

Tinct. iuuenescere facit.

Porrò verò etiam ex Theoricâ inquiramus, ex quânam virtute incarnatiua sint? Ex solo scilicet Mercurio. Is sanat vulnera longo tempore, tanquam per Mercurium in resinâ, celeriùs tamen quàm Mercurius in Mumiâ, iterum celeriùs, quàm Mercurius in Tartaro. Itidem & in vlceribus: vt sunt nonnulla vlcera Cácrorum, Esthiomena, & Erysipelas. Huiusmodi Mercurialium operationum seu virium multæ sunt in Elementatis & Annualibus, per experientiam omnes inuentæ ab iis, qui intelligunt, in quibusnam Mercurius, in quibusnam alii lateant: qui item norunt Mercuriũ illum præparare, & formare vnum in Topazinum, alterum in crocum sandalium, quendam in spiritum, quemlibet in suam exaltationem, in quâ optimè se habeat. Et licèt Mercurius vnicus sit quidem: tamen si ipso opus sit, ita produci vult. Testamur ergò hoc loco, quod vis incarnandi & consolidandi à solo Mercurio procedat, in quo nullum sulphur, nullus sal existat, sed is in purum suum liquorem extrahatur & reducatur. Eâdé omninò ratione cum sulphure quoque & sale procedendum, ipsorúmque exaltatio noscenda est vobis, modò Medici nomen obtinete, & cum laude vestros ægros sanare velitis. Sat scio, Porphyrium admiraturum esse, si audiat, quod Saphyrus sit Mercurius, & nobilis Iaspis, quia id non videat, aut manibus palpet. Qui etsi quidem hactenus nullâ experiẽtiâ insignis sit, nec quicquam discere annitatur, nescio tamen quid interim nugetur & somniet.

Incarnatiua qualia sint & vnde.

Crocus sandalius.

Porphyrius imperitus.

CAP. VIII.

SIc, quare Zinziber est Diaphoreticum? Propter salem, ex cuius corpore factum id est. Sed vis illa ignis est, per quem ebulliunt generationes (vt in Philosophiâ traditur) propter ebullitionem autem deoppilat, & humores sulphuris salis & Mercurii, in secundum, tertium & quartum gradum ebullitionis reducit seu euehit. Et prout ex igneitate salis constituitur, ita gradum quoque accendit, per quem gradum humiditates destillant per poros & guttas foras. Sic mundificatiua quoque ex solâ salis vi mundificant, velut mel & alia. Vnde etiam sequitur, in melle Balsamum salis situm esse, propter quem id non putrescat. Balsamus enim sal nobilissimum est, quod natura produxit.

Zinziber cur Diaphoreticum.

Mundificatiua á sale.

Vis *attractiua* à naturâ seu essentiâ sulphureâ est, veluti in gummis. Ea trahunt ratione

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 398 sur 913

Attractio à sulphure non caldo.

ratione sulphureitatis. Mastix enim sulphur est ita productum. Sic & Opopanacum, Galbanum & alia. Nec credendum est huic axiomati Medicorum: Calidi est attrahere; sed ita dicendum est, sulphurum est attrahere: id quod verissimum est. Res enim calidæ ibi saltem trahunt, vbi sunt, hoc est, vbi ardent. Quod verò ardet, id sulphur est, idque non fixum, ideò euolat, quod Gummi faciunt. Laxatiua etiam similiter trahunt ex illis locis, in quibus non consistunt, instar magnetis. Quòd verò salia quoque trahant, causa est, quòd sal sulphuri impressum sit, & per spiritum sulphuris coagulatum. Ideò ex à se distantioribus locis quoque attrahit. Sic repercussiua quoque sulphurea sunt, siue frigida, siue viridia sint, siue punicea, siue alio quocunque se modo habeant. Repercussiui enim sulphuris hæc natura est, vt ad centrum abeat, & ante se, quicquid mobilium prehendit, agat. Nec verum est, quòd illi aiunt, frigidi esse repercutere. Credunt nimirùm simplices illi homunculi, vulpem se caudâ tenere, cùm corripuerint tamen podicem eius. Subtilem oporteat esse Albertistâ, qui illam eorum tueri regulam velit ac possit. Sed hæc latiùs in Philosophiâ.

Laxatiua à sulphureo sale.

Repercussiua à Sulphure nõ frigido.

CAP. XI.

Confortatiua vis ab Archeo mundi est.

DE Confortatiuis autem quod nobis sciendum est, docet id explanatio Archei, qui similis est hominis, & in quatuor Elementis latet, vnus scilicet Archeus, sed in quatuor partes diductus. Is ergò Magnus Cosmus est, & homo paruus, & vnus alteri similis est. Ex isto prodit vis confortationis. Sic quod ex corde Archei procedit, id confortatiuũ cordis est, velut aurum, smaragdus, corallia & similia. Quod ex Archei procedit hepate, cosmi minoris hepar confortat, & sic consequenter. Vim huiusmodi confortatiuam Mercurius non promit, nec sulphur, nec sal. Illam autem promit cor Elementorum: ex hoc illa dimanat. In Elementis vis est ac potentia, quæ ex semine producit arborem: & ab ipso Elemento ea vis est, quòd arbor stat & figitur, & sistitur. Sic fœnum quoque & stramen à robore externo staruitur, quod oculi vident. Simile quoque robur in animalibus est, cuius beneficio eunt, stant, & mouentur. Idem eodem modo in cæterisquoque productis est.

Præterea autem fortitudo adhuc alia quædam est, oculis non exposita. Est autem ib robur in seipso, quo sanum & validum manet id, in quo illud inest. Hoc autem est spiritus naturæ. Quem nisi res quælibet habeat, perit. Spiritus is in suo corpore fixus manet. Idem confortat hominem quoque. Sic ergò singulorum Archei membrorum vis in minorem cosmum defluit, per medium nimirùm vetegabilium.

Sine naturæ spiritu nihil subsistit.

DE PESTILITATE.

Hoc est:

Origo & Generatio pestis: & huius morbi accurata genuinaq; cura, præscripta,

à

THEOPHRASTO HOHENHEIMIO Vtriusque Medecinæ Doctore.

PHILOSOPHICVM quẽdam discursum de Peste & eiusdem ortu ac generatione instituturi, ex fundamento & examine Philosophiæ de tellure res ita intelligenda est. Pestis est morbus, sex discretas sedes in corpore humano sortitus: nempe post aures, binas: binas etiam sub geminis axillis: inferiùs in hypogastrio secundum pubem itidem binas. Sic ergò foris in homine sex sedes reperiuntur, quas pestis certas occupat, à cœlo infectas, & pestilentiali veneno ictas seu contaminatas. Ex *Techellicâ* Philosophiâ patet, quòd præter sex prænominata loca, septimus quoque huic sæuo morbo attributus sit, in ipso cognoscendus.

Pestis quid.

Pestis loca 6

Phil. Techellica.

Risu verò cumprimis dignum est, tot tãq; numerosos Italos pariter ac Germanos Doctores tam copiosè de hoc morbo commentari, & tamen memorabile admodum ac dignum nihil de eodem proferre, vndenam is oriatur, & quid verè homo sit, & quid tandem in ipso iste morbus inuadat. Nec enim frustra ac temerè sic à Deo constitutum est, vt tria ista dicta loca in homine semper aut parte certè maximâ tam certò affligantur & corripiantur. Quinimò peritus ac sapiens Medicus iure ex hoc loca planetarum coniectare debet. Simile enim semper in suum simile operatur. Sic Saturnus cum proprietatibus lunæ in superioribus hominis partibus, hoc est, post aures operatur. Mars etiam ac Sol peculiari

Medic. reprehẽsio.

Loca pestis planetas designant.

liari loco, in externis hominis locis operatur, veluti sub alis. Similiter & Iupiter ac Venus in vtroque femore iuxta pubẽ, quantum quidem hunc morbum attinet.

Quia verò paulò antè commemoratũ est, locum adhuc vnum in homine eúmque in numero septimum reperiri, locum scilicet Mercurij: ideò, quâ ratione illud intelligendum sit, porrò explicabitur.

Quid sit homo, hoc est, caro hominis.

HOminis hæc generatio est. Nempe ex primâ matrice, hoc est, ex magno mundo ortus est. Id est, Magnus mundus vnà cũ cæteris creaturis omnibus per manus Dei creationem, hominem, quoad naturam carnis, ad mortalitatem produxit & genuit. Hâc de causâ homo terrenus & carnalis factus est. Caducam verò & fragilem hanc carnem homo ex terrâ & aquâ suscepit. Terra ergò & aqua corpus est terrenæ huius & animalis vitę, quam homo naturaliter accepit per creationem à manu Dei factam. Vita verò hæc Animalis per seipsâ nihil est aliud, quam Ignis & Aër. Quod ita intelligi debet. Ipse homo, quod quidem animalem ipsius vitam attinet, ex quatuor Elementis constat. Aqua enim & Terra, ex quibus corpus hominis constitutum est, domicilium est ac corpus ipsius vitæ. Non autem hîc vitam intelligo illam, quæ ex Animâ, hoc est, habitu Dei procedit (Non enim hîc Theologum, sed Medicum ago) sed hanc, quæ animalis & caduca exstitit: quæque ex Igne & Aëre condita est. Sic ergò corpus, ex terrâ & aquâ creatum, domus vitæ factum est. Hinc facilè intellectu est, quomodò homo duplici vitâ donatus sit, nimirùm Animali, & sydereâ.

Ne verò institutum hoc meum, quòd scilicet de vitâ animali & sydereâ hîc tracto, à quoquam reprehendi queat: ex vsu rei est, vt planiùs Animale corpus describam. Animale enim & sydereum corpus vnum est, non duplex, hoc nimirùm modo. Corpus mortuum est: hoc est, corpus, quod sanguis est ac caro, semper mortuum est. Sydereus autem spiritus, ex quo homo vitam animalem habet, facit, vt corpus moueatur. Hinc oritur animalis vita in homine. Hæc verò omnia naturaliter fiunt à proprietate & virtute cœli. Quòd verò Gallus gallinaceus cantu suo tùm mediam noctem, tùm ipsum diem salutat, hanc proprietatem ab Astris accepit.

Iam autem ad me, imo quemlibet verum ac peritum Medicum spectat, vt sciatur, quâ ratione tam Gallus, quàm homo, ab Astris ita gubernentur & compellantur. Cœlum gubernat vitam hominis: Elementa autem eiusdem moderantur corpus. Corpus hominis est aqua & terra. Vita autem eiusdem est ignis & aër. Sic aqua & terra reguntur ab igne & aëre. Ex hoc etiam principio homo morbos & sanitatem habet.

Aqua & terra ab igne & aëre reguntur.

Hæc nimirùm arbor est scientiæ boni & mali, de quâ edere Deus Adæ ac Euæ vetuit. Hoc est, cur Deus non voluerit, vt Adam & Eua, & deinceps nos omnes quoque pro naturâ huius arboris viueremus; hoc est, homo minimè animaliter, secundùm conditionem virtutum Elementarium, viuere debuerat. Sed fas erat, vt ad voluntatem mandatorum diuinorum contra naturam Elementorũ, sese ipsum accommodaret & gubernaret. Ad hunc vsum per creationem, imaginem Dei quoque accepit. Pro huius imaginis, quæ ipsa anima est, integritate Adamo in primo paradyso & sic nobis omnibus viuendum erat. Id quia factum non est, iam variis morbis ac pœnis à creatore nostro propter contemtum mandati diuini meritò obruimur.

Arbor boni & mali quid.

Imago Dei in homine quid.

Præfationem autem hanc ideò attexere mihi visum est, vt eò commodiùs animalis hominis ortum describere possem: qui homo ex ipsis Elementis nimirum, Terrâ, Aquâ, Aëre, Igne corpus suum ac imaginem accepit.

His ergo perceptis, argumentum nunc subnectam de similitudine animalis hominis, quomodò is conditus sit. In quo verum, genuinum & solidum fundamentum huius totius Philosophiæ continebitur: vt hinc vniuersi Medici, intimæ abstrusæq; veritatis studiosi intelligant, ex quibus principiis ac fundamentis tum philosophandum, tum medicandum & scribendum sit,

De imagine seu similitudine Animalis Hominis.

COmpertum vobis est, quòd ante Adamum ac Euam conditos, iam dum omnia animalia creata exstiterint, sicut id ex Bibliorum auctoritate stabiliri potest, nec longiore orationis contextu hic demonstrari debet. Creatorum autem istorum animalium omniũ similitudi-

Animalia omnia ante hominem.

similitudinem & proprietatem homo accepit. Istorum autem certus ac definitus à Deo numerus factus est. Et numeri quidem huius animalium, ante Adamum creatorum, Medicus certam, & indubitatam scientiam habere debet, ac nullâ parte opinabilem ac ambiguam. Illum equidem numerum hîc constituâ, sed ita, vt cum candore à veritatis studiosis accipiatur & intelligatur. Contemtores autem sensum nostrum non saltem non intelligent, verùm etiam in fatuitate suâ confundentur, & ad lucem hanc penitus occæcabuntur. Contemnunt enim res, priusquam eas aut sciant aut intelligant.

Animalia quot ante hominem fuerint.

Ergò, vt verò nomine & numero designentur, quotnam ante creatum hominem animalia fuerint: scire vos velim, istorum animalium omniũ vno numero (M.M. CC.) exstitisse. Et hic numerus mons iste est, in quo omnes Philosophi apricantur & vernant vigéntque.

Cùm ergò opus sit, hominem verè ac accuratè secundùm naturam animalem describi, sicut in primo hoc capitulo de imagine hominis comprehensum est, quia nimirùm is secundùm animalia factus est: colligi facilè potest, Deum id, quod minus & abiectius homine est, ante ipsum hominem ideò condere voluisse, vt scilicet super animalia cætera qui dominaretur, Rex quidam terrenus foret. Tale enim Ius Naturæ est, vt Regnum Rege prius sit. Sic ergò porrò notate. Ipsa animalia innatam habent scientiam, Bonam & Malam. Non minus ipse homo quoquè tinctam suam scientiam malam bonamque habet, tinctam inquam ex astris, quantum quidem terrenam naturam ac conditionem attinet. Ex hâc naturâ supremam & exquisitissimam indagationem veræ Philosophiæ fieri fas est. Hæc animalis conditio vt probè rectéque describatur, capitulum hoc in specie tradet de tincturâ animalis hominis. Homo siquidem duas tincturas habet. Vnâ quantum ad animalem naturam, ex *Astris*. Alteram supernaturalem, ex Deo. Et hæc alta subtilique Philosophiâ expendenda veniet.

Cur homo post animalia creatus.

Regnum rege prius.

Tincturas homo duas habet

De ortu vero & verâ generatione hominis, hæc præcipuè scire, & philosophari debetis, hoc modo. Animalis hominis, hoc est, corporis & vitæ animalis hominis, ortus iste est, quod S. Scriptura, cujus fidei meritò statis, iuquiat, hominem ex terrâ, ex *limbo*, hoc est, ex glebâ terræ creatum esse. Et hoc verum rectúmque est. Theologia enim soli veritati & breuitati studet, & nulla rerum naturalium Philosophia, sed rerum præternaturalium diuino sermone vtitur. Ideóque mihi iam philosophicè de rebus terrenis & naturalibus disserendum erit, & non de homine supernaturali philosophandum. Iã ergò ex terrâ homo desumptus est; & terra iterum fiet: hoc est, post mortem homo fiet iterum quod fuit antè & primò. Et hoc de corpore & domicilio naturalis hominis dicitur, quod nempe illud ex terrâ, aquâ, aëre & igne conditum sit, de quo deinceps. Interim quod hic dicitur, nemo inficiatur, nimirùm ex istis elementis hominem productum esse. Nec est, vt cuiquâ ea res in dubium vocetur. Quo modo verò homo per manum Dei ex terrâ conditus sit: de isto pars maxima mutit. Ego verò, qui video, iam à satis longo tempore neminem vspiam hoc saxum voluere sustinere: veritatem hanc omnibus eius amatoribus planam & expeditam facere aggrediar. Ac vt principio ad propositum meum redeam, quomodò homo ex 4. Elementis emerserit: res ipsa ita habet. Compertum vobis esse arbitror, in magno mundo quatuor anni tempora vigere. Ver nimirùm, Æstatem, Autumnum & Hyemem. Quatuor hæc dicta tempora ope & moderamine Astrorum generant & producunt, quicquid per mundum in mundum progigni à Deo constitutum est. Et de his temporibus quatuor, nemo est qui dubitet aut litem faciat. Sicut ergò ratum est, quatuor ista tempora varios eosque diuersos fructus gignere ac proferre: sic fructus quoque terræ in quatuor genera distingui & secundum Philosophiam enumerari debent, nimirùm pro conditione 4. Elementorum, Terræ, Aquæ, Aëris, Ignis.

Limbus ortus hominis

Homo qua ratione ex 4. Elementis ortus.

Tempora anni quatuor sunt.

Iam ergò, quia de imagine hominis, hoc est de animali formâ animalis hominis, semel differere cœpi: non possum, quin harum rerum arcana quoque vnà proferam & detegam. Priùs verò quàm ipsam formam describam & imaginem: materiam, ex quâ est homo conditus, explicaturus breuiter sum.

CABALA.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 401 sur 913

CABALA.

Elementa ex tribus rebus orta.

TErra, Aqua, Aër, Ignis, ex tribus rebus ortum ſuum conſequuntur. Hæc tria priùs & citiùs creata non ſunt, quam Terra, Aqua, Aër, Ignis. Tria hæc ſunt & fuerunt, Ignis, Aër, Aqua, Terra. Tria hæc vnam matrem habuerunt, ex quâ prodierunt. Hæc Mater Aqua fuit. Nam cùm vniuerſus mundus conderetur, Spiritus Dei vehebatur ſuper Aquis. Per verbum enim *FIAT* omniũ primò Aqua creata eſt. Et ex hâc deinde productæ ſunt cæteræ creaturæ vniuerſæ, Animatę, Inanimes. Vero ergò & genuino nomine hęc tria appellantur, *Sulphur*, *Mercurius*, *Sal*. Hoc ergo principiũ, hæc vera materia, ex quâ vniuerſa Animalia, & tandẽ ipſe homo quoq; condita ſunt.

Aqua mater Elementorum.

Fiat vis eſt creationis.

Ex Sulph. Mercurio & ſale, omnia nata.

Ita porrò attendite. Ad perfectam generationem rerum omnium tria tempora requiruntur: nimirum Ver, Æſtas, & Autumnus. Et de hoc teſtantur generationes omnium fructuum, omnium creaturarum totius mundi. Horum exẽplo putandum eſt, ipſum quoque hominem ad ſui generationem tria tempora poſcere, pro conditione trium prædictarum rerum ſeu materiarum, Sulphuris, Mercurij, Salis. Tria hæc duos Rectores & gubernatores agnoſcunt. Sal moderatorem habet Lunam. Ab hâc enim ille regitur & gubernatur. Iam verò Sal ſubſtantia eſt & materia aquæ, & aquæ ſubiectum eſt, vt in quâ etiam ſoluatur & liqueſcat. Et hæc pars eſt Autumni & Hyemis. Sol autem Rex & Dominus eſt *Sulphuris*. Hoc enim naturæ feruidæ & igneæ eſt. Quâ de cauſa etiam in igne & Sole reſoluitur. Nam Sol Rector & moderator eſt Veris & Æſtatis. Iam cum dictum ſit, res vniuerſas, hoc eſt, omnes creaturas, vel vitam in ſe habere, vel non habere: ſciendum eſt cumprimis, eas vniuerſas nihil eſſe quicquã aliud, quàm Sulphur, Mercurium, Salem. Quicunque autem hâc meâ Philoſophiam vel legere vel rectè intelligere volet, is ſciat, quod *Sulphur*, *Mercurius & Sal* amuſſis omnium certiſſima & verus index vniuſcuiuſlibet Medici ſint, qui ex vno fundamento hanc Philoſophiam eruere & indagare volet. Sal enim eſt corpus Autumni & Hyemis; Sulphur verò Veris & Æſtatis: in quibus Sol & Luna ſuas operationes perficiunt. Quod hoc modo intelligetis. *Sal* creaturis omnibus formam ac colorem dat: Sulphur autem dat corpus, incrementum, digeſtionem &c. Et hæc duo pater & mater exiſtunt, ex quibus mediantibus Aſtris creaturę vniuerſæ gignuntur: hoc eſt, Sol & Luna per Sulphur & ſalem gignunt Mercurium. Iam verò genitus Mercurius, ad ſui ſuſtentationem quotidiano nutrimento opus habet, & porrò ſemper Sulphure & Sale ad augmentationem.

Tempus ſeminandi.

Luna moderatrix Salis.

Sol Dominus Sulphuris.

Sal corpus eſt Autumni & Hyemis: Sulphur verò Veris & Æſtatis.

Mercurius a Sale & Sulphure.

Porrò autem iam ſciendum vobis eſt, in Terram & Aquam Deum multum ac varium Sulphur Salémque creâſſe ac condidiſſe; hoc eſt, vnaquælibet creatura, quotquot harum ſunt, ſiue viuant, ſiue non viuant, in Aquâ & Terrâ ſuum proprium Sulphur & Salem, ex quibus nutrimentum ſuum accipit, conditum habet. Sal enim rebus omnibus ſaporem & formam confert: Sulphur, rebus omnibus, ſeu viuant, ſeu non viuant, odorem & putredinem in ſtomacho impertit. Et hæc quidem ignaris mira & inidonea obuenient. Sed hoc nouum non eſt. Nec enim quicquam aliud impenſiùs admirari ſolemus, quàm quod non intelligimus. Iam autem certum eſt, tellurem in perpetuâ operatione ac motione verſari, hoc eſt, Solem & Lunã aſſiduò laborare, vt tres illas res copiosè gignant, maturent & producant. Creaturis enim vniuerſis ſuo nutrimento opus eſt. Creatæ enim ex iſtis tribus ſunt, quibus nullo momento ad cibum & ſuſtentationem carere poſſunt. Sic ciconia indiget ranâ, & hâc eâdem anas quoque, & creaturæ aliæ plures. Hirundo muſcas poſcit & culices. Apis requirit ad mellificium flores. Mel venatur vrſus, & ſic deinceps. Sed huius prolixior conſideratio penes rerum peritos ſit. Cum enim iſta vulgata & nota ſint, penitiore ſcrutinio minimè egent. Ex his vobis iam hoc conſtat, quòd ad generationem huiuſmodi Macrocoſmus Vere ſuo, & Æſtate, ac Autumno omninò opus habeat, vt per nutrimenta ſua quælibet creaturæ ſuſtententur. Nec enim hæc rerum viciſſitudo ante conſummationem mundi abolebitur. Et hæc pro capituli introitu præfari quaſi & præexplicare volui, vt ſequens textus clarior & dilucidior fieret. Etenim cùm hactenus de fructibus & cibis tam animatorum quàm non animatorum diſſeruerimus: iam conſequens eſt, vt de generatione hominis explicationem ordiamur. Cui tamen præmitti opus eſt generationem animalium ex

Terra & aqua ſulphure & ſale plena.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 402 sur 913

quâ Adam primus homo ſuum corpus accepit.

Quamprimum viua quædam creatura gignenda eſt, opus eſt vt priùs pater & mater extent, ex quibus ſucceſſiuè creatura illa producatur. Iſte verò pater ac mater, quæ ad conceptionem fœtus conferunt, Sal eſt & Sulphur. Sal cum Luna mater eſt. Sulphur cum Sale eſt pater: hoc eſt Sulphur & Sal ſunt ſemen omnium creaturarum. Sol & Luna ſunt Vulcani, hoc eſt pater & mater, quæ ſemen in ſuum incrementum agunt, vſque dum fœtus, Mercurius naſcatur. Quia ergò Sol & Luna, pater ac mater exiſtunt, quod ipſum Aſtronomicum eſt: mihi quoque hæc cura incumbit, vt aſtronomicè ediſſeram, ac doceam, qui tandem primò creaturæ, cuiuſcunque conditionis ſint, per Solem & Lunam prædictam gignantur. Quæ autem ratio huius natiuitatis ſit, magnus mundus quotannis ſemel demonſtrat, nimirùm per tria anni diſcreta tempora, quæ fideliter tenenda & notanda erunt. Ideóque exordium faciam à partu infimo, & aſcendam ad ſummum; hoc eſt, ordiar à minimo animali viuente, aſcendendo ad ipſum vſque Regem, id eſt, Hominem, qui terrenus Dominus & Rex eſt animalium omnium.

Sulphur & ſal ſemen sât vniuerſorum

Sol & Luna patentes.

Videtis tranſactâ hyeme (quæ mors creaturarum omnium vitâ carentium eſt) per amœnitatem Maij omnia, quæ vitæ concipiendæ apta ſunt, moueri agitaríque. Hoc enim tempore mundus vniuerſus veluti renouatur & virendo vernandóque iuueneſcit. Et ſi attendatis, creatura quæuis, quæ vitâ fruitur, vnà cum Magnâ Naturâ quodam quaſi gaudio ſingulari effertur. Documentum huius rei ab herbis, arboribus, & rebus mundi vniuerſis captari poteſt. Nec diſſimile eſt hoc gaudium mulieris grauidæ, quæ ſingulari quodam voto & deſiderio intimo conceptum ſuum fœtum in lucem edere geſtit. Is tamen priùs in auram vitalem non editur, quàm tempus (quantum ad perficiendum & complendum partum requiritur) exactũ & finitum ſit. Tum demùm enim infans editur: non ſecus, ac ſi aliqua arbor numeroſis fructibus prægnans, à nimio pondere grauata, tandem onus ſuum deponat & abiiciat. Ad finem enim ſuum vniuerſa directa ſunt. Vnde Deus Optimus Max. vniuerſis creaturis ſuum quoque autumnum & meſſem peculiarem præſtituit. Quamprimùm enim creatura quæpiam perfecta eſt, Autumnus ac Meſſis ingruit, vt illa matura in torcular quaſi & ſuum receptaculum aſſumatur. Suum enim diuerticulum ac reſeruaculum cuilibet creaturæ à Deo prædeſtinatum eſt. Sic cauea volucri, ſic dolium vino, ſic frumento horreum. Cùm ergò creaturarum & fructuum in mundo infinitus numerus & varietas ſit: ac vnaquælibet proprium ac peculiarem ſuum Autumnum, Æſtatem ac Maium habeat: neceſſe quidem eſt varia Maij tempora, & pro cuiuſlibet creaturæ conditione modóque, varias æſtates, varios autumnos exiſtere. De Hyëme hic quid loqui nihil attinet. Nec enim cum his ea commiſcenda eſt. Cum ergò creaturæ cuilibet, vt dictum eſt, ad conceptum & partum ſuus proprius Maius datus & conſtitutus ſit: videtur, primùm ac ante cætera de Maio Magnæ creaturæ, hoc eſt mundi ipſius diſſerendum eſſe: Hac methodo deinceps cæterarum minorum creaturarum Maius eò facilius & commodius cùm explicari tùm intelligi poterit. Idem ſentiendum etiam de Æſtate & Autumno creaturarum vniuerſarum.

Tempus ſuum rerum omnium.

Maius omnia renouat.

Finem omnia ſpectant.

De magni Mundi Maio.

AQua, hoc eſt, Elementum Aquæ, creaturarum vniuerſarum matrix eſt. Iam cùm matrix parere non poſſit, niſi ſemen, ex quo fructus gignendus eſt, priùs conceperit: Neceſſarium eſſe liquet, patrem aliquem dari, qui cum voluptate & titillatione ingenti ſemen ſuum in matricem profundat. Luna itaque & Elementum Aquę matrix ſunt: Sol autem & Element. Ignis ſunt pater, ſemen tùm ferens, tùm in vterum excutiens, vt fructus gignatur. Semen autem fructuum eſt Mercurius. Is ad maturationem ſuam ac augmentum complementúmque ſulphure & ſale opus habet. Ad hoc ſequitur Aquam & Elementum Aquæ, ſemen hoc mercurium nimirum aſſiduò in ſe continere, ad fructũ gignendũ. Rhombus ergò & rei cardo vertitur in appetitu, & voluptate patris, qui ſemen ſemper promouere nec poteſt, nec vult, nec debet. Huic etenim parenti, meta, modúſque ac tempus à Deo præfixa ſunt, qui vel quando & quouſque fructum gignere debeat, hoc eſt, Sol & Luna fructus non pariunt edúntque, niſi tempus Maij inſtet. Tempus enim huic

Aqua matrix omnium creaturarum.

Matrix non parit ſine viro.

Luna & Sol Mercurium gignunt.

rei

Maius tempus rerum gignendarum.

rei à Deo destinatum Maius est. Iam si semen seminari debeat, duóque promotores sulphur & sal, à parentibus instigentur, vt semen promoueant: tunc ope *Saturni* in terrâ prius frigiditas quædam gignitur, qui Planeta Lunæ dux est: hoc est, Saturnus est equus, Luna est currus. Hic Saturnus per Lunam frigus in tellure suscitat, h.e. in Mercurio semine, qui in terrâ & aquâ conditus est. Frigus hoc duplicis naturæ est, h.e. est hermaphroditicum, & naturam Lunæ Solisque attrahit, h.e. simul frigus & calorem. Calorem verò & frigus, quib. Mercurius ad suam generationem opus habet, oportet esse nõ vehemens ac fortè, sed lene, moderatum & temperatum. Vnde sequitur, quòd nullâ anni parte vel lenior, salubrior & subtilior calor frigusue sit, quá ipso, magni mundi mense Maio. Ita semen hoc naturam Lunæ, hoc est, duodecim magni mundi signorum, in se continet. Nec semen hoc ad incrementum & partum aliâ ratione deduci potest, nisi per patrem Solem, & Lunam matrem. Idque nullo tempore alio commodiore, quàm ipso Maio.

Saturnus vehitur Lunæ.

Calor & frigus moderata gignunt.

Si ergò, vt dictum est, Elementum Aquæ concepit, h. e. appetitum generationis habet (Nec enim matrici huic alio opus est præter appetitũ gignendi: quod semen trium primorũ, sulphuris, salis & mercurii, iã ante in ipsa matrice lateat:) tunc matrix, h.e. elementum aquæ, veluti inflatur & attollitur, turbaturque, ac subindè pinguior, mucidior ac viscosior fit, vsque dum spermata ex vasis spermaticis sursum h.e. supra aquas effundantur vel effusa sint. Istiusmodi sub initium veris reperietis super aquis, hoc est, in piscinis, stagnis, & camporum alluuionibus, vnde postea ranæ & harum fœtus gignuntur. Hoc vos sperma ranarum vocare soletis. Hoc ranarum sperma in principio sal est, hoc est, nitrosum sal ipsius Terræ & Aquæ. Id cum aqua permiscetur primò semsim, post iterum ac subindè magis magisque. Hoc sal ope & adminiculo solis sulphuri adunatur, ad fructum istum necessario. Sal enim per se nullum supernatare aquæ potest: siquidem in aqua resoluatur. Vnde sequitur, quod, cum sal aquæ supernatare nec possit nec debeat, in actione a. istâ & generatione sulphur sali adiũgatur & aduniatur, sulphur iá quodlibet oleosæ naturæ sit, & aquæ innatet, sicut supernatare sulphuri proprium est.

Ranarũ sperma vt generetur.

Sal nullũ aquæ supernatat.

Sulphur supernatat aquæ.

Natura enim sulphuris est, cum aquâ non permiscери, sed vndis omninò innatare. His confectis, Magnus parens, *Sol & Luna*, duo ista sulphur nimirum & salem coniungit & vnit. Istius coniunctionis interuallo, semen maturescit, & à Sole patre, ac Lunâ matre perfectum genitúmque aquis supernatat. Cùm ergò sal rebus omnibus formam indat, ac in hoc prædestinatum sit, vt cum Sulphure & Mercurio rana fiat: omninò id fit, quod ex ipsis ordinatione prædestinationis fieri debuit, Iam licèt hæc Philosophia quidem sana, elegans, fundamentalis & optima fit, cui à nemine quoque contradici queat: nedum tamen sufficit eadem ad generationem pestis plenè solidéque intelligendam. Nam ad hoc plura requiruntur: adeóque deinceps ipsa Philosophia multò clariùs & artatiùs producẽda est.

Salis vis quæ.

Rana ex Sale, sulphure, Mercurio.

Licèt autem processu modo dicto creaturæ fere vniuersæ, quæ quidem aquis subiectæ sunt, producantur & generentur: res tamen ipsa poscit, vt dicatur aliquid etiam de spiritu aquæ, hoc est, de eius imaginatione, seu appetitu matricis ad fructum, seu ad ranas gignendas: hoc est, enodandum etiam & explicandũ est, vndenam appetitus matricis emergat, ranas elemento aquæ gignendi. Hoc vt dicatur, sciendum est, fatali ac diuino ordine ita constitutum id esse, cuius instituti causa fames sit ciconiæ & anatis. Appetitus ergò matricis à ciconiâ & anate est. Fames autem ac ranarum desiderium ciconiis & natibus inditur ab astris. Ac vt res planiùs & fundamentaliùs noscatur, repetendũ est, Cœlum ac Elementa cætera tria Aërem, Terram & Aquam, parentem esse prædictorum animalium, quæ ante ipsum hominem producta sunt: ac non minùs ipso homine illa opus habere, vt à patre, hoc est, ex matrice, ex quâ prodierunt, sustententur, hoc est, ex inferiore & superiore sphærâ. Inferior globulus ac sphæra terra est & aqua. Ea nutrit animalia, quantum ad corpus attinet seu domicilium, quod vas ac cella est vitæ cuiuslibet animalis. Quòd si ergò discrimen aliquod est inter domum seu corpus cuiusuis animalis viuentis, & inter vitam ipsam in corpore habitantẽ: sciendum est, vitam esse inhabitatorem, & corpus esse carnem & sanguinem. Vita autem in carne ac sanguine, vt diximus, inhabitat. Vita hæc in omnibus animalibus

Fames ciconiæ causa est generandarum ranarũ.

Vita in animalibus vtraque spiritu gubernatur.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 404 sur 913

malibus à duabus ſphæris gubernatur: à ſuperiore, quæ Aër eſt & Ignis ab inferiore, quæ aqua eſt & terra.

Dictum iam eſt de Animalibus, quòd vita eorum à cœlo gubernetur. Qui cœlum autem viciſſim gubernetur à vita animalis, id eo modo intelligendum eſt, velut deinceps dicetur. Quicquid viuit, vt edat opus habet. Quicquid autem editur, opus eſt, vt concoquatur ac digeratur. A digeſtione hâc Philoſophiæ principium eſt. Si autem de his medicè diſſerendum eſt: quid à me in iſtâ materiâ diſcurſu medico proferatur, ſedulò aduertite. Priuſquam verò, quid digeſtio ſit, explicetur, melioris informationis ergò præmiſſum breue capitulum attendite. Tracto enim hic de peſte, & de eius curâ. Eius autem cura poſita eſt in ranis, in bufonibus, in piſcibus, in volucribus. Animum ergò omnes expromite. Muræna piſcis cura eſt peſtis ſub alis, ſi viua ante ortum Solis alligetur, venenum peſtis extrahit. Si poſt aures autem ligetur, vim nullam exerit. Rana, cuiuſcunque vel generis vel coloris ſit, pubi virorum alligata ante ortum Solis, venenum peſtis tollit. Paſſeres viui, deplumati, ſi virorum fœminarúmue auribus, alis, inguinibus illigentur, venenum omne elicient, ipſi morientur. Quos mortuos ſi exuras aut ſepelias, peſtem certò curabis. Hoc tamen remedium plùs non valet, quàm ad venenum, quod cor inuadit, retrahendum. Poſteà enim opus eſt peſtem diuidi & diſſipari chirurgicis proceſſibus & emplaſtris: veluti eſt *Oppodeltoch* de 4. gummatibus & reſinis: ſicut in practicâ noſtrâ traditur. Tria hęc animalia ſi prædictâ ratione adhibeantur, hominem à veneno mortifero præſeruant. Quid verò in omni facultate Medica maius & præſtantius eſt, quàm eum, qui Doctoris nomen ſibi vendicat, rectè intelligere, quâ cauſa hæc animalia venena extrahant. Nam ſcire hæc cumprimis Medicorum eſt. Cauſa talis eſt. Multæ medicinæ à viris plebeis inuentæ ſunt, quorum nomina illæ vel dum hodie præferunt, ſicut Medicis conſtat. Iſtiuſmodi verò medicinæ in idiotarum manibus non aliter ſe habebant, ac inſignis gladius in poteſtate ac manu infirmi. Is enim illum moderari nequit: hoc eſt, vulgus, vnum ephippium omnibus equis accommodat. Quod auribus debetur, alis applicandum non eſt. Quod alas reſpicit, inguini apponi non debet. Suo loco & modo adminiſtranda ſingula ſunt. Eiuſmodi ergò medicinæ à vulgo veluti manibus nobis apporriguntur. Illæ à nobis, velut præſtans gladius ab inualido, acceptandæ ſunt. Et quemadmodùm gladiator, ſi gladium arripuit, mirâ arte ac geſtu eum vibrat, ac pro omni ſuo arbitrio verſat: ſic fas eſt, Medicũ quoque datâ medicinâ dexteriùs vti poſſe, quàm ſcit plebeius. Et hoc modo Ariſtoteles quidem ac Plinius, & his ſimiles alij experimenta plurima deſcripſerunt, ac tantùm hiſtoricè, non medicè. Nullum enim vel Medicinæ vel Philoſophiæ veſtigium in Plinio reperitur. Hos tamen nihilominus noſtri doctores ſequuntur, & hiſtorias tantùm remediorum ex vetularum relatu conferibunt, nec ipſum rei fundamẽtum ſectantur. Philoſophiæ enim gnarus Medicus, facili ſcrutinio perueſtigare poteſt, quęnam creaturæ ad medicinam, & quæ ad cibum à Deo deſtinatæ ſint. Nec enim omnes piſces pro cibis à Deo dati ſunt: ſed illorum nonnulli cibus ſimul & medicina ſunt, quidam medicina tantùm: velut tinea contra venenum auriginis in peſte; anguilla contra colicam cum peſte incidentem, paſſer aduerſus caducum peſti ſocium, cibus ſimul & medicina exiſtunt. Et talia *ars ſignata* in re quâlibet docet. Si enim Cabalia addiſci debet ab iis, qui fieri & dici medici velint. Nam in rebus terrenis quoque exemplum habes. In herbulâ ſatyrione ſignatum aſpicis eſſe teſticulos. An verò illa non præcisè membro illi vim ſuam confert, cuius Anatomiam & ſignaturam exhibet? Notum enim eſt, quantum ad confortandum coitum valeat, vt myſteria taceam reliqua, quæ iuuando & vegetando huic membro cõgenita ſunt. Eodem modo vides, quid ſimilitudinis & affinitatis cum vmbilico & matrice in fœminâ, cum ſuâ ſignaturâ Nenuphar habeat. Iam æſtima, quâ vim præſtat medicâ in expulſione ſecundinę &c. Hîc ergò capitulum hoc ideò inſerere volui, vt, ſi fors deinceps de arte ſignaturæ plura dicturus ſim promptius intelligar. Rana enim quò creata eſt, niſi vt peſtis Medicina ſit? Hâc enim de cauſa ſuam ſecũ ſignaturâ habet. Sicut enim fœda & abominalis peſtis eſt: ſic ſimiliter & rana. Anthrax, carbunculus, ex genere peſtis & ipſi ſunt. Sic lacerta quoq; eliciendi veneni cura eſt, vt & ſaphyrus. Ideò lacerta etiam colorem anthracis habet.

Peſtis cura eſt in ranis, bufonibus, piſcibus &c.
Peſtis remedia.
1. Muræna.
2. Rana.
3. Paſſeres.
Oppodeltoch empl.
Medicinæ plęręque a vulgo inuentę.
Experimenta veterum hiſtoricè tantum non medicè ſcripta.
Ret quędam medici a tantum: quædam medicina & cibus ſimul.
Ars ſignata.
Satyrion coitum robotat.
Nenuphar ſecundinã pellit.
Rana peſtis medicina & lacerta, & ſaphyrus.

habet. Et hoc fundamentũ artis positum est, ad recepta idonea in morbis omnibus concinnanda. Si pestis inuasura est, maculæ nigræ in linguis ranarum conspiciuntur, tàm viridum seu arborearum, quàm aquàticarum. Eius etiam præsagiũ est, si insueto tempore ranæ multæ conglomerantur, & decem aut viginti, plures, paucioresue vno cumulo se congerunt: id enim portenditur, multos confertim homines in foueam vnam coniectum iri. Et talia omnia ipsa natura docet. Sic Lucius piscis insignem vim in se habet contra omnes morsus canum. Et ad hos princeps est cutis in capite eius. Id ab experientiâ vulgi dimanauit. Iam autem ars signaturę non in imagine tantùm & formâ posita est, sed æstimatur etiam à moribus & gestibus. Et qui sedulam in his collocat operam, is omnia promptè assequitur, labore non admodùm magno. Non tamen quiuis sartor aptas caligas concinnat: nec quiuis industrius Medicus euadit. Tum & quoddam lignum curuatur: nec omnia plena & recta nascuntur. Ideò hominum quoque vnus altero ad medicinam aptior & habilior est. Si status ac ordines omniũ hominum peruolitâris, quosdam pol animaduertes ad omnia ineptos ac stipites esse. Contra, nonnullos inuenias, quibus quicquid agunt conantúrue, prosperè cadit ac succedit. Et de his consule librum de Angelicâ & animali ratione: illic desiderij tui omnis satietatem inuenies, cur nempe alter altero doctior, peritior, aptior sit. Culpa ea interdum in natura est: nonnunquàm in homine ipso. Hominum enim pars maxima libris mutis & mortuis adhæresci, viuos ac sapientiæ plenos abiicit, quos solos excusâ ignauiâ addiscere tamen conueniebat. Satis nimirùm illi se fecisse putant, si hoc vel illud Plinium, Aristotelem, Galenum, Auicennámue scriptitasse clamitant. Adeóque desperabundi omnes sunt, nec quisquam est, qui confidat, posse se eruditione & ingenio Galenum, aut Auicennam, vel superare, vel æquare: cùm tamen gratiâ diuinâ dona ipsius Galeni & Auicennæ non minora nobis data & collata sint. Quia verò auaritia pecuniam corrodendi auaritiam discendarum artium anteuertit & opprimit, adeóque supinitas & ignauia prævalet: ideò non mirum est, istos subindè ingemiscere, & si in grauiorem quendam morbum incidant, quiritari, quòd de hoc aut illo morbo nihil à suis scriptoribus traditum ac explicatum inueniant. Malè enim agi cum eo medico necesse est, qui ex papyraceis saltem libris Medicinam venatur. Et per istiusmodi ignauos ægri deseruntur, arsq; signaturæ superciliosè contemnitur, quæ tamen in Philosophia Medicinæ pars summa & præstantissima est. Ex signo enim signato cœlum secundùm cursum suum Astronomicè cognosci & addisci debet. Vtcunque enim libros Astronomicos legas & relegas: si stellas & signa cœlestia non attentè & penitùs introspicias, Astronomus nũquam fies. Quòd si enim fœminã ex formâ suâ cognosci oportet, cur non eodem quoque modo res cognoscantur medicæ? Si vides, vnicuilibet herbæ naturam peculiarem suũ colorem tàm in floribus quàm foliis indidisse, dicisque, ista fortuito ita euenisse, nec vel formæ, vel coloris vt quæ in aliis herbis alio modo se habeant, momenti quicquam esse: non ipsum Deum solum mendacij coarguis, sed artem Chiromanticam quoque indignè spernis, & cum hâc artes cæteras omnes, quæ tamen ad ornamentum & complementum dignitatis ac scientiæ tuæ doctoralis plurimùm faciunt & conferunt. Quòd si quidem Latinè, Græcè, Hebraicéque loqui posse ad Doctoris ornamentum satis est: equidem crediderim, etiam quemlibet peritum & industrium belli Ducem ex lectione solâ Liuij euadere posse. Quo dato, quid sequetur aliud, quàm experientiam omnem militarem ac cæteras omnes facultates experientificas explodi & eliminari. Carduus herba aculeata est. Hâc ergò signaturâ indicat, reconditam quandam se virturem habere ad punctiones pectoris & laterum. Sic ergò natura cuilibet herbę, suæ virtutis proditorem addidit. Signatura hydropiperis, quod sapenam riparum siue persicariam voco, ad recentia vulnera facit: Hoc coniicitur ex formâ sanguinali, seu guttis in foliis sanguineis. Sic si ex immoderatione cibi potúsue in vulnere excitetur tumor, inflammatio, & cruentatio: tunc medicina quadam opus est siue recepto, quod tria illa simul respiciat & auertat. Vis ergò ac facultas hæc, vulneris tumorem, inflammationem & cruentationem tollendi completè & perfectè in Persicariâ inuenitur. Contra cruentationem medicina in caule est. Sicut enim è vulnere

Signa pestis ex ranis.

Lucij cutis cõtra morsum canum.

Signata ars in quo posita.

Medic. reprehensio.

Artis signatæ laus.

Lectio non sufficit ad comparandam artem.

Carduus contra Pleuritin.

Sapina seu persicaria vulneraria optima.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 406 sur 913

ſanguis guttatim & ſtillatim effluit: ſic in caule Perſicariæ eadem quoque figuratura deprehenditur. Ad tumorem tollendum faciunt folia & nuclei Perſici. Fructum enim Perſici ſi digito premas, veſtigium exhibet. Eodem modo ſi vulnus quoq; prauum foueas & veſtigia poſt ſe relinquit. Iam portò autem ex collatione vide, an folia perſici cum foliis perſicariæ non exquiſitè conueniant? Sic ergò duæ herbæ tribus malis præfectæ ſunt. Hæ enim geminæ ſufficiens ad vulnera medicina naturæ viſæ ſunt. Nec ad ſanationem illorum tantùm ſatis ſunt: verùm etiam præſidium & opem præſtant aduerſus vulnerum accidentia. Vulnus enim per ſe incarnatione ſaltem opus habet. Si verò alia illi concidant, ſimili ratione oppoſita quoque illis remedia quærenda ſunt. Idem ſimiliter de aliis quoque medicamentis intelligendum eſt, ſi medicina, ſimul cibus & remedium tam ipſius morbi, quam morbi accidentium ſit. Et hoc tibi Doctori verè ſciendum eſt.

Sed cùm hactenus capitulum hoc, quod ad Philoſophiæ de generatione peſtis pleniorem & faciliorem intellectum interſeruimus, ad metam ſuam deductum ſit: porrò iam ipſum quoque fundamentum Philoſophiæ detegere & explanare aggrediar.

Superiùs commemoratum eſt de Animalibus, quòd opus habeant cibo, hâc nimirum de causâ, quia in ſeſe vitam continent. Vbi hoc quoque additum eſt neceſſariò cibum omnem in ſtomachis animalium digerendum eſſe. Iam digeſtio eſt putrefactio. Putrefactio eſt mutatio & alteratio ciborum in ſubſtantiam à priore aliam. Hîc attendite parùm. Quicquid editur, in ſeſe reconditum ignem habet, per quem digeſtio & putrefactio rerum omnium perficitur. Id à vino documento æſtimare poteſtis ſumto. Niſi enim vinum tantum ignem & calorem naturaliter ſibi congenitum haberet, talem nec in ventriculis hominum exſerere ac ſuſcitare poſſet. Idem iudicium de pipere quoque & Zinzibere fiat, de quibus tamen ratum eſt, quod inſitum calorem contineant. Hæc tamen vobis exemplo ſint, vera illa etiam in rebus aliis ſimiliter eſſe. Videte enim ſtramen & cumulos fimi. Fimus etſi intenſiſſimo frigori expoſitus ſit quidem: innatus tamen ipſi calor ac ignis fumum tam potentem ſuſcitat, vt calor iſte igneo ſimilis appareat. Eodem modo ſi calx aquâ perfunditur, ignem ſuum, hoc eſt, ſulphur exhibet. Ex his iam abundè vobis liquet, de quonam philoſopher ac differam. Iam ergò conſtat, animalibus viuentibus opus eſſe, vt edãt. Eſitatio illa duobus modis fit. Id quomodò intelligi velim, diſtinctè ac ſedulò animaduertite. Corpus omne viuens ſingulis momentis ſubſtantiæ ſuæ aliquid perdit, ac quaſi obteritur, non ſecus ac tunica, quæ quò diutius geſtatur eò indies detritior fit & laceratior, vt ſubinde reſarcienda ſit: hoc modo edere nihil eſt aliud, quàm tunicam vitæ, hoc eſt, corpus reſarcire, & per cibum, quod detritum eſt, reponere. De corpore loquor viuentium animalium. Hoc enim corpus voco. Vitam autem appello ſpiritum. Sic verò arbitror, non corpus ſolum per cibum ſuſtentandum eſſe, ſed multò magis ſpiritum ipſum. Spiritus enim indies non minus imminuitur, quàm corpus, in quo ſpiritus ſeu vita habitat. Hinc fundamentum meum ſtabilitur, quo vos volui intelligere, quod cibus nihil ſit aliud, quàm materia quædam & corpus, in quo ſpiritus & vita inhabitat, & adminiſtratur per cibum, ex quo ſpiritus & vita ſuſtententur. Sic ranis, ſic piſcibus ſuus quoque cibus duplici modo offertur: eodem modo cęteris etiam viuentibus uniuerſis ſubſtentatio ſua & cibus competit per digeſtionem. Id verò quod cibus eſt, in eo latet ac ineſt, quod edimus. Quod edimus, & dentibus comminuimus, id ruſticus quidẽ cibum vocat; medicus vero Doctor cibum vocat id, quod in eo, quod edimus, habitat, & in corpore manet. Quæcunque enim enaſcuntur, ex ſemine ſuo naſcuntur. Tu verò operam hanc da, vt ſemen quoddam, ſiue frumenti, ſiue tritici, ponderes: ponderes inſuper etiam vaſculum, in quod terra inditur: tandem terram ipſâ quoque pondera. His factis, ſemen in terram illam iniice, vt emergat & creſcat. Tempore conſtituto, etſi frumentum quidem grandius factum ſit, terræ tamen ipſi de ſuo pondere interim nihil ſeceſſit. Sed cur hoc exemplum induco? Huius meæ latiùs & profundiùs adductæ Philoſophiæ cauſa alia nulla eſt, quàm quòd velim vos aſſequi & capere, quomodò ſcilicet ex rebus inuiſibilibus & inſenſibilibus facili operâ ſubſtantia quædam & materia ſenſibilis fieri poſſit, veluti de ſemine & terrâ (quod

Digeſtio quid. Putrefactio quid.

Ignis & calor ſuus rebus omnibus ineſt.

Corporis ſubſtantia aſſiduo defluit.

Spiritus cibo ſuſtentatur.

Cibus quid.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 407 sur 913

(quod exemplum modo adduximus)documentum fieri poteſt,vbi enim de imaginatione traditurus & philoſophaturus ero, myſteria illa explicare conſtitui, qui ſcilicet fiat, vt tam promptè per timorem, trepidationem, mœrorem & fortem imaginationem homines in morbos præcipitari poſſint, adeò vt deſubitò ac repentinè nonnunquàm etiam emoriantur. Horum exempla cumprimis peſtis graſſantis tempore in prægnantibus fœminis, & nonnullis viris conſpicua ſunt. Videtis enim quam leui ex occaſione prægnans, quæ pica laborat, per intentum aſpectum rei cuiuſdam ſui ipſius obliuiſcatur, adeò vt fœtus formam ac imaginem illam, quam fœmina ſeu mater contuita eſt, ſibi inſculptam exhibeat. Et talia à ſolo aſpectu fiunt:quod vulgo quoque affirmatum eſt.Facit enim crebra vulgi experientia, vt illis contradici à nemine poſſit. Quin nec literati quidem & eruditi crederent, niſi teſtem nimis validum experientiam viderent. Sed de hoc exemplo longius declamandum non eſt, cum in propatulo ſit. Etſi verò fœmina attentius nihil intueatur, ſed quid ſaltem cogitet & imaginetur, veluti, ſi aut fraga, aut quid ſimile edere appetat, ſi deſiderii ſui complendi copiam non abeat, & interim fors partem ſui quampiam contrectet: ſæpiùs factum eſt,vt fœtus in lucem editus corpore ſuo fragum aut quid ſimile appetitui exhibuerit. Hoc caſu ſimpliciter per ſolam imaginationem & cogitatum materia quędam ex eſſentia inſenſibili ſenſibilis euadit. Hæc ergò vt accuratè & perfectè intelligantur, ſcientiâ Meteoricâ omninò opus eſt. Nec intelligi ſaltem debent Meteora Macrocoſmi, ſed multò potiùs, Meteorica opera Microcoſmi. Et hæc qui nouit & intelligit, is verus Medicus ac Doctor eſt. Sed horũ numerus perrarus eſt. Exemplum autem hoc de prægnantis imaginatione idea vobis ſit de meâ Philoſophiâ veluti ob oculos poſitâ, quòd non in fœmina tantum id ita eueniat: ſed perſuaſum vobis eſſe debet, ipſum quoque vniuerſum mundum nihil aliud, quàm fœminam & virum exiſtere, animámque ſuam ac ſpiritum imaginationis multò fortiorem & validiorem habere ipſo viro & fœminâ, mundo minore. Et hoc Aſtronomis omnibus notum eſſe debet. Hinc enim in cœlo generantur cometæ & varia ſigna, per ſolius maioris mundi imaginationis ſpiritum concepta & genita. Id quod noſtris oculis non leue aſpectu eſſe debet. Quotquot enim in vniuerſo mundo homines degunt, id quod hîc teſtor, inficiari minimè poſſunt: licèt non cuiuſuis ſit, plenè & perfectè omnia intelligere & aſſequi. Cui enim donum intelligentiæ datum eſt, is eo fruitur. Sed tamen in explicatione Apocalypſeos de his adhuc clarius & dilucidiùs commentabor. Interim in rudis vulgi manus ſcripta talia ne incidant. Poſteà dabitur etiam volumen de animâ & ſpiritu mundi. Quantum vero ad doctrinam illam, qui peſtis generetur, & quomodò curetur: in illâ tradenda pleno modo me effuſurus ſum, nec quicquam neceſſarii omittam.

Cœlum eſt perfector inſtitutorum ſuorum operum, quæ ſerie ac ordine legitimo edere ſolet,in nullo deficiens, in nullo errans. Iam autẽ cœlũ moderatur uniuerſa,tàm viuentia quàm nõ viuẽtia, quod negare nec Doctores vlli nec ruſtici poſſunt. Sumamus exemplũ de ligno & terrâ ſeu luto. Lignum ſi ſuo tempore non cædatur, velut in nouilunio, & maximè, ſi ſignum humidum coincidat, durabile minimè eſt. Sic quæcunque terra ſi non legitimo tempore effodiatur, gryllis & vermibus ſcatere incipit. Quid autem terra ſiue lutum eſt aliud, quam ager ſeminis? Interim lignum ex ſemine eſt, quod attendetis. Ager ſi intempeſtiuè vertatur, vermes & inſecta ac venena parturit. Si verò commodo tempore vertatur, tum ſemen quoque ſuum in purum, bonum, & ſalutarem aërem vertit. Quid enim lignum eſt aliud, quam ſemen ex ſuo fructu enatum? Iam ſi momenti tantum poſitum eſt in carpendis tempeſtiuè ligni fructibus: quanto magis cœlum ager erit ſeminis, quod in ipſum ſatum eſt? Aut ſi ipſum quidem cœlum ager non ſit: præparator tamen eſt ac coquus, ſpiritus & formator omnis ſeminis. Elementum autem aquæ ager eſt. Imaginatio hominis eſt ſemen. Cœlum & imaginatio microcoſmi coctor eſt & præparator ſeminis, illud in vltimam ſuam materiam reducẽs, quod ſemen ex imaginatione hominum gignitur. Hæc tria peſtem gignunt. Proceſſus autem hæc ratio eſt. Cœlum quotidie aliquid noui operatur. Quotidie homo quoque aliquid noui præſumit & meditatur. Ipſa quinetiam aqua indies nouos piſces, noua monſtra producit.

Cœlum

Experiẽtiã nemo omnin debet.

Prægnantium pica vis.

Mundus pica laborat.

Cœlum vniuerſa moderatur.

Ligna in noui lunio cadenda non ſũt.

Cœlum eſt ager ſui ſeminis, ſcilicet Imaginationis humi.

Cœlum & homo quotidie aliquid noui fingunt.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 408 sur 913

Virgo quę

Cœlum est conferendum & æquiparandum *virgini*, quæ casta sit, hoc est, quæ, quoad corpus, semen nullum conceperit quidem: verùm tamen propter incitationem & titillationem ad libidinem, ab imaginatione factam pro casta amplius illa habenda non est. Interim semen nullum habet, etsi agrum quidem ferat, in quo semen hominis enasci & emergere debeat. Et licet quidem variè ac subindè imaginetur, semen tamen non concipit. Semen quidem dimidium præstò est? sed non totum, ad fœtum aptum. In viro altera pars seminis est. Hic ergò si iam cum illâ coëat, tunc ex vtriusque fructus seu fœtus prodit. Iam cœlum spiritus est & formator seminis, &c. de quo apertius loqui tutum non est. Hæc tria semen ad incrementum suum deducunt, & imaginationes sunt triplices. Sic ergò Sol & Lunæ, & fœminæ & viro opitulator est. Ideò in fœminâ minor & peculiaris Luna inexistit, velut etiam minor isque peculiaris Sol. Duo hæc si in fœmina rectè & benè se habent, ita vt nec Sol, nec Luna catenis reuinciantur (hoc est si radii Microcosmi Solis & Lunę non obturati sunt) fœtus completur & perficitur. Sin minùs, & alterutrius operatio deficiat, tunc ex semine illo nihil perficitur, nullus fœtus editur, sed gignitur monstrum: sicut deintempestiuè cœso ligno & effosso luto allatum exemplum docet. Sic iam repeto, quod venus cœli casta sit, ac parens Microcosmicæ Veneris. Si verò Venus cœlestis per libidinosam Venerem hominis, & illius imaginationem irritatur & inflammatur, adeóque iam vtræque imaginentur, altera bonum, altera huic aduersum malum, altera quæ in cœlo est, puritatem & pudicitiam satagat; altera verò, quæ in terra est, quæ scientiam faciendorum quidem habet, abutitur tamen imaginatione suâ: hinc consequitur, patrem & matrem in cœlo martialiter incendi & irritari, ac tandē Venerem Macrocosmi, filiam Microcosmicam Venerem peste impurâ plectere & contaminare. Pestis enim est cometa Microcosmi. Nisi autem hoc fiat, vt Venus cœlestis ad iram per impudicam imaginationem commoueatur, nulli homini quicquam damni ingerere illa potest. Reuincta enim & alligata catena quadam est: quæ *catena* est misericordia Dei, & ipsius mandatum, ne cuiquam hominum noceat. Nos vero homines si catenam illam confringamus & rumpamus: tunc illud, quod catenâ reuinctum erat, in nos cadit & irruit. Hic mihi oppidò allubescit explicando differere, quidnam illud sit, quod catenâ vinctum est manétque. Ea verò nihil est aliud, quàm *constantia Balsami humani*, faciens, ne corpus putrescat. Iã verò primus homo ADAM per imaginationem ad exemplum Luciferi lapsus est in eo, quòd mulieri nimis prompte obsecundauit. Hoc peccatum pœna illicò secuta est, eiectio scilicet ex Paradyso: item maledictio, vt in sudore & angustiis comedat panem suum, & cum dolore liberos gignat. Hoc modo homines vniuersi per transgressionem & violationem mandatorum Dei, ab imaginatione factam pœnam peccatis debitam incurrunt, cuius longior explicatio ad Theologum spectat. Medici verò est, vlteriùs philosophando declarare processum, quomodò morbi nimirùm generentur. Ac Medici est officium, admonere homines, vt effugiant mortem corporalem, & morbos. Theologus verò denuntiat illis pœnam corporalis & æternæ mortis vnâ operâ.

Pestis vt gignatur & vnde.

Pestis est cometa Microcosmi.

Venus cœlestis vincta gratię diuinæ catena

Catena Veneris quid sit.

Adami quo peccarit.

Fœmina si quid imaginatur, sui ipsius obliuiscitur, ne quid dicam de Deo, per hanc eandem sui obliuionem, fœtui quoque absurditatem & imaginis fœdæ vmbram imprimit. Ideò rationem quoque reddere cogetur mulier si per euagationem imaginatione abutatur. Scientiam enim habet non abutendi eo, quod à Deo acceperit. Quod si exorbitans equus ab equite suo vapulat: quanto iustiùs ipsum cœlum id vindicat, si data scientia prauè abutatur. Quod autem de fœminâ, sui-ipsius per imaginationē oblitâ diximus: id ad magnum quoque mundum applicari debet. Nam & magni mundi imaginationis suus abusus est, ac ab homine is offensus, suiipsius, hoc est, ordinarii sui cursus & operationis obliuiscitur, & monstra nobis imprimit, veluti sunt bubones, nodi, & morbi omnes. Nam si in infante, mense Iunio mel cum pane edente, cœlum coctionem & digestionem ita perficit, vt lumbrici & ascarides enascantur: poterit idem cœlum etiam Venerem Microcosmi inficere, hoc est, pestem ei infligere. Iam verò omnis in homine imaginatio ex corde procedit. Cor est Sol in Microcosmo. Et omnis imaginatio hominum ex paruo Sole microcosmi, pergit ad solem

Imaginationis mulieris quæ vis.

Cœlum vindex peccatorum.

Mel cum pane in Iunio edentium lũbricos parit.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 409 sur 913

lem maioris mundi in corſcilicet macrocoſmi. Ibi imaginatio Microcoſmi ſemen eſt, quod fit materiale, & à patre, ſole ſcilicet macrocoſmi, præparatur & eiicitur in agrum aquæ: qui ager aliud nihil eſt, niſi Elementum aquæ. Ideò omnium primò à cœlo aqua inficitur. Nullum enim venenum hominem attingere poteſt, vt ex eo peſtis fiat, niſi per duo Elementa, ignem ſcilicet (qui cœlum eſt) & aquam ingeratur. Sine aquâ enim homo viuere non poteſt. Ea enim ad ſui ſuſtentationem cumprimis opus habet. Ideò aqua omnium prima inficitur & venenatur, velut ex hoc exemplo patet. Quicunque vel pictor, vel artifex ac opifex alius, aliquid fingit, in natura anteà non fuit, nec eſſe debet: is illo ſuo opere in cauſa eſt, vt cœlum in Elemento aquæ piſcem gignat ac producat talem, qualem imago pictoris aut ſtatuarii exprimit. Id demonſtrant fructus aquæ, ſicut in libris de animalibus de hiſce ſatis multa docentur. Mundus enim cum imaginatione ſuâ ſimiæ ſimilis eſt. Quicquid enim homo facit, id æmulatur ſimia: eodem modo anima quoque & ſpiritus mundi imaginando omnia æmulatur & exprimit, quæ homo fecit ac propoſuit. Interim tamen cœlum imaginando nihil facere poteſt, niſi hoc ſolum, quod ſibi proponit homo minimè proponendum. Ita & aqua inficitur, & in eâ prima matèria generatur, naturam veneni habens: quę quidem, quandiù cum aquâ permixta eſt & confuſa, venenata non apparet: deinceps tamen in ipſo homine venenum & peſtis fit. Iam autem ſcitis, quòd, ſi quem canis rabioſus momordit, aliquam multo à morſu tempore (ſicut experientia multoties teſtata eſt) canes in iſto vulnere ſuccreuerint. Et ſi canis rabidus ſanum canem alium momordit: hunc ipſum quoque per morſum in rabiem agit. Sic homo quoque per cœli imaginationem, ſimul ſecundùm corpus & imaginationem inficitur & venenatur. Ac vt videtis, in Elemento aquę conchæ cochleæ formam adipiſci: ſic ſuam peſtis quoque formam habet. Vndè liquet cochleam ſeu teſtitudinem quoque attractiuam eſſe, & venenum peſtis attrahere. Perlæ verò quę in iſta teſtitudine inueniuntur, ſunt peſtis incarnatiuum. Quot ergò peſtes, tot teſtudines. Huc quoq; teſtudo montana pertinet propter vim attrahendi veneni. Iam quid iſta ratione Doctorem agit, is me facilè intelliget. Et in hoc vno ſita eſt, ars concinnandi recepta, quæ ad Doctorē propriè ſpectat. Ita Boletum ceruinum confortatiuum eſt in peſte terræ. Ita Agaricus eſt confortatiuum in peſte Aeris. Ita Rubinus, Corallus rubeus, Almatinus, Amethiſtus, Granatus in peſte ignis incarnatiuum eſt, &c. Hæc peritiæ Medicorum relinquo. Exemplum autem de cane rabido ideò allatum eſt, vt ſciatur, eodem modo ſtellas quoque ab homine infici. Poſteà à ſtellis aquam: tandem ab aquâ hominem dupliciter contaminari & venenari. Hoc loco qui Magiæ peritus eſt iſtum hæc noſtra Philoſophia minimè terrebit. Quam ſi Medicus intelligit, ex excrementis ſtellarum iudicare & præſagire poteſt, quando & quomodò peſtis inuaſura ſit. Quiſnam verò ab eâ certè corripiendus ſit: id ſcire non eſt Aſtronomi. Hoc vobis perſuaſum eſſe debet, quòd excrementum vnumquodque ſtellarum tàm hyeme quàm æſtate prodat & prænuntiet, quinam morbi incubituri ſint. Huiuſmodi cadentes ſtellæ mihi ac diſcipulis meis ſæpè ſpectatę ſunt, nullo pilo aliter formatæ, quâ velut inteſtina hominis. Quas cum diſcinderemus ſeu aperiremus. vera inteſtina illas inuenimus. Non longo ab iſto tempore ſæua peſtis Sueuiam ac Heluetiam Bauariámque inuaſit, cum colicâ ſæuiſſimâ, & nunquam ſimiliter auditâ. Factum hoc eſt Anno 1538. Sic in Hungariâ ſigna mihi & veſtigia oblata ſunt, linguam exprimentia, craſſitudine digitali, punctis atris inſtar perlæ maiuſculæ ſignatam. Poſtea in Hungaria truculentiſſima peſtis cum prunellâ ſeu exuſtione faucium & linguæ ſecuta eſt Anno 1536. Similiter & in Boruſſiâ Anno 1532. ſtellæ iactatę mihi obuenerunt, maculis luteis, nigris & purpureis interſtinctæ: quas variolarum inaudita graſſatio, cum graui dyſſenteriâ & peſte excepit. Et horum multa mihi propter incredulitatem & ingratitudinem hominum hic reticenda ſunt.

Cæterum in prioribus mentio facta eſt digeſtionis ciborum eorum, quibus quælibet viuens creatura vtitur. Multum autem etiam in hoc ſitum eſt declarando. Nam animalia ipſa non paucioribus digeſtionis vitiis laborant, ac ipſemet homo: idque propter cœlum. Sic *Canis* tempeſtatis mutationem præſentiens, gramen mandit, & vomit. Ipſe quoque

Pauo

Aqua aptiſſima neceſſaria homini.

Mundus ei ſimiæ ſimilis.

Inuulnerabilis à cane morſi, canina.

Peſtis quæ ſe media. Boletum ceruinū. Agaricꝰ. Rubinus Coralius, &c.

Excrementa ſtellarū futuros morbos prænuntiant.

Inteſtina è ſtellis deiecta.

Lingua è ſtellis excuſſa.

Canis, pauo, cuculus quando vomant.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 410 sur 913

Pauo per vim cœli digestionis vitio tentatur, si cadauer hominis eo loco, quo moratur, persentiscit. Cuculus sanguinem vomit, si Diarrhœa populatim grassatur. Eodem modo omnes quoque vomitiones, tempore pestis hominem sollicitantes, ex Elemento aquæ proueniũt, quasi sperma quoddam ranarũ potâsset.

Conuenit ergò Medicum solidâ & insigni experientiâ pollere, non auditu quidem & lectione conquisitâ, sed per destillationem comprobata. Huius enim artis si probè peritus sit, probationibus aquarum factis omnes proprietates & ęgritudines facilè scrutari poterit. Non hic de aquâ hominis (seu lotio) loquor, quæ ex homine egreditur, sed de eâ, quæ in ipsum ingreditur. Iam ergò si aqua pars vna est, ex quâ ægritudines in hominem conferantur, Terra verò altera; Aër tertia pars est & Cœlum quarta: eodem modo quadruplices quoque digestiones & venenorum generationes intelligendæ erunt. Et sic ipsa quoque cura quadruplex erit, sicut deinceps dicetur.

Medicus destillationum peritus esse debet.

Rana est vermis, non piscis. Huius generandi modus, captu facilis est. Eodem plane modo pestis in homine quoque generatur, per processum virtutis Microcosmici Elementi Aquæ. Si pestis hâc ratione inuadit, tunc illi homines ab Astris inficiuntur, & lues cum somno profundo corripit. Huiusmodi pestis remedia sunt ranæ & testudines seu cochleæ omnes superalligatæ. Deindè pestis non difficulter, sed facilè velut vulnus sanatur. Mentionem autem digestionis hanc ob causam feci, quia ranę cibus alius non est, quam venenum. Iam si rana nutrimentum & venenum loco cibi accepit, sequitur, ranam venenum digessisse in materiam non venenatam. Ideo etiam Rana, Bufo, Tinca, Anguilla, Muræna, Passer, Gallus, Pauo, Cornix, Coruus pestiferum venenum ex homine extrahunt & eliciunt. Quæ enim conditio ac natura digestionis in animali est, & quæ venena ipsum digerit: eadem venena, eandem materiam quoque idem animal, seu viuum seu mortuum sit, per integram hominis cutem exugit & extrahit. Videtis enim Merulam araneas & venenosos vermes digerere, velut & gallinam, gallúmque, & in aquis Lucium & ciconiam, cum aliis animalibus pluribus. Et cur hæc vobis non exẽpla & documento sunt, quòd hæc animalia conceptum venenum ab homine prolectent & extrahant? Quid enim in extrahendo per integram cutim veneno, qualecunque sit, ipsâ ciconiâ, modò rectè adhibeatur & imponatur, prius in aceto rosato macerata, potentius existit? Et huiusmodi plurima in naturâ sunt, quę à Medico õnia facilè perueştigari queũt. In vsu tamen & applicatione multùm quoque situm est. Pestis enim multiplex est. Si pestis est Terræ, medicamenta pete ab illis animalibus, que aquam vitant, degunt verò in terrâ; si pestis est aquæ, medicamenta quęre ab animalibus aquâ gaudentibus. Si pestis est Aëris, passere & ciconiâ vtere. Si pestis est Ignis, ad extrahendum adhibe Tereniabin, Mannam. Et hæc remediorum disciplina est. Et licèt discreta quoque & pathognomonica signa recensere deberem possémque: ea tamen ex causis non leuibus hic omitto. Et si enim signa omnia describerem ex quibus liqueret, quænam pestis Ignis vel Aëris, vel Aquæ, vel Terræ sit: tamen, quia in homine pestis rarò solitaria est, sed signis & mẽbris aliis multis plerumque stipatur: sic tamen nihilominùs fieret, vt hoc vel illud genus ignoraretur, aut aliud, quam est, videretur. Operæ pretium ergo est, illa Medicum apud ægros singulari industriâ & experientiâ indagare. Somnus enim Narcoticæ naturę, pestis saltem accidens est. Sic ipse quoque caducus nil nisi accidens est. Quæ autem hac de causâ hic omitto: eadem alibi commemorabo, sub titulo de *signis nouorum morborum*. Indè: quod vestri desiderii est, exatiabimini. Interim tamen, quæ pestis cum ingenti ardore & inflammatione corripit & post aures glandulas tumefacit, in quâ ægri tamen non sitiunt, ea pestis ignis censenda est. In hâc extrahendi veneni (quod recte ad cor penetrat, & mortem inuehit) cura est Tereniabin, Manna, Saccarum, Allium, porrum, cœpe.

Vt rana fit pestis generata.

Rana cibus veneni.

Regula.

Animalia quæ venena digerunt

Ciconia præparata pestem extrahit.

Canon.

Signa quæ cuiusque pestis generis sint

Ignea & eius cura.

In quâ autem peste sitis vehemens, breuis aut nullus somnus, vtriusque inguinis bubones apparent, ea aquæ est. Huic adhibe pisces, ranas, bufones, & quęcunque in aquis degunt, & precipuè ciconiæ & anatis carnes impositas.

Aquea & eius cura.

In quâ Bubones sub alis sunt, & difficilis anhelitus vrget, & compressio vel angustia pectoris incumbit, & dolor capitis cum delirio infestat: in istâ applica passeres, merulas, carnes gallinarum,

Aërea & eius cura.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 411 sur 913

rum, perdicum, pauonum, vrogallorum. Et ista est pestis aëris.

Terræ & eius cura.

In quâ tandem somnus profundus, seu narcoticus, tumores ac bubones nulli certi in corpore, licèt istorum ægrorum cutis plerumque varia & liuida sit, tumoribusque sanguine suffusis conferta, ea pestis terræ est. Huic adhibe Adipem viperinum, melinum, carnes talpæ, vulpis, lupi, cati. Nam hæc omnia conferre, vsus & experientia dictitat. Videtis enim in lupi corpore serpentes foueri. Quod documento est, ipsum quoque cõtra istorum venena remedium in se habere. Nam pestis in corpore hominis gignitur ab astris, interdum etiam sine astris. Venenum enim extraneum est, cuius operatio non aliter intelligi debet, quàm quâ ratione morsus canis rabidi, canem morsum sanum in rabiem agitat.

Lupi serpentes gignunt.

Lupus canis syluestris.

Lupus enim non est nisi canis ferus ac syluestris. Notum autem vobis est tempus dierum canicularium, in quibus plerumq; canes rabidi fiunt. Nam & ceruis suum statutum est tẽpus, quo feruidiores & feriores fiũt solito. Istius furoris tẽpore spumam illi ex ore in terram deciunt, ex quâ cyclamen nascitur, formâ nucis iuglandis, sine foliis. Hoc incarnatiuum est vulnerum, à peste genitorũ. Os verò internum cordis ceruini, tempore pestis, cordis confortatiuum existit. Sanguis ceruinus cum Mumiâ de homine & ciconiâ sumptus, præseruatiuum est. Sicut ergò de ceruis & canibus dictum est, quòd statuta sui furoris ac æstus tempora habeant: ita sciendum est, talem furorem ceruis naturalem esse, canibus verò minimè. Sic nec lupus semper serpentes ac viperas gignit. Nam Solum Orionis sydus istius in lupo generationis causa est. Orionis enim sydus suam hanc in lupo operationem perficit. Sydus autem *Cochab* operationem suam in Balænâ conficit, eo tempore, quo illa semen suũ eiicit siue sperma. Lucius autẽ marinus ac Salmo sperma Balænæ auidè sectantur, quo appetitu ferè canes cadauer sectantur. Hoc tamen sperma in lupo digeritur & putrefit, abitque in anguillã & serpentem. Sic ergò ex spermate ceti ista oriuntur. Anguilla sectatur sperma Lucii eo tempore, quo pisces semen emittunt. Id sperma voratum, in ventre anguillæ mutatur in murænulas, quod piscatoribus cumprimis compertum est. Mullus autem vicissim sperma oculatarum seu murænularum in tertium genus anguillæ mutat, quod cobiten aculeatâ vocant. Vndè fit, vt hi quoque in vniuersum pisces in extrahendo pestifero veneno perfectam curam præstent. Et præterea, quicquid semen per os concipit ad fœtum edendum, & hoc modo genus suum propagandum: id omne præsidio & auxilio est contra fæuũ hunc pestis morbum. Eodem enim modo & homo semen huius violenti morbi ex parte vnâ ore concipit. Ex parte alterâ concipit etiam per cutem integram, quo pacto venenari etiam quis potest, si rem venenatam contingat, vt vestes, domicilium & alia. Tertiò etiam per visum, eâ ratione, quâ homo ab aspectu Basilisci venenatur. Sic & fœminæ quę pestis tempore menstruum impurum habent, oculis suis & aspectu nudo quemlibet propè hominem inficiunt. Sic ergo homo hominem inficit, & pestis modis multis ab vno in alium transfertur. Contra hanc oculorum infectionẽ præseruatiuum optimum est lingua serpentis, in plenilunio cuulsa. Similiter & cor vpupę, lupi, talpæ & melis præseruationis huius vim habent. Omnes enim astrorum operationes in quolibet animali ad cor tendunt. Et virtus quorumlibet animalium viuentium in plenilunio perfectissima est. Disce ergò Astronomiam Magicam, quàm alias Cabalisticam voco. Sic idonea recepta contra hunc & alios omnes morbos præscribere poteris.

Cyclamẽ ex spuma cornutorum.

Eius virtus.

Orion in lupo serpẽtes gignit.

Cochab fidus

Sperma ceti in Lucio digeritur in serpẽtem.

Sp Lucii in anguilla abit in Murænulam.

Oculata semen fit cobites

Pestis tribus viis inuadit.

Serpentis lingua cuius pestis remediũ.

In plenilunio omnia perfectissima. Cabalistica.

Porrò autem ortus quoque & generationes animalium Medicus scire potest ac debet. Has etenim qui ignorat, quî quæso cassas & generationes horum vel illorum morborum nouisse queat? Nam exemplum hoc attende. Panis cibus est multorum viuentium animalium. Cuius etsi vis tantùm vnica sit, tamen per varias digestiones in diuersis animalium stomachis factas in cuiuslibet animalis peculiarem naturam carnémque conuertitur. Illum enim si canis edat, caro canina fit. Si felis, felina. Si mus, murina. Et tamen magnum carnis caninæ, felinæ & murinæ discrimen est. Et hoc quidnam est aliud, quàm quod velim, vt naturas & differentias Mumiarum, qui vna ex alterâ nascatur, intelligatis? Hæc enim philosophia summa est, & fundamentum totius Medicinæ: quę ob id quoque *fundamentum Medicinæ* dicitur: Vnumquodlibet enim animal in semine, ex quo natum est secundùm

essentiam

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 412 sur 913

Omnia num sūt Essentiā

essentiam indiuisum est: sola forma discrimen facit. Quis enim credat, Anatem in Essentiâ seminis esse ranam? Si tamen Anatem deplumes, & vel elixam vel tostam duabus patinis inclusam in cellam ponas, trium vel quatuor septimanarum spatio in meras ranas degenerabit. Post putrefactionem enim res quælibet in id redit & mutatur, quod ante generationem suam exstitit. Vide verò. Anas vescitur ranis & piscibus, & in ranas degenerat non in Anatem. Hoc vniuersum facit Natura putrefactionis & digestionis. Rana venenosa apparet, & est. Ab anate tamen in non venenum mutatur, vi digestionis. Sic ciconiæ cibus sunt ranæ, serpentésque. Hos tamē illa in non venenum transmutat. Et licèt quidem ex putrescēte ciconiâ serpētes nascantur, adeóque illa inter cibos referenda minimè videatur: nihilominùs tamen pestis tempore ea & intro assumi, & foris imponi & applicari pro extrahendo veneno debet. Gobio piscis in vitrum inclusus intra paucos dies verus Rex apum fit. Is ipse quoque alligatus, pestis venenum elicit. Et si omnia illa describenda forent, quibus cerebrū meum refertum est: libri certè ingentes prodirent, ex quibus æstimari posset, quam frigidè & oscitanter Philosophia Medicinæ hactenus tractata sit. Et tamen Teophrasto cum tantâ scientiâ & solertiâ excluso succumbendum est: aliorum interim ignauiâ ad cœlum vsque sese attollente. Leonem quæso considera & felem, quantòpere secundum formam & mores istorum Anatomia conueniat. Bene tamen Medico qui ad infectos peste homines se recepturus, cute & linguâ tam Leonis quam Cati præseruationis ergò rectè probéque vti nôrit. Quod mysterium magnatibus per insciros artis Magiæ contemptores subductum est. Et si arcanum illud ingens & admirabile, cur quidem Leo pullos suos mortuos pariat, & clamore seu rugitu eos viuificet, manifestare vellem: multos certè eorū, qui mihi iam infensi sunt. miraculum id tantopere non torqueret. Sed tamen hęc in vulgus propalari indignum est. Nostri verò erudituli ex se iam ante rerum omnium gnari sunt, vt ista talia ex nobis scire magnopere non gestiant. Hoc dico: si tu compertum haberes, quàm præstans contra contagionem pestiferam conseruatiuum vrina ac sanguis Leonis, Cerui & Cati esset, & quàm nobilia ex illis Recepta concinnarentur: plùs indè commodi sentires, quàm ex arte Galenicâ vniuersâ. Interim tuus contemptus facit, quòd ista dissimulem. Vrina humana pestis tempore medicum admonet digestionis istius hominis. Medici enim est dignoscere, quæ cuius hominis digestio aliâ præstantior & potior sit. Nā magnum discrimen notatur digestionis humanæ præ cæteris. Ponamus enim casum, homines duodecim simul peste decumbere. Horum nullius vrina alteri similis existit. Quæ causa huius diuersitatis? Sola digestio, quæ in hominibus aliis alia est. Vos tamen Medici pedicas has effugitis, nec tales vrinas iudicare sustinetis. Ex quo colligi potest, quàm strenuè munus vestrum in vrinâ probandâ obeatis. An non vobis metus est, vt Deus tandem à vobis seueram rationem exacturus sit, cur tam trepidanter in arte vestrâ confisi fueritis? Quis enim vspiam plus & grauius ægrotas, quam hi, quos sæuus hic morbus prostrauit? Hos tamen vos præteritis, velut sacerdos ac Leuita vulneratū apud Iericho. Et talia qui vobis obiicit, hunc stultum vocatis. Quòd si quidem ipsos Dei monitus ac impendens iudiciū hoc-ci facitis qui meas adhortationes admittatis? Actum & cōclamatum est de vobis, quos nullus calamus, nulla vox deinceps emendare potest. Porro *Gamandrea* herba Anatomiam pestis habet. Id demonstrat rotundum pomum in eâ enatum. Et quænam herba ex omnibus hâc contra pestem præstantior est, de eâ si potetur? Neminem tamen iuuat, nec alibi iuuat, nisi eos, nisi ibi, vbi nascitur. Poma quoque in quercu nascentia, si recentia alligentur, contra pestem medicina sunt &c. Sic etiam gallæ, si aridæ puluerisformâ adhibeantur & inspergantur. Nux muscata, puluerisata, in aceto macerata, foris alligata, venenum prolicit. Et hæc omnia ex formâ patēt. Vos interim Medici signa & formas herbarum altiùs non expenditis, quàm rustici faciunt, quibus vos etiam imperitiores facitis. Deiero enim, me vltra 80. nouisse rusticos, qui ex solâ formâ & Anatomiâ herbas cum morbis scitè cōferre potuerint, & me præsente & spectante ęgros miro modo iuuerint. Tam magna Dei beneficentia est, vt per plebeios quoque & simplices homines, imò per ipsas feras nos subinde doceat. Beatus, qui isthæc curę cordíque habet, nec

Putrefiēs omne fit id quod fuit ante generationem.

Serpentes ex ciconia

Ex Gobio Rex apum.

Cutis & linguæ Leonis catique vis aduersus pestem.

Leo mortuos parit.

Vrina & sanguinis leonis cerui &c. vis in peste.

Med. reprehensio.

Pesti cōueniunt Gamandrea.

Galla.

Nux muscata.

simpliciores

Experimenta pleraque a vulgo inuenta.

simpliciores æmulari probro ducit. Rem enim si, (quod aiunt,) ad facem propiùs intueamur, artes omnium certissimæ pleræque à vulgo & abiectæ sortis hominibus inuentæ, & ad nos successione quâdam corruatæ sunt. Quòd si experimenta singula sine receptariorum adulteratione in libellum vnum sincera & impolluta conscriberentur: id opus vniuersis Galeni & Auicennę commentariis conducibilius multò foret. Interim dies loquitur testatúrque quòd ex optimis simplicibus mala & adulterina recepta subindè concinnata sint. Si iudicium adhibeatis, quid vrtica, cuius multæ species sunt, contra pestem efficacius & præstantius? De ea enim qui potant, & præseruationem & curationem certam experiuntur. Vrtica flore albo, à fœminis pota, prodest, si signa & bubones eruperint. His non apparentibus, vrtica minor vrens fœminis administrari debet. Hoc enim modo nec vrens minor vrtica flores emittit. Nam herbæ omnes, quæ flore carent, iis morbis adhiberi debent, qui similiter signa & flores nullos habent. Qui autè morbi cum certis signis foris in corpore erumpunt, his herbæ, floribus insignes applicari debent. Et indignum est vos dicere, hoc esse calidum vel frigidum in primo, secundo &c. gradu. Forma formæ debetur, hic rhombus est. Debent ergò maiores vrticæ viris administrari, hoc modo. Quæ flore destituuntur, virorum adhibeantur morbis seu pesti, nullis signis stipatæ seu conspicuæ. Si autem signa & tumores prostent, natura viris vrticam flore luteo & albo destinauit. Hoc verum fundamentum est. Quòd si vos Medici Doctores & Pharmacopœi, formæ, coloríque & saporis omnium herbarum cognitionem Magicam & Cabalisticam teneretis, vrceis vestris, quibus aquas destillatas asseruatis, ita inscriberetis, *Hæc est aqua vrticæ minoris*, *hæc est maioris*. Hæc huic sexui, illa alteri conducit: hæc in æstate, illa in autumno conuenit: hæc mulieri, ista viro, illa virgini ministranda est. Sic nimirùm rectâ viâ incederetis. Et hoc pacto Doctoris & Pharmacopœi vna conditio foret. Credi facilè potest, Rhabarbarum quotidiè purgare. Eam verò quotidiè ac semper id purgare, quod purgare debet, credere equidem nec possum, nec debeo. Nulla enim tam vilis herbula & abiecta est, quæ suum in administrando tempus peculiare non habeat. Quæ à vobis neglecta si quis reprehendat, excandescentes verularum more obstrepitis.

Vrtica pestiscura.

Regula.

Vrtica quæ in qua peste adhibēda.

Idē non semper idē operatur.

Notum est vobis idque quotidiè obseruatis, quòd frequenter homines ex cōsternatione & terrore moriantur. Scitis hoc etiā, infantibus corallia de collo suspendi, vt iis à terrore præseruentur. A terrore etenim in caducū precipitantur. Nō verò adultus quòq; homo à consternatione in caducū agi queat? Quid enim terror est aliud, quā imaginatio? Et imaginatio, quod vos dicitis, suam curam non habeat? Quid enim aliud foret fides in Christum, qui ipse quoque cura est imaginationis prauæ & incredulitatis? Et quì tandem filii Israel in fide sanari potuissent & præseruari aduersus incredulitatem, nisi Moyses serpentem æneum in figuratione ad præseruationem æternæ mortis ipsis proposuisset & erexisset? Eodem fine, ipsa quoque natura, & huius præses Deus per ipsam multas herbas produxit, quibus homo ab imaginatione, timore & terrore præseruari possit. Pars enim hominum maxima peste grassante ab imaginatione inficitur. Sed nec hoc apud vos locum inuenit: licèt quidem Deus ac natura infinita ad hęc media condiderint. Herba Chelidonia an non præseruatiuum insigne est, si in nouilunio & plenilunio euulsa, contra pestem & eius imaginationem appendatur. Causa hæc est: Velut fœmina menstruum suum habet: ita hæc quoque herba ac radix, sicut eius Anatomia docet. Incisa enim, succum similiter menstruo & sanguini fundit. Vndè quoque contra fœminas, peste infectas & simul menstruo laborantes, aspectúque isto alios inficientes præseruatio est. Prodiderunt quidem veteres, illam prodesse oculis. Sed non fuit ista eorum sententia, quam vos illis impingitis. Nam si pro meâ institutione, & exemplorum allatorum inductione Galenum probè intelligatis: videbitis, me vobis omnibus Galenicum multò certiorem & meliorem inuentum iri. Nam in *Braunauio* ciuitate Bohemiæ, in quodam Collegio librum inuenietis, in quo genuina Galeni & Auicennæ Commentaria integrè pureque, sine fuco, corruptione & additione omni descripta habentur. Liber iste sex viri dodrantibus longior, in latitudine dodrantes tres, in crassitudine dodran-

Corallia contra terorē infatum.

Terror est imaginatio

Moysis serpens.

Herba contra imaginationem.

Chelidonia à peste præseruat.

Chelidoniam oculis prodesse qui interpretandum sit.

Galen & Auicen. commentaria ge-

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 414 sur 913

nuina in Brunonio & Brunſuiga & Häburgo & Polphir

tem cum dimidio, ac propè dodrantes binos habet: qui vel hodiè hominibus oſtenditur, licet Monachi illum non intelligant. Hic oculos ac animum aperite. Probrum ac dedecus quidem ingens eſt, tanti pretij, tanti fructus theſaurum ibi tam turpiter conditum & ſepultum latere. Similem huic librum quoque in Cœnobio ciuitatis Brunſuicenſis in Saxoniâ mihi videre contigit: qui tamen ab imperitis illis aſinis igne excrematus eſt. Exemplar huic ſimile apud ſenem quendam ciuem Hamburgi etiam aſſeruatur, cum multis Galeni & Auicennæ manuſcriptis aliis, in corticibus betulæ & tabulis cereis conſignatis. Sed quorſum iſta tamen? Quamprimum noſtris eruditulis illi libri exhibebuntur, illicò clamare non erubeſcent, & dicere, Nigromantiam & alias nugas præſtigiáſue illic eſſe: quia nimirùm res ad ipſorum palatum non facere videtur. Liber enim iſte, de quo dixi, humorum aliquot millia deſcribit, nec quatuor tantum. Similis planè liber in Boruſſiæ quoque Cœnobio quodam *Polphir* vocato reperitur: qui & ipſe ſitu & ſenio tandem perituri eſt. Huiuſmodi libros qui verè ſciret & intelligeret, is induſtrij, periti & experti Medici titulum cum dignitate tueri poſſet.

Brunſuiga.

Häburgum.

Polphir Cœnobiũ Boruſſiæ.

Locus hîc poſcit, vt aliquid etiam de virtute & proprietate ſtellarum dicatur. De hâc materiâ pauca enarrabo. Nam vt rem omnem cum ipſo fundamento in breuem paragraphum conferam, fieri neutiquam poteſt. In eo tamen libro, cui titulum feci, *Opus Aſtronomiæ mundi*, pro exigentiâ rei materiam hanc copioſiùs & pleniùs tractaturus ſum. Comparationem enim Microcoſmi & Macrocoſmi quadrare & conuenire fas eſt. Omnia verò huc quę faciunt, afferre, laboris infiniti eſſet, & molis ingentis.

Hoc ergò ſciendum vobis eſt. Stella quæuis cœleſtis aliud nihil eſt, quàm ſpiritualiter enata herba, cui quæuis apud nos herba, cuiuſcunque generis ſit, ſimilis eſt, niſi quòd ſtellę velut chaos exiſtant.

Hoc aliter intelligi non debet, ac ſi Medicus & deſtillator ſpiritum ex abſynthio deſtillet. Quod dum fit, folia radicéſque & quicquid ſenſibile ac materiale eſt, per artem ſeparationis aboletur quidem, ſpiritus tamen nihilominùs formam & imaginem eiuſdem herbæ retinet: non tamen niſi *ſpiritualiter*, ita, vt ſpiritualiter exhibeantur folia, rami, ſurculi, radicéſque totius abſynthij. Eodem modo ſtellæ quoque in cœlo exiſtunt. Et notandum hîc eſt, ipſas quoque ſtellas ſuo in ordine zizania habere. Sodomiam enim ac adulterium non ignauiùs cæteris creaturis inter ſeſe agitant: de quo Magis ſatis conſtat.

Stellæ zizania habent & Sodomia.

Stellæ ergò aliter ſe non habent, ac forma, quâ glans tormenti confingitur & formatur. Eodem enim modo ipſæ quoque Stellæ, modus, formáque, matricéſque omnium herbarum exiſtunt &c. Sic ergò virtute attractiuâ quæuis ſtella ſibi herbam ſimilem ex terrâ attrahit. Hoc, niſi ex compacto cœcutire velitis, in plurimis obſeruare herbis poteſtis, quod expreſſam ſimilitudinem cum aſtris ac ſtellis habeant, à quibus etiam tàm literati quàm illiterati nomen ipſis indiderunt. Sed de his pleniorem in meo Herbario mentionem faciam.

Herbæ ſunt ſtellæ terrenæ, & contra obuerſę.

Sic ergò herba quælibet ſtella terrena eſt, ſurſum ad cœlum conuerſa. Et viciſſim quæuis ſtella herba cœleſtis eſt, ſpiritualiter ſecũdùm formam ab herbis noſtratibus, in terrâ creſcentibus nihil differens, ſed tamen ſecundùm materiam. Ideò ſtellæ quoque per excrementa & iactationes ſuas futuros morbos omnes prænunciant. Sed hæc tamen diſcenda & inquirenda, adeóque per experientiam propriam ſtabilięda ſunt. Sic fiet, vt nemini fucus ac impoſtura fiat.

Eodem modo cœleſtes herbæ deorſum verſus terram ſpectant, herbis ſuis, à quibus genitæ ſunt, obuerſæ. Iam ſi peritiam artis haberetis, ita locuturi eſſetis: Hæc ſtella vocatur Stella Roſmarini, hæc Stella Abſinthij eſt, & vim abſinthij habet. Sic nimirum ſpecimen doctoralis veſtræ ſcientiæ & exhiberetis, & herbarium legitimum verúmq; omni auro argentóque ac gemmis nobilius proferretis: noſceretiſque, qui & cur ad feſtum Bachanaliorum ſub niue enaſcantur, quæ Germanis Trellenblumen, Schmergeln, & Schnegellen vocitantur. Atque iſtâ quidem ratione conſtellationem herbarum ipſi ex vobis ſciretis, nec quæri opus foret, quòd hanc illámue herbam in Galeno & Auicennâ non inueniretis. Et laboris multò minoris opus eſt, cœlum vniuerſum cũ omnibus herbis diſcere, quàm linguâ Latinam Græcámue. Adeóq; conducibilius foret,

Stella Roſmarini, abſinthij.

res

Artis ptopeia primò discēda.

res eas primùm addiſcere, quæ ad artem ipſam faciunt: & poſtea Latinũ coniungere. Sed monitus tales apud vos inanes ſunt: vt qui linguas captatis, veluti nobilitatem ruſtici.

Deceret quin etiam, hoc loco ſecreta & abſtruſiora quędam de pulſibus explicari. Nam vtilitatis hæc doctrina multum habet. Sed nimis prolixum foret, illam ex profeſſo huc ingerere. Declaratio breuis hic nobis ſufficiat. Cætera in eo libro, cui titulus datus eſt. *Opus Aſtronomiæ mundi*, pleniùs tradita accipietis.

Pulſus quid.

Pulſus ergò nihil eſt aliud, quàm menſura temperaturę corporis, pro conditione ſex locorum eius, à Planetis occupatorum. Sic enim duo pulſus inferius in pedibus conſpicui, Saturni ſunt & Iouis: duo in collo, ſunt Veneris & Martis: duo in vtriſque temporibus, ſunt Lunæ & Mercurij. Solis pulſus in ſiniſtro latere ſub corde eſt. Hinc ſequitur, ſi quando pulſus æquo celerior ſit, pati membra principalia, vt ſunt Cor, Cerebrum, Hepar, Fel, renes, ſplen, pulmo. Vndè aduerſis & inimicis illis infeſtantibus pulſus laceſſitur & commouetur. Si verò membrum principale aliquod, ſiue ſit hepar, ſiue cor, ſiue cerebum, ſeu quodcunque aliud, à morbi vi ſuperatum & quaſi deiectum ſit, pulſus tardior & imbecillior euadit. Adeóque plerunque fit, vt pulſu imbecilliùs feriente aër ac ſpiritus vitæ eo loco, vbi percipitur, oppilatus ſit. Et pulſus nihil eſt aliud, quàm ignis & aër, pars optima ſpiritus vitæ. Hæc ita à vobis intelligi debent. In homine pulſus ſeptem inſignes ſunt. Pulſus hi ſeptem, nutrimenrum ſuum à pulſu magni mundi habent. Et hic eſt, qui ſeptem illos hominis pulſus moderatur. Iam verò mundus maior ſeptem quoque pulſus habet. Hi autem motus ſunt ſeptem planetarum, ſicut in Aſtronomiâ traditur. Hi ſeptem regunt & gubernant aërem, hoc eſt, vitæ ſpiritum in mundo maiore. Aër enim nihil eſt aliud, quàm ſpiritus vitæ, & vita ipſius Macrocoſmi. Iam qui pulſus humani cognitionem certam habere velit, illum Aſtronomiæ peritum eſſe oportet. Ex Sole enim & Lunâ cognoſcitur, quid Eclipſes ſint. Et hoc exemplum planum quidem eſt. Idem enim vel ruſtico videre datum eſt. Eodem vero modo cæteri quoque planetæ quinque maioris mundi ſuas Eclipſes patiuntur: & cum his ſimiliter vniuerſæ mundi ſtellæ reliquæ. Sic ergò inæqualitas pulſuum in homine aliud nihil cenſenda eſt, quàm Eclipſis quædam, vbi ſpiritus vitæ in corpore cursũ ſuum inſtar cœli externi perficit. Hinc etiam profundus ac Narcoticus ſomnus in febribus peſtiferis oritur. Scire autem vos velim, Eclipſin in cœlo factam aliud nihil eſſe, quàm quendam (vt ita dicam) terræ motum planetarum. Sicut enim per terræmotum ſuccuſſatio quædam, quâ omnia commouentur, fit: ſic pulſus quoque in homine palpitat, & ſuccuſſationem ſubindè vnam poſt alteram concitat. Sicut autem terræ motus in magno mundo frequentes non ſunt, ſed incerto tempore incumbunt: ſic in homine febris quoque incerto tempore inuadit. Et ſcitis, ſi temperatura operationis planetarum benè rectéque ſe habet, quòd tum temporis aſtra omni impetu careant. Si verò curſus pro ratione & modo Meteoricæ planetarum interrumpitur in eo, quòd ſtellæ in ſulphure, Mercurio & ſale auctiores euaſerint, tunc tonitrua fiunt, quæ cœli quidam quaſi terræmotus exiſtunt, hoc eſt, ſpiritus vitæ maioris mundi ſubſultus, ſiue (vt verius loquamur,) labyrinthus ac error, duarum qualitatum caloris & frigoris, quæ reguntur à ſole, ceu moderatore caloris, & lunâ, ceu gubernatrice frigoris. Sic enim ſi ſulphur nimio nitro oneratur tunc, cùm nitrum nihil ſit aliud, quàm ſal frigidum, ignis æquo vehementioris ſeu maioris impatiens, oriuntur & generantur illa, quæ diximus. Moderatum quidem & conueniẽtem' calorem nitrum ſeu ſalpetræ ferre poteſt, veluti ſi calenti fornaci imponatur. Veruntamen, ſi eo vberiore & vehementiore impetatur & obruatur, ſeipſum quærit, ac ſubſilit, quoque magis & arctiùs includitur, eò violentiùs concutit. Hoc pacto à ſole, hoc eſt à magni mundi ſpiritu vitæ accenditur. Spiritus autem vitæ minimè quieſcit, ſed ſuum motum curſúmque continuat. Vbi primùm verò ſpiritus vitæ abſceſſit, tunc & concuſſio & flagratio ſalis petræ ceſſat. Idem ſimiliter de ſpiritu vitæ in homine quoque intelligendum eſt, ſicut euidentiùs in febribus obſeruatur. Materia enim peccans in febre nihil eſt aliud, quàm ſulphur & ſalpetræ. Et hic morbus vero genuinóque nomine morbus nitri, ſulphuris incenſi appellatur. Sciendum etenim eſt, ſalem petræ ſeu nitrum tam in magno quàm minore

Pulſus qui quorum ſint planetarum.

Pulſus celer robur tardus imbecillitatẽ indicat.

Pulſus hominis ſeptem.

Pulſus mundi ſeptem, ſeptem planetarum motus.

Eclipſin patiuntur omnes ſtellæ cœli.

Eclipſis eſt terræ motus planetarum.

Tonitrua vt fiant.

Sol caloris præſes Luna frigoris.

Salpetræ eſt ſal frigidus.

Febris eſt morbus nitri.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 416 sur 913

mundo nihil aliud quicquam esse, quàm essentiam spiritualem, & excrementum omnium salium: adeóque naturam Hermaphroditicam habere, ita vt nec omninò sal, nec omninò sulphur existat. Ipsa quin etiam hominis vrina nihil est aliud, quam merum nitrum. Vnde cum sulphure quoque tam arctè iungitur: quod ex eo patet, quia vrina tam prôptè fœtida & olida fit. Vrina etenim quæ facilè ac citò fœtida euadit, sulphuris multum quidem, spiritus autem salis parum permixtum habet. Et istiusmodi vrina promptè turbatur & corrumpitur. Si autem sal in vrinâ prædominatur, & sulphure copiosius adest: id ex eo noscitur, quòd vrina illa tardiùs turbetur, & rubicundior sit. Hac enim ratione de quâlibet vrinâ expeditum fieri iudicium potest, an sulphur, an verò sal morbi causa sit.

Nitrum est Hermaphroditicum.

Vrina est nitrum.

Vrina causæ morbi index.

Porrò hoc hic repetendum est, quòd omnia, quæ edimus ac bibimus resoluantur & digerantur in hæc tria, in sal, in sulphur, in Mercurium. De Mercurio hic silebimus. Sulphur autem & sal, vt pulsus ratio probè intelligatur, cum primis hîc explicari opus habent. De sale ergò primùm ita notate. Piscis ex aquâ, si viuus pesti ardenti illigetur, sal ardens seu inflammans allicit. Sal enim Bubonibus duritiem dat. Propter hanc duritiem sulphur in carne accenditur. Sulphur hoc veluti lignum est, quod ardet ac flagrat. Id tamen à potentiâ salis incenditur. Idémque ferè hîc fit, quod cum vitriolo. Vitriolum tenerum est ac molle, quamdiù cum viriditate sua subsistit. Si verò adeò excoquatur, donec humiditatem suam perdat, in durum lapidem mutatur, adeò, vt ex ipso ignis elici queat. Quamprimùm enim aquositas eius vanescit, sal prædominatur sulphuri in vitriolo, & vitriolum demum rubescit. Eâdem de causâ, quia etiam sanguis in carne hominis non nisi purum vitriolum est, Bubones quoque à peste orti incandescunt & rubefiunt. Dum enim à potentiâ salis sulphur in sanguine incenditur, flamma ac ardor in carne excitatur. Ad hunc extinguendum ardorem, remedium optimum & potentissimum est, salpetræ seu nitrum in aceto rosaceo & succo sedi maioris maceratum, & carpis seu locis pulsuum illigatum. Hoc enim tumor feruidus, quantuscunque sit, refrigeratur & mulcetur. Sic si sulphur tenuiter tritum linteo inclusum in bono vino duabus tribúsue horis coquatur, ac digitis postea probè fricetur seu teratur, exprimatúrque, iterúmque in vinum intingatur, totiésque hoc repetatur, donec vinum lactis instar albescat: in hoc liquore madefacti panni, & tumori impositi, ardorem simul cum dolore & tumore vniuerso re quâcunque aliâ potentiùs extinguunt tollúntque. Et nota, nitrum pulsibus alligandum esse. Et cum aquâ petroselini idem potum, ardorem internum extinguit, & somnum narcoticum abigit.

Sal causa duritiei in bubonibus.

Vitriolū coctione fit lapis

Nitrum ex rosaceo & sedi succo inflammationes arcet.

Sulphur in vino coctum ardorem & bubones tollit.

Ecquid iam tibi videtur receptarie? Sulphur nimirùm & sal cura pestis sunt non 50. non 100. simplicia in medicamentum vnum congesta. Ausus enim iste nimium proteruus est, tot simplicia in receptum vnum intrudere. Vulgo enim imperito & rudiori persuasum est, cùm tot simplicia in medicamentum vnum assumantur propter copiam & multitudinem necesse esse, vt, si non vnum, tamen alterum prosit iuuétque. Apage verò hanc ambitiosam compositionis artem. Non enim recordantur illi, vim vnius alterius potentiam subindè retundere & destruere. Nam nec fœmina ad prolem concipiendam pluribus vno viro opus habet: & viri multi, variáque semina prolem corrumpunt. Tu verò ipse videas, & rei periculum facias. Semina varia ac diuersa commisce, eáque more tuo contunde & quassa, contusáque terra obrue. Ex illis fructus nihil produces. Non secus in medicinâ quoque res se habet. Æger enim eius ager est. Medicina est semen. Medicus seminator. Sanitas fructus. Sed vlteriùs intelligite, quid in vestris receptis carpam ac reprehendam. In Herbariis vestris nimis inconditè herbas hoc modo iudicatis, dicentes: herba hæc est calida in primo gradu, humida in secundo: illa calida in secundo, sicca in tertio quartóue: ista sicca in primo, frigida in secundo, tertio, quartóue, &c. Et si omniū exactissimè quidem ista omnia designaueritis: sententiæ tamen vestræ inuicem tam hostiliter digladiantur, vt nullus omnium vspiam consensus appareat. Id varietas scriptorum ac Auctorum vestrorum demonstrat, quorum quilibet de quolibet iudicium priuatum sibi sumit, alteri aduersum. Et tamen subindè vociferamini, vestram methodum certam, constantem & vniformem

Simplicia non affatim congerenda.

Medic. reprehensio.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 417 sur 913

formem esse: quæ tamen centone quouis consutior existit. Quod si enim gradus pro vestro instituto dispensari deberent, & contra quatuor humores dirigi, Recepta hoc modo componi opus foret. Recipe herbam in primo calidam, quæ simul humida sit in secundo: huic adde aliam, humidam in primo, & calidam in secundo. Sic nimirùm duo gradus, calidus scilicet & humidus iungerentur, & duo tantùm simplicia assumerentur. Quòd si verò remedium quatuor humoribus accommodari oporteat, ita componendum erit: &c. Herbam in primo frigidam, in secundo siccam; adde siccá in primo, frigidam in secundo. Et hoc demum probum ac industrium ex rebus quatuor receptum esset. Quoties verò in receptis vestris hoc notatur, vt vix sesquialter gradus (vt dicitis) in illis abundet aut prodeat? Gradus enim vestri certi si per Arithmeticam conferantur, recepta vestra omnia, ex tot támque numerosis simplicibus concinnata, fortuitò tantùm ac boni euentus spe composita esse apparent, vt si in compositione, tertium non iuuet, vigesimum tamé aut trigesimum aliquid conferat. Adeóque nullum remedium concinnatis, in quo non aut sesquialter gradus abundet, aut sesquiquartus deficiat. Adeóque gradus ipsos contra morbos statutos corrumpitis. Cùm verò dissensu mutuo de vobismet ipsis iudicium feratis: quis vos tandem alios censere debeat? Experimenta interim rusticorum conuincunt, non multitudinem, sed certitudinem simplicium experientiâ & veritate constitutam, rem confectam dare. Qui verò legitimi ac industrij Doctoris encomium affectat, is discat, quæ coniunctio Herbarum, hoc est, stellarum in firmamento recepta conscribat ac condat; sic eâdem operâ fiet, vt etiam sciat ac teneat, quæ coniunctio stellarum terrestrium, hoc est, Herbarum compositio sit. Quælibet enim herba, cuius flos duplicem colorem exhibet, duplicis quoque virtutis est. Eadem ratio quoque colorum trium, trium virtutum est. Et hi veri gradus existunt, non frigidum, calidum, siccum, &c. sed forma, color, anatomiâ, & tandem 7. gradus & gustus salium. Et hos gradus vobis promptos facere & exploratos debetis. Deindè, cum quælibet etiam herba per artis adminiculum in tria reduci possit, in sulphur, in sal, in liquorem: quædam interdum herba in sulphur reducta, contra istiusmodi morbum ministrari debet ac poscit: interdum sulphur & sal ex vno simplici: interdum omnia tria prius in essentiam prædictam redacta. De his Alchimiam consule, & plene planéque illa docebere. Nam, vt de metallis loquamur, etsi quidem ex plumbo per extractionem, sal elicueris, quod cum aceto vini fieri perfacilè potest: nihil tamen nisi Alumen habebis. Ego verò cum solo Alumine triginta & duos morbos curare possum. Sic ergò sulphur & Mercurius ex plumbo mihi supersunt: cũ quorum quouis seorsim octoginta septem ægritudines sanare equidem scio, &c. Et cum sale Absynthij, quatuordecim morbos perfectè sanare possum. Cum sulphure verò Absynthij, sex magnos, eósque contrarios. Per ipsius autẽ Mercurium, quem liquorem Absynthij voco, vltra centum & sex, quod memini, ægritudines integrè & feliciter sanaui. Et tamen vnicum id simplex existit. Et in Saxoniæ quidem ciuitatibus, Brunsuigia, Hildesio, Goslaria, Laici quoque & rustici in pagis id præparare nôrunt: quo etiam plùs præstant & perficiunt vobis Doctoribus vniuersis. Hinc tandem æstimate, quid gradus sint. Nam in libris vestris omnibus nihil traditur aliud, quàm quòd subindè calidum, frigidum, humidum, siccúmque inculcetur. Verum quidem esse non nego, omnẽ morbum nimium aut húmidum aut siccum existere. Si verò ob id res ita haberet, vt solum frigidum contra humidum & calidum prodesset, aut calidum contra frigidum iuuaret: certè ne sic quidem istâ simplicium multitudine & congerie opus foret. Iam verò videte. Si quis vestros legat Herbarios: vni herbæ vltra 50. aut 100. virtutes assignatas notabit. Et tamen, quæ recepta contra morbum vnum præscribitis, persæpe 40. aut 50. simplicia accipiunt. Quòd si ita pergatur deinceps, non dubium est, quin discipuli vestri futuris annis nonnunquam 300. aut 1000. simplicia in remedium vnum congesturi sint. Nam & meâ ætate coagmentatio ista tantopere inualuit, cùm anteà sex tantum aut ad summum septem simplicia assumerentur, nimirùm primum ad cor, secundum ad hepar, tertium ad pulmonem, quartum ad cerebrum, quintum ad fel, sextũ ad renes, septimum ad splenem. Et hæ remediorum formulæ optimæ & laudatissimę erant. Postea verò cũ didicissent illi, ter tria dare nouẽ: credere cœperunt

Remedia certa nõ multa esse debent.

Flos herbæ bicolor duarum virtutum est, &c.

Gradus herbarũ qui veri sunt.

Quot & quot morbos Theophrastus vnico simplici curare possit.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 418 sur 913

quoque, ſexies ſex, triginta ſex conſtituere. Adeóque ex illo tentamine multiplicatio ipſis in tantum arriſit, vt neſcias, an ſummationem, additionémue aut Multiplicationem pluris faciant. Quod quidem ipſis donari peccatum potuiſſet, ſi ad ſubtractionem quoque & diuiſionem deſcendiſſent. Sic nimirùm infinitum ac ſuperfluum ceu ignis pernicioſus domitum ac extinctum fuiſſet. Si iam Additionem, ſummationémque, & decantatam illam Multiplicationem ad humores corporis humani impẽdiſſent, æquum pol fuiſſet, vniuerſum mundum Gazophylacium conſtituiſſe, ac ex ipſo templum exſtruxiſſe, Monachóſque ordinaſſe, qui Multiplicationi illi in condendo recepto, REQVIEM, & multiplicationi in humoribus TE DEVM LAVDAMVS cantaſſent. Illi collegio, ego me quoque Monachum addixiſſem, & peccata mea in multiplicatione fumorũ ibidem expiaſſem. Et hoc quidem vel dum hodie fieri, votis ac optatis à Deo vnicis ſollicito.

TRACTATVS II.

DE PESTILITATE.

Modus & proceſſus Fiendi.

Homo eſt terra.

HOMO terrenus eſt, & ex terrâ factus. Et ſicut terra corpus eſt, in quod omnifaria ſemina iaciuntur, ſiue ea Herbarum ſint, ſiue arborum, ſiue naſcentium aliorum, quæ ex terrâ prodeunt: ita homo quoque corpus eſt, in quod multa ac varia ſemina iactantur. Et hoc apprimè notandum eſt. Noſtram enim Philoſophiam qui probè intelligere & diſtinguere volet, huic ſedulò danda opera eſt, ne fucatam & impoſtoriam rationem ac Philoſophiam adhibeat. Sicut enim videtis, varia fructuũ genera in ſpecies infinitas diuidi, vt ſunt ceraſa, pruna perſica, pyra, &c. Sic varia quoque animalium genera, in naturas mille diſtributa numerantur: vt ſunt volucres, piſces, quadrupedes. Et tamen vnicuilibet generi ſui peculiaris pars ſeminis ad cibandum hominem ineſt. Quæ ſi intrò in hominem ingeruntur, opus eſt, vt in ſtomacho eius digerantur, diſſoluantur & putrefiant. Huiuſmodi diſſolutio corruptio eſt, & reductio cibi in vltimam materiam. Et vltima iſta cibi vel ex cibo materia humani corporis primum *Ens* ad vitam eſt, vnde corpus ſuum nutrimentum deſumit. Hic iam probè & diligenter expendendum eſt, quidnam ſit hoc, quod Philoſophus inquit, *Corruptio vnius eſt generatio alterius*. Hoc idem eſt, ac ſi dicatur, cibus, ſi in ſtomacho hominis digeſtus eſt, in tria ſeparatus abiit. Primum eſt *Digeſtio*: ſecundum *Separatio*: tertium *Generatio ſeparationis*, quæ per *Archeum* in ſtomacho facta, reductio eſt cibi in ſulphur, mercurium & ſal: quod in tribus primariis & communiſſimis emunctoriis obſeruare poteſtis. Superfluum enim ſalis ſeparatur per vrinam: ſuperfluum ſulphuris expurgatur per inteſtina. Mercurius ſuperfluum non habet, ſed cum nutrimento manet. Et hoc quidem, quod in ſale & ſulphure corpori per & cum ſemine, hoc eſt, cum cibo inſeritur & coagmentatur, intellectu perfacilè eſt, cùm de iſto paſſim in meis voluminibus abundè tradiderim. Quæ autem hic deficiunt, ea in tractatu *De modo pharmacandi* quærite. Ibi neceſſaria omnia de ſtercoribus ex cibo & potu explicabuntur. Denuò enim rem eandem tractari ſuperfluum videtur. Eodem verò, vt dixi, modo terra quoque omne ſemen proiectum concipit, tranſmutat, digerit, diſſoluit, putrefacit. Punctum tamen hoc loco admodum ſecretum & abditum notabitis diſcriminis inter putrefactionem, digeſtionem & generationem factam in homine & terrâ. Differentia autem eiuſmodi eſt. Terra nihil ſeparat. Nullum enim excrementum eiicit: ſed digerit, putrefacit, generat & augmentat ope & miniſterio aſtrorum. Deſtituitur tamen ſeparatione ſeminis in ſulphur, ſal, & Mercurium. Non enim, vt homo, ſemine opus habet pro cibo: ſed in illam ſemen ideò coniicitur, vt enaſcantur & multiplicentur fructus, homini cibi & alimenta futuri. Et ſicut ſemen viri in matricem iniicitur, non vt cibus ex eo enaſcatur, ſed fiat homo: ita quoque terra ſemen iniectum concipit non pro cibo, ſed ad generationem cibi. Separatione enim illâ in ſulphur, ſal & Mercurium terra minimè indiget, quia ipſamet iam ante in ſeſe Mercuriũ, ſulphur, & ſal continet ad generationem & productionem. Vnde eadem quoque non ſeparat, ſed ipſius Archeus augmentat, generat & multiplicat. De his plura legite in *De generatione rerum*, &

Circa cibum tria in ſtomacho contingunt.

Superflua vt per emũctoria excernãtur.

Diſcrimen Digeſtionis in homine & terra quod ſit.

in

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 419 sur 913

in meo Herbario *de crescentibus rerum naturalium*. Superiùs etiam audiuistis, ipsum hominem terrenum, ac terram ipsam esse, ad semen, terrâ non minùs, concipiendum, generandum, digerendum & putrefaciendum. Homo tamen cibum in stomacho in vltimam suam materiam, quę vltima cibi est, & sulphur, sal & Mercurius fit, redigit. Hinc corpus suum nutrimentum Mercurium, alias in Philosophiâ *zenextor* dictum suscipit. Et cùm in magno mundo terra decem mẽses ad frugum ac fructuum productionem requirat, hoc est, cùm in integro anno è terrâ omnia enascantur & fructus ferant: consentaneum videtur, homini quoque quatuor suas anni partes, hoc est, integrum ac peculiarem annum deberi, qui 24. horis constat, & annus Microcosmicus est. Et iste quidem partus, istud incrementum admodum præceps est, quo 24. horarum interuallo producitur ac fit, quod in terrâ vix decem mẽsibus generatur. Hic neruus, hic rei cardo est. Nam quia terra Microcosmi adeò celeriter digerit & generat semen, in ipsam coniectum: ideò tam celeriter etiam pestis signa, ac pestis ipsa quoque oriuntur. Et huius celeris generationis causa est festinata Microcosmi digestio illa: id quod naturalis Philosophus oprimè intelligere debet, multò verò magis Medicus naturalis & magus. Hoc attendite: semper & omnibus temporibus, quibus pestis grassatur, morbus iste duplex est: hoc est oritur ex duplici semine, & in se ipso insuper tertium habet, hoc est peculiare principium & dispositionem in homine oriundi.

Vnus & naturalis modus est S.S. Nitri, hoc est, quâ ratione vermes nascũtur, sicut in primâ meæ Philosophiæ parte de generatione ranarum tradidi. Et tamen ex abundanti hîc id latiùs declarabo. Generatio enim ranarum, & generatio pestis in homine, fiendi vnum modum, vnúmque processum habet. Id æstimatè ex generatione vermium in homine, quorum ipsorum quoque ortus duplex est. Generantur enim vermes per nimiam ingestionem ciborum. Generãtur etiam ab inclinatione cœli. Eodem modo pestis quoque generatur, naturaliter, à cibo potúque; non naturaliter à cœlo. Capitulum ergò hoc eo ordine explicabitur, quo pestem duplicem cõstitui: Naturalem, non naturalem. Alterius semen à cibo ac potu est. Alterius autem à cœlo & astris. Tertius modus ab imaginatione est, velut à timore, terrore & similibus.

Homo terra.

Zenextor Mercurius.

Anni Microcosmici horæ 360 24.

Pestis in duplici semine & suopte impetu oritur.

Al. Essẽtialis.

Pestis ortus triplex.

De modo Naturali à cibo & potu, qui modus est S.S. Nitri

Rana in Elemento aquæ nascitur. Id mense fit Maio, qui ministerio & fauore Astrorum, Solis nimirum & Lunæ, adiutus semen ranarum quod est sulphur, sal & Mercurius, in effectum producit. Id hâc ratione fit. Sulphur in omnibus terræ locis ac partibus adeóque vbiuis, vbi aqua est, latet. Id per solis calorem resoluitur & dissoluitur. Hoc si iam ipso actu existit, cum Elemento aquæ permiscetur. Ipsum autem aquæ Elementum auidiùs nihil appetit, quàm ita dissolutum sulphur concipere. Sicut enim matrix mulieris auidè sperma viri ad se attrahit: ita aqua quoque sulphur attrahit cum desiderio, hâc causâ. Aquę siccitas deest, quæ adest sulphuri. Ideò illa huius tanto desiderio torquetur. Magnes enim aquæ trahit sulphur, quæ virtus attractiua aquæ est. Sulphur autem caret humiditate: ideò magnes sulphuris trahit humidum aquæ. Iam verò humidum aquæ humidum salis occultè in se reconditum habet: & sulphur vicissim humidum ignis fouet, nec aliud quicquã desiderat, quàm humidum salis, quod aquæ inest. Sulphur autem siccitatem salis continet: vnde sal à sulphure siccitatem poscit. Et hoc se modo virtus attractiua vtrorumque in actu sese mutuò habet. Terra autem expulsiua est, velut naturæ expulsiuæ quoque cœlum est. Cœlum interim etiam attractiuum est. Similiter ipsa quoque terra, propter vim gignendi, quæ in viro ac fœminâ euidẽs existit. Imaginatio enim & vis attractiua uiri fœminam appetit trahitque: vis vicissim attractiua fœminę appetit trahitque virum. Et hoc quoque liber ludimagister & schola meæ philosophiæ est *De Generatione rerum omnium naturalium*. Hic iam notandum est, ipsam quoque ranam in aquâ similiter ex tribus primis generari. Primò ex sulphure. Secundò ex sale. Si quis fors rogitet, de Mercurio quid fiat? Is sciat, rem hanc ante omnia singulariter attendendam esse. A Mercurio enim omnis summæ meæ Philosophiæ de generatione pestis & morborum omnium intellectus dimanat. Medicus autem naturalis quilibet sciat, sulphur nullum esse, quod sal in se non habeat

Ranæ vt generentur.

Sulphur vbique vbi aqua.

Aqua cur sulphur, & hoc vicissim illã trahat.

Vir per imaginationem fœminã, & hęc vicissim virum appetit.

Rana et primis gignitur.

Sulphur nullum salis expers & e contra.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 420 sur 913

habeat. Nullum enim ſine ſale ſulphur ſubſiſtere poteſt : & è contrà, nullum ſal eſt, quod occultè in ſe ſulphur non habeat. Licèt autem ſulphur ſal quidem contineat : ſulphuris tamen pars multo maxima eſt, ſalis autem portio minor, imò minima. Sic viciſſim, in ſale, ſalis plurimum eſt, ſulphuris minimum. Ex ſale ergò extraneo quod ſulphur continet & ex ſulphure peregrino, quod ſal recondit, Mercurius oritur ac emergit. Sic ergò Mercurius Hermaphroditicum duplex ſemen, ſulphuris & ſalis eſt : adeóque ſulphur & ſal ſemen Mercuriale ferunt inſtar viri ac mulieris, ex quo fœtum ſuum, Mercurium gignunt. Iam ſi ſulphur diſſolutæ oleoſæque naturæ à terrâ ex inſtinctu & operatione ſalis per vim expulſiuam aquę ingeritur, tunc ſal quoque vnà extrahitur. Vnde coniunctio fit duorum illorum, per digeſtionem Solis nata, & gignitur rana ſecundùm tempus debitum, ſicut ſperma illud in Macrocoſmo menſe Maio conſpicitur : cuius puncta nigra Mercurius ſunt, & ſemen totius ranæ. Iam ſimili comprehenſione generatio quoque peſtis intelligi poteſt. Quoad enim S.S. nitri, res vna eadémque eſt, generata vel naturaliter, vel præternaturaliter. Ac vt ortum naturalem deſcribam, res ita cenſenda eſt. Si materia veneni præſtò eſt : peſtis generatio naturalis eſt. Si verò aſtra extra hominem, aut imaginatio accidentaliter operantur, præternaturalis eſt generatio : & generatio tamen vna eſt. Et iſta iam peſtis morbus eſt : cuius generatio, quo pacto ex parte vnâ in homine fiat, iam explicata eſt. Iam attendite, quî eadem modo ſeu viâ alterâ hominem inuadat.

Mercurius vnde oriatur.

Puncta in ſpermate ranarum ſunt ſemen.

Peſtis quæ & qualis generatio.

Quomodo peſtis ſupernaturaliter in homine gignatur, & per Baſiliſcum Cœli & Aquæ in hominem deriuetur, Cabaliſticè per vnarium.

NAturales vos quotquot eſtis, voſque adeò Theologi ipſi ſcire debetis, quòd in Sole occulta & abdita Eueſtralis quædam Eſſentia & Spiritus conditus ſit : qui inſigni eâque efficaci cognitione conuenit cum Eueſtro animalis hominis, & magis cum ipſis plagis, ex quibus protoplaſtus enutritur. Hinc vos tam brutalem vitam degitis, cui ipſe Deus infenſus eſt, nec vult, vt ita belluinam vitam trahatis, ac inficiamini aut venenemini. Magnus enim Parens à Deo poteſtatem accepit ſuos liberos caſtigandi, non minus ac nobis liberos noſtros improbè facientes caſtigandi licentia data eſt. Planéque res ac conditio eadem eſt, nec vllum diſcrimen ſeruari opus eſt, niſi in eo, quòd maior Parens Macrocoſmus inſtar ipſius hominis manus ac pedes non habeat. Cœli namque manus ferulæque ſtellæ ſunt, quibus nobis morbos infligit. Hoc omnes ſedulò cognoſcite & notate. Omnia hominis opera, bona maláque, ab Eueſtro Solis conſcribuntur & annotantur, & in Solem imprimuntur, non ſecus ac ſcriba in libellum rationum debita ſui domini conſignat. Eodem modo Sol quoque ſuum Cancellarium & Archiſcribam in ſe habet, qui hominum vniuerſorum facta inſtitutáque conſignet & deſcribat. Et hoc ſimiliter intellexiſſe Lichtenbergius videri vult, vbi ſuper Apocalypſin cõmentatus eſt, & maximè, quod huc facit, ſupra primam figuram reuelationis Solis : quod quidem admodùm commodum non eſt, prauum ſcilicet ac ſectarium iſtum gregem prodi ac manifeſtari. Luna enim in & ſub Sole cum ſeptem Candelabris approbè conſiderari & expendi hîc poſſet, niſi Sectaria ac Phariſaica turma ſilentium imperaret. Quia verò ſtella Bethleemica Wittebergæ tãtùm quęſita eſt, & crux ſimiliter Chriſti ſolùm Romæ : bene factum ob id eſt, quòd Perla & explicatio Apocalypſis Iohannis recondita & ſepulta iacet. Hinc enim ſenſus genuinus quæri & erui debet, vbi Chriſtus inquit : *Erunt ſigna in Sole & Luna &c.* Nam plura hic eliminare, inconſultum. Dolendum tamen, rudem quandam Phariſaicámque perſuaſionem è ſuggeſtis hoc loco pluris fieri, quàm ipſe ſit Deus cum electis omnibus, quibus ſecreta & abdita naturæ is reuelauit. Sed ſuo tempore & ipſos plaga ſua corripiet. Scire autem vos velim, noctẽ corpus eſſe, in quo gaudet & effertur, quidquid mala operatur, vt ſunt mali ſpiritus, homines facinoroſi, ſcortatores, adulteri, & ſimiles alii. Sol verò Elixir & fax eſt luménque, nocti oppoſitum. Et ſicut fures latronéſque, ipſíque adeò ſpiritus ad Solem ac diem expaueſcunt, iſque illos impendiò auerſatur : ſic idem teſtem & indicem quoquo malorũ operum ſecum habet, qui in illo die hominem accuſaturus eſt propter opera omnia, quæ patrauit & deſignauit. Quia ergò parentes, Sol & Luna, hominum ſuorum

Sel ſpiritũ Eueſtralem habet.

Eueſtrũ hominis.

Macrocoſmus vindex ſcelerum Microcoſmi.

Eueſtri Solis officium.

Lichtẽbergius ſuper Apocalypſin commentatus.

Nox libra malorũ. Sol fur noctis & proditor.

Cœlum vindex rectorũ humanorum.

ſuorum liberorũ, inſpectatores ſunt, eorũmque omnia facinora & flagitia peruident, eadémque apud Deum deferũt: creditu non abſurdum eſt, eoſdem, (Solem ſcilicet & Lunam) parentes, ad liberos ſuos propter cumulationẽ & multiplicationem peccatorum plectendum & caſtigandum omninò incitari ac emitti. Sol enim vis ac potentia illa eſt, quæ creaturarum vniuerſarum fructus excludit maturátque, tam malarum quàm bonarum: ac rebus inſuper omnibus vitam dat. Si idem Sol irritatur ac in iram agitur, morbos quoque immittendi, & penitus occidendi poteſtatem habet. Hoc autem iam ptobè attendite. Sicut pater offenſus & irritatus toruum tyrannicumque tuetur: ita Sol quoque ſplendorem ſuum ac reflexum mutat, ſi æquo diutiùs offendatur & laceſſatur. Et ſicut parentis iram verbera ac plagæ ſequuntur: ſic plagæ quoque à Sole egrediuntur & inferuntur. Plagas huiuſmodi, ac venena, morbóſque Sol ipſe ſtellis defert ad nos caſtigádos. Poſteà ſtellæ acceptũ hoc venenũ in nos deſuper profundunt. Nulla etenim ſtella eſt, quæ occultam quandá Arſenicalem, Antimonialem ac Realgaricam venenoſitatẽ non reconditam in ſe habeat. Venenum autẽ in hominẽ transfunditur hâc ratione. Homo venena & materiam venenorum omnium iam antè in ſeſe, in ſuo corpore habet, ex glebâ terræ in creatione acceptá. Iſtorum autem hominis venenorum nullum eſt, quod ſulphur occultè & latenter ſibi non iunctum habeat. Vnde homo etiam in dies ac momentis ſingulis mortis vi obrueretur, niſi aſtrorum ſtellarúmque incenſionem Deus clementer inhiberet, & infectionem infringeret ac impediret. Hoc enim modo à ſtellis accenditur ſulphur, quod clá ſub cute hominis latet, occultéque inflámatur à potentiâ ſalis, ſulphuris & ſolis, idque per Elementum aquæ, ſicut de ranis & earum generatione diximus. Cùm ergò cibo ſuo & potu homo carere minimè poſſit, ſed illos neceſſariò requirat: ſtellæ autem vim habeãt in Mumiam, quæ in Elemento æquæ eſt, dominandi & profundendi, ſicut ſpeculum igniferum facit: tunc ſtellæ quoque reflexum ſuum ad ſimilitudinem oculorum Baſiliſci per luminis fulgorem in aquam impingunt, & occultè in eâ piſces inficiunt, ac ſimul herbas ac fructus, ac quicquid homini eſculentum eſt, in terrâ. Et tale quidem aliquid in piſcibus animaduerti poteſt. Radii enim ſtellarum ſi aquas feriunt, eos piſcis ſentiens, è fundi latebris prodit, qui alias quidem ne annis aliquot prodit ac conſpicitur. Nam ſi in aquâ piſcibus Mumia inficitur; idem eſt, ac ſi in culina nimio ſale iuſculum corrumperetur, vt edendo non ſit. Hæc infectio fit per flores aquarum, ab inſpectione ſtellarum inquinatos & infectos. Suus enim cuilibet aquæ flos eſt, non minùs ac ipſis herbis. Quicquid enim Mumiam & nutrimentum continet, id ſuos etiam flores habet, adeóque floret. Huiuſmodi flores etiam in generoſæ complexionis hominum cute animaduertitis. Viuidus enim ac amabilis color vultus & cutis externæ id expreſsè atteſtatur. Huiuſmodi homines, homines auri appellari debebant. Sicut enim aurum omnium auidiſſimè Mercurium aſſumit: ſic iſtiuſmodi quoque homines omnium primò inficiuntur & venenantur. Et ſicut videtis, ſpeculum igniferum ſuo ſplendore illuſtri, ſolis calore aucto, cuti hominis, ſi ei obuertatur, veſicam elicere: ita ſtellæ quoque Elemento aquæ venenum imprimunt, quod ipſum homini quoque ſimiliter vt ſpeculum, veſicas & tumores excitat: Quòd ſi enim radii earum ſolis acceſſu aucti in aquam impinguntur, occultum virorem in eâ gignunt: & tunc à calore ſolis ſulphur illud, quod ex Mumiâ aquæ oritur, excoquitur & reſoluitur in aqueam humiditatem, quæ cum aquâ tam exquiſitè permiſcetur, vt hominis conſpectum effugiat. Hanc ſi iam aſſumunt homines, tumores & bubones concipiunt. Et hoc ipſum quoque ex parte quadam S. S. nitri eſt, quamuis præter naturam: quia non omni tempore fit. Sicut autem recenſuimus per Baſiliſcicos oculos ſtellarum Elementum Aquæ infici: ſic pariter rarę ac ſubtilis complexionis homines promptiùs ac faciliùs corripiuntur ab aſpectu ſtellarum per ipſam cutem, ſine infectione aquæ potatæ. Contages autem illa per nndam cutem hominis tardiùs non penetrat quàm per ipſam aquam. Adde, quòd ipſe quoque homo aliquando intemperantiùs viuẽs, nimiis ſe cibis infercit, quibus Mumiam ſuam ac ſulphuream eſſentiam ita diſponit, vt inſtar fomitis ſcintillas ignis ac arſenicale venenum facilè concipiat. Quid enim Sol, ſtellæ, & ignis aliud ſunt, quàm ſpiritus Ignis & Sulphuris?

Sol vitã & mortem dat.

Stellæ miniſtri iudicis Solis.

Stellæ venenoſæ.

Homo ex omnia omnia in ſe venena habet.

Homo quomodo inficitur.

Piſces cœli radios ſentiunt.

Flores aquæ.

Homines auri qui.

Homines auri promte inficiuntur.

Speculũ ardens.

Raræ cutis homines peſtimagis obnoxij.

Intemperantia Mumiã corporis diſturbat.

Iam

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 422 sur 913

Iam deinceps etiam attendetis ad digestionem. Nam si stellæ non priuatim ac accidentaliter per peccata hominum offendantur, vnà cum indignatione Solis: Digestio Solis temperata est, velut & ipsarum stellarum secundum gradum innatum debitum. Si autem semina per peccatorum humanorum irritationem gradum Solis offendunt & inflammant: tunc Ignis & Spiritus Ignis Temperato dominatur, Márſque excandescens Solem incendit ad morbos: tandem pungit Scorpio, cui stellæ cęteræ opitulantur & manus addunt.

Sol in omnibus Elementis sepro dit.

Sic ergò Sol quadruplex est: in Terrâ, in Aquâ, in Aëre, in Firmamento. Vndè vniuersa quatuor Elementa etiam inficere potest. Iam cùm ipse quoque homo 4. Elementorum vim in sese habeat: ideò pestifera quoque infectio fit modis quatuor. Sic est pestis Ignis, Aëris, Aquæ, Terræ. Vnum quodlibet autem genus peculiaria sui loci signa, adeóque peculiarem curam habet. Nam in homine inexistunt 4. Ignes; 4. Aquæ; 4. Aeres; 4. Terræ. Ita est Ignis per se, (id est Sol) Ignis Aquæ, Ignis Aëris, Ignis Terræ. Ita est Aqua per se, Aqua Ignis, Aqua Aëris, Aqua Terræ. Ita est Aer per se, Aer Ignis, Aër Terræ, Aër Aquæ. Ita est Terra per se, Terra Aëris, Terra Ignis, Terra Aquę. Quæ cùm Cabalistica sint, & à vobis fors difficulter capiantur: singula ita discernenda noscite. Ignis tantùm vnus est. Vim tamen suam & operationem in 4. omnibus Elementis exerit, velut in Firmamento, Aëre, Aquâ, Terrâ. Sic vnicus tantum Aër est. Suam tamen is operationem exhibet in Firmamento, Aëre, Aquâ, Terrâ. Eodé modo vnica tantum Aqua est. Sed quod de duobus prioribus dictum est, idem eodem modo etiam de Aquâ & Terrâ intelligatur. Aqua quadruplex est, quadruplex Terra, Aër, Ignis. Causas horum accuratiùs & prolixiùs explicatas inuenietis in magno meo Volumine de Origine morborum nouorum, sub titulo Microcosmicæ Meteoricæ. Cœlum enim quòd Terram contineat in sese, id satis lapis fulminalis demonstrat. Sed & Aqua Terram in se habet, quia ex eâ omnia metalla generantur. Aër suum Tereniabin, rorem ac mannam fundit, quæ terrâ minimè carent. Ita cœlum etiam aquas dat, licèt totum ignis sit. Idem aërem quoque & ventos, aquam & terram ex se dat, & ista quatuor ipsummet est. Hoc fit per imaginationem maioris mundi: ita & fit pestis per imaginationem mundi minoris. Hæc si intimè rectéquè intelligere annitamini: processum exploratum habebitis, quomodò fiat pestis in homine. De his legite, quæ seorsim edidi *de imaginatione*; *de vitâ longâ*; *quid sit æstimatio*; *quid sit Iliaster imaginationis*, *Iliadus mentis Ilech*, *ascendens magnus magni Eueſtri: quidnam Iliaster & Eueſtrum ſolis & Aquaſter* (vt de Melusinâ legimus) cũ hominibus possit; de quibus in probationibus super Philosophiam sagacem commentatus sum, de Mirabilibus maioris & minoris mundi, quid noster Aniadus sit: ibidem habetis etiam Enochdianica mysteria de labore sophiæ, quę enumerari hic omnia nimis prolixum foret. Vniuersa enim ad Magiam pertinent, quò vos amando.

Auctoris tractatus

Etsi verò nimis multa à me hîc prodita & patefacta sint, quæ Hypocritis istis, & auaris sacrificis, scurrísque ac lenonibus, prodi ac communicari minimè debebant; tamen erumpendum mihi vel dum est, etsi de lapsu vestro iam pridem quiritemini. Vos ex Paryſiis, Paduâ, Montepessulano, Salernâ, Viennâ, Lipsiâ: vos inquam non professores veritatum estis, sed confessores mendaciorum: mendaces estis non Doctores: irregulati, minimè regulati. Vos mica argenti estis: adeóque talis quoque mendax vestra philosophia. Nam hæc omnis pro futili & erroneâ habenda est. Si enim, quid Magia sit, scire desideratis, ex Apocalypsi quærite rem. Et tum demum conspicuum fiet, vndè nam ac ex quo professor & Magus oriantur & procedant. Ibidem pestis quoque prolixam explicationem inuenietis. Biblia enim cum suis paragraphis interpres ac clauis est, ad Ioannem ipsum intelligendum, qui Ioannes non minùs ac Moyses, Aaron, Elias, Enoch, Bildad, Dauid, Salomon, Daniel, Baruch, Ieremias, Hesekiel, & Prophetæ cæteri (quorum singuli magi fuerunt) natus cabalista ac diuinator exstitit. Diui Ioannis scriptis vos quidem fidem non derogare arbitror. Si verò quos iam prænominaui, vniuersi ac singuli hodiè reuiuiscerent, non dubito quin ipsos omnes vno exemplo miserâ lanienâ vos iugulaturi sitis, & cum ipsis (si fieri posset) ipsum quoque harum rerũ creatorem. Et ista singularis quædam ærumna mundi est, quòd artes vestræ vniuersæ in mendaciis fundatæ sint. Vno

Elementa singula quadruplicia.

Elementa singula qua ratione sint quadruplicia.

Pulcrum mamen.

Medic. reprehẽsi aeris.

Ioannes Magus, Magi & Cabalistæ qui fuerint.

ore

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 423 sur 913

ore omnes quidem vociferamini, veſtrã Philoſophiam S.S. literarum teſtimonio non opus habere. Interim tamen, quia eandem ex Bibliis & Apocalypſi ſtabilire non poteſtis, nugę veſtræ faceſſant. Magiæ affines artes quę. Mendacio ergò de quatuor humoribus, & putrido aëre tandem nuncium mittite, ac cabaliſticam magiam cum artibus adiunctis Aſtronomiâ, Pyromantiâ, Chiromantiâ & Hydromantiâ addiſcite. Sic enim demum, quæ vultis, impetrabitis: ſic fides vobis dabitur. Extra hanc cognitionem experientiámque ne quidem tantillum vobis quiſquam adſtipulabitur.

DE CVRA ET SANATIONE NATVRALIS ET

ſupernaturalis peſtis: 16. particulis diſtributus.

TRACTATVS.

CAPVT PRIMVM.

De Pyromanticâ Peſte, & annexis illi ſignis.

SIGNA.

INuadit cum ſomno profundo, cum narcoticis & miris ſignis pro natura accidentium. Multi enim iam ante peſtem impurum ſanguinem habent. In horum cute multa exilia puncta & maculæ exiguæ purpureæ aut nigricantes erumpunt. Iidem oculos etiam diſtorquent.

ACCIDENTIA.

Sunt Spaſmus, Tetanus, Febris, Oppilatio hepatis.

Quid ſit oppilatio hepatis, aut quomodo fiat.

Oppilatio eſt conſtrictio pori & ſubſtantiæ, quæ fit ex conſtrictione corporea cum corpore: et eſt duplex, vna in circumferentiâ regionis: altera Elementata ab aëre ſecundum corpus. De primâ animaduertendum, quòd quæuis oppilatio eſt compreſſio ſuæ regionis propter ſpiritum Yleidum, qui cùm egreſſum non habet, in ſeipſo in putrefactionem abit, hocque ſine cauſa exterioris regionis. Secunda verò eſt peſtifera Aërea, nunc peſtem, nunc pleureſin faciens, nunc criſin hepatis præparans. Hæc ſunt notanda, non punctiones, nec vagationes, ſed quæ peſtis, quæ pleureſis ſunt & criſis, quia punctionis ſigna ſunt morbi. Nos autem hoc loco de morbo ipſo, non illa exilia & parua tractamus. Sed quid peſtis? Peſtis eſt aër ſuæ regionis ex primo corpore generatus, & oppilatus ſine egreſſu de materiâ Arſenicali & Operimenti. De illo autem veneno vel locis mutationis dicendum eſt, quòd fit per Digeſtionem Naturæ. Nam alia ad biennium, alia ad trienniũm, alia vltra, alia citra, alia ad quoduis tempus. Ideoq; de peſte ſcienda ſunt, quæ exiſtunt de digeſto ex tempore, videlicet, Hoc tempus vitriolatum, & hoc eſt prunella: aliud ogeratum, hoc eſt, pleuriſis: aliud Arſenicale, hoc eſt, peſtis, per Baſiliſcum Firmamenti: quia ibi fundamentum eſt huius regionis morborũ, & quæ de pleuriſi ſalis ogertini habentur. Nam ſecundùm quod tempus fuerit ogertini ſalis, pleuriſis generatur, id eſt, oppilatio pleuritica: & quæ oppilationes Arſenici ſũt, ſunt de peſte: & quæ ogartini, pleuriſis: & quæ vitrioli, prunellæ.

Tempus Digeſtionis vel eſt vitriola tum vel ogeratum &c.

Peſtis eſt ſeparatus morbus ab Yleido Arſenicali. Arſenicalium genera plura ſunt: nempe tria cineritia, & iſta tria ſunt in membris principalioribus. Eſtenim peſtis morbus ſimplex, contagioſus, per Elementorum coniunctionem, Elementi Aëris, & alterius ex Aëre, per poros cruoris, vel per orificia inferna aut ſublimia ad egreſſus: & eſt morbus digeſti temporis. Eâdem ratione digeſtio ſeparationem facit: ſeparatio autem morbum. Separationis quidem tempus eſt, vndè tempus eſt hoc & hoc, quæ compoſita ſunt, & diſcompoſitionem habent. Diſcompoſitio procedit à primo compoſito ſecundùm tempus *Arlatum* ex S.S. Martis. *Arlatum* tempus eſt tempus ſequeſtrandi contra ordinem Yliadi: Nam iſte Yliadus habet periodum. Periodus eſt triplex: prima videlicet, ſecunda, & tertia ætas,

Arſenicalium quot genera.

Peſtis morbus ſimplex.

Arlatum tempus quid?

Yliadi eſt periodus triplex.

Prima iuuenilis eſt, ad ſtatum pertinens abſque ſeparatione. Secunda eſt morbi, & ad ſecundam partem mundi declinat, & ætatem affert ſanitati contrariam. Tertia finis eſt & mortem affert. Iuxta hanc diſtinctionem omnes mineræ, ſpirituúmque ſequeſtratio, & ſani & mali initium ducit. In his enim ætatibus Pyronomus, Hydronomus, Geonomus & Augurineus artem quærit ſuam: inde etiam fluxit illud, quod dicunt, futurum eſt: Ex hoc loquitur de his, de quibus priſci mentionem nullam fecerunt, parúmque intellexerunt. Modus ætatis talis eſt.

ÆTAS.

DIſpoſitum, eſt ſeparatio per naturam ab Ilech, inde fluit tempus reſoluendi, videlicet moriendi, rei per rem,

Ilech.

rem, materiæ per materiam, naturæ per naturam, corporis per corpus, speciei per species, per genera, per similes, vnum post aliud, vsque in consumptionem materiæ primæ in vltimum Ens. Cùm mortis separatio incipit in Yleido, sequitur morbus: quia morbus separationem sequitur: Hæc eousque, quo totum minerale S.S. consumptum fuerit, tunc & morbus consumptus apparebit, & non amplius notus Medicis. Sic morbi peribunt, sic mortis genera declinant vsque in curam mortis scilicet vltimam in Ente constituram: iam pestis, iam pleurisis, iam aliæ ægritudinum causæ & morbi euanescunt. Sed quid de temporis periodo dicendum, animaduerte: Ex his scire possumus, quæ sint Delphi. Nam scimus Arsenicum SS. Delphinum posse se separare in septennio in vno loco: scimus in alio loco naturam, materiam numerúmque. Hæc omnia apud paramira nostra abscondita latent imperitos. Nam sicut flos, qui est species mineræ huius arboris, ab alia arbore cadit, inde fructº, inde herbæ, inde locustæ, inde arida ætas, & consumpta mors sequitur in fine regenerationis: ita & Yliadus, flores, scilicet spiritus minerales peribunt; ita & morbi, & morborum mortes: sed quid de generatione noui Maii, ignoramus. Sedulò animum aduertite, quid hoc loco vobis præscripserim: ac operam date, vt idem per precedentem Philosophiam in tractatu primo & tertio & postremo similiter inquiratis: vbi doctrinam hanc dilucidiùs ac pro rei exigentiâ vobis explicaturus sum.

Morbus sequitur separationem.

Delphus Arsenici.

CVRA INTERNA.

℞. *Vnicornu gr. iij. Melonum, numero X.*
ossis de corde cerui ʒvij.
Muſci, Ambræ an gr. vj.
Spiritus vitrioli ʒj.
Mumiæ ʒiij.
Theriacæ optimæ ʒiiij.

F. Mixtura, dosis manè & serò ʒj. vsque ad ʒj. & ß.

CVRA EXTERNA.

Foris si Bubones adsint. Rec. Scarabæum, quem contundes in tenuem puluerem pro vnguento. Si laborans vir est, scarabæum cornutum accipies, & puluerem cum aceto vini calido subiges, decoquéisque massam inclusam interuallo 24. minutiarum super prunis viuis. In hoc intinges & macerabis siccam ranam 10. minutiis. Tandem ranam apostemati seu vlceri alliga, & senis singulis horis renoua. Fœminis adhibentur ranæ & scarabæi sine cornibus.

Signa ex Aëre.

Tibiarum hinc inde iactatio cernitur, frons albescit vt cerussa, os liuescit, anhelitus difficilis fit, & spasmus in collo.

Accidentia sunt.

Paralysis, Hæmoptoica, Epilepsia & Gutta.

Cura, si est primæ ætatis.

℞. *Hellebori albi* ʒj.
Sulphuris sublimati albissimi ʒij.
Olibani. Myrrhæ an. ʒ.ß.
Spiritus Vitrioli albi ʒ.ß.

Dosis ʒj.ß. manè. Post meridié adde.

Mumiæ ʒiij. (*al.* ʒiij.)
Vnicornu, sanguinis de Ciconia ʒj (*al.* ʒj.
Dosis, ʒij. *vsque ad* iij.

Ab extra procede, sicut in peste ex igne traditum est. Hoc tantum cuita, vt duobus istis patientibus ex igne & aëre vinum non porrigas. Præbe aquam bonam purámque cum aceto rosaceo mixtam.

Signa ex Aquâ.

Sitiunt, & potare nolunt, & intumescunt ipsis labra & palpebræ, & maculę purpureæ in genis ipsorum erumpunt, ac vtrique pedes valdè ipsis ad genua vsque intumescunt.

℞. *Aquar. ex Iusquiamo* ʒiij.
Sambuco. Barbâ Iouis ʒij.
vini Maluatici ʒ viij.
Spiritus vitrioli. ʒiij.
Muſci, Ambræ, vnicornu an. ʒj.
Theriacæ opt. ʒvij.
Sulphuris albi sublim. ʒj.ß.
Florum origani ʒj.

Misce. Dosis ter in die ante meridiem ʒj.ß. *vsque ad* ʒij & ʒiij. In interuallis præbe vinum Maluaticum, subindè parùm, rosaceo aceto perfusum, & cum Mumiâ transmarinâ & valerianâ decoctum.

Ad Tumorem.

℞. *Aceti Rosati* ℔.j. *vini opt.* ℔.vij.
Aluminis, Caphoræ, Lithargyriian. ʒvij.
Stercoris columbarum ℔.v.
Aq. de Sambuco ʒiij.

Fiat decoctio per tres horas, instrumento clauso, postea adde, Myrrhæ, Olibani an. ℔.v. puluerisata decoque vt priùs per tres horas, fac cataplasma. Applica, & renoua quoties siccatur. Si verò apostemata, bubones ac carbunculi adsint, accipe siccatam ranam & bufonem iunctim, redige in puluerem. Huic, quantum

tum eius est, adde.

Gummi Opopanaci ℥ij.
Galbani ℥j. *Olibani* ℥ij.
Serapini ℥iiij. *Bdellii* ℥iij.

His affunde acetum rosatum, q.s. Fac decoctionem, & liquefcent Gummi, cola, adde Camphoræ, Sulphuris sublimati ℥j. (*alias.* 3j.) coque in sartagine in formam pulmenti, quod calidum apostemati applica, senis singulis horis iterando. Isto primo pus omne colligitur, venenum extrahitur, & vlcus saneſcit. Melius ac vtilius non inuenies aliud pro viris ac fœminis: idémque tutò in omnibus pestis generibus adhibere potes. In curâ tamen internâ id discrimen adhibe, quod superiùs ostendi. Hoc enim ipsa natura flagitat. Vide autem ne cum patientibus istis eodem conclaui versentur canes, aut feles, aut aues.

Signa ex terrâ.

Apostema cum pestilentiâ, primum signum terræ, concurrit prunella, ardor & siccitas colli ac linguæ cum maniâ.

℞. *Liquoris vel succi ex Rosis* ℥iij.
Sulphuris purgati & albiß. ℥ij.
Spir. vitrioli ʒi ß.

Misce. Dosis 3j. *vsque ad* 3iij. ter in die. Interea sæpiùs etiam aliquid olei Tartarei destillati, nimirum 3j. vel vltra ministra, & curabitur. Foris omninò procede, sicut in aquosâ peste traditum est.

Mundificatio Aëris in domo, vbi pestis est.

℞. *Sulphuris viui* ℔ j.
Olibani ℥viij. *Myrrhæ* ℥iij.
Gummi opopanaci 3j.
Asæ fœtidæ ℥j.

Misce, puluerisa. De hoc singulis horis semel cape, & fumum per omnia ædium conclauia fac, hoc modo.

℞. *Compositionis huius partem* j. *Cortic. gran. lauri, succini an. partem mediam. De hoc semper quantitatem dimidiæ nucis iuglandis pro conclaui vno accipe, initice prunis candentibus, feneſtras & fores claude. Et hæc aëris rectificatio optima est.*

Quæ de peste hactenus in hoc secundo tractatu tradidi, quòd illis suam curam illico adiunxi, hâc de causâ factum est, vt fundamentum ac sententia mea, quam proposui, rectiùs intelligeretur. Omnia enim hactenus de peste illa dicta sunt, quæ ex causis naturalibus, velut ex Elementis oritur, sicut ex ordine singula capita demonstrant, quibus hic morbus secundùm Elementa distribuitur. Et quatuor ista quidem genera, quæ omnia naturaliter generantur, sub vno capitulo curationis naturalis complexus sum. Hisce verò nedum satis, quomodò genera omnia fiant, explicatum est: cùm quoddam etiam pestis genus supernaturaliter susciteturr & nos corripiat. Huic ergò explicationi suum proprium capitulum reseruaui. Id autem in partes duas dirimam. Pars prima de peste tradet, quæ ex timore, pauore, & desperatione oritur. Cuius sensus iste est, quòd pestis illa per imaginationē spiritus hominis animalis naturali modo generetur, sicut exemplū simile in muliere prægnante exhibetur, quæ per eundem spiritum, animali homini dedicatum ac assignatum imaginatur & imprimit fœtui deformitatem, aut maculam quandam, proùt ipsa per imaginationem res aut cibos absurdos appetiuit ac impendio desiderauit, sicut hoc quoque vulgo notissimum est. Hoc tamen vniuersum naturale quoque est, & minimè naturæ limites excedit, sicut in reliquis capitulis audietis.

CAP. I.

Spiritus imaginatorij corporis 5. sunt.

QVintuplices sunt spiritus, quorum quilibet seorsim suam sibi imaginationem liberam habet, non sine incommodo & damno alterius, per quam huius vel illius imaginationem alteri noxa aut morbus supernaturaliter impingi ac infligi potest. Quinque istorum spirituum quilibet seorsim imaginatione suâ hominis corpus lædere, idq; modo ac ratione diuersâ potest. Et cùm isti quinque omnes in vnum corpus inclusi sint: necesse est, vt corpus, si quando membrum vnum catenæ istius frangitur, id malum luat. Cuius rei ratio est, quòd homo animam ac rationem à Deo in Paradyso impollutam acceperit, & propter transgressionem mandatorum diuinorum, istiusmodi pœnæ sustinendę iam subditus ac subiectus sit. Alias enim ratio humana, si ad placitum & mandatum Dei reguletur & impendatur, catena ea ac vinculum est, quò spiritus isti quinque vinciuntur, & vt imaginationes suas cohibeant, edomantur. Vnde etiam fit, vt, si homo lasciuius viuat, hunc immanem & horrendum morbum pœnæ loco omninò sustinere cogatur.

Hanc meam autem Philosophiam attentis animi viribus cognoscite: In gratiam *Scayolarum* peculiarem tractatum conscripsi, de *Nymphis*, *Pygmæis*, *Syluestribus*, *Gnomis & Iemuribus*. Quibus

Scayolæ, &c.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 426 sur 913

lectis si desiderio vestro satisfeceritis, iuxtà etiam, vndenam hi quinque spiritus quoque in homine oriantur ac prodeant, probè assequemini. Mundus enim, parens ipsius hominis, quatuor Elementares spiritus in se continet, quorum genus vnum in aquis habitat: alterum in ignè veluti *pennates, Salamandræ*: tertium in Aëre vt *Syluestres*: quartum in terrâ, vt *Gnomi, Lemures, Pygmæi, Incubi*, & similes. Et insuper genus quintum est, quorum multa millia existunt, sicut in Philosophiâ meâ de animâ mundi cognoscetis. Spiritus isti, qui animæ Macrocosmi seu maioris mundi inserti sunt, *Flagæ* nominantur, sicut Necromantia & Geomantia docent, in quibus hæc omnia fusiùs & accuratiùs explicantur. Sic ergò, ô generosi filij *Scayolæ & Anachmi* in creatione *Adami* huiusmodi quinque genera spirituum oriuntur. Ideóque vt capitulum hoc cò rectiùs assequamini, prolixiùs id deducendum videtur. Ex hâc enim consideratione nascitur Philosophia Medicinæ sagax, adepta, naturalis, sicut id ex Philosophiæ meæ Paramiro opere nouisse poteritis. Quibus seorsim adiungetis tractatus illos quindecim, quos singulari diligentiâ de *Medicâ industriâ* conscripsi. Ex illis supplebitis quod hic desideratis. Tractatus etiam alius insuper peculiaris est de 5. *Entibus*, quem legetis, velut & tractatum alterum de 5. *Spiritibus*, & tertium de 5. *Materiis*, & quartum de 5. *Sensibus*, & quintum *de Morte & vitâ, de ratione incãtationis*, quæ modis quinque fit. Eodem modo quindecim etiam modi, quibus morbi fiant, indicantur: quos necesse est sequi etiam quindecim curas & ipsorum remedia.

Hic autem admonendi estis, supernaturale quoddam animal esse piscem illum, qui in locis maritimis *Flundera* appellatur. Is à iactationibus stellarum producitur, quando excrementa stellarum in aquas deduiuntur. Id excrementum merum sulphur est, quâ de causâ aquæ quoque super natat. Ex eo deinceps temporis & solis digestione piscis generatur, qui quasi error & Labyrinthus est Astrorum materialiter. Sed in ipso quoque cœlo ex naturâ conditione que astrorum zizanium existit, non materialiter, sed spiritualiter, per imaginationem animæ maioris mundi. Cometas intelligo, & stellas erraticas. Et quâ ratione anima mundi imaginatur, & monstrum sui generis gignit: sic idem per imaginationem homo quoque facit. Et sicut piscis *Flunder* instar rosæ rotundus est: ita pestis imaginationis quoque formam rotundam habet. Hisce ergò capitulũ hoc primum de peste per imaginationem genitâ absolutum sit.

Quatuor genera spirituũ, 4. Elemẽta inhabitantium.

Spiritus quinti generis infiniti.

Flagæ spiritus qui.

Scayolæ & Anachmi qui.

Pisces vt generentur

Zizania in cœlo

CAP. II.

VNicum hoc hominis votum est, vitam ad plurimos annos protrahere posse. De homine loquor, qui mũdi more brutaliter viuit, quod ingenium hominum partis ferè maximæ est. Isti plerunque nullâ curâ aguntur in apprehensionem summi boni, quod est vita æterna. Istorum hominum securitatem vt quadamtenus Deus vindicet, & cogitatus ipsorum vanos in lucẽ proferat, præsidia Medicinæ ipsis denegat ac suspendit. Solius enim Dei manus sola, summa & certissima est morborum omnium præseruatio. Quem enim Deus custodit, is asylum certissimum nactus est. His præmissis, iam fundamentum alterum generationis morbi istius vobis expediam, hoc discursu.

Homini animus obscuratus.

Deo non confidẽtes pauci. Pauc facit ad tionem metus

Qui vir suam in Deum fiduciam non iactat, nec ipsum curat: ab huius protectione Deus etiam manum suam subducit. Necesse est ergò, eos, qui pestis vindicis & vltricis peccatorum tempore ad Deum non confugiunt, ingenti pauore ac terrore corripi. Iste metus fortem imaginationem concipiendæ pestis parit. Quâ causâ rogas? Pauidus nempe Deo minimè fidit. Vnde fit, vt nihil sibi impendere certiùs autumet, quàm morbum, quàm ipsam mortem, quæ imaginationi eius subindè obuersantur. Hoc modo homo iste per suam imaginationem Basiliscum cœli Microcosmici firmamenti in se ipso gignit. Huius generationis ordo ac modus ex sequenti exemplo æstimandus est. Videtis ex collo Galli Indici seu Calecutani carnẽ quandam defluere ac propendere, quæ perpetuò rubicunda est. Si verò gallus irritetur per commotionem illam & quandam quasi agoniam eâdem caro rubea iam liuescit, iam virescit, aliósque colores subindè assciscit: quod omne accidit viuo animali isti. In pauone etiam obseruatis, quòd, si quando pro cibo serpentem appetat caudâ surrigat & radios suos iactet: quâ imaginatione in suo ipsi⁹ corpore & stomacho serpentem gignit. Hæc gemina exempla sicut de imaginatione animalium testantur: sic certum est, similem ac eandem operationem in ipso quoque homine fieri, quâ proprium

Gallus lecundi ira varie cristam.

pauoñis serpentẽ imaginans radios iactat.

sibi

sibi venenum intus gignat & suscitet, vt in *Musalogia* nostrâ latiùs, &c. Si modo naturali accidit, virum, venustam & speciosam fœminam ardentiùs intuentem eò agi, vt per carnis libidinẽ sponte suâ semen emittat: cur quæso eodem modo hoc quoque fieri minimè possit? Nec in vllo alio diuersitas est, quàm quòd propter vsum seu euentum frequentiorem illud de viro naturale magis appareat, cùm interim alterum, quia aut rariùs, aut inuidẽtiùs existit, probatione planiore opus habere videatur. Nemo tamen interim est, qui nesciat, quosdam ita constitutos esse, vt, si alterum quendam (quod sæpius forte fortuna fit) vomere videant, per abominationis imaginem ipsi quoque ad vomitum similiter compellantur. Quid ergò prioris illius longâ & accuratiore demonstratione opus sit, cùm res intelligi facilè queat? Obiici mihi hic à quibusdam possit, quasi hoc in puncto gentilem seu Ethnicum agerem. Sed tamen, quantum quidem commodi affert porco obiecta margarita: tantundem etiam ex his meis scriptis vtilitatis haurient, quibus ipsam veritatem discere & indagare pudori est. Instare quin etiam aliquis possit, qui hoc, de vomente quod dixi, per aspectum naturalem naturaliter fiat, cùm tamen pestis per imaginationem conceptæ ratio longè diuersa sit. Huic ita respondeo. Oculi rem vident quidem, & animo speciem eius quod vidẽt exhibent. Id tamen animo seu imaginationi multò viciniùs est, quàm oculis. Nisi enim cogitationes & spiritus vitæ tuæ existerent, videre tuum nullum foret. Nam si videre vis, id omnino cum voluntate tuâ fit. Ideò voluntas prior est, visus posterior. Eodem modo cogitatio tua & imaginatio mater existit nascendæ pestis in te ipso, à te ipso introducta.

vir ob fœminæ aspectũ semen emittit.

Imaginatio vi. prior.

Sed cùm fundamentum hoc stabiliuerim, super quod sententiam meam exstructurus sum: iam ipsa mei argumenti ardua confirmatio subnectetur. Admonitos autem medicos omnes velim, vt hunc meum discursum probè ac perspicuè intelligant, & artem *Characteristicam*, per quam imaginatio pacatur, ac ipsa quoque pestis omnium facilimè curatur, intimè secum pensitent & euoluant. Nec vlla vobis Medicis persuasio alia sit, quam artem *Characteristicam* vero, naturali ac solido suo fundamento inniti & incumbere. Nam si historiam quandam iucundam, veluti, de *Melusinâ*, *Danhusero*, *Bernensi*, *Hildebrandi* & similibus temporis & mœroris fallendi ac solandi gratiâ quis lectitare potest: eidem cura quoque istiusmodi aduersus imaginationem per artem characteristicam possibilis erit. Hoc exemplum Iacobi testatur, qui virgas versicolores aquantibus ouibus proposuit & obiecit. Quod quidem etsi credi naturale possit: modo tamen supernaturali euenit. Et quâ ratione per imaginationem mater fœtui vestigium imprimit: sic idem hic quoque fit. Et sicut stellæ naturæ Saturninæ & brumalis aquam congelant ac condensant: sic genito veneno cum peste etiam accidit, vt bubones duri sint primùm, antequam apostemata maturescant: quæ durities nihil est aliud quam coagulatio sanguinis. Sanguis enim calidæ & humidæ naturæ est. Et cum venenum omne frigidum sit: hinc sequitur coagulatio sanguinis. Imò, velut Luna, Saturnus, & stellæ frigidæ aquam congelant: ita in ipso quoque homine Luna Microcosmica, in cerebro habitãs, ac imaginatio existens, sanguinem congelat & inficit. Ac quâ ratione mulier menstruo fluxui obnoxia, solo aspectu speculum contaminat: sic homo pariter seipsum quoque inficit. Hoc enim homo insperatò, vel sciens vel ignorans, per somnium pariter & vigilias effectum dare potest. Et sicut mulier sub ascendente malitioso genita, infantem in cunis per aspectum & verba incantare potest: sic fieri quoque perfacilè potest, hominem vnum alteri hunc morbum per imprecationem infligere posse.

Iacobi solertia.

Bubonũ durities vnde.

Sanguis est calid' & humidus.

Imaginatio Lunæ cerebri.

Menstruosa speculũ inficit.

Hinc mihi occasio ac ansa ministratur, hoc quoque loco aliquid de ratione & fundamento *incantationis* commẽtandi. Et primò quidem de virtute Mumiæ dicam. Posteà de muliere prægnante, quæ in partu moritur.

Characteristicæ vis, & institutio.

De mulieribus autem primò id notabitis, quòd propter simplicitatem & imbecillitatem tam promptos sensus ac rationem expeditam ad bonum minimè habeant, ac ipsi viri habent. Documentum huius ex eo capere potestis, quòd veneficia impensiùs sectentur: quod viri faciunt minùs. Has enim *Milleartifex* viro promtiùs & faciliùs suis præstigiis ad talia compellere potest. Hinc fundamentũ istiusmodi exstruimus. Mulier prægnans pestis tempore multò citiùs

Mulier viro imbecillioris rationis.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 428 sur 913

alio homine moritur, quòd nimirum venenum & malignitas istius morbi cõtagiosa fit. Et cùm fructum quoque vtero gestet, idem persæpè vna cum matre inficitur. Quâ causâ singularis prægnantium cura habenda est, vt vel non solæ sint: aut si infectionem senserint temerè non deserantur negatis præsidiis & medicinis. Nam meâ id ætate frequenter fieri vidi magnâ cum commiseratione, prægnantes, peste grassante, in mediis partus angustiis & doloribus ope omni destitui: quam iniquitatem posteà vniuersæ regionis Epidemia horrenda excepit. Nam si prægnans istiusmodi in ipsis partus cruciatibus obitura est, cogitari facilè potest, quas cogitationes & imaginationes illo tempore concipiat & moueat. Nullo enim dubio istiusmodi secum meditatur & loquitur: cùm mihi ac meo pullo hic omni humanâ ope destitutis tam miserè moriendum sit: velim optémque vniuersos mecum homines eodem fato quoque abripi & iugulari. Quam imprecationem deinde etiam imber, hoc est, venenum huius morbi duplicatum consequitur. Nec enim hoc hîc negari queat, ipsum Deum pœnam grauiùs ingeminare ob id, quòd homines in tantis angustiis sese mutuò tam fœdè deserant. Quod si præterea ipsi etiam satanæ in *Iobum* potestas data fuit, illum pessimis vlceribus percutiendi: facilè cogitatu est, quàm sedulò hoc quoque casu idem vindicem suam malitiam in istos inhumanos desolatores exserturus sit. Nam ad supplicium istiusmodi numerosas ministras paratas habet, sagas iuniores & vetulas, quæ ad Bructerum commeare solitant. Hæ ipsæ veneficæ à satanâ quoque instigantur, vt morituræ pessima & infaustissima quæque humano generi imprecentur. Id quod multis modis fieri, passim compertum est. Cùm enim Deus veneficas istas propter veneficium indignum peste singulariter percutiat: tum illæ, si ante fores mortem sentiunt, suis vicinis, præcipuè vero prægnantibus & puerperis, omen tam infaustum imprecari solent, hoc modo.

Cum spiritibus, quos viuæ suis ministeriis coluerunt & adamârunt, fœdus ineunt, paciscuntúrque, vt defunctarum Mumiam in templis sub limina, hominibus ingressuris & egressuris transcendenda condant & defodiant. Spiritus autem isti odio generis humani Mumiâ illam corporum defunctorum adhuc virulentiorem faciunt: sicut Rottvvilæ, Wasserburgi, Passauij, Egræ, & aliis quoque locis sub liminibus templorum res tales inuentæ ac erutæ sunt, ac veneficæ ipsæ graui torturâ examinatæ talia fieri hoc modo confessæ sunt, & eadem facitata ex libris, aut cognatis, aut sociis veneficarum ipsi audiuimus. Rotvvilæ venefica quædam carceri mancipata, spiritum suum, sæpè ac frequenter per insomnium inclamauit ac accersiuit, nõ secus ac vigilans vnus alium vocat. Cùm verò eodem carcere alij quoque fontes constricti asseruarentur, audita ad carceris custodem retulerunt. Re ad torturam sufficere iudicatâ, illa sub quæstionem data, omnia vt erant, fassa est. Satanas enim suorum quoque ministrorum proditor est, vt eos hâc viâ in desperationem & abnegationem DEI precipitet, suóque regno inserat. Talia istius veteratoris opera sunt: hæc merces istarum lamiarum, quam pro cultu & amore suo, quem satanæ impenderunt, debitam accipiunt.

Quin & apud S. Vitum & Villaci comperimus, veneficas tempore pestis terram ac puluerem ex tumulis sepulcrorum abstuliſſe, & arte sua magicali ita præparasse, vt pestem sæuissimam & rabidissimam suscitârint, quâ multa millia hominum inficerentur & iugularentur. Modus verò præparationis illius detegendus minimè est. Lac etiam & pecudes adeò infecerant & venenârant eædem, vt cum hominibus ipsa quoque pecora gregatim concíderent. Ad hæc flagitia exstirpanda sedulò anniti debebat magistratus, vt pios ac probos Magos, qui ista talia intelligerent, alerent. Possem equidem peculiarem de ipsis tractatum edere, vt artes ac machinæ illarum manifestarentur. Sed propter malitiosos ista talia pennâ seu calamo minimè euulganda sunt. Multa enim flagitiosa simul induci possent: quę satiùs est reticeri.

Interim ad cœnobia & lupanaria propter detestandam fornicationem & libidinem insuetam oculos intendi par est. Huc vestra cura & inspectio ò principes & magnates, impendenda est. Istis enim in locis peccata enormia admittuntur, quæ posteà pesti principium dãt. In istis enim lustris & collegiis multa spermata à spiritibus excipiũtur & colligũtur, per quę postea venefice attractiuę istiusmodi

Prægnãtis imãginatio malum duplicat.

Satanæ dolus.

Veneficarum imprecationis vis.

Venefica prægnãtibus impẽdio intensæ.

Veneficiarum pactum cum spiritibus quale.

Historiæ veneficarum.

Magi pij à magistratu alendi.

Gynæcea & cœnobiorum fornicatio tollenda.

istiusmodi vis venenatam Mumiam parant,& contagiosum venenum conficiunt, vt ex eo multa hominum millia insici & contaminari queant. Hoc enim modo per sagas multi inficiuntur, quos alias nulla pestis corriperet. Sic Draco quoque (vt Germanico idiomate vocari solet)nihil est aliud quam spectrum & spiritus. Quod autem idem humanam formam induere, & sub ista cum sagis scortari possit,id similiter propter huiusmodi spermata fit, quæ à scortatoribus & scortis in actu Venereo emissa,profusa,ac quoquo modo abiecta sunt. Ex illis enim spiritus isti humanam speciem ac formam sibi faciunt. Nec alia res est, ac si alter alterius tunicam induat. Hunc in vsum finémque spiritus quoque spermata humana sibi accommodant: *quia forma hominis est in semine & spermate.* Ideò prædestinatum formæ à spiritibus ita fingi potest, veluti prædestinatio monstrat.

Draco ex semine humano sibi formá condit.

Semen hominis quale.

Præterea scire etiam debetis, ipsos quoque spiritus cum lamiis per assumptam illam humanam formam procari: ac sæpe lamias scortatoribus & scortis semen suum surripere, quod in sæuissimum venenum vertunt, & nonnunquá aquas, herbásque campi,hominis cibos, teterrimè inficiunt. Vnde posteà rari, inauditi & ineffabiles morbi gignuntur, quibus peiores nec dici nec credi possunt.

De vi Magneticâ Mumiæ in homine.

SYdereus spiritus & corpus, magnes est & magneticæ naturæ in homine, estq; spiritus genitus ex astris, sicut Auguria docent. Et istiusmodi spiritus ac sydereum corpus cum astris cognatione habet. Et primò quidem istiusmodi magneticam vim corporis syderei in Elementari corpore hominis hâc ratione probabimus. Sydereum hoc corpus respectu Elementaris terrenique hominis spiritus est, & operationes spirituales perficit. Sicut enim Magnes terrenus suo corpore spiritus est, & ad se attrahit: sic ad se quoque trahunt corpus spiritúsque syderei corporis & spiritus in homine. Iste est Magnes Microcosmi. Sydereum corpus ac spiritus attrahit virtutes astrorum, sicut id animaduertitis in lunaticis tempore nouilunij, vbi syderei corporis spiritus & Magnes hominis proprietatem nouæ Lunæ exerit & profert. Et sicut Luna illa est, quæ per magneticam virtutem syderei innati corporis & spiritus in homine attrahitur: sic proprietatem etiam ac naturam habet,vt præcursor Lunæ Macrocosmi in homine sentiatur tempore nouilunij, quo Lunaticus furit, tumultuatur & ferocit. Tum temporis enim Lunaticus similiter loquitur, ac qui à musto aut vino ebrius est. Ibi expresè animaduertuntur conuenientiæ, proprietates & consensus istarum Magneticarum virtutum, quas spiritus & sydereum corpus hominis cum ipsis astris habent. Et, quod probè aduertendum vobis est,Luna Macrocosmi speculum est ac corpus, in quo syderei corporis spiritus & Magnes hominis, per somnum videt, & ex eodē omnia somnia,quotquot in somno homini obuenire possunt, desumit ac promit. Hinc somnia, & quæ per somnum murmurantur,oriuntur.

Spiritus ac corpus hominis sydereum Magnes sunt.

Lunatici nouilunio mouentur.

Iam ergò si timidus quis & formidolosus homo fit, qui sibi ipsi imaginationem concitârit, & formidinem illam impresserit: iam per tale medium Luna in cœlo est corpus id auxiliatibus astris. Si formidolosus & timidus in plenâ & perfectâ imaginatione Lunam intuetur, tunc intuetur speculum venenosum magnum naturæ, & hoc pacto sydereus spiritus & Magnes hominis per stellas & Lunam inficitur & venenatur. Sed rem hanc adhuc plenius hoc modo intelligetis. Timidus homo oculos suos in Naturá Basiliscicam conuertit per imaginationem, & inficit speculum,Lunam & stellas per seipsum, primò: posteà, si Luna ab imaginante homine infecta est, quod facilè & citò fit propter vim Magneticam, quam sydereum corpus & spiritus cum astris, Lunáque & stellis magnæ naturæ communem habet:tunc homo ab isto speculo Lunæ & stellarum, in quod inspexit, ipsemet quoque inficitur. Quod ideò euenit, quia videtis modo naturali quoque fieri, prægnantem mulierem, menstruorum tempore suo intuitu speculum maculare & fœdare. Isto enim tempore venenosa est, & Basiliscioculos habet ex causa menstrui & venenosi sanguinis. Quod venenum etsi quidem per omne corpus diffusum lateat: in nullà tamen corporis parte violentius est,quàm in oculis. Eo enim loco sydereus spiritus infecti corporis, nudus ac apertus sydereo Magneti patet ac prostat: quia vt ex menstruo & venenoso sanguine mulieris

Timidus vt inficiatur.

Timidus vt cœlū inficiat.

Mēstruosa est venenosa.

Mēstruosę oculus cur cęteris partibus venenosior.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 430 sur 913

cauſatur & naſcitur Baſiliſcus: ita Luna in cœlo eſt oculus Baſiliſci cœli. Et quémadmodùm ſpeculũ à fœminâ cõtaminatur: ſicà Lunâ viciſſim maculantur oculi & ſydereus ſpiritus corpúſque hominis, ideònimirùm, quia tẽpore iſto meticuloſi imaginãtis hominis oculi imbecilles & infirmi exiſtunt, & ſydereus ſpiritus corpúſque ex ſpeculo Lunæ, in quod timidus inſpexit, venenum ad ſe attrahunt. Nec verò homo tantùm hanc Lunam ſub aſpectu inficiendi vim ac poteſtatem habet: ſed omnium maximè & viris omnibus expeditiùs menſtruoſæ fœminæ Lunam & ſtellas venenare & inficere poſſunt. Sicut enim compertum eſt, eaſdem corporeum, metallicum, & quod plùs eſt, vitreum ſpeculum polluere & maculare: ita multò procliuiùs ac citiùs iſto tempore Lunam & ſtellas inficere poſſunt. Et ſi iſto tempore Luna in aquam irradiet, mulier autem aquam intueatur, iam Luna illicò & certò infecta erit. Et iſta infectio plurimis aliis quoque viis modiſque fieri poteſt: quos omnes manifeſte declarari tutum non eſt. Huius autem Lunæ infectionis hæc cauſa eſt. Nam & ipſamet nudus eſt oculus ſpiritus & ſyderei corporis, &, ceu videtis, ſæpius renouatur & iuuenеſcit. Ideò quemadmodùm tener infans, ſi intueatur ſpeculum, in quod priùs menſtruoſa inſpexit, luſcus fit, eiuſque oculi inficiuntur, contaminantur & fœdantur, non minùs ac ſpeculum ipſum ab inſpectante menſtruoſâ infectum eſt: ita planè eodem modo Luna quoque, ita homo inficitur & venenatur. Et inſuper Luna, ſi renouatur & iuuenеſcit, venenatæ per ſe naturæ eſt. Hoc ex Elemento aquæ, & ligno lutoque deprehenditur: quorum illud ſi intempeſtiuè cædatur, non probè ardet, & inſuper vermiculoſum, venenatum, putridúmque facilè euadit: Quare à ſolo quoque intuitu eò facilius infici poteſt. Tum & Luna cum ſuo ſplendore Humidum Ignis eſt, frigidæque naturæ. Vndè ad ſuſcipiendum prompte venenum quoque diſpoſita eſt. Luna enim cum ſplendore ſuo eſt pars ignis naturæ frigidæ. Ignis enim in ſua natura quadruplex eſt, hoc eſt, partem vnam in aquâ moderatur Luna & Sol, ſecunda & tertia in aëre & terrâ exiſtens, ipſa quoque a Sole & Lunâ gubernantur. Et hinc confertur Magnetica vis creaturis vniuerſis, de quo planiùs dicendum non eſt: Quia ibi eſt per hoc ſcientia laboris Sophiæ, & Mater, & Fons Magorum. Dixi.

Menſtruoſa Lunam potenter inficiũt modis multis.

Infans, vt a ſpeculo luſcioſus fiat.

Luna cur citius inficiatur reliquis.

Luna venenoſa iuuenеſcens.

Ignis eſt quadruplex.

al. Magnalia.

TRACTATVS TERTIVS.

De Veneno Planetarum, hoc eſt, de Igne venenoſo.

Quomodò naſcatur Ignis in venenum peſtis ex ſeptem Planetis.

CAPVT PRIMVM.

REs vnaquælibet creata, naturaliter in id redire appetit, quod fuit ante creationem. Hoc fundamentum eſt omnis noſtræ Philoſophię. Ac ex ſcriptis noſtris facilè iudicabitis quonam in hoc capitulo collimemus. Agimus enim hic de generatione & corruptione Elementorum, ſicut & de veneno, quod ex iſta diſſolutione prodit, de quo in De Vitâ & Morte peculiare capitulum conſtitutum eſt, Medico ſcitu apprimè neceſſarium. Elementa enim ex nihilo creata ſunt: vnde ad nihilum etiam iterum contendunt. Exemplo nobis ignis ſit. Quicquid is corripit, in nihilum redigit, quanquam aliud alio citius & facilius. Sic aqua ignem viciſſim in nihilum redigit, ipſum ſi contingat, & ignis viciſſim aquam conſumit, vnumque perpetuò alteri contrarium eſt. Et hoc tamen ſaltem particulariter. Quod autem Terram & Aquam attinet; quòd ſcilicet corpora fixa ſint: deinceps de Vitâ & Morte declarabitur in horum Tractatuum quatuor parte poſtremâ. Cur autem doctrinam corruptionis & diſſolutionis vobis proponamus, cauſam hanc tenebitis. Nec enim is defectus leuis eſt, ſi, qui Philoſophus haberi velit, hunc neruum non teneat. Hâc ſiquidem methodo in Medicinæ rebus omnibus veritas indagatur, ſi Naturalis Medicus rationem cauſaſq; omnis rerũ Elementarium corruptionis exploratas habeat. Ideò res ita ſe habet. Sicut videtis per res venenoſas ferrum quodlibet venenari poſſe: ita & cuprum, & plumbum, & ſtannum ſimiliter infici poterunt. Sed hîc de leui quodam, attamen neceſſario præmonendi eſtis. Ita notate: qua ratione acetum venenari poteſt: ita fel quoque infici poterit. Et licèt hoc quidem propter malitioſos quoſdam non admodùm libenter prodam: omninò tamen ſecretum diſſimulare

Elementa ex nihilo.

Elementa ſibi inuicem cõtratia.

lare nolui propter illos, quorum conscientia pura & immaculata est. Vt verò modum inficiendi ferri teneatis, ita attendite. Si ferro cuicunque salem imponas, & aceto humectes (ponamus in cultro fieri) duabúsque horis relinquas; in cultro venenum luteum producetur. Hôc qui carnes aut panem scindat, edátque, veneni vim non effugiet. Sal enim & acetum ex ferris omnibus Mercurium eliciunt, & hoc pacto ferrum venenatum reddunt. Ad hoc consequitur, multos homini morbos infligi per cibos acidos aut aceto coctos, qui cultros inficiunt; quod illorum venenum demùm in corpus ingeritur. Non autem ob id Sal ac acetum per se venenum sunt: sed ferrum venenum dat, si sal & acetum ipsum cõtingant. Sic si in cacabo cupreo tinca piscis cum sale decoquatur: cum cibo illo venenosum quiddam etiam in corpus ingeritur, ex quo deinceps morbi haud temnendi emergunt: quod homines non saltem non attendunt, sed ita fieri ne quidem persuaderi possunt. Huiusmodi ergò venenum ferri ac cupri vobis admonitioni sit. Hoc enim modo à Veneno Martiali gignuntur, Colica, Cardiaca, Calculus, Paralysis, Contractura, Gutta, Tussis, species aliquot Febrium, Hydrops &c. Iam si inuadens pestis, tale venenum iam antè in corpus ingestum inuenit; tunc venenum pestis & Martis mutuò congrediuntur. Ex quo quid tandem fiat, suo damno ægri expetiuntur. Et ad hæc si animum aduertatis vos Medici Naturales, plura inuenietis, quàm vel ipse Galenus, vel Mõtagnana, quicunque alii tradiderunt. Porrò sua ac peculiari ratione plumbum quoque inficitur. Nam si sulphure confricetur, aut si cupreus cacabus stanno intus obductus capiatur, & cum sulphurea aqua in ipso pisces elixentur tunc plumbum stamnumue venenatũ euadit, ac cibus sumtu admodum periculosus est. Fieri autem vix potest, vt plebs pauperior huiusmodi infectiones semper euitare & declinare queat. His ergò, vt Philosophiæ ignaris, talia non scribo: sed res mihi cum medicis est, quos doceo, vt 5. Entia morborum eò faciliùs & certius intelligere, discere & cognoscere possint. Iam ergò tractatus quartus sequitur, istiusmodi morborum curam tradens.

al. diebus.

Sal & certum Mercurium e ferro eliciunt.

Pisces in ollis cupreis cũ sale cocti damnosi.

Veneni Martialis qui morbi.

Sulphurea plũbum ac stannum inficiũt.

TRACTATVS QVARTVS.

De Peste.

CAPVT PRIMVM.

De 5. Entibus omnium morborum.

QVia Tractatus quartus tradidit, quâ ratione venenum Planetarum hominem inficiat, & vt Astra, hoc est, Ignis Astrorum, Spiritum Sensus, hoc est, Ignis & M. hominis per potentiam horum trium, Sulphuris, Salis & Mercurij, inflamment, & spiritum vitæ hominis inficiant, & morbos gignant: iam consequenter opus est, vt priùs rationem Incantationis vobis expediam. Aliàs enim Ens Pagoycum & Ens Spirituale omittere possetis, & curam geminorum morborum inde emergentium contemnere seu præterire. Qui error ac defectus pol haud leuis foret. Quia ergo 5. Entia inueniuntur, ac totidem curæ: cura veneni non adhibenda erit morbo illi, qui ex Ente astrorum oritur. Ita nec cura spiritualis accõmodari debet morbo ex Ente naturali. Similiter nec Morbus ex Ente Deali quicquam ad curam spiritualem quadrat: quod probè noscendum est.

Ens Pagoycum &c.

CAP. II.

De *Incantatione & Phytonissis Entis spiritualis.*

INcantatio duplex est: si enim lamia siue venefica te incantet, ea incantatio est pagoyum, per hominem naturalem. Altera est Incantatio spirituum, nec est naturalis, verum præternaturalis. Et hæc distinctè notanda sunt. Alias in cura error facilè committitur.

Incantatio est duplex.

Nota. Si quis naturaliter à venefică, aut quocunque alio viro venefico incantatus sit, hæc illius signa sunt. Incantatus dormire nequit, nec somnum appetit, nunquam quietus est, nec tranquillitatem vllam sentit. Cum verò propter alia plerumque concurrere solita aliorum morborum, naturaliter genitorum signa, hæc dicta non semper expressè deprehendantur: ideò summũ hoc & infallibile, adeóque verè pathognomonicum signum notabitis. Nam per hoc omnia omnium veneficorum opera rectè dignosci possunt. Signum hoc est. Quælibet venefica, quendam incantatura vel in virilitate, vel visu, vel manibus pedibúsque, vel membris corporis quibuscunque hunc processum

Signa incãtationis naturalis.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 432 sur 913

Veneficarum ritus in incantãdis hominibus.

tenere ſolet. Accipit filum lineum craſſum, forte, nigrúmque, & illud ſingulariter ad hoc præparato veneno inficit, veluti veneno aranearum, quæ vbiuis facili labore captari poſſunt. Venena etiam alia accipit, ſicut vias ac modos hic varios indicaturus ſum. Nam cætera à ſedulo Magoriſtâ indagari & perueſtigari oportet. Rarò tamen alia venena adhibentur huic operi incantatorio: vndè præcipua eò faciliùs notare poteſtis. Qualemcunque ergò dolorem lamia homini illi, cui veneficium parat, infligere ſatagit: tali quoque veneno electo vtitur ad filum inficiendum: Quodlibet enim venenum peculiarem dolorẽ & morbum affert. Sed de veneno aranearum primò dicemus.

Magoriſta &c.

Veneficium præparatur à lamiâ, lignũ ſumit, & aranearn ſuper illud reptare ſinit. Poſteà filum araneæ tranſuerſum imponit iuxta extremitatem alteram, & admoto ligno alio araneam tundit & quatit, vt media diſſiliat, & venenum effundat. Eo facto filum per araneam ducit, & illud ſiccari patitur. His omnibus præſtitis cerã accipit, aut huius defectu, panem recens coctum, ac ex eo imagunculam viri vel fœminæ, ei, quem læſura eſt, homini vtcunque ſimilem, cum forti imaginatione fingit. Homunculo illo, in nomine eius, qui lædi debet, iam formato, venefica filo illius hominis membrum, quod læſura eſt, in illâ imagine, ſeu parua ſeu magna ſit, metitur. Menſurâ captatâ, prout craſſitudo membri lædendi fuit, ita filum præſecat. Et ſi æſtas viget, vt vel ranam vel bufonem habere poſſit: filum beſtiæ illius corpori circumligat. Quæ ſi in aquam inſilit poſteà, homo in membro illo dimenſurato graues dolores ſentit, hoc modo: ſi rana in fluentem aquam irreptat; homo nullo momento dolore vacat in illo membro, cui filum circumductum erat. Si verò aqua ſtagnans vel palus ſit; iam iterum dolore non vacat. Spiritus enim vitæ illius membri, cuius menſura ſumpta eſt, nec ipſe quieſcit quidem, nec quieſcere poteſt, non minùs ac fluens aqua quieta eſt. Cauſa verò concitati doloris iſtius hæc eſt; quòd ſpiritus vitę ſenſibilitatis in ſanguine habitat, & vector ſanguinis eſt, in vitâ hominis nunquam quieſcentis. Vnde nec membrum illud hominis tranquillum eſſe poteſt. Vos autem quicunque eſtis, vel docti vel indocti, mirari hæc non debetis, multò minùs dubitare, quòd hoc omne naturaliter fiat & eueniat. Hoc enim qui vel non credit vel credere non poteſt, is eo ipſo prodit, quòd magneticam vim diabolorum & venenorum nondum intelligat. Quid nomen ergo Doctoris profit tali ſtulto, qui iſta puerilia nondum expertus eſt, aut intelligit? Sed de his plura cognoſcite. Accipit etiam acum de funere, aut aliam, & filum per foramen acus tranſmittit, & acu oculum ranæ transfigit, & filum dimidium pertrahit: alteram fili partem dimidiam per ipſius homunculi oculum tranſmittit. Hoc modo homo excœcatur, & cœcus manet, quamdiu voluerit venefica. Quod ſi rana moriatur, homini illi, in cuius nomine homunculus factus erat, mortalium nemo deinceps opem ferre poteſt. Similiter, ſi homunculo membrum genitale transfigat, homo alter ad coitum impotens redditur. Et cuius membri dimenſionem fecit, menſurámque amputauit: is homo ex illo membro reſolutus manet vſque ad obitum. Adeóque quicquid cum menſura illa facit, id omne homini ipſi naturaliter accidit. Seriò ergò ac ardenter in cordibus noſtris Deum orare debemus, ne nos in tentationem inducat, ſed ab omni malo nos liberet. Pœnæ enim, quas Deus hominibus immittit, variæ ſunt: licèt quidem huiuſmodi non ex conſilio Dei eueniant, ſed ex noſtro merito. Etſi enim ad hominem ab omni malo preſeruandum & liberandum Deus & voluntatis & poteſtatis ſatis habeat: talia ſupplicia tamen ſæpiùs permittit propter malefacta noſtra, ſicut ſcriptum eſt, quòd *iniquitates parentum* in filiis vindicaturus ſit ad generationem tertiam ac quartam. Et ſi, quæ Deus Sathanæ in Iobum indulſerit, legatis, hęc nullo dubio abundè ſatis intelligetis. Diaboli aliquando totum quoque hominem obſident, quod grauiùs eſt. Quod prohibere quis vſpiam niſi ſola poteſtas diuina queat? Ideò gemente & tremebundo pectore ad Deum clamate: periculi præ foribus ſemper ſatis eſt.

Ac, qui cadauer, linteis inſuitur.

Iam porrò etiam expendite, quâ arte aranea telam ſibiipſi texat, qua velut caſſe, muſcas, veſpas & vermium genera alia irretiat & inuoluat? Quod pro explicatione Magiæ naturalis aliud nihil eſt, quàm Araneæ quoddam veneficium, de quo apud Virgilium multa leguntur. Ita ſcitote, Araneas omnes ex menſtruo mulierum,

Aranæ induſtria & veneficium.

mulierum, quod aëreum ac igneum venenum est, ab ipsis diabolis in aëre excludi & progigni. Spiritus enim huiusmodi araneas nullo alio fine producunt, quàm vt ad veneficia illa adhibeantur. Et sicut viuens creatura nulla est, quæ signo & gestu quodam non prodat, ad quidnam vtilis sit: sic ingenium quoque araneæ, telam texentis, indicium est veneficii. Si enim pensiculatè hoc euoluatis, plus in eâ re sapientiæ latere videbitis, quàm in illis omnibus, quæ vester vobis Galenus tradidit. Sic enim, vt arbitror, naturæ arcana subtiliùs scrutabimini, ad menstruosa venena exactiùs cognoscenda, velut & noscenda venena vermium illorum, qui ex menstruoso illo spermate nascuntur. Nullum enim menstruum est, quod fœmineo spermate non sit perfusum & commixtum. Hinc oriuntur omnes pulices, araneæ, aseili, teredines, erucæ, & insecta similia alia, à quorum admorsu arbores infici & perire solitant.

Araneæ ex menstruo à diabolo exclusa.

Ex menstruo omnia insecta.

De Magneticis viribus iam plura accipite. Compertum habetis, si menstruosa fœmina cellam, in quâ vina condita sunt, ingrediatur, quòd Mumia ac Magnes vini, venenum menstrui ad se trahant, ipsúmque vinum corrumpatur. Hoc si possibile est: possibile erit etiam alterum. Et sicut Mumia vini & Magnes vini, qui nihil nisi Ignis sunt, venenum menstrui alliciunt: ita Mumia quoque, id est, Ignis hominis & Magnes sanguinis, id est spiritus vitæ, venenum pestis ex veneno menstrui mulierum attrahit. Sicut enim ex veneno menstrui mulieris Basiliscus oritur: ita ex eodem pestis quoque in homine gignitur. Vnde homo ipse quoque in oculis contagiosus fit, vt hominem alium, adeóque Lunam, Stellásque & Firmamentum cœli, quod ipsum quoq; ignem, hoc est spiritum vitæ maioris mundi in se conditum habet, venenare & inficere queat. Et veluti hominem Basiliscus solo visu interimit: ita talis quoque homo oculos Basilisci similes habet, quibus infirmat & occidit, quicquid aspicit. Eodem modo Sol quoque & Luna Mumiam & igneum Magnetem habent, & duo Basiliscici oculi sunt & quicquid aspiciunt, venenant, postquam menstruosum huiusmodi venenum à menstruo mulieris conceperint. Vnde menstruosum venenum tam prolixâ & accuratâ Philosophiâ vobis etiam propono, vt periti & industrii Physici euadatis. Quamprimùm enim fœmina in nouilunio camisiam suam noctù lucenti Lunæ, aut de die splendenti Soli exponit: Basiliscicum venenum in Sole illico gignitur, & magnes Solis illud attrahit. Ita ergò homines modis plurimis inficiuntur, vt non pestem saltem, verùm alios multos eosdémque varios morbos contrahant. Luna enim in Firmamento est menstruum maioris mundi, ideo, quia ad se attrahit venenum menstrui minoris. Nam sicut aurum allicit Mercurium viuum: ita Sol quoque venenum & Mercurium menstrui mulierum. Et veluti Luna singulis mensibus renouatur: ita singulis quoque mensibus menstruum mulieris nouatur ac repetit. Hinc araneæ quoque, veluti genimen menstruosum, singulis mensibus, araneas gignunt. Discere ergò discere, discere inquam, hoc vnum optimum fundamentum existit. Sed & hoc non segniter expendendum est, cur mulieres tantam sui menstrui rationem habeant: & cur pestis tempore tam facilè iugulentur: ac, si propter grandiorem ætatem menstrua ipsis defecerint, tam promptè ipsæ vel hominem alium vel pecus nescientes quoque inficiant, incantent, lædántque. Hic enim non leue adminiculum positum est, sanguineos morbos varios producendi, & simul cognoscendi. Exemplum pro vestrâ institutione adducam. Terebinthina si destilletur, in fundo residet colophonia. Hanc tunde, & destillatum ex eâ oleum iterum affunde, & moderato calore inuicem digerantur. Sic habueris iterum Terebinthinam, à communi, verâ ac naturali nihil quicquam diuersam. Et veluti Terebinthina aëreæ ac igneæ naturæ est. ita sanguis etiam humanus aëreæ & igneæ naturæ existit. Atque iterum: sicut Sol in Macrocosmo igneæ & aëreæ naturæ est; ita Sol quoque Microcrosmi, hoc est, cor, igneæ & aëreæ naturę est. Et sicut Sol humores terræ attrahit: pariter cor etiam & sanguis hominis attrahit humidum menstrui, quod aliud nihil est nisi Essentiale venenum Planetarum, hoc est, firmamenti hominis. Et quemadmodum Lunaticus à Luna in furorem & insaniam sub nouilunio agitur: (Nouilunium enim lædit Lunam, hoc est, cerebrum hominis, & attrahit ad se spirirum vitæ cerebri, sicut Magnes ligulam compassi à meridie versus septentrionem) ita noua Luna spiritum

Menstruo vina corrumpũtur.

Basiliscus ex veneno menstrui mulieris

Basiliscus vtiu interimit

Luna est menstruum Macrocosmi.

Menstrui consideratio ad multa vtilis.

Terebinthina destillata, vt iterũ Terebinthina fiat.

Cerebrũ Luna Microcosmi.

Iuuenculæ expulsiuæ: vetulæ attractiuę.

tum quoque sensitiuum hominis attrahit. Ideóque omnes iuuenculæ fœminæ expulsiuæ naturæ sunt: vetulæ verò propter defectum menstrui sunt attractiuæ, & hoc pacto lædunt etiam hominem, nempe spiritum sensitiuum omnium virorum. Ex his omnibus iam tandem colligere poteritis, necessarium omninò esse, vt fundamentum incantationis & entis spirituum intelligatur.

Veneficarum varię materiæ.

Deinceps ergò vobis explicare pergam incantationis hoc genus, quo veneficæ vtuntur cum araneis. Scitote ergò, ipsas menstruum suum accipere, & cum veneno aranearum permiscere, & modo superiùs dicto procedunt. Hoc venenũ ipso aranearum veneno violentius est. Simili modo venenum quoque bufonum & bestiarum aliarum, ac huiusmodi multa assumunt, quæ expressiùs hic nominãda non sunt. Sapientibus dictum satis est. Accipiunt etiam Homunculum cereum, ac eius corpori fragmentum seu partem indusii menstruo polluti circumligant, eique addunt mortuam Mumiã de aliquo cadauere, de tali præcipuè, quod ex Apostemate aliquo mortuum est, qua ratione oues & porci plerunque obeunt. Eo præstito mensurâ illâ seu vinculo, cuius dimensionem ex membris Homunculi sumpserunt, partem illam indusii menstruo commaculati deuinciunt, & tunc homini illi, quem lædere decreuerunt, vniuersus in corpore sanguis corrumpitur ac velut emoritur, isque vniuersus vlceribus impletur: adeò vt ei tandem moriendum sit. Et hactenus quidem dictis, tractatio prima de incantatione perfecta & completa sit. Sequitur iam pars secunda de veneficiis, & veneficarum exsecrandis artibus ac operibus, hoc modo.

Accipiunt veneficæ speculum, ligno exceptum seu insertum. Hoc aquæ in vase aliquo contentæ imponunt, ita vt speculi læuor cœlum spectet. Speculo isti sertum è particulis indusii sanguine menstruo polluti, factum imponunt, ita, vt sertum speculum cingat & amplectatur. Id faciunt hâc ex causâ, quia norũt, hominem sui vultus formam ab vnâ Lunà in conceptione accipere. Propter hanc enim formationem à conditore ita constitutum est, vt omnia animalia sui corporis & faciei formam à lunâ acciperent. Sola enim Luna formam ac imaginem vultus exhibet. Et hoc notum est mulieribus omnibus, quæ ad iustam ætatem progressæ sunt. Hinc veneficæ quoque istum processum didicerunt, licèt ad abusum. Cùm ergo homo nocturno tempore Lunam plerunque aspiciat: ideò eandem quoque crebriùs inficit. De veneficis hoc loquor, cum speculo, dicto modo disposito. Quamprimùm enim Luna radios in aquam & speculum demittit, inficit speculum per corollam ex indusii menstruati reliquiis contextã. Et cùm ipsum quoque speculum quendam reflexum & splendorem emittat, idem Lunam quoque inficit. Sic ergò tum Luna, tum speculum sese mutuò inficiunt, non secus, ac duo homines mutuò sese oculis inficiunt. Si enim ex oculis alter laboret, alter, qui læsos spectauit, visu suo quoque oblæditur. Idẽ circa lunam quoq; & speculum accidit. Quòd si iam speculum hâc ratione infectum sit: tunc venefica venenatum ipsũ asseruat. Posteà, si personam quampiam incantare vult, Homunculum prius fictum ex cerâ, vel pice, vel pane, vel luto accipit, & eius capiti sertum dictũ imponit, & splendorem ex venenato speculo versus Homunculi vel faciem vel corporis partem aliam dirigit, istique homini, in cuius nomine homunculus factus est, pestem imprecatur, subitò & festinanter, dum nimirùm venefica in plenâ suâ imaginatione adhuc versatur. Et ab imprecatione hâc homo bubones & carbunculos illicò concipit in suo corpore. Et hæc pestis particularis est, cuiusmodi sæpè hominem corripit, dum infectio publicè non grassatur. Si autem venefica hominis alicuius oculum inficere studet, in speculum illud venenatum intuens prius, post ad loca se cõfert, in quibus morari solet is, cui veneficium illa parat. Homo hic, quàm primùm veneficæ oculos inspicit: ex illis venenum in oculos suos allicit, & hoc modo inficitur. Ideò hic processus etiã idem est, qui oculorum cæterorum malè habentium naturaliter ex aspectu, facto in oculos lippientes; vndè contages illa & infectio etiam in oculum aspicientis dimanauit. Ipsa vero venefica suos sibi oculos iterum sanat panno isto menstruoso, è quo corolla menstruata fuit contexta. Focum enim accendit, & in ignem iugiter oculos defigit, & particulam indusii sanguine menstruo infecti lapidi circumligat, inque ignem proiicit: postea suum ipsius lotium seu vrinam excipit, & eâ ignem extinguit.

Sola Luna animalibus vultus fingit.

Hoc

Hoc modo sana fit. Ex quo iam elici potest, si incantato ægro quoque auxilium ferendum est, fas esse, vt simili planè ratione modóque idem curetur. Cura ergo istiusmodi morbi talis est, experta & probata.

℞. *Panni menstruosi.*

Lapidis ignis. Procede vt supra.

CAP. III.

POllicitus sum superiùs, me signa huius morbi, & cumprimis illud, quod perpetuum & pathognomonicum est, vobis proditurum: hoc istiusmodi est. Si dignoscere velis, an homo naturaliter incantatus sit: accipe filũ duorum triúmue cubitorum, & fines vtrósque complica. Eo ita duplicato patientis collum cinge, & crassitudinem eius metire. Mẽsurâ acceptâ, filum simplex per capitis verticem ad nasum ducito. Et si homo iste castus, coitum nondum expertus est, mensura autem vltra nasum procedat seu promineat: seu vir seu fœmina sit; scito ipsum verè incantatum esse. Si verò secus sit, tunc morbus etiam sine veneficio naturalis existit. Si verò mẽsura illa probetur vel in marito, vel maritâ, hoc est, eo, qui coitus se reum faretur: tunc si filum per verticem capitis ductum rectâ in nasi extremo terminetur, homo iste extra omne dubium incantatus est. Huius iam signi indicio facto, confido vos desiderium vestrum expleuisse. Nec enim de his plura verba facienda sunt, cùm res ipsa in propatulo posita facilè intelligatur. Hoc enim modo mensura etiã capitur de scortatoribus, de adulteris, de castis, de libidinosis. Ideóq; per huiusmodi mensurationẽ multa secreta vobis manifestari possunt. Hoc saltem agite, ne omnia præmansa vobis ingeri poscatis.

FINIS.

AVREOLI

PHILIPPI THEOPHRASTI HOHENHEMII,

DE PESTE LIBELLVS, PERSCRIPTVS *Ad ciuitatem Sterzingensem.*

THEOPHRASTVS AB HOHENHEIM S. Theologiæ Professor, & vtriusque Medicinæ Doctor, ad Lectorem.

SINE causâ Lector, factum non est, quòd tantâ cum fidelitate hunc librum conscripserim. Si enim conditionem statúmque meũ vidisses: nec ipse quidem arcanum vllũ reticuisses. Veterum quidem libros hic perfectè & ad vnguem non exprimo: præsentem tamen hodiernámque constellationem ad concordantiam suam ac fundamentum reduco. Horum etsi filii quidem mineruæ è scholâ Monspelienſi & Salernitanâ geniti parte quâdam gnari esse possint: omnia tamen in principio ab ipsis remedia illicò inuenta minimè sunt sed ea demum ætas posterior prodidit, singula nimirũm pro singulis nouis morborum insultibus, quod Astronomia ac ipsa Philosophia euidenter conuincit. Nihil hic dissi mulaui, quod ad breue compendium referri poterat licèt præsens hic annus me magnâ & intolerabili miseriâ inuoluerit. Maleuolentia enim ac vis, & pedicæ nimis grauiter me presserant, & modò non oppresserant. Hâc iniquitate pulsus, regiones exteras adire sine morâ contendi. Ac (vt breue mei itineris rationem habeas) primò Oenipontum visitaui. Is locus cum meæ conditioni vtcunque quadraret, pedes inde promoui: & Stertzingam assecutus in fautores ac amicos intimos præ cæteris duos incidi, *Kernerum* vocatum, & *Marcum Poschingerum*: qui humanitatis officiis omnibus me exceperunt, &, quòd pestis regionem illam tentaret, me rogârunt, vt, quantum fieri posset, eius auertendæ & declinandæ modum docerem ac communicarem, indigentiam meam considerando. O verò felix pignus, quod suum dominum redi-

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 436 sur 913

redimit. Arcanum ergò nullum ſupprimendum eſſe cenſui : ſemper tamen hâc moderatione præfixâ, vt quælibet dies ſuam ſeorſim curam haberet, ac craſtina etiam dies ſuum peculiare pignus inueniret.

Sed te, Lector, paupertas & egeſtas mea non offendat. Eam mihi ferendam relinque. Itaque cùm laborem illum precibus amicorum irrogatum ſubiiſſem: opuſculum nuncupaui eo modo, quem ex ſecuturâ epiſtolâ intelliges. Sed quid accidit mihi? Hoc, quod iis, qui ſeſe furfuri permiſcent. Hunc enim ſues ac porci deuorant. Duo mihi vitio dabantur; *Egeſtas & probitas*. Paupertas mihi mea ab ipſorum conſule exprobrabatur, qui fors olim Oeniponti Doctores in aulis principum holoſericatos & vndulatos incedere, non pannoſos ac laceros in ſole aduri viderat. Iam ergò ſententia decreta erat, me Doctorem non eſſe. Propter probitatem pro concione me publicè præco ſeu Parochus vellicabat, quòd Veneris nepotulus non ſim, nec foro vti ſciam. Sic ergò cum contumeliâ acceptus ſum, non quidem ab ipſo ſenatu ac populo, verum ab eo, quem dixi. Loco ergò & hoc mutato, vnà cum *Marco Poſchingero Meronam* diuerti. Ibi & honoris & fortunæ fores mihi patuerunt ampliſſimæ.

Hinc iam Lector, æſtimare potes, quidnam arcana me prodere & reuelare coëgerit. Nam ſi cum ſimili mecum egeſtate & ærumnâ conflictatus eſſes : profunderes vtique, ſi quod pondus etiâ triplo maius recondiſſes. Si quidem profeſſionibus, beneficiis & ſimilibus commoditatibus donatus eſſem, poſſem Harpocrates eſſe, & taciturnum os gerere. Quæ cùm deeſſent tamen, tentandum fuit, an pignore mihi prompto me redimere, & egeſtatem ſolari poſſem. Sed & hoc malè ceſſit. Pro pignore enim me ipſum oppignoraui. Sic ergò margaritas meas malè profudi. Quòd ſi tamen libellus iſte meus ſenatui populóque integer & tantâ fidelitate, quâ eum conſcripſi, traditus fuiſſet : nullam meæ nec probitatis nec egeſtatis culpam vtique luiſſem. Sic tamen & currus euertitur, etſi rotis quatuor incumbat. Dictum ergò Chriſti mihi in mentem venit, quo ait : Væ illi, qui cadit, nec habet, à quo erigatur. Nam ea planè mihi ſors fuit. Arcana ergò hæc, ex meis Archidoxis deprompta, tibi Lector, ſingulariter commendata habe, & ſtude arti, præparationi & experientiæ. Datũ Meronæ.

HONESTIS, ERVDITIS ET prudentibus Dominis, conſuli & ſenatui ciuitatis Stertzingenſis, &c.

NOn immeritò, viri prudentes & honeſti, libellum hunc veſtro honori & vniuerſi populi vtilitati dedicaui: quòd hoc tempore peſtis ſeminarium non leue ſe prodat, quod deinceps, vt cœli influentia & inferioris globuli proprietas non obſcurè minatur, in malum multò atrociùs erumpere poſſit. Hic autem deditâ operâ repudio libellos illos quoſdam, qui de peſtis ordine & curâ paſſim circumferuntur, fundamento omni carentes, nec emolumenti quicquâ cuiquam ferentes. Nec enim illi aliud, quàm labor inanis ſunt, ſi ad ſummum veniatur. Id quod mihi veluti Doctori, monẽdum & proferendum omninò eſt. Cùm enim Deus, pater beneficus, ſanitatis & morborum dator, benignitatẽ & miſericordiam ſuam in medicinis ad nos teſtetur, adeóque in verbo ſuo nos cõfirmet, quòd Medicus â ſe creatus, & Medicina è terrâ producta ſit, ſicut vir ſapiens annotauit : ob id, cùm ægri Medico opus habeant, breuem peſtis ordinem (quia defectum non leuem apud vos animaduerto) cum receptis probatiſſimis conſcribere neceſſariũ & vtile duxi. Meum autẽ hic ſtudium eſt, plùs ipſâ Medicinę virtutem & efficaciam deſignare, quàm verborũ gratiam aucupari. Quæ mea Recepta ſi pro inſtitutionis noſtræ & doctrinæ modo parẽtur & miniſtrẽtur vſurpẽturque, nõ dubito, quin maxima ægrorũ pars ad perfectam ſanitatẽ & integritatẽ reditura ſit. Nam exquiſitâ mihi indagatione inuenta, & diuturni temporis vſu probata, & ſtabilita ſunt. Etſi verò de hâc ipſâ materiâ ſimiliter quoque iam antè in Academiâ Baſilienſi tractârim : vſus tamen ac rei ratio poſtulat, vt cœlũ ac regio quęuis ſeparatim in vnâ cõcordantiam reducãtur & conferantur: quod hic à me ſingulari induſtriâ præſtitũ eſt, ita vt inclinatio cũ ipſis Receptis apprimè concordet & conueniat.

Sic ergò, viri prudentes & eruditi libellum hunc in quatuor partes diſtribui, otioſas nugas aliis familiares omiſi, & puncta quæque neceſſaria propoſui, vt eò faciliùs ab omnibus ſingula rectè capi & intelligi queant. Confido autem

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 437 sur 913

autem pleniſſimè, fore, vt etſi quidem incumbens peſtis vehementiſſimè ſæuitura, & neci multos datura eſſet, medicina tamen noſtra per benedictionem diuinam mortis vim parte maximâ infringat & proterat. Deus enim per opera ſua celebrari expetit. Quo meo ſtudio & labore ſi veſtræ prudentię gratificatus ſum: illum & me vnà vobis ſubmiſſè commendo.

VV. prudentiæ
ſubmiſſus

Theophraſtus ab Hohenhaim,
Vtriuſque Medic. Doctor.

Quâ ratione breuiter Morbus cognoſci & curari debeat.

Peſtis duplex.

PRo cognitione morbi, attendite, peſtem duplicem eſſe. Vna interius latet. Altera foras erumpit. Interior exteriùs nulla ſigna exhibet. In hâc inualeſcunt, rapidus ardor, dolor capitis ingens & ſimilia. Exterior apparet poſt aures, ſub alis, in inguine. Ita etiam cura duplex eſt, cuiuſque peſtis generis ſua. Principio ſigna tali ratione obſeruari debent. Horror, feruor, phrenitis, dictorum trium locorum immunitas, peſtem internam denotant. In hac phlebotomia non conuenit talis, qualis adhibetur peſti externæ: ſed tres venæ tundendæ ſunt, ad caput pollicaris, Mediana, & ad hepar in digito minimo. Si non omnes tres tundantur: vna tamen ad minimum ſecetur, vel binæ pro conſilio Medici.

Poſteà attendendum eſt ad alia ſigna, mores nimirum geſtúſque & querimoniam ægri: pro quibus Medicina inſtituenda eſt & dirigenda. Et primò potio ſequens præbenda erit, à quâ ſudabit. Sudor iſte horis ad minimum quatuor vel quinque continuetur. Ita purior & ſyncerior euadet ſanguis, & humores infecti per ſudorem exigentur.

Hoc facto, ſpectanda & conſideranda accidentia ſunt, quæ ægrum occupant. Vt ſi ſomno profundiore narcotico oppimatur, is ita auferendus erit.

℞. *Betonicæ.*
Maioranæ.
Saluiæ.
Roſarum ſylueſtrium.
Florum Sambuci an. M j. Coquantur in dimidiâ parte vini & aceti roſati, vt aliquantum bulliant. Exprimè, & herbas capiti impone. Refrigeratas in prædicto vino & aceto iterum imbue ſeu calefac, & denuò applica. Id ſæpius iterandum eſt. Ita ſomnus lethifer mitescet, & naturalis fiet ac ſine noxâ vanescet.

Si vero ægrum vomitus infeſtet, is his remediis inhibeatur. Vomitus cohibitio.

℞. *Lupuli* M ij.
Artemiſiæ rubeæ M. ß.
Granorum Iuniperi M j Probè omnia contundantur, addatur duplex quantitas vini, cum cochleari ſubigantur, & mixtim in ollâ ebulliant. Exempta ita calida emplaſtri modo cum panno præcordiis imponantur ſpatio dimidiæ ſpithamæ. Si refrixerint, denuò calefiant, & iterum imponantur. Hæc remedia omnia ſedulò præparanda & adminiſtranda ſunt priùs, quàm potio præbeatur vt eiuſdem reuomitio declinetur.

Quod ſi æger de doloribus laterum conqueratur, iiq; à primâ potione non mitescant: eadem ſecundò illi propinanda erit horis 4. poſt à ſudore primo finito. Ita punctiones lenientur, & ſudore vberiore corpus magis purgabitur. Conduceret etiam latus dolens adipe murmentorum illinere & pannos calidos aliquoties imponere. Huius verò defectu, Bolus & Sandalum in aquam roſaceam imponantur, ſemunciæ vni libræ dimidiâ aquæ affusâ. Adde Camphoræ drachmam vnam. In his pannum rubrum intinge, & lateri impone. Punctionum lateris mitigatio. Murmẽtorum adeps, &c.

Si de dolore capitis & vigiliis queritur æger, ſecanda erit vena pollicis pedis dextri, ſi vir eſt: ſiniſtri, ſi fœmina: & remedium ſequens capiti imponendum. Doloris capitis curatio.

℞. *Cort. exterioris radicis Iuſquiami. M ß*
Solani
Sedi an. M ß. Bulliant in menſurâ vini dimidiâ, & dimidiâ aceti roſacei, ad conſumtionem quartæ partis. In hoc decocto intinge pannos lineos, & calidos capiti applica: reſiccatos denuò imbue & impone. Hoc iterabis, donec quies & ſomnus obruat. Huiuſmodi panni quoque lateri dextro applicandi ſunt, vt ardor hepatis retundatur & extrahatur.

Si *Prunellæ* (quod ſæpe fit) ſigna prodeant, accipe cancros viuos 6. vel 8. ſedi manipulos tres vel quatuor. Contundantur mixta probè in mortario, ſuccum exprime. Succo iſto Doloris capitis curatio.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 438 sur 913

linguam fricabis & ablues diligenter, ac de eo etiam parùm bibendum dabis. Ita prunella lenietur & auferetur. Similiter & pruna parua candida, quæ *Zibartlein* germanis vocantur in alembico destillentur, & de aquâ illâ cochlear vnum vel geminum subindè bibatur. His deficientibus, pruna maiora substituantur.

Zibartlę in prunorum aqua cõtra prunellam

Præter accidentia iam dicta alia multa non sunt, quæ curam internam requirant. Quæ ideò recensui, vt sciatur, eadẽ nonnunquam mortem accersere posse, etsi pestis quidem iam abiisset. Talia, vt dixi, sunt, somnus profundus, vigiliæ immoderatæ, phrenitis, vomitus, prunella, &c.

Externæ pestis signa.

Porrò autem etiam attendite ad signa pestis externæ, si ea in Apostemata abit. In hac enim cum prædictâ medicinâ, sequentia vsurpari debent. Considerationis tres viæ sunt. Tribus enim locis illa erumpit & foràs vergit. Primò erumpit instar bubonis sub cute latentis, quod tractatũ huc illuc moueri potest. Deinde surgit in tumorem, consistentem & fixũ, idque vel vi medicinæ, vel à naturâ ipsâ, à quâ pestis materia vniuersa in centrum vnum expellitur & cogitur. Tertiò maturescit & rumpitur.

Cura.

In primâ processus iste seruetur. Accipe semunciam oppopanaci, soluatur in aceto, coquatur in formam Emplastri, imponatúrque. Hoc bubo elicietur. In secundâ, quæ in centrum vnum colligitur, accipe probè siccatum in aëre aut Sole Bufonem. Illum rectà tumori impone. Ibi ille intumescet, & per cutem integram venenum pestis extrahet, totúsque implebitur. Ita impletus abiiciatur, & recens alius imponatur. Hanc autem medicinam nemo fastidiet. A Deo enim hoc ita constitutum est, vt per bufonem venenum extrahatur. Sic enim malum à malo elicitur.

Bufo pestis remedium mirabile.

In tertiâ, maturitati proximâ, accipe conos abietum, cacumina laricis, radicem altheæ. Bulliant in aquâ horis duabus. Aqua effundatur seu excipiatur, & nouiter coquatur: ex eâ fiat Emplastrum. Quod impositum tumori prõptè maturat, & pus extrahit, nec sinit vllam pestẽ ad cor intrò remeare. Peste posteà expurgatâ, instandum hâc medicinâ est, dum penitus sanetur. Accipe vitella oui duo, detrimenti coriorum cochl. duo: subagitentur probè, dum vnguentum fiant. Hoc inducatur linteis, & manè ac sub noctem imponatur tam diu, donec consolidetur. Et iste ordo remediorum diligenter ac sedulò seruandus est, vt medicina adhibita commodo sit.

Præparatio potionis sudoriferæ, in peste ministrandæ.

Potio sudorifera.

℞ *Vini sublimati optimi, quod accensum pinguedinem non relinquit, mensuram* j.
Theriacæ opt. ℥vj.
Myrrhæ ℥ij.
Rad. Tussilaginis ℥iij.
Spermat. Cœti
Terræ sigillatæ an. ℥ß.
Rad. Asclepiadis ℥j.
Diptamni, Pimpinellæ,
Rad. Valerianæ an. ʒij.
Camphoræ ʒj. Mixta omnia in purum vitrum coniiciantur, ac in ipso benè obturato ad Solem stent per octiduum. De hoc ægro cochlear dimidium vel integrũ pro ratione personæ præbe. Probè integatur, cibum sex horarum spatio non capiat, nec potum, fiántque quæ suprà scripta sunt.

Additamentum quo præscripta aqua suauior redditur, virtusq́ eius augetur, & potio facilius ac tutiùs sumitur.

TArtarum bonum purúmque subtiliter tritum per alembicum vitreum bis destilletur. De hâc aquâ, affunde prioris potionis quantitati quantitatem dimidiam, probéque misce, & vtere ceu dictum est.

In potu hoc, dicto modo præparato, præsidium summum poni potest. Vis enim eius secundum naturam quidem magis intendi nequit. Paucis quidem in cognitione & vsu est: sed vis & operatio eius ineffabilis existit.

CAP. II.

De præseruatiuis, hoc est, de anteuertendâ peste quædam singularia.

QVanquàm multa à multis præseruatiua proponantur, & multis verbis exornentur: ea tamen non magni facienda mihi videntur. Adeóque nonnulli dicunt aërem corrigendum esse, naturę inimicum. Quod fieri tamen non potest. Aër enim pestilentialis in penetrando tã potens est, vt multò magis cum odoriferis irrepat & subeat. Quærit enim, quod intus sibi simile est. Ideò aëris ratio non potiùs habenda est, quàm interioris corporis probè muniendi & roborandi. Eodem modo nec cibus potúsque mutatus quicquam mutare potest.

Aer in peste frustrà emendatur.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 439 sur 913

Præseruatio corporis in quo cõsistat.

poteſt. Nulla enim mortalis peſtis per hæc auerti poteſt. Cùm ergò corporis præſeruatio in rebus externis ſita non ſit: ſed rhombus & rei cardo omnis in præmuniendis internis partibus vertatur: vt hoc fiat, conſultum omninò erit, id ſubiectum (Peſtis enim tribus locis inuadit) priùs tolli & amoueri, in quo peſtis vim & tyrannidem ſuam exſerit. Talia ſunt, *Sanguinis* nimia caliditas, & *morbi* omnes in corpore latentes. Ad iſthæc ſubiecta amouenda, præſeruatiuũ optimum & compendioſiſſimum eſt, ſenis ſingulis diebus præſcriptæ ſuperiùs potionis drachmam vnam cum vino aut ſimilibus calidè ebibere, & in lecto ſtrenuè ſudare. Hæc potio præſeruat ſex diebus.

Præſeruatiua quæ optima.

Myrrha.

Porrò qui continenter Myrrhâ vtitur, in ore maſticatâ & deuoratâ, aut auellaneę nucis quantitate in vino epotâ diebus ſingulis ſub auroram, tutus eſt: Radix etiam Tuſſilaginis drachma vna cum zinzibere manè ieiuno ſtomacho eſitata, horis 24. præſeruat. Et licèt quidem ſub iſtorum præſeruatiuorũ vſum peſtis quendam interdum inuadat, facili tamẽ labore tutóque curatur. Qui balneis & ſacrificationi aſſueti ſunt, morem ſuum illum teneant: ſed id fiat ſeparatim extra plurium hominum congregationem.

Rad. tuſſilaginis.

Mirum autem non eſt, eos, qui ægrorum curam habere & cum ipſis verſari coguntur, ab ægrorum aëre & halitu inſici. Id vt caueatur, ægrum inuiſens thus ore maſticet, & ægro in os indat radicem Magiſtrantiæ. Hoc modo radix & thus venenum nullum præualere patientur.

Thus.

Imperatoria.

Et præſeruatiua quidem iſta ſeniorũ ſunt. Præſeruatio autem iuniorum, infantum & ſimilium ita inſtitui debet. His cibus nullus offeratur, cui aliquid puluerateæ myrrhæ non admixtum ſit. Nam infantibus & iunioribus myrrha plùs commodat, quàm adultis.

Allium.

Nux.

Ruta

Acetum roſatum.

Sua etiam præſeruatiua pro vulgo & plebe nota ſunt: velut Allium ex acceto ſæpe comeſtum de die. Item nuces, raphanus ſyluestris, ruta: aut hauſtus aceti roſati: aut peſtis nulla recordatio vel imaginatio. Porro myrrha & theriaca cum vino ſublimato mixtæ, & in ſeptimanâ vnâ bis tẽrue potæ.

Theriaca.

Multi etiam hoc morbo corripiuntur, quorum complexio & natura cum illo affinitatem non habet. Tales qui ſunt, vt formido eorum tollatur, plùs roborari, quàm aliis tentari medicamentis poſcunt. His præſtantiſſimum ac optimum præſeruatiuum eſt corallus rubeus tritus, & ſingulis duodecim horis drachma dimidia ex vino potus. Quod ſi tanta coralli copia ſuppeteret, vt eo vniuerſi compotes fieri & hâc ratione vti poſſent: ne pars quidem hominum dimidia inficeretur. De præſeruatiuis autem iam ſatis.

Corallus rub.

Coralli rub. laus.

Regimen quidem cibi, potus, aëris, & rerum aliarum etſi rectè ex conſilio bono inſtitutum non obſit: hæc tamen dicta palmaria & præcipua ſunt ſecreta, quibus rectè adhibitis infectio haud dubiò euitari queat.

CAP. III.

De nonnullis morbis aliis cum peſte coincidentibus.

Morbi cũ peſte qui concurrant.

FRequenter vſu venit, vt peſtis tempore tres peregrini morbi alij inundent & concurrant: vt ſunt vluſcula ſanguinea, phlegmones, & punctiones laterum. Hi quidem ipſa peſtis minimè ſunt: ſed huius tempore tamen erumpunt ab influentiâ cœleſti ſuſcitati, qui tamen aliàs per ſe quoque temporibus poſteris erupturi erant. Quia ergò iſtiuſmodi morbi ante conſtitutum ſuum tempus à peſte ſingulariter promouentur, & ipſâ peſte non magis contemnendi ſunt, ideò cum illis ita procedetur.

Qui latus vellicant, morbi: contra illos potio præſcripta miniſtranda eſt. Sudore finito, vena illicò digiti pedis minimi in eodem latere ſecanda eſt, nec ſanguis ſiſtendus priùs, quàm in colorem tertium mutetur. Etſi verò morbus iſte peſtis minimè ſit, qualis eſſe à multis cenſetur idem tamen nihilominùs peſtis remediis ſubiectus eſt.

Cum vlcuſculis ſanguineis procedendum hoc modo eſt. Sume ſaphyrum, illum externo tumori in ambitu circumducito ſenſim, ſpatio quadrantis horæ. Ibi circulus apparebit niger. Hoc apparente deſiſte. Suppurabit tumor, & venenum omne extrahetur. Si ſaphyrus deſit, cryſtallus, ſolis inſtar radians ita circumducendus eſt, & fiet idẽ, quod à ſaphyro. Etſi verò aut Phrenetis aut alius ſimilis morbus concurreret, his tamen peculiariter nihil adhiberi debet. Hoc enim vno modo omnia tolluntur.

Saphyri vſus.

Cryſtallus ſaphyri ſuccedaneum in peſte.

Tertiò Phlegmonibus duo genera

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 440 sur 913

remediorum conueniunt : Ardorem ingentem ſopientia, & prunellam auertentia, quod fit prunellæ remedio priùs præſcripto in curâ peſtis. Remedium alterum expeditum eſt, quo vlcus maturatur & mala cætera inhibentur. Recipe prædictum Gummi Opopanacum cum oleo laterino permixtum : applica. Hoc Emplaſtrum expeditè maturat, & malum tollit.

Præter iam enumeratos alij cum peſte rarò coincidunt. De quibus hâc causâ expreſſiùs dicere volui, vt omnia clariùs intelligerentur.

CAP. IV.

Quo pacto deſperatiùs infecti peculiariter cognoſcendi ſint : quibus tamen ipſis etiam ſua remedia decernenda & miniſtranda ſunt in peſte.

PRægnantes in nouilunio periculosè habent : Lunâ deficiente minùs.

Mulieribus deficiente Lunâ menſtrua erumpentia plus mali portendunt, quàm Lunâ augeſcente fluentia.

Peſtis ſi in ſuo ſigno corripiat, velut in Ariete, Tauro, Caput : in geminis, cancro, alas : in virgine, in ſcorpio inguina : in aquario & piſcibus ſimiliter : lethalior eſt, quàm ſi in aliis ſignis corripiat.

Si peregrini in Ariete, Geminis, Leone, Sagittario inficiuntur, periculoſiùs habebunt.

Si rubicundi homines in Tauro, Leone, Capricorno incenduntur, peius eſt.

Si complexionis nigrioris inficiuntur, in librâ, ſagittario, piſcibus, periculoſum eſt.

Si adultiores homines in plenilunio, piſcibus, aquario inuaduntur, malum.

Si teneriores & infantes ſub noctem morbo obruuntur, grauiùs laborabunt, quàm ſi de die inuadentur.

Qui interiùs putridi ſunt, vix euadet.

Qui ſani & laudato ſanguine præditi, ac bonis cibis potibúſque aſſueti in Leone, ariete & capricorno inficiuntur, grauiter decumbent.

Qui craſſioris naturæ, cibis durioribus aſſueti corripiuntur, magis ex lateribus, quàm duobus locis reliquis periclitabuntur.

Iracundus Leo, Taurus & Sagittarius ominoſus erit.

Sed quæ ſingulorum idonea & conuenientia remedia ſunt, præter ſuperius tradita, iam ſequentur.

Prægnantium cura præter ſuperiùs dicta perficietur potu vini rubri, in quo chalybs extinctus eſt. Alium potum nõ bibet. Manui quoque indet lapidem Hæmaticum, quem ſubinde mutabunt, & ab vnâ manu in alteram transferent. Id diutiſſimè continuabunt, & ſuperiùs recenſitas Medicinas non negliget. In vinum chalybeatum corallum quoque iniiciet, & de eo bibent. Vitabunt omnes cibos carneos.

Fœminæ quæ menſtruorum fluentium tempore corripiuntur, ſumant, plantaginem maiorem cum radicibus, cum aquâ roſarum permiſceant, & ter de eâ potent, ſemper octonis horis interiectis. Sic malum declinabunt.

Qui in ſignis aduerſis inuaduntur, his illicò ſuccurrendum impoſitione bufonum reſiccatorum.

Reliquis in genere vniuerſis auxilium præſtabitur ſequente puluere deſcripto, qui ſingulariter etiam Epilepticis ſalutaris eſt.

Sæpe etiam oppilationes ſeu obſtructiones corporis coincidunt : id quod neminem terrere debet : nec etiam clyſteres aut purgationes adhibendæ ſunt. Saltem bibatur de ſenâ, & balani in dantur ex ſapone, aut vitellis ouorum cum ſale mixtim in panniculum conceptis.

Puluis contra morbum puerilem ſeu Epilepſiam.

℞. *Corallorum rubeorum tritorum* ℥ij.
Acuminis cornu cerui vſti ℥j.
Oſſ. de corde cerui ℥j.
Eboris vſti ℥j.
Aq. deſtill. Lilij conuallij cochlearia duo plena. Miſceantur omnia & ſi morbus ſentiatur, ter de hoc bibat æger, ſingulis horis ſemel.

De Cibo ac Potu.

ÆGris his nullæ carnes præbeantur, nulla oua, ac nulla frixa, nulli piſces : ſed tantùm poſt potum priorem iuſcula ex aquâ cum aceto roſaceo mixta, aut ſi quid ſimile de hordeo parari queat. Nec tentandum, cibis hic quicquam moliri. Cibi enim cum medicinâ nulla conuenientia eſt. Nec is quicquam etiam prodeſſe poteſt. Satiúſque eſt, aduerſum & faſtiditum quid miniſtrare, quàm quod æger appetat.

Quoad potum, vtiliſſima eſt aqua hordeata. Cæteri omnes vitentur. Prodeſt tamen etiam ad ſitum aqua veronicæ aut cardui Mariæ pro aquâ hordei aut potibus aliis miniſtrata.

Concluſio

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 441 sur 913

Conclusio.

SIc ergò, Domini prudentißimi & literatißimi, quod consilium de peste longâ diuturnâque experientiâ probatum & stabilitum, omißis nugis breui hoc libello complexus sum: id vestro nomini & honori in commodum ac emolumentum vniuersi populi dedicare & conscribere volui. Quod si quis forte sit, qui ex præscriptis remediis ægrorum curam agere decreuit: is me conueniat, & pleniorem institutionem, quam vltrò defero, audiat. Et licèt præsens quidem dies exquisitiorem remediorum rationem nondum exposcat: metui tamen etiam futurorum prouidendum est. Spero autem me vobis hoc meo studio non leuiter gratificatum esse: adeoq; vos omnes & singulos mihi beneuolos ac fauentes polliceor. Datum Sterzingæ.

PHILIPPI THEOPHRASTI PARACELSI DE PESTE ET HVIVS ACCIDENTIBVS LIBRI DVO.

AD LECTOREM.

DOCTOR THEOPHRASTVS.

DE peste multa quidem, Lector beneuole, à priscis seculis vel ante 4000. annos tradita, tibi haud dubiò ad manus peruenerunt. Quòd verò descriptio vera & genuina, adeóque fundamentalis ipsius rei explicatio, prout decuit, à nullo adhuc tradita sit; id nimis vere in propatulo est, ac idem prepostera cura, & Regimen inordinatum, ac ipsa tum præseruatio tum curatio inartificialis abundè satis testantur. Isti ergò omnes libri, liberrimo meo discursui de hâc materiâ minimè obstabunt. Et licèt quidem super hoc fundamentum doctrinam suam quamplurimi exstruxerint: id tamen pura puta arena est, procellarum incumbentium tempore minimè constans & durabilis futura. Quicunque verò vel deinceps primùm prodituri libri, super idem fundamentum conditi sunt, nec ad hasin hanc sequentem sese accommodant: hi vniuersi ægris infrugiferi, futuri sunt. Tecum enim ipse reputa, Lector, quot & quàm immaturi libri, Tractatúsque & Processus per spurios istos tam priorum quam instantium temporum Medicos editi hactenus & dispersi sint, quorum principium vniuersum ab insomniis & imaginatione fatuâ constitutum est: cui posteà, qui se Magistros, Doctores, adeóque Medicinæ Deos iactant, inutilem suam & commentitiam experientiam assuerunt, vt ars, ceu certa, ex fundamentis stabilita, sibi & principiis consentiens, populo passim omni diuenderetur, & nugandi licentia ipsis deinde certior & vberior pateret. Tu verò Lector, præfationem meam hæc longiùs ab origine diducentem, iniquo animo minimè feres. Nec enim ista tam manifesta illorum impostura dißimulanda est, quâ efferati meam hanc (sat scio) quoque Theoricam & practicam suggillare minimè subuerebuntur. Nam despicere & criminari omnia, ea vna illorum ars est. Quòd si verò tu ipse, Lector, tuo ipsius iudicio & conscientiæ singula expendenda adhibeas: clarè videbis, quotnam & quàm fœdis imposturis polluti libri, Rogerij, Bartholiæ, Guidonis, Landfranci, Theodorici & similium, ad nos penetrârint. Quantò autem magis libri de peste editi impostorij erunt, cum, qui morborum leuiorum ac quotidianorum tractationem habent, tam longè à fundamento vero absint? Si hi in generatione & curâ morborum cognoscendâ inutiles existunt: quantò magis steriles & aridi erunt illi, qui pestis morbi grauißimi, consiliationem & curam pollicentur. Idem similiter faciunt etiam Rasores & Balneatores, qui fastu inflati, magni seipsos faciunt, adeóque sine omni maculâ esse censent, cum tamen in omnibus suis consiliis, administrationibuq; nec fundamentum, nec scientiam, nec vllam experientiam prodant ac exhibeant. In rerum verò naturalium viribus, quas solas apud Medicum ager quæritat, explicandis, toti nudi, imò stipites sunt. Vsque adeò ergo ambitio & audacia ipsorum inualuit, vt iam sine omni pudore non hunc saltem aut illum, sed omnes quoque morbos describere & curare audeant. Quis verò vspiam est, qui iudicare non possit, quòd ex ipsâ veritate, ac certâ artis comprehensione, quæ in longe profundioribus

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 442 sur 913

ac exquisitioribus metis versatur, ista talia minimè machinentur, sed ex meràpotius ignorantiâ, opinione & confidentiâ? Dolendum sanè est, somnia ipsorum tanti passim fieri: ad quæ tamen ipsi quoque Doctores supinè conniuent. Adeóq; hinc colligere licet, ipsos vulgaribus tonsoribus ac balneatoribus multò rudiores & insciitiores existere. Et quis istorum complicum alteri festucam ex oculo euellere ausit? Sic ergò meritò illis pediculorum captatoribus triumphus cum pice sutoriâ, vngulis equorum & similibus decernitur. Sic ipsis quoq; Doctoribus, in pulueribus sudoriferis, in potionibus, in venæsectionibus, palma iure porrigitur. Quanquàm hæc in contemptum adduci temerè non debeant. Magnus enim eorum fauor: sed meritum tenue. Victoriæ autem summæ de ipsis triumphus iste est, quòd Medicinæ Creator in signa & opera Medicinam omnem disposuerit. Volantas enim & opus tantùm Medicum dat. Opera autem illis nimis verè deficiunt. Cur ergò loqui & declamare liceat ipsis de causis & modo regiminis, consilij ac curationis, cùm tamen & per se & retrò vsque ad primum suum præceptorem scientiæ medicæ toti cassi, steriles, inanes, & vacui existant? Præsidij hîc aliquid & adminiculi conquirent ab Apolline, Machaone, Hippocrate &c. qui in Coo & regionibus aliis admiranda opera designârint. Sed quid, si talia ego pro Legendis (vt vocant) habeam vel non habeam? Esto tamen ita: designârint illi miracula. Quis interim credat, ista Arcana & Magnalia, per quæ tanta confecerint, ab ipsis conscripta, & ad nos postliminio per manus tradita peruenisse? Scripta illorum, quæ nos accepimus, sermones meri sunt, arte non admodum multâ prægnantes. Quis ergo pedem in illis defigat? Taceo quòd Auicenna & Galenus nugatores & Logodædali sint. Et Galenus cumprimis Rhetor, Asiaticæ suæ luxuriei vela nunquam strinxit ac colligit. Sic ergò, Lector, per hunc introitum te admonitum velim, ne iugo hactenus commemorato per quandam fors imprudentiam credulum collum submittas. Idq; tibi semper ante oculos ac mentem versetur, quòd Medicus sine signis & operibus nullus aut consistere, aut durabile nomen parare sibi queat. Opera autem sunt illa, ad quæ te iam induco. Suauiter & blandè arridere ægris, opus non est, est dolus. Quamquam facilè mihi persuaderi possit, quod, cùm Medicina iam omnis in blandiloquentiam conuersa sit, eadem tibi quoque non admodum aduersa sit ac displiceat. Si ergò pro arte nugas & nænias censueris: me hic haud dubiò nunquam secuturus es. Interim non iniustè de his omnibus tibi serius adhortator sum. Deus etenim ipse per opera magnifit: ac idem ex terrâ Medicinam creauit. Non verò eam creauit spiritum, sed in materiam corpoream abstrusit & recondit. Opera ergo manuum testabuntur de veritate oris. Super hoc sequens meum institutum fundatum est. Hæc ergò lege & relege, nec te laboris illius pigeat. Moueat te magnitudo morbi (qui negligi se non patitur.) vt veritatem sequaris, non nugas. Ideò æquum etiam iudicem agito. Datum Nordlingæ.

Auicēna & Galenus nugatores.

LIBER PRIMVS

THEOPHRASTI HOHENHEIMII,

VTRIVSQVE MEDICINÆ DOCTORIS.

De Peste & eius accidentibus.

CAPVT PRIMVM.

CVm in Medicinâ aliud nihil compertum habeamus, quàm quòd informatrix Natura nos docuit: operæ pretium est, nos post Deum eam cumprimis amare & consulere. Quid enim maius & sanctius est, quàm post Deum amare & colere eos, qui nos bonis præceptis informant? Cùm ergò non homo, sed elingues & mutæ creaturæ Medicum gignant: sciendum vobis est, Medicinam duplicem esse, aut ex duobus constare: ex Lumine Naturæ; & ex Fragmentis, quæ velut micæ infra mensam cadunt. Vtriusque Medici cognoscendi discrimen in hoc positum est. Qui secundùm Lumen Naturæ operatur, is abundat in vtrâque Philosophiâ, cœli nimirùm & terræ. Is quàm ingenti scientiâ præditus sit, ex eo colligi facilè potest, quod ipsi nec vita, nec valetudo, nec morbus, nec mors abscondita sint. Quantopere verò pars altera manca sit, hinc censeo. Experimenta illi prompta & parata habent: deficiunt verò illis morbi, qui experimentis ipsorum conueniant: hoc est, artem sibi promptam esse

Medicina duplex.

Med. naturalis qualis sit.

Fragmentarius medicus qualis.

esse censent, modò conuenientes morbi offerantur. Quæ verò ista ars est, quæ diffluit & vanescit priùs, quàm requisitus morbus accedat? Non ergò illi Medici sunt, sed experimentatores. Contrà autem cum Medicinâ ita comparatũ est: Quoties morbus, toties contra eum, prompta ars seu Medicina. Morbum si nouisti, nouisti etiam artem. Morbum autem & artem si non nouisti, quàm facilè decipi poteris! Hinc sequitur, de morbo primùm dicendum & docendum esse: posteà de arte seu remedio, morbo debito. Ita hæc in duos libros distributa sunt. Et nisi ipsa natura hoc indicio nos doceret: morbi certè vniuersi nobis abditiorent. Sic hîc in peste per lumen naturę eadem nos docet ex loco, quem illa occupauit, quæ ipsius origo & causa sit. Et si locum hunc non nouimus, aut intelligimus, vanum & frustraneum erit omne quod tentabimus. Pestis autem loca tria sunt: Regio scilicet *Aurium*, *Alarum*, *Inguinum*. Hæc antequam declarare pergam, spondeo, me in viâ ipsius naturę perstiturum. Sequitur ergò, minimè liquere, quòd pestis sit morbus, aut infectio vel cerebri, vel hepatis, vel splenis, vel cordis, vel membrorum his similium. Communis est opinio quæ dudum inualuit, pestem post aures ex cerebro ortam esse: quæ sub alis, ex corde, quæ sub inguinibus, ex hepate vel splene. Is error grandis est. Nam si ægritudo istorum membrorum pestis esset, vt censent illi, qui quæso fieret, de his silere vrinam, quæ tamen istarum partiũ morbos minimè celare potest? Hoc enim euincunt regulæ de vrinâ conditæ, quæ omnes morbos ad summum venantur & inquirunt. Tum & harum partium ea à naturâ constitutio est, vt si infectio seu pestis illas occuparet, multa alia signa & indicia eędem exhibituræ essent. Eodem modo vos quoque istorum membrorum *Minutiones* imperatis, & tamen in emisso sanguine vitium nullum deprehenditis. Nec enim dici potest, eas vel vtiles. vel inutiles esse, cùm similiter vt sanis illæ cadant vel benè, vel malè. Indicandum adhuc vnum est. Considerate vos ipsi naturam cerebri & naturam cordis, & videte quantis à se inuicem interuallis distent, nimirùm vt album & nigrum. Hoc tamen non spectato, vos medicinam vestram adhibetis, quę nihil nisi mortem arcessere possit. Si medicina cerebro prodesset, & eius pestem expugnaret, deberet tollere seu iugulare pestem cordis, tanto interuallo duæ illæ pestes distant. Similiter intelligite etiam de hepate & splene. Quòd si dicas: pestem vnicam esse, quocunque loco sit, adeóque vnam medicinam omnibus prodesse, nec opus esse, vt ad particularia, aut specifica respicias: scias hoc in Medicinâ locum non inuenire. Nam opus est, vt corpus infectum, & infectionem Medicam consideres, non secus ac vulnera, quæ omninò requirunt cognitionem suæ sedis, ex quâ infectio & infectio Medica dignoscatur. Ideò pestis illis membris non attribuitur. Cerebrũ enim non expurgatur per aures, nec cor per alas, nec hepar ac lien per inguina. Talia enim Anatomia minimè concedit. Tum & pestis morbus non est superfluitatis, nec est humor, nec est infectio, sed est intoxicatio, ex quâ Apostemata oriuntur, sine quâ intoxicatione Apostemata nulla gigni queunt. Et hîc artis rhombus situs est. Eodem modo vos quoque dicere soletis: caueant sibi iam cholerici: iam infectio sanguineos tanget: Melancholici vix euadent: item phlegmatici grauiter inficientur. Quid hæc talia verò ad Medicum, quæ à Medicis posita non sunt? Nam si de correptione & insultu pestis dicere velimus: certè scientiam nullam habemus certiorem, quâ dicamus, *tu tibi caue: tu te præserua, tu fuge*, quàm qualem de fulgure seu fulmine tenemus. Illud in superiore cœlo gigni, hoc compertum habemus. Nouimus hoc quoque, ipsum deorsum ruiturum. Scimus etiam robur ipsius vibrationis. Insuper hoc quoque persuasũ habemus, quòd omne, in quod incidit, frangat & exurat: quò tamen certò irruiturum id sit, id penitus ignoramus. Ideò ex ipsâ vibratione seu iactu dignoscere minimè possumus, qualenam genus, quas complexiones, quas vrbes & domos seorsim feriturum id sit, nisi id casu prædicatur fortuitò. Ideò de hisce loqui nobis integrum minimè est: vt quæ luminî Naturæ aduersentur. Et si fors Philosophus quispiam Astronomicus prædicere velit, vt sibi caueant Saturnini, Martiales, &c. id temerarium est. Nulli enim vnquam mortalium proditum est, quis Saturnius aut Martialis in terrâ sit iste, in quem velut in scopum superius astrum collimet. Hi sermones vniuersi ab imaginariâ experientiâ profluxerunt. Adeóque consultum & salu-

Pestis locum ipsi' ortum indicat. Loca pestis tria.

Pestis nõ est morb' partiũ principum.

Vrina & Sanguis pestis bona.

Cerebrũ & cor valde diuersa.

Cerebrũ non euacuatur per aures.

Cor non per Alas.

Hepar non per inguina.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 444 sur 913

tare iudico, huiusmodi vanitates & errores, hactenus pro fundamentis habitos, exscindi amouerique, vt nimirum ipsa naturæ lux in suis operibus nullo offendiculo interuertatur & turbetur.

CAP. II.

QVia hactenus demonstratum est, quòd opus sit, Medicum scientiam ac artem suam ex indicio naturæ desumere: ideò liquet, *Locum* ipsum morbi Medicum in suam regionem illicere & ducere, nec aliam vllam corporis partẽ, præter illam, proponendam aut inspiciendam esse. Sic exgò extra regionem illam longiùs nihil conquirendum est, sed quâ ratione vulneris locus in se & Theoricam & Practicam, & posteà sua etiam accidentia exhibet: sic modo planè simili pestis quoque intelligenda est. Pestis enim vulnus est, à superioribus inflictum, quod in nullâ re à vulnere, ab hominibus inflicto diuersum est. Vnâ enim eandémque Theoricam, vnam eandémque praxin vnius methodi habent, & separantur solâ operatione & simplicibus, quod discrimen ab eo dimanat: quòd ictus alius sit superiorum, alius hominum. Iam si pestis à Medico vulnus nominandum est: vtriusque quoque comparatio attendenda videtur. Poscunt enim vtraque, vt loci proprietas cognoscatur. Vna enim Medicina est, quæ vulnus sanat: sic vna etiam est, quę pestem sanat. Sed hic tale quiddam occurrit; vulnus hoc, illud, videtis, mortale esse. Huius quæ alia causa est, quàm locus, qui principio seu radici vitæ proximus est? Huc spectat Medicina altera, quæ Balsamo potior sit. Sic in peste quoque accidens locale incidit. Iam videtis vicissim, multa coincidere, inflammationem, febres, paroxysmos, delirium, spasmum, fluens menstruum, chronicum calorem, interdum obstructionem, diarrhœam, &c. Hæc omnia vulneris sunt accidentia, & præter hæc plura alia. Et quæ hic accidentia sunt: eadem etiam accidentia pestis sunt. Ex quo sequitur, debere Physicum physicam suam artem chirurgicè exercere. Qui inflammationem à vulnere tollit, chirurgicè agit. Iá autem cura duplex est: chirurgicalis & physicalis. Ex quo concludo, quòd physicus chirurgicalis sit Medicus & chirurgus pestis, & non spurius chirurgus.

Sed his omissis, isto exemplo vos de practicâ instituendâ commonitos volo. Quamuis autem de curâ hic non tractẽ: hoc tamen exemplum, inducitur ad sequens meum institutum planiùs declarandum ac intelligendum. Iam in hoc capitulo hoc vrgeo; vulnus scilicet probandum, & loci cognitionem comparandam esse, ita, vt pestis in loco alio nullo oriatur, quàm quo dictum est. Hoc vt demonstrem, tale exemplum proponam. Cognouistis etiam ex aliis conscriptis libris, quòd Magna creatura sit parens Microcosmi. Hinc sequitur: Quatuor partes sunt in magnâ creaturâ. Ergò quatuor etiam partes in Microcosmo sunt. Insuper scitote, quodlibet simile comprehendere suum simile, non diuersum. Hæc Anatomia est, medico omninò scienda, vt Microcosmum & magnam creaturam inter se comparare queat. Iam tres hæ partes spectandæ nõ sunt: sed quarta tamen, est portio partis cœli, hoc est, iuxta aures, alas, & inguina. Ideò cœlum partem suam corripit. Et sicut in cœlo parentes varii sũt: ita variæ quoque partes corripiuntur, quarum numerum comprehendere minimè possumus. De hoc id noscite, quòd parens Microcosmi in varias intoxicationes se diuidat. Sed agitur hic de exẽplo explicando & intelligendo, in quo solus locus comprehenditur, cùm tamẽ confine & locus res vna sint, hoc est, vnũ corpus Physicum. Quasi diceret aliquis: vulnus infligitur, vbi gladius ferit, hoc ita se habet. Superiora autem arma feriunt hoc, quod ipsorum subiectum est: velut fulmen, si ferit, nihil adurit nisi lignum. Lignum enim subiectum est ignis. Saxa nullum damnum sentiunt. Exemplum autem ita intelligendum est, vt Microcosmus in partes magnæ creaturæ deducatur. Tu verò hoc non æstima, quòd Microcosmus caro sit: sed hoc intuere quod Globulus terræ suas partes habeat: & tamen terra vnica sit. Similiter se quoque Microcosmus habet. Hoc iam exemplum accipite. De cœlo decidens imber, nec in saxis, nec in arena, nec in ligno quicquam operatur, sed in sola terra operatur. In terram vim suam transfundit, illam subit, eius proprietatem induit, & in eâ gramen fit: sic de homine etiam intelligitur, impressiones illas non recipi, nisi præstò subiectum idoneum sit. Nec hic diuersum fit ab eo, ac si quis cataphractus sit, & feriatur eo loco, quo nudus erat. Sic enim totum corpus loricatum est aduersus impressionem pestiferam: nisi quod tria illa

Locus morbi.

Theoricam & Practicã docet.

Vulneris & pestis similitudo.

Locus vulnus lethale facit.

Vulneris accidentia quæ.

Macrocosmus parens Microcosmi.

Simile in simile agit.

Actio requirit subiectũ habile.

Imber in solã terrã fit gramen.

Locatria quę in corpore nuda.

illa loca nuda & aperta sint. Ibi enim morbus locum nudum illum manifestat, ex qua manifestatione nos causâ & ficarium cognoscere debemus. Et sicut vulnus forinsecus infertur: ita etiam infectio pestis, cuius vis per cutem ad cerebrum vsque aut ipsum cor penetrat. Quam pertusionem posteà sequitur repentina mors, maior vel minor morbus, sicut vulnus quoque aliud alio grandius est.

CAP. III.

QVia ergò causa ac inflictor morbi alius nullus deprehenditur, quàm cœlum: ante omnia iam intelligi debet, quomodo cœlum ad nos perueniat. Alia enim conuentio seu coniunctio planetarum & corporum nostrorum est infirmandorum, quàm quæ dicta est de pluuiâ & terrâ. Quanquam in hoc similitudo sit, quòd, sicut imber ex rebus inuisibilibus oritur, & fit visibilis: sic arma quoque cœli, nos vulnerantia, inuisibilia sint, in corpus tamen penetrent veluti pluuia vel imber, non tamen extrinsecus, sed intrinsecus in Microcosmo, ita vt hæc impressio non aliter ac prior intelligenda sit. Si illa locum ferit periculosum, periculosa & mortalis ipsa quoque fit. Hoc verò caput isto tantùm fine induco, vt scientiam certam capiamus introitus seu ingressus cœli in corpora nostra. Itaque rem hoc modo censete. Microcosmus ex quatuor partibus magnæ creaturæ factus est non secus ac filius à patre. Ideò patris proprietates filius quoque retinet. Hanc similitudinem homo quoque cum magnâ creaturâ habet. Filius & pater diuisi sunt, & duas personas constituunt. Æquè etiam homo ac cœlum capita duo, hoc est, duos sensus constituunt. Quod propter sequentem declarationem ita adducitur. Sic ergò cœlum in naturali cõiunctione cum homine consistit, ita vt homo ac cœlum vnius naturæ sint, solo sensu differentes. Calor solis in naturâ microcosmi nihil mutat: nihil etiam mutat eiusdem frigus. Pestis enim origo non ex naturalibus humoribus producitur; nec elicitur ex eo naturali, quod in cœlo & homine inest. Hydrops quidem ac febres ex causis naturalibus, veluti ex immoderatione cibi potúsque, quæ origo naturalis est, progigni queunt: velut & alii morbi, qui in quatuor partibus Microcosmi generari queunt, naturaliter in ipsâ naturâ oriuntur & habitant. Sed eadem tamen in peste ratio minimè est. Nec enim hîc concordantia naturalis coniunctionis est. Vnde concluditur, hîc naturaliter nihil incedere eo modo, quasi sanguis infectus esset, respiciendo ad patrem & filium, sicut persæpe aliàs accidit, filium patris morbos hæreditariò suscipere. Nos autem hunc morbum hæreditario non suscipimus à primo nostro patre, magnâ creaturâ: nec is etiâ oritur ex naturali influentiâ, veluti si quis Medic⁹ diceret, putridus aër putrida corpora facit multis morbis obnoxia.

Homo filius Macrocosmi.

Pestis ortus non ex naturali.

Hydrops febris, morbi naturales, non pestis.

Notum vobis satis est, quid fortis imaginatio possit ac faciat: quæ principium est magicæ omnis actionis. Compertum etiam habetis, quid virtutis aut efficaciæ lateat in characteribus & similibus. Istorum tamen, vt dictum est, origo naturalis non est: & tamen vim habent inferendi contracturam, &c. & morbos alios, quos minimè antea concitârunt, sanandi. Simile iudicium faciendum etiam de origine pestis. Hæc omnia eò ita diducuntur, ne incautè dicatur, Saturnum ægrum esse, ac ob id ægros fore ipsius etiam filios: aut Iouem fortem ac validum esse: ac tales necessariò eius quoque filios fieri. Quin hoc potius dicendum est: cœlum sanum est; per hoc tamen filij ipsius grauiter læduntur. Idem de forti imaginatione quoque intelligi debet. Nec enim iste morbus hic aliter secundùm originem suam cognoscitur, quàm sicut cognoscitur, vnum ab altero lædi sine prehensione & contactu, hoc est, contactu corporali, cum tamen terminatio corporalis existat. Medicis vobis ex animo Magica nunquam elabatur. Nec id vos moueat, quòd eius in suis commentariis veteres auctores mentionem non faciant. Vniuersæ enim Cabalisticæ artis, quæ pars Magię est, per quam magna & admiranda opera Apollinis facta sunt, mentio nusquam fit. Ideò humores eorú sperni decet, quia morbus iste modo naturali non infligitur. Alia res est describere morbos naturales, alia, res supernaturales, ex quo genere pestis est. Nam vbiuis hæc similitudo tenenda est, vt ipsam naturę attribuatis illi, quam nos supernaturalem vocare possimus, veluti si quis alterum magicè cogat, inciter, sanet, lædat. Hæc enim origo est, cui pestis comparanda videtur.

Imaginatio est principium omnis actionis Magicæ.

Magica medico non temnenda.

Cabalistica pars Magiæ.

Apollinis opera vnde facta.

Natura supernaturalis quæ.

CAP. IV.

VIm nouisse magnam, ac eidem potentiam etiam assignare singulare cogimini

cogimini, quòd, ſicut ira, quæ vincit dominum ſuum, ſanitatem eius lædit, ſic eandem lędere quoque poſſit alius, qui id ſatagit ac cogitat. Ex ipſo homine nihil egreditur contra hominem alium, niſi id operetur per *Medium* iſtorum duorum. Qui *Medium* inter ſe & hoſtem ſuum tangere vel ferire poteſt, is hoſtem ſuum pro deſiderio omni vincit, etiam ſine gladio. Ex homine operatio abit in influentiam. Et hâc procedit impreſſio, prout *Medium* tactum eſt. In hoc ordine peſtis manet. Omnis enim noſter liuor, inuidia, odium, ira, libidóque retrò aſcendit ad ſuperiora magnalia, in quibus generatio ſita eſt. Videtis, qua ratione filius patrem irritare ac commouere poſſit. Ea ira aut in patre erumpit, aut in filio. Pater ſi iram non coquit, effundit illam in filium. Eodem modo ſciendum eſt, ſupernaturales quoque morbos radices agere. In cœlo peſtis nulla vnquam fuit: ſed ſupernaturales morbi omnes in & ex nobis oriuntur, adeóque inefficaces adhuc penetrant in cœlum: in eo generantur, & ex ipſo denuò in nos recidunt.

Medium in arte Magicâ requiſitum.

Affectus humani quid in ſupernis gignant.

Supernaturales morbi vt ex nobis in cœlo fiant.

Vt hęc facilius intelligatis, notate vim Aſtronomiæ, quæ peſtes incubituras vaticinatur. Vndè id auguratur? Ex hoc ſolo, quòd cœlum ab hominibus infectum ſit. Hanc infectionem videt quidem Aſtronomus: ipſum tamen infectionis origo latet. Illa enim à terrâ conſcendit in cœlum. Hâc ratione *Ioannes de Monte Regio* inſultum luis Gallicæ prædixit. Lues enim hæc principiò in homine orta, poſteà in cœlo præparata, tandem ſuper Microcoſmum effuſa eſt. Ex hâc præparatione ille vaticinatus eſt. Similiter hîc etiam de peſte notate. Homo, qui æger decumbit: naturaliter de ipſo mors prædici poteſt. Quod ante inſultum morbi fieri minime poterat. Sic omnia fiunt per *Medium*, ſine quo homo ſcientiam naturalem non habet. Ideò hinc patet, aſtris nullam poteſtatem aſſcribi poſſe: cùm in iſtiuſmodi rebus ſaltem *Medium* ſint. Niſi enim noſmet per imaginationem aſtra ipſa inficeremus, impreſſiones in nos etiam nullæ decumberent. Nam eodem modo, ſi filius patrem non irritat, eum placidum ac mitem habet. Si verò ipſum commouet, Medium ex ipſo facit, quod filio id infligit, quod ipſe in Medium impreſſit. Nec hîc vlla alia ratio aut veritas eſt, quâ quòd cœlum magnę creaturæ noſter parens, noſque ex eo nati ſimus. Ideò magica incantatio ex nobis in ipſum procedit, & ex ipſo in nos redit. Adeóque magicus intellectus lumen eſt, ex quo fundamentum omne ſupernaturalium morborum declaratur: extra quem intellectum Medici in deſcriptione peſtis euidenter & enormiter errant. Fundamentum autem id aliud eſt, ex quo Prophetæ vaticinâtur, ab Aſtronomis ſeparatũ. Vt, ſi âte infectionẽ Medii Propheta prædicat venturam peſtẽ eſſe, idem id eſt ac ſi diceret, vos patrem veſtrum offendetis; hoc eſt, vos in terris habitantes homines libidine veſtrâ aſtra inficietis: aſtra autem vobis peſtem immittẽt; hoc eſt, immitent vobis morbum illum, quẽ vos in cœlo genuiſtis. Vnde patet, nobis aliud cogitandum nihil eſſe, quàm quòd nos homines ferulæ parentis noſtri reſeruati ſimus. Nam Deus ex magnâ quidem creaturâ nos homines fecit: ſed tamen in parente iſto tales conſtituit, vt in ipſo nobis emoriendum ſit. Si iam ex parente noſtro morbum aſſciſcimus: ex eodem ipſos quoque morbos adipiſcamur neceſſe eſt. Morbis enim mors plus eſt. Si rerum euentus ipſe comprobat, quòd patre noſtro carere non poſſimus, nec per Deum ab ipſo exempti ſimus: quod idem parens ſupernaturalis quoque pœnæ poteſtatem in filium acceperit ſciendum eſt. Quia enim mortis causâ ab ipſo nedum liberati ſumus: nec ferulæ ipſius exempti erimus. Plagas ferulæ videmus ipſi. Cauſa verò in nobis orta, ad cœlum contendit, & inde in nos iterum deuoluitur. Sic ergò duplices morbi ſunt, nobis hereditariò ferendi ratione ſanguinis, & ratione ferulæ.

Aſtronomus vnde auguretur.

Ioannes Regiomontanus prędixit luẽ Gallicam

Per Medium omnia fiunt.

Macrocoſmus parens hominis

Magia ſupernaturales morbos declarat.

Mors morbis plus eſt.

Morbi duplices Sãguinis Ferulæ.

CAP. V.

CVm partes Microcoſmi omnes mineralia ſint: ideò quoad morborum cauſas inueniẽdas, ſcitote, mineralia illa eſſe, quæ in materiâ peſtis abeant. Vnde fit, vt infectiones omnes mineraliter terminentur. Iam ſi mineralia ipſa materia ſunt: cauſa etiam huius morbi erit, concepta & genita eo loco, quo ſuperius dictum eſt. Cùm autem Mineralia plura exiſtant: ſciendum eſt, materiam peccantem nihil eſſe aliud, quàm ſulphur. Nam in tribus conſiſtunt omnia corpora. Illorum medium eſt ſulphur, quod ſine vllâ contradictione ſtabilitum manebit. Hoc ſaltem vobis ambiguum ac obſcurum erit, quâ ratione ſulphur talis materia fiat. Quid *Mars* eſt aliud, quàm ſulphuris

Minerallia Microcoſmi ſunt materia morborum.

Sulphur materia pestis.

ſulphuris ſpiritus? Iam ergò momentum in hoc poſitum eſt, an ſpiritus corporalis fieri poſſit, quod in ſolo ſupernaturali morbo fit. Oportet enim ſpiritum fieri corporeum. Spiritus tamen manet vſque ad locum ſuum. Loca autem tria illa ſunt, de quibus ſuperiùs diximus. Spiritus hic ſimilis eſt calori, à ſole defluēti, & per Medium incendenti. Corpus eſt res, quæ incenditur: Corpus quod accendit, eſt ſulphur: Sulphur quod ardere facit, eſt Mars. Ita non vnum ſulphur, ſed multa partium firmamenti sūt. Et licet vnum ſit corpus quod accendatur: id tamen Medico curandum non eſt. Quid enim eſt Materia peccans niſi ſolum ſulphur? Et cum ſulphur habeat Saturnus, habeat Luna & ſimiliter cæterę principes partes corporis: hinc fit, vt multæ materiæ peccantes conſtituantur. In ſulphure ſita eſt ſanatio ab eodem etiam pacatur Mars. Nam quid virtutis habet chalybs ictu iam facto? In ſulphure ſitum eſt malum, quod auerti debet. Si ergò Mars chalybs ſulphuris eſt & ſulphur peſtis: iam ex his diſtributio inuenietur. In genere ergò ac ſummâ, ſulphura tria deprehenduntur. Inguina enim tenent *Antimonium*, pectoralia *Arſenicum*, aures *Marcaſitam*. Hæc nimirùm ſunt illa materia, medico apprimè cognoſcenda. Hæc enim peſtis eſt. Si quis a ſcorpione læderetur ſeu pungeretur, quis quæſo diceret aliud, quàm duo hic venena eſſe: Extra vnum ipſe ſcorpio: Intra vnum, ſpiritus ſcorpionis. Huic opus eſt Medicinam non exteriorē applicari. Quod hoc inſtituto propono, vt Medicinam adhibeatis tantùm propter mortificationem ſpiritus ſcorpionis. Eadem hic quoque ratio eſſe debet genera ſulphurea cognoſcendi, vt nimirùm ipſum ſulphur exſtinguatur, & morbus ſupernaturalis in eo curetur, nec conſideretur ipſum corpus loci, hoc eſt, venæ, nerui, caro, &c. Nam hæc ipſa peſtis non ſunt. Iam autem incenſio Martis eſt ira magnæ creaturæ. Qui verò ſulphur iſto loco peſtis ſit: id hâc viâ cognoſce. Licèt id ſigna quidem ſatis demonſtrent, indicium tamen, inſuper aliud quoque præſto eſt, maius & potentius, quò cætera communia ſigna probātur. Id huiuſmodi eſt. Nouiſtis *ſudorem* in corpore duplicem: manantem per *poros*, & fluentem per *Emunctoria*. Qui per poros emanat, partem is firmamenti nihil attinet. Qui vero ex emunctoriis (velut in tribus dictis locis) manat, is ſudor eſt ſulphuris, quod peſtis exiſtit. Iam partes minerales in quolibet membro equaliter diſtributæ ſunt: hoc autem loco ſubiectum vnicum eſt. Cauſa autē, cur incenſio ea nihil aliud niſi peſtem gignat, eadem eſt, quę in Baſiliſco. Is ex tinctura excellenti generantur, contra & ſupra ipſam Naturam. Matre enim caret. Ita ſi ſulphur incendatur, nec tamen mater deſit: tunc nihil niſi febres generantur. Si verò mater deſit, & pater ſolus generet: iam ſulphur mutatur in peſtem, ſicut vitellus, à patre natus, Baſiliſcus fit. Venena quę ſine matre generātur, per omnia corpora penetrāt, ſine contactu. Viſus Baſiliſci interficit: ita & viſus Martis. Et ſicut viſus alter operatur materialiter: ſic æquè operatur etiá ſpiritꝰ Martis. Et ſicut vis Baſiliſci peculiaris eſt à venenatis naturis omnibus diuerſa: ſic aliud ac diuerſum quoq; fit venenum per Martē in peſte. Et hinc nimirùm tātæ difficultates in ſcribendo exortæ ſunt iis auctoribus, qui de peſte commentari ſubierunt, quod ſcilicèt generationis Baſiliſci ignari fuerunt. Alium autem oportuerat eſſe hominem Microcoſmum, nec generationem eius eum hac conuenire. Adeóque homo concedere cogitur, ſi Mars Baſiliſcum cœli generet in vitello ſuo, qui ſulphur eſt, iuxta proceſſum Magicum, quòd hoc, quod ferit & videt, peſtis ipſa ſit. Quò enim oculi conuertuntur, eò ſpectant. Contuitus iſte quem aſſequitur, is ictum concipit ſentitque. Felix autem eſt, & illæſus manet, qui oculis ſe iſtis ſubducit.

Sulphuris varia genera.

Sulphur principalia tria ſunt &c.

Sudor duplex.

Naturæ & emunct. diuerſæ.

Baſiliſcus ſine matre naſcitur. ex vitello patris.

Baſiliſci & peſtis collatio.

CAP. VI.

Quæ peſtis ſigna.

QVoniam ſigna omnem morbum manifeſtant produntque: ſcito, huius quoque morbi ſigna cognitu facilia eſſe. Quid enim eſt, quod Baſiliſco ſimiliter prodatur? Primum ſignum eſt, mutatio animi, cum impreſſis & concurrentibus ſignis publicis. Si horum ſignorum duo concurrunt: ſcito Baſiliſcum feriiſſe. Poſtea incipit Tranſmutatio, hoc eſt, veneni vis & proprietas erumpit ad Apoſtemata ſuſcitanda, quæ non ſolùm foris conſpicua ſunt, ſed intus etiam inaſpectabilia ſimiliter operantur. His principium huius ictus ſeu inflictus ſatis cognoſcitur. Cum ergò ad principium cognoſcendum alia ſigna præter hæc non requirantur: iam diuertendum eſt ad ſigna accidentia. Horum cognoſcendorum modus alius non eſt, quàm

Mutatio animi.

vulnerum

vulnerum accidentium, quæ ipſum quidem vulnus non ſunt, ſed tantùm eius accidentia. Ideò Medicinæ duplex ratio eſt. Sicut enim vulnus, quod à gladio infligitur, nihil aliud, quàm læſionis locum deſignat: ita cæterum, quod accidit, huc non pertinet, ſed tùm originem, tùm curam aliam habet. Ideò hæc ipſa quoque ſigna inſpicienda ſunt, vt ad propriam ſuam curam reducantur quoq; extra prædictum venenum. Ex accidentibus eſt paroxyſmus, qui inflammationi

Horror. ſimilis eſt, febris inſtar horrore quatiēs. Huius cauſa eſt, quod Mineralia euaporationibus ſuis vniuerſum corpus peruadunt, nec exire queunt. Vnde terræmotui quid ſimile euenit, ac totum corpus

Phrenitis. concutitur. Ita Phrenitis quoque accidens eſt, ſi ingens veneni ardor cerebrū ipſum penetrauit, & venas, & ſanguinē, & rationem. Tunc enim ratio quaſi expaueſcit, & natura animalis ferocit, prout ratio ac permixtio veneni fuerit. Hæc

Vertigo ferè præcedunt vertigines. Similiter concurrunt etiam omnia accidentia ſulphurea, ad modum venenorum arſenicalium: quæ poſtea conſequuntur, obſtructio, diarrhœæ &c.

Peſtis ex quibus ſignis noſcatur. Sed vt in his omnibus ſigna illa exactè ac ex fundamento ipſo cognoſcas, attende ad naturam ſignorum veneni Mercurij primùm. Poſteà ad ſigna Arſenici. Tertiò, ad ſigna Aſpidis. Ex hiſce tribus omnes peſtes dignoſcuntur. Et, veluti ſuperiùs traditum eſt, quòd hæc ſigna morbo nulli alij communia ſint, maximè reſpectu loci: ideò cuiuis facilè patebunt, cum primis ſi temporum ratio, & inuaſionis frequentia vnà concurrant. Cùm enim noſmet ipſi huic peſti cauſā demus: pars noſtrùm maxima quoque ferè corripi ſolet. Non enim inſtar morborum aliorum ſparſim irrepit in paucos: ſed pro communi culpâ communiter ac populatim graſſatur. His ergò, hactenus ſufficienter explicatis, finem imponemus: & ad declarati iam morbi curam proximè diuertemus.

LIBER SECVNDVS

Præfatio.

CVm in veterum Auctorum libris nihil traditum legatur, quòd verè nobis præſidio & auxilio eſſe poſſit: æquum omninò ac neceſſarium eſt, vt fundamentum ac doctrinam noſtram porrò excolamus & illuſtremus, priſcorumq; errores & inopiam à nobis tandem excutiamus. Nam cùm publicè notum vniuerſis ſit, quod Cabaliæ & Magiæ penitus ignari ipſi fuerint: nemini dubium eſſe debet, quin imaginarij ſaltem illi Medici exſtiterint, & huius morbi originem ne quidem per tranſennam introſpexerint. Inficias autem hic minimè ibo, quòd Experimenta nonnulla eorum ad nos deſcenderint, quæ quidem propter vtilitatem ſuam reiicienda non ſint; iſti tamen polygraphi illorum Inuentores ac auctores minimè fuerunt: nec eadem altius expendere potuerunt, quàm qualia à ſuis anteceſſoribus acceperunt, quibus etiam ſuos nugatorios libros exornārunt, vt aliquid dignitatis illi inde adipiſcerentur. Hæc experimenta omninò excipienda, & libri ipſi, ceu ſcoria, relinquendi ſunt. Sæpius iam inculcaui, quòd Chiromantia, inuentrix Artium ſit, ſi cabaliſtice tractetur. Similiter & Phyſionomia & Anatomia, ſi pro Magicâ interpretatione explicetur. In hoc enim ſolo ars compoſitionis Receptorum condita eſt. Porrò verò modus componendi veterum de gradibus quoque erroneus deprehenditur. Arant enim cum muribus. Ideò æquum eſſet, Inuentricem artium hic in principio ſtatui, ad pædagogum ipſius naturæ pleniùs cognoſcendum. Sed quia Lumen Naturæ ſeparatim per ſe volumen vniuerſale deſiderat, nec particulariter explicari vult, ideò hoc loco ab inſtituto illo deſiſto.

Ptiſici cabaliæ ignari fuerunt.

Chiromantia artium inuentrix.

Proponam autem in principio quaſdam quaſi præparationes ad Regimen præſeruatiuum & curam. Poſteà ſuis capitulis Regimen ſeorſim docebo; præſeruatiuum in ſuis: in ſuis etiam curatiuum. Tandem ipſis quoque Accidentibus priuatum capitulum nuncupabitur, nihilq; quod ad rem facere videbitur, omittetur. Tu ergo iſta cum attentione lege, & memori mente retine difficilem Theoricam libri primi, nempe indomitas & ineuincibiles Baſiliſcicas impreſſiones; ſæuam, ſixam & Aethnæam flammam Sulphuris, & tres nocentes mineras Antimonij, Arſenici & Marcaſitæ. Et breuitas hæc te nihil offendat. Nam cum teipſum Phyſicum ac Chirurgum venditas: præſumptio eſt, te iſtarum quatuor partium etiam Aſtronomum, & iuxta Philoſophum eſſe. Et cum ipſa practica medicum perficiat: neceſſe erit, vt ſpagiricæ artis etiam peritiſſimus ſit. Nihil ergo à me omiſſum eſt. Sed pro rei exigentiâ tradita omnia ſunt. Tuum verò defectum vix omnes vbiuis tractatus ſupplere poſſint.

CAP.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 449 sur 913

CAP. I.

CApitulo hoc explicatur Regimen & Præseruatiua, quorum notitia talis est. Cognoscendi autem priùs sunt errores, qui hactenus in istis admissi sunt. Præseruatiua illorum Recepta eò directa sunt, vt membra principalia, quæ in hoc morbo inficiuntur, tueãtur. Concinnantur ergò præseruatiua aliquot ex frigidis & constrictiuis, additis confortatiuis cordis. Iam verò morbus in corde nullus est, nec cor pestis sedes fit, ideò medicamina illa otiosa & frustranea existunt. Et licèt quidem per se efficacia & valida sint: ad hunc tamen morbum nihil faciunt. Sed & propter hoc reprehendendi sunt illi, quia præseruatiua ponunt, antequam sciatur quemnã pestis tactura sit, & quo loco, an secundùm aures, aut alas, aut pubem. Ideóque quàm longissimè exorbitant, quòd pilulis suis Pestilentialibus & Electuariis aliis iis medentur, qui medelã nondum opus habent: & complexioni vni insuper vniuersos subiiciunt, obliti interim naturam trium partium principum, de quibus tantopere declamitant. Error ergò is crassus est, & ratione omni probabili carens, quod vel ipsi illorum canones demonstrant. Ad culinæ tamen prouentum facit non modicè. Addunt deindè post adhibita præseruatiua vim diaphoreticam pestis medicinã esse. Quod fundamentum totum inane est. Hinc enim liquet, ipsos nec morbum rectè, nec eius accidens pernouisse, sed potiùs ipsum Accidens pro morbo habuisse. Sic ergò hactenus nullum adhuc conueniens pesti remedium assertũ fuit. Porrò in hoc quoque seipsos produnt, ac suum Accidens, dum Narcoticum stupefactiuum aiunt sequi profundũ somnũ pestis. Et sic non disconueniat, somnum hunc narcoticum cum sudore per virtutem diaphoreticam expugnari eorum calidorum aromatum operâ, quæ per reiteratum gradum Alcool vini intenduntur & acuuntur. Sic ergò illi, si somnũ accidentalem expulerint, morbum ipsũ excisum esse persuasum habent. Iam autem vel hinc colligere facilè possent, quòd solis accidentibus remedia adhibeant, quia opus est, vt in primis 12. horis applicentur. Interim cognitu facile est, quòd virtus medicinæ ad has 12. horas restricta minimè sit: sed quamdiu morbus augescit, medicina ei opposita & aduersa esse potest. Hoc modo multa alia quoque remedia inueniuntur, quæ morbum accidentem tollunt: & tamen interim pesti consultum non est, nisi illa sponte suâ, vltro citroque vanescat. Hoc est, si accidens, naturam acriùs infestans, tollatur & adimatur, tunc seipsâ illa auctior reddita animosiùs & validiùs morbum aggreditur, ceu intestinum hostem & latronem. Intimæ enim naturæ vis ac robur, causam primariam, hoc est, morbum ipsummet exturbat sine accidente. De quâ virtute Naturæ Hippocrates Aphorismum scripsit. Qui an ipsius Hippocratis sit vel Apollinis, non disputo. Quem certè si non posuisset, pro vero ac genuino Medico à nullo quoque haberi possit. In illo enim vno Aphorismo plura continentur, quam in libris eius reliquis vniuersis. Sicut autem de præseruatiuis illorum Medicorum hactenus diximus: sic etiam præscribuntur ab ipsis, & imperantur Minutiones, Balnea, Theriaca, & electuaria alia similia, cum consiliis aliis multis additis. Quanquàm vesanum hoc consilium sit, corpus tantâ iuduſtriâ præseruari, & morbi ipsius ictum seu insultum non expectari. Ita enim præmittunt medicinam morbo, cùm nesciant, quo modo, quâ cum naturâ & conditione is irruiturus sit. Ad huius enim ingenium ac naturam præseruatiua directa esse oportebat. Hæc illorum periclitatio si aliquandò probè succedat, bene est. Si à scopo autem aberretur, væ illi, qui præseruatiuum deuorauit. Simile enim hoc pacto simili iungetur. Quinimò contrarium mihi consultum & salutare videtur, vt, quale est corpus, tale in suo robore conseruetur, nec id ad morbos suscipiendos disponatur. Nam hoc attento, summum ac tutissimum regimen est, morem antiquum tenere, nihil mutare aut innouare, animo velut extra pestis tempus imperterrito constare, solitum cibum, potúmque adhibere, & nec ædes nec conclauia permutare. Imaginatio enim, si talia noua consilia agitantur, tam potens ac valida fit, vt in seipsâ subiectum suscitet, pesti suscipiendi idoneum.

His definitis nondum quidem doctrinam regiminis concluſam volo. Nec enim dum de præseruatiuis sermonem omnem præcisurus sum. Causa est, quòd fatear, non ipsum solum hominem Basiliſci oculis obiectum esse, sed vniuersa quoque illa, quæ homi-

Præseruatiua medicinã qualia.

Medic. reprehensio.

Accidẽs pro ipso morbo curatum à medicis.

Accidentibus sublatis natura validibo morbum aggreditur.

Pestis tẽpore in regimine nihil mutandum.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 450 sur 913

nem nutriunt & sustentant. Ex quo deinceps nostrum Regimen producetur. Cúmque nos ipsi causa pestis simus, præseruatiuum quoque in nobismet cõditum erit, non in theriacâ aut pilulis pestilentialibus. Quo verò pacto hæc omnia intelligi possint, suis capitulis seorsim tradetur. Hoc capitulo errores saltem tangere & ventilare volui illos, qui plurimos homines in ipsam pestem ac morbos alios coniecerunt. Cuius mei instituti finis erat, admonere Medicos, vt caliginem illam ac glaucoma tandem abstergant abiiciántque.

CAP. II.

Mors in peste duplex.

ANtequàm quicquam de curâ definiam: cognitum esse vniuersis debet, mortem in peste duplicem existere. Et cum mors vltima rerum meta sit: morbi eius anteambulones censeantur. Sic duo in peste morbi intelligi debent. Pestis enim per se mortem peculiarem inducit: peculiarem mortem etiam accersit Accidens. Qui hoc discrimen non attendit Medicus, Medicus haudquaquam est. Mors pestis nullis Accidentalibus remediis expugnatur: nec mors Accidentalis, remediis pestilentialibus. Exemplum autem hoc explicat, quomodò accidentia singularem mortem pariant. Sunt enim quos somnus interimit: sunt quos iugulat spasmus: sunt quos singultus occidit. Horum accidentium si nullum adsit, scito, mortem pestis reuerâ esse. Hæc verò isto fine distinguo, vt duo hi morbi à se inuicem separentur, & sua peculiaris cura cuilibet seorsim adhibeatur, adeóque ipsa Accidentalia coerceantur, ne, quam portendunt mortem, in actum deducant. Similis ratio mortis quoque pestis est. In peste autem vnica mors est, sicut vnica eius causa. Ideò quæuis Medicina in suo loco est. In Accidentalibus mortes variæ sunt: cum ipsa quoque accidentia varia existant. Et quælibet anteuertendi rationem sua seorsim capitula docent. Quæ hoc loco fusiùs explicare volui, vt præseruatiua & regimina pro priscorum auctorum consilio deinceps minore & abiectiore loco essent.

Mors accidentis qualis.

Mors pestis qualis.

Regiminis autem ratio porrò eiusmodi est. Regimen nempe nullum præstitui potest antè, quàm morbus factus, & oculis conspicuus sit. Vnde in peste regimen pro præseruatiuo minimè constituendum est. Hic enim supernaturalis morbus à cæterorum ratione & modo diuersus est. Nam hydropisi quidem nondum factæ, sed fiendæ demum præseruatiuis idoneis obuiam iri potest. In peste idem verum non est, sed insultus tempus expectandum est. De hoc fundamentum tale aduertite. Quâ ratione inficitur homo: eâdem inficiuntur etiam quæ hominem nutriunt. Iam si Regimen constituendum sit, opus est sciri, quid nobis veneno sit, vel non sit. Et ex hâc scientiâ Regimen constituendum est, hoc nimirùm pacto, vt, quod assumturi sumus, infectum non sit. Nec hîc iisdem cum circumstantiis Regimen præscribi potest, quod constitui in morbis solet aliis, hoc modo, vt vel parùm vel multùm, hoc, illud edatur, bibatur vinum, bibatur aqua, manè, serò. Nam hæc omnia consuetudini ipsorum relinquenda sunt, ac prohiberi saltem debet illud, quod infectum est. Ex isto enim infecto, siue caro, siue aliud sit, morbus corpori hominis ingeritur. Fixus enim est cum suo veneno, nec mutatur quicquam antè tincturam quartam. Ideò huc nullum Humorale Regimen faciet, sed proderit Decretum Astronomiæ, per quod scitur, quidnam infectum sit, vel minus. Et istud qui ignorat, iniquè facit, dum homines iubet aut fugere, aut hunc illúmue cibum vitare vel edere: quem morem familiarem Medici illi habent, quibus tantopere illud *Fen* & *Tegni* authenticum est, & si quæ nugę his similes aliæ sint. Fundamentum ergo constituendi Regiminis est, nihil quicquam subtrahere, quàm venenum. Præcipuè autem in morbis Accidentalibus sedulò opera danda est, ne prædictum Regimẽ negligatur. Quid enim hoc sit, si ptisanam imperes, & hordeum infectum sit? Ideò præscriptum ordinem tene. Hûc autem Regimen aliud inducendum est: id distribuitur secundùm suum morbum, nec in cibo potúque consistit. In huiusmodi morbo cibus ac potus arbitrio & palato ægri relinquitur. Minimum enim nihil damni dat: nec nocet etiá nimium. Natura enim si ruitura in mortem est, metá sanitatis transgreditur, & aut nihil appetit, aut appetit nimium, quæ præcurrentia signa fœuæ mortis sunt. Porrò autem Regimen accidentale est, non obseruatio cibi potúsque, sed extra hos diligens consideratio proprietatum accidentalis morbi. Ea in hoc posita est, vt non cibos nutrimenti administres, sed eos, qui digestionem non subeunt. Horum

Pestis præseruationẽ non admittit.

Pestis in ea non mutatur ante tincturam quartã.

Regula Regiminis.

Natura succubitura multa circa appetitum.

tot

tot ſunt,quot genera huius morbi Hãc ratione ſi Regimen obſeruetur, medicinam tuam applicare poteris, ita, vt in hoc nutrimento operationem ſuam exſerat perficiátque & digerat. Et tamen in his omnibus ad aliud nullum intendendum eſt,quàm ne quid venenati ordines, ſed appetitui ægri obſecundes. Iſta enim voluntas ſeu appetentia ex accidentibus ptouenit,poſcitque cum cibo medicinam illam porrigi. Idem appetitus ipſam quoq; medicinam penetrat aut ſequitur. Accidentales enim morbi directorium aliud nullum habent, quàm appetitum inſitum & concomitantem.

Appetit⁹ directorium rei ſanãdæ.

Cap. III.

REgimine nutrimenti iam abſoluto: proxima eſt explicatio præſeruatiuorum. Aduerſus impreſſionem quidem magnæ creaturæ,præſeruatiuum nullum conſtitui poteſt. Ea enim omninò ferenda eſt.Præmonitio etgò illius mortis vna & ſumma prudentia eſt. Præſeruare autem aduersùs inferius *Medium*, id in Medici poteſtatem ponitur. Id quia cũ Regimine prædicto conuenit,hic repeti otiosũ ſit. Iam autem aliud quid occurrit, quo peſtis anteuertatur, tribus viis. Primò præſeruando ab accidentibus peſte iam præſente. Secundò,cauendo, ne ab aliis inficiamur. Tertiò operam dando, ne per cauſatas cauſas vnquam futurâ peſte corripiamur.

Accidentia peſtis quibus anteuertuntur. Præſeruatiuum auri nobile.

De primo præſeruatiuo ita accipite. Quamprimum ſigna peſtis notantur, accidentia nullo alio præcaueri queunt, quàm præſeruatiuo auri. Quamdiu enim illud vſurpatur,nullus incumbit ſomnus, nullus calor immodicus, nullum immoderatum frigus,nec quiſquam alius morbus ſimilis. Adeoq; vulneris inflictus,vt cecidit, per ſe ſolus ſine omni alio grauiore accidente perſiſtit. Poſſent forſan alia quoque præſeruatiua promi, quæ præſeruent,ne mors altera, quę grauiùs ipsâ peſte metuenda eſt, appropinquet. Sed illa mihi incomperta ſunt. Quantum verò vſus & experientia docet,artes illæ,quæ præcauendis accidentibus deſeruiunt, plus dignitatis & laudis habẽt, quàm arcana contra peſtem ipſam facientia. Inflictus enim mouet non ſecus,ac ſi quis percuteretur: & terror interimit tactum, non autem vulnus.Hoc indicio accidentales quoque morbi dignoſcuntur.

Timor ab ictu peſtis plus interimit, quam ipſum vulnus.

Secundò ſciendum eſt, in homine ſingularem virtutem attractiuam condi, quæ probè intelligenda eſt, ad modum ſeu naturam Carabe.De hoc tale exemplum notate. Magnes ad ſe ferrum attrahit: quia ferrum ipſius ſpiritum vitalem in ſe condit. Et tamen eius non eſt cibus principalis. Similem attractiuam vim in ſe homo quoque conditam fert, quæ in vno gradu cum Magneticâ vi verſatur. Iam ergò homo forinſecùs per vim illam ad ſe trahit circumſtans ſibi chaos. Hinc ſequitur infectio aëris in homine. Hinc intelligite,quòd Magnes iſte ſpiritus vitalis in homine ſit,quærens hominem infectum, ſi vniantur foris cum chao. Sic ſani per magneticam hãc attractionem ab ægris inficiuntur.Huius præſeruatiuum eſt, infectorum aërem non attingere. Rem in exemplo diſcite. Sani oculi,ſi lippientes oculos inſpiciãt, tunc Magnes ſanorum oculorum,oculorum læſorum chaos attrahit.Iam malum in ſanos quoque oculos tranſiliit.Simile iudicium eſt de morbis etiam cæteris. Hoc exemplum attuli, vt vim Magneticam facilius intelligeretis, quæ taliter ſe habet. Vna eſt in viris,altera in fœminis. Vis Magnetica fœminarum eſt Matrix. Illa eſt quæ chaos attrahit, de quo dictum eſt. In viris vis ſpermatica eſt uis magnetica, quæ & ipſa virtus illa attractrix eſt ceu matrix. Quia ergò hoc loco de prẹſeruatiuis iſtius virtutis attrahentis tractare inſtituimus explicandum eſt,quomodo fiat. Stipula ad ignẽ aut propiùs non apponenda eſt: aut præſeruatiuum ita præſtituendum, vt virtus attractiua conſopiatur. Sicut enim magnes, ſi quis ſaphyrum de collo geſtet, tãdiu ad ſe nihil trahit, donec ſaphyrus iterum remoueatur: ita & Cárabe, & coagulatum gummi,Reſina & Therebotin. Tale hic quoque præſeruatiuum eſſe debet,vt *Zenexton* de collo ſuppendatur. Tunc corpus illud ab aliis non lædetur. Quæ huius generis plura ſunt, in fine curationis declarabuntur.

Homo vicinum chaos attrahit & ſic peſtem.

Oculi lippientes ſanos inficiũt.

Virtus Magnetica duplex: virorum, fœminarum.

Magnes prẹciente ſaphyro non trahit.

Zenexton &c.

Tertiò notanda eſt etiam præſeruatio,quâ cibi venenati caucantur & aëres contagioſi,in quibus omnia præſeruatiua continentur.

Iam vlteriùs ſi inſultus præterierit, ne peſtis denuò inuadat, præſeruatiuum id optimum eſt, cœlum non ampliùs irritare. Nec enim effugere poſſumus, quin fateamur, quod noſtrâ culpâ iſtis flagris ſubiaceamus quódque, noſtris peccatis irritatæ hæ pœnæ omninò in nos effundantur. Quamdiu enim

Culpam vitæ præſeruatiuum eſt peſtis.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 452 sur 913

enim à patre naturali exemti non ſumus: tamdiù caſibus iſtis obnoxij manemus. Et cùm adſtipulari cogamur, quòd vniuerſi morbi, qui corpus attinent, ex corpore oriantur: quid quæſo ad præſeruandum potentius erit, quàm deinceps nullam cauſam dare? Nec leuis iſta ruditas eſt, quòd in morbis iſtiuſmodi ad meritum noſtrum non reſpicimus. Quòd enim à peſte iugulamur, naturaliter meremus: ideò ad noſtram culpam peſtis immittitur. Nihil enim cœlum præterit. Et quicquid in ipſum ingerimus, id in nos ipſum refundit. Quòd nonnulli dicunt, Deum iſta nobis immittere: malè minimè ſentiunt. Poteſtatem enim is dedit Magnæ creaturæ, vt, quibus malis à nobis offenditur, iiſdem nos quoque plectat. Idémque hìc accidit, quod cum diluuio. Huius origo erat ab hominibus. Irritabant enim illi cœlum, vt totum aqueſceret. Ex hoc principio Sodoma quoque periit. Talis ipſa quoque peſtis eſt. Horum ergò malorum vniuerſorum præſeruatiuum vnicum eſt, cœlum non irritare. Hâc ſolâ cautione à ſupernaturalibus malis & ærumnis immunes erimus.

Cœlum vindex malorũ.

CAP. IV.

IAm quia ad ipſam curandi rationem deſcendendum eſt: repetite vobiſcũ priùs in principio dictum, quòd peſtis nihil ſit aliud quàm vulnus. Et hæc Theorica eſt vera. Quâ enim ratione curantur vulnera: eâ peſtis etiam in curam deduci debet. Cura autem vulnerum duplex eſt: Interior, Exterior. Interior exteriore difficilior eſt. Exterior aut feliciter aut improſperè cadit. Sic ſi curam peſtis eo modo aggrediaris, vt exteriùs incipias, malè res tibi cadet. Attamen ſi ab externis *Oppodeltoch* probè inſtructus ſis, eò tutius ages. Summum autem in curandis vulneribus omnibus, eſt interna Mumia. Nam, vt ſummatim dicam, Balſamus Mumiæ ſuprema Medicina eſt. Ab hoc ſummum remedium eſt Spiritus Auri. Si incarnatiuum hoc modo cognitum & iudicatum eſt: debet ipſi additio fieri, non ſecus ac in vulneribus, in quibus omnia accidentia cum incarnatione tolli debent. Iam ſi accidentia in peſte præuertenda ſint, ſimiliter vt in vulneribus: fiet illud hoc loco per Gemmas. Ac vt ſe habet Agrimonium; ita hic HYACINTHVS: vt pyrola, ita RVBINVS: vt peruinca, ita SMARAGDVS. Hæc enim ſunt defenſiua, non incarnatiua. Incarnatiuum eſt Balſamus Mumiæ, qui in ipsâ naturâ iacet, qui hìc per Spiritum Auri commouetur Ideóque attendite, in curâ aliud conſiderandum nihil eſſe aut ſatagendum, quàm vt potionem vulnerariam prębeas in peſte, quæ potio ſit incarnatiuum peſtilentiale. Id Spiritus eſt Auri, de quo dictum eſt, datus ſecundum ſuam doſin in aquis diaphoreticis, permixtus gemmis, de quibus diximus. Et licet alij proceſſus quoque multi ac varij ſint: nullius tamen hìc fit mentio. Nam & illi omnes imperfecti deprehenduntur: & hìc in ſpiritu auri nullus defectus eſt, quo vniuerſim omnes contenti eſſe poſſunt. Non dubito, quin hæc noſtris Medicis diſplicitura ſint. Sed probrum penes ipſos erit, quòd non intelligunt hoc, ex quo Medicus ipſe conſtituitur. Ex quo liquet, præter nudum nomen ipſos rei nihil quicquam habere.

Peſtis eſt vulnus.

Vulnerũ cura qualis.

Balſam' Mumia ſumma Medicina. Spiritus Auri.

Gemmæ defenſiuæ quæ.

CAP. V.

SImiliter etiam de accidentibus dictum volo, ſi tibi occurrant; hoc eſt, ſi poſt accidentia producta demum accerſaris, vt præſcripto ſuperiùs ordine primo procedas, nec tempus horámue vllam expectes, ſed quàm primùm in morbum incideris, citra moram incarnatiuum applices ſecundùm proceſſum præſcriptum. Tunc adminiſtrabis defenſiuum generale, poſt horam vnam à dato incarnatiuo. Tale defenſiuum eſt, ſcrupulus vnus de *ſucco corallorum*, ſcrupulus dimidius de *ſucco oſſis de corde cerui*, ſcrupulus ſemis de *ſucco ſpodij* in aqua *Betonicæ*. Per hoc defenſiuum generale arcebis accidentia, ne mortem accerſant, quam aliàs inuicherent. Poſteà ſi horum beneficio ſecurus ſis mortis tam peſtilentialis, quàm accidentalis: accidens demum, qualecunque ſit, aggredere die tertio, ſi non vltrò cum periodo ſuâ abſcedat, ac cùm eo procede pro generis morbi conuenientia. Hoc eſt, in *ſpaſmo* da os leporinum, vt in manu incaleſcat: in fluxu *Menſtrui*, liquidum corallinum præbe: in *Mania*, laudanum perlatum: in fluxu *dyſenteriali*, crocum Martis correctum: & ſic deinceps cum cæteris quoque agatur pro cuiuſlibet proceſſu. Proceſſus hi & ordines ſunt ſimplices & communes adminiſtrationes, nondum tamen anteà enumeratæ; quæ extra vſum in tantùm hactenus abierunt, vt à nemine ferè hodie intelligi velint: Quia verò iſtę contemnuntur

Cura accidentiũ peſtis quæ.

Succus corallorum, &c.

Cura accidentiũ

Spaſmus. Mẽſtrua

Mania.

Dyſenteria.

iidem certa remedia alia nõ habebunt, contẽnuntur ab illis; ad pellendam pestẽ sed suis incertis experimentis incumbent, nullo ægrorum solatio & commodo. Vilis honor est medico, si id iactet, quod non habet. Et ridiculum est, eos nullâ re aliâ efferri, quàm nudo nomine & rubeâ tiarâ.

PHILIPPI THEOPHRASTI
AB HOHENHEIM.
DE PESTE
Libri tres, cum quibusdam ipsius Auctoris additionibus.
EXORDIVM.

INter cæteros morbos magnos ac graues, deinceps instituì tractare de naturâ pestis. Hoc dum fiet, occasio dabitur nobis eos etiam notandi, qui Microcosmo aduersantur. Isti quidem, quorum nomen nudum prætenditur, magni admodum faciendi non sunt. Hoc satagendum est cumprimis, vt inueniatur & nominetur id, cuius inuentionem fastidiunt & auersantur illi. Nomini enim præsidium maius nullum est, quàm sui ipsius odium: quo incitati illi conantur perrumpere & diruere artium metas, quas tamen nunquam destruent. Multi quidem insultus, magni strepitus cientur: sed ab his tamen, qui, quò euadant, ignorant. Intrepidus ergò campum hunc tractationis de peste, cum eius adhærentibus fructibus ingredior. Nec me aduersæ partis susurri clamoresque ac obstinata veterum auctorum defensio quicquam territabunt. Rudes enim sunt, ac citra scientiam experientiamq; omnem in Academiis creati, graduatique, quales etiam manent. Ideò illorum me nemo prosternet. Minacias suas intendant ac ingeminent, vt velint. Illas quis nisi floccifaciet? Ex minis enim qui moriuntur, asinorum crepitibus tumulabuntur. Serpentes, viperas, aspidesque expugnare, res nimis leuis est. Monstra autem talia comprehendere, nimis laboriosa. Et indignum est, istos, qui se Astronomos, Philosophos, septem artium magistros, &c. iactant, illotis adeò manibus in Medicinam inuolare, nullâ discretione habitâ iuuentutis vel senij, ac obstinatè sententiam illam absurdam tueri, quòd aliud sit Philosophia, aliud Astronomia, aliud Medicina, cùm tamen omnia vnum tantum sint: & tamen ne sic quidem integra Medicina constituta sit. Qui Astronomus Medicinæ ignarus est, is similis fit tignario, qui ascià lignum quidem planare nouit, sed filo lineam ducere ignorat. Qui Philosophus, non simul Medicinæ peritus est, is figulum refert, qui argillam subigere & præparare nouit, sed non ollas fingere. Qui tandem Medicus est, & dictis cæteris duobus destituitur, is figulum exhibet, qui ollas quidem fingere, sed non coquere didicit. Et vt verbo comprehendam, non istæ tres artes sunt, sed ars est vna. Vnum virum constituunt, non tres. Ideò qui vnius tantùm cognitionem habet, is vanus & inanis est.

Medic. reprehensio.

Astronomia, Philosophia, Medicina ars vnica.

Hæc eo fine profero, vt sciatis, debere in processu sequente morbum ex his intelligi, à se inuicem minimè separatis. Nam si Medicina, vt diximus, ars est: non erit experimentum. Ars enim seipsam probat, & certa est. Experimentum autem fallax est: ideò nec ars est. Ars facit Medicum, non experimentum: quod solus intelligit Medicus ille triplex.

Experimentum est fallax.

Valde indignabuntur hîc, sat scio, Auicennistæ cum complicibus vrinarum inspectoribus, quod hæc sequentia mea theoremata non ex ipsorum metis ac sulcis procedant: sed sunt isti eorum sulci tritu difficiles: nec ex ipsorum agro quenquam efferunt, qui totus carduis obsitus est, quibus illi subinde grauius punguntur. Lipsia tot tamque insignibus Medicis scatet, vt sciam, etsi quidem adhæc passim mundus omnis consilescat, solos eos ista non laturos ac probaturos esse. Et quid mirum? Nimirum ipsi soli eruditionis omnis palmam tenent, si locus suus etiam asinis & morionibus assignetur. Sed, vtut hæc sint, Lector, tu lite sepositâ lege & iudica, nec quicquam citra demonstrationem præceptori tuo crede, Mercede sumtâ quiduis illi mentiri non erubescunt. Labor molestus non est, diebus singulis horæ vnius spatio declamare. Res illa nec callum ipsorum manibus infert: & linguam ad hoc opus à naturâ volubilem dudum assuefecerunt. Horum ergò liuore, Lector, nihil cõmoueâre. Suo illi honori & laudi tantùm velificantur, & fauorem passim omnium immodicè captant. Tu verè fideliter & ex animo ægros tuos cura nec quære illorum gratiam, sed potius salutẽ & cõmodũ. Nos interim mutuo cõflictu digladiabimur, & Doctoratũ Academias q; & Professores

Lipsia notatur.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 454 sur 913

Monſpelienſes cum peſte ſuâ in luto volutabimus ac verſabimus. Sed ea peſtis iam ante fores eſt, iam irruptum facit. Prodite ergò, ſaccum veſtrum proferte & pandite illum, artéſque veſtras extrahite, exponite, vt, quid poſſitis homines palam videant. Artes viciſſim ego meas quoque producam, vt tandem fraudes ac mendacia veſtra, quibus tam diu vacâſtis, in radium prodantur. Strenuos vos præbete quantum poteſtis. De caudâ feliná pugnabitur ad ſanguinem: ſi vultis, etiam ad vitam.

DE LOCO.

AD morbum hunc inſpiciendum natura nobis lumen accendit, & præterea illum in locum ſuum collocat, vt quis qualiſue ſit, propiùs & penitiùs cognoſci poſſit. Si ergò locus omnium primò conſiderandus venit, vt per eum nobis morbus demonſtretur: eius omninò ſitus & ratio noſcenda eſt. Locus enim ſolus hic theoricum facit, & de morbi eſſentiâ medicum inſtituit. De loco vero, cur is tantùm ſit, nec alius, exemplum attendite. Natura ſudorem duplicem emittit, vnum per poros, qui cum peſte commercii nihil habet. Is enim ſudor eſt tántùm euacuatio ſuperfluorum humorum ſtercoris in vniuerſo corpore, qui ab ipsâ naturâ cietur ac regitur, non à cœlo. Alter ſudor ex parte cœleſti eſt, ac protruditur tribus locis, iuxta aures, ſub alis, & ad inguina. Nec in locis is erumpit pluribus. Hæc enim cœli emunctoria ſunt, quoad ipſius ſudorem. Iſta ergò ſunt loca peſtis, non alia. Vt enim peſtis ab Aſtris cœli eſt: ita homo quoque: ideò cœlum in hâc parte operatur. Vbi de cœlo nihil eſt: ibi id nihil operatur. Ex quatuor enim vnum eſt. Tria iſta cœleſtia non ſunt, ſed tantùm vnus. Is eſt corpus peſtis.

Sudor naturæ duplex.

Homo & peſtis ab aſtris.

Quia ergò conuenit, Medicum quartam tantùm partem hominis conſiderare, non cæteras: æquum eſt, vt partem hanc non niſi Aſtronomicè explicet, ac cœlum huius partis in ſuâ quoque Anatomiâ conſideret, & ſic vtramlibet Anatomiam conferat, quò vna ſtructura & eſſentia fiat. Tum demum enim de fundamento Medicinæ ei differere liceat quoad morbum hunc, ſi huiuſmodi Anatomiam exquiſite comparârit, & tàm quatuor partium hominis quàm integri firmamenti apprimè gnarus & peritus ſit. Et is Philoſophus eſt, qui per lucem illam, ſuam ipſius naturam intelligit. Anatomia autem prædictæ Philoſophiæ ita ſe habet. Ex lumine rerum creſcentium, earundem proprietatem ac naturam cognoſcere debetis: non inquam ex phántaſiâ veſtrâ & ſpeculatione, ſed ex illo lumine, quod ex rebus creſcentibus emergit. Huc ergò Theorica Medicinæ pertinet, in cognitione naturalium virtutum, quæ Arcana vocantur, ac ſunt illa myſteria, ex quibus naſci debet Medicus. Ex iſto ergò lumine, in quo Anatomia vriuſque cœli & firmamenti conſiſtit, ita operemini. Iam verò *Medium* externi cœli, dominus eſt interni. Id enim adultius eſt, hoc eſt, homo ex illo genitus eſt. Cùm ergò cœlum illud hominis pater ſit: ideò filius à patre aliquid exſpectat ac ſumit, non pater quicquam à filio.

Arcana naturę medico ſcienda.

Homo cœli filius.

Sic ergò confectum iam eſt, cœlum hominis parentem eſſe, ſecundùm hanc partem. Ideò ipſius etiam Dominus eſt, eumque regit ac gubernat, ceu filium pater moderatur. Hâc de causâ cœlum quoque cauſa eſt & moderator omnis ſanitatis, morbi, veneni, boni, mali, adeoq; ipſius mortis, quantùm quidem quartam hanc partem attinet. Ideò etiá hic aliud nihil conſiderari debet, ne extranea aſſumantur, ac genuinum fundamentum adulteretur. Iam verò iſtiuſmodi morbi plurimi ſunt, quos non vniuerſos enumerare licet. Eorum multi etiam diſparuerunt. Multi etiam deinceps futuri ſunt, quos nondum nouimus. Multi præſentes abeunt, quos non attẽdimus, non intelligimus, ac ex ignorantiâ negligimus. Ideò nec ego hic ſingulas enumerabo, ſed tantùm mihi notos & manifeſtos. Vbi hoc tamen iuxta moneo, eos infinitos eſſe, tam cognitos quá incognitos, tam præſentes, quam futuros. Tot enim ſigna in inferiùs deſcriptis morbis ſeſe produnt, vt ex illis, quantum Quartale Microcoſmi attineat, ſatis intelligere poſſitis.

Cœlum dominus hominis.

Morbi vel fuerunt, vel ſunt vel erunt.

Morbi ſunt infiniti.

Quartale hoc Microcoſmi ſi probè intellexerimus: diuiſione inſtituta conſiderandum eſt, quòd in hac parte varij morbi exiſtant, non vnus, ſed tot, quot partes firmamenti. Et tamen omnes firmamentales manent, non cum cæteris, aëre, aquâ, terrâ permixti, ſed ex ipſo firmamento producti. Nec ſecus eſt, ac vt quiſpiam ab hoc aut illo homine percuti poteſt, aut loquitur, quicquid vult, &c. Et tamen omnia pars vna ſunt, ſeu ab homine proueniunt, licet diuiſa.

Si

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 455 sur 913

Si ergò diuisiones à variâ firmamenti naturâ proueniunt: scire cumprimis necessarium est, quisnam istorum morborum dominus sit: veluti in peste est *Mars*, *Venus*, *Luna*: in acutis *Saturnus*, &c. Dominum hunc si cognouerimus, iam ipsũ quoque ipsorum morborum fundamentum patebit, ac scietur processus morbi cuiuslibet describendi, sine quo scientia nostra vniuersa nihil nisi mortua litera est. Nam si Mars dominatur, scimus iã quis Mars sit: si Venus, scimus quæ Venus sit, &c. adeoque quisque suum ipsius lumen est. Eodem modo illicò etiam scimus ipsius Anatomiam, quoad Medicinam. Iam ergò tam Theorica quam Practica instructi sumus, ac fundamentum illud tenemus, quod habere Medicus debet, ac in quo solatium ægro non leue positum est.

Cognitio morbi dominii est etiam medicamẽti cognitio.

Vt autem porrò cognóscamus causam, cur Mars, &c. huius morbi dominus sit, aut alterius: cæteris morbis omnibus dimissis, hic de solâ peste & eius cognatis tractabimus, hoc modo. Lignum quod accenditur, ardet. Ignis autem vrit. Mars est S.S. Qui ipsum accendit, sol est. Lignum est terrenum ipsius, hoc est, ipsius Quartale Microcosmi. Sicut lignum igni subiectum est: ita Quartale hoc Marti. Mars est ignis: Sol incendit: Homo concipit. Ignis nullus sine ligno est: ita nullus Mars sine homine. Planeta & homo res vna est, non duæ: non secus ac lignum ignísque res vna sunt. Si lignum in syluis stat, ignísq; in culina sit: vtraque mortua sunt, vsque dum coniungentur & ardeant. Sol ea cogit, & accendit, & calefactor est. Scitote autem, quando sol accendat, & quodnam lignum: hoc est, si Mars vrat, quo ligno calefaciat. Sol accendit instar chalybis, quem homo ad eliciendum ignem incutit. Iste chalybs sol est: homo illum mouet. Et de hoc latiùs disserendum est. Quanquàm hæc videantur alia à nostro proposito & sententia priore, in eo, quod diximus patrem supra filium esse & eius esse dominum. Sed res ita accipienda est. Filius patrem ad iram commouere potest, ita vt ferulas capiat. Iam verò homo nihil est aliud, quàm filius magnæ creaturæ, hoc est, Limbi. Cœlum morbum ipsi nullum infligit, nisi ab eo compellatur: sicut etiam pater filium non verberat, nisi filius ipsum offenderit. Ita homo nihil est aliud, quàm filius Limbi, in suas partes diuisus. In hoc iam vniuersum positum est, vt filius probetur, an patrem Limbi commoueat, vel commouerit. Nullus enim filius à cœlo, terrâ, aëre & aquâ ęgrotat, nisi ea irritârit. Hic omne fundamentum iacet. Verum hoc esse, ita conficitur. In solem abeunt omnia nostra opera, inobedientia, malefacta, &c. Is enim vniuersi firmamenti est cor, ratio, intellectus, sapientia, gratia, &c In hunc inquam solem nostra omnia opera diriguntur. Sicut ex sole, ceu parente nostro, naturale lumen sapientiæ per planetas omnes ac astra accipimus: ita sol nihil est aliud, quam sapientia nostri mortalis luminis, ad astra directi. Iam ergò nobis redeundum est in illum, ex quo egressi sumus. Si ad illum redimus, acta nostra ipsum irritant, sicut filius offendit patrem. Hinc in animo firmamenti ira ebullit, per nos concitata. Ira illa in suas se proptietates, quarum plurimæ sunt, diffundit & dirimit. Postea ad pœnam properat & iram conceptam effundit. Ea effusio morbus est, de quo querimur. Nec hoc verò de firmamento saltem intelligendum est, sed de cæteris quoq; tribus magnæ creaturæ partibus Eæ nihil nobis infigunt, nisi priùs irritentur. Sed quo modo à nobis irritantur? Continemus in nobis aquam & aquæ pars in nobis conditur. In eâ si viuimus, ex ea nutriamur & sustentemur necesse est: hoc est, aquam per aquam sustentari opus est. Aquam interiorem si irritamus aut offendimus per externam, tunc in illâ parte ægrotamus. Sic nimirùm externa noxas mouẽt interiorum. Eadem etiam ratio est aëris & terræ. Cęterùm ipsum cœlum non videmus: videmus autẽ aquam & terram. Inferior enim globulus materialiter inest in homine: contrà superior in nobis inuisibiliter est: ideò ex virtute earum duæ partes superiores noscendæ sunt. Verbum nimirùm hominis hominem alium cogere potest. Verbum autem materiale nihil est, & tamen seruo imperat, cogitque eum. Ita ventus deiicit & prosternit: visibilis tamen nec ipse est. Exẽplo tamen nobis est, eandem ipsius quoque firmamenti rationem existere. Licèt quidem nihil videamus ac palpemus, id tamen nihilominùs magna natura est. Sic ergò & de cæteris rebus vniuersis intelligi res debet: & de firmamento comprimis, quod, nisi singulariter id à nobis irritetur, cœlestes morbi nos affligere minimè possint. Irritationem

Homo filius Macrocosmi.

Sol, cor & ratio firmamenti.

Cœlum & Elemẽta nõ nisi irritata nos lædunt.

Sphæra superior inuisibilis: inferior spectabilis.

Inuisibilia ex operibus suis noscenda.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 456 sur 913

hanc facit ingens inuidia. Inuidia hæc est immodica auaritia, odium, &c. Hæ res offensionem pariunt Solis. Itaque quò magis commodo priuato, bellis, dissidiis, &c. indulgemus, eò pestis citiùs, grauiùs & sæuiùs insultat. Ratio est, quia pater grauiùs offenditur. Christus dum de pestibus futuris vaticinatur, priùs mentionem facit bellorum, dissidiorum, inuidiæ, odii, filii in patrem insurrectionis. His omnibus cœlum offenditur: & nobis est terrenus parens Limbus. Si virtuti, concordiæ, caritatique operam damus, cœlum naturale fauens, beneficúmque habemus. Sin minus, contrarium fit, & malum in nos erumpit. Et hinc exstruitur Prophetia Astronomiæ, huius vel illius anni talem vel alium exitum fore. Cœlum enim in iram declinat, quæ adeò grauis & aspera est, vt vel homo ipse patris indignationem iam antè præsentiat. Ibi sontis & insontis vna sors: sicut in pugnâ seu bello etiam fieri videmus. Qui feritur, cadit: saluus, euadit. Dum autem profitemur, cœlum offensum & iratum esse, primò opus est, vt causa quoque attexatur, ex quâ iratum id euaserit? Nec enim se habet vt natura Martis, Iouis, &c. sed est velut ira in patre, qui beneficus est, & vltrò arridet suis liberis. A quibus tamen si offendatur, reconditam iram effundit. Eadem hîc quoque ratio est. Quorsum ergò Astronomus dicit, Martem iratum esse? Quemnam tandem eius ira lædit? sibi ille relinquatur: nec te is quicquam lædet. Nec enim illius tu ferulæ subditus es, sed Dei. Si ipsum naturaliter offendis, filium te eius facis. Itaque præsenti plagâ te castigat. Et hoc quidem summum est, Medico cuilibet cumprimis satagendum, vt in omnibus rebus Christianum se præbeat, Deumq; ceu summum parentem ipsi naturæ in omnibus præponat. Si verò dicimus, DEVM nobis mittere Martem & Eclipses: iam id nihil est. Nos ipsi irritamus astra. Ideò pro nostris meritis illa dispositа sunt. Eclipses nihil per se incommodi inuehèrent, si probos nos præberemus, & firmamentum non irritaremus. Et hæc ipsius originis Theorica est; sequitur deinceps eius processus.

Virtutibus cœlũ fauet.

Deus, nõ astra ex se malũ inferunt pœnę

Deus naturę præponẽdus in omnibus.

ADDITAMENTA IN I. LIBRVM.

Prologus.

IN Pestis tractatione hactenus à plerisque alia Methodus obseruata est. Cuius reprehensio & euersio, etsi quidem multorum odium accersat: viro tamen sapienti, qui ipsius veritatis rhombum sectatur, id magni non est faciendum. Quòd si illi veram Methodum sectati essent: hâc meâ scriptione minimè opus fuisset. Cùm verò hactenus satis multa de origine & auersione pestis tradita sint: iam deinceps quoque describendus processus est, qui nimirùm à manu Dei telum seu ictus iste in terrenos homines immittatur. Et hoc fiet breuissimè. Videtis, vniuersa desuper venientia, visibilia & sensibilia existere, vt sunt, pluuię, nix, fulmen, &c. Id verò quod morbos infligit desuper, inuisibile est. Et hoc duplex est: *Ira Dei: & Natura Firmamenti.* Deus si castigaturus est, fit idem, ac si quis ex betulâ ferulas ligaret. Ita Deus quoque in cœlo ferulas suas arripit, Martem, Saturnum, &c. & cum illis ferit seu verberat. Ideò pestis oritur, primùm à Deo, deinde à Marte, &c. Hinc liquet, Martem secundum suam essentiam agere, non secundùm voluntatem propriam. Operatur omnia secundum placitum Dei, licet & natura sua; idque hâc ratione. Sicut splendor à sole per vitrum penetrat: ita splendor quoque, non velut lumen, sed vt Radius ex alto defluit in illam regionem, vbi influentia illa potestatem habet. Duo ergò hîc sunt, regio, & manus seu potestas Dei. Hinc fit, quod Astronomi & Firmamenti sapientes, constellationisque obseruatores tempus pestis regionis peculiaris ex superiorum statu cognoscunt: non secus, ac nos quoq; videmus, quid in serpentibus sit, merum scilicet venenum, salubre nihil. Id, donec non excluditur aut vitam adipiscitur, quietum est. Si animatur & viuiscit, moueri incipit, & sibilos edere, & gyris se implicare, venenumque in linguâ gignere. Iam ergò Philosophus nouit, quod ab illâ mordetur, venenari: ac prout quis sauciatur, ita sentire ipsum & affligi. Similis Astronomię industria est, si Mars aut cæteri Planetæ ac stellæ (quarum nonnulli libri meminerunt, quidam minimè recensent omnes, sed multæ adhuc innominatæ supersunt) irritentur. Nam quicquid ab his fit, id à manu Dei procedit, qui illis omnibus dominatur. Tum temporis enim irritatæ stellæ veluti

Pestis ortus duplex.

Planeta ferula Dei.

Cœlum non secundum voluntatem sed naturam suã agit.

Serpentis venenum in lingua.

ti in rabiem aguntur, volutanturque ac sibilant, ac in terram impingunt, & velut duo galli inuicem cõflictantur. Istiusmodi si fiunt: iam Astronomis præuidere facile est, quod pœna quædam ac grauis morbus incumbat. Adeóque si experientiam consulunt, taliter etiam iam anteà euenisse, certò augurari possunt futuram esse pestem. Aliàs enim infectionis filium nemo nouisse potest, qualis futurus is sit, nisi is anteà etiam natus taliter fuerit, hoc est, nisi idem similiter anteà quoque euenerit. Ibi enim præsumptio est, idem denuo eodem modo fieri posse.

Astronomi pestẽ per collationẽ præteriti præsagiunt.

Porrò sicut homo manibus, canis ore, apis aculeo, Basiliscus oculis vtitur: sic superioribus astris pro manibus, pro dẽtibus ac oculis splendor est. Splendor iste est inuisibilis & impalpabilis. Et tamen non secus ac splendor solis per vitrum transit, ita hi stellarum splendores per hominis cutem loco vitri penetrant, à splendore solis differentes claritate solâ & præsentiæ sensu, hoc est, calor solis sentitur; pestis verò radius, vt solis, minimé sentitur, vt se inde, velut à sole in vmbram subducere aliquis queat. Cum cæteris inquam stellis ita comparatum non est: Impressio siquidem illarum non sentitur priùs, quàm iam introducta sit & penetrârit; nec vnum saltem attingit, sed simul & semel plures afficit, hoc est, afficit regionem huius partis, huius terræ, huius vrbis, prout stella illa hanc vel illam regionem sibi magìs minúsue subiectam habet. Quòd verò prorsùm vorsum impressio penetret & peruadat, nec tamen vniuersos die vnicâ inficiat: causa posita est in naturâ hominis, quæ aliquandiu obnititur & resistit. Qui diutiùs resistunt, tardiùs afficiuntur. Qui obluctantur planè & constanter, hi nũquam corripiuntur. Omnes quidem illuminantur: non tamen omnes feriuntur. Sicut enim sol nonnullos nudos, nullo præsidio obtectos adoritur, nonnullos verò sub pariete, muróue aut arbore latentes: ita similes quoque arbores, parietésue in cute seu cortice hominis sunt, quibus præcluditur & munitur is, ne infectio quoquouersùm penetrare possit. Et prout istiusmodi cortices hominis sunt: ita homo quoque inficitur.

Cœli manus, stellæ.

Solis & aperturã stellarũ differentia quæ.

Cur peste quidam nõ inficiantur.

Scitote verò corticem hunc non solam cutem esse, quam videmus, sed omne insuper illud, quod ad cutem pertinet, ut & alia plura, de quibus tamen hactenus Medici nihil commentati sunt; quod nec nos hîc faciemus. Splendor ergò, si aduersus hominem dirigitur, similis est naturæ Basilisci, cuius venenum in istum locum, in quem intuetur, impingitur & infligitur: non secus, ac si quis lapidem isti loco illideret. Imaginatio enim hominis est virtus expulsiua in eo, quod imaginatio: præcipuè verò in hominibus menstruosis & hæmorrhoicis. Cur autem imaginationes non omnes nec vbivis vim suam in effectum producant, causa hæc est, quòd alter sub suâ cute ceu muro ita munitus sit, vt aliorum ictus ac venena perrumpere minimè possint. Quales enim materiales muri sũt, & incussus cõtra hoc facti: tales etiã sũt in imaginatione inuisibiles. Sicut ergò hominis imaginatio nõ sẽper per alium penetrare potest, quod Sophia adepta docet & clariùs demõstrat: ita nec cœlum semper & firmamenti stellæ penetrant, quod perrumpere annituntur. Causæ tamen interim huius frustrationis aliæ quoque sunt, cur Deus præsidia talia & muros homini largiatur: ne scilicet vnâ ruinâ & internecione genus humanum vniuersum, adeóque totus mundus interiret. Suæ enim promissionis memor est, quâ canit homini, ne denuò vniuersum genus eius velut in cataclysmo extingueretur. Et hinc originaliter præsidia illa & muri constituuntur. Fit tamen interim, quod Dei voluntas poscit & mandat. Ac sola illius iræ remissio propugnaculum illud est, quod contra insultum Planetarum nos munit, & naturaliter quasi tuetur, seruatq́; Et hoc firmiter, Medico quidem tum sciendum, tum credendum est, quòd remittente irâ diuinâ muri aliquot & præsidia cum astris digladientur & confligant. Interim qui aut nudi sunt, aut sub vitreis ligneísque parietibus latent, hi facilè conuincuntur & deiicjuntur. Et si quidem impressioni obnoxii sunt etiã dum, cùm ira Dei consedit. Quibus tamen vicissim Deus præsidia alia subministrauit, medicinas scilicet, quibus per Medicos venena expugnantur, non secus ac per Apostolos Diaboli eiecti sunt. Si enim homo quendam in conflictu sauciare, & posteà misericordiâ motus eundem iterum sanare potest: quanto id potentiùs Deus poterit, qui bonitas & misericordia ipsa est?

Basilisci venenũ quale.

Imaginatio in homine quid

Sophia adepta.

Deus humani generis studiosus.

Iræ Dei remissio pestis propugnaculũ.

LOCVS

QVòd si ergò, vt dictum est, pestis in

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 458 sur 913

Loca peſtis tria ſunt.

in nos decumbit; tria patent loca, quibus illa inſidet: Aures, Alæ, Inguina, præter hæc nulla alia. Nam cætera corporis loca peſti inſulturæ & infecturę minimè ſubiecta ſunt: Nec res iſta aliter ſe habet, ac ſi quis bracteâ vel loricâ indutus, vnâ atq; alterâ ſaltem parte nudus ſit. Ibi enim feritur, nec in locis tectis. Tale eſt corpus cæterum, velut loricâ munitum. Error eſt ergò & ſeductio, dum Medici affirmant, quòd cerebrum, cor, hepar & ſplen peſtem contrahant, eámque in loca prædicta diſtribuant. Nec enim peſtis niſi extrinſecus in corpus ingeritur, inſtar teli. Ideo principium eius ab extra eſt, & extrinſecus corpus affligitur, non econtrà, quod apprimè notandum eſt. Quod ſi prædicta membra prima peſtis loca eſſent: qui fieret, quod eius nulla in vrinâ ſigna deprehenderentur, ſed ea ſe naturaliter haberet? nec etiam mutaretur pulſus, ac ſtercus, & phyſiohomia? Quin imò neceſſe foret alia multa quoque ſigna concurrere, quorum tamen nullum exhibetur: ſed membra ea omnia, illæſa, intaminata & inuiolata manent, donec peſtis ab externis in interiora penetret: quâ penetratione mors inuehitur, & morbus ceſſat. Auribus ſua, eáque peculiaris regio & Anatomia eſt, in quam ictus fit. Sic alæ quoque regionem mammillarum ſibi idoneam poſſident, quæ tangitur. Eadem & inguinum ratio eſt. Nec regionibus his cum cæteris partibus principibus commercii quicquam eſt propter ſingularem, quam habent, Anatomiam, donec ab illis in has malum transfundatur. Tum demum enim hæ quoque ægrotant. Ideò quę deinceps inſtituitur vniuerſa, velut minutio &c. fruſtrà tentantur. Secus enim ſi eſſet, ſanguis omninò de ſe aliquod indicium exhiberet. Ex his ergò concluditur, peſtem citra omnem morborum aliorum cauſam & Theoriam oriri. Iam verò, quòd medicinæ, quæ ante duodecimam horam & in principio miniſtrantur, nihil dum conferant: cauſa in hoc eſt, quòd illæ ictum præueniant ſeu anteuertant, ne ab exterioribus introrſum dirigatur ad cor & hepar &c. Hæc niſi cauſa eſſet, quid impediret illas poſtea quoque, nępe ab horâ 12. elapsâ præberi? Si enim ab internis foràs exigeretur, aliis certè medicinis ipſi vterentur. Ideò errorem ipſorummet recepta conuincunt. Practica enim quæ omnia probat & ſtabilit, hoc agit, ne ab externis introò infectio penetret. Neceſſe eſt ergò illam foris, nõ interiùs conſiſtere

Medic. zeprehenſio de locis peſtis.

Peſtis foris ſecus inſultat.

Vrina, pulſus, ſtercus, in peſte ſe naturaliter habent.

Imaginatio Impreßionis.

VT autem originem modúmque peſtis adhuc luculentiùs intelligatis, tale vobis exemplum proponite. Notũ vobis eſt, quòd Incantatoria fides contracturam inducat, interimátque, infirmet, ſanet, roboret. Iam verò non ſola ea fides eſt, ſed etiam impreſſio, velut cœlum imprimit huic hoc, illi aliud, huic vt iam hunc feriat, illi vt alium cras occidat. Hæc enim omnia cœleſtes influentiæ & impreſſiones ſunt: non quidem cogentes, ſed ſequaces & obſecundantes, ad facinus ducentes. Iá verò homo cœlum olympi eſt, hoc eſt, Microcoſmus, Firmamenti Naturam ſortitus. Ex Firmamenti enim eius, quod in ipſo eſt, virtute & poteſtate etiam fit, vt homo olympi more propoſitum ſuum contra inimicum ſtatuat, adeò, vt ipſius imaginatio impreſſio fiat, & vim ſuam in infirmiorem exſerat & perficiat. Opus autem eſt medio quodam, per quod illud fiat. Medio etenim omnia opus habent, & ſine medio nihil fit. Ita homo iſtius incantationis principium eſt, ſibíque hoc vel illud proponit, quod tamen ex ſe perficere minimè poteſt. Ab ipſo tamen Aſtra interiora mouentur, hoc eſt, ipſe propriam ſuam conſtellationẽ inficit, ita, vt eius volũtas ac venenũ in aſtra tranſeat. Hoc facto, iam in ipſo genitum medium eſt. Vt autem ſimilia omnia cõueniant & vniantur, alter, cui incantatio ſtruitur, non minùs iſto ſtruente ſuum cœlum olympi habet. Si ergò ſydera imaginationir ipſis ſubiiciuntur: tunc vnâ quaſi digladiantur & concertant, adeóque fortior vincit, & imbecillior venenum imbibit, ac ab altero vincitur, Et huiuſmodi ſunt curſus ſyderei. Imaginationes autem ſunt ipſorum origines. Sydus in homine medium eſt, ſine quo nihil fieri poteſt. Vnde ſequitur, imaginem vnam aliam inficere: non ex vi quidem characterum aut ſimilium, vt ceræ virgineæ, ſed quia imaginatio ſuam ipſius conſtellationem vincit, vt mediũ fiat perficiendæ cœli, hoc eſt, ſui hominis, voluntatis. Vnde conſequenter etiam largiendum eſt, quòd ſydera (quanquàm ſupra captum noſtrum) rationem, ſapientiam, calliditatem, iram, bella, armáque &c. ſua, non minus ipſo homi-

Incantationis quæ vis.

Cœlum inclinat, non cogit.

Homo eſt cœli olympi.

Medium incantationis quale ſit.

Minutio in peſte fruſtranea.

Sydera ratione habent: & homo ex ſyderibus.

ratio,

ne quoque habeant. Noſtri enim illa parentes ſunt. Et ex ipſis noſtra talis ratio, intellectus, dolus, & contentio defluit ac aſſumitur. Quod ſi nos ab ipſius talia accepimus: neceſſe eſt, talia in ipſis eſſe. Ac in hoc vno diſcrimen eſt, quòd nos corporaliter & materialiter agamus, ipſa verò inuiſibiliter & ſpiritualiter. Nec eſt, vt quiſquam arbitretur, rationem illam atque intellectum, quam in nobis cœlum regit, ex Deo eſſe: ſed ex magna creaturâ eſſe ſciat. Intellectus enim à Deo ſumptus, ipſum cœlum ac ſydera omnia vincit. Loquor autem de vi & poteſtate terrenâ.

Impreſſio In Altum.

EXemplum prius ſupernaturaliter etiam de peſte intelligendum eſt. Nec enim in nos peſtis incumberet, niſi eam gigneremus ipſimet, hoc eſt, claudus & reſolutus nunquam fierem, niſi meipſum claudum contractúmque facerem. Nam morbo meo ipſemet cauſam, ſemen & materiam ſuppedito. Iam verò cœlum, quod ſupra nos eſt, non cõtra nos, ſed pro nobis eſt. Ipſum tamen ſi inficiamus: tunc conceptum venenũ in nos refundit. Initium in nobis hæret. Ac doli omnes, omnia vitia noſtra nihil ſunt aliud, quàm imaginatio, ſubindè agitata & mota. Siue enim dormiamus ſeu vigilemus, inuidiam, auaritiam, improbitatem omnem iugiter ſomniamus. Et hæc imaginatio talis eſt, vt in cœlum quoque ſuperius, per vtraque aſtra, ab vno ad alterum penetret aſcendátque. Eadem cœlum quoque vincit & moderatur. Si ergò per noſtrum cœlum in cœlum ſuperius aſcendit, quid aliud fiat, quàm nouæ operationis mater? Nemini enim quicquam aliud perſuaſum ſit, quàm quòd malorum ac morborum iſtorum origo ſola noſtra imaginatio ſit, quã in alios tam fortiter, inuidè, auariter & hoſtiliter exacerbamus. Et iſta tam varia hominum inter ſeſe imaginatio, cõtentionem & morbos in cœlo gignit. Nec aliter illi in terram relabuntur, ac ſi quis, vt diximus, aliqm incantaſſet. Hic ſurgit, ille cadit. Ita imaginationes noſtræ propriæ quoque, quæ ex tam malo principio emerſerunt, cadunt, nec quicquam aliud, niſi peſtes, Anthraces, Arthetis, Colica, ac morbi ſimiles fiunt, qui tamen omnes ſub vno peſtis nomine cõprehẽduntur & intelliguntur. Ad quod iã conſequitur, generalẽ inuidiã generalẽ peſtem concitare. Idem de reliquis quoque vitiis verum eſt. Quicquid enim in nobis immoderatum & inhumanũ exiſtit, id omne Natura Imaginatiua eſt, quæ cœlo imprimere potens eſt. Eo facto, cœlum vicißim potens eſt impreſſionem refundendi. Ideò principium omnium ex aſtris eſt hominis, & in Medio aſtri ſuperioris perficitur. Et Chriſtus de ſolâ peſte, quæ ex tali principio oritur, loquitur, non de aliâ. Cæteræ enim naturales ſunt, & cauſas ortuſque naturales habent.

Generale odium generalẽ peſtem mouet.

Fortis Perſpicacia.

HÆc iam grando penitius noſcenda & intelligenda eſt. Ea inuiſibilis eſt, & non materialis. Fit tamen materia in corpore, quæ ſerpenti comparatur. Is pungit aut figit, nec tamen in membrum ipſe penetrat. Sic & Craniũ Magicum, hoc eſt, cœlum huius loci figit. Figere autem ipſius ictus eſt; qui primò inuiſibilis, poſtea viſibils fit, & noſter morbus ac mors fit. Iam verò deſuper à cœlo infertur, nec coniungitur nobiſcum modo alio, quàm ſicut videtis Baſiliſcum inficere illum, qui etiam interuallo plurimo diſtat, quem tamen ſubſtantiâ ſuâ corporeâ minimè attingit. Eodem modo in cœlo quoque vis & natura quædã Baſiliſcica generatur ex illa irâ, quam à nobis concepit, & quicquid ſuis oculis videt aut concludit, id è veſtigio tactum & infectum eſt. Ideò qui cœli Baſiliſcum, ciúſque generationem ortúmque nouit, idem quoque nouerit, quo pacto peſtis inducatur. Huius ergò Baſiliſci viſus in nos direct ſimilis eſt radio cœleſti ſeu fulmini, qui quicquid tãgit, frangit & exurit. Nos interim minimè ſcimus, quonam, quidue, aut quando feriturum id ſit. Ipſius quidem ortũ ac generationem nouimus: quo tamen irruiturum ſit, hoc ignoramus. Talis etiam eſt Baſiliſcus peſtis. Ideò ex prouidentiâ naturali ita dici minimè poteſt: tu Melancholice, tu Phlegmatice, caue tibi. Nam quò & quid is feriturus ſit, ſciri non poteſt, licèt quidem eius generatio noſcatur. Ideò iſtorum hominum præuiſio non ſecus ſe habet, ac ſi quis diceret, fulmen iam in terram lapſurum, & tamen non niſi agrum vnum tacturum eſſe: iuberétque, vt ſuo quiſquam agro proſpiceret, & ex regione illâ hoc pacto vniuerſi agri remouerentur aut eferentur. Nec enim in ſpecie promouere

Baſiliſcus viſũ interficit.

Aſtronomi in ſpecie & indiui. duo mihil ſciũt.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 460 sur 913

re poteſt, & prædicere, hunc vel illum agrum tactum iri. Coniunctio peſtis & Microcoſmi ſimilis eſt ſagittario, qui ſibi metam præſumit ac ſcopum, & ad feriendum illum intentis oculis collimat. Eodem modo cœlum quoque in corpus noſtrum, & maximè vnicéque in tria dicta loca collimat. Alio ſi iaculum dirigat aberrat. Sic ergò alio modo hæc coniunctio intelligi non poteſt: non inquam cognoſci vult naturali & fœmineo intellectu prædicti curſus, in prægreſſo capite propoſiti: ſed virili, reſpectu noſtri, ſecundùm ſpecies vniuerſas & omnia genera.

Vulnus.

Peſtis eſt vulnus.

SEquitur iam deinceps proprietas & natura morbi, quod peſtis vulnus ſit, nec aliter quàm pro peſte haberi debeat. Veluti ſi quis extra cædatur, huic primò rumpitur cutis, pòſt caro, arteriæ, oſſa. Si vulnus adhuc penetret magis, ſequitur læſio partium quoque principium, quam ſequitur mors. Sic ipſa quoque peſtis forinſecus hominem occupat. Et plaga quidem cœleſtis eſt, humanæ percuſſioni tamen ſimilis. Ideò ante omnia quoque omnium vulnerum natura, eſſentia & conditio noſcenda eſt, cum omnibus illorum accidentibus & ſymptomatis. Nam quod vulneribus accidit: id ſimiliter peſti quoque. Nec hic diſcriminis quicquam eſt, niſi quòd oculi vident, cœli plagas humanis vehementiores eſſe, & accidentibus pluribus ac ſæuioribus ſtipari. Quod ipſum à maiore quoque cœli vi & efficacià prouenit. Iá verò vulneris accidens prauitas eſt, quãdo ſcilicet vulnus corruptionem ſubire incipit. Idem accidens etiam in peſte eſt. Vulneribus accidit ſpaſmus. Idem quoque peſti. Grandibus vulneribus febris ſeu inflammatio adſiſtit: eadem etiam peſti. Grandibus vulneribus febris ſeu inflammatio adſiſtit: eadẽ etiã peſti. Peſtẽ comitatur etiam dyſenteria, conſũptio, calor, frigus &c. quæ omnia quoq; ſequuntur vulnera. Et hæc vulnerũ accidẽtia, non alia peſtem comitantur. Ideò in peſte duo conſideranda ſunt: Morbus ſcilicet in ſeipſo, hoc eſt, vulnus: poſtea accidentia. Nam hæc inter ſe differunt. In vnoquolibet inſuper vulnere conſiderari debet cœli ſtatus, ſignáque, ac armorum ratio, quòd vel venenata magis minúſue fuerint. Nam & in peſte non vnus, ſed multiplices gladii vulnerant: variæ diuerſæque imaginationes exiſtunt, aliæ aliis venenis gignendis aptiores. Hoc facto, ſequitur cura árſque & induſtria, remediis naturalibus veneni accidentia reprimendi & excindendi. Et hîc nullum diſcrimen eſt vtriuſque Theoricæ & practicæ. Nam Theorica peſtis ex Theoricâ vulneris deſumitur. Explodantur ergò & exulent nugæ illæ de Humoribus & Qualitatibus. Ex illis enim non niſi ignaui Medici conſtituuntur: ſicut obſeruatum hactenus eſt, quòd in peſte nihil profecerint aliud, quàm quòd ægros ad orcum miſerint.

Peſtis accidentia vulnerũ ſequiora.

Theorica peſtis & vulneris vnica.

Materia.

PRoximum iam eſt, vt tractetur de ipſo peſtis corpore, ſi iam genita ſit. Iaculator Mars eſt, commercio & mãdato omnium ſyderum. Iactus ipſius non ſecus ſe habet, ac ſi ſcintilla, ferro è ſilice excuſſa in ſubiectum fomitem incidat. Multæ ſcintillæ fomitem non incendunt, ſed vaneſcunt. Tria autem corporis nota loca fomes ſunt. Iam ſi corpus concipere debet, opus eſt ad id vt ſit diſpoſitum. Lapides enim ignem non concipiunt. Ideò ſciendum, quid & quale ſit, quod concipit. Ex hoc enim emergit cognitio vulneris, ex quo illius medicina deſumenda eſt. Et per idem etiam propoſitum meum ac Theorica ſtabilitur. Loca tria ſunt, Inguina, Aures, & latera mammillarum. Secundùm has regiones materia ſulphuris in tres partes diuiditur. In inguine eſt ſulphur antimoniale: in alis ſulphur arſenicale: poſt aures ſulphur marcaſitarum. Hi tres fomites ſunt, qui Martis ignem cõcipiunt. Hi niſi adſunt, nullus ignis corripit. Opera ergò danda eſt, vt hæc tria ſulphura, ipſorúmque venenum, naturáque, ac morbus, morſque, probè cognoſcantur; & poſtea arcana ipſis congrua quærantur. Nec enim hæc ex opinione tuâ inueniri queunt. Ad Medicum plura requiruntur, quàm Galenus, Auicennáque. Hi enim Baccalaureos tantum ac tritores tuſoréſque officinis dant. Quantum ergò Theoricam huius primi libri attinet, pro breui informatione ſcitote, prædicta ſulphura omnia hoc modo intelligi debere. Homo in ſeſe minerales omnes partes continet, ſicut maior natura. Iam autem hic locus, locus aquæ eſt. Ex Elemento aquæ naſcuntur mineralia. Porrò mineralia ſulphurea ſunt corpora in primâ & vltimâ materiâ. In hac

Loca peſtis tria quę.

Sulphur quid cuilibet loco proprium.

Homo omnia in ſe mineralia habet.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 461 sur 913

hac primâ & vltimâ operatur Mars. Sciendum ergò est, quòd pars aquæ quâ homo in se habet, subiectum sit Martis, in quo generetur pestis, & ipsius species. Ex his scietis Anatomiâ & partes aquæ in Microcosmo diuidere & distribuere. Nam in tribus illis locis sunt emũctoria aquæ, cordis scilicet, cerebri, & hepatis. Sudor duplex. Ideò sudor duplex est: per poros nimirum totius corporis, & per poros harum partium. His euacuatur elementum aquę totius corporis. In his sulphur est, quod accenditur. Aliàs in toto elemento sulphur nullum est, quod incendatur, nisi quod in hisce tribus locis continetur: sicut per Anatomiam mundanam rerum patet. Et hæc omnia veteres Medicorum scholæ ignorârunt. Philosophiam enim ipsam ac parentem hominis minimè cognouerunt: de quibus alibi.

Coniunctio

HOminis & pestis coniunctio istiusmodi est. Homo si nascitur, morborum omnium, qui à cœlo aut elementis ipsi infligi possunt, subiectum secum affert, hoc est, à quatuor rebus morbi ipsi accidunt. Quot enim morbi, tot subiecta. Iam attende, quid morbum pariat. Id ignis facit externus, in hominem ingrediens, & cum corpore seiungens, velut est cibi, potus, aëris &c. In ipso cibo morbus latet; & cibi sunt in corpore subiectum, in quo morbi vigent & gignuntur ibi. Cibi sũt subiectũ morbotũ foris ingredienti. Sic si ignis lignum inuenit, illud incendit & comburit. Et istiusmodi est coniunctio rerum similium, quia simile suum simile inuenit. Sic homo subiectũ est, & morbus extrinsecus incidens in ipso instar ignis & ligni est, quod ad Solem ardere possit. Sicut iam à colore ignis fit: sic cursus etiam olympi tandem suo tempore igneus in homine fit. Homo enim omnia in se astra continet, velut firmamentum & tres partes reliquæ. Iam si cursus iste in generationẽ velut in morbum aut aliud abit: tunc morbus hic subiectum minimè procedit, quod adest, in quod operari possit. Astra omnia in homine. Sic si æstuosus annus impendet, Solque adeò mardescit, vt adurat & tabe faciat arbores, ac stirpes exsiccet seu exurat: idẽ tamẽ eorũ nullũ suscipit, quàm quod igni subiectum est. Tale si nõ adsit: calor nihil præstat. Similis in corpore etiam cursus est, cursus cœli vocatus, accẽdere valens. Quod dum facit, iam morbus fit, siue putrefactio sit, siue aliud. Nihil enim secus accidit, quàm sicut videtis, quòd cœlum motu suo lutum putrefaciat, & gryllis impleat, ac lignum vermiculosum faciat. Simili ratione corporeus etiam cursus facit, vt omnes morbi in corpore nascantur. Quod sanum est & manet, si cursus de ipsius subiectis nihil corripit. Talis enim origo est vniuersorum naturalium morborum, qui in deuictis nascuntur. Et hæc origo pro parte vna est. Altera autem, de quâ hic traditur, pestem attinens, eodem modo se non habet: sed est coniunctio cursus olympi, nec in corpore oritur, sed extrà, & tamen in corpore terminatur ac operationem perficit. Ita si quis telum in corpus iactet, tunc illud in corpore non crescit, nec corporis etiam materia est, nec similis corpori creatura: verùm eius morbus & mors existit. Ita pestis cum corpore iungitur, eiusque ictus est velut grando, quæ hunc validè percutit, illum leuiùs, ab hoc penitus aberrat. Sic ergò morbus iste præternaturaliter, non cæterorum naturalium morborum instar, generatur.

LIBER SECVNDVS.

De Peste.

QVæ hactenus de peste dicta sunt, originem saltem illam spectant, quæ ab irâ Dei est. Hæc quamdiù est, tamdiù Medicus cum ægro nihil negotij habet, quoad sanitatem. Fiducia tamẽ ponenda, in misericordiâ Dei, donec ex gratiâ Medicinam indulgeat. Ex hâc gratiâ orditur Medicus vi simul & naturalibus remediis instructus, velut hic secundus liber explicat. Si enim hominem patrati homicidij aut icti hostis pœnitere potest, licèt factum infectum reddere nequeat: Quantò magis Deum punitæ creaturæ suæ pœnitere potest: cuius manum interim nihil effugit, quo ærumnas inflictas mulcere & mutare possit? Quæ cum ita se habeant, naturalia secreta nobis omni iure indaganda sunt, & naturalium rerum naturalis vsus, velut ab aliis traditus est, accipi debet & impendi: non vt ipsi origini hisce eatur obuiam; sed, si ex permissu Dei morbus naturalis factus est, vt experientia, quantam Deus largitus est, adhibeatur, nec pœna ipsa ac supplicium spectetur.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 462 sur 913

De Incensione.

VT scintilla ex silice cadit in fomitem : ita hic quoque pestis. Et sicut scintilla fomitē consumit tollitq; : sic pestis etiam. Silex autem est cœlum: fomes terra. Quo ergò pacto fulmen à cœlo exturbatur deorsum in terrā, summâ velocitate, ita vt fragor & percussio simul fiant : ita in homine quoque ignis exprimitur. Et sicut, quod in prouerbio est, fulmen plerumque abietem, quercúmque ac ipsos homines vel pecora ferit : sic sua peculiaria loca in homine quoque percutit, nimirum Aures, Alas, Inguina. Horum trium locorum quæ tandem causa ac ratio alia est, quàm quæ locorum est fulminis? Quod quis scrutari satis potest? Quocunque supremus fulmina mittit, ibi locum sibi designat: nec naturam æmulari aut inquirere hic quisquam potest. Nec hæc ex ordine & causis naturæ eueniunt. Ideò nemo illa quoque cognoscet satis. Cur enim plùs feriuntur aures, quàm nasus? plùs alæ quā cubiti? plùs inguina, quàm vmbilicus? Quicquid enim naturæ limites transcēdit, id rationis scrutinio nullo cognosci potest? Nam hoc casu, tam morbus quā locus, vt diximus, supra naturam sunt. Iam si ignis insiliens corripit incenditq;, primò horror, deinde calor occupat, his ex causis. Scintilla accendens frigus ideò incutit, quia resoluit humores, & corpus humectat. Sic & nix à Sole liquata & resoluta frigus parit. Si verò hoc euicto calor iam dominari incipit, tum is humiditatem corporis reliccare annititur. Quā etiā causā sudor sequitur, quia scilicet nix in homine liquata est, & denuò ad suam formam redire nequit : ideò extra corpus exigitur. Et ratione niuis huius sudor cōuenit ac bonus est. Porrò sicut fulmen, quod ferit, terram quatit fragore suo, domósque ac areas motat: ita hic in hoc casu terræmotus quoque ingruens nihil est aliud, quàm fulminis fragor naturalis, in naturā inuisibilis? Hoc feriente, totum corpus attollitur & concutitur, quamdiu motio durat. Terræ motu cessante, & ad centrum redeunte, tremor quoque & succussatio cessat. Et iste terræmotus in homine naturalis est, velut eius quoque causa. Et portio est eius terræmotus, cuius mentionem in Euangelio Christus fecit. Talis ergò eius causa. Nam fulmen vnumquoduis terram attollit & quatit. Fragore euanescente, ardor subsequitur. Illud quod accensum est, totam domum totius hominis occupat. Ibi ergò excandescit & in iram agitur hepar, & sitit. Ibi caput palpitat, propter cerebri nimium ardorem. Ibi tremit cor, quia pulmo satis refrigerij ei non affundit. Ibi affliguntur, & affectionem suam singultiunt, vniuersæ corporis partes. Hoc ardore gliscente vires corporis effugiunt, & elabūtur, sicut mus ex domo conflagrante. Fulmen autem in loco sibi solito notoq; considit, & eructat subinde, veluti talpa terram in agro eiicit, adeóque sese quasi inuoluit, & exitum sibi molitur duabus viis, vel intro, vel foras. Quocunque verò tandem erumpat, id sine terrore & periculo non molitur. Si introrsum vergit, signa mortis prodeunt, & vnicuilibet membro suæ mortificationis species exhibetur. Mors etenim ac interitus modis variis insultant. Et, velut experientia testatur, multa eáque abominabilia signa mortis subindè spectantur, quæ naturæ tolerabilia minimè sunt. Ideò spectatis istis memores estote, plagam & pœnæ tempus adesse seu instare, de qua dictum est ibi : *Et erunt pestilentiæ.*

Fulmen plerūque quercus ferit.

Pestis duplex eruptio.

Supernaturalia naturali iudicio nō capiuntur.

Horror & frigus in peste vndo.

Terræ motus & pestis comparatio.

Ducis Bellum ab Alto.

EX hoc sequitur nostra contentio, dissidium, bellum, latrocinium, miseria, effusio sāguinis. Nullus enim filius qui patrem non offendit, ab eodem plectitur. Et pater non tantùm noster sanguis est, verùm est etiam magistratus. Ideò nihil peccare est conciliare pacē, securitatem, & tranquillitatem. Si secus fiat, quî quæso flagitia ita impunita præterire queant, vt latro non in rotam, fur non in crucem tollatur? Si enim subditi minimè obsecundent, magistratus est officium, pœnis eos coërcere. Quòd si agant remissiùs, patrem se superiorem habent, à quo ipsi simul cum subditis rebellibus puniuntur. Is autem pater cœlum est, veluti parens Limbi, qui vindex à magistratu proximus est. Quod si nec hic exquisitè suo munere fungitur, super est omnium primus parens, DEVS. Iam ergò notate, quòd pœnæ vindices, morbi sint. An enim is non morbus est, quendam in rotam aut crucem suffigi. Imò. An non id etiam est pestis? Imo. Sic ergò parens aliòs plectit laqueo, alios peste. Sua enim cuilibet parenti &

Scelera impunita non manent.

& magiſtratui ferula, ſuum cuilibet ſupplicium eſt. Ad quæ iam conſequitur, poſt homines ipſum cœlum ſcelera ſuis ferulis vindicare. Iam verò cœlum neminem plectit, niſi ad vindicandum inſtigetur & irritetur. Sicut enim citra cauſam magiſtratus neminem punit: ita nec cœlum. Ideò origo iſtorum morborum ex nobis eſt ipſiſmet, quos cœlum nobis pro noſtris facinoribus ac peccatis & vitâ improbâ immittit. Quod ſi enim probitati, patientiæ & tranquillitati ſtuderemus, iſtorum nihil fieret, nec de pœnæ ferulâ nobis quicquam conſtaret, ſed ab eâ omninò liberi eſſemus. Ex eâdem concitatione ignis Sodomæ & Gomorrhæ ſuperinductus eſt, qui ex cœlo delapſus, eas combuſſit. Pœnam hanc ſi capiti ſuo non induxiſſent, cœlum in ipſos ignem non exſpuiſſet. Cœlum niſi irritâſſent homines, id in aquâ nunquam verſum fuiſſet, nec diluuium ipſos obruiſſet. Nam ab hominum malis iſta vniuerſa profluxerunt. Cœlum enim vindex & vltor nobis proximus eſt. Et quecunque modo naturali ita plectuntur, id cœlo imputate, ceu patri noſtro Limbo, qui nos puniendi poteſtatem habet. Deus etenim qui nos creauit, cœlo nos ſubiecit, eique poteſtatem fecit tam ignis quàm aquæ, vt filios, ex ſuo limbo productos, ſuo modo punire poſſet. Mors enim naturalis, & huius anteambulones morbi ab ipſo, ceu parente noſtro, egrediuntur. Ideò nos memores eſſe fas eſt, huius parentis ferulæ Deum nos non exemiſſe, ſed eidem omninò ſubieciſſe. Pœna ergò, quam in nos ipſos concitamus, hùc omninò referenda eſt.

Cœlum vindex ſceleru.

Pœnę natu. lem cœlo ſubię. ęs.

Morbi anteambulones. mortis.

Aſtrum Præſagium.

DVplex iam ergò præſagium ex aſtris cœli & firmamenti elicitur. Vnum concernit naturam omnem, noſtrámque proprietatem & morbos, vitâ & valetudinem, ſicut de morte diximus, quod ex limbo orti ſimus: Prout enim limbus ſe habet, ita nos eiuſdem naturam ſortimur. Hoc ſi Aſtronomus nouerit, ſecundùm id natum infantem bono iure iudicare poterit, nec malè faciet. Sicut enim pater, ſi ſuperante cœlo iræ gignat, filium longè alium generat, quàm ſi eundem ridens genuiſſet: eodem modo cœlum quóque: quod ex naturâ Microcoſmi diſponitur ita, ceu inter ſe conueniunt. Itaque ex tali coniunctione & naturâ in actu procedit præſagium etiam ante infantem editũ. Ex illâ enim æſtimata ponitur natura, conditio, morbus, ingenium, complexio, &c. Quanquam ea ferè duplex ſit, hoc eſt, ſi fatui libros gignunt, cœlum ipſis dominatur, & ad ſuam naturam illos fingit formátque, quam tamen homo frangere poteſt in eo, quòd horâ illâ cœlo dominetur. Porrò præſagij genus alterùm eſt, quãdo à principio naturæ ad finem vſque naturalia prædicunt. Hic de ferulâ ſeu morbo nihil præſagitur. Illa enim non concitat, nec ad curſum cœli ceniſeri poteſt. Quis enim iam ridentis patris iram, quæ breuibus horis pòſt eruptura ſit, præuidere & prædicere queat? Aut quis caſus futuros prænoſcere poſſit? Ideò hoc præſagij genus aliud eſt, quod præſciri certò nequit, niſi cauſa omnis tollatur, & de ſolo parente iudicium immotum fiat. Ex quo iam præſagium *Iræ* ſequitur? Ignis enim Sodomæ præſagium nullum eſſe poterat, dum ipſi adhuc probi erant. Manifeſtari autem cœpit, quàm primũ impietati ſeſe nuncupârunt. Ex cœlo enim ſigna futuri deſumi poterant. Sic de diluuio quis præſciuiſſet, antequam homines recens deſignatis facinoribus illud ſuo vertici ſuperduxiſſent? Eo enim iam incumbente, præſagiri poterat, cœlũ ipſius cauſam exiſtere. Ita ergò facies in cœlo duplices Aſtronomus videre poteſt: vnam naturalem, alteram præternaturalem. Quia verò ab Aſtronomis hactenus proditum non eſt, quod id cœlum occupet & ad ferulas quatiendas incitet: ex eo liquet, cauſatarum cauſarum, & eorum quæ præter eius naturã incidunt, cognitionem ipſos nullam habuiſſe. Si quando autem cœlum offenſum ad pœnam proceſſit: ea ſigna videre, & hominibus pronuntiare potuerũt, additis cauſis manifeſtis iſtius infectionis, ex quibus hæc orta & inducta ſit. Et iſta talia vobis propono, ne fors putetis, peſtem eſſe influentiam naturalem, inſtar morborum aliorum naturalium: ſed vt eam ex iſto genere morbum eſſe cenſeatis, quem nos ipſi in cœlo gignamus, & in noſtra capita ſuſcitemus, in quibus is deinde ſuam operationem perficiat.

Præſagiũ eſt duplex Natur. & æt.

Qualis limbus talis homo.

Cœli facies duplex eſt Aſtronomis.

Experientia Summa.

MVlta inſuper preſagia ſunt, ex cauſis morborum deſumpta. Talia in poteſtate naturæ poſita non ſunt, ſed eius limites tranſcendunt vt ſunt vatici-

Præſagia prophetica.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 464 sur 913

nia Prophetarum. Sic *Asaph* de desolatione Regnorum, sic *Dauides* de vastatione Arabiæ vaticinatus est. Talia verò non humanitus prædicta, sed ab altiore numine ingesta & prænumerata fuerũt. Resque fuit eadem ac si dicerent: Tempus erit, quo vos mortales cœlum irritabitis, & vitiis peccatisq; vestris adeò commouebitis, vt famem, annonam, morbos, &c. id vobis immissurum sit. Hoc ergò vaticiniũ ex causa desumptũ est, non de instante cœli facie. De populi enim peccatis & flagitiis loquitur, eâque detegit. His prædictis & proditis comes postea pœna it, & nostræ miseriæ lerna. Ipsi verò Prophetæ dicere nihil volebant aliud, quàm huiusmodi quiddam: Nisi vos peccata cumularetis, ærumnæ & plagæ nullę incumberẽt. Simili instituto Christus quoque persæpè loquitur, cumprimis vbi dicit: *signa fient in Sole, & Lunâ ac stellis, &c.* non quòd naturaliter ista euentura sint, sed quòd nos causam cœlo daturi simus, vt signa illa assumat, quæ nos postmodùm obruant. Non ergò Christus, vt Astronomus loquitur, sed vt vates, cui causæ dùdum omnes pateant. Signis autem huiusmodi in cœlum inductis, præsagiũ posteà Astronomi sequitur: qui dum videt, ea præter naturam constituta esse, ex ipsis destructionem & confusionem naturæ facilè prædicere potest. Huiusmodi multa sunt vaticinia, à Christo & Prophetis edita, quæ temporibus illis à nullo Astronomo sciri poterant. Cœli enim cursus secundùm naturam adhuc fiebat, nec mutationis causam vel dum acceperat. Deinceps tamen causis additis, vaticinium Christi verificatũ fuit. Huius classis ea quoque sunt vaticinia, quæ populis annuntiant bella, ærumnas, inediam: quæ omnia per se morbi minimè sunt, sed à datâ causâ demum modo supernaturali introducuntur. Sic si venturi Prophetæ, boni malique ac falsi pronuntiantur, ea omnia ità à Deo præuisa & disposita sunt, priusquàm homines illi, qui cœlum ad hoc irritaturi erant, nascerentur.

Signa præternaturalia quæ accipiat Astronomus.

Hæc verò hoc fine latiùs & longiùs differo, vt tandem ex prædictis pestis rationem eò melius cognoscere & iudicare queatis. Nec hic reperitum aliud quicquam volo, quàm vt noscatis, pestis causam à nobis omninò hominibus defluere, priùs in cœlum introductam per nos, & posteà ex cœlo, ceu parente nostro pœnæ modo in nos reductam. Quî verò naturaliter ista fiant vel fieri possint, etsi supernaturalia vocẽtur: id deinceps dicturi sumus. Sic ergò nobis ipsis dominatur hoc, ex quo morbi omnes oriuntur, cui nos causam in parente dedimus: sicut sequens etiam de magistratu exemplum expediet. Nam fusius hæc explico, vt ad verum morbi fundamentum penetretis, &, quî tandem fiat, intelligatis. Exemplum autem tale esto. Vt nulla pœna filiis irrogatur à parentibus, si probos se & morigeros præbeant: sic nec subditos magistratus plectit, nisi rebellione pœnam mereant. Iam verò tum hoc magistratu, tum hominibus vniuersis superior magistratus alius est, ipsum nimirum cœlum: de quo sentire non debetis aliter ac de magistratu dicto inferiore. Pestis enim loco rotæ & patibuli seu crucis est, &c. * *Desunt quædam* * homo non in ipso, sed prout ictus irruit. Hoc verò quod hic tacto, similiter omninò accipere debetis, ac illud, quod de morte nascentium Elementorum dictum est. Inuidia enim & auaritia, &c. in homine infectionis corpora gignunt. Corpora ista, semina sunt in solem iacta, & Elementum nostrum consumentia. Ea in sole generantur & crescunt vsque ad autumnum suum, hoc est, vsque ad tempus erumpentis pestis. Hic autem, quod in prægresso capitulo diximus, repetendum est, quòd ex irâ homo sibi ipsi ingenitum corpus gignat ad morbos, id quod iam euidens est. Iam autem vt de corporibus auaritiæ, inuidiæ, doli, perfidiæ, mendaciorúmque loquamur, scitote, hæc omnia ex cœlo, Planetis, astris & signis prodire. Ideóque idonea omnia sunt ad corpora in homine concipienda. Quicquid enim in hominem cœlum seminat ac deponit, id in eo corpus fit. Velut ira, ex cœlo & ipsius influentiâ procedit, quæ homini ita impressa est. Ideò non sola ira ex cœlo est, sed etiam inuidia, odium, fraus, dolus, mendacium, auaritia. Si ergò ex cœlo sunt, secundùm cœlum etiam æstimanda & iudicanda sunt. Et hoc ad Medicũ propriè pertinet. Ratio hæc est: quia, si ex cœlo sunt, ad cœlum redeunt cum suo prædicto Zodiaco. Nihil enim in cœlum penetrat, quod ex cœlo non prouenerit. Ideò hoc quoque similiter. Iam verò ira, inuidia, odium, auaritia, motus aut cursus in homine naturales non sunt, sed ex malitiâ & leuitate erumpũt, & producuntur.

Homo sibi ipse pœnam creat.

Cœlum magistratus imperiat.

Cœlum magistratus superius.

Inuidia, dolus, auaritia, &c. ex cœlo hominis.

Nec

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 465 sur 913

Nec enim naturale est, quendam inuidum, fraudulentum ac mendacem esse. Penes hominem quidem *Adamum* malum ac bonum erat. Ita & hodie penes hominem quemcunque id est, quia Microcosmus est. Sed quod penes ipsum est, id effectum dare non debet. Si facit, sui morbi corpora suscitat. Morbi autem naturales qui in ipso generantur, illi in parentem hominis recidunt, & ex ipso rursus in hominem detiuantur, velut grando, pruina, nix, &c. Intrò verò in hominem ingrediuntur, quia ex homine egressi sunt, quod in pruinâ, grandine & niue similiter non fit.

Iam verò ad Basiliscum redite. Is in seipso venenatus non est, sed est sibi innoxius. Si autem hominem aspicit, odiũ ac inuidiam tam fortem concipit, vt ex suomet veneno sibi ipsi corpus faciat, quod hominem inficit. Ex cœlo autem id Saturni est. Sic Saturnus in nobis quoque gignitur. Similia etiam volucres quædã vermésque ac animalia alia præstant. Canis enim rabidi morsus cur damnosus est? Nimirùm propter ipsius auaritiam. Quia enim solus omnia deuorare satagit, ideò corpus in ipsius colligitur & concipitur ore, quod postea inficit, quicquid attingit. Et ista omnia sunt corpora Planetarum volatilia, hócque modo coniunguntur. Et sicut vermis alius alio venenatior est, sic homo quoque, &c. *Antichristus* est vermis, hoc est, Basiliscus: & bene dictum, quia quãdiu viuit, tamdiu erit Pestis expectanda

Canis morsus cur lædat.

Antichristus est vermis.

sicut videtis iram sibi corpus gignere, hoc est, in corpore nasci. Eadem ratio etiam inuidiæ & vitiorum cæterorum est. Adeóque vnaquælibet voluntas hominis aut inuidia, aut odium, aut mendacium, aut blasphemia, aut fraus, aut auaritia est. Et ista omnia homo saltem dimidius generat, seu ista vniuersa ex hominis saltem dimidiâ parte, nimirùm cœlesti, proueniunt. Vnde patet, iam dicta dimidio homini adhærere & adiacere: cuius cibi eadem est ratio, quæ alterius vel cibi, vel potus, laboris, ambulationisue. Eadem ratio quoque est inuidiæ, odij, doli, periurij, mendacij, auaritiæ, &c. Iam si phantasia in homine ita intendatur, vt vel bonum vel malum per fortem imaginationem cupiat: tunc imaginatio fortis voluntatem gignit. Voluntas autem ea corpus facit, velut ira. Et corpus illud est hoc, de quo hîc loquimur hoc est, est semen mali, quod in nos desuper cadit. Hæc enim ex cœlo procedunt; ideò ad cœlum redeunt, homo nempe Saturnius, Martius. Hæc enim omnia in dimidio Microcosmo insunt. Iam hæc spiritualiter insunt, mouenturq; ita, vt malitia, inuidia, mendacium, doluíque sentiantur: velut etiam Solis & Iouis bonitas, & beneficentia. Si homo igitur in æquilibrio non manet, sed ad alterutram dimidiam partem nutat versus astra superiora, vt Saturnum, Martẽ, Mercurium, &c. iã ex hoc scitote, quod per imaginationis suæ spiritus is corpus gignat virtutis istius, circa quam versatur, cui se spiritus conferit, & vnum corpus fit. Hoc attendite, quod spiritualis ille homo, si ad astra inclinet, & inuidia, &c. corpus vnum fiant. Ac si, velut morbus, incorporatus est: tunc iste homo cõtinenter ac perpetuò inuidus manet. Sic & è contrà, si beneficus incorporatus est, beneficus perpetuò manet. Vnumquodlibet enim corpus, hoc modo genitum, morbum suum ad extremum vsque retinet: nec is morbus deinceps ab homine separatur vnquam, si semel voluntatem suo Planetæ stipulatus est. Et isti iam dimidium hominem constituunt. Iam hi morbi duplices sunt. Si integrum Microcosmum infirmant, velut ira, contractura fit totalis. Pars autem altera volatilis fit, ita, vt non omnis caro floreat, sed in spiritum volatilem mutetur. Hic in corpore non manet, sed spiritus imaginationis illũ ad astra trahit, ad Planetam scilicet illũ, ex quo prodiit. Vnus enim quilibet

Imaginationis humanę quæ vis.

Corpus vt fiat ex re incorporea.

Morbi imaginationis duplices.

Nn 3 Planeta

LIBER SECVNDVS.

TRACTATVS SECVNDVS.

CAP. I.

Homo duplex est: spiritualis & terrenus

QVIA, vt diximus, homo duplex est, parte vnâ constans ex terrâ & aquâ, parte alterâ ex igne & aëre: sequitur inde, morbos supernaturales in parte vnâ, scilicèt spirituali, originem sumere, non alterâ: quæ tamen ipsa pars secunda corpus est, æquè patiens vt prima. Vnumquodlibet enim subiectum vtrique globulo subiicitur. Quia ergò in homine, spiritus, huius morbi origo est: sciendum est: quòd vnusquilibet appetitus, ac desiderium, voluntásque ac propensio hominis, in animo eius ac phantasiâ seu imaginatione concepta, corpus ingeneret,

Appetitus corpus sibi fingit.

Planeta est illorum, quæ volatilia facit, magnes, hoc est, vt magnes, ad se ea allicit. Hoc modo corpora spirituum virtutúmque, corporea & spiritualia fiunt. Corporeum in corpore manet: spirituale à magnete suo sursum ad cœlum rapitur: hoc est, in nobis crescit corpus ex virtutibus. Id corpus, corpus hominis omnium primò inficit. Præterea fit etiá volatile, quod à suo planetâ attrahitur. Inuidia nimirum ad Saturnum, mendacium ad Martem, Mercurium, &c. Et tunc in isto fit semen, quod dictum est. Ista volatilia corpora si ita in Planetis iacent, fiunt semen ad nos relapsurum, & principium pestis, ac morborum similium aliorum supernaturalium. Origo enim vt supernaturalis est, ita etiá morbus. Quo autem modo in morbum procedatur, attendite. Saturnus si sui hominis voluntatem, imaginationem, phantasiámque ad se attraxit, tunc velut gaudio effertur, luxuriátque, quod iam plùs inuidiæ & odij possideat, quàm antè. Ingenium autem eius est, quale vermis cuiusdam, qui omnes lædere & venenare homines quærit. Ea malitia etiam Saturni & Martis est: illorum est eadem proprietas, naturáque & conditio. Hęc istius Planetæ malitia gignit & transmutat corpus suum volatile, à dimidio microcosmo acceptum, in suam voluntatem. Iam hæc eius voluntas bona non est, sed merè mala. Vnde liquet, ipsorum, nempe Saturni & Martis naturam infectionem portendere. Et isto modo plagæ seu ferula suo tempore, suo autumno protruditur. Iam verò Deus pædagogũ & carnificem in cœlo constituit Saturnum, qui peste pro ferulâ vtitur. Si homo pestem commeritus est, tunc corpus eius in illum morbum tendit. Quæ ratio cæterorum quoque morborum est. Quicquid enim hominis imaginatio versat, id in eius Planetam pergit, in quo deinceps hominis ferula ligatur. Ex ferulis autem vna quæque pestis est. Iam autem scitote, primas pestes placidas & lenes esse, hoc est, citò inuadere, ac subitò exspirare, nec grauiùs affligere. Si autem apud homines semen præcedat, actum est, & pestis inualescit, & subindè magis magisq; exasperatur. Hominis enim Microcosmica natura subindè peior & malignior redditur. Vnde fieri necesse est, vt ipsa quoq; remedia indies minùs iuuent, & curâ subindè attentiore opus sit.

Corpus volatile planetarum

Saturnus Dei loco.

Pestis ferula Planetarũ.

CAP. II.

TAm alta ac ardua sapientia humana est, vt in suâ potestate habeat, omnia astra, ipsum firmamentum, & cœlum vniuersum. Ac velut vis eius extenditur ad terram: ita pariter etiam ad cœlum. Imò sicut ipsi subiectæ sunt oues, vaccæ, &c. ita similiter, Sol, Luna, stellæ vniuersæ. Vniuscuiusque enim sapientia moderatur cœlum. Sicut enim manus terram vertit cogítque: ita interior quoque Microcosmus cœlum ad obedientiam compellit, non secus ac homo catellum ad se vel allicit, vel abigit. Huius potestatis ratione fit, vt homines suos Planetas, ascendentes, & stellas inficiant & venenent. Inuidus enim cogit vincítque Saturnum, ad inuidiam suam eò dirigendam, quò instituit. Sic Mars & Mercurius, mentiuntur, decipiunt, impostúras dant, & similia alia. Hæc ergò vis & potestas, quâ inuidus Saturnum vincit, & ad parendum cogit, quid aliud est, quàm si equus virgam metuit, & ei obsequitur: Itaq; quando id hominis institutum est, vt alios lædere, calumniari, dolísque decipere velit: Saturnũ ascíscit & assuefacit, vt in hoc sibi auxilium præstet, velut equus agricolam adiuuat, vt ager seminari possit. Et hæc aratio in cœlo nihil est aliud, quàm cõmotio quædam in hominem seminandi id, quod in ipso iacet. Sic ergò & fortuna & infortunium cuilibet ex forti suâ imaginatione emergit, prout quisque disponit ac ordinat. Ea sapientia est initium characterum. Quid est enim character nisi hasta, quâ quilibet, illam qui manu tenet, vti potest nouítque? Characteres enim illi hominum sapientiam fortitudinemq; demonstrant, quòd ipsi vi suæ sapientiæ ex cœlo fabrum faciat, qui cogitur cudere, quicquid homo velit ac iubeat. Vnde hastas fabricare possis ad sanitatem, ad morbum, ad mortẽ. Ibi enim character velut herba est, naturaliter à cœlo facta, quę vt facta est, ita in suis operationib⁹ certa inuenitur: similiter vt hasta, etsi, &c. *Desunt hîc quædam.*

Sapientia humana est principium impressionis, imaginatio est principium & vis coniunctionis. Voluntas est dissolutio corporis, vt tinctura ingrediatur. Et qui assequi velit, quâ ratione homo coniungatur cum cœlo præter hactenus cõmemorata, hunc opus est tenere fundamentum incantationis, quâ vi illa fiat. Res autem ita se habet. Sapientia humana

Homines sapientiæ cœlum & rem subiecta.

Inuidus Saturnũ cogit.

Imaginatio fortis causa fortunæ & infortunij.

Cœlum hominis faber.

Sapientia, imaginatio, voluntas hominis quid sint.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 467 sur 913

mana qua præditum esse hominem decet, non est ex terrâ, nec ex globulo superiore, sed ex essentiâ quintâ. Vnde fit, vt homo astris imperet, cogatque ea, vt faciant, quæ ipse vult, solius huius sapiẽtiæ vi & virtute. In hâc sapientiâ si homo viuit, tunc ea magistra illa est Astrorum. Hoc magisterium seu imperium principium est *incantationis*. Hæc causa est, propter quam homines ex quintæ huius essentiæ sapientia, sapientem vocarint Magum. Magi enim iure vocantur, quia cœlum coërcuerunt pro suâ voluntate in cerâ, literis, verbisque. Et hæc talia opera hactenus præstigiæ seu incantationes dictæ fuerunt. Sic incantatio quoque vocata est Magica, quæ tamen incantatio non est, sed summa est sapientia. Quicquid tamen ope spirituum fit, id incantatio est. De istis incantatoriis spiritibus hic nihil traditur, sed agitur tantum de naturalibus operationibus, quę fiunt virtute sapientiæ cœlum moderantis, ex quo omnia naturalia cognoscuntur. Ita ergò cœlum sapientiæ famulatur, & Sapiens seu Magus in Saturnum, Mercurium, Veneremq; imperium habet. Huius autem potestatis seu dominij explicationem longiorem in Archidoxes reiiciam. Sapientia hæc fabro similis est: quæ suas Mechanicas artes, ipsúmque artificium, ex quo fabricatio procedit, habet, ita, vt sapiens Saturnum in ceram vertere ac mutare possit, quæ Saturnia opera perficiat, etsi nihil nisi cera sit, aut literæ vel verba in chartam descripta. Et hæc nemini mira videri aut falsa debent. Ratio est, quòd huiusmodi verba sapientiæ (vt procedamus breuiter) executores sint. Si verò homo ex sapientiâ quintæ essentiæ Magus non est, tunc vicissim astra ipsi dominantur, & ex eo faciunt, quod visum est, & ad hoc adhibent Magicam, quâ pro suâ naturâ & conditione, ingenióque illum fingunt, probum vel fraudulentũ, hunc talem, illum alium. Idémque huic accidit, quod stulto. Is quia domandi equi imperitus est, ideò illum fugit, ceu suum victorem. Industria autem cœlum ipsum aggreditur. Pars hominis dimidia cœlestis est, hoc est, virtutes hominis superioribus potiores existunt. Cœlestis sapientia ipsa quoque terram gubernat: non tamen ex quintâ essentiâ est. Si domare nos terram nequimus: ipsa nos domat. Cur hæc ita proponam, causa taliter noscendâ est. Virtutes cœli in nobis conditas habemus, quæ mixtim bonæ malæúe sunt, vt colores permiscẽtur in metallis. Iam autem virtus non est hominis vita, sed viuendum est ad normam essentiæ quintæ. Si ergò astrorum virtutem in nobis reconditam habemus, portionem aliquam nostri cœlum quoque sibi vendicat. Si verò æquitatem, quæ ex 5. essentiâ prouenit, non respiciamus: tunc cœlum in nobis dominus est. Iam hæ virtutes omnes incorporantur, & substantiam vnam in Microcosmo faciunt. Et hoc est fundamẽtum pestis. Hæ enim res tantum sunt venenum pestis. Quod pro ratione huius Magiæ ita intelligendum est. Illud, quod corpus factum est, in homine iacet, & decoquitur per superiora astra, & imprimitur in filios conceptionis, dedecoquiturque tamdiu, donec eò res deducatur, vt inde pestis generetur. Hæc enim corpora sunt semina pestis. Quæ si inualescit in homine, in naturâ istâ est principium pestis. Ideò quò plura istorum vitiorum in homine sunt: eò longiùs, grauiùs ac sæpiùs pestes affligunt. Nam si verâ ac genuinâ sapientiâ careamus, morbis cœli omninò subiiciemur. Etsi autem capitulum dictum aduersari videatur illis, quæ de cœlo dixi, quòd vitia in cœlum ascendant & iterum descendant: contrarietas tamen nulla est. Ratio est, quia virtutem à cœlo in conceptione accepimus. Quâ si vtimur, venenata in nobis corpora gignimus. Ea velut in homine decoquuntur. Non autem in homine, qui aliàs in terra ambulat: sed in homine dimidio, cuius spiritus in astris versatur, ac in ipsis coquit, velut & sydus vicissim coquit in ipso. Voluntas eius est coquus in astris. Operatio fit ab igne. Astrum autem est ignis coqui: virtutes sunt carnes. Talis coctio est. Iam si pater huius coctionis nõ ad finem vsque durat, sed intermoritur; vices ad filium deuoluuntur. Nam per conceptionem istarum virtutum hæres est, & iis incorporatur. Voluntas enim est coquus. Imaginatio est appetitus. Sicut ergò nobis imaginamur, ex vi cœli id imaginamur. Ob id, si imaginationis nostræ spiritus cœli impressio est, res succedit: veluti si quis inuidus sit, talis ex Saturno est. Is si ex inuidiâ quid appetat, Saturnus ei morẽ gerit, & id præstat. Quæcunque ergò negotiationes aut status ex imaginatione prodeunt, hoc est, si illorum imaginatio ex cœlo orta

Sapientia humana est principium incantationis.

Incantatio & magica vt differant.

Ex corpore facto quid fiat.

Sapienti cœli famulatur.

Cœlum non sapiẽti dominatur.

Homo dimidius cœlestis.

Imaginationis quę vis.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 468 sur 913

est, tunc successum optatum habet, & cæteris antecellit. Ita imaginationes quoque exstitêre, quę homines alios occiderunt, infirmarúntque. Causa hæc fuit, quòd imaginatio ex illo sydere processit, sydúsque ipsum vicit, & coëgit, vt pro suâ voluntate imaginaretur. Iam est imaginatio ista Cupido, Vulcanus, Inspiratio. Ac ita per Planetam illum in effectum deducta est. Sic ergò non quęlibet præsumptio incantare potuit, sed ea tantùm, quæ ex Planetâ genita est, & quam is vicit. Hinc fit, vt fortuna & infortunium, opulentia, paupertas &c. iam in incremento, iam in decremento versentur. Si vincit & prævalet Saturnus, inuidia ita excandescit, vt præsentia omnia cupiat vorare, putrefacere & corrumpere, ne cuiquam vsui veniant. Ideò idem etiam morborum malorum omnium auctor est. Hoc qui infectus est homo, is auarus est, est mendax, dolosus, caninus, omnia ad sese corradens. Et hęc inuidia postmodum in corpore corpus fit, quod nullâ amplius virtute præditum est. Námque est materiale. Quod virtutes habet, oportet corporis spiritum esse. Hoc corpus cum illâ virtute manet, & in venenum abit, (si in spiritu suas virtutes non exerere potest,) sicut spiritus ipsius natura est, & per Planetam proprium mutatur in cadauer, hoc est, pestem. Cum ergò homo & cœlum res vna sint, sicut rubedo in vino, vel candor in niue: ideò inuicem permiscentur. Et vbi impingunt, feriunt. Feriunt autem ibi, vbi ipsorũ subiecta iacent. Itaque quot virtutes: tot planetæ, stellæque tot genera pestis. Omnia tamẽ venenum vnum, vnum cadauer, vna digestio, vna proportio, vna peruersitas, vt comprehensum est. Iam verò ad discrimen omnium animalium in terris attendite. Illa enim significant venenum cœleste, si id in nobis sinamus inualescere & erumpere. Venena vermium ex cœlo sunt. Hi quod in se materialiter habent: id homo habet spiritualiter. Hanc spiritualem naturam per cupidinẽ suam Saturnus destillat in materiam. Iam ergò similis est vermibus, non secundùm præparationem quidem: sed Planetæ id operantur. Iam si per Alchimiam vermis cũ suo veneno præparari potest: quousque quæso intenditur eius venenum? quantoperè fit id noxium? Sic si cœlum quoque in se venenum habet, & præparat; quanto id magis venenum erit in suâ subtilitate? In hominem verò cadit ideò, quia cum solo homine negotium habet, non item cum rebus aliis. Hominem quærit interimere, non res alias. Deus itaque sæpiùs putatur talia fecisse, quæ tamen fecit Planeta. Nam si corpus attingit, natura Planetæ est, excepto spiritu incantationis.

Saturni mira inuidia.

Homo & cœlũ vnum.

Ex imaginatione istâ, si Planetarum in nobis persecutio fit, ortæ sunt ac subindè oriũtur variæ sectæ & propensiones hominum ad probitatem, religionẽ &c. Alius enim alio semper fine trahitur. Magnus verò iste Propheta est, qui homines ad cœli speculationem & imaginationem ita reducere potest, vt radicem ex ipso cælo sumant. Isti enim phantasmatis miris exercentur, gestus ac mores varios tum cæteris membris, tum vultu edunt. Hæc signa omnia testantur, quòd homo cœlestia imaginetur: & cœlum id ita stabiliat ac confirmet.

Tractatus III.

SEd quid hæc omnia sint, cum in primo libro dixerim, recordari nos iugiter oportere, quòd Deus ad misericordiam celer & expeditus sit: Ideo id sedulò annitendum est, vt in exitu ira eius placetur & molliatur, & cætera naturæ ab ipso commendentur. Et tum scientiæ Medici locus dabitur. Exemplum. Qui directo sclopeto ad locum quendã collimat: huius oculi si non prospectus erronei sunt, glans ferit id, in quod emissa est. Similiter se ictus Dei quoque habet, qui tamen altero multò velociore existit. Eodem modo quendam iaculatorem sui ictus pœnitere potest, vt ingemiscat propter alterum confossum & iugulatum. Affectus similis multo familiarior ipsi Deo est, cuius, quales quales simus, creatura tamen & opus sumus. Quòd si fieri comperimus, vt magistratum quoque aliquando, si nimio calore aut incircumspectè scientiam grauiorem tulerit, festinatioris processus pœniteat, adeóque è vestigio conuertatur, & sententiam leniat laxétque: multo certius id de Deo verum erit. Cuius telà emissa si vel dum in motu sunt, Deus ad misericordiam subindè mouetur, volánsque telum retrahit, aut, quò minus noceat, facit, paternæ illius promissionis subindè memor, quâ stipulatus est, quòd deinceps hominem similiter non excisurus ac deleturus sit. Huius quam euidens nobis in Adamo exemplum propositum est? Hunc enim an non Deus ardenti irâ inflammatus,

Deus ad misericordiam pronus.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 469 sur 913

flammatus, cum gladio igneo extra paradysum profligauit, & in mortem funestam, morbis infinitis stipatam eundem præcipitem dedit? Et tamen, cum Adamus priorem vix pedem paradyso extulisset, Dei illicò misericordia itetú inundauit, & remedia paterna largitate is ostendit, quibus non animæ saltem labes ac lues molliretur, verùm etiam afflicti corporis morbi herbis præsentibus exstirparentur, ac vita ad statutum vsque terminum feliciter prorogaretur. Et licèt herbas quidem ac virtutes Medicas Deus iam ante hominem conditú creârit: ex hoc tamen non nisi summa ipsius misericordia & prouidentia diuina censenda est. Manifestatio enim virium in herbis & rebus creatis positarum, mera Dei bonitas & commiseratio est. Et super hanc misericordiam Dei Medicus vir sapiens fundatus est. Nam qui misericordiam Dei cognouit, illam non repudiat: cùm in ipsum omnis nostra spes ac fiducia fixa sit.

Adam ex paradyso ejectus.

Medicus super misericordiam Dei fundatus.

Talem se Deus in peste quoque gerit. In hàc enim suam simul iram promit, & misericordiam suam per medicum defert iis, quos iugulari non vult. Pestis enim nihil aliud, nisi ira diuina est. Medicina etiam non est vis ac potestas aut iustitiá, sed est tantùm misericordia. Hàc enim sublatâ, quis viuus diem videret crastinum? Hàc normâ Christus quoque sanauit homines: non tamen ope naturæ, sed suâ ipsius potentiâ. Is ipse enim misericordia est, ex quâ simplicium omnium vires procedunt. Quomodocunque ergò medicina perficiatur, sicut ex vnâ arbore duplices fructus proueniunt: sic ex Christo duplex quoque Medicina emanat: Herbæ, & Verba. Pater ipsius est sator. In huius manu Medicus est, cui Deus lucem in naturâ accensam præposuit, per quam misericordiam ipsius introspiciat discátque. Medicus ergò non ex seipso est: nec artem ac scientiá ex seipso habet. Deus enim scientiam distribuit suo arbitrio, huic multùm, illi parùm impertiens, huic dans, illi adimens. Nec enim Medicinæ ea est ratio, quæ alterius opificii, aut artis Mechanicæ, quæ aut hereditariò accipitur, aut facili labore addiscitur. In Dei manu positum est, cui is Medicinę donum indulgere velit nolítque. Non ergò Academiæ aut libri fundamentum Medicinę sunt, sed sola misericordia Domini, & donum. Adde etiam libros (sed hos tantùm) qui ex vero fundamento & solidâ experientiâ constant. Omnia opificia manifesta sunt, & operátur ratione euidenti. Nõ itidẽ illa. Ipse Deus est, cuius spiritus non est visibilis. Nam & Medicina spiritus est, qui operatur, vbi ipsemet vult, non vbi vult homo. Spiritus enim misericordiæ, & spiritus hominis, donum vnum non est.

Pestis est ira diuina.

Medicina est misericordia Dei.

Christus qua vi curarit.

Christus duplex Medicus

Medicinæ donũ Dei, non Academiarum

Porrò, si iam pestis naturalis facta est, seu essentiam naturalem accepit; tunc proximum est, vt naturali ratione cognoscatur, & cõueniente modo ipsius quælibet species sanetur. Pestis autem causa modúsque is est. In homine quatuor humores conduntur: sanguis in venis, humiditas in carne, viscus in neruis, adeps in aruina. Hæc quatuor singularem processum naturæ habent. Præter ista, alia tria adhuc sunt in homine. In horum quodcunque pestis pedem figit, ex eo naturalis illius essentia censenda & inuestiganda est. Sunt autem Mercurius, Sulphur, & Sal. Hæc tria per vniuersum corpus distributa sunt. Nec enim à se inuicem separantur. Si ergò pestis naturali ratione corripit: suam essentiá habet aut in horum trium vno, aut duobus, veluti Mercurio & Sulphure, Mercurio & Sale, sulphure & sale: aut in tribus vniuersis. Præterea in homine naturaliter etiam insunt constellationes, secundùm planetas, secundùm stellas superiores, secundùm 12. signa, secundùm ascendentem. Iam si pestis in aliquâ influxione gignatur, & per eam in hominem ducatur: tunc naturalis ipsius essentia se habet pro istâ influxione, complexione, naturâ, conditionéque & proprietate, & secundùm hanc naturalem essentiam practica omninò instituì, ac Theorica seu causâ cognosci debet. Sunt etiam pestes secundùm motum morbi, quarum essentia secundùm tempus noscitur. Huius generis est pestis cum tempore dysenteriæ erumpens: & pestis quadragesimarum tempore cum motu pleuritis inuadens: & pestis verè cum febri insultans, & sic similiter. Prout enim morbi nonnulli ex tempore & cũ tempore gignuntur: sic pestis quoque nonnullæ species secundum illud regũtur.

Humores 4. sũt in corpore.

Homo ex Sulphure Mercurio & Sale.

Pestis constellationis quę.

Pestis tẽporis quæ.

Hæc Theorica quâ ratione intelligi debeat, iam deinceps dicetur. Ponamus, ex irâ quendam telo confossum esse. Hoc quamdiu in vulnere figitur, Medicina nihil proficit. Vulnus oportet esse patens

&

& liberum. Iam si Deus ferit, incussum telum suâ manu iterum extrahit ac euellit, ita vt sauciata natura sola sit. Deus si inflictum telum non extrahat, Medici conatus omnis nihil proficit. Nec enim telum ligneum est, quod extrahere possit homo, & vulneri relicto medicinâ adhibere. Ideò mors etiam incumbit. Hæc vt anteuertatur, quatuor prædictæ res ac viæ sedulò, considerari debent: nimirum 4. Humores, tres res primæ, constellationes & Tempus. Hæc quatuor medendi methodum docent. In quodcunque enim horum quatuor ictus factus est, pro eius natura ac conditione medicatio fieri debet.

Medicus frustra operatur, peste a Deo non relicta.

In 4. Humoribus exitus talis est. Sanguis prout vena secundùm originem suâ constituta est, si feritur aut occupatur, in vias duas diuiditur. Vna via, si pestis futura est, forinsecus ducit vsque ad originem sanguinis. Vbi autem in corpore venæ illæ oriuntur, ibi pestis decumbit, & veluti castra metatur. Hinc autem illam natura per venas expellit in cutem: quæ tandem proximum emunctorium occupat. Horum emunctoriorum, vt diximus, sex sunt, terna ex vtroque latere. Si verò pestis intrò ad principium venarum non penetrat, sed aut in mediis viis subsistit, aut retrò ad fines & terminos venarum iterum exilit, apostemata gignuntur, quæ nonnulli Carbũculos, Anthracésue & similiter appellant. Secundùm considerationem verò Philosophicam illa sunt pestis, aut nominatim erumpens pestis aut pestis exodus. Si verò succus seu humor in carne icitur, pestis eo loco, quo decidit, manet: humórque in isto loco colligitur, accensúsque per omne corpus diffiagrat. Nam is per vniuersum corpus distribuitur, nec vt sanguis, in solis venis iacet, qui varias accensiones sustinet. Et pestis isthæc peculiaria & definita loca non habet, quæ occupet. Erumpit enim in vniuerso corpore, in ventre, in locis quibusuis. Nec hæc sex illa loca respicit, in quæ exoneratur infectus sanguis. Si humor visci feritur, abit in articulos, ligamenta, neruósque. Vbicunque autem inualescit aut prædominatur, ibi pestis quoque cõsidit: cuius sedes maxima ex parte articuli sunt. Peste in sanitatem terminatâ, in illis vlcera magna & foramina fiunt, profunda simul, & dolorifica, & ex putredine fœtida. Si adeps inuaditur, pestis aruinam occupat, sine dolore multo, lentè affligens, securitatemque ferè pollicens. Mors autem hæc furtiua, clandestináque plerumque est, nullis grauioribus accidentibus formidabilis. Corpus enim in adipis istiusmodi vlceribus non admodùm sensile est.

Pestis in pan. ctiomb. qualis generatio.

1. In sanguine.

Apostemata & carbunculi vt fiant.

In succo carnis

3. In humore visci

4 In adipe.

Adeps insensilis.

Ex tribus primis rebus si pestis Mercurium ferit, tunc is à corde abscedit. Hæc pestis mortem celerrimam inuehit, ferèque latens & occulta est, nec vnquã foràs prodit, punctionibus sæuis cordis admodùm formidabilis. Si verò illa Sulphur corripit, per omne corpus distributum: tunc illud à duobus reliquis separatur, & abit. Ita ergò totum corpus inardescit, & infectio ad sublime caput ascendit, aut ad subiectas alas, formâ speciéque tumoris aut apostematis: quę tamen, si ex naturâ considerentur, apostemata non sunt, sed pestis. Hæc in multis locis erumpit, vel simul vel successiuè, & ardor affectum locum corrosiuo simili occupat infestatque. Postea cancri & Anthraces gignuntur.

Pestis vt in tribus primis gignatur.

Ratione constellationis pestis ad illud membrum tendit, ad quod spectat, aut collimat. Pro illius enim modo diuiditur. Suum enim cuiuis fulmini foliũ est, quod ferit. Illo feriente, tunc pestis natura pro istius membri conditione cẽsenda est. Sic pestis cerebri pro naturâ cerebri; pestis hepatis, pro naturâ hepatis iudicanda est. Simile iudicium est de cæteris.

Pestis constellationis vt fiat.

Secundùm tempus Pestis ita iudicanda est. Pestes vernales cum ingenti putredine & arbore febrili inuadunt. Ideò secundùm febrium naturam æstimandæ sunt & considerandæ. Item, secundum naturam pleuriticam. Vniuersæ enim in vere affligentes pestes, accidentibus pleuriticis stipatæ sunt: Quod ipsum in medicinâ administrandâ fideliter quoque obseruari debet. Id si secus fiat, conueniens & idonea Medicina nulla dari potest. Æstiuæ pestes, naturam cholericam respiunt: Autumnales splenéticâ: Hyemales phlegmaticam. Secundùm hanc naturam quicquid coincidit, ad illud ceu scopum quendam remedia omnia dirigenda sunt. Istâ enim ratione non pestis solùm, verum ipsius quoque essentia tolli potest. Hæc enim imitatur, vt diximus, conditionem temporis. Et temporis notitia pestem secundùm naturalem suam essentiam demonstrat.

Pestes téporales quales sint.

Præterea sciendum est, multa subindè addi medicinæ secundùm essentiam

sue

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 471 sur 913

suæ naturæ. Id fit duobus modis: Primò, si pestis hæreditariò seu contagione accipitur. Deindè si accidentibus cumulatur & grauatur. Duo hæc naturalibus viribus subiecta sunt, hoc modo. Si ictus desuper impetit, ac non omnes, sed vnum tantum ferit: tunc is planè similis fit Crocodilo & Basiliſco. Ictus enim ille vsque adeò feritum infecit & venenauit, vt, quicquid is aspicit, inficiatur. Et vt Crocodilus, quicquid halitu suo afflat, venenat: sic peste nonnulli vsque adeò venenati sunt, vt quoscunque vel afflant, vel halitu ac animâ suâ feriunt, in pestem præcipitent. Iidem similes etiam sunt serpentibus, aut senectam distringentibus, aut venenum suũ propter eius abundantiam deponentibus. Nam & illi suo sudore, caloréque &c. inficiunt ea, in quibus cubant aut habitant. Hæc quicunque adit aut contingit (siue lecti sint, siue vestes, imò & hypocaustorum parietes) nullâ morâ inficitur. Multos etiam venenum prorsum vorsum ita peruagatur, adeóque malignitas eius in tantùm intenditur, vt oculis, habitu, calore, sudore, & exspiratione totæ ædes inficiantur, vt qui has intrant, venenum similiter hauriant, & peste corripiantur. Huiusmodi infectis præsidio naturali commodè succurri potest. Nec enim desuper de cœlo sauciantur, sed in terrâ corripiuntur &c. vt dictum est.

Pestis duplex modus.

Basiliscus visu inficit.

Crocodilus halitu inficit.

Accidentia pestis qualia.

Accidentium hęc ratio est. Sæpè sudor pestiferus ex se quidem lethalis non est. Si tamen idem homo interiùs putridus, vlceribúsque plenus sit, aut morbũ hunc illúmue aliquot annis intùs fouerit: hi morbi omnes per insultum pestis produntur & reuelantur. Isti morbi si sui exitus tempore lethales futuri erant, iam quoque mortem inuehunt: vt sunt pleuritides à peste susciratæ, & Erysipilæ, Febréque, Mania, Phrenesis, Oppilatio &c. Hi morbi omnes pestis conditionem variant. Sic qui peste detenti Maniaci aut Phrenetici fiunt, hi hanc anteà in sese dispositionem habuerunt, quæ iam in actum erupit. Qui à peste alui fluxibus tentantur, iam antè ad dysenteriam propensi fuerunt. Sic quibus mulieribus à peste menses vel cientur vel sistuntur, id omne ad mortem vel salutem finitur, prout prior & interior morbus ex sese erupturus erat. Huiusmodi ergò morbi & accidentia pestis, ipsâ peste non minus attendenda veniunt, susque adhibitis peculiaribus medicamentis naturalibus, cum Medicina pestis iunctis expugnanda sunt.

Accidẽtia pestis vna cum peste curanda.

Multi horum morborum hæreditariò quoque insunt hominibus: qui in pestis cursu non dissimiliter cæteris intelligi debent. Sicut enim fulmen ex altis deturbatur in domum, eámque incendit, comburitque: ita ignis ea natura est ac proprietas, vt latiùs sese subindè diffundat, quamdiu ligna aut stramina vicina sunt. Iam verò huiusmodi domus à fulmine non comburuntur: sed tantũ illa prima. Cæteræ comburuntur ab igne, qui ipsas penetrat. Sicut autem fieri potest, vt domus ardentes diruantur, deiiciantur, & restinguantur, & hoc pacto seruentur: idem in peste quoque similiter notandum est. Nam sicut in vnâ domo multi sæpe homines habitant: ita hi multi sunt instar multarum ædium contiguarum. Si ergò à fulmine homo vnus incenditur: iam vicini reliqui quoque ab eodem inflammantur, idque vel cum accidentibus, vel sine illis. Et sicut lignum vnum flagrans, integram lignorũ struem exurit: ita homo vnicus totam domum, totam ciuitatem inficere potest. Qui eripiuntur, ita se habent, quasi aliquot ligna ex omni strue euellerentur. Nam omnia simul euelli non possunt, Lignum est corporis sulphur. Ideò elementum ignis eius accendendi vim habet. Iam verò quiuis homo pesti subiectus est. Hinc fit, vt multi sępè vnius infectionem luant, adeóque morbi admodum implicati fiant, ex quibus se expedire non cuiuis facile est propter proprietates & accidentia, vbi alia in aliis subinde signa & indicia produntur. Hic autem sæpius concurrit latẽs & occulta quædam contagio, quæ ipsam sanguinis aut ætatis similitudinem spectat: veluti videmus, pestem sæpius familiam vnam corripere, eámque vniuersam exscindere, siue in vicinâ sint consanguinei, siue longiùs distent. Hic idem ferè accidit, quod cum frigore. Hoc enim illud saltem perdit ac destruit, quod ipsi subiectum est, veluti flores, aut palmites teneriores, aut quid simile. Ita pestis nonnunquam corripit infantes, nonnunquam parentes, interdum auos. Quanquàm hoc casu non omnes deleri soleant. Quæ autem pestis vnius sanguinis est, (intelligo eos, qui vnius familiæ sunt, vnum subiectum, vnum ascendentem, eandémque constellationẽ habẽt) ea

Fulminis & ignis natura excutere.

Sulphur est lignũ corporis incensi.

Homo omnis pesti obnoxius.

Pestis cur interdum integram familiã deleat.

ea si sanguinem ferit, ferit simul omnes, qui eiusdem naturæ & sanguinis participes sunt: nisi fors obstet coniuncta alia complexio, aut concurrens aliqua constellatio contagium impediat. Sic lues sępiùs solas prægnantes affligit: quia illarum ascendens imperium & dominiũ in ipsas habet. Sæpius senes præcipuè deiiciuntur, quia nimirùm ipsorum cõstellatio, potestas ac dominium infecta sunt. Ita alios subindè etiam ac alios. Potestates enim pestis in firmamento & constellationibus corripiunt ac affligunt, Ministros, dominos, inopes, opulentos, pueros, iuuenes, senes, viros, fœminas, virgines, &c. Extra potestates has nihil inficitur aut taminatur, nisi, vt dictum est, id fiat per communicationem seu cõtagium, aut infectionem accidentariam. Ob id, si pestes stellarum cognoscuntur & intelliguntur: discerni etiam possunt illi, qui priuatim corripiuntur aut feriuntur, ab alteris, qui per contagionem inficiuntur.

Pestis cur interdum solas prægnantes: interdũ solos infantes, &c. inficiat.

Porrò contingit etiam, quempiam non semel tantùm, aut in vno loco feriri & corripi: sed sæpiùs, & in diuersis locis. Nec enim necesse est, vnum tantũ fulmen cadere: sed exturbantur sæpiùs duo, tria, plura. Nec vnus etiam locus tantùm incenditur: sed subindè plures. Et tamen vnus tantùm fragor, vnum tonitru est. Hæc fulmina seu ictus meritò cũ tormentis bellicis comparari queant. Et multiplices hi ictus, sese inuicem consequentes, in curâ probè attendi & considerari debent. Nec enim vnica tantũ Medicina omnibus sufficiet; sed quoties nouus ictus, toties alia recénsque Medicina, Si iam, &c.) vsque ad finem.

Pestis sępius quã semel vnũ corripit.

Quoad signorum doctrinam, institutionem talem attendetis. Cura vestra ad duo spectare debet: ad *Essentiam Pestis*: & ad eius accidens. Essentiam pestis cognituri, attendite ad naturam constellationis, quę cœli ad Horoscopum illum ratio & facies sit; & figuram cœli erigite, adeóque ex proprietate firmamenti & pestium scrutamini, quænam pestis præstò sit, quis præcisè ictus sit, qui sauciârit. Contra istam pestem ægroti curam instituite. Ictus enim illius natura in ægro est. Contra hanc ergò ex superioris naturæ institutione muniti procedite. Iam ex concordantiâ signorum ægri: vtriusque coniunctionem deprehendere potestis, adeò vt verè dicere liceat, hoc vel illud pestis signum docere, Martem, Leonem, &c. feriisse. Porrò alia quoque signa expendite, qualenam accidens concurrat: veluti somnus profundus, paralysin indicat: vigiliæ immoderatæ, maniam: coloris mutatio, Apostema. Ex his iam signis te ipsum firma & expedi ad curam subeundam. Hoc modo pestis noscenda est. An verò sit, vel non sit, scribere iudiciũ hîc nihil attinet. Nam res per se plana & euidens est. Quæ verò & qualis pestis sit, quomodò in cœlo constellata, quibusue accidentibus stipata, ex signis propriis & peculiaribus, discerni oportet. Et ad hæc idoneus est Medicus Astronomicus & Physicus, haud quaquam verò triuialis & imaginarius. Hic enim rhombus omnis positus est, vt per signa medicina decernatur, contra ipsa astra & ipsorum accidentia. Signa autem ista cum natura hominis omninò conferẽda sunt. Præter ista duo, consideranda quoque est (vt ita loquar) ipsa possibilitas, quantùm nimirùm hic præstari possit, aut sperari debeat. Nam hoc curationis primũ fundamentum est.

Cura aliaest pestis: alia eius accidentis.

Signa pestis qualia & vt considerãda.

Ad hæc ergò iam consequitur, quod Leonistæ à Leone in signo Leonis feriti, mortem expectare debeant. Similis ratio etiam cæterorum. Hoc idem dictu est: si simile in simile incidit, ibi seminata mors est. Nam si Medicina inducenda & conferenda est, oportet nihil adesse simile, sed dissimilia; non vnum, sed diuersum & dissentiens, velut regnũ in se diuisum. Non vnius enim sensus est complexio, accidens, & sydus: sed vnum frigidum est, alterum calidum. Iam si alterutrum contrarium est, sperare potest Medicus, istius morbi regnũ destructum iri, si contrarium alterum tollatur. Si verò omnia ista tria, *Complexio*, *Accidentia*, *Cælum*, vnum sunt, quisnam isto loco restinguere possit? Idẽ enim fiet, ac si ignis stipulam corripuisset, ac accurrens quis pro aquâ vinum ardens affunderet aut oleum Laurinum. Ita enim consumerentur omnia. Vnum enim cum illa sunt: facilè prędominantur & inualescunt. Si verò contrarium & dissentiens aliquod sit, illis auxilium affundi potest.

Medicina dissimilium est.

Similis industria impendenda, si cor, cerebrum, hepar vel pulmo feriatur. Quodcunque enim horum subiectum est; pro eo morbus vel lethalis, vel minus est. Vulnus enim in crure non ita lethale est, ceu vulnus cerebri: & vulnus cerebri

Subiecti ratio morbi vim variat.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 473 sur 913

bri ſecurius eſt vulnere cordis, &c. Hæc, ſi ratione gladii vera & naturalia ſunt: ratione aſtrorum ac ſuperiorum corporum quoque itidem vera erunt. Prout enim hic vel ille locus ſauciatur, ita peſtis magis minúſue lethalis eſt. Signa verò quælibet ſecundùm diuiſionem aſtrorum & naturæ Elementaris accidentia hîc latiùs deſcribere & explicare nihil attinet. Phiſica enim & Aſtronomia hæc docent, huc minimè confundenda. Non enim cuiuis datum Medicinæ donum eſt. Cui verò id datum eſt, is iam antè pernouit conſtellationes, infectiones, poteſtates, dominia: Item, naturalium morborum mores, proprietates, eſſentias, & ſigna. Quæ omnia me hic docere, & illis communicare ridiculum foret. Nec enim hæc mihi ſcientia ab ipſis data eſt, ſed ab eo, qui & ipſis & mihi eam impertiuit.

Donum Medicinæ non omnib⁹ datum.

Circa naturalem autem eſſentiam peſtis, res ita habet. Si inſultu facto ſpirituale carnem corripuit, idem fit, quod cum ferro. Cui candenti ſi aqua infundatur, tunc illud ſtridit & ſibilat, & extinguitur. Similiter in hominis carne & naturâ accidit. Sicut aqua vim ſuâ ferro indere poteſt: ita firmamentum ſimiliter operatur in hominem. Et veluti per multam aquam ignitum ferrum refrigeratur: ita per multitudinem conſtellationis homo quoque refrigeratur, hoc eſt, deficit ad mortẽ, & obit, ſicut ferri ignis per aquam deficit. Et huiuſmodi vis eſt corporum ſuperiorum in nos homines.

Peſtis Eſſentia qualis.

Cæterum, ſi accidens etiam aliquod, quod in homine lateret, ſimul feriretur: tunc hominis illud accidens intelligi debet ſimiliter argento viuo, quod nec calorem, nec contrarium quicquam ferre poteſt, ſed ad illorum occurſum ſubſultat, liquatur, & exſpirat. Similiter bubones quoque & apoſtemata faciunt. Hærent in Eſſentiâ Mercurij, ſoluúturq; & operantur inſtar Mercurij. Non enim illi perfecti ſũt, ſicut nec perfectus Mercurius eſt. Adeóque vnumquoduis pro ſuæ naturæ modo operatur. Hoc enim modo Mercurius etiam Apoſtema eſt in omnibus metallis, in quibus latet, bonũ rumpit & frangit, nec bonum eſſe quicquam relinquit. Et ſicut Mercurius in igne à ſuo corpore & primâ materiâ exſpirat: ſic ab homine quoque vita effugit per firmamentum, cum quo vita iſto tẽpore familiaritatem nullam habet aut habere poteſt, velut nec nitrum cum igne, aut cum eodem Mercurius, & ſi quid aliud huic ſimile eſt. Sic ergò ex nobis vita auolat, velut lignum ex igne. Sic inquam homo ex firmamento. Et velut ignis viſibilis eſt: ita firmamentum in ſuo igne inuiſibile exiſtit. Et talis ipſius natura eſt. Qui vero ope Medici, aut præſidiis aliis liberati eripiuntur & reſurgunt: his ſimile quid accidit cum arboribus. Eæ enim per hyemem aridæ & emortuæ ſunt, hoc eſt, ſopore detinentur, appellente autem æſtate eædem reſurgunt, & ad priſtinum ſuum vigorem redeunt: ita homo quoque, qui peſte concuſſus decumbit, velut in morte iacet, hoc eſt, in ſomno, ſicut CHRISTVS inquit: *Dormit, non mortuus eſt.* Hoc idem dictu eſt: Qui lethaliter decumbit, mortuus eſt, etiamſi viuat. Quamdiu autem in morte viuit, mortuus nondum eſt, ſed dormit. Sic ergò ſomnus & mors res vna ſunt, velut arbores in hyeme. Ideò, quodcunque ſaneſcit, miro modo, auxilio nimirum diuino ſaneſcit, veluti mortui à Chriſto ſuſcitantur à ſomno. Hoc idem eſt, quaſi diceret Chriſtus: *Surge, lectum tuum ſume Lazare & prodi, &c.* Quia verò iſti qui, lethaliter ægrotant, nondum in terram, velut Lazarus, conditi ſunt: ſuperſtitioſi multi perſuaſum habent, quod ex ſeipſis, vi propriâ reſurgant, citra auxilium diuinum. Fideles tamen & pii ſatis hoc compertum habent, quod mirabiliter iſta fiant. Deus dotes nobis duplices largitus eſt Medicinæ, ex gratiâ ſingulari: remedia nimirum viſibilia & inuiſibilia. Viſibilis Medicina eſt illa creata. Inuiſibilis eſt verbum Dei. Ipſius verbum medicinam creauit. Qui per Medicinam ſanatur, per ipſius verbum ſanatur. Qui Dei verbum aſpernatur, is aſpernatur Medicinam, & è contrà. Nam Deus vnus, & is idem eſt. Ideò ſi peſtis incuſſa & icta non ſit, ſed in artubus flagret: medicinam haudquaquàm contemnere debemus, Is enim, qui dicit, nullam hîc medicinam iuuare, Deum eſſe negat. Sed fuſiùs de theoricâ peſtis differendum non eſt. Practicam ipſam ingrediemur, conſtituta ex regulis ducentibus in experientiam & cognitionem experimentorum. Huic rei tractatus duo ſequentes deſignabuntur.

Accidẽs Peſtis vt ſe habeat

Homo peſte ereptus ſimilis arbori per hyemẽ mortuæ.

Medicinę duplices: viſibiles & inuiſibiles.

Medicina verbi Dei: & è contra.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 474 sur 913

LIBER TERTIVS.

PROLOGVS.

DE curâ Peſtis dum tractaturi ſumus, æquum eſt, vos repetere illa, quæ in libro ſecundo diximus: nimirùm, quod, etſi illis quidem, qui feriuntur, moriendum ſit, viui tamen & ſuperſtites maneant, qui ab his incendantur & inficiuntur. Huius gratiâ Deus Medicinam indulget. Et rerum vſus confirmat, peſte multos correptos, ſuis Medicinis hâc de causâ liberari. Peſtis autem origo apud Deum non eſt, ſed apud nos. Tum etiam non iuuantis Medicinæ nos cauſa ſumus, eò, quod affectu ſatis frigido Medicinam quæramus, nec eam, quo fas eſt, loco habeamus. Eundem ergò amorem æmulari debemus, quem Deus erga nos exercet. Pro cuius hortatu ſi pulſantes precati fuerimus: ecquid tandem ab ipſo nobis denegari poſſit? Dona dedit Gentibus, Saracenis & Græcis. Et quantò largiùs effundet in eos, qui ex toto pectore ipſum colunt ac venerantur?

De Cura.

QVicquid naturam affligit ac corripit, id furit ceu ignis in ligno, ceu nitrum in carbonibus. Ideò æqualibus etiam Medicinis medicum omnino inſtructum eſſe oportet. Non enim aqua hunc ignem extinguit, aut eius ardorem infringit: ſed aliud adhiberi quiddam opus eſt? quod ſupra naturam ſit.

De Accidentibus Peſtis.

QVanquàm ſuperiùs dixerimus, certam, infallibilémque & exploratam Medicinam, in quam fiducia poni poſſit, ægrè ac difficulter, inueniri poſſe: interim verò propter iram & indignationem Dei nemini deſperandum; ſed filiali ſpe omninò viuendum, & medicinæ præſidium anhelanter quærendum eſſe, ſi fortè Deus afflictionem noſtram miſeretur, & medicinæ viribus ſuum curſum indulgeat: Hoc tamen hîc ſingulariter expendendum eſt, quod non ſola peſtis in curâ attendenda ſit, verum morbi quoque alij plures iuxta illam: peſtes enim varij generis ingruunt. Quæ etſi quidem ex ſe lethales non ſint: lethalia tamen ſunt, quæ illis accidunt, velut Icteritia, Hydropiſis, Paralyſis, &c. Eodem modo morbi quoque chirurgici coincidunt, ita vt peſti iungantur Cancri, Fiſtulæ, Vlcera Eſtiomena: non quod peſtis iſta cauſetur: ſed horum origo aliàs in corpore latuit, quam peſtis inſiliens quaſi foràs produxit, & morbum prolicuit. Sicut, qui canis caudam pede obterit, ei latratum excutit & morſum: ſic peſtis quoque inſtans, morbos corporis alios in furias agit. Vndè liquet, neceſſe eſſe, vt, ſi peſtis quidem ex ſe lethalis non ſit, his tamen morbis, idoneis remediis datis obuiam eatur. Medicinam itaque oportet eſſe duplicem: alteram peſtis, prout illa ex ſe eſt: alteram accidentis, quale id tandem ſit. Sedulò ergò conari & anniti debes, vt aduerſus quemlibet morbum *quintam Eſſentiam* in promptu habeas, quam pro accidentis ratione permiſcere, & adminiſtrare poſſis. Scitote ergò peſtis primam Medicinam debere conſtare ex *Perlis*, *Auro*, *Saphyro*. In iſtis enim lapidibus, velut & in Vnicornu, & Balſamis, &c. virtus tam potens condita eſt, vt ipſius robore peſtis omninò ſuperari & expelli poſſit. Sicut enim Deus ſeriâ noſtrâ pœnitentiâ motus, iram ſuam auertit: ſic idem per Medicinam quoque facit, ſi eam ſumma veneratione quæramus, vt nimirùm ars & ipſius creatura laudetur. Ex ingenti tamen miſericordia fieri permittit, vt arcana tot tamque ardua vndecunque inquiramus & colligamus. Arcana autem & recepta illa ſunt, de quibus diximus, non aſpectus, qui hîc nihil momenti habent, ſed tantùm præparatio Alchimiæ, quæ primò quidem ab Aſtrologis & Aſtronomis Aſpectus vocata eſt: ſed hodiè rectiùs Alchimia vocatur. Sic quod tum temporis nugæ & deliria fuerunt; id iam ſunt aſpectus. Sic tempore ſuo res permutari ſolent. Præter autem hactenus dicta, æquum eſt etiam *de præſeruatiuis*, quid differi. Itaque præſeruatiuum tantùm eſt *Balſamatio*, quæ fit per *Mannam*, per *Mumiam*, per *Aurum*, per *Balſamum*, &c. Præſeruatiuæ ergò res illæ ſunt, quæ *Balſameam* talem naturam ac vim habent.

De Deo non deſperandum etiã in grauiſſimis.

Paſtis accidentia quæ.

Medicina eſt duplex: peſtis ipſius: & huius accidentium.

Peſtis Medicina prima quæ.

Aſpectus nouitiorũ nihil peſti cõferunt.

Præſeruatiua peſtis eſt Balſamatio.

SEQVITVR

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 475 sur 913

SEQVITVR

Fragmentum alterius cuiusdam libri de Peste, ex schedulis quibusdam ab auctore propriâ manu scriptis collectum, & dispositum ita, ceu fragmentorum ratio passa est.

PRÆFATIO.

IN veterum Auctorum libris nihil proditur, quod mihi subsidio esse potuit. Nec enim vllius morbi cognitionem illi habuerunt. Præterea iidem nec Magici, nec Gabalistæ fuerunt, sed Medici exstiterunt ex suo cerebro & opinione enati. De priscorum ergò Medicorũ arte & scientiâ nonnihil præfabimur. Veteres ex alliis & vngulâ caballinâ didicerunt. Ratio est, quòd artes ex spiritibus prodeant. Eos si homo subigit, illas inuenit. Ideò faciendum est periculum. Quâ causâ illæ etiam Experimenta vocantur. Priscî morbos nullos nouerũt.

Tu verò Lector, veterum Medicinam & Recepta frigida, deijce. Discessionem ab ipsis fac, & processui huic nostro astipulare: nimirùm vt descendas in Chiromantiam, & venas ad venas compares. Sic Recepta pestis inuenta & constituta habebis. Eâ enim ratione tu ipse illa compones quâ alius. Qui enim alienis Receptis contentus esse volet, is frustrà laborabit. Hâc causâ instigatus, proposui mihi primò de Chiromantiâ tradere, ex quâ hoc loco ars ac inuentrix componendorum Receptorum, eorumq; administrandorum & applicandorum emergit. Postea Regimina & præseruatiua constituam. His curam subiungam: tandem ipsa Accidentia tradam. In nullo autem segnem & ignauum te præbe: sed vigila attentissimè. Id enim Basiliscus requirit. Et vt venenum sulphuris, ac Arsenica, Auripigmentaq;, & Mercurij caueantur, anteuertanturq;, ipsa rei necessitas sedulum studium ac operam nauam efflagitat. Chiromantia inuentrix remediorum pestis.

Rem autem omnem expediam breuiter, sensu plano & minimè intricato. Quæ autem exprimis sunt, ea vulgò prodenda non sunt. In gratiam ea profero eorum, quibus faueo, & qui docti peritique existunt, DIXI.

PORRO ergò ante omnia opus est Medicum scire principium eius rei, in quâ versatur. Hic enim fundamentum positum est, quod scire Medico dignum est. Fundamentum autem & origo eiusmodi est. Homines nos mundani ex cœlo & terra, &c. facti sumus. Cœlo autem suus cursus est, vt veluti patris rationem habeat. Ab homine autem suam operationem accipit tali modo.

Cœlum vim in hominẽ non habet. nisi ab eodẽ excepta.

Cœlum nullam in hominem vim ex se habet: nisi quod homo ipsum commoueat, & in iram agat. Irritatum id velut compunctus taurus inardescit, & efferatur, idque à se excutit, quòd ira in ipso peperit. Perperam & indignè Astronomi iudicârunt &c.

Proba tantum Imaginationem, qualem virtutem habeat, quod sensus potest hoc facere.

Mars incẽdit sulphur. Cœlũ ergò causa.

Quia omnes partes mineralia sunt: ideò scitote, quòd huiusmodi influentia & impressio mineralis sit. Ideò nihil est quàm sulphur.

Quâ verò ratione sulphur ex irâ procedere potest? Sicut ignis ex oculis.

Modus generandi Morbum.

Sic ergò, sulphur ardet, cur ardet? Homo est sulphur, quod non ardet. Cœlum sulphur habet, quod ardet. Cœleste omne sulphur ardet in suâ impressione instar fulminis.

SIGNA.

Signa ergo desumite ex sulphure, Antimonio & Arsenico. Hic enim nihil, nisi sulphur. Sic omnia simplicia, quæ sulphur habent. Quale hæc habent, &c.

CVRA.

Dirigitur & intenditur ad sulphur.

Paroxysmus. Accidentia.

Febris generatur à sulphuris putredine. Spasmus, Vertigo, Vesania, Colica, Epilepsia, &c.

Processus.

SIc ergò de origine satis dictum sit. Nec vlla detur causa alia, quam quæ fundata sit in verbo Christi: *Fient pestes.* Id satis est. Fiant ergò vtut velint. Vna quæuis tamen supernaturaliter. Ad ista sequitur morborum sanatio, hâc methodo. Opus est cognosci morbum, antequàm Medicina adhibeatur. Si is iam cognoscì debeat, aliud præstò nihil est, quod scire opus sit, quàm quid qualisue ictus sit, quò is directus sit respectu corporis, sicut cuiuslibet membri Anatomia docet, quid & qualiter feriri possit. Ex eâdem Anatomiâ quoque iudicandum est, an solatij parùm vel multùm adsit. Anatomię illæ septẽ sunt: cor, hepar, &c. Harum cuilibet sua peculiaris Medicina addicta est. Deindè septem aliæ sunt, vt sanguis, liquores, &c. Quæ ipsę quoque

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 476 sur 913

aliis Medicinis dantur. Porrò accidentia quoque, quæ incidunt aut concurrunt, noſcenda ſunt; quæ quidem ipſa peſtis minimè exiſtunt, ſed mouent & laceſſũt latentes morbos, recõditas naturas, & occultas proprietates in homine. Pro tribus illis occultis naturis accidentia erumpunt. Accidentia autem, quæ peſtis per ſe habet, ſunt, inflammatio, horror, ardor, & ictus vulnerum.

Iam ſi iſta habes: noueris etiam, quod hoc caſu rectâ ad Medicinã properandũ ſit. Ideò omnium primò circa compoſitionem videndum eſt, quo modo Recepta fiant, vt inde legitimũ eorum vſum ſcias. Primò autem vulnus ipſum tibi propone, ſiue id interni, ſiue externi corporis ſit. Poſtea ipſa accidentia inſpice, propter tres occultas genitas naturas. Et huc faciat exemplum de Petro, & Rhetoribus naturalibus: quod Chriſtus non oratores pro Apoſtolis elegerit, ſed ſedatos ac ſimplices homines ſecreuerit, & eos Oratores fecerit, &c. Opus eſt primo, deſcriptionem procedere ex Corallis. Deinde ex Diaphoreticis. Accidens ex ſuis morbis & arcanum. Exemplum horum ſequetur.

Et talis eſt ratio Receptorum. Iam vtẽdi modus quoq; ſcitu neceſſarius eſt.

Vſus.

SI ergò peſtis vna generari poteſt, poterunt etiam, duæ, ternæ, plures: ſicut nou vna tantum ſcintilla ex ſilice excutitur, non vnum fulmen cadit, aut vna grando, ſed ſimul plures. Sic hoc quoq; caſu id ſingulariter notandum eſt.

Quin verò ſi ſcintillę cõfertim omnes in fomitem vnum cadunt, & ſibi mutuò implicantur, quis numerum earum noſſe aut diſtinguere poſſit, niſi ex afflictione variâ ægri. Si ergò anguſtiæ & afflictionis ratio cognitionem dat: attendẽdum eſt ad ſigna, interna ſimul & externa, & ad accidentia, hoc eſt, ex aliis morbis. Hæc licet comprehenderis: ſatis tamen inſtructus nedum es. Ideò operam da, vt triplices Medicinas habeas, hanc ad interna: illam ad externa: iſtam ad accidentia. His ſi quid profeceris ex ordine curatis, primo ſcilicet peſte, ſecundò colica, tandem Epilepſia, &c. tandem ad chirurgiam diuerte hoc modo.

Remedijs triplicibus Medicus inſtructus eſſe debet.

De vlceribus vſus ſecundus.

Vide Chirurgiam.

Sic ad prædictorum normam modumque Practicam intellige neceſſariæ curæ. Cura autem ſine regimine, nec præſeruatiua vel accidentia, citra ſanationem peſtis, firma & expedita eſſe poſſunt. Orcinem itaque notate, quo ſe capita inuicem ſequantur.

Cap. I. Regimen. II. Præſeruatiuum. III. Accidentia. IV. Cura.

I. Regimen.

QVis Regimen præſtituit, vbi morbus non eſt? Itaque quis hic etiam Regimen præſcribet? Alio enim tempore hoc ſalubre eſt, alio aliud. Et morbus iſte non eſt Humoralis aut Naturalis, ſed eſt impreſſio, quę æquiparatur *Incantatiuæ virtuti.* Ideò Regimen nullum pro hoc morbo conſtitui poteſt. Corpus autem probè muniendum & præſeruandum eſt appellente morbo, vt accidentia caueantur, ita vt peſtis pauciora ſubiecta inueniat, in quibus operetur.

Id autem (niſi perito Medico) inuentu difficile eſt. Nam ſi Medicus ſcire poſſet quæ accidentia eruptura ſint, vt illis per cibos ſubiectum amoueret, bonum & præſtabile quidem eſſet. Sed quis eſt, hæc qui ſciat, aut ſe ſcire gloriari audeat? Si enim quiſpiam in ſtupefactionẽ ſomni incidat, quis id præſcire potuit, antequã fieret? niſi fors ſolus iſte, cui ſomnus adimitur. Eadem ratio aliorum quoque eſt. Nihil ergò ſuper hoc ſolidi ædificari poteſt, quantùm ad morbum ipſum verum.

Nihilominùs tamen ſi regimen bonũ, & idoneum eſt, conducit aduerſus contagionem peſtis. Hanc enim vnus ab alio contrahere poteſt, ſicut lippitudinẽ, ſi eam inſpiciat. Et tales ſunt impreſſiones cœli in nobis. Et ſicut nobis, ita aliis quoque morbus ſuus per contagionem infligi poteſt. Quæ cum ita ſint, ſanus ab ægro hunc morbum attrahit, ſicut de lippitudine quoque dictum eſt.

Contrà hoc adhibete talia, quibus attractio corporis impeditur. Huc faciat Regimen. Sicut enim quiſpiam malos oculos aſpicit, præſeruatiuum autem habet, ne inſpectio ipſi damno ſit: ſic hic ſimiliter id intelligi debet.

Peſtem duo attrahunt Matrix & virtus vitalis.

Res duæ ſunt, peſtem quæ attrahunt: matrix mulieris, & virtus vitalis. Matrix enim ad ſe trahit velut oculi. Hinc etiam fit, vt liberis indantur maculæ, veſtigia. Eodem modo etiam peſtem allicit in corpus ſuum. Simili ratione virtus quoque vitalis per integram cutem attrahit, quod extra ipſa verſatur. Et ſicut arbor arida terreum humorẽ attrahit tàm malum

lū, quàm bonum: ita ſpiritus vitæ quoque attrahit externū humorem Elementorū.

Vis tractiua Magnetis eſt ſpiritus vitalis.

Iam autem Elementum & hoc eſt. Ideò morbum ad ſe trahit. Quam vim Magnes in ſe trahendi ferri habet, ea quid aliud eſt, quàm ſpiritus vitalis. Nec verò Magnes tantùm attrahit: verùm alii quoque lapides, & ligna promiſcuè ad ſe attrahunt, hoc illud, hoc iſtud &c. Ita & animalia omnia, omnes homines trahunt: ſi quidem non ferrum, at aliud. Magnes verò & Carabe experimentantur euidenter. Sic ergò duæ hæ virtutes peſtem ab aliis hominibus attrahunt: in viris, modo vno: in fœminis ratione duplici. Ideò ad iſta Regimen quoque dirigendum eſt.

Oleū M. vim Magnetis extinguit.

Hic ergò qui Regimen præſcribere vult, is faciet idem, quod Magneti fit. Qui ſi in oleum Mercurii ponatur, trahendi vim amittit, & velut emoritur. Tale quid etiam corpori faciendum eſt. Vbi tamen hoc iuxta notabitis, quod huiuſmodi res corpus labefactent. Attractiua enim virtus extinguitur & areſcit Hoc autem verum Regimen ad virtutē attractiuam ſiſtendam eſt, ne illa quid intrò ad ſe admittat. Veluti Magnes, ſi ipſi *Sophelum* proponatis, tunc ad *Sophelum* vſque trahit, non longius. Non Moſchus, non Ambra, non Aromata &c. ſed allium, cœpe & porrum.

Sophelius quid?

In peſte vitranda. carofulla. panis. vinum.

Vitentur omnia animalia, quæ cum humanâ complexione conueniunt, velut ſues. Ipſo enim homine nihilo minùs inficiuntur. Illorum ergo carnes ſi homo edit, venenum edit & peſtem. Item, quicquid homini conuenit & in carnem & ſanguinem mutatur, id infectiuum eſt. Sic panis & vinum ſunt caro & ſanguis. Ideò peſtem quoque concipiunt. Sed quis homini talia interdicere queat? Edere ac bibere neceſſe eſt. Vnde venenum quoq; neceſſariò expectandum eſt. Idem Regimen claudo iis tantùm, quæ dicta ſunt, ſcilicet allio, cœpis. Ratio eſt, quòd hæc Medicina ſint peſtis, panis, vini, carnis &c. Allium, cœpę & ſimilia minimè inficiūtur. In his ergò Regimen ſolis conſiſtit, nec in aliis.

Allium. cepe sūt peſtis medicina. Allium peſte nō officitur.

Si dicatur, bibe vinum album, rubrum &c. hoc aut illo tempore: res omninò eadem eſt. Res enim omnes venenatæ ſunt. Vnde Regimen quoque falſum eſt. Forſan ſunt, qui putāt, fieri minimè poſſe, vt homo cœlum irritet, & ad iram moueat. Hic ſcilicet ſcrupulus eſt, quem Aſtronomi à primò ad vltimum neglexerunt. Diluuij enim, peſtis, famis, terræmotus &c. quæ cauſa eſt? Irritatio, de qua Chriſtus loquitur &c.

Chiromantia indicat locum: Alia Medicamina &c.

Præſeruatiua.

Præſeruatiua omnia, quibus ex frigidis & conſtrictiuis vtimini, nauci ſunt & nihili. Locus enim, ad quem illa dirigitis, non inficitur, ſed regio dictorum locorum. Ea ſaltem accidentia quędam attingunt, ſicut quis præſeruare vulnus poteſt, ne ſpaſmo tentetur. Nam ipſi vulneri hoc modo conſultū non eſt. Præſeruatiua frigida & aſtringentia cur peſti nonconueniant.

Medicamenta veterum quæ repudiāda.

Medicinam oportet eſſe duplicem: &c. Medicina diaphoretica, quam in peſte propinatis, improba eſt & inidonea. Accidens enim Narcoticum ſtupefactiuum tantùm tollit, & contra ictum ipſum præſens ſeu auxiliaria minimè eſt. Intempeſtiua etiam & inconuenientia ſunt, *Pilulæ peſtilentiales, Purgationes, Theriaca, Electuaria, Confectiones, Diaphoretica, Pulueres &c.* Pro deſcriptione nimirum & vſu veteris Theoricæ. Locum enim infectionis non attingunt, ſed tantùm interna corpora quæ tamen vel antè ſana & intaminata ſunt. Incertum enim eſt, qui inuaſio ſeu correptio fiat. Ideò illa quoque præſeruatiua incerta ſunt, & ratione carent.

Iſtiuſmodi ergò Medicinæ cum incertæ ſint, & modò opem ferant, modò non ferant, prout à merâ fortunâ dependent: ideò medicamina ſaltem ſunt Accidentium, ſi valida peſtis non concurrat. Et cum eadem præbeant ante horam inuadentis peſtis: id documento eſt, Medicinam eorum nihili eſſe. Legitima enim & vera Medicina omni tempore bona eſt, ſeu manè ſeu ſerò fiat. Medicina bona ſemper eſt.

Quia ergò hactenus de peſte notitia bona nulla certa fuit: eius fundamētū ac rationē iam ita intelliges. In peſte mortes geminæ ſunt: vna ipſius peſtis, altera accidentis eius. Nam ſi peſtis ipſa per ſe quem iugulat, ea mors ſingularis eſt. Et hæc mors alia medicaměta flagitat. Deindè mors altera ex accidentibus eſt, vt ſi quem Sopor, Mania, Epilepſia, Spaſmus, Inflammatio &c. occidit. Huius mortis genera infinita ſunt. Et tamen omnes ſunt tantùm accidentia. Quòd ſi ergò peſtis inſultet, quæ ſæuum accidēs, nempe ſoporē inducat: tunc, ſi fortè (quæ in promptu ſit,) aqua vitę prębeatur, quę accidens, cū ſudore tollat, hoc eſt ſtupe- Mors in peſte duplex. Aq. vitę contra mortem bonum.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 478 sur 913

factiuum per aromata calefiat & diſcutiatur, ægérq; cõualeſcat: ratione mortis accidentalis is omninò euaſit. Huiuſmodi alia remedia aliis quoq; accidentibus auferendis commoda ſunt. Iſtâ enim ratione mortes accidentis multæ ſunt. Et ſi fortè fortunâ tale compoſitum, ſimplicia mixta habeat, quæ contra mortem illam faciant: tunc ægrum illis eripere poſſis, ſi peſtis per ſe non vehemens ſit, & lethalis, ſicut peſtes multæ velocis motus ſunt, & velut vulnera lethalia celeriter ad mortem ducunt.

Scire ergò debetis, medicamenta hoc modo in peſtem & accidentia diuidenda eſſe. Et, quod moris eſt, horas minimè attendite, ſed animum ad medicinam aduertite. Si quid impetrare potes ante horam duodecimam, hoc eſt, antequàm accidentia incumbant: ſatage, vt idem poſſis etiam in accidentibus expugnandis, horâ illâ iam dum elapsâ.

Si iam accidentium victor euaſiſti: vide, vt ipſam quoque peſtem edomes. Ea enim medicina cumprimis neceſſaria eſt. Caue verò dicas, Deum hunc, illum auocaſſe aut abripuiſſe. Hoc enim mendacium velare non potes. Tua medicina nihili eſt, hoc probari poteſt.

Ita, quæ reliqua quoque in peſte præſidia ſunt, velut Enemata, Laxantia &c. palmaria & principalia nec ipſa ſunt, ſed tantùm concurrentia, quæ induſtriis medicis committo.

Medici na in peſte duplex.

Medicina ad duo refertur: ad accidentia, & ad morbum. Primò eſt vt noſcas naturam accidentium, poſteà morbi: & vide, vtrum horum manus tuæ opem præſentiorem poſcat.

Sciendum ergò, quòd, qui peſtem ipſam expugnat, accidens quoque exigit. Non tamen contrà: niſi peſtis ad mortem minimè tendat.

Accidentia ſunt lethalia. Itaque etſi peſtis ex ſe lethalis non ſit, tamen ne æger iuguletur, operam dabis, vt accidentia cumprimis tollas. Ea enim ſi inualeſcant, naturam vincunt & proſternunt, vt ſine noxâ in corpore non ſint, etſi peſtis ipſa quidem probè curata euanuerit, ſicut in peſtibus leuioribus contingit. Si peſtis parua eſt, & diſparet, redítque inſtar grandulæ: mors eam ſequens accidentis eſt, non peſtis. Tum & accidens & peſtis ſeorſim ſe ſignis ſuis produnt. Duo enim morbi genera hîc concurrunt, quorum vtrumq; ſuum remedium peculiare poſcit.

Hoc fateri cogimur, à naturâ ſudorem duplicem fundi: per *poros*, per *emunctoria*. Vos autem iſta negligitis. Nec quiſquam hactenus emunctoriorum mentionem fecit: in quibus tamen peſtis figitur. Iſta ergò illorum ſcripta de peſte quis laudet? Sudor duplex.

Si de Medicinâ quid ſcribere conſilium eſt, primò proponenda Theorica eſt, & explicanda cauſa. Hoc facto, loca conſiderari debent. Nam & ipſa Theoricam conſtituunt.

Emunctoria autem ita ſe habent: primi, ſecundi, tertij ſudor non eſt, ſed eſt venenum à putredine. Vnde emergit? Non vnde pororum ſudor emanat, ſed indè, vbi Planetæ expurgantur in ſuis morbis.

Nam *virtus eſt quæ curat morbum*, ſuum nempe proprium. Per hoc enim quidnâ aliud Hippocrates intellexerit, quàm naturam propriam, quòd nimirùm natura ipſa & ſanet & lædat per ſuum emunctorium?

Et vt verbò dicatur, hæc membra (quæ per iſta emunctoria expurgantur) non ſunt cerebrum, cor &c. Quæ ergò ſunt? Non cerebrum iuxta aures. Nullũ enim cerebrum à peſte infici poteſt. Quid ergò eſt? Inuiſibilis cella. Non cor. Quid ergò? Liquor pectoris. Non hepar, ſplen &c. Quid ergò? Liquor &c.

Sic ergò hæc tria ſunt: ſunt vulnera: indè te abduci nunquam patiaris. Idem eſt, ac ſi quis alicui aures percuteret, aut feriret alas, ac pungeret, & præter has nec cerebrum nec quicquam aliud, nec quæ cordis pathemata ſunt, phlegmone, mors, vulnus &c. Hîc aliud nihil eſt, quã regio apoſtematum. Et ſicut in vulneribus, mors, febres, paroxyſmus, vlceratio noſcuntur & curantur: ita hîc quoque. Vulnera ſunt Planetarum.

Cur inſultat? Quia eius Quartale imminet.

Splen, hepar, cor, cerebrum, nullâ noxâ laborant: ferit illa ſicut fulgur arbores, quercus, turres &c. Ex iſto proceſſu hoc quoque eſt, nihil niſi fulgur eſt: vna cauſa eſt, & ratio. Fulgur enim præfigurat illud. Fulgur peſtilentiæ ad ſudoris hæc emunctoria dirigitur, ſicut alterum in quercus, abietes. Quis enim rationem ſciat, cur fulgur tantâ diſcretione & iudicio feriat? Nemo. Quiſnam illud moderatur? Penes Deum id eſt. Sic hoc quoque. Diſpoſitio enim alia non eſt. Ideò iſta ſunt emunctoria.

Item,

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 479 sur 913

Item nullibi ardet, nisi in suâ parte: hoc est, etsi quidem cæterum corpus feriat, ibi tamen non ardet, sed in suo tantum loco. Velut fulgur in ligno saltē ardet: sic ictus cœli in suo loco.

Caput Curæ.

Caput accidentium.

I. Spiritus auri. Gemmæ.

II. Coralli. Spodium. Os de corde cerui:

Pestis remedia quæ. Aurum. Gemmæ.

Iam cùm Medicamina pestis distribuantur in Accidentia & Curam pestis: ideò de curâ scitote, quòd Spiritus auri & gemmarum Medicinæ sint, quibus omnes pestes, nullo loci respectu, sanantur.

Principale est Aurum, Secundum Gemmæ. Gemmæ enim sunt confortatiuà, defensiuaque, ne accidens inducatur. Ideò ad receptum vnum sumuntur. Debent enim recepta omnia ita cōponi, vt morbus simul Medicinam habeat, & defensiua.

Mumia interna vulnerat sanat.

Porrò Medicinæ is finis est, vt omnia vulnera intrinsecùs optimè & dexterrimè curentur & consolidentur. Sic ad potiones vulnerarias, internâ Mumiâ nulla Medicina felicior & præstabilior est. Ab extra enim vulnus nullum sanescit. Mumia interna id curat & perficit.

Summa ergò Medicina est, Incarnationem facere ab internis. Sublimius autem incarnatiuum auro ipso nullum est. Iuxta hoc præstantius in vulneribus defensiuum non est, quàm Gemmæ, contra omnia accidentia, cuiuscunque generis sint.

Aurum incarnatiuū optimum, Gemmę opt. defensiuū.

Sic ergò pestis curanda est per incarnatiua in vulneribus. Illa horum sunt Spiritus. Quia enim imaginatio corpus generat, & impressio ita spiritualiter inuadit: Spiritus quoque illis opponi & obiici, hoc est præberi debent.

Iam verò Spiritus pro arte Alchimicæ extractionis fiunt. Quanquam ea in vsu non sit, cumprimis apud eos, quorum eam nouisse maximè interest. Quāquàm inconueniens non sit Mercurius auri, rubeus, si in præcipitatum reducatur, vt vomitionem non cieat, hoc est si laxatio eius sursum adimatur: In omni enim auri præparatione id summum est, vt ab eo id auferatur, quo non opus est: hoc est: In peste purgandum non est. Aurum autem est laxatiuum, confortatiuum, constrictiuum. Id aufer. Cætera serua. Sic de Gemmis sciendum est, qui in liquorem soluantur, nempe figantur calide. Rec. Saphyros, Hyacinthos, Crystallos &c. Hæc omnia autem confido satis tenere & intelligere Medicos, qui ea intelligere debent. Si autem ista ignorant, probro id ipsis est, non honori.

Mercurius auri &c.

Pestis purgari nonvult.

Reliqua hîc necessaria, habentur in libris superioribus.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 480 sur 913

AVREOLI

PHILIPPI THEOPHRASTI,

AB HOHENHEIM EREMITÆ.

DE MORBIS EX TARTARO ORIVNDIS LIBRI DVO.

Ab ipso Auctore publicis prælectionibus illustrati, quas quidam ex Auctoribus singulari studio ab ore profitentis raptim excepit Basileæ, Anno 1527.

DE TARTARO

LIBER PRIMVS,

TRACTATVS I.

CAPVT I.

Tartarus quid: quotq; eius genera & conditiones: vbi Loca consuetum & inconsultum: item Pruina, Grando, Gemma & Hospitalis.

Tartarus quid.

TARTARVS est morbus *Lephanteus* & Lapillosus, pro hibens Naturæ effectum, & virtutem. Tartari *genera* duo sunt. *Pruinum*, & *Gemmeum*. *Pruinum* est duplex: *Vsneum* & *Grandinis*. *Gemmæ* est triplex *collectum*, *simplex*, *diuisum*. Omnia ista genera similes dispositiones habent: aut sunt *Alabastrina*, aut *Marmorea*, aut *Lephantea*, aut *Adamita*, *Duelech* etiam & *Magnetina*, habentque loca sua, & eadem varia. Diuersa namque sunt genera: & plura igitur in corporibus loca: & *quot loca, tot species*. Nam locus est Stomachus, Hepar, Renes, Splen, Pulmo, Vesica, & Caput, & Iuncturæ, Ligamentorum regiones, & Concauitates omnes, & Pori, & Venæ, & partes Medullarum Vnde vsnea hepatis, vsnea stomachi, vsnea renum &c. Etiam pruina orificii, pruina splenis. &c. Sequitur etiam gemma intestinorum, pulmonis, vel gemma vesicæ: Et sic de grandine. Huius morbi generatio est duplex, scilicet naturalis, ex consueto in cõsueto loco, & Hospitalis de inconsueto ad inconsuetum locum.

Tartari genera & species quot.

Primi capitis Explicationes, ex ore Theophrasti publicè profitentis exceptæ.

HIppocrates & alii dicunt, quòd lapillus originem habeat ex phlegmate coagulato, sed falso: quia si ex phlegmate, quoque in naso oriretur lapillus: non est vis phlegmatis generare lapidem, sed phlegma in nobis est humor naturalis, nullam lapidositatem in se continens. Nam si phlegma esset lapideum, etiã omnes Podagrici in pedibus & articulis lapillos haberent.

Phlegma non est materia lapilli.

Ego autem lapillum siue arenam voco Tartarum: quia omnes generationes, quæ ad vsneam transeunt, Tartarus vocantur: Sic omnes fæces, quæ ex aquâ, melle, &c. Tartarus sunt. Nam omnia quæ terra producit, sunt lapillosa: Nam omne vinu, licèt fecerit Tartarum in vase, tamen in stomacho rursus debet transire ad secundam separationem: Si stomachus debilis: iam attrahit lapidem, &c. Sic & aquæ habent Tartarum, & omne quod terra producit. Sic ergò, quod comedimus & bibimus, natura non accipit, nisi quod purum est. Cùm ergò, quod comedimus & bibimus, habet in se mucilaginosum, luteum, & lapideum: Stomachus autem statim vbi ad se recipit comesta & ingesta, statim separat impurum à puro, quod nutrimentum est. Si fortis stomachus, purum transit ad membra, nutrimenti causâ, impurum per secessum exit: Si stomachus debilis, mittit impurum etiam ad hepar, ibi quoque separatio fit. Si hepar forte, rectè separat, & simul mittit mucilaginosum, cum vrinâ ad renes: Si hîc bona separatio, rectè; si non, hîc mucilaginosum & lapideum illud remanet, & coagulatur in Arenam, quod voco Tartarum. Ideò phlegma nõ est causa, quia phlegma non transit ad naturam lapideam. Tartarus ergò ab ingestis bibitis & comestis

Lapillus seu arena auctori Tartarus est.

Tartarus habent, omnia à terra producta. Natura saltem purum accipit.

Tartarus vnde.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 481 sur 913

comestis prouenit; scilicet ex debilitate separationis membrorum. Generatur ergo ex ingestis, bibitis & comestis.

Tart. Lephaicus quid. *Lephaneus*, prima species est bolus, Japis hepaticus, estque medium inter lutum & lapidem, quod scindi potest, ideò ex isto, quod ingerimus, si cum potu tale quid transit, quod est Lephanteum, ex eo non generatur lapillus, quia non est materia lapidea, sed ista materia Lephantea, id est, hoc lutum, vbi sedet in fundo stomachi, constipat secessum, adhæret & infigitur viis secessus, & supprimit aluum.

Tart. Lapillosus quid. *Lapillosus* tartarus est, qui est lapis, non lutum; si ergò debet generari lapis, debet adesse materia lapidea, alioquin generari non potest: ideoque cùm bibimus aquam, vis lapidea in aqua est, sed resoluta, ideo uirtus expulsiua, nisi sit tam fortis, vt debet, tartarum ex aquâ admittit fieri.

Pruinũ. *Pruinum* est primum genus, sed latissimum in Tartaris. Pruina, quæ in plicis stomachi tenuem & subtilem Tartarũ annectit. Sic in vesicâ, & viis vrinæ & hepate.

Gemma. *Gemma* est lapis generatus ex diaphano, & perspicuo.

Vinea. *Vinea* est Tartarus tenuissimus & spongiosus:) Tartari nonnulli subtiles adhærescunt, & tamen instar vineæ potosi; quæ vinea in arbore nascitur aut latere.

Grando. *Grando* est granum generatum, à liquido per sa'em Grandines Tartari sunt, si quis tenues lapillos mingit.

Collectum. *Collectum*, id est, compositum ex omnibus speciebus Tartari. *Simplex* est coagulatum ab vnâ specie. *Diuisum* ex vnâ in plures.

Hæc tria ad lapillum pertinent, non ad bolũ.

Collectum est, quando bolus venit ad lapidem, fit coagulatio, sed tamen non dura, id est, tota lapidea. Simplex, quando totus lapis est. Diuisum est, quando bolus adest: Sed & bolus habet paruos lapides, cum magno, & vsneam.

Alabastrinum. *Alabastrinum* est illud, quando est de bolo. Lapides, qui ex bolo sunt, & si coagulantur in lapidem, tamen non sunt tam duri, nec ita pungunt acriter, sicut qui sunt de purâ materiâ lapidis: Sed Alabastrini, qui scindi apri sunt.

Marmoreum. *Marmoreum*, id est, durissimum inter rubea. Sunt nonnulli lapilli rubei duriores, quam alabastrina, finunt etiam se scindere.

Lephanteum. *Lephanteum*, id est, citrinum tartarum, lapilli flaui.

Adamitum. *Adamitum*, id est, durissimum in albo. Sunt durissimi albi lapides. Et Adamita est lapis propriè, qui in vesica.

Duelech. *Duelech*, lapis est spongiosus, & illi lapides cum summo periculo sunt, & maxime dolent.

Magnetinum. *Magnetinum* durissimus est spongiosus lapis. Et quia variæ species calculi, ideò & diuersa cura, & varia loca habent: Nam in stomacho est locus, hepar &c. Quando prima separatio stomachi non est bona, hepar separare debet; si hepar debile, renes separare debent, aut vis attractiua: Et sic Tartarus venit ad locum, vbi nutrimentum descendere deberet.

Ex consuetâ naturâ in consuetum locum.) Vt si cui albugo contingit in oculis, venit ad locũ consuetum: sic surditas, si in aure, est in loco consueto; Si ad tempora, iam in loco inconsueto.

CAPVT II.

Principium Tartari: unde extranei: resolutum cum liquido quid: vltimum est separatio: Exempla: digestio pro sequestratione. Locus plus, quàm materia: Item, quid sit Mucilago, Viscus, Saphyrus, Calcedonius, Bolus & Lapillus.

TRACTATVS I.

Origo Tartari duplex. Ex elementis & corpore.

NVnc quid sentiendum est de *Origine* Tartari, vel vnde sit? Prima est *Elementina*, altera est *Corporea*. De elementatâ naturâ notandum. Nam Elemẽtata Archei resolutum à resoluto liquido non dissoluit, neque mucilaginosum aut lutosum. Igitur produxit matrix absque semine duo, *Liquidum* & *Viscum*. Liquidum est purum: Viscum est peccans. Liquidum est cibus & potus: Viscus est resolutus bolus, sub vnâ specie & commixtione. Hoc productum duas materias vltimas habet, id est, externum & internũ. Principium vltimarum est separatio. Si est externa, absque detrimento, & est philosophica. Si autem interna, tunc cum periculo, & est medica argumentatio. Nam si natura in sequestrationem ducit liquidum & viscum, duas habet formas, aqueæ Matricis, & terreæ, dein & corporis. Aqueæ & terreæ, sicut de silicibus corporis, sicut de tartaris: quod si corporis fuerit, respice, num per cibaria & potus traditum est peccans. Si natura stomachi aut digestionis consueuit, bene: si non aduerte; Membrum est læsum, dolétque, ab indigestione, scilicet, ab inseparatione puri *Saphyri* ab impuro & insulto Cacedonio: quia vna Natura est, quæ separat lapillum & bolum. Quare de loco tractandum est, scilicet nociuo & extraneo, plus quàm de materiâ primâ, quæ est Mucilago.

Capitis Secundi Explicationes.

ELementinum est, quod descendit ex matribus elementorum.

Corporeum est, quod descendit à corporalibus humoribus.

Mucilaginosum resolutum est resolutus bolus vel lapillus.

Liquidum resolutum est illud, quod est liquidum ex primo Ente.

Generatio Tartari duplex: Elementina, id est Externa, id est, ex cibo & potu.

Corporea est ab humoribus.

Omnia creata) Creata sunt liquida. vel non liquida: si creata liquida, illa pura sunt, & non mixta, sed multa sunt vitiata, sicut & aqua tandem per lapidem. Nam in aquâ Materia lapidea est, sicut si diu bulliat, vel distilletur, adhæret, vt Tartarum in vase. Sic fontes qui ex luto

luto originem ducunt, sunt lutosi, & vbi currunt, adhæret lutum. Sic & quando bibuntur, faciunt lutum in stomacho, aut aliis membris. Ita omnia quæ producta sunt à terra, quæ eduntur & bibuntur, habent in se Mucilaginosum quiddam, & viscosum, sicut panis. qui sic compositus est, vt nulla viscositas appareat: sed vbi concoquitur in superficie lubricitas, & viscositas exstat, quæ cadit, postquam diu coxerit, induratur in fundo. Sic & in stomacho fit: qui separat, si debilis est, quoque transmittit impurum ad hepar & reliqua membra. Quamuis panis inter omnia edulia minùs viscosum est. Sic & agri, qui stercorantur, plùs lapidum habent: quia Tartarus, qui est in stercoribus, resoluitur, & creat lapides. In Bohemiâ non stercorantur, & quæ nascuntur in agris stercoratis insalubriora sunt, quàm quæ in agris non stercoratis. Vltima materia rei est finis rei, sicut fons in prato ex origine lutosâ, acit alueum suum luteum: Si ex lapidibus & saxis, facit & alueum saxeum, sicut apparet, quòd limus adhæresit, & facit lapidem: Sicut sæpè, si lapis confringitur, plicas seu lamin as habet, quod viscositas in alteri insedit. Sic ergò & in nobis nascitur lapis, vel lutum, hoc est, vltima materia. Si ergò, vt in fonte, aqua se separat in prata, bene nobiscum agitur: quia impurum separatum: si non separatur in nobis, male. Ideò ii fontes boni, qui multùm lapidum habent, & arenæ, & qui viscosos lapides habent, quia arenæ & lapides attrahunt viscositatem, & impurum separant à puro. Et *Cæsar Fridericus* solũ bibit aquam, & sic probauit: linteum purum intinxit aquæ, & ponderauit, in lance, postea in sole exsiccauit, & rursum ponderauit, & sic potuit iudicare, quantum Tartari in se nasceretur. Et ideò non bibit vinum, quia sic timuit Tartarum. Nam peculiarem spiritum Tartari in se habuit. Sed venit Italus quidam, qui dicebat, aquam esse destillandam, & sic puriorem fore: & Asinus non considerauit, quòd aqua non vult destillari. Nam statim putrescit & fœtet. Nam Cæsare cum sequente, venit ad fœtorem oris, &c. Item Cæsar omni mense nouos filices ad fontes portari curauit, vt attraherent viscositatem. Sic ergò, vt in pratis vel aliis riuulis adhæret viscositas, vel lapidea materia, sic & in corpore debet separari.

Agri in Bohemia non stercorãtur.

Fontes lapidosi boni.

Fridericus Cesar vt aquã probarit & emendauit.

Aqua si destilletur putrescit.

Vrina est sal resolutum generatum in hepate, descendẽs ad suum emunctorium, tanquam ad superfluum.

Vrina quid.

Omne quod edimus, aut est sulphureum, quod vadit ad stercus: Mercuriale ad nutrimentum: sal resolutum vadit ad vrinam. Sic ergò in viis vrinæ Tartarus insidet, & vbi vis expulsiua est fortis, expellit. si non fortis generat morbos: Nam in summâ, oportet fieri separationem puri ab impuro. Si stomachus debilis, putrescit materia, inde febres & alii morbi. Et hoc ex stomacho debili in virtute separatiuâ. Sed Tartarus aut Materia lapidis nõ putrescit, sed alimentum, quod ad membra ire deberet, illud putrescit. Inde veniunt mali vapores & febres, &c. Nam separatio puri ab impuro fieri debet: si autem vis separatiua deficit, putrescit alimentum, ideò febres curantur purgatione, quia vbi materia putrida euacuatur, iam sani-

Ciborũ qualis fit mutatio.

tas: sic & centaurea iuuat febres. Nã centaurea ad hepar pertinet, & confortat & purgat virtutem separatiuam hepatis, & vbi hepar est corruptum & debile. Centaurea hepatis propria herba, non curat stomachum. Sic ergo febres veniunt ex debilitate virtutis separatiuæ stomachi, vel hepatis, quod materia putrescit.

Centaurea fe. bricitat. Centaurea herba hepatica.

Nutrimentum est, de re putrefactâ, & eius transmutatio in putrefactione. (al. & eius putrefactio est in transmutationem.)

Materia saphyrica est liquidum illud, in quo non est Materia peccans.

Cacedonium est ista materia peccans, generata à separationibus, per virtutem separatiuam. Cacedonius est pessimus calculus.

Cacedonius calculus pessimus.

CAP. III.

Tria dedit ab Iliastro in naturam: in quibus corporibus: curam quæ recipiant: Generatio Tartari: Natura Tartari: Item malũ, viscus secundas, Bitumen & congluten quid.

ET sic de naturâ corporis productum est suum malum, hoc est, Tartarum naturæ. Nam *Iliaster* peperit tria in Natura dolentis: viscum secundæ generationis, id est, cruorem internum: & peruersum Bitumen male reductum, hoc est, coagulatum liquorem: & congluti-natiuum vel congluten sui ipsius ex re putrefactâ. De isto Tartaro plurimum est aduertendum, quia in pueris est, & castis hominibus, & siccis corporibus, & in hæredibus prolibúsque hæreditarius morbus. Et hoc notandum de duabus tartari generationibus: Nam externa recipit curam, interna cura ad internam sortem habet externam. Loca sua sunt in propriis suæ substantiæ: Exteriora loca non habent extra substantiam suam. Differentia ista localis aduertenda est, de Tartaro priori, & illo: Nam in concauitatibus, & ab extra primus locum vsneũ, secundus verò in substantiâ. propriâ. Ex his duabus sequitur tertia generatio, quę est ex permixtione duarũ prædictarum capit curam, sed difficilem, secundum pondo alterius. Tartari autem generatio ex naturâ aliquando sanguinis est, aliquando carnis, aliquando aliorum membrorum. Quare prædictum est, de inconsueto loco, & inconsuetâ generatione, & inconsuetâ curâ. Sed quæ ad ista necessaria sunt, de signis habentur: & quæ de consuetâ generatione, scilicet in viis vrinæ indigemus, habemus de consuetis.

Tria ab Iliastro mala.

Tartari genetatio in quibus.

IN CAPVT TERTIVM ANNOTATIONES.

TArtarus Naturæ est lapideum minerale, creatũ elementaliter, sub humore resoluto receptum

Tartarus naturę quid.

receptum à bolo vel lapillo: Quia microcosmi natura idem est, vt de matricibus.

Viscus secundæ generationis est cruor, qui descendit à salibus: est enim cruor sal egestum, id est, reiectum & separatum à primo sale.

Viscus quid.

Peruersum Bitumen est liquor peruersè digestus, id est, liquor incoctus, qui sub visco descendit ex nutrimentis propriis.

Bitumen peruersũ quid.

Nutrimenta propria vitalia.

Conglutem vel conglutinatiuum, est quod ex putrefactione in gluten coloratum descendit, & substantia propria vtriusque corporis, substantialis scilicet, & vitalis.

Duo sunt *genera* Tartari, *internum & externum*. Ab externo generatur Tartarus, vt ex cibo, potu. Internum, quod in corpore generatur, vt in pueris nascuntur sæpè lapides, & hoc est morbus hæreditarius.

Tart. genera duo.

Ideò Medico obseruandum est, an sit in naturâ Tartarum, an accidentale, an internum, an externum. Internum & Innatum curari debet per salia. Externum per cineres & alkali.

Homo in se habet omnes generationes, id est, omnia mineralia, vt sal est in corpore, sicut in sudore apparet. Liquor etiam, qui carnem sustentat, est sal, sed dulce. Sal sanguinis est amarum. Sal carnis est dulce: & quantò dulcior caro, tantò melior natura & quantò amarior sanguis, tantò plus homo fortis in sanguine.

Mineralia omnia sunt in homine.

Illa verò salia, quando separantur à ligamentis, à membris, à lacertis, ibi transeunt ad virtutem lapideam, sicut & vlcera creantur ex sale: Corrodit enim, & quando coagulatur, ita resolutũ, si in venis coagulatur, lapis ibi oppilat, & tabescit membrum, & brachium tolli non potest. Ita ergo sæpe fit, vt brachium aut membrum tabefiat. Hoc fit propter Tartarum, quod oppilat venas & vias nutrimenti. Sic veniunt punctiones, ictus, vt vento seu flatu perrumpere non potente, tabes inducatur. Sic ergo jectigatio venarũ est ex oppilatione Tartari in venis: & sic sæpè fit quòd vena incisa non fluit: Tunc dicunt nostri, quod sit sanguis melancholicus: Hoc non est verum, sed est Tartarus: Tartarum oppilat. Ideò, pòst vel retrò tartarum in duobus tribusue locis perfundenda vena est, donec fluat, vel imponendum quod Tartarum internum resoluat. Nam si ille sanguis lauetur, inuenies lapillos. Ideò non solùm arena est, quod per vrinam transit, sed vbique est. Sic & in oculis sæpè nascuntur lapides: Nam liquor salis, qui est in capite, sedet sic ad oculum. Ita etiam in vulneribus capitis sæpè vidi lapillos albos & emplastris adhærentes.

Tartarũ internum lapidis impetus.

Sal innatum purgat se per sudorem maximè: interdum ex oculis.

Liquor salis balsamus naturę est, qui sustentat corpus, ne putrescat, vbi enim liquor salis deficit, iam fit lepra, & putrescit corpus: lepra enim non est nisi mortalis putrefactio.

Lepra ex defectu liquoris salis. Corpora in nobis duplicia.

Bitumen, &c.) Duo corpora in nobis habemus: Substantiale, quod nutrimentis sustentatur & victu: Vitale est, quod viuit ex sale, ideò generatio Tartari venit ex hac substantiâ. Ideò per sal curari debet Tartarum internum.

Conglutem, &c. quando natura transit ad destructionem, & deficit in natura balsami, tunc fit glutinosus mucus. Nam gluten apud Physicos est aqua articulorum, apud chirurgos, Sinouia.

Aqua articulosũ est Sinouia.

Liquor salis descendit à bolo resoluto, & lapillo resoluto: ideò cùm ad finem transit, rursum venit ad suam naturam.

Cruor est triplex, cruor *membrorum principalium: ligamentorum* vel nuchæ, & cruor *exterior*.

Cruor est triplex.

Quando natura seipsam purgare vult, per cruorem se purgat, id est, sudorem: vt cerebrum, quando vult se purgare, transit sudor per piam & duram matrem, vt in vulneribus capitis videmus: & Anatomiâ quod super piam matrem incet vnea, tenuis Tartarus: Et in Anatomiâ oculorum, in venis, à quibus oculi dependent, reperiuntur calculi: ideò sæpè videntibus & apertis oculis quidam nil vident, quòd Tartarus vim visiuam oppilauit. Quando vsurpantur medicamenta, quæ Tartarum resoluunt, tunc rursus vident. Et sæpe per se etiam post aliquot septimanas rursus vident, quia Tartarus rursus in aquam, per fortem naturam se resoluit.

Natura purgatur per cruorem.

Ideo duplex est *Tartarus*, *ficcus* qui non resoluitur: & *liquidus*, qui aliquando resoluitur, etsi induratus est. Sic & cruor in ligamentis, cum se coagulat, fit Tartarus. Hinc punctiones in articulis concitantur.

Tartarus est duplex.

Cruor exterior, qui in carne est, & ille transit in sudorem externum, quem si gustaueris, salsus est, & si in vitro lente permiseris siccari, videbis lapides. Est hereditarius morbus, quia parentes si multum habent de sale, sperma quoque inficitur, & homo inde natus. In substantia spermatis est materia & vis seminis: sic sæpè aliquis podagrosus est, non ex suo victu, sed à parentibus habet. Substantia non generat, putamina & cortices nihil procreant, sed materia generatiua à vitali substantiâ descendit, hoc est, exile quiddam, & illud purissimum est: sed cum illâ materiâ, generatiua simul substantia currit, & est testa seminis, & simul currit substantia cum semine: Et si illa substantia sit infecta, facit Tartarum internum. Nam postquam concepit semen, quod est vis generatiua, debet separari à substantiâ. Substantia ergo putrescere debet, & putrescet: Inde fit, quòd sæpè Molæ, suffocatio matricis, lubricitas ex eo emergant.

Sperma est subiectum seminis.

Ideò mulieres post conceptionem cum artemisiâ purgari debent. Sicci etiam habent Tartarum, quod illa siccitas salem attrahit, & coagulat: Sic est castis hominibus, quòd superfluitates, id est, Tartarus Resolutus non exit cum spermate, non purgat Renes. Istæ varietates causarum Tartari Medico sunt obseruandæ, vt sciat, quid sit adhibendum. Loca internorum tartarorum sunt venæ & caro; sic externus Tartarus concauitates quærit: internus sedet in venis & carne.

Artemisia puerperę purgandę.

DE TARTARO. TRACTATVS II.

CAP. I.

Infectiones boli & Mucilagines quæ: Indicium Vsneæ & Grandinis, quid facilis Tartari prima generatio, Locus, & quæ ægritudi-

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 484 sur 913

ægritudines. Deliberatio quid, & quid prisci dixerunt.

Tartarũ ab externis duplex.

EXternum, quòd si sumptum fuerit in liquido per potum aut cibos, siue mucilaginosum à lapillulis resolutũ, vel viscosum, à bolo suo, duas intelligito operationes, scilicet Pruinæ vel Gemmæ. Si pruinę genus, nota quid sit grando, quid vsnea loci istius. Si Gemmæ collectum, diuisum & simplex, & dispositiones illorum, alabastrinam, vel marmoream cognosce, & sic ad rem. Primum est Tartari deglutinationis, sumti vsque ad fundum stomachi. De isto nota, quòd si adeò viscosum vel mucilaginosum fuerit, & de facili separatione, vel fuerit maior pars resoluti, sequitur etiam ex hoc per totum orificium, sicut vsnea super silices tanquam & super arbores. Ex istâ vsnea sequitur ardor, orexes, compressio thoracis, vapor calidus est, recedítque appetitus comedendi. Hæc omnia sunt signa vsneæ orificii vel stomachi: & secundùm quod dolores vsneæ ex vinis, ex piperibus, vel aquis fuerint, minùs aut magis in dolores conuertitur. Si autem non Vsnea vel Grando, quæ vna est generatio & capitulum, generata fuerint, attamen in stomacho fieret separatio saphyri à cacedonio: Nunc Tartarus est in stomacho, gignit torturam pectinis, tollit appetitum, nauseam facit, sentit adustionem in fundo stomachi, asperitatem linguæ, tribuit raucedinem, & plures dolores quotidianos, pluresque febres: De quibus morbis, prisci medici propria capitula scripserunt sub aliâ ratione rerum, & copiosè errauerunt, vt praxis docet & indicat.

Vsneę effectus & accidentia.

IN TRACTATVS SECVNDI. CAPVT I.

Annotationes.

Grando vt fiat.

GEneratio grandinis fit per siccum in sale, ab humido segregato. Vsneæ genus fit per fumum salis assumpti, tanquam de cruore. Collectum fit per casum lapilli & simplex & diuisum, scilicet à lapillis resolutis.

Tartarũ omnia ingesta habent.

Nunc ad loca, quæ Tartarus occupat, tractãda progrediendum. Primo de stomacho, omnia quæ comedimus, habent in se aliquid, vel de lapide resoluto, vel de bolo resoluto.

Tartarus qui ex potu.

Primò de potu, quæ bibimus, transeunt per gulam ad stomachum. Si quod bibimus, multum habet de mucilagine, & orificium stomachi angustum est & feruens, vel calidum, ibi tunc mucilago adhæret, & vis salis consumit aquositatem, & sic materia adhæret, & coagulatur, & induratur. Si est ex bolo resoluto, tunc est & adhæret boli modo. Si ex lapide, fit grando: Sic ergò colligit se vsnea, & hæc ægritudo maximè in mulieribus est, minùs in viris, nisi sint potatores. Et hoc apparet in Anatomiâ, quando scinduntur, reperitur, in orificio stomachi lutosum quid, quod si ad ignem adhibeatur, induratur, & fit lutum vel lapis. Sic ergò, quando illa vis salis, sic materiam consumit, & indurat viscosum, fit orexis seu ardor: ille cum bibit, transit sic potus per istum Tartarum. Et quia vbi bonus stomachus est, claudit se, & concoqnit clauso alembico: Sed quia Tartarus in orificio insedit, & non potest rectè claudi orificium, sed fumus ascendit, & it ad Tartarum.

Tartarus dulcis & equalis.

Sic est Tartarus dulcis, non ardet, & ille Tartarus est ex aquositate: sed si ex vino, est Tartarus acutus, & quæ, si primùm perfunditur, aquâ vel vino, id est, potu, sicut calx, quæ accenditur, & ita ardet. Ideo orexin curaturo, opus est, vt ad Tartari curam transeas, vt Tartarus cadat ad fundum stomachi, & per secessum abeat.

Tartarus vsneę.

Illi ergò, qui aquam bibunt, non habent orexin, sed ex vino. Quamuis etiam, qui aquam bibunt, orexin habent, sed hoc non ex aquâ, sed ex cibo. Sic ergò generatur orexis, quòd primùm vsnea ex vino adhęret orificio, quando biberunt, & comederunt, orificium ventriculi clausum esse debet, quando coquit. Nam illi, qui dicunt, se sapere seipsos, quando comederunt & biberunt, illorum orificium est corruptum per Tartarum: & sic Tartarus, vbi humefit, ardet sicut calx. Hæc est prima generatio.

Grando in stomachi orificio.

Altera est grandinis, quod in summitate stomachi, & orificii, lappilli, seu exigui calculi adhærent, & illi qui habent, dicunt, quando comedunt & deglutiunt, quod doleant: illi enim grandines ita findunt. Qui in Orificio sic generantur, non faciunt orexin, sed in deglutiendo sentiuntur. Et illi qui sic habent, si egestiones eorum videas, vel laues, apparent lapilli.

Tertia, si orificium est sanum, non habet caliditatem, non salis spiritum, & permittit sic materiam ire ad stomachum, ibi iacet. Si ergò vis separatiua & digestiua non est fortis, & viscositas, si est materia, tunc agglutinatur plicis. Nam plures plicas habet stomachus. Ideò adhęrescit parietibus seu lateribus. Nam stomachus purum ad hepar mittit: impurum admonoculum ad secessum. Si ergò Materia nimis viscosa est, quod expellere non potest, annectitur. Si est à bolo resoluto, fit materia lutosa: Si ex lapide, fit lapis: Sicut in Anatomiâ apud Venetos in cuiusdam ventriculo tres lapilli & lapides inuenti sunt.

Venetiis lapides in stomacho inuenti.

Ergo ardor est ex Tartaro, vel ex effusione Fellis: Fel etiam ardorem ciet & Tartarus. Si quis ergo conqueritur, ardorem se sentire circa præcordia, ibi non purgandum, sed dolor sedandus.

Dolor mitigatiuum Tartari.

Sequitur mitigatiuum.

℞ *Radicis Iusquiami*
seminis Iusquiami
papaueris ʒj.
lolii ʒß.
mandragoræ gr. iij.
theriacæ, quantum sufficit, pro incorporatione. Dosis est ℈ *iiij.*

Si per hanc medicinam abit dolor, orexis tũc est ex effusione fellis. Si autem nõ abit, tunc est

est generatio. Tartari in stomacho: Est sicut de Tartaro. Quando autem Tartarus sic in stomacho est, non potest digerere, & materia transit sic ad putrefactionem, & inde febres veniũt, vẽtriculus, concutit corpus paroxysmi febriles in stomacho sunt, non in aliis membris, non in pulmone, ligamentis, sanguine, &c.

Resolutio Tartari cura febris.

Et sic paroxysmus durat, donec Tartarus sedetur: Ideò cura febrium est resoluere Tartarum: Quòd vis digestiua deficit, indè febres & paroxysmi: ideò cura debet esse ex Tartaro. Nam quod ex Tartaro fit, inde est, si aliquandiù quarit, tandem premit vel torquet, quòd vis digestiua cum tempore longo humiditatem putrefactionis consumit. Et sic postea indurat Tartarum, & tunc denuò torsiones inuadunt. Ergò in curâ Tartari comprehenduntur omnia genera febrium. Quæ nostri auctores scribunt, in curâ febrium, planè sunt contra resolutionem tartari. Si interdum curant, hoc non est ex medicinâ, sed natura per se Tartarum expellit, & sic sæpè fit, quòd per sedes, per vomitum febres curantur. Nam quæcunque medicina Tartarum resoluit vel expellit, curat febrim.

Tartari mot in cura febrium.

Sic sæpè, quod ipsi Medici volunt febres curare, & scribunt Recepta multis simplicibus, cum quibus, si hic sunt, quæ Tartarum pellunt, curantur. Quædam per sanguinis minutionem abeunt, sed rarò hoc: quia stomachus tam fortis est, quod materiam peccantem, id est, Tartarum expellit, ad Hepar. Et sic phlebotomia iuuat. Vbi vero lapillus durissimus, vel Tartarus generatur. ibi febres immortales, quia Tartarus resolui non potest.

Aromata orexis cura.

Piperibus, &c.) Illi qui multum piperis, aut aromatum edunt, sicut in Bohemiâ, illi non laborant orexi: Et Physicus Albertus consuluit, vt piper comedant illi Misnenses, & Bohemi, & alij, quia cereuisiam bibunt, quæ frigefacit: Ideo Piper comedunt, vt calefaciat: Et quia cereuisia quid viscosum est. Ideo adhæret illa viscositas stomacho. Sed illi vtuntur calidâ cereuisiâ cum butyro, & sic viscositas resoluitur. Ideò butyrum comedunt, vt scilicet lubricitas fiat, & viscositas non adhæreat: ante hoc semper ex stomacho laborarunt.

Dolores stomachi vnde.

Dolores ergò stomachi omnes veniunt, aut ex Tartaro putrefacto, aut Tartaro generato. Putrefactum febrium est Generatum: alij morbi sunt. Illa Materia Tartari purgationibus non pellitur, nisi priùs sit Tartarus resolutus in liquorem. Sicut enim aqua, vel liquor, si vult pelli, rursus debet resolui in liquorem, posteà abit. Si autem est Tartarus putrefactus, ille facit febres, & interdum per purgationes abit.

CAPVT II.

De transmisso ad intestina: Consequens futuri & præsentis morbi: Anatomia est doctrix huius Theoricæ. Medicorum error in causâ morbi, & veri Tartari causa.

QVod si in stomacho digestum fuerit, tanquam cibus, benè est: quòd si autem non, sed transmissum ad intestina per stercora, si vis coagulatiua abscondita fuerit in istâ parte, & laborat in peccantem effectum, insequitur aut vsnea, vel grando, vel Gemma vtriusque generis, Alabastrini & Marmorei. Indè sequuntur, constipatio ventris in secessum, tumor, Tympanites, ventositas, vmbilici torsiones, colicæ species insanabiles, vomitus & similia signa. Hæc per anatomiam habentur horum ægrorum, in quibus intestinum abundè cum vsneâ repletum existit, aut Monocolon, aut longaon & ilia. Ex quibus Tartaris istis, plures canones traditi sunt, pro colicâ ventosâ & causâ morbi, pro cholerâ signata, & quidem malè. Sunt igitur descriptiones auctorum falsò positæ: Nam causa choleræ non est, nec fellis, nec constipatio, vti dixerunt, sed Tartarus offendit locum, quare Tartari causam recipe, non alienam.

Intestinorũ qui morbi à Tartaro.

IN CAPVT SECVNDVM ANNOTAT.

SI victus sumptus, siue sit à bolo, siue lapillo, si stomachus digerit, separatio prima est, posteà digestio, non è contrà, vt Auicenna putat. Sed primum est separatio puri ab impuro, pòst separationem digerit, scilicet nutrimentum, & membris impertit, per intestina mittit, impurum, quod ex sale est nutrimentum: Sulphur est immundum, quod per intestina tranſit. Si vis expulsiua debilis est, tunc vis salis coagulatiua facit sic Tartarum. Nam illa viscositas adhæret intestinis, & facit Tartarum, sicut in stomacho & in orificio Tartarus fit, & hoc inde. Nam vis sulphuris hoc facit. Stercus enim aliud non est, nisi sulphur, & ventus, qui exit, accenditur & ardet, sicut sulphur, & stercus quoque.

Cibi qualis digestio.

Tartarus vt fiat.

Sulphur ergò quoddam est in stercore: Nam non est aliud stercus, nisi sulphur, vis ardens. Cum ergo in intestinis est, adhæret illis: si vsnea, est tantò leuior: si grando, etiam leuior: si gemmæ, hic opus, & labor. Indè sequuntur morbi, constipatio. Primò, quando Materia sulphuris & salis coniungitur, & exsiccant materiam, faciunt constipationem: ex constipatione aliæ ægritudines, quę curantur per curam Tartari, quia vbi resoluitur Tartarus, iam ægritudines abeunt: sed hoc non facit oleum chamomelinum, aut alia olea, quibus vult pellere Mesue torsiones ventris: sic etiam clysteria, quæ dantur, nisi quæ ex seminibus, lini, psyllij, fœnugræci, &c. & mucilaginosis: quia in intestinis plùs est de bolo, quã lapillis, ideò quia illa semina sunt mucilaginosa, & materia in intestinis est de bolo & mucilaginosa. Et sic similia ad similia addiderunt, & similia similibus curantur.

Stercus sulphurinum.

Olea tormina ventris non curant.

℞ *seminis lini.*
psyllij
fœnugræci (ana) fiat Mucilago. & addatur sal.

Qui autem secuti sunt, addiderunt laxatiua & purgatiua, hieram picram, trochiscos de agarico, Alhandal, &c. & fecerunt ex clystere purgationes, cum non sint aliud,

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 486 sur 913

niſi vt reſoluant, bolúmque coagulatum reſoluant, alioqui cùm ſic purgare volunt, & laxãt, & materiam non reſoluunt, & poſtea fit morbus peior. Sed iſtis ſeminibus mucilaginoſis, ſi quis vtatur, reſoluit tartarum, & poſtea ſimul omnia exeunt. Oleum etiam reiicere non poſſum: quia dolores ſedat.

Clyſtere debet ſolummodò reſoluere: aliàs, enim ſi materia tartari non reſoluitur, & conſtipatio manet, tunc ſequitur Tympanites. Non eſt autem ſpecies hydropiſis, ſed Tympanites eſt conſtipatio ventris, fit ventus, natura non habet egreſſum ibi: interim clyſteres addunt, ſed nihil efficiunt. Sic procedendum eſt: duplex Tympanites eſt: Vnus in matrice, de hoc alibi. Alius in inteſtinis, qui curandus per reſolutionem Tartari. Sed in quo inteſtino, hoc non videmus. Quando ergò volumus Tympanitem inteſtinorum curare: per clyſterium fieri poteſt. Si ſupra diaphragma eſt dolor, ſumma medicina eſt, vt ſumamus mucilaginem, de cydoniis vel pſyllio, &c. vel de alio, & cum melle deſpumato, ana: demus in modum ſyrupi, & hoc reſoluit Tartarum. Ergò ex conſtipatione ventris, fit tympanites: & quia calor facit ventum, quando autem conſtipatio eſt, iam ventus exire non poteſt, & facit tympanitem.

Tympanites cõſtipatio eſt vẽtris non ſpecies hydropiſis.

Tympanites duplex.

Tympanitis curatio quæ.

Quòd autem ventus in corpore ſit, clarum eſt: quia in ſanguine ventus, quia calidus: ſic etiam in reliquo corpore: quia vbi calor, ibi ventus, vbi is per conſtipationem exire non poteſt, tympanites non curatur, niſi per reſolutionem Tartari. Hoc eſt, conſtipatio: ſed hoc non facit decoctio calida tota hauſta, vel herba aliqua in oleo cocta.

Vbi calor, ibi ventus.

Torſiones fiunt ex acuitate liquoris in inteſtinis. Tympanites ex conſtipatione: Torſiones ex reſolutione. Colicam aliqui putant eſſe ex felle, quod redundans vadit ad inteſtina, & ſic pungit. Alij dicunt ex conſtipatione, quòd merdare non poteſt. Colica abſolutè non eſt, niſi Tartarus reſolutus in inteſtinis: quia Tartarus acutus eſt, ideo pungit. Sicut dixi, duplex eſt, Dulcis, qui reſolutus, facit lienteriam: ſed acutus ille, Colicam. Cum ſic reſolutus eſt, iacet in loco fixo: quia per ſe non habet virtutem expulſiuam, ideò ſic iacet, & pungit; Cura ergo eius eſt, vt hic liquor conſumatur, vel rurſus coaguletur in Tartarum, vel, vt vis expulſiua expellat: Indè fit, quòd oleum bibunt in colica: quia cùm oleum adit Tartarum reſolutum, ſic acuitatem Tartari mitigat & ducit ad expulſum: Sic etiam dulcia vina faciunt. Cur autem faciat vrinam croceam, hoc eſt propter fel: Vomitum etiam faciunt, quia cum inteſtina laborant, laborat quoque ſtomachus.

De colica ſententia diuerſa.

Tartarus duplex eſt.

CAPVT III.

Hepatis magium quid ſit: qui morbus, quæ ſigna: Vrinæ iudicium, porrò de Meſeraico Tartaro: De infirmitatibus & veterum erroribus.

SI autem digeſtum fuerit in ſtomacho, pro prima digeſtione, & expulſum in ſecundam hepatis: ſi ſeparatio fuerit in eâ, in vſneam, vel gemmam, ſecundùm quod ſumptum ex bolo vel lapillo reſolutum fuerit, ſequitur conſtipatio, in hepate, & durities, & apoſtema chronicum & ſitis, dolores lateris dextri, compunctiones & oppilationes facit: In calorem abit, labia ſciſſa cũ pruitu naſi, lingua exiccata apparebit. Tumores in pedibus & maximè tibiis: Expulſus eſt appetitus, & reiecta digeſtio: Vrina quaſi hydropica, quaſi indigeſta, glauca & multa. Iſta generatio non tantùm fit in hepate, ſed etiam in regionibus iecoris & confiniis ſuis. Quòd ſi autem in digeſtione hepatis ſeparatio non aparuerit, eſtque materia egreſſa ad meſeraicas lacertoſas, ſi in his lacertoſis meſeraicis ſalis communicatio fuerit, tunc ſequitur generatio Vſneę vel Gemmæ: Ex iſta generatione ſequitur dolor meſeraicarum, conſtipatio nutrimenti, Ethicæ ſpecies, phthiſis principium: eſt dolor quoque ſpinæ dorſi, coſtarum, matricis: effœminatum ſemen facit, tollit appetitum attrahendi ſperma: & exiccatio erit omnium membrorum, &c. Magni dolores in mineralibus, de quibus priſci penitus errauerunt, & falſa capitula poſuêre.

Explicatio Capitis Tertij.

SI igitur in ſtomacho vel inteſtinis non adhæret, vadit ad hepar, & in illo eſt ſeparatio: Vbi ergò hepar debile eſt, in venis hepatis fit oppilatio, Tartarus generatur, & lapilli viam occludunt, & nutrimenta tranſire non poſſunt, indè compunctiones. Et quia materia tranſire non poteſt, colligitur, & putreſcit, & fit apoſtema hepatis. Cura eſt omnium oppilationum, cura Tartari. Et quando oppilatio eſt in hepate, diſcoloratur homo, ſæpè color variatur in die. Et ſitis indè venit, quia hepar non habet humiditatem proprer oppilationem: & nutrimenta, quia tranſire non poſſunt, per hepar redeunt in ſtomachum, & corrumpunt: hinc oritur ventriculi conuulſio, id eſt, ſingultus, item fiſſura labiorum & excoriatio in pedibus: Hoc eſt, ex oppilatione hepatis & linguæ ſiccitas. Tumores in pedibus ex oppilatione: quia quando Tartarus ſic diu iacet, venit ad maturationem, & natura operatur & expellit, inde tumores ad alium locum in pedibus. &c. Vrina multa, quia liquor hepatis diſſoluitur, & morbus matureſcit, & ſuum liquorem ſe ipſum dat hepar. Nam vis expulſiua vrinæ trahit. Ideò accipit, quid inuenit: etiam de corde ſumeret, ſi alioqui nihil eſſet. Sic etiam, ſi meſeraicæ oppilantur, iidem morbi ſequuntur. Et ſi quando Tartarus oppilatur in meſeraicis, iam ethica febris adeſt, ita etiam phthiſis, tabes,

Tartar. hepatis quæ ſequũtur.

Mineralia ſunt membra principalia.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 487 sur 913

Mineralia sunt membra principalia.

tabes, per totum corpus: & qui sic constipati sunt, non sunt fœcundi. Mineralia dicuntur membra principalia, renes, col, pulmo, hepar, splen.

TRACTATVS III.

CAPVT I.

Tartarus vrinosus quid, de meseraicâ securitate: & virtutes, & proprietates & dolores istius Tartari: Signa morbi ab externo: Similitudo, fragmentorum deliberatio, & de statu.

ET Si separatum fuerit in hepate, & positum in materiam vrinæ, securæ sunt meseraicæ & regiones iecinoris; nunc de viis vrinæ videndum, id est, de renibus. Quod si Tartarum vrinæ, quod aliud est, quàm, de quo dictum, acutius, actius, celerius, inquietius: Nam quæ Tartara ex vrinâ descendunt, penitus sunt adustiua, vim calcis habent, spiritumque vitriolatum & proprietatem salis: Hæc ante coagulationem: Sed cùm coagulatio facta fuerit, recedunt dolores, vndè sequitur dolor paroxysmalis secundùm tempus coagulationis suæ, quousque in coagulationem peruenit. Inde sequitur dolor dorsi, coxarum, vrinæ defectus, vrina rubea, sanguinea, citrina, crocea, cum ardore, vlcerationes renum, pus & sanies in vrinâ, torsiones sub vmbilico, dolores in Schia, & Vomitus, & Nausea, & pectinis compressio. Tartarus iste, tanquam Tartarus vini, adhærens in vase, ita in regionibus concauitatum renum: & si cum tempore resolutionem accipit, fit cum doloribus grauissimis. Quod si generatum cupit absque resolutione exire in fragmentorum portionibus propter angustas vias dolores & signa reddit. Quòd si in loco permanserit in statum, benè: Si ad augmentum, malè: & ad declinationem, malè: nisi cum cautelâ.

EXPOSITIO AVCTORIS IN TRACTATV Tertij.

CAPVT I.

HEri dixi generationem Tartari in stomacho: Nunc ergo cùm in stomacho bene digestum & separatum est, transit per venas meseraicas ad hepar, & hîc fit secunda separatio: Nam aliud ex istâ separatione & digestione transit ad nutrimentum totius corporis omnium membrorum, alia pars est vrina. &c.

Vrina est sal è mercurialibus.

Illud quod ex stomacho venit ad hepar, existit in Mercurio & Sale: Mercurius in nutrimentum abit. Sal verò in vrinam vadit. Separatio autem ista secundæ digestionis est, & est prima materia vrinæ. Nam alibi, vbi sulphur, ibi stercus: sic hîc, vbi sal, ibi vrina. Vrina verò sal est expressum à Mercurialibus, per violentiam separationis in resolutionem coactum. Considerandum vobis de sale expresso, accidentale suum quid sit, si in coagulationem abit, quid inde, nisi Tartarus acutus? Vrina est spiritus, qui descendit à formâ in volatilem, à substantiâ propriâ in contrarium: quia ista separatio propter salem est absque sulphure.

Omne id, quod transit per venas meseraicas ad Hepar, vel Mercurius, vel sal est.

Ingesta omnia ex tribus primis constât.

Omne enim quod edimus, ex tribus, primis est, ex sulphure, Mercurio & sale. In stomacho igitur separatur sulphur, à reliquis, in stercus scilicet: Sal & Mercurius, vadunt ad hepar. Non est enim natura stomachi, hæc duo separare, sed hepatis proprium. Hæc duo ergo priora separat hepar, purum ab impuro, postea digerit. Separat igitur hepar rubinum à crystallo: Rubinum est nutrimentum omnium membrorum, cordis, cerebri &c. Reliquum crystallus. Quod non est nutrimentum, expellit hepar ad renes, & est vrina. Vrina ergo non est aliud, quam sal, quod resoluitur per hepar in aquam, & expellitur, & sic rursus coagulatur. Id est, transit in suam primam materiam, & sic facit Tartarum. Si à bolo, vel si à lapillo, talem Tartarum facit. Et quod sal coaguletur, videmus, quando micta est, potest coagulari. Quomodo autem coagulatur? Ita, quando sal carnis & sal vrinæ vniuntur, coagulatur in lapillos.

Exulcerationis à Tartaro quę cura.

Prima generatio intra hepar & renes, & ibi coloratur calculus in renibus, scilicet quando lapilli rubei sunt. Secunda generatio in renibus: Tertia in vesica, scilicet quando transit per renes & non coagulatur, sed in vesica coagulatur. Et quando est Tartar. acutus, corrosiuus, corrodit, & in viis vrinæ & vesicâ exulcerat, & sic transit pus & sanies: & tunc dolores veniunt, quando vlceratio est: & sic fit, quòd interdum non sentiuntur dolores, sed quando vrina acuitur per regimen, à cibis salitis, piscibus, carnibus: tunc ille spiritus salis penetrat in poros, & exulcerationes indè: Et sic etiam facit pus, & sanguinem mingere. Ideò illis Regimentum ordinandum, vt caueant sibi à cibis salitis. Etiamsi habito regimine, tunc mingunt sanguinem: Hîc scias, quòd vlceratio abundat, tanquam si calx manui imponatur, & sinatur iacere, tunc erodit & exulcerat magis magisque: sic etiam illa exulceratio est, quòd Tartarus per se sine intermissione corrodit: ibi dolor est dorsi magnus, & sanguinem mingunt. Ibi vna cura est, vt Tartarus resoluatur. Nam si dolor dorsi per oleum Chamomelinum, aut de scorpionibus non curatur, tunc scias certò, quòd exulceratio est ex Tartaro. Interdum venulam exedit, aliquando Renem, vel aliud &c. Hîc vna cura est, vt vrina fiat tota incarnatiua, & hoc fit per ea, quę habent vim salis in secum incarnatione.

Sal salis curatio. Mastix myrrha, thus. &c. sal sunt.

Nam sal solummodo per sal curari vult, vt sunt Terpentinum lotum, trochisci rhuris, alkakengi, masticis, myrrhæ, mumiæ, sticados, & potissima thus, mastix, mumia. Nam illa planè sal

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 488 sur 913

sunt, nihil habent sulphuris: Ideò, cum veniunt ad stomachum, quia nihil hîc de sulphure est, stomachus transmittit ad hepar &c. ita quòd tum vrina illa tota fit, & sal, & incarnatiua, & curat sic exulcerationem: Et tum nihil comedendum, quod humidum est, id est, quod aliam vrinam faciat. Nulla iuscula, nihil salsum, sed tosta, & quod siccum est.

Errant ergò illi, qui absynthium, radicem raphani, mentastrum, pulegium, &c. præbent, & omnia illa, quæ vrinam cient & prouocant. Nam illi cogitant sic. Si calculus curandus est, prouocat vrinam: & purgant vias vrinæ istis herbis, quia putant, quòd menstruum prouocent, vt & vrinam prouocent, & putant sic calculos tolli, & addunt etiam consolidatiua. Et asini non vident, quòd istis calculus non resoluitur, nec etiam incarnatur. Hoc agendum, quando exulcerationes Tartari sunt curandæ, vt incarnetur: alia enim, quæ prouocât vrinam, obiter tantum pertranseunt, & nihil agunt. Spiritus vitriolatus est, quando vrina ardet, & veluti scindit, & cùm sic est, ille homo omnium maximè laborat in calculo: & sic generatur calculus, qui per sæpè duobus tribúque annis colligitur, & non dolet, & natura tam fortis est, quòd semel totum expellit. Et primò de bolo generatur, is agglutinatur, vt vsnea, sic adiacet renibus, instar tunicularum exilium, sed in vesicâ non potest ibi adhærere vsneæ, quia plena aquæ: sed lapillus hîc coagulatur, ex acuitate salis, durus scilicet & gemmeus, & multis angulis exasperatur, propter salis acuitatem. Quando vrina alba est, lactea, & dolores dorsi adsunt, & tamen vrina vel calculus non dolet, scias in vesica esse materiam lutosam, curatu facilem; sed si non curatur, in lapidem concrescit & induratur: postea propriam curã habent: sed cùm adhuc lutosa est materia, medicamentum per syringam iniicere licet, & lutum expellere, vel, vt veteres dederunt, coagulum bibendum, vel per syringam. Hoc lutum etiam pulchrè purgat. Ideò recepta, quæ de calculis scribuntur, multa sunt quæ pertinẽt ad calculum lutosum, antequam confirmatur, & ipsi vtuntur ad confirmatum, ideò falluntur: materiam induratam frangere, & lapidem, rerum & medicinarum lenium est; & debet esse vrina, id est ex sale incarnatiuo, quæque fit ex mumiâ, thure, mastice, non sunt nisi sal, scilicet incarnatiuum, quod etiam exulcerationes curat. Et in lapillo duro non est præstantior medicina crystallo. Felix, qui possit præparare. (Hermes, postquam comederat, sumebat semper granum thuris, vel masticis, ne scilicet vinum bibitum se coagularet in Tartarum.)

Calculus quot fæpe annis colligatur.

Calculus lutosus confirmatus non curatur.

Crystallus optimũ calculi remediu.

CAPVT II.

De transmißione in vesicam: Distinctio coagulationis quid sit, & generis, & formæ, & loci: Vis salis est potentißima in vesicâ ex nitro, ex petris. Spiritus vrinæ eximia speculatio.

Calculus auctor Tartarus curdicatur.

NVnc quòd si in renibus non fuerit separatum, & per vires naturæ expulsum ad orificium & collum vesicę: Nunc si in isto loco sal dominus fuerit coagulationis, generatio ex isto sale sequitur lapilli, quem alij lithos, vel lithiasin, vel calculum vocant. Ego verò Tartarum propter primam materiam, & benè. Ista generatio lapidis non est alibi in toto corpore, nisi in loco, vbi vrina in suâ potentiâ fuerit. Nam sal, quod est in vrinâ, est generatio in eâ, & quod talem vim habet lapillandi, & quò longiùs ab origine vrinæ, eò fortiùs est opus salis. Vnde sequitur de pruinis Tartaris vrinæ. In renibus sunt Alabastrini, & pruini, & vsneæ, & gemmæ Alabastrinæ: Sed in fine renum, duriores maioréque & fortiores. In vesicâ fortissima vis est, & potentia congelandi, & durissima adamita vltra marmoream tenum.

Calculi in renibus quales.

Hæc vis est salis vrinæ, ex qua vbique per totum corpus mucilago, vel bolus extraneus sumptus, coagulationem accipit. Nec mirum: quia vrina principium salis nitri, & principium salis petræ: habet enim in se in propriatam naturam vitrioli, & salis plumosi. Ne sitis inexperti Medici, in spiritu vrinæ & viribus eius: perscrutamini experientiam, signa, & dolores huius in vesica lapilli. Omnia signa habet prædictorum Tartarorum, & in duplo ac triplo grauior passio morbis præfatis.

IN CAPVT II. ANNOTATIONES.

Calx & Anodus sunt in nuttimentis. *Anodus* per venas suas, *Calx* verò vrinam, expulsionem habet: nam calx ex sale est, per spiritum vitriolatum. Indè sequitur genus corrosiui, acuti & peracuti, cum talibus signis, sicuti de Tartaro dictum, & dolores & passiones chronicas facit, & lapidis, & grandinis resolutionis localis.

Auicenna & Valescus, & alij, principium Tartari arenam faciunt, & dicunt. Ego Tartarum, quia vt Tartarus adhæret. Et vt dixi post primam digestionem, in stomacho transit, ad secundam separationem & digestionem in hepate: Postea transit ad tertiam separationem & digestionem, quæ fit in renibus: Pòst nulla est separatio aut digestio, sed illud sal, quod descendit ad renes, sal scil. resolutum iacet in renibus & separatur, superfluum expellitur in vesicam & mingitur. Si ergò spiritus salis acutus est vitriolatus, vel si habet vim mineralem, totum expellit hepar ad renes, id est, ideo mineræ vel mineralis separatio fit in renibus, & vrina fit in renibus primum. Et quia adsunt mineræ, hoc est, spiritus cachimiæ, vitrioli, colchotar, aluminis entali, rochę: Nam illa omnia habet in se vrina. Illa ergo expellunt renes: Nam in istis dictis spiritibus non est nutrimentum, sed superfluum est, & exit per vrinam.

Auicenna & Valescus notatur.

Anodus

Anodus quid sit.

Anodus est illud nutrimentum, quod separatur in renibus. Calx verò est superfluum, id est, vrina: Calx est; quia spiritum calcis habet. Si ergo separatio recta est, tunc illi spiritus calcis & minerales, cum vrinâ transeunt; Si verò separatiua & digestiua virtus, in renibus non est perfecta, tum restagnat & liquefacit renes: Inde vrina crassa, adipola, pinguis &c. ibi liquatur Renes. Interdum sanguis cum pinguedine exit, & tunc indè est, quòd in substantiâ renum corruptio peruasit, tunc fiunt dolores coxendicum, & dorsi, ac pedum superiorum, quasi resoluti essent.

Thermæ si non conueniunt.

Hic non consulendæ thermæ; quia plùs renes putrefiunt. Si verò cum his doloribus dorsi &c. concurrit colica ventris, hî: sciatis & lapidem esse generatum in renibus. Errant ergo Medici, qui dicunt, calculum nasci ex phlegmate sicco. Quomodo potest nasci, ex phlegmate, cùm non sit mate ia lapidis? Sed ex mineralibus nasci debet. Igitur cùm in renibus separatio non fit rectè, tunc est generatio nitri, id est, vrina incipit, & generat in se ipsâ, & per se ipsam sine Anodo. Si est de materiâ vitrioli, facit genus vitriolatum, hoc est, lapidem: si species aluminis, transit ad speciem lapidis aluminosi; ideò varij colores lapidum, aliqui rubei, albi, cinerei, & subpurpurei &c. Cyanei verò & virides nulli generantur, quia non est de mineralibus illis, ille color: Si ex sulphure esset, fieri posset, vt Cyanei gignerentur. Fit ergo generatio nitri hîc.

Calculus non nascitur ex phlegmate sicco.

Lapides virij coloris nulli.

Lapis quatenus à viridis est non nascatur.

Nitrum quid & qui sint.

Nitrum dicitur, vbi pecudes stabulant & mingunt. Nam illa terra vbi mingunt, postea coquitur, & sal nitri indè fit. Num vrina non est, nisi sal. Sic ex petrâ nascitur sal petræ. Ideò ad propositum. Ex vrinâ coquitur lapis, & sal nitri communis. Sic quoque in corpore vrinæ generatur Tartarum, seu nitrum, & cum tempore exulcerat vesicam: Et cum vrina acuta venit ad istam exulcerationem, tunc dolores incipiunt. Nostri auctores dicunt, in istius exulcerationis cura prouocandam vrinam, & volunt per vrinam causam morbi & exulcerationem curare ipsum morbum, vt scorpio se ipsum. Sed hoc nimis maturum est tunc demum benè, quando vrina fit incarnatiua, vt de mastico, thure &c. Sic etiã, si in hepate non separatur Materia, vt separari debet, transit ad renes. Sed illi non suscipiunt: quia tantùm separant, quod separare debent; ideò permeat ad vesicam, vbi incipit Tartarus coagulari. Sed est viscositas. Sed quando venit in orificium vesicæ, tunc facit lapidem in collo Vesicæ, hoc fit in posterioribus, infra postremam vertebram, seu spondylum: Hinc incipit tum corpus secundùm inferiora resolui, & curuescere, quòd non possunt ire. Hic non iuuant vnctiones, balnea, emplastra, &c. Pedes extenuantur, non sentiuntur &c. Transeundum est ad illam curam, ad primam materiam: quia morbus est in orificio & collo vesicæ, hîc insedit gluten, & calculum vel lapidem generauit: nihil hîc balnea faciunt.

Balnea & vnctiones quando calculo nihil cõmodant.

Quòd faciunt balnea cum cantharidibus, calce, & omnibus causticis & calidis, &c. Nihil sunt illi canones: Sed spectandum est, vt materia, quæ in collo vesicæ est, resoluatur & transeat in liquorem: & hoc fieri potest, si Tartarus est ex bolo resoluto: verum si est ex lapillo resoluto, non possunt curari, sed resoluti moriuntur.

Calculi materia est omnis vrina.

Omnis vrina micta facit lapidem, & generat lapidem, quod apparet in matulis, & ii coquitur. Ita ergo generatur calculus in vesicâ, cum grana exilia eiiciuntur, hodie vnum, cras iterum vnum, quarum vesica interdum tota plena est: interdum adhærent vnâ, & quò acutior vrina, eò acuminatiores illi.

Lapides vnde magni & patui.

Ex bolo resoluto magni lapides nascuntur. Ex lapillo resoluto, parui, sed si magni ex lapillo resoluto, tunc incurabiles.

CAPVT III.

Vnde Alabastrina, Lephantea genera: Tartarorum differentia, proprietas, pondo & libra: Item cuteus quid forma quid: signum difficile, & signum fixum.

QVæ Tartara ex bolo resoluto generationem habent, in Alabastrinum effectum transeunt, & Lephanteum. Et quæ ex lapillis resolutis, in lapilli duri finem. Sunt igitur operationes duæ in generationibus Tartari: Vna est vis congelandi, absque spiritu vrinæ: Alia est congelatio per spiritum vrinæ.

Tartarus duobus modis generatur.

Prima reddit molles tartaros, secunda autem duros & crassiores. Et qui ex bolo sunt, differentiam habent ab his, qui ex lapillis sunt. Est autem generatio aliquando ex vnâ portione, quando natura glutinis simul & semel ad casum peruenit. Aliquando quotidiana, cùm cuteus labor incidit, id est, vsnea super vsneam, vel quasi Tartarum super Tartarum. Est autem natura boli in forma & esse multiplex, etiam lapillus resolutus, vndè durior, mollior, doloroſior & lenior: Quia diuersa sunt genera, nutrimentorum & spirituum externorum & internorum, vt in diæta intelligendum est. Sunt & plura signa vrinæ, quæ ex permixtionibus: illa perscrutari per experientiam ab ægris sufficit, pro geniturâ signum vnum, cætera consortia sunt de rebus conuenientibus non fixis. Ergo Medico in libellis non ponenda, sed de fixis, de signo fixo non intermisso. De varietate formæ in vsneâ, in grandinibus, in lapillulis, non est de Medicâ professione: Sed in Philosophiâ habentur, de formâ, & materiâ, & figurâ. Relinquo igitur in hoc nostro libello.

Differẽtia Tartarorum à diuersitate nutrimentorum.

CAPITIS TERTII EXPLICATIO.

SI voles iudicare an quis habeat lapidẽ hæc signa sunt: Nausea, vomitus, quando quis

Signa lapidis in existẽtis quę sint.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 490 sur 913

dicit, neſcio quid mecum fiat, aſſiduâ ſpuratione fatigor. Hic certum eſt, eſſe ex lapide, vel quod inebriatus fuit. Si inebriatus, tunc & caput dolet, hoc certum ſignum: Si hoc non eſt, lapis eſt. Item coxendices dolent, quoties per ſcalas aſcendunt. Tertium ſignum, colica ventris, ictus ſeu iectigationes pedum: hæc ſunt certa ſigna, reliqua fallunt & vana ſunt, quia obeſo corpore vir, alia habet, quam macilentus. Et in vrinâ ſignum eſt: Interdum aurea perſpicua vrina eſt. Vrina diuidenda in tres partes, in tres ſubſtantias, illud ſedimen in fundo ſubtile eſt ſedimen, quia ex tertiâ eſt digeſtione, ex renibus: quia, quæ in hepate digeruntur, craſſa ſunt: ſicut, quæ in ſtomacho, craſſiora: Sed illa quæ in renibus ſubtilis eſt, quia ex tertiâ & vltimâ digeſtione.

Ex tertiâ igitur digeſtione vrina eſt in fundo perſpicua & ſubtilis. Item ſignum eſt, quod arena eſt in fundo, ſed hoc fallibile: quia ſæpè fit quòd arena vadit. Eſt etiam ſignum lapidis, quòd vrina eſt lactea, vt ſerum lactis: ſignum eſt, quòd lapis eſt in veſicâ.

DE TARTARO

TRACTATVS IIII.

CAPVT. I.

De interno Tartaro ex tribus: quid viſcus internus, gluten & putrefactum. Deſcriptio Anatomiæ, generationis: quæ ſigna, ægritudines, & de Tartaro lacertorum.

Viſcus quid.

NVnc quando ipſa natura corporis, quæ eſt diſpoſitionis huius, ex tribus internis fuerit, ex Sparis viribus, ſcilicet de viſco aut bitumine, vel glutine albo aut putrefacto interno: Conſiderandum nobis, viſcus naturæ quid ſit. Viſcus eſt ſanguinis humor, cum ſuâ aquoſitate, quæ cum ſanguine apparet: Aqua iſta ſanguinea ſi ſal fuerit, in reſolutionem abit: ex iſtâ ſequitur viſcoſitas, de quâ ſcribimus. Iſta viſcoſitas, ſi in ſeparationem abit, ſumítque coagulationem ſalis cum viſcoſitate aquæ ſuæ, ex

Tartari innati quæ forma.

iſtâ ſequitur generatio Tartari innati, ſæpiùs in formâ vſneæ, vel grandinum, vel gemmarum collectarum ſimplicium, vel diuiſarum, vt in Anatomiâ habetur.

Iſta generatio ſæpiſſimè fit, præcipuè caſtis & pueris, exſiccatiſque corporibus, & ſigna eius ſunt iectigationes per membra, dolores vagantes, punctiones non fixæ per totum corpus, aut per mẽbrum diſperſæ: hinc indè per venas ambulans, exiccat corpus, gignit naturam æqualem cum Phthiſi & Ethicâ: Febres ſentiunt, aliquando conſumptionem particularem faciunt, præcipuè in membro venæ iſtius, in quâ eſt oppilatio iſta creata. Et niſi per iſta ſigna, indicium aliud non habemus iſtorum morborum.

Veteres dixêre grandia verba de ſimilibus paſſionibus: Sed principium eorum error berbericus. Et poſſibile eſt, talem morbum generari in carnibus & muſculis, lacertíſque: Cùm ſuus liquor tanquam ſanguis de ſubſtantiâ cecidit in coagulationem: Sed ſigna eius ſunt leuiora & dulciora.

IN TRACTATVS IV.

CAPVT I.

Expoſitio.

Sparis quid & quæ.

SPara vis eſt mineralis ex Ilech primæ ſubſtantiæ ex primo Ente, eſt pars prima ex quatuor elementatis. Elementata iſta ſunt mineralia maiora.

Mineralia quot genera.

Genera Mineralium ſunt quatuor, eſſentiale, corporale, ſubſtantiale & formale. Vt dixi, falluntur auctores noſtri, qui dicunt, ex phlegmate calculum naſci, quia lapis generari non poteſt, niſi vis mineralis adſit. Arena enim vel lapis eſt minera: ideò fieri debet quoque ex mineralibus. Præterea corpus duplices partes habet. Eſt Tartarus innatus, internus & externus, hoc eſt, duæ ſunt generationes Tartari, ex externo mineræ, id eſt, ex his, quæ ingeruntur, & ex interno: Ideò ex primo Ilech, id eſt, ex aſtris, quæ non cogunt, ſed homines debent concordantiis aſtrorum reſpondere. Ita mineræ quoque ſunt in hominibus, ſicut in elementatis. Sæpè enim quis fit calculoſus, & tamen non habet ex vino, vel cibis, etſi nec hæreditario acceperit, vt proximè dixi in ſpermate, quod non viderunt medici noſtri, qui diætam ponunt in curâ calculi, & cauſam morbi non intelligunt. Nam neque ex cibo vel potu habẽt: & ſi nihil ederent, tamen generaretur calculus. Huius naturæ eſt Tartarus internus, quòd ſic creſcit ſemper, & ſignum eſt, quia vrina craſſa eſt, vt ſperma in vrinâ, & quotidie ſic mingitur.

Lapis nõ exphlegmate, ſed minera, &c.

Tartari generationes duæ.

Multi calculoſi nec tamen ex ingeſtis, aut hæreditario.

Mucilaginoſum, & viſcoſum eſt generatio Tartari interni: At ſemper illi, qui habent Tartarum internum, habent exulcerationes, non finduntur tamen, & tamen pus it per vrinam, & eſt ſicut ſperma. Tertium ſi compreſſiones inuadunt, vt in ſtomacho comprimantur, eſt ſignum generati calculi interni, & incipiunt ſicceſcere, aut tabeſcere, extenuantúrque. Noſtri dicunt in omnibus morbis, qui contingunt, (quia cauſſam reiiciunt in humores) eſt corruptio humorum: Eſt antiqua Laterna. Et tamen tam ſtupidi ſumus, vt quicquid auctores ſcribunt, pro oraculo habeamus.

Generatio Tartari quid.

Ego dico, generatio tartari eſt generatio mineralis, & eſt ex humoribus mineralibus, non ex humoribus naturalibus. Et iſte Tartarus eſt in puris ſalibus, non ex ſpiritu, vitrioli, aluminis, &c. ſiue aliorum ſalium. Sed Tartarus internus generatur ex puro ſale, ideò, quia Tartarus generatur ex mineralibus liquoribus naturæ. Ideò in corpore medico obſeruanda mineralia. Cura Tartari interni, quia eſt oppilatio, ideò tranſeundum ad coagulationẽ Tartari

per

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 491 sur 913

Saliviri. ditur causa Tartari interni.

per viriditatem salis. Salis viriditas, curat Tartarum internum generatum. Doctor Bernhardus scit, quid sit viriditas salis. Curatur autem Tartarus internus, qui est ex bolo resoluto: qui ex lapillo resoluto, ille est incurabilis. Vrina vt vinum ardens, signum est Tartari interni. Si substantia in vrina est instar aquæ destillatæ clara, non adest hypostasis, sed plane perspicua est & diaphana, ille Tartarus est curabilis per physicam, nisi veniret ad vesicam, vt sectione tolleretur. Alioquin solui non potest, quicquid agas: quia est ex lapillo resoluto, curari non potest, dissolui non potest: ideò differentia talis obseruanda.

Tartarus qui curabilis, qui nō.

Sparavires) Vis mineralis & humor salis humor aluminosus, & humor calcis, & humor vitriolatus: Isti humores sunt in corpore. Duplex est humor naturæ: humor naturalis, humor mineralis. Si permiscentur, simul currunt in corpore: Si per se stat humor mineralis, & facit morbum, per mineralem curari debet. Sanguis est humor naturalis. Humor vitriolatus huic opponitur. Hic si ex sanguine morbus est, sine vitriolo curari debet per purgationem sanguinis, vt Gamandrea, Morea, sanguinem mundat, Manna, Capilli Veneris. Sed si vitriolum coniungitur, iam etiam si diu sanguinem purgantia adhibeas, nihil efficies, sed ad arcana naturæ transeundum. Aluminosus humor consistit iuxta choleram, vt colica non est ex cholera, sed liquor salis, in intestinis iacet ac ardet, & quādo resoluitur, & vis expulsiua fortis est, tunc benè est. Quando ergo generatio Tartari est ex interno sale, & ex bolo resoluto, tunc facit vlcera: Vbi igitur peccant humores minerales, vt si vitriolatus humor coagulat se, & humor naturalis, id est, sanguis, si resoluit coagulatum sal, tunc phlebotomia prodest, &c. Sic de cæteris: Ideòerrant asini, qui dicunt, oh, phlegma est in sanguine, multos pisces comedit. Stercus comedit. Vbi phlegma veniret ad venas? Quis poros illos aperiret? Sed est hic sal, &c. & humor mineralis. Sic caro, ligamenta, &c. non sunt nisi minerales humores, & illis adest humor naturalis, liquor naturæ, & Balsamus Naturæ.

Humor naturæ duplex.

Sanguis mundant Gamandrea Morea &c.

Phlegma sanguini permisceri nequit.

Iectigationes) sunt punctus & ictus in membris concitati, vagantes dolores, iam brachia, iam pedes occupantes, & maximè fit in senibus, vbi humor se exiccauit: & non sunt illæ compunctiones, hinc indè diuagantesque ictus aliunde, nisi quod tartarus oppilauit meatus, & sæpè punctus ita violenter corripiunt, vt concitato corpore subsiliant, postea in anno non redit: & quando hoc fit, non est nisi quòd Tartarus se resoluit, & vis expulsiua à loco expulit. Vbi vis mineralis est, exiccat corpus, & tamen non resoluit, sed induratio manet: & est Tartarus, vbi aliquis sic extenuatur, & maximè in senibus est, & ex Tartaro.

Iectigationes quid.

Iectigatio vt fiat.

Phthisis est oppilatio de Tartaro facta, & cura eius est per Tartarum. Illi super vndas domum exstruunt ægroto, vt humectetur. Sic Ethicam: quia omnia genera febrium ex Tartaro generantur, hoc est, ex oppilatione Tartari. Et si cui membrum tabescit, non est, nisi quod Tartarus oppilauit. Ista generatio fit in musculis: in carne adhuc leuis morbus, quia natura resoluit. Sed quando venit ad concauitates, ibi restitat, & dolet.

Phthisis quid & qua eius cura.

CAPVT SECVNDVM.

Glutinis esse, glutinis loca articulosa, de virtute repercussiuâ, glutinis error, podagræ signa, istius podagræ doloris causa, priscorum error, comparatio, morbi finis, indicium doloris & loci.

SEd quæ generatio ex glutine albo, & bitumine fieret, durior est Tartarus iste cæteris tribus: Nam gluten est tenacissimum in naturâ, & vbi locum habet, ibi dolor est, hoc est, in articulis & ligamentis, arteriisque & similibus. Generatio istius est, cum seipsum coagulat, ex virtute repercussiuâ, contra liquorem nutritiuum suum coniunctum. Ista generatio facit membrum contractum absque consumptione: apud veteres pro podagrâ, chiragrâ, Genugrâ, Schiaticâ vocitatum, & in capitulis podagræ positum est, propter locum articulosum, & similes passiones, similiáque signa. Signa sunt ista: Ante coagulationem continuus dolor cum clamoribus: Nam glutē sensitiuum maximum membrum, non est sensibilius in toto corpore, ex quo sequitur, cruciatus in loco isto grauissimus. Dico autem, quòd podagra cum speciebus suis, dolorem talem non parit, nisi tactum sit gluten, quod synonia apud Chirurgicos appellatur. Errauerunt Auctores in capitulis podagræ, vbi posuerunt, podagram fluxum esse ex suâ naturâ cum talibus doloribus, quod falsum, & manifestus error. Nam absque glutine non est dolor in membris exterioribus. Ista quoque coniunctio extranea causa doloris, & si permixtionem accipit, dolor crucis aut rotę, non possunt æquam ferre lancem. Tartarus iste, si in coxis, schiis, generatus fuerit, vel in spinâ dorsi, inferiorum contracturam facit, ab vmbilico vsque ad pedes. Et cætera signa quæ sunt de Tartaro ista ostēdunt, præter vomitum continuum. Et notandum, vomitus comitans quoque podagram indicare potest. Item notandum, vbi gluten locum habet, vt scias dolorem loci pro Tartaro iudicari.

Glutinis effectus.

Glutinis signa.

IN CAPVT II. AVCTORIS EXPOSITIO.

DVritia Tartari recipit coagulationem suā ex salibus mineræ. Sal in hac generatione accidens elementale est & aqueum: liquor humoralis est & Idestrum. Idestrum autem sine compositio non est. Compositum est de minerálibus per quatuor formas, hoc est, elementa.

Idestrū &c.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 492 sur 913

Tenacitas glutinis, resina mineralis est, vt terebotin resina arboris suæ: differt à balsamo, quia salis non est. Dolor est in glutine non salso, sed per salsum, hoc sal est acetosum, non salsum, est dulce, repercussiuum contra liquorem, nutritiuum est, quando sal repercussiuum, id est, acetosum, gluten dulce coagulat istius loci, quia gluten humor nutritiuus.

Arteriarum dolores omnes ex glutine.

Sicut dixi de tartaro interno & signis, sequitur nunc generatio alterius. Omnes dolores, qui sunt in membris exterioribus, sunt ex glutine: gluten album, id est, Synouia non dolet per se, nisi habeat accidens: per se est res lucida lucens. Nam non sunt lucidiora & depuriora in corpore, quàm humor Crystallinus, album in oculo, & gluten album, & sal lucidissimum, & dulce, rectificatum & sperma, quod crassissimum inter hæc duo. Sic ergo gluten per se non dolet, sed quando sal resolutum, humor mineralis, salsus liquor, defluit ad gluten, hîc talis dolor, vt dici non possit: indè podagra: duo enim contraria, non possunt simul stare: ibi fit inflatio & dolor. Vbi ergò liquor salsus

Tria lucida quæ incorpore.

descendit ad membra, & gluten non corripit seu inuadit, tunc in articulis subsistit, & coagulat se, & non est nisi Tartarus. Indè sæpè fit, vt in podagricis calculi exscindantur, & hoc ex Tartaro est, non ex glutine. Ideò vbi gluten adeò validum est, quòd humorem salsum & salem mineralem non suscipit, tunc non fit dolor, neque podagra: ideò podagræ cura est, vt sal resolutum expellatur. Ergo vbi sal minerale venit ad gluten, per se res est tenacissima: ideò vbi coniunguntur simul, fit durissimus tartarus: sicut etiam ex sperma fit durissimus calculus, si coniungitur cum eo sal minerale.

Calculi ex articulis.

Podagræ cura quæ.

Salia quadruplicia sunt.

Quatuor salia sunt, terræ, aëreum, aqueum, ignis, vt qui dolent ex nouilunio, oppositione, coniunctione, est ex sale ignis: si in aquâ vel aliàs leuiter infrigidantur, ex sale aqueo est morbus. Si in nocte imbecilliores, quàm in die sunt, est terræ. Ex aëre non est magnus dolor, vel singularis. Ideò errores sunt, de doloribus sciaticis, & aliis medicinæ: sed salia hîc consideranda.

Gluten quo tenatus co plus de sale habet.

Idestrum oportet vt serues: nam si gluten peccet, corruptum per aliud, rectè facis, quòd humor naturalis purgatur: quia gluten est humor naturalis: vbi ergo gluten in resolutionem venit, & Idestrum est, id est, duo composita cum alio coniunctum, ideò hîc purgari potest humor naturalis. Gluten per se est humor naturalis, & in eo est sal, quod adeo tenax ipsum facit, & quantò tenacior, tantò plùs participat de sale. Oportet habeamus mineralem illam resinam, sicut arbores cum suâ resinâ nascuntur, ita in homine cuique sua resina est, hoc est, gluten illud.

Balsam^m quid.

Balsamus putredinis præseruatiuus.

Gluten quid.

Balsamus est res temperata, est non dulce, non amarum, non ponticum, sed est liquor salis. Non est sal minerale, sed sal liquoris, ideò potentissimè præseruat à putrefactione.

Gluten non est salsum minerale, sed est res liquida: sed transit ad eum sal minerale, tunc inficit. Gluten per se est sal dulce, sed venit ad id sal acetosum: ita ergo gluten à natura ordinatum est, vt in iuncturis sit, scilicet vt administret nutrimentum ligamentis, sicut nos stomacho damus cibos, & post digestionem mittit ad hepar, &c. Et gluten suum gluten in cibo attrahit: Nam in omni cibo gluten est, ideò eum attrahit ad ligamentum.

Gluten in omnibus cibis.

Ita ergo in omni cibo, in omnibus comestis & bibitis gluten est minerale, & naturale. Errant illi, qui validos cibos, & fortia vina prohibent, cùm gluten sit adiuuandum. Cum ergo sal minerale venit ita ad gluten, gluten incipit ex humoribus salis & mineralibus coagulari: vndè fit, vt membrum alicui rigescat, vt in podagrâ, & non potest mouere, quia gluten coagulatum est. Ideò vna cura est gluten illud resoluere, & humorem mineralem: hîc nihil contrarium in podagrâ, nisi sit quod abstinentia aliquid liquoris consumat.

Glutini coagulatio facit partes immobiles.

Et vt clariùs sit hoc secundum caput, dolores certè adsunt, quia duo contraria sunt. Gluten est sal dulce, sal aliud est sal salsum & minerale: ideò si coniunguntur, dolores excitantur, interdum quinque aut octo aut quatuordecim diebus, nonnunquam & tribus septimanis instantes, donec tandem vniantur, & permiscean-tur. Postea dolor aliquandiu feriatur, interim si noua materia redúdat, est, redit ad locum, & rursus redeunt dolores, & pátiens conqueritur. Est nobilissimum membrum gluten album, adeò subtile & purum, vt sensibilius nullum membrum sit quàm gluten, quod vel leui aurâ afflatum, dolores sentit. Indè quòd genu inflatur, non est, quàm quòd ad gluten fluxus alius venit & pungant inuicem, ita genu vel iunctura brachii inflatur: Vbi vna cura est, vt liquor salsus, qui descendit, resoluatur & expellatur, & humori naturali, id est glutini auxilietur.

Gluten membrũ maxime sensibile.

Podagra non dolet, sed quando fluxus cadit super gluten, iam dolet. Errant qui putant podagram esse fluxum à capite descendentẽ phlegmaticum: nihil tale est, quasi podagra ex superfluo humore veniret: Gluten non est in ventre, non in membris interioribus, sed solum in exterioribus, in iuncturis, vbi sunt ligamenta. Sed quando gluten venit ex suo loco, vt magis dilatetur, ibi rursum contrarium est, & continuus dolor. Nam omnes dolores, qui in iuncturis sunt, & membris exterioribus, sunt ex glutine. Ita ergò, vbi sic gluten est infectum, ibi tartarus fit, vel podagra, sicut dixi. Quando nascitur calculus in fine dorsi, in lumbis resoluit homines infra cingulum, quia spiritus transire non potest, constipatæ sunt venulæ, vt spiritus vitalis transire non possit. Nam nullus spiritus tam subtilis est, qui possit transire: Nam & spiritus, substantia est, vbi ergo oppilatio est resolutio suprà cingulum, si in illis locis viget, bóni appetitus sunt, & brachiorum nullo vitio tenentur. Vbi ergo calculus situs est in schiâ, in coxindice, resoluitur membrum ac dolet, & manet dolor, vsque dum morbus consumatur, ita etiam fit in glutine, quòd oppilatur iunctura, & intumescit, & dolet, &c.

Podagra non est fluxus phlegmaticus.

Glutinis locus, ibi membra ligamẽtola.

Podagra vt fiat.

Spiritus est substantia.

Sciendum est Medico, vbi sit gluten, in quibus locis habitet. Nam dolores iuncturarum scire oportet, & omnes dolores in iuncturis ex glutine sunt. Vbi locus glutinis, hîc dolor, & gluten vnâ cum ligamentis attollitur. Ideo vbi

Iuncturarũ dolores omnes ex glutine.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 493 sur 913

vbi quis vulneratur, & non in iunctura est, & tamen ligamentum tactum, ibi ipsi ponunt resinam, vt attrahat gluten: & postea non possunt sistere, Asini.

CAP. III.

Quæ ex putrefactionibus: & loca harum & materia sua: de spermate: huius Tartari signa, vlcerationis causa: de corrosiua, acutissimâ & mediâ curâ.

PORrò de putrefactis liquoribus cum substantiis, vt in intestinis, concauitatibus, centris, in vesicâ, renibus & similibus, talem generationem habet. Si sperma generatum fuerit, & non emissum, abit in putrefactionem: ista putrefactio gignit salia sua in loco, in quo sperma est: hocsal in tartarum conuertitur. Nam sperma Crystallinum sal est, à toto diaphano perspicuum creatum, & quasi candidam maculationem recipit à turbido, ita & sperma facilem transmutationem recipit. Tartarus iste habet signa vt in aliis, sed non in tantis doloribus, nisi motio venerea causam reddiderit. Vrina verò etiam in viis suis putrescit aliquotics, & propterea quod spiritum salis habet, ideò in putrefactionem Tartari abit. Et si Tartarus ille corrosiui naturam habuerit, rumpit vesicam, vlcerationem facit, corrodit venas & circumferentias suas. Quamuis alia Tartara in se corrosiuum gerunt, sed huius pessima est corrosio & acutissima.

In aliis verò Tartari speciebus, auitas vrinæ per spiritum salis vlcerationem facit, sed alkakenge, & lota terpentina tollit eam & thuris trochiscus. Huius generationis medicinam acriorem cupit vesicatio, & sic in aliis partibus idem est intellectus, vt in intestinis & cæteris.

CAPITIS III. EXPOSITIO.

Vla est generatio Tartari ex putrefactionibus, ideo obseruandum, quid ex putrefactione fiat: Nam putrefactio facit proprium salem. Ideo & in intestinis est, in iuncturis, in centris.

Centrum est. Vbi duo membra coniunguntur: Sic centrum spinæ dorsi est, articulus medius, &c. Sic & ille Tartarus propriam curam habet. Fit & putrefactio in vesicâ: quia vrina, non est satis acuta, vt expellat materiam illam putrefactam.

Sperma est in toto corpore: nullum membrum est, quod non habeat humorem spermaticum &c. Ideo vbique est, & non est gluten, neque alius humor, sed sperma, quod iacet in membris. Generatio spermatis est humor per totum corpus dispersus.

Spermatis loca sunt ista: vbi gluten, vbi membra principaliora, vbi mineralia, vbi humores, & vbi liquores: Nam sperma est radix mineralis de radicibus humorum.

Quod ipsi dicunt, sperma generari in testiculis, mentitum est: ex cibariis, potu, generari sperma, non est verum; neque inde: sed quando in quiete corpus est, illud quod potissimum in naturâ est, tunc mouetur, & illud ex luxuriâ. Sed ad materiam: principaliter sperma non est, nisi humor dispersus per totum corpus, vbi gluten, vbi membra, &c. ibi sperma: sed est sperma non separatum. Et microcosmus est illud sperma, quod est in toto corpore, & est in neruis, in articulis, cerebro, &c. & suum emunctorium non habet, nisi in testiculis, in osteo: ideò dispersum est per totum corpus, & primò vadit ad separationem suam, & deindè ad oseum, hoc est, ad testiculos: hîc concoquitur, & fit crystallinû sperma. Antequam autem separatur, & digeritur in oseo, sed cùm ad huc in membris est, potest illa materia putrescere, & fit Tartarus, & illud sperma est primum sperma, id est, nondum separatum & digestum, & quum putrescit, postea vadit ad secundam generationem, hoc est, Tartarum facit.

Sperma per se est materia diaphana. Quando loquor de spermate, nihil dico de semine quia semen est centrum spermatis, in medio spermatis ponitur, inde generatur, id est, ex semine: Semen enim hoc dicitur, quod generat: & quia sperma res lucida, ideò facilè maculationem accipit.

Contra Tartarum spermatis seruiunt medicamina, quæ habentur contra diabeticam passionem. Ille Tartarus spermatis non facit peculiarem morbum, sed quando motio fit spermatis in re Venereâ, tunc proditur: & illi, qui post actum sentiunt grauitatem membrorum, & dolores dorsi, hoc est ex Tartaro spermatis: & qui sic sentiunt, communiter steriles sunt: & licèt quidem aliquando gignant, fœtus tamen ad constitutum tempus non perducuntur: & licèt viuant, pumili tamen & nani sunt, &c. quia sperma non transit ad certam separationem & digestionem, & natura odit tales pueros: Ideò vbi sunt, aut ex viri aut mulieris Tartaro, ex spermate est. Corruptio vrinæ est primum signum lepræ: Dupliciter igitur Tartarus spermatis nascitur, ante putrefactionem, & post: & quando sal in eo est vitriolatum, fit corrosiuum. Lepra non est, nisi putrefactio, & signum secundæ generationis, ex spermate scilicet putrefacto est, quòd non sinunt se laxare, etiam si vnciam vnam hellebori comederent, non laxarentur. Et hoc potissimum signum lepræ, quod non mouentur laxatiuis: & quando vrina ita putrefactionem ostendit, signum lepræ est, quãdo fœtet: cura tunc est, vt vius sit alkakengæ & thuris.

Si Tartarus ille corrosiuum &c.) Omnis Tartarus corrosiuum habet, sed iste pessimus est, qui ex putrefactione. Quando vrina sapit, vt viola, vt ireos, est malum signum, venit à vitriolatis, & signum malæ digestionis, & declinat ad putrefactum Tartarum. Ita quando vrina iusculum carnis sapit, est signum putrefacti Tartari, & quod digestio in hepate non est recta, & transmittit ad vrinam, sicut accepit à stomacho, & est signum præcipuum putrefacti

Tartari

Sperma in testiculis nõ generatur.

Sperma quid. Sperma est per totũ corpus dispersum.

Semẽ est centrum spermatis.

Tart. spermatis qualia medicamenta.

Signa Tart. spermatis quę.

Tart. spermatis dupliciter fit.

Lepra quid.

Leprosi non purgantur laxatiuis vllis.

Vrina violã aut Iridem redolens quid significet.

Vrina iusculũ carnis redens quid signet.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 494 sur 913

Tartari: Non omnia in corpore digeri debent rectè vt saporem perdant.

DE MORBIS EX TARTARO. TRACTATVS V. CAP. PRIMVM.

De materiâ non coagulatâ, hoc est, bituminosâ, vel mucilaginosâ: quæ ægritudines: de non mingentibus, de plumis, de pure, sanguine. Vlcus & apostema, quid pus emunctoriale, anodinum quid, item Pusta.

SVnt & quamplures ægritudines, de quibus hic in nostro tractatu mẽtionem facere necesse est: Nam quæ de Tartari sunt generibus, veruntamen non coagulati, sed tamen locum obtinent, in nostrâ theoricâ proximum, vtpote de puribus, de coagulis, intellectum de his te habere oportet: sunt qui in vrinâ defectum habent, & in dorso & coxis, attamen non lapillus, nec gemma, nec huiusmodi, nec bolus coagulatus fuerit in loco, vt in vrinâ. Et quidam sunt, qui mingere nesciunt, quidam qui cum sanguine mingunt, cæteri saniem, cæteri sperma, alii cum difficultate, alii non voluntariè. De his in genere notandũ. Hi qui mingere non valent, sperma trãsfusum in vrinam, causa est: Quia autem habent vrinam ex attractione pro suâ operatione, & patiuntur de pure & sanguine, cùm defecerit, signum est coagulationis, sed non lapilluli, sed destructę separationis, in quâ spiritus coagulandi non est, sed defecit in viribus suis. Qui autem cum sanguine, sunt qui acutum vitriolatum habent in viis vrinæ, de quorum læsione vena destruitur, & sanguiniolum, signum futuræ vlcerationis & apostematis. Qui saniem habent, & illud quod spermatis, aut quod nutrimenti, aut superflui est ex diuersitate, in saniem conuertitur erraticam. Vbi difficultas, signum est magni caloris ex nitreis speciebus retentiuæ virtutis emunctorii huius: Vbi autem inuoluntaria emissio, ibi locus est Anodinus, ex narcotico bolo tinctus, aut gemmeo: & plura noua veteráque genera huius tartari quotidiè habentur, variis cum signis, nouisque morbis: Eadem tamen ratio est, & causa, & origo. Nam hi, quorum natura in vrinalibus, est Pusta: Ne admireris, si morbus chronicus sit, & ne sit incurabilis. Nam Pustam naturam medico commendauit Ideus in tantùm, quamtùm experientia docuit, & peritia ingenij.

Mictonis varietas & signa.

Ideus, &c.

In Tractatus Quinti Caput Primum Auctoris annotata.

ILli, qui mingere nesciunt, sunt quorum vrina & sperma conuersum est in pus & saniem: in pure & sanie vis expulsiua non est.

Impedita mictio vnde.

De mingentibus sanguinem, sunt qui indigestam vrinam à stomacho & hepate vsque ad renes habent, à renibus vsque ad vesicam, cum coloribus suis primarum rerum. Qui difficultatem habent, sunt hi, qui incensionem per salem & sulphur habent, vt sunt de contrariis elementis.

Mictio sanguinis vnde.

Mictio difficilis vnde.

Qui inuoluntariam, ii sunt, vbi locus & virtus expulsiua stupefacta, & narcotica sunt. Pusta est digestio saniei innata, sine aut cum difficillimâ curâ.

Mictio involuntaria vnde.

Hæc quatuor genera fiunt quoque ex Tartaro, sed non ex Tartaro coagulato, sed resoluto, scilicet, quando materia est mineralis, sæpè putrescit, antequam ad coagulationem veniat, indè fit pus, sanies, &c.

Pusta quid.

Qui non potest vrinare cum stat, aut fit ex lapillis, qui sunt in viis vrinę sed quando dolor est, in schiis, quòd clamat, & tamẽ nõ est arena hîc, nec apparet in vrinâ, hic quoq; Tartarus est nõ coagulatus super vesicâ, & hîc se colligit, & sic vrina prohibetur per istud, & tamẽ Natura vult expellere vrinam, & non potest fieri: Indè fit, quòd sic ventus transcurrit per spinam dorsi, & facit magnos dolores. Ideò quando vrina supprimitur, & non est ex lapillo, tunc scias, quòd venulæ, quæ sunt inter renes & vesicam constipatæ sunt, & vis expulsiua nititur expellere: indè ventus, qui hinc inde currit, vnde colica fit, & sic renes liquefiunt & accenduntur, quia corrumpitur eorum vis digestiua: & postea hepar quoque non potest suum officium facere: postea & stomachus deficit: quia neutrum facit suum officium. Indè deiectiones supprimuntur, caput dolet, vertigo fit, &c. Ideò in hoc morbo non est purgandum: quia intestina purgantur, & nihil ad morbum: sed cura hæc est: bolus est resoluendus, scilicet, quòd herbæ diaphoreticæ coctæ, anteriùs & posteriùs imponendæ sunt, vt bolus resoluatur, & per vim exeat vt lutum resoluatur, & per internam Medicinam vt bolus resoluatur, & hoc successiuè faciendum, vno ac altero die omisso; non medicina super medicinam danda: ideò quia vrinare non possunt, nisi est, quod hîc viscus & mucilago est in viis vrinæ.

Qui stantes non mingere queant, vnde id fit.

Qui sanguinem mingunt) est indigesta vrina: Nam omne quod editur & bibitur, digeri debet: color, substantia & arcanum: Ideo consideranda medico, an vera sit digestio, an illa omnia digesta sint: color ingesti digeri debet. Omnia habent suam tincturam, vt sanguis est rubeus, ossa alba, caro subrufa. Panis maximè sec linus, facit colorem tenuem rubeum: vt si ponas in fimo equino, & sinas putrescere, postea vrgeas, & rubeum exit. Et vinum facit suum colorem, &c. Ideò illa obseruanda, quòd stomachus primò separat, postea digerit substantiam & colorem: postea & hepar digerit. Primùm ergò, quando comedimus, primò fit separatio puri ab impuro, postea digeritur substantia & colores: Nam ex coloribus ciborum

Mictionis sanguinis quę causa.

rum, postea color membrorum fit ex nutrimẽto. Omne membrum sui nutrimenti habet colorem: sic ossa album, sanguis rubeum, &c.

Ideò si stomachus non rectè digerit colorem, tunc vadit ad hepar, illud non suscipit, quia non est sui officii, sed transmittit, ita nec renes, inde sanguinis species mingitur. Nam stomachus debet digerere colores, cor assumit purpureum, splen nigrum, &c. Sic ergò, quando stomachus non facit officium suum, & transmittit ad hepar, illud ad renes, quia non est de eorum officio; inde fit, quòd vrina sanguinolenta est. Nam si verus sanguis mingitur, est ex venâ fractâ, illud aliud est.

Mictio-nis difficilis quæ causa.

Qui cum difficultate minguntur:) Indè fit, quòd sulphur & sal permiscentur, & faciunt calorem tantum, vt vrina sic incendatur. Cura est, vt mitigetur ille calor, infunde oleum amygdalarum, &c, *Inuoluntariè vrinantes:*) Indè est, quod vasa spermatica stupefactiua sunt, sicut obstupescit manus, vt nihil eâ sentiatur, ita vesica stupefit, ex sale mortuo & resoluto, sicut Iusquiamus stupefacit: ita sal resolutum infrigidat vesicam, & stupefacit vesicam, quod vrinam ingredientem non sentit, tunc vis expulsiua si titillat, secedit & excernitur. Alioquin vim expulsiuam nos retinere possumus, sicut scimus: Sed quando vis est stupefactiua in vesicâ, tunc vis expulsiua vellicat seu stimulat: Sed quia vesica stupefacta Narcotica est, ideo non sentimus euntem, ideo retinere nescimus: & etiam vim retentiuam, quod velimus exercere, sicut solemus: Sed quando ingreditur vesicam, vis retentiua inuenit stupefactionem, & non potest vim exercere: ideo inuoluntaria vrinatio est, ex vesica stupefacta, indè fit vrina crocea, aurea; nam variantur. Vrina autem sanguinis, est ex digestione mala, per tres digestiones. Qui sperma vrinant, vel etiam quandoque pus, hæc causa est: Quando quis continenter tenax pus mingit, signum est, Tartarum præsentem vim coagulationis in se non habere, sed putrefieri: & non dolet; quia sal non adest: & hoc indè fit, quòd tertia digestio, in renibus, quæ substantiam & calorem digerit, deficit, & putrefit illa in renibus, quia deficit vis digestiua in renibus: & illud est pusta & difficulter curabilis. Nulla digestio minùs est reparabilis, quàm renum digestio. Quando sperma it, sæpè fit, quod sperma abundans vadit ad vrinam, & miscetur sicuti butyrum cum melle, & illi habent crassam vrinam, & adhæret matulæ instar vici dissoluti: & illi sunt steriles, quibus sic sperma transit ad vrinam. Sæpè etiam fit, quòd sperma statim transit, & non incorporatur vrinæ: sed in substantiâ suâ transit: Ille autem morbus non est ex castitate, aut retentione spermatis. Nam si etiam omni nocte coiret, tamen pustam habet: ex castitate non fit morbus illius. Aliqui verum sanguinem mingunt, & hoc indè, quòd cùm spiritus vrinæ est ex sale vitriolato, tam acutus est, vt vena rumpatur: Interdum, quòd ita abundat sanguis, quòd per se frangit venam, sicut in naribus, in septimana interdum bis, interdum ter venę frãguntur. Sed quando est ex acuitate salis, & spiritus quod venam exedit, habent dolorem in dorso: & cura est, vt mitigetur spiritus vrinæ per

Mictio-nis inuolunta-riæ quæ causa.

Mictio-nis san-guinis causa.

Mictio-nis sper-matis & puris causa.

oleum amygdalarum. Fractio venæ potionibus vulnerariis, sanicula, agrimonia, &c. *Sanies erratica*) id est, qui crassam saniem mingunt semel: Deinde post tres septimanas iterum, hoc fit ex renibus, quòd hepar non recte separat. Vrina interea est, quando in calore stat vrina, ne corrumpatur, biduum vel triduum, & tunc exigui albicantésque lapilli subsidunt: & quando vrina hæc incalescit, tum illi iterum soluuntur, illa est vrina nitrea. Inuoluntaria emissio, an sit ex mineralibus, ex sale minerali, vel ex phlegmate, hoc est, ex humoribus naturalibus, sic obseruandum, vt scilicet postea suam curam possis adhibere: tunc finito biduo vel triduo vrinam ficcescere, & lentè euaporare in substantiam suam vt deueniat: Si, quod remanet, est vt bitumen, quòd subsistat, est ex humoribus: si aliter, est ex sale.

Mictio sanici vnde.

Vrina nitrea qua-lis.

Inuoluntaria emissio maximè contingit iis, qui multum de papauere comedunt: quia faciũt vesicam insensitiuam. Nam facit bolum Narcoticum: & medicina est, quando quis vrinat cum ardore & dolore, detur papauer, & facit vesicam Narcoticam.

Mictio innoluntaria vnde.

CAPVT SECVNDVM.

Diæta Tartari: à subiecto Tartari cauendũ, de potu: Agrestem, Amna Alkali, aquâ Lumbricâ, Saturneâ reddens acetum: Fex pontica quid; Item Temperatum. Liquores vnde. De cibis, de decoctionibus suis.

DIæta autem Tartari potissimum est in hoc nostro tractatu, & primarium: Nam si spiritus ille naturalis, qui cum Tartaro laborat, à subiecto Tartareo debet priuari: proindè hoc summum est in diæta Tartari, mentionem facere, quæ simplicia, cibi, & potus, obseruanda sint. Quæ autem simplicia, de his animaduertendum, & sunt ista. In primis de Diæta potus: Non bibat lacticinia: quia caseus est Tartarus Alabastrinus & incurabilis, viscus inexpulsiuus. Non bibat Agrestam. Nam acetositas omnis, Tartarus est resolutus, ex frigido coagulato productus. Non bibat Amnas Alkalizatas: Nam alkali, quod fuerit in aquâ, in Tartarum conuertitur, & propria substantia alkali est. Non bibat aquas lumbricas: Quia cum his bolus cũ luto partem habet resolutam: Non bibat aquam Saturneam: quia aqua, quæ ponderosa est, ex lapillo resoluto est. Nam grauior est substantia lapidis. Non bibat vinum acetum reddens, vel feces ponticas, cum acetositate: Nam in eo subiecta est Tartari natura per spiritum congelando.

Tartari quæ diæta.

Vitentur lacticinia.

1. Agrestа.

2. Amna.

3. Aq. lũbricas.

4. Aq. Saturnea.

6. Vinum acidum.

Bibat autem aquam probatam à prædictis expertem, diaphanam temperatam

Adhibeantur aqua & vinũ puta,

tam in gustu, & vinum huiusmodi. Nec curans de Terrâ originis: quia fluminis, vel vini principium ex Ilech, & non de superficie. Etiam de cibis, ea quæ libera sunt, à resolutis vtriusque generis assumenda. Verum quidem genera ista, carnis, leguminum, piscium, cancrorum, herbarum, & radicum, sunt ex his bolis confecta ex suo primo composito: Tamen aduertendum in modum decoctionis, cum extractione glutinis naturæ de absolutis, etiam & in potibus non puris: Nam & absque permixtione rariissimè existit: sed hæc tollit decoctio.

Capitis secundi Explicatio.

Caſei, quæ ratio & natura.

CAseus componitur ex sulphure materiali, recipit suam coagulationem ex sale de bolo, id est, de minerâ, & colorem & formam de mercurialibus: procedit enim omne viscosum ex sulphure albo.

Agrestis quæ.

Agrestes est Tartarus, acutus, lapillatus. Procedit enim omnis acetositas ex salibus de minerâ vitriolatâ, permixta cum aluminibus.

Amna alkalizata quid. Aq. lumbrica quid.

Amna alkalizatas) id est, aqua ducta per calces, Tartarum, & per elementa aquæ, vt imbres. *Aquæ lumbricæ*) est aqua mucilaginosa, sicut est musæus. Serum separatum, succus & omne cõfectum, vt de claretis, de potionibus liquiritiæ, vel aliis permixtionibus cum zaccharo. Aqua

Aq Saturnea quid.

Saturnea (*sunt aquæ cyaneæ & acidæ, vt Goppingenses*) est aqua generata ex primis tribus Mercurialibus, & resoluta à lapillis diaphanis, seu perspicuis. Vina pontica sunt vina de fecibus. Origo fluminis, vel aquæ est de primo Ilech, non est in loco fontis. Decoctio est ista, vbi separatio sine digestione stomachi.

Vina põtica quę.

Vt dixi proximè, quòd generatio Tartari veniat ex defectione separationis stomachi, vel hepatis: sequitur nunc diæta. Non curo regimina veterum: quia causas Tartari ignorârunt, quòd regimen ponerent. Ideò omnis diæta illorum contra Tartarum est, quæ in se habet Tartari materiam & virtutem coagulatiuam. *Non bibat lacticinia*:) Caseus venit ex sulphure albo, & quum venit ad interna, transit ad resolutionem in stomacho: Et cum illa resolutio venit ad membrum, per nutrimentum, rursus transit ad coagulationem: sic lacticinia.

Lac est sulphur resolutũ.

Lac est sulphur resolutum, cum viscositate: & cum stomachus separat, non potest ita separare, quin coaguletur: & veteres prohibuerunt lac in Tartaro: Sed ideò quia oppilat, & nesciuerunt, quòd ex Tartaro esset oppilatio.

Agrestis quid.

Agrestes sunt potus ex pomis aut berberis: habent Tartarum, quia omnis acetositas venit ex lapillis resolutis, ex frigido resoluto, & postea se rursus coagulat. Amnæ alkalizatæ, illæ aquæ sunt, quæ currunt per calces, & vbi est terra alba, est calcis, sicut in Angliâ, vbi multùm cretæ est, & illæ terræ, si pluit, effumant: terræ eæ sunt Alkalizatæ, omnes calcem continentes, & omnis imber & Amna Alkalizata. Nam imbres veniunt ex igne: & omnia quæ veniunt ex imbre, intus sunt Alkalizata. Istas aquas stomachus quidem separat, sed non digerit, quia impurum non digerit, & generatio Tartari est ex rebus indigestis, non digestis. Aquę lumbricæ sunt, quæ in se habent resolutionem boli, qui se resoluit, & est cùm aqua it, & indè cognoscuntur esse aquæ, quando in panno exiccantur, tunc in fine, antequam fit siccitas, faciunt vsneam, & ex istâ aquâ generatur Tartarus. Non libenter curatur, quia adest viscositas. Aqua Saturnea est, quæ non habet bolum, nec materiam boli, sed est grauis, & habet in se multùm de substantiâ salis, & quæ aquæ ita graues sunt, faciunt Tartarum. In partibus quibusdam vina multùm dant aceti, id est, Tartari: in Austria non, ideò vina probanda, an libenter acescant. Omnia vina, quæ feces faciunt, non bibenda Tartarosis, quia illa omnia, quæ hîc dicuntur, à stomacho debent separari. Si vis separatiua debilis, impurum mittit ad hepar, & vltrà, & tunc redeunt ad primam materiam, id est, coagulatum Tartarum. Digestio est in puro, non in impuro. Vina quæ bibunt Tartarosi, debent diu asseruari, vt separent feces. Vltrà & quæ coquuntur aquæ hordeaceæ, fœniculum, &c. cùm per se sit hordeum mucilaginosum. Syrupi, qui coquuntur, Iulebi, in Tartaro falsa sunt: quia prima materia non est bona, id est, aqua ex quâ coquuntur. Scribi enim deberet: Recipe aquam Temperatam, &c. Aqua probari debet, per ebullitionem vsque ad fundum, item per pondus: Ideò ista Recepta & coctiones sunt obseruandæ aquæ hordeaceæ, fœniculi, &c. & omnes syrupi: ne pecces in prima materia, hoc est, in aquâ, vt sit aqua temperata, id est, primo separata, ne adsit Tartarus. Mel est de substantia boli, & bolus resolutus & materia viscosa per se, & ipsi vtuntur in Tartaro, prius debet præparari. Omnia quæ edimus, sunt de materia Tartari, & maximè legumina: & tamen nostri dicunt, *da ei iusculum piscorum*. In summâ nulla legumina danda in Tartaro: Sic etiam pisces, carnes, cancri, sunt de materiâ sulphuris, & cum veniunt ad stomachum, liquefiunt, & postea transeunt ad suam primam materiam, hoc est, coagulantur: Ideo prius sunt separanda per decoctionem. Potissima cura est in Tartaro, vt vis separatiua in stomacho confortetur: quia separatio prior est, digestio posterior: Diæta igitur morborum ex Tartaro est, vt sint potus ex aquâ præparatâ: quę nec in se habent bolum resolutum, nec lapillos: illa vitentur, quę ex mineralibus veniunt: quia Tartarum adiuuant: igitur diæta non sit ex mineralibus. *Decoctio &c.*) quia quælibet medicina debet separari à substantiâ suâ, vt virtus ex bugloſſa, Aniso, Artemisia, debet primum separari & præparari à corpore, & substantiâ suâ. Acidulæ Goppingenses multùm habent in se Saturni, ideo maximè generatiuæ Tartari. Acidæ aquæ sunt Saturneæ.

Aq. lumbrica quid.

Aq. Saturnea quid.

Vinũ de fecatum Tartarosis bibẽdum.

Aqua qui probetur.

Cibi omnes Tartarũ habent.

Legumina in Tartaro noxia.

Mineralia in Tartaro vitanda.

Acidulæ sunt Saturneæ.

DE MORBIS EX TARTARO ORIVNDIS.

LIBER SECVNDVS.

TRACTATVS I.

CAPVT. I.

De loco primo, id est, De Stomacho Tartareo.

PROLOGVS.

EA quæ primi libri Theorica vniuersalis dedit, in secundo hoc nostro particulari

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 497 sur 913

particulariter demõſtramus libello. Qui verò morbi dormientes in ſtomacho ex Tartaris, in primum Tractatum ordinauimus, & locum ſtomachi ponemus ad ordinem harum ægritudinum primitùs. Quæ tandem paſſiones fuerint comprehenſæ in ſuâ diſtantiâ regionis & ortæ & futuræ, diſcretim deindè declaramus: etiam ea, quæ ad inteſtina referuntur, & capita ſua ſecundùm morborum differentiam ad numerum præſtamus: & & de loco præpoſito, hîc incipiamus. Diſtantia autẽ regionis huius ſuum principium habet à primâ gutturis clauſurâ, vſque in ſtomachi emunctorium: porrò vſque ad venas meſeraicas.

Atque de his, quæ in hac Tartari regione deliteſcunt generibus, poſtea dicturi ſumus.

CAPVT PRIMVM.

De Orexi, vulgò ardore ſtomachi.

Orexen vnde ſit.

ORexen oritur à Tartaro ſuâ ſponte coagulato, totum comprehendens primæ locum digeſtionis. Eſt enim vſnea, & adhęrens materia coniuncta in panniculis, quaſi cementa adusti, gypſiti, decocta. Ex Tartaris duobus generatur, bolo & lapillo, de primis tribus mineralibus calcedonibus ſumptis. Quare vapor reſolutus, humiditáſque appoſita, cum ille extraneâ madefactione labefactus fuerit, vel ſuâ vi diſſolutiuâ reſolutus, nunc in ardorem, nunc in intenſionem, nunc in calcetam vim abit, ab accidente ſcilicet, & ſua inſuper ſolutione. Signa: quærũt externum aërem, guttur calet, fundus ardet, quouſq; conſumptus fuerit liquor & exiccatus. Mouetur à cibo ſalſo, à fumigatis, à ferinis, à reptilibus, à vino confecto, à vino mixto cum alio vino ac diuerſis (vt duobus vini generibus, eodem prandio ſumptis.

Orexis ſigna quæ.

Cura.

Reſolue in aquam vſneam, impingueſce locum, & ſanabitur.

Deſcriptio reſolutionis eſt iſta:

℞. *Laudani præparati* 3j.
Sacchari candi 3j. ß.
Ambræ grana tria. Macis grana ſex.

Fiant pilulæ cum *aq. menthæ*: doſis numero tres.

Alia deſcriptio.

℞. *Pyrethri* ℥j. ß. *bene decocti in ſucco menthæ.*
Laudani ℈ij. *cretæ marinæ* ℈j.
Seminis fœnugræci ſcrup. ß.

Poſt triturationem miſce. Doſis à 3ij. vſque ad quatuor. Poſt iſta peracta, impingueſce cum deſcriptione iſta:

℞. *Olei papaueris* ℥ij.
Olei hyoſcyami ℥ß.
Laudani liqueſacti in oleo Amygdalarum amararum 3ij.

Miſceantur, fiat potio oleata, cuius doſis ab vnciâ vnâ, vſque ad vnciam vnam & ſemis.

Auctoris Annotata in Libri ſecundi Tractatum primum & Caput primum.

Orexis paroxyſmũ quæ efficiant.

ORexis eſt, quando aliquem vinum vrit, quòd quis dicit. Non audeo bibere, ſtomachus mihi ardet. Secundum genus, quando ſalitas carnes & conditas edunt, ardent in fundo ſtomachi. Tertium genus, nonnulli ſi carnes ferinas eſitant, maximè aues vt turdos, & tunc in gutture ardor ſentitur. Quartum ſi biberint ſiue ederint manè, ardore corripiuntur, & ſtomachus vna vel binis horis æſtuat. Alios orexis tentat veſperi, ſiue ederint, ſiue biberint in fundo ſtomachi. Eſt autem locus Tartari à faucibus vſque ad piloron, id eſt, portam infimam ſtomachi, & hi aërem auidè captant: item in meſeraicis, alioquin non eſt orexen, ſed in his locis, quia ibi eſt prima digeſtio. Ille Orexen, qui eſt in collo inter fauces, & iugulum, facilius incenditur, & flagrat omnium grauiſſimè: Si ibi vſnea adhæreat & Tartarus, ſi bibitur, & humectatur, tunc ardet, quia quando non eſt humidus, non ardet. Ideò quidam dedetunt cretam, vt ſcilic. exiccarent, aut terram ſigillatam, bolum Armenum: & ſi illa non iuuant, tunc ſignum eſt, quòd eſt ex tartaro acuto, & cum tempore veſicat & corrodit: & eſt incurabilis, niſi ſicut corroſiones & exulcerationes curantur. Poſtea eſt etiam orexen inter iugulum & os ſtomachi, & cum humectatur, vrit. Si verò in his locis non eſt, ſed in ſtomacho, iacet in fundo oris ſtomachi, & effumat ſicut fumus ex calce emiſſus, calcem reſipiens, & in gutture flagrans. Huius cura eſt xylocerata, ſiue panis Diui Ioannis. In medio ſtomachi non reſidet: etiamſi inſideat, tamen non ſic vrit. Aliquando verò inſidet in fundo, vbi egreſſus & portæ ſunt ad inteſtina & meſeraicas, & illam orexim tollit creta, ſed præcipuè terra ſigillata, ſi non eſt adulterata, & cum copia edi debet: Sic & bolus Armenus. In anatomiâ videmus, quomodo in ſtomacho adhæreat vſnea, non ſecus ac cæmentum parieti annectitur. Et in orificio etiam, & diuerſos Tartaros inuenimus, & qui albiſſimus eſt, idem eſt acutiſſimus. Ex vino maximè fit calx, & illi peſſimi orexes, qui veniunt ex vino & ſalib. hoc eſt, à ſalitis carnibus & piſcibus: Nam calcem acutiſſimam generant. Ex aquâ porâ non naſcitur orexen, etiamſi vſnea inſideat, tamen non ſic vrit. *Mineram calcenam:*) mineræ ſunt calce non carentes, ſicut vinum ex terrâ ſecum trahit calcem, & piſces quoque ex aquâ trahunt ſecum calcem. Et quodcunque vinum in menſam effuſum albas maculas relinquit, id caue, quia niſi ſtomachus ſit valde fortis, calx ei annectitur.

Creta orexin tollit ex ſiccando & bolus Armenus.

Panis D. Ioannis cura orexis ſtomachi.

Orexis quæ peſſimus.

(Minera calcena quid.

Vapor reſolutus) quia cum quis comedit, tunc occluditur ſtomachus, ſicut olla operculo obturatur, ita clauditur: Sed vbi in orificio Tartarus eſt, poroſus exiſtit, & peruadit vapor, & madefacit vapor, tunc materia calci-

Orexis à vapore reſoluto.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 498 sur 913

nonia vrere incipit, & aliquibus incipit à prandio post horam, aliis in mediâ nocte, & suscitat alios. Interdum fit, quando stomachus benè claudit, & vapor non ascendit, sed natura per se vult pellere Tartarum, & resoluit & facit quasi vlcus: & cum sic solutum est, madefactum est, ideò vrit: & illi vtuntur siue comederint, siue non: & etiamsi bonum regimen habeant, tamen vrit: hoc signũ est, quòd calx seipsum resoluat, & materia calcenonia: & in hoc orexi est cura, quæ sequitur in libello, etiam cura est huius: quia non est ex resolutione propriâ, & cum per se resoluit, destillat in stomachum, & exulcerat, & facit perpetuum ardorem, & huius cura est, vt incarnetur per thus, & incarnatiua.

Lac præseruat ab orexi.

Aliqui cùm vruntur sic in orexi, bibunt lac, & hoc est bonum: quia siquis malum vinum bibit, & timet orexen, bibat hausturn lactis, quia prohibet ne ascendat vapor, & madefaciat calcinoniam materiam. *A cibo salso*, &c.) & maximè salitâ carne: Et caro condita non est tam mala, scil. si in fumo pendet, quia per fumum calce non resoluitur, maximâ ex parte: ideò si ægroto vis exhibere carnem salsam, coactam, & densam carnem concedere potes, quia per calorem ignis resoluitur sal ipsum.

Orexis à carnibus saltis & fumigatis.

A fumigatis, &c.) hoc propter fuliginem, nisi probe lauetur. A reptilib. &c. & maximè à volucribus, qui in sal terrestre in se habent.

Vina cõfecta & mixta omnia orexen mouent.

A vino confecto, &c.) quia quædam vina fiunt, vt conseruentur, &c. & omnia vina confecta orexem mouent, & vinum cum alio commixtum: quia duo contraria, hoc est, duo genera vini, non simul stant: & omnes illi, qui bibunt vina duorum generum, habent dolores in stomacho: In suo genere quælibet vna relinquẽda est, alba sola, & sola rubea. Cura primò est, vt materia à loco ducatur ipse calcenon: sed calcenon laxatiua non abducunt: abducunt quidem alia, sed calcenon non potest abduci: sed cura est, vt ille Tartarus, illa vsuea, resoluatur in aquam: hoc non fit per laxatiua.

rCura orexis calcenonis solutio, non expurgatio

Laudanum capitale in orexi.

Laudanum est capitale in hoc recepto. Zuccarum, & Ambra non multùm proficiunt: illius descriptionis tres pilulas accipe, quandocunq; orexis vret, & paroxysmus est, & si non remittit, repete, & tamdiu, donec cesset. Quia quidam morbi sunt, qui non volunt curari, & medicinã suscipere, nisi in paroxysmo, sicut in febri, si das in die bono, nihil facis, sed in die malo, &c. *Pyrethrũ*:) id est panis porcinus, quod in succo menthæ decoquitur, & per se esset sufficiens medicamen. Oleum papaueris fit ex seminibus papaueris: & cùm factum est, panis tostus debet poni in oleum, & ille panis tostus superfluitates extrahit, & quod remanebit in feudo, est oleum papaueris. Sic etiam oleum Iusquiami, &c. Si autem vlceratio est, quòd materia cortosit, cura est vt homo nutriatur cum incarnatiuis: & hoc est quod caro decoquatur in cantharo sine aquâ, & isti aquæ addatur Aristolochiæ rotundæ, consolidæ maioris, alchimillæ, pyrolæ, consolidæ regalis, ad placitum, coquantur cum carne, & de hoc bibet ieiunus, & edat iusculum, & post 3. horas rursus edat, & rursus post 3. horas: hoc est iusculum quod edere debet: Non bibat nisi decocta illâ serpentinâ, & fiat potio cum terpentinâ & melle, quia istis

Pyrethrũ est panis porcinus

Cura orexis cũ exulceratione

stomachus consolidatur, quia non est caro, vt alia caro.

CAPVT SECVNDVM.

De Compressionibus Thoracis.

FErmè omnia, quæ in stomacho habentur vitia, declinant in Tartareũ genus: plures enim ægritudines etsi variis nominibus descriptæ nihil aliud nisi Tartari naturam habent: quas equidem vniuersas compressionis vocabulo comprehendimus. Nam & stomachalis hæc affectio est ex Tartaro soluto, in formâ duntaxat orexi contrario procedens: tollítque appetentiam comedendi, nauseam ac vomitiones inducit. Prima calculi significatio, & grandinum, ardorem facit colicum, iliacum reddit dolorem, tremoris in corde principium, mulieribus suffocationem, indè abortum, ac sterilitatem facit, digestionem ac tres separationes destruit. Tartarus ille resolutus descendit ex calce calcinatâ, transuersâ in liquorem. Signa illius partim explicuimus: Cæterùm si illi dormire non possunt, morbus fit interpellatus: item syncopim atque clamorem sentiũt: affecti rem sentiunt, quasi cancrenam pectinis, subsequitur dolor igneus, & veluti spiritualia corrodens. Sunt porrò varia non fixa signa, adulterina, noua & aliena: manifesta quoque tamen quædam: inter quę vnum hoc obseruandum, scilicet thoracis cruciatus, vomitus amarus, quasi felleus est. Quamuis Tartarus amarissimus est, nihil habet de liquoribus fellis, fit inde consumptio corporis, Ethica sicca sine paroxysmo, sed mouetur per suum paroxysmum iuxta Archeitatem Tartari, poris inclusam & compactam seu fixam. Laborat autem natura ista calceta, non secus illis, qui herpetâ, prunis, perficis, & cæteris alterius generis corrosiuis tenentur, de quibus abundè alibi.

Cura. Tartarus resolutus à loco descendat, & hoc per Nectar succosum: abstineant à laxatiuis, syrupis, & remediis fel mundificantibus, aut stomachum, aut hepar, vel alia in corpore.

Descriptio Nectaris.

℞. *liquoris vitricellæ* ℥iij.
Rubedinis de colcotar ℥ij.

Fiat potus: Dosis ʒß. *in vino bono*, hæc manè si sumantur, vrinam copiosissimè ciere solent, quæ si medicinæ grauem odorem refert, bonum est: ac si primò nihil effeceris, repete semel atque iterum potum.

Aliud

Aliud.

℞. *succi de ſuſſo.* ℥ vj.
laudani præparati ℥ ß.
olei nucis muſcatæ ℥ ß. Fiat mixtura.

Capitis Secundi Expoſitio.

cõpreſſio thoracisque vocatur.

COmpreſſiones thoracis voco, quod alij vocant debilitatem digeſtionis, frigiditatem ſtomachi, nauſeam, appetitum caninum, ardorem ſtomachi, ſyncopin ſtomachi, vaporem fœdum: quod hęc omnia ex vitio Tartari veniunt, & per Tartari curam curantur: ideò vno nomine complector, vocoq; compreſſionẽ thoracis. Et vt dixi, eſſe orexem ex coagulato tartaro, & eſſe à faucibus vſq; ad meſaraicas: ſic compreſſio fit ex reſoluto Tartaro, ſcilic. quãdo vis digeſtiua tam fortis eſt, quòd vult ſeparare & facit liquorem, & ille poſtea non expellitur. Nam duę ſunt ſeparationes, prima eſt puri ab impuro: alia eſt, quòd ſeparat in liquorẽ, & iſte in fundo ſtomachi remanet: & duplex eſt ille: aut Tartarus dulcis, & ibi non magnus dolor: aut acutus, & ibi magnus dolor, & non caret vomitu felleo, vel dolores ſunt in ſpinâ dorſi: & quando ſic vomitus, flauus, viridis, & amarus eſt ex felle, non quòd fel abundet, aut ſit vitium fellis: quia fel per ſe non exit, nec generat in alio membro morbum, ſed ille Tartarus, qui eſt in fundo ſtomachi, attrahit fel, & duo illa contraria ſimul eſſe non poſſunt, inde fit vomitus: ideò fel per ſe non exundat, nec in aliud membrum vadit, niſi attractum: ſicuti & ſanguis manet in ſuis venis occultatus, & medulla in oſſibus. Fel eſt membrum fixum: & nullum membrum eſt cauſa morbi per ſe alteri membro: ideò ille liquor ſic ſeparatus à vi digeſtiuâ, cum in fundo iacet, & quod vadit ad fellis ſaculum, tunc contraria ſimul ſtare non poſſunt, ſcil. de calcinatis, vt aqua fortis & Tartarus, id eſt, amarum & acetoſum: Ideò Tartarus eſt acetoſus, vt fel eſt res amariſſima: ideò exundat in ſtomachum, & non habet aliam expulſionem, niſi vt redeat per viam, quâ cucurrit Tartarus, & fel venit ad ſtomachum, ibi vrit, & extenuantur homines: dolores in ſtomacho, diſcoloratio, in dorſo dolores: & qui pallet, & torſiones præcordiorum ſentit, certum indicium, quod Tartarum habet in ſtomacho, & quod fel incurrit, & vomitus venit, quia fel venit in ſtomachum, & ſtomachus alienum membrum nõ poteſt pati: & ſic ex felle dicunt, quod multæ ægritudines veniant, & putant curam eſſe, vt claudatur fel: & quomodo debet claudi? ſi clauderent, vbi nutrimentum acciperet? Neque fel purgari poteſt quia cur membrum purgaremus? Quatuor ſunt membra, à quibus nihil debet adimi, cor, fel, cerebrum, & pulmo, neq; his medicina debet adhiberi, quia per ſe purgant, ſi quid ſuperfluum. Ideò medicina optima eſt, vt Tartarus in ſtomacho reſoluatur, & per inteſtina mittatur: tunc fel quieſcit. Ideò quod multi ſunt, qui ſic vomunt, & in ſtomacho dolores habẽt: illorum cura eſt, vt Tartarus abeat. Alij ſunt, qui fel non habent in ſtomacho: & illi dolores non habent in ſpinâ dorſi, nec vomitũ, & ſemper rigẽt, ac tam eſtate quam hyeme pellibus ſe muniunt; & indicium eſt, quod Tartarus in ſtomacho ſit reſolutus. Prætereà appetitum comedendi: quia Tartarus reſolutus eſt. Non eſt vt dicas, fluxus deorſum ipſus eſt. Vna curà eſt, vt ſtomachus confortetur: Ideò quando illi veniunt, qui dicunt in thermis Badenſibus fui, & corpus perpurgaui, & tamen nihil iuuat. &c. hoc ſignum eſt, quod Tartarus in ſtomacho ſit reſolutus: & ſi incipiunt illis pedes defatigari, & facies albeſcere, Tartarus eſt in veſicâ, id eſt, calculus. Sed quando ita de laſſitudine conqueruntur, & lumbos & dorſum dolent. & in facie rubeſcunt, ibi ſignum eſt, calculum eſſe in renibus. Quando pallent, dicunt ipſi, eſſe phlegmaticũ. Nihil eſt: ſed calculus inſedit, &c. & vomitum faciũt. Quando verò, quod vis digeſtiua ſeparauit, & vis expulſiua expellit ad inteſtina, tũc fiũt colici dolores: quia inteſtina ſunt ſenſitiua: & quando materia Tartari reſoluta deſcẽdit ex ſtomacho ad inteſtina, & nõ ſtatim per ſedẽ expellitur, tunc tormina facit, poſt ſedem autẽ nõ amplius. Si verò tormina etiam poſt ſedẽ perſiſtunt, aut in monocolum ſeceſſerunt, tunc ibi adhæſit illa: & ibi cura eſt, orbes feruentes, & filum cannabinũ coctũ, ſcilic. quãdo ex Tartaro eſt: Iliaca ſi Tartarus adhuc ſupra vmbilicũ iacet, & ibi cannabinũ filum non iuuat: quia calor non poteſt intrare vſq; ad materiam peccantẽ, & in iſto morbo purgationes dantur, non vt Tartarus purgetur: quia purgari non poteſt: ſed ſtercus, an ſimul ire velit Tartarus: Si non ſecedere vult, oportet aliam curam tẽtare. *Tremor cordis,* &c.) Cur non mouetur, iacet in loco, ſed putatur moueri, & inde fit, quando fel ingreditur ſtomachum attractum per Tartarum, & vis expulſiua non poteſt expellere per vomitũ, & materia ibi grauat, tunc facit febrem, & ſtomachum conuellit, premit ac vrit, & paroxyſmat ad horas 5. vel 6. & non eſt niſi febris ſtomachi, niſiq; non omnia membra quatiuntur, ſed ſolus ſtomachus, & cor nõ tremit. Cura autem eſt, quòd fiant ea, vt febris curetur. Ipſi autem procedunt in tremore cordis, dant os de corde cerui, corallos, &c. & volunt cor curare, cum morbus ſit in ſtomacho, & ſtomachus affectus eſt. Cor non tremit, & non fit niſi ex felle, quod expelli non poteſt.

Fœminũ ſuffocationem &c.) Suffocatio fit ex malitia matricis per Tartarum ſcilicet quòd Tartarus acutus tranſit cum felle ad matricem, & facit morbum, vt in ſtomacho: & quando matrix patitur, quia contraria pati non poteſt, tunc in ſtomachum reuertitur, & libenter expelleret, & matrix rurſus in ſtomachum pellit & ſi in ſtomachum redit, fit ſuffocatio, quæ ſtrangulare velle videtur. Nam fel non per ſeceſſum, ſed ſolùm per os excreatur: ita illæ in ſuffocatione cadũt, vt Epileptici, & debet tamdiu paroxyſmari, donec fel in matrice conſumatur. *Sterilitatem facit:*) quia omnibus, quæ ex tartaro laborant, mulieribus corrumpitur matrix, & digeſtiones corrumpuntur: quia quando ſimul it Tartari liquor, vbique corrumpit. *Interpellatum morbum:*) quia non paroxyſmat, nunc alio modo, & non habent certum paroxyſmum. *Syncopin)* in deliquium animi cadunt, & clamãt, medicus debet iudicare ex clamore sẽper, quòd Tartarus adeſt: nam vrit & pungit inſtar cultri.

Cancrenam) ſicut qui cancrenam habent & dolent, & vruntur, ita eſt in ſtomacho, & vruntur in ſtomacho, ſicut cancrena vrit in membro, & quando ſic ſtomachus eſt, tunc morbus

Separatio duplex eſt rerum. Tartarus aut dulcis aut acutus.

Triplex ſenſus.

Signa Tartari ſtomachi cum felle.

Fel non purgãdum &c.

Calculi renum quę ſigna.

Cor quomodo tremat.

Cura qualis. Tremoris cordis mala curatio.

Suffocatio matricis.

Fel per os non anum expurgari.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 500 sur 913

est incurabilis.

Nectar succosũ tartarũ resolutum, expedite pellit.

Cura est, Nectar succosum : nam nullum Tartarum resolutum permittit in stomacho sed rectâ pellit. Sed si non pellit, cancrena est in stomacho,& incurabilis : & sic etiam nectar laxat, non cura : si nimiùm laxaret, constipa, sicut in Dysenteriâ.

Descriptio Nectaris succosi, est ista.

℞. *Liquoris victicella* ℥ *iij.*
Rubedinis de colcothar. ℥ *ij.* fiat potio.

Rubedocolcothar, &c.) Sciendum, quòd ex colcothar duo liquores egrediuntur. albus & rubeus. Rubeus liquor huc pertinet. Dosis eius est Drachma semis in vino bono:ingratus est sumtu, sed non curandum, in aurorâ dandũ, & maximè facit vrinare. Nam expeditè expellit ad hepar, & hepar digerit in vrinam, & vrina admodùm fœtida est, ac sumtam medicinam redolet:& si non fœtet,tunc timenda cancrena. Ideò vehementer vrinare facit, & non desistendum, semper dandum, nequid fors eius reliquum fiat.

Alia.

℞ *Succi de suffo. id est, panis porcini* ℥ *vj.*
Laudani præparati, ℥ ß.
olei nucis muscatæ ℥ ß.

Fiat mixtura:in his rebus non considerantur gradus vel complexio, sed arcanum considerandum : Nam illa pellunt. Non hic iuuant diarrhodon Abbatis,diacatholicum. Abstineat à purgatiuis : potest purgare, sed non cogitet, quòd per illud velit curare morbum.

CAP. III.

De Febribus stomachi.

Febres stomachi.

DE febribus tartari omnium imprimis sciendum, nouisse nos, alias esse quotidianas, tertianas, quartanas, &c. alias itidem locum habere in variis regionibus corporis. Verùm de iis,quæ in stomacho oriuntur,nunc nobis sermo erit habendus. Cæteras enim, vbi digestionem secundam atque tertiam tractabimus. Porrò de febribus Tartari hæc sunt notanda : per oppilationem suam & defectum separationis,putredo occasionem quærit. Hæc generatio infectio est aëris. Aër quia semper mundum se facit, contrarium non patitur. Nunc, si infectum ab ipsâ corpus, tremorem patitur:nam quia aër in se putrefactiones fert, non nisi per motum corporis, quasi terræ,petit egressum facere. Quòd si incipit pro expulsione : iam motus terræ, id est,corporis per artus vsque quò putredo, ad locum (scilicet per egestionem) destinata fuerit, deinceps calor sequitur, qui causam accipit post vires contrarias. Totum enim corpus calet,& locus putredinis dolet tam diu, donec natura ab aëre quietam se ostendit. Omnis ergò tremor à putredine est, & motus ipse per infectionem aëris, scilicet huius elementi. In hac generatione principium omnium febrium, si non in stomacho, tamen alibi similes habent naturas. Quare de temporibus paroxysmi,in quotidianam,triduanam vel quartanam, &c. respice secundam febrium declarationem in tractatu de secundâ digestione, scilicet de doloribus & passionibus hepatis.

Febrium stomachi signa.

Signa febrium harum ex stomacho.

Compressio in stomacho, nausea, vapor fœtidus,debilitas capitis,omniumq; membrorum discoloratio, somnus narcoticus, tremor fortis, & mania post ipsum calorem. Mouetur ex croceis tartaris, & per tartarum frigidum potatum.Cura eius est duplex : Purgatio sine digestione. Deinde pilulæ de laudano administrandæ ante paroxysmum. De quibus purgationibus hoc notandum: Non tantum deorsum,sed etiam sursum debet omne euacuatiuum esse & disponi. Hæ purgationes cum vomitu debent esse Arcanum,non humorales. Est enim Tartarus iste subiectum in Arcanis specificum,sicut sunt centaurea, helleborus, cataputia, precIatus,syler, pulpæ coloquintidæ, & sic de cæteris.

Cura.

Pillulæ de Laudano.

Descriptio pillularum de Laudano.

℞ *Laudani* ʒ ß.
Rutæ
Absinthij an ʒ.
Theriacæ optimæ,quantum satis pro incorporatione. Dosis grana quinque, nec vltra.

Nectar quoque in principiis harum febrium administrandũ, cum vino correcto & claro contuso, ad cyathum perfectum.

Capitis Tertij Explicatio.

Febrium tria sunt genera.

Febrium genera tria in stomacho, hepate, & in renibus. Nunc de febribus stomachi. Putredo Tartari sunt fæces Tartari. Nam illa, quæ in Tartarum non transeunt, in fæces abeunt, in quibus prima generatio febrilis,& febrium primum principium.Aër autem corporis est internum elementum & perfectum, hinc infectio eius est à vaporibus de fæcibus ex tartaro generatis. Ista generatio infectio est aëris:ista infectio, causa paroxysmi. Omnis paroxysmus febrium,tremor est,& motus aëris. Motio ista est elementata, sicut in capitulo de motionibus terræ. Mundificatio aëris periodum habet. Periodus ille ex febribus non est, sed de fæcibus sumptus, non secundùm naturam elementi:Nã fæces digestionem periodicam habent, id est digestiua. Hæc in capitulo de fæcibus. Febres ex fecibus tartari sunt : fæx & tartarus differentiam habent in his,de resolutis non coagulatis.

Fæx & tartarus differũt.

Declaratio primi. De resolutionibus tartari hîc non dicitur, sed quod non transit ad coagulationem,de isto hìc dicitur.Et omnes febres ex fæcibus tartari veniunt, id est, ex isto

Febres stomachi, &c. vt fiant, à qua causa.

isto tartaro, qui non sinit se coagulari, fit febris indè aut in stomacho, aut hepate, aut in renibus & non curanda genera, siue sit quartana, quotidiana, &c. Ideò fæces, quæ non veniunt ad virtutem expulsiuam, paroxysmus autem venit ex vapore isto facum, qui se miscet aëri, qui in nobis est. Nam & in nobis 4. elementa. Ergo vbi aër noster sic infectus est, non potest esse mundus: ideò vbi se mundat, facit talem tremorem & tamdiu, vsque dum consumitur vapor: & si aër non est tam fortis, vt possit pellere infectionem, retrohibitur, & in stomacho compressiones suscitat. Vnde est quod dicunt: Non me concutit, sed premit. Quando ergo se vult mundare aër, concutit corpus 3. 5. 10. 12. horis, post tremorem venit calor, quia aër per istam motionem accendit sulphur & salis spiritum, &c. Quod autem tremor venit hodie, non cras, sed perendiè, veteres dixerunt, quòd phlegma, cholera, melancholia conueniunt in tempore, & faciunt tremorem, nihil est &c. Hoc certum, quòd febres veniunt ex putrefactione, sed humores non putrefiunt in vllo morbo, nisi in lepra: Sed putrefactio est ex fæcibus, fæces sunt in digestionibus, stomachi, hepate & renibus: in stomacho minimus calor, in epate maior, in renibus maximus. Quare autem tremefacit hodiè non item cras, & suum periodum habet, quę causa? Quia fæces quoque digerũt, sicut stomachus aut hepar digerit. Ideò quando fæces incipiunt feruere, tunc vapor ascendit & inficit aërem: indè tremor: nam & in fæcibus vis digestiua. Si sũt fæces ex Mercurio, est digestio fæcum in die. Si ex salibus post diẽ alterum: Si ex sulphure, post diem tertium est digestio: & indè est paroxysmus. Ideò nihil est, quod ibi causantur sanguinem, & putant phlebotomia curari: item quod dant frigida, vt melonem, &c. & volunt calorem infrigidare, nihil est. Nam adest quidẽ calor, sed hoc ex fæcibus. Fæces quæ veniunt ex Mercurialibus, habent suum paroxysmum quotidianum. Nam indies habent digestionem. Nulla enim arbor vel res est, quæ in anno suam excretionẽ semel non habeat. Sic & fæces suas digestiones. Interdum paroxysmus errat, & hoc fit quod digestio errat.

Et sciat Medicus, non esse febres ex humoribus, & debere purgari: Humores non purgantur, & quilibet humor manet in corpore in suo loco, & non pellitur, sed fæces peccant. Tremor est velut terræmotus, & non potest fieri sine aëre. Et quia aër non potest statim penetrare poros, indè tremor. Nihil est, quod dicunt, Melancholiam & phlegma inuicem pugnare. Est pulchra physica, quæ ad manticã affigenda esset. Ita in peste aër externus non inficit, etiam si sit in loco, vbi quis peste moritur. Verum est, ille aër, qui ex patiente it, scilicet mortuo, inficit meum aërem in me. Nam quando quis moritur, primò elementa abscedunt ab ipso: & iste aër quærit exitum, inde vlcera, &c. Boni vapores ex iuniperis non valẽt in peste, quia natura attrahit bonum aërem, qui sibi placet, & simul etiam malum, &c. De febribus, si est in stomacho, possum dicere, tertiana aut quotidiana stomachi, quotidiana hepatis, quotidiana renum. Febris erratica inde, quòd sæpè fæces Mercurii, Sulphuris, Salis commiscentur. Indè varię digestiones & varij paroxysmi. Putrefactio tartari non est febris, sed quando transit ad digestionem, tum febris. Nam ex digestione fit vapor, & indè aër inficitur. Fęces ex Mercurio digestionem faciunt in 24. horis, ex sulphure ter in horis totidem.

Signa febrium &c.) Primò scire debet Medicus, an febris sit in stomacho, epate, renibus, & ista discuntur per signa. Ex stomacho est, quando febres habent, & non magnam admodum sitim & licèt quidem calor inualescat, tamen non bibunt multùm &c. Sed in hepate ardor magnus est, quia sanguini propinquus est, multùm bibunt, &c.

Compressio stomachi) Si ignaui sunt & rerum omnium pertæsi laxè incedunt, vix pedes tollere possunt, aut os aperire, adeò pigri grauatique sunt: Signum est in stomacho esse. Nam in hepate & renibus sunt agiles. Item quando dicunt, saporem se sentire, quasi dura ona edissent, signum est stomachi: vomitus, nausea, sunt communia signa stomachi, epatis, renum. Sed etiam sciendum, an sit salis, Mercurij vel sulphuris, vel salis proprij. Si vinum fastidiunt, & ipsum bibere non possunt, ex Mercurialibus est. Ex sulphure, quando vomunt nec quicquam redditur aliud quam quod ederunt. Quæ ex proprio sale, non vomunt, sed tentantur otexi.

CVRA.) Ipsi ponunt, quod debemus digerere, obsecro quid volumus in febribus digerere? cum sit putrefactio. Putrefactio autem digesta est, materia priùs digesta est, quia omnis putrefactio est digesta: sed ad purgationem accelerandum. Quando volumus purgare febres, transcundum ad Arcana: & rustici in illis meliùs sciunt purgare febres, quam Doctores. Et centaurea est, quę purgat febres, quia solum putrefactiones purgat. Sic Cataputia, Helleborus, Præciatus, illa purgant febres. Stulta sunt illa, Alephanginarum, Arabicarum, &c. Et si sanantur, natura per se putredinem expulit. Post purgationem confortatio danda. In febribus stomachi nullus perfectè curatur, nisi sursum per vomitum: quia per secessum illa materia ire non vult: humores non purgantur. Quando aër infectus, & etiam putrefactiones pulsæ sunt, sicut etiam aër purgari debet, vt habes descriptionem in libello. Nectar quoque, quod fit ex correcto & claro vino. Correctum est ex vino rubro, vel nigerrimo, quod congelatur. Clarum ex albo est. Etiam in febribus adhibentur Scarificationes in spinâ dorsi, & minutio saluatellæ: non reprobo: quia vbi sic sanguis per motionem accenditur, vt aperiatur, benè fit: sed quòd cura sit, non est verum. Etiã signa febrium sunt rigores, vt inhorrescant veluti horror peruadit illum, qui aciculâ compũgitur. Et hoc signum est, quòd vult diu durare febris. Item aliquibus signum, quando quis pandiculatur. Tunc est signum febris futuræ.

Tremor ieb. vnde.

Calor febr. vt fiat.

Hæmorragiæ paroxysmorũ sũt causa.

Paroxismorum quę causa.

Humor nullus putrescit in corpore aut purgatur.

Tremor ex similitudine moriturę.

Fumus ex iuniperis in peste inutilis

Febr. erraticarũ quæ causa.

Febris quid.

Signa febris stomachi.

Signa causarũ febr.

Putrefactio omnis est digesta.

Arcanis febres purgãdę.

Arcana febrium quę sint.

CAPVT IV.

De Lapillo intestinorum.

TArtarina vero coagulata apud intestina, descendunt ab excrementis: sed quę operationes in his se ostendunt, ab his dolor ducit originem, de quibus

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 502 sur 913

contrarietatibus, torsiones & tormina in naturalia crescentem flatum accipiũt, & talium est rei quoque oppilatio, quæ constipatio olim dicebatur, siue per vsneam huius intestini, siue per grandinẽ, siue lapillum, & hoc iuxta quantitatem collecti. Morbus iste Tartareus intestinorum, non tantùm suo membro, sed tanquam egestu repercussiuum, & in stomacho nocumentum facit, orificioq; & confiniis suis. Nam constipatio est è lapillis aut generibus suis, quæ facta est ex egressu, prohibet salem; Prohibitio autem egressus nauseam facit ex repercussiuo, hoc in principiis clausuræ, & instrumentorum suorum. Quare in hac parte notandum de stomachi propriis doloribus, ne dolor stomachi accidentalis, iudicio imperito propriùs stomachi esse iudicetur, sed locus causæ præstetur, scilicet intestinis. Signa sunt: Torsiones in ventre absque contracturâ, & tormina prætereuntia, non fixa, constipatio excrementorum, aqua fellea per os, vel lucida pura aliquoties, sentiuntq; durities apud intestina, nodos, & quasi ficus, ventositates, & similitudines nouorum viuentium quasi vermium, & saccos repletos, vel simile, tumorem asclytum ac tympanitum facit, & omnes illius dolores mouentur, à vino acuto, à leguminibus, à frigore externo, & per se indies cum quotidianis suis passionibus. Cura est duplex: Resolutionis, & carminatiua. Resolutiua cura perfecta est: carminatiua in accidentalibus valet. Carminatiua fit per diacyminum: Resolutiua, altera hyemalis, cuius formula sic se habet:

℞ *aquæ de fecibus vini* ℥ *vij.*
Tartari communis ℥ *vj.*
Mumiæ ℥ ß.
Mellis despumati & colati, quantum sufficit.

Fiat mixtura in forma electuarij. Dosis est à 3. iij. vsque ad vj.

Altera æstiualis, quæ recipit:

Masticis, Been albi, Pezuar an. ℥ ß.
Seminum Anethi, Carui, Amomi, an. ℥ j.
Succi Limonum, quantum satis erit pro incorporatione, formentur boli Dosis 3. *dimidia*

Vsus quotidianus succorum ex limonibus, aut arcanis impedit generationẽ huiusmodi Tartari in intestinis, & generatum resoluit: debent tamen reduci ad quartum gradum Spagyrorum.

Capitis Quarti Explicatio.

Tartarina quæ.

TArtarina sunt illa, quæ descendunt ex stomacho, ex spiritu coagulato cum corpore ficco: corpus siccum est corpus de humido coagulato, vel ficco resoluto. Flatus corporis est flatus generatus ex frigore periodico. Frigus periodicum est, quod temporale, siue æstiuale est, aut hyemale: & cura eius periodica, sicut in capitulo de tempore periodico. Regressus autem est morbi constrictio contra emunctorium, ad primum principium faciens regressum.

Frigus periodicũ quid.

Corpus siccum duos morbos facit.

Corpus siccum facit duos morbos. Humidum coagulatum est lapillus in intestinis, de quo præsens caput tractat. Siccum resolutum colicam seu contracturam facit, & hoc caput pertinet ad Tartarum in stomacho: Sed si stomachus ex Tartaro non corrumpitur, quòd stomacho nihil adhæret, sed separat rectè purum ab impuro, & fertur ad intestina: In intestinis illis intra stomachum, & rectum intestinum, id est, longaon adhæresit. Ideo hic tractamus de Tartaro ex ficco coagulato: Itaq; in intestinis, vt in stomacho, postquam primò stomachus separauit, & mittit ad intestina: ipsa intestina intra stomachum quoque & longaon, quoque separant ad secessum, & vim habent separationis: non quòd separant purum ab impuro, quia omnia in intestinis sunt impura, sed separant materiam à stercoribus: stercora ad longaon mittunt: de alio nutrimentum suum habent: nam proprium nutrimentum habent intestina. Nam reliqua membra omnia per totum corpus ab hepate sumunt nutrimentum: Solùm intestina indè non accipiunt nutrimentum. Ideò quia à nullo membro possunt habere, neque ab hepate vel renibus, vt in anatomiâ est videre: ideò oportet, vt stomachus cum impuro separato quoque intestinis suum nutrimentum mittat. Sicut à puro reliqua membra nutriuntur, intestina ab impuro: scilicet, ex stercore succum sibi accommodum attrahunt, vnde adipem aut pinguedinem, quæ ab intestinis deraditur aut aufertur, etiam in pecudibus, & bonum attrahunt: item solùm separãt intestina, non fit digestio. Postea cùm illud egressum fuerit, quod intestinis bonum est, quod nutrimentum eorum est, tum reliquum est stercus: sicut vinum, cùm euaporat, statim est acetum, & natura non curat, sed vadit per egressum. Ideò vbi à stercore non benè separant suum nutrimentum, fiunt ægritudines, & si nimium attrahunt, quoque morbi inde fiunt. Ergo lapilli inde fiunt: vbi ex stomacho sulphur, id est, stercus expellitur: si in eo est salis vis, tunc lapides generat, & inde fit constipatio, vt cacare non possint, velut Princeps in Landeshut, sic habuit in intestinis lapidem, &c. vt materia neque sursum, neque deorsum ire posset. Et lapis iste scindi omninò poterat. Dicebant ex auro comesto esse: sed nihil est: quia nullum metallum adhæret, non vadit ad substantiam, aut digeritur, præter ferrum, quod cum bibitur, limaturæ, (scilicet ferri,) illæ bibitæ coagulantur, & faciunt dolores intestinorum, &c.

Intestina nutrimentum proprium habent.

Lapides in intestinis qui figt. Princeps Landeshut / lapide intestinorum laborauit.

Ideò, quando in intestinis fit lapis, non fit ex iusculis aut carne, aut aliis cibis. sed debet singulare quiddam esse, scilicet, si quis multùm

Lapides intestinorum, vnde fiant.

vt atur

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 503 sur 913

vratur medicinis: vt est aurum potabile, Luna soluta, limatura Martis, dulcedo Saturni, extractio cupri, Iupiter calcinatus: sic chimolea, marcasita, asphaltum, antimonium, &c. Illa si dantur in medicinis, coagulantur in intestinis: Nam non manent in stomacho, neque ad hepar transire possunt, ideò ad intestina vadunt. Nullum Metallum vsurpari debet, nisi fiat medicina, & præparetur, item perlæ resolutæ, hyacinthus, saphyrus, &c. Non satis est, quòd solbantur in aquam, quia ad primam materiam transire, id est, regredi possunt, ideò vsurpanda non sunt. Ideò male omnia scripsit Vlstadius. Et vbi ergo generatio lapidis incipit. Primò flatus, & ventus venit, & ille ventus tempus suum habet, & si nascitur in æstate, habet suam curam: si in hyeme suam curam: vt si quis in autumno plùs sentiat flatus & torsiones, illi certò habent generationem lapidis, & curari debent per medicinam autumnalem vel hyemalem: & si in vere, per medicinam æstiualem.

Vlstadius notatur.

Lapis intestinorum curatur secundum tempora anni.

Porrò & aliæ ægritudines indè fiunt, ex lapillo scilicet, quod intestina constipat, & fit quòd stercus rursus ascendit in stomachum: indè fœtor oris & stercus per os egreditur, quod signũ mortis certissimè est, quia lapis constipauit. Sæpe fit, quod per purgationem violenta materia pellitur, sed aquosa, serosa, & tenuis, ideò penetrare potest: & hoc signum Tartari, sed materia, stercus non transit. Ideò signum sit lapilli generati, quando cum purgatione solùm aqua transit. quia propter lapillum non potest materia stercoris transire. Item, qui colicam ventris habent, & lauant, & per balneum non contrahuntur, aut resoluuntur, signum est lapilli in intestinis.

Signa lapidis generati in intestinis.

Tormina) scilicet, cum dolore dorsi, signum lapidis, & si inungatur cum oleo oliuæ, vel chamomillino, si transeunt tormina, & tamen dolor dorsi manet, est signum lapidis. Item cõstipatio, quòd in octo diebus vnam habent sedem, quòd interdum rectam sedem habent, postea in tribus diebus non: & omnes qui ita constipati sunt, & conqueruntur, quod non possunt sedes habere, signum est lapidis Tartari. Et non est, quod dicas, stomachum non posse digerere, & esse frigidum: nihil est, sed lapis est. Item aqua fellea, quando cum egestione id est, quando cacas, & per superiora erumpit aqua tenuis, signum est lapidis, & quod proximè apud stomachum locum habet, & est collectus.

Duricies & nodos.) Si durum quid in lateribus sentiatur, vel quando quis tangit in ventre, quasi Apostema attingeret, aut glandem, in intestinis est, & nodulos, ceu ficus, hoc est lapidis signum. Et non est quod dicas, splen esse obduratum. Item, si rosio est in lateribus, vt à vermibus, signum est non lapilli, sed grandinis. In istâ rosione dant serij hii semen, & malum est medicamentum, quia sæpè ille puluis generat vermes.

Et mouentur.) Si rugitus fiunt, signum est Tartari vel lapidis: quando bibunt vinum acutum, id emouet lapillum: item legumina faciunt vẽtositates, quia exire non possunt, propter lapillum: indè faciunt tormina. Et quando dicunt languidi, sentire se ventositates supernè in ventre, est ex lapide. Cura carminatiua est per diacyminum: per clysterem non debet fieri, sed carminatiua cura non tollit, nisi accidentalia, scilicet torsiones ventris, rugitus & ventositates.

Cura carminatiua quid faciat.

Aqua ex faecibus vini, &c.) scilicet, quòd fæces, quæ ab exusto vino relinquuntur, illæ fæces debent in ignem conijci: tunc fiunt cinis albus, & quod non euaporat, non fumigat: ille cinis vbi ponitur ad humidum rursus trahit in aquam. Non est cura melior in intestinis contra lapidẽ, & omnes eius generationes, quam succus de limonibus, & tunc potissimum, quando ad quartum gradum Spagyricum reducitur. Similiter & succus de Arantiis, nisi quòd potest reduci ad quartum gradum spagyrorum, & omnia remedia, quæ Auicenna posuit in curâ morborum, ex intestinis nihil sunt nisi carminatiua: sed dixi duplicem curam esse.

Succus Limoniorum optimus contra lapidem intestinorum.

CAP. V.

De Colicâ, Iliacâ, & Contracturis.

COlicæ vel Iliacæ species, morbus est intestinalis, sumens initium suum à Tartaro resoluto, pontico, & pontagio, habet locum per vniuersam regionem intestinorum. Ponticum autem Pontagiúmque centrum morbi ocupat, & non distantiam uniuersi intestini. Est enim centrum morbi paruum in pede, sed ex naturâ sensitiuâ cunctum circulum assumit cum dolore. Igitur non materiæ resolutæ, sed loci sensibilitati vitium attribuitur. Materia verò ex Tartaro acuto est, dissoluto apud intestina ex pontico sale exorta, contrahit per stypticitatem innatam, torquet ex ponticis zinziberatis. Ex his verò duobus assignatis, Colicâ & Iliacâ secundùm locum, diuisim recipiunt causam suam, scilicet, per stypticum & ponticum. Quòd si generatum fuerit hoc paruum resolutum, in colicam abit, vel iliacam, grandissimis torsionibus, & constipationibus: Nam illud ex eâ ratione, de Naturâ stypticâ, quæ claudit monoculum & intestina, stercoraq; in aërem vertit, & intestina lædit vagando: & si iam morbi Tartarus ille resolutus, consumptus non fuerit, nec expulsus, quia in ponticis & pontagiis non est vis ipsâ expulsiua: neque in stypticis, sed potiùs eam corrumpunt, destruúntque excrementi egressum: vnde pòst ista, si morbus fuerit extensus ad membra per regressum repercussiuum hinc indè in loco suo, nunc aër de stercore trium primarum sumit generationem: aër ille prorsus nihil nisi aër acetosus, perambulans vltra intestinorum loca, videlicet in stomachum à stomacho, in fel, in hepar, dein per venas: à venis ad carnes externas, ab his ad ligamenta, in quibus contractionem facit, sicut

Colica quid, & quæ eius sedes.

Pontagia expulsioni aduersantur.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 504 sur 913

ſicut ſtypticum acetoſum & pontagioſum. Nam contractura nihil aliud eſt, niſi infectio membri ab aëre ſtercoreo inteſtini, de Tartaro reſoluto producta: Nam aër ille penetrabilis eſt, ſubtiliſſimus, relinquit vitium poſt ſe acetoſum & ſtypticum, à quibus contractio carniſque conſumptio exortæ. Et omnis dolor morbi huius nihil niſi Tartarus reſolutus, conuerſus in aërem, cum ſubſtantiâ & corpore tranſmutatus in ventum, vt de ſulphure exemplum habetur. Signa: Torſiones in ventre, cum conſtipatione, dolores ſpinæ, & compreſſio Thoracis, vomitus felleus, amarus, nauſea in comedendo, vox exigua prauiſſima, membra quaſi mortua, inſenſibilia, & motiuâ virtute punctiones per membra vagantes: Mouentur à ſtypticis & ponticis, ſiue cibariis, potibúſque, ſiue ex balneis, ſiue ex retentione excrementorum, vel huiuſmodi aliis.

Contractura quid.

Signa Colicę.

CAPVT SEXTVM.

De curâ Contracturæ.

(Arcana huius curæ ſunt in pinguedinibus, & oleis, & axungiis, ſine additione aquarum: oleum datur ſtatim venenato: ſi comederit, bibat illud: ſi vulnus adhibeatur butyrum, vel oleum: Pinguedines verò debent reſpondere mumiæ, olea maiora proſunt, alia non.

QVod dixi de contracturâ, maximũ eſſe in curâ conſiderandum de medicinâ contra ſtypticum & pontagioſum vel ponticum, & illud quod in his duabus ſpeciebus acetoſis exiſtit. Quæ verò illa ſint contra naturam ſtypticam, & pontagioſam, de pinguedinibus ſunt ex Arcanis: Nam (etſi non omnes pinguedines in contracturâ cum ſuo temperamento abſque dubio ſaluberrimæ habẽtur. Licet autem in medicinâ plura ſint aduertenda, de generibus Remediorum: attamen in verâ medicinâ, vnum eſt cõſiderandum, quod eſt in hoc morbo potentiſſimum, vt taxus; prodeſt & vulpes. Sed quid nobis de particularibus? Vnum hoc eſt & potentiſſimum de Galbaneto, & aliud de ſerpentinâ, pro exterioribus. Pro interioribus nihil exiſtit violentius, quàm Iuniperata & Oliueta. Adhuc vnum, quod eſt efficaciſſimum, ſit tamẽ apud vos ſine admiratione, ſcilicet liquor auri, & liquor mumiæ: nihil nos ſcribimus de clyſteriis. Yiliſſimum apud nos medicamen, & abſurdiſſimum, & turpiſſimum. Nihil etiam de laxatiuis ponimus: quia laxatiua conſumunt membra, deoppilant, & hoc malè, augent ſecundùm corpus in contracturâ generatum: ſed ea quę diximus, de ſublimibus diximus, & ex Arcanis vtiliſſimis elegimus. Nihil apud arcana & ſpagyros altius, laudabiliúſue liquoribus, videlicet de mumiâ & de auro, atque de ſerpentinâ Bemontis. Iaſſa verò licèt magnis virtutibus exiſtat, ſed tamen minimum gradum attingit. Illud apud nos conſtantiſſimum eſt: pinguia Arcana ad intra & ad extra applicare. Namque contractura in inteſtinis ab intra & extra deliberationem cupit. Quicquid apud externos externa petit, niſi de exemptis, ſcilicet auri liquoribus, in quibus contracturæ tota vis & cura miraculoſa exiſtit, magiſtraliter, & laudabiliter eximiè laborat. Cætera extra has artes nihil niſi Empirica infatuata, abſque perito medico applicantur. Nam ne cures, cuius ſortis ſint conſilia & adiuuamina; crede in Effatos & Arcana, non in quemuis ſcribentem garrulum, ſuam tractantem arrogantiam ex antiquis ſumptam.

Contractura extra, pinguia arcana.

Sequitur vnguentum penetrans ligamenta.

Vnguentum ad contractũram.

℞. *Pinguedinis taxi, vulpis, abiectis fibris, an.* ℔ ß.
Olei de maſtice ʒ iiij.
De ſpicâ ʒj.
Aceti ʒ iij. Fiat vnguentum cum diſſolutione.

Galbaneti deſciptio.

Galbaneti deſciptio.

℞. *Olei oliuarum* ℔ *j. ol. laurini* ʒ iij.
Reſinæ de Botin. ℔ iiij Fiat deſtillatio, per alembicum:

Deinde recipe huius Galbaneti ℔ij. quas iterum deſtilla per alembicum in modum balſami.

Ad contracturã Balſamus ex ſerpentina.

Aliud de Serpentina.

℞. *Serpentinæ Bimontis* ℔ iij.
Olei oliuæ ℔ vij.
Ol. de papauere, ʒ iiij.
Ol. de ſpicâ, ʒ ß. Reduc in Balſamum.

Dialaſſa decript.

Diaiaſſa egregiè valens in contracturis procedentibus ex irâ, ſerpentis inſtar.

℞. *Iaſſæ* ℔ j.
Olei de botin. ℔ ij.
Maſticis ʒ ß.
Gummi hederæ ʒj.
Gummi helenii ʒiiij. ß. Reduc ad Balſamum.

Capitis V. & VI. Interpretatio.

Pontagiũ quid

POntagium res eſt mixta, ſcilicet pontici cum amaro, vel ſtypticum & ponticum, ſicut in aceto, in acatiis & ſimilibus: Nunc de ex Tartaro reſoluto morbis: & vnus idémque morbus eſt colica & iliaca & ſi ipſi diuiſerunt: idem morbus eſt, & conſiſtit intra ſtomachum

&

1. Taxus & vulpes.
2. Galbanetum.
3. Serpẽtina.
4. Iuniperata, oliueta.
5. Liquor auri, mumiæ.
Clyſteres medicamẽ turpiſſimũ, vtiliſſimum.
Laxatiua deſtruũt.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 505 sur 913

& monoculon, & in curâ vnus idemque proceſſus eſt. Ipſi dicunt, colicam eſſe ex cholera, & quòd vrat & pungat, ſed nihil eſt. Nam etiã ſi cholera veniat ad inteſtina, tamen cum ſtercore exit: Sed potiùs non eſt colica aliud, cùm pendet in inteſtinis, niſi Tartarus reſolutus: ille facit tales dolores. Si in ſuperiori parte, Iliacam: Si infra, Colicam; ſed idem eſt principiũ. Hic morbus colica, eſt morbus contracturæ: Colica & Iliaca non ſunt propriè morbi, ſed ſolum principia contracturæ: Ideò capitulum eſt de contracturâ, non de colicâ, vel Iliacâ, vt ipſi diſtinxerunt. Hic morbus ideò contracturæ dicitur, quia finiri ſolet cum contracturâ. Sicut principia lepræ, etiam lepram dicimus, id eſt, non appellamus proprio nomine: & principia febrium, febres: quia quo finitur & clauditur res, morbus eo debet nomine appellari. Et etiam ſi hîc ſum contra Auctores, non refert, quia eorum Recepta in Colicâ & Iliacâ eorum errorem oſtendunt. Niſi ſi curam eorũ contracturæ accipias, tum colicam etiam curabis. Laxatiuis non abiges colicam, niſi Tartarus ſit tam facilis reſolutionis, vt per ſe abeat: Ideò Tartarus eſt acutus, & qui colicam facit. Itaque cùm contractura ſit verus morbus, vt in contracturâ procedere debes.

Ideò punctiones, quæ ſentiuntur, non ſunt morbus, ſed ſigna & principium contractionis. Nam etiam ſi foris membra non ſunt contracta, tamen inteſtina contracta ſunt: & tum maximè, cùm clamant ac vociferantur, non eſt, niſi quia inteſtina contractionem patiuntur. Ille morbus ſolùm eſt in inteſtinis, id eſt, incipit in inteſtinis, etiam ſi nondum venit ad externa. Ideò prima contractura, id eſt, colica eſt in inteſtinis, & curatur, ſi vis pontica & ſtyptica Tartari tollatur. Colica ſeu Iliaca dici debet prima contractura: in contracturis, vel in colicâ in inteſtinis eſt in paruo loco, & hoc eſt centrum; vbi autem guttula adhæreſcat, illius guttæ locum non ſcimus, ſed nunc ſupra, nunc infra eſt in inteſtinis: Et quò cadit, facit dolores, & tamen ab illo exili loco, id eſt, quandocunque Tartarus reſolutus piſi mole adhæret inteſtinis, tunc inteſtina ſunt tam ſenſitiua, vt hoc ſentiatur: ſi in paruo loco afficiuntur, tunc vbique ſentiuntur: & quidem per totum ventrem, quem totum commouet: & quid ego propter exilem guttulam clyſteria infunderem? quid iuuaret? Fortaſſe non attingeret. Sed interdum clyſter dolorem ſedat, ſcilicet ſuâ vnctuoſitate. Sed tamen morbum non tollit: Ideò guttula illa à medico debet conſiderari, vt vis ſtyptica ponticaque eius tollatur. Ideò medicus propter guttam illam, non debet ideò totùm corpus, ſtomachum & omnia mouere & purgare, ſed potiùs morbum iſtum. Quid enim hæc gutta ad ſtomachum aut epar? In contracturâ hæc ſumma eſt: ille Tartarus, qui adhæret inteſtinis, in illo ſtipticitas eſt, acetoſitas, & vis pontica: vbi adhæret, ibi totum ventrem corrumpit. Et quemadmodum Tetanus, qui membra attrahit: ſicut ſpaſmus, qui membra tendit: ita eſt Tartarus iſte, id eſt, hoc ſtypticum quod eſt in illo Tartaro, cogit & contrahit, ceu pruna os: & pontica vis, quæ eſt in illo Tartaro dolorem facit. Vrit ita, quòd indè dolor, propter ponticam vim: Contractio verò propter ſtypticam vim. Nam pontica vis dolorem, ſtyptica verò contractionem inteſtinorum facit: vndè etiam vnus dolor eſt. Inde igitur morbus poteſt dici colica, propter locum, qui in colo eſt, quod velut hoſpitium exiſtit: alioqui non eſt, niſi contractura: poſtquam contractio venit, tunc dolet, pungit, contrahit, & non ſinit ſtercora exire, interdum ea repercutit, & cum illa ſtercora exire non poſſunt, deliteſcunt hîc & conſumuntur, & mutantur in aërem: id eſt, ſtercus exire non valens, tranſmutatur in aliud corpus, mutat corpus in aërem, ſicut qui ſedes ſupprimunt, multas habent ventoſitates, & poſt ventoſitates ſequitur conſtipatio: Ergò nunc, quum copus ſtercoris mutatum eſt in aërem, quomodo per laxatiua aërem purgabo? Ideò laxatiua & coloquinthida, non purgabunt hoc, quia non eſt ampliùs ſtercus.

Igitur iſte aër, qui ex conſtipatione ſtercoris cauſatur, non tranſit per purgationes, ſed alia conſiderare oportet. Præterea ſtercus non exit, niſi per virtutem expulſiuam, ſicut & vrina per ſe non exit, ſed per virtutem expulſiuam. Si ſtercus illam non habet, non egreditur: ſed vbi ſtypticum eſt & pontagioſum, ibi non eſt vis expulſiua: ideò pontagioſum tollendum eſt. Tunc per ſe ſtercora exeunt, quia expulſiua vis redit, quod vnum & potiſſimum, & in colicâ, vt per ſe ſtercora vadant. Stercus ergo, quod tranſire non poteſt, propter ſtipticitatem, cùm ſic in inteſtinis eſt, & mutat ſe in aliud corpus, in aërem, & tum Tartarus ponticus contagioſus aſcendit, & miſcetur illis, & ſeparat ſe ab inteſtinis, & tranſit ad aërem ſtercoris id eſt, ſecundùm corpus ſtercoris, id eſt, cum ſic inteſtina emolliuntur & incaleſcunt, vt per Balnea, tunc aperiuntur inteſtina & meatus. Nam per balnea inteſtina & pori deoppilantur, tunc ille aër tranſit ad ſtomachum, & inde ad hepar, & poſteà extendit ſe ad omnia membra: ille aër & ventus vadit ad omnes poros corporis, & facit contracturam membrorum. Primò in ſtomachum vadit ille aër, mutatus ſcilicet ex corpore ſtercorum, vocem facit exilem tenuemq; conſtipatque eam, pòſt ad alia membra & ad carnem tranſit, & caro laxa fit, & ſpongioſa, & poſtea apprehendit ligamenta. Cùm ad ligamenta venit, acetoſum & ponticum: quia priùs in primo corpore, id eſt, dum vt Tartarus inteſtinis adhærebat, fuit ſtipticitas, ponticitas, & pontagioſum: ſic & in ſecundo corpore, id eſt, in aëre, & tunc fit contractura, tunc reſoluuntur: & quid poſteà proderit purgare & laxare? Et poſt ligamenta tranſit, & penetrat oſſa in meduliam, ibi punctiones inſtant. Ita ergò vbi Tartarus adhæreſcit, colica inducitur, & contractio inteſtinorum: poſtea vbi ſe reſoluit, tunc fit aër, & hoc maxime per balnea, quæ reſoluunt omnes poros per totum corpus, & vbi colica eſt, id eſt, contractura interna, tunc aër foras egreditur ad alia membra, vt ligamenta, & externam facit contracturam. Sic & ita in colica prohibita eſt, quia ira deoppilat, ſicut balneum: neque adhuc probatum eſt, quòd ira veniat ex felle, &c. Sed dico iam: quod ex irâ deoppilantur pori, vt per balnea, & ſi quis ex irâ contrahitur, oportet vt priùs colica præcedat,

Colica & Iliaca morbus tuus. Colicæ quid, quid nõ.

Morbi vnde denominãtur. Colica laxatiuis non curatur.

Colicæ ſitus & modus.

Colicæ cauſa vtcunq; ſit.

Colicæ dolor à pontagione contractionẽ à ſtyptico.

Stercus in colica retentũ fit vẽtus.

Laxatiua cur in colica non conueniant.

Ira in colica cur damnoſa.

Ira stomachū propius afficit.

cedat, & antè inhabitet; Nam nullum membrum ita mouetur irâ, vt stomachus, & cogit stomachum, vt expellat aërem istum, de quo dixi in reliqua membra Vnde contractio.

Nota. In Balneis consulendis obseruandum, si homines catarrhosi sint, ne consulas, quia poros omnes aperit: Sed si quid foris aperiendum, vt extrahat ex cute, &c. tunc consule. Quidam solum in manibus contrahuntur, & hoc ideò, quia sæpè oppilationes in ligamentis subsistunt ex Tartaro, vel aliâ causâ: & quòd ita non potest aperire, vel soluere balneum, tũ illud membrum non contrahitur. Nota. Sanguis accenditur per aërem, de quo supra. Ligamenta, caro, &c. dulcia sunt. Si aciditas inuadit, tunc corrumpuntur, id est, liquor in ligamentis dulcis est: itaque per ponticum & acetosum corrumpitur, nec ea ferre potest. Ligamenta habent dulcedinem, & quamdiu seruant, benè habent: sed quando corrumpuntur, & accedit acetositas, actum est: tunc non mouentur, contrahuntur, nec membra amplius sustineri queunt. Cura ergò est, vt acetositas pellatur, & dulcedo prædominetur in ligamẽtis: nõ est quòd purges: namq; sapores mẽbrorũ obseruandi sunt: sic sanguis salsus vel amarus esse vult: caro, ligamenta, splen, dulcia, &c. Quodlibet membrũ in suo esse seruari debet, & non vult suum saporem corrumpi: si fit, deficit.

Ligamẽta & caro dulcia acidis offendũtur.

Sanguis est vel salsus vel amarus.

Signa:) sæpe torsiones in ventre fiunt, cum sedibus, & quando sedem habent, scilicet post torsiones, tunc abeunt torsiones: hoc non est colica: Sed quando torsiones sunt cum constipatione, tunc signum est principii colicæ: & si dorsi dolores, quia compatiuntur, id est, illa membra confinia sunt. Et compressio thoracis, quòd scilicet colica fortis est, & sursum fertur ad stomachum, & vomitus felleus, quia vbi abundat stomachus, (quod *in stomachum incurrat aër*) mittit stomachus ad fel, & fel non potest pati, vt sapor suus corrumpatur, ideò expellit, & fit vomittus: & quando valdè frequenter vomunt, signum est perfectæ colicæ Item amaritudo oris inde. &c. item nausea comedendi, hoc non est ex debilitate stomachi, vt communiter dicunt, vt ipsi putant, & non opus est cõfortatione stomachi: sed materia peccans, scilicet ex isto Tartaro tollatur. Item vox parua indè, & quando organa vocis corrumpuntur, tunc signum est, quòd vult in membra diuertere, quia aër inclusus qui adest intumescit, & oppilat meatus, & perfluit organa vocis, meatus maiores: quia organa vocis triplicia sunt, & ille aër maximè oppilat, coarctat, non resoluit, quia ligamenta non adsunt. Vel dicere potes, quòd contrahit, sicut intestina contrahit: & non refragor, & signum est, quando brachia non mouent. Deoppilant ergò & resoluunt balneum & ira, & tertium est per purgationes, quod scilicet faciunt materiam redire in stomachum.

Vomitus vnde à lapide veſicæ.

Capitis Sexti Explicatio, de Curâ.

VT heri dixi, curam esse vt tollatur stypticum & acetosum, & ponticum, tunc contractura Iliaca & colica tollitur: clysteria laxatiua nihil hic faciunt: sed specialia arcana curant colicam. Frigidum aut calidum, vel complexio non curat: sed arcana in colicâ, vel contractura latent in pinguedinibus & oleis: per ea curantur contracturæ, & species eius: reliqua vt artemisia, pulegium, absynthium, coquuntur & applicantur, imponuntur ventri, & dolorem tollunt, sed morbum non tollunt: Sed illum tollere, medicina est. Tria enim sunt quæ faciunt morbum stypticum pontagiosum, vel ponticum, vel acetosum: Ideò illis oportet occurrere. Tartarus est causa morbi prima, resolutus scilicet, sed nihil est quod compescere possit Tartarum, præter pinguedines & olea: sicut venena bibita, & bibitum oleum post venenum haustum suffocat & strangulat venenum; sicut ab extra corrosiuum, quando applicatur venenatum, vt arsenicum &c. Etsi nimiũ facere velit; nihil melius, quàm in vulnus infundere oleum, tunc suffocatur, vel butirum, & quicquid pingue est: sed hoc Barbitonsores ignorant: ideò sæpe homines occidunt corrosiuis talibus. Sic quoque illa stiptica pontagiosa ex Tartaro veniunt, & Tartarus comprimi non potest, nisi per oleum. Nam vbi oleum in intestina venit, tartarus se inserit, & abit oleum, & morbus compescitur. Sed non omnia olea prosunt ad hoc, vt de paruis seminibus vt oleum papaueris. &c. non facit, sed de maioribus, vt de lauro. Multum habent de aquositate olea de paruis seminibus: sed vt oleum non assumit aquam, id est, non commiscet se illi, sed supernatat, ita Tartarus resolutus non est, nisi quædam oleitas, & vbi aqua est, non immiscet se, &c. Sic etiam pinguedines, vbi veniunt ad intestina, attrahunt ad se Tartarum resolutum. & commiscentur, qui etiam non est, nisi oleitas acida: ideò misceri debent: Sed hoc fieri oportet, sine aquâ, quia oleum, vt videmus, non miscet se aquæ. Quum igitur sic miscetur, facit sedem aut vomitum: Si vomitus, tunc Tartarus altè iacuit. Hoc dictum de primo morbo, id est, de colicâ, seu prima generatione Tartari. In secundâ contractura, seu generatione, quando aër dispersus est, & quando aër est quoque vnctuosus, ideò etiam pinguedines & olea vsurpanda, vt aer commiscetur, & reuertatur & redigatur in oleitatem. Indè fit, quòd, qui obesi sunt, non contrahuntur, quia pinguedo illa non sinit vt contrahantur, nisi vinum sit tam plenum, vt in Etschlandia Vuæ, Traminer Germanicè dictæ. Ideò quando est in secundo corpore, id est, reductum in aerem, tunc vsurpandæ pinguedines & olea, vt aer acetosus in illis stranguletur. Nam ille aër acetosus illi se conserit. Pinguedo Taxi & vulpis bona medicamina: Nam Taxus in se habet pinguedinem, quæ non nihil respondet cum nostra humana pinguedine, nisi quòd habet nimium de terra, & humana pinguedine crassior est: sed non nocet: ita hæc duo sunt mumia quasi recta. Ideò in Italia pro contractura bibunt pinguedinem taxi, etiamsi ferinum quid resipit. Sic & pinguedo vulpis ab extra applicatur, non ab intrà, quia non bibitur. Et omnia, quæ vulpini coloris sunt, vt sciuri &c. multum de mumia habent: ideò etiam præparatum quoque bonum, sed nihil de istis particularibus, id est, multa alia sunt quibus vtuntur, sed præcipua sunt taxus & vulpes.

Arcana pinguia cura colicæ.

Oleum & butyrum vtrumque suffocant.

Semina minora aquosiora minoribus. Tart. solutus oleitas est.

Pingues cur tardius cõtrahãtur.

Oleosi suffocãt. Taxi pinguedo humanę similis.

Itali taxi pinguedine potant pro contractura

Sequitur Descriptio.

℥. Pinguedines Taxi.

Vulpis

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 507 sur 913

Vulpis ana ℔ ß.
Olei de maſtice ℥iiij.
Olei de ſpica ℥j.

Acida nocua.

Aceti modici: fiat vnguentum cum diſſolutione. Acetoſitas tamen inuidet neruis: Cur igitur acetum addis? Sed ideo acetum addo hic quòd ducit cætera ad ligamenta: & pinguedo Taxi quoque foris inungitur, & valet ad extenuationem membrorum ſeu ariduram. Bonũ etiam adeps cati, caniſque, rubentis nimirum, & colorem vulpinum referentis. Summa, in contracturâ omni curandâ ad omnem contractum hominem, non eſt melior medicina, quam Galbanetum (*Galbanetum eſt balſamus, qui penetrat venas & ligamenta:*) cuius deſcriptio ſequitur.

Galbanei deſcript.

℞. *Olei oliuæ* ℔j. *Olei laurini* ℥iij.
Reſinæ de Botin. ℔iiij.

Deſtilla per alembicum; dein recipe huius Galbaneti ℔ ij. Iterum deſtilla per alembicum in modum balſami. Omitti poteſt oleum oliuæ: Nam ſuperfluum eſt. Ille ergò balſamus de galbaneto ſine deſtillatione non poteſt præparari, quia in Botin eſt vnctuoſitas, quæ potiſſimum ad contracturam pertinet: illa elici non poteſt, niſi per deſtillationem: Nam alioqui reſina de Botin per ſe non eſt, niſi quòd conſolidet. Sed quando deſtillatur, & fit oleum, nihil præſtantius in contractura: Oleum quoque laurinum bonum, ſed craſſum & indigeſtum, & penetrare non poteſt, niſi ſubtilietur, per deſtillationem fit penetratiuum: Ille Balſamus in membris exterioribus contracturam certè curat, quia aër, qui eſt in membris, qui eſt res acetoſa, ſtyptica, ponticaque, tranſit in illam pinguedinem, vel balſamum in illum: quia eſt tam ſubtilis ille Balſamus, quòd penetret ad aërem in ligamenta, & poſteà incorporet ſe in illud oleum, & illa acetoſitas quoque ſic tollitur. Aliud medicamen ex ſerpentina, quod generale nomen apud quoſdam eſt, vt omne, quod vulnera curat, ſerpentinam vocent. Sed ego voco ſerpentinam, quod in Bimonte in Italiâ, arduo caule, variatis maculis, vt ſerpens naſcitur: Et non vidi alibi, vbi creſceret. Et in Heluetia naſcitur herba, vnicaulis, vno folio, in cuius medio lingua ſurrigitur. Sed non eſt ſerpentina, quæ contracturam curat, &c. Illæ ſerpentinæ præparatæ, eis nihil præſtat omnibus medicinis ad contracturam, & hæc eſt præparatio.

Balſamus qui contracturam curat.

Serpentina quæ ſit.

Deſcriptio Serpentinæ eſt tanquam conſolidæ.

Serpentinæ deſcript.

℞. *Serpentinæ Bimontis lib.iij. Olei oliuæ lib.vij.*
Olei de papauere ℥iiij.
De ſpica ℥ß. Reduc in Balſamũ.

Liquor auri nobilis in contractura.

Hæc ſunt contra contracturam in exterioribus membris, & perfectè curant. Item liquor auri, & liquor mumiæ, efficaciſſima in contractura. Sixtus Groningenſis ſic curauit Laudenbergerum, quinquennio ex contractura laborantem. In nouem diebus curauit ex liquoribus auri: Sic liquor mumiæ, ſcilicet quod mumia tranſmutata in oleum, eſt efficaciſſimum medicamen in contractura. De clyſteriis quid dicam? turpiſſimum medicamen eſt, Braſſica decocta in ſero lactis valet mulieribus, quibus mammillæ ſuppurantur. *Iaſſa.*) ſunt flores in pratis, ſimiles flori conſolidæ regiæ, lutei, virides, albi, rubicundi &c. ſed non ſunt aquilegia: & illa Iaſſa in principio contracturæ eſt remedium ſingulare, & præcipue mulieribus ex illa contractis.

Iaſſa quid.

Iaſſa cõtra contracturã.

Eius deſcriptio.

Iaſſæ compoſitio.

℞. *Iaſſæ* ℔j. *Olei de Botin.* ℔ij.
Maſticis ℥ß. *Gummi hederæ* ℥i.
Gummi Eleni ℥iii. *&* ß. *Reduc in Balſamum, id eſt,* deſtilla in oleũ.

Diæta in contractura eſt qui equid appetunt, vt moderatè vtantur. Nam tempeſtiuus rerum vſus optimus eſt.

TRACTATVS II.
DE AEGRITVDINIBVS HEPATIS EX TARTARO.

CAPVT PRIMVM.

De diſtantiâ Regionis.

Region's hepatis circumſcriptio.

REgiones autem hepatis à meſeraicis vſque in principium renum deorſum locum habent: ab vtraque quoque parte, quæ inter inteſtina & latus locum ſeruant, diſtantiam tenent. In his enim regionibus horum morborum origo quærenda: ſcilicet omnes oppilationes, cum poris carnium, venarum, tum & in aëris chaos. Nam apud nos medicos, hæc ſunt diſcernenda de oppilationibus, quæ de ſubſtantiâ, & quæ de aëribus ſunt. Oppilatio quippe duplex, vt in capitulo ſuo de ſequentibus, & quæ ægritudines, ſiue de narcoticis, ſiue cicatriſantibus, vltra etiam regionem ſuã, ſcilicet in gutture, huius de generibus ſunt. Porrò, & quæ ægritudines diſcolorationem reddunt, & ſanguinem calcetum, ponuntur in hunc Tractatum, & quæ exſiccant, ſitim prouocant, punctiones oſtendunt, ad hepatis dolores referuntur. Item & omne febrium genus nullius Periodi exceptatum. Quod ſi in ſuis interpolatis diebus aufert nauſeam ſitimque tollit, ex hepate eſſe hanc febrim generatam. Atque quæ genera hydropiſis proueniunt cum ſiti inextinguibili, locum ibi & originem ducunt, ea præcipuè, quæ ſunt ſtabilia circa regiones exteriores, ſcilicet hepatis: omnis mors ſuperueniens de cauſa ſciſſuræ hepatis. Nam mors hepatis prouenit ex acutis. Præterea in ſequentibus capitibus aduertendum eſt, ne quis ſe ſeducat ex ſententiis, ſumptis ex erroribus antiquorum Canonum, quia aliter alii dicunt, alii ſic. Alium modum poſuêre ſophiſtæ

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 508 sur 913

Sophistæ: nos autem Tartareum morbum, nam Tartara hæc faciunt. Hoc ex passiuo membro iudicamus. Perscrutati autem sumus ex actiuis, & palàm fecimus hoc his, quibus inest Tartari qualitas acuti: Nam in hepate, sicut in stomacho, & in renibus, ita iudicandum: & quæ membra sequestrationis sunt, & communia digestiua principaliora, non patiuntur, nisi ex Tartaro. Quare in his causis morborum præfatorum, nihil de quatuor humoribus, nihilq; de tribus primis sentiendum est; sed ea prorsus, quę sunt de Tartaro.

Expositio.

Digestiones triplices

TRes digestiones sunt, scilicet in stomacho, in hepate, & in renibus: Absoluimus morbos stomachi: Nunc de regionibus hepatis, qui morbi ibi contineantur.

Hepatis quę regio.

NOTA, hepar non laborat, non fouet morbos: Sed de morbis dicturi sumus, qui in regionibus hepatis dominantur: Ergò distantia illa, quæ est à stomacho ad hepar, ab hepate ad renes, id est, quæ inter stomachum & renes sunt, & ab intestinis ad latus, est regio hepatis, & omnia ad ipsum pertinent, & omnes morbi ad hepar referendi sunt. Item, quæ inter intestina & latus sunt, ad hepar pertinent, seu quæ inter costas & intestina. Hîc hepar suos morbos facit; non hepar quidem, sed ei tantùm attribuuntur. Hepar per se non habet qualitatem, non infrigidat, nec calefacit, id est, non elargitur complexiones & morbos: Ideò sunt omnes isti morbi attributi hepati ex Tartaro. Sic per se stomachus, hepar, renes, non faciunt ægritudines, sed solum Tartarus in eis causatur. Omnes oppilationes hepatis, siue sint in venis, in sanguine, siue in meatibus, qui transeunt hepar (*nam venulæ per hepar transeunt*) vel in carne intra costas, vel intra spatium illud totum hepatis, ex Tartaro sunt, & phlegma hic nõ descẽdit: nihil loci hîc phlegmati est sed omnis regio seruat suum morbum in se. Ideò oppilationes hepatis oriuntur in regionibus hepatis, & illic manent, non transeunt in alium locum, siue regionem: sicut & paralysis & apoplexia manent, etiam in suâ regione, & non est, quòd deorsum cadant, vt vulgò dicunt; ideò quæ alioqui hepati attribuuntur, malè attribuuntur, cùm scilicet morbus est, vel oppilatio in alio loco. Oppilationes duæ sunt, vna in substantiâ, id est, per substantiam Tartari, vt in prædictis dictum; altera aëris. Nam aër transire debet per totum corpus. Elementalis aër (*vt scitur in corpore quatuor elementa esse*) debet transire per vniuersum corpus. Vbi ergò Tartarus obstruit vias, iam aër retinetur, & transit in crassitudinem, idem, in secundam generationem. Ille aër, qui est, vbi resolutio fit ex Tartaro, tam crassus est, quòd transire non potest. Omnes oppilationes hepatis quæ in lateribus sunt, ex oppilationibus hepatis, sunt ex Tartaro, & tam spissus aër sursum deorsum, iam huc iam illuc fertur, & locum fixum non habet, & illud est oppilatio aëris in regionibus hepatis. Ex isto aëre de pestis, sicut pestilentia: Nam ille aër, qui est per se Elementalis, transiuit in secundam generationem, & fit spissus: Et flatus, qui hinc indè vagatur, & transire non potest, & sic oppilatus, facit pestem: sicut & aliàs dixi, aërem in nobis, non externum, causari pestem. Bolũ Armenum ad cor confortandum dant in peste item terram sigillatam, & benè: talis aër si inficiat hepar, tunc non est amplius cura Sed quãdiù in ambitu diuagatur in regionibus hepatis, non nocet. Præterea omnis morbus narcoticus, id est, qui vrit, & ita effumat, vt ad insaniam agere videatur, veluti Prunella, indè fit, quod scilicet ille aër, cùm per se penetrat, & quòd facit sibi exitum, & quòd ascendit in altum, & tunc facit prunellam in faucibus, linguam nigram, pustulas atras: & vbi istud signum est, dicò quòd est oppilatio aëris in hepate, & ille inclusus aër in hepate egressum sibi fecit, & inde collum exardescit, & faucium cuticula distringitur, & est morbus mortalis: quia aër ille est pestilentialis: ideò aqua prunellæ & illa medicamina non iuuant, nisi ad hoc, quòd membra illa conseruantur & infrigidantur. Alioqui cura ipsius aëris assumenda est, & ille aër internus quoque facit pleuritim, & eadem, quæ pestis causa est: Ideò omnes morbi, qui collum & fauces exurunt, dicite, ab hepate, non ex sanguine vel aliâ causa esse, hoc modo, quod aër ille inclusus exitum fecit, & illi morbi Narcotici sunt, in quibus ardor tandem eò agit, vt nesciant, quid faciant, id est, de sipiunt.

Et ex cicatrizantibus.) hoc est, qui faciunt, vt cutis in palato detrahatur aut auellatur &c.

Discoloratio &c) Omnes, qui pallidi sunt, ex hepate pallescunt. Nam color ex hepate venit & qui malum colorem habent, iudicate, quod morbus in regione hepatis est, & debetis statim quærere patientem, an punctiones in dextro latere sentiat; & sic vrinam iudicare. Et non est, quòd velimus cor confortare, aut stomachum, vel splenem incusare. Illa omnia non faciunt malum colorem: sed ille malus color est ex hepate venit, & quod diabetica passio quoque sitim excitat, inde est, quòd à renibus etiam per hepar transit, & ascendit ad collum.

Itaque sitis, prunella, pestis, ex vnâ causa veniunt, id est, ex aëre illo incluso: nisi quòd vnus morbus remissior altero est, scilicet sitis in primo gradu: Prunella in secundo, pestis in tertio. Sic & febres, quę ex hepate sunt, si post paroxysmum in diebus bonis, vrina bona est, & potest patiens comedere, bibere, & in summa, dies interpolatus, si bonus est, & potest patiens comedere, bibere, & in summa, dies interpolatus, si bonus est, & patientis, vt sani conuersatio, non sitis adest, non calor, &c. illa febris est in hepate, non in stomacho. Febres, quòd non sunt molestæ, nisi in accessione, id est, in paroxysmo, ex hepate sunt. Et obseruanda ista sunt. Nam auctores multa genera, vt sex genera febrium scripserunt, sed Regiones non obseruarunt. Porrò si quotidiana, & post paroxysmum etiam rigores, semper ex hepate. Si autem nausea, vomitus, &c. est ex stomacho. Sæpè fit quod coincidunt multæ febres, Tertiana duplex, triplex quartana: Sed hoc non

Hepat per se non affi-cit.

Oppila-tio hepa-tis du-plex.

Aer is terram non ex terra pestis causa.

Morbi narcot-ci qui Prunella qui & vade fiat.

Pallor omnis ex hepate.

Sitis ex sa in he-pate.

Sitis, prunel-la, pestis non nisi gradibus distant.

Febres quæ ex hepate, quæ ex stoma-cho.

curandum

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 509 sur 913

sit, scilicet quod aër ex putrefactione Tartari se expellit, & corpus commouet; Nam illum aërem nititur expellere.

De Hydropisi) Hydropisis quædam est in hepate, alia in renibus, in splene, ex hæmorrhoidibus, ex matrice, &c. Signum autem esse in hepate, est ex apostemate quòd scilicet, si quando punctiones in dextro latere sunt, tunc est apostema hepatis: non quòd hepar habeat apostema. Sed aër & chaos qui circumiacet, facit apostema. Hæc de morbis: Nunc de morte. Omnes, qui in hepate corripiuntur, & moriuntur, his hepar fissum est. Hepar enim non putrefit in morte, sed finditur & fissuras facit. Quando iam incipit non amplius agere, mors sequitur. Item scissuris existentibus in hepate, ipsi quoque pedes tumentes scissuris afficiuntur, & lethale est. Inde scissuras vbi hepar habet, tunc hydropisis, quæ est ex hepate: pedes quoque rimas contrahunt, & tum mors adest, & tunc vrina rubea & mors in foribus. Et quando pudibunda in hydropisi in viris intumescunt, signum mortis est. Ita etiam in peste, quando pestis est in regionibus hepatis & hepar incipit rimis findi, & tunc labia & lingua scissuras habent, tunc signum mortis. Sed si dolor in regionibus hepatis permanet, & compunctiones duranerint, ita hepar non computrescit, aut aliter afficitur, sed saltem findituir. Nam sæpè etiam labia scinduntur, etsi non sit ex peste, sed ex calore hepatis. Ita in exustione faucium seu prunella, quando in faucibus nigræ vesiculæ apparent, signum mortis. Ita etiam in diuturnis tebribus ex hepate, quando post paroxysmum adhuc conqueruntur compunctiones in lateribus, & labia scinduntur, signum mortis est. Ita etiam qui dicunt, ego semper siti & siccitate afficior: stultitia est, quod vòlo medicamen contra sitim & ariditatem dare: quia reuertitur, etiamsi semel pepuleris. Sed ad principium morbi respiciendum, & solummodò sitis, ariditas, scissura labiorum, signum est, quòd magnus morbus sequetur. Nota. Oportet Medicum obseruare, præcursores siue præmuncios, sicut est sitis, & alibi spasmus &c. non morbi sunt, sed morborum præcursores. Sic sæpè rubra tubercula & vesicæ in facie oriuntur. Sic habetur & in pedibus, &c. & cum tempore per se sanantur, & post aliquod tempus redeunt, &c. Solummodo præambula sunt futuri morbi: ita & sitis & siccitas signa sæpè hydropisis. Idcò talia signa & præambula obserue, & ex eis iudicet, quis morbus sit sequuturus. Qui præcursores non obseruant, non possunt iudicare. Nam ex his cognoscere oportet, vt morbum, quem indicant, præueniamus. Sic, quòd sæpè dicunt, pedes mihi intumescunt, & vesicæ attolluntur, quæ abeunt, & post annum dimidium aut integrum redeunt, reuertuntúrque hæc non sunt morbi propria, sed solummodò præcursores futurorum morborum. Quod nunc velim considerare hos morbos hepatis ex complexione, vel ex tribus primis, nihil est: sed Tartarus hîc peccat, & omnes ægritudines inde veniunt. Omnes ægritudines in regionibus hepatis ex Tartaro originem ducunt, non ab hepate, quasi hepar infrigidet aut excalefaciat: sed Tartarus in causa est.

Hepar non putrescit, id tamen computrescit.

Hydropses ex hepate cauti & igna.

Fissuræ in pedibus signum mortis.

Nigræ vesiculæ in prunella signum mortis.

Præcursiones in morbis medico obseruandi.

CAPVT II.

De oppilationibus hepatis, & suæ regionis.

OPpilatio est constrictio pori & substantiæ, & est ea, quæ fit ex constrictione corporeâ cum corpore. Duplex est: Vna est in circumferentia regionis, altera est elementata ab aëre per secundum corpus. De primâ animaduertendum est, quòd quæuis oppilatio est compressio suæ regionis, ex eâ ratione, propter spiritum yleidum, qui cùm egressum non habet, in se ipso in putrefactionem abit, & hoc sine causâ exterioris regionis. De secundâ verò: est pestifera, aërea, nunc pestem, nunc pleuresin facit, nunc crisin hepatis præparat. De his notandum, non de punctionibus & vagantibus, sed quæ pestis, quæ pleuresis sunt, & crisis, aduerte. Nam punctiones signa sunt, non morbi. Morbus est, de quo hîc tractamus, non minera parua. Nunc quid pestis? Pestis est aër suæ regionis, ex primo corpore generatus, oppilatus sine egressu de materia Arsenicali & Opprimechtioli; de illo verò Tartaro velocis mutationis dicendum est. Fit enim per digestionem naturæ. Nam aliqua ad biennium, alia ad Triennium, alia vltra, alia citra, alia ad tempus. Nam quæ de peste sunt scienda, ea sunt, quæ pertinent de digesto ex tempore, scilicet hoc tempus vitriolatum, & hæc est prunella, aliud ogertum, hoc est, pleuresis: aliud arsenicale, hoc est pestis. Nam ibi fundamentum est huius regionis morborum, & quæ de pleuresi sale Ogertino habentur. Nam secundum quod tempus fuerit Ogertini salis, pleuresis generatio, id est, pleuritica oppilatio. Nam quæ oppilationes arsenici sunt, de peste sunt: & quæ ogerti, pleuresis: & quæ vitrioli, prunellæ oppilationes. Hoc sit apud vos magnificum ingenium, oppilatio, quid sit. Tres sunt in materiâ vt prædixi, corpus alternum, & nouum aëreum: Sed quæ sit differentia in oppilationibus secundum textum notandum est, ex parte ægritudinum differentias, & hoc cum textu, Tres ex oppilationibus morbi suas ducunt origines, pestis hepatis, pleuresis hepatis, & prunella hepatis. Vera est pestis, vera pleuresis, & prunella, ex suis salibus exortæ, secundum suam digestionem. Rationes autem ex mineralibus habent secundum suum digestum, & tempus, & mineram. Ex his enim summa auctoritas & medica

Oppilatio quid. & quotuplex.

Pestis quid.

Pestis nascedæ ex digesto tempore.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 510 sur 913

maiestas pro ratione introducitur & bene.

Nam idem est pestis & res sua, idem pleuresis, & sua materia & prunella, & suum esse, & tempus, & digestio, & maturatio & transmutatio vtriusque sexus sui elementi.

Capitis Secundi Explicatio.

Oppilatio si in hepate, facit pleuresin, pestem, & prunellam: Et hic cordis oppilatio facit pleurisin, pestem & prunellam, & sic reliquorum membrorum principalium oppilationes faciunt pestem, pleuresin & prunellam. Ipsi dicunt, quòd pleuresis sit apostema in præcordio, sed nihil est: Non est apostema, sed oppilatio: fieri potest, quòd in maturatione & perfectione redit in primam materiam, & computrescit, & pus fit.

Oppilatio hepatis quas morbos ferat &c.

Pleuresis non est apostema sed oppilatio.

Signa) quæ præcedunt, signa sunt, non morbi: crisis quoque indè est, vt si non morbo afficerer, vtpote apostemate mortali, post quartum vel septimum diem, si crisis bona vel mala, possum indè iudicare, quid de ægroto futurum sit. Circumferentia hepatis, regio eius est: Conclusa est non aliter ac ouum, cuius vitellus ac albumen vnicâ membranâ cingitur. Yleidus est aër elementalis, in nobis est spiritus, qui transire debet per omnia membra. Sicut in ouo pellicula est: ita debet yleidus transire per omnes poros: qui si obstruuntur, tunc morbi sequuntur Oppilatur autem aër, si in istâ regione materia est, vt Tartari, si illa consumitur & transit de corpore in aërem, aër solum fit. Ille aër facit postea pestem, pleuresin, prunellam, item crisin. Sed si de his tribus rectè scire volumus, de peste, pleuresi & prunellâ, tria sunt, vnde generantur illi morbi. Est spiritus arsenicalis, auripigmenti, & vitriolati, vt in textu: Sed hæc tria in Tartaro abundant. Si ergò arsenicum (*si alicui crescit*) in peste ex Tartaro, per vrinam expellitur, non fit pestis. Item si auripigmentum pellitur per vrinam propter emunctorium, & digeritur, non fit pleuresis. Tertiò si sal vitriolatum transit per vrinam, non fit prunella: Omnis res continet in se spiritus illos tres. Arsenicum, auripigmentum & vitriolatum: qui si rectè digeruntur, non sequuntur illa acuta apostemata. Et ita natura disposita est, quòd mineræ omnes in corpore contineantur, & bonum & malum simul commixta sunt. Et similiter est in omnibus herbis. Ideò quòd ex astris sciamus futura, vt pestem, physicam habet rationem, quòd Astronomi præuident pestem, quia nondum sumus separati ab elementatis, & omnia elementa mineralia, &c. in nobis sunt, sicut in omnibus herbis. Quicquid terram afficit, aut aquam, ignem, aërem, & hominem afficit, quia quod ipsa in sese habent, etiam in corporibus nostris est. Nam omnia in nobis sunt, sicut & elementa in nobis. Nunc ergò sicut aurum vitiatur & moritur per arsenicum, ita & mineralia omnia, quæ auripigmentum habent, aut alium spiritum, corrumpuntur: ita & Balsamus naturæ corrumpitur per spiritus illos, & per mineralia.

Yleidus quid.

Pestis, pleuresis, prunella &c. vnde fiant.

Res omnes habent in se spiritū arsenic. auripig. & vitr.

In homine omnia.

Opprimechiolum) dicitur quilibet fumus, ex metallo seu minerâ exspirans. Eosdem habent morbos mineralia, sicut & nos habemus, & eodem modo patiuntur. Pestis non est aliud, quàm aër Arsenicalis, inclusus in regionibus hepatis, & indè generatus, quòd spiritus Arsenicalis separauit se ab yleido, id est, spiritu elementali, & ad Tartarum cessit, tunc est natura arsenici vrere, inflammare, tumefacere, sicut & fit in peste, primò ardor continuus, subindè augescens: venit sitis, & Tartarus nunc ab Arsenico separatus facit paroxysmum febrilem, venit calor & frigus, & venenum Arsenici ascendit, & superne erumpit, quod sic fit. Venulæ, quæ per corpus transeunt, inficiuntur. Nam arsenicus, si sanguinem incendit, is suppuratur. Nam pestis est intus, & facit apostemata sub axillis. Istud apostema non est pestis: sed phlegmone, vt est, tale apostema est. Ideò quòd phlebotomiæ fiunt, non faciunt ad pestem, sed apostema, & prodest: quia diuertit sanguinem, &c. Refrigerat. Præterea pleuresis est, vt pestis, nisi quòd est ex auripigmento, quod se separauit ab yleido & iacet in regione hepatis (*iacet sicut ouū in pelliculâ & in testâ, sed ad superiora ascendit*) & putrescit: indè pungit in lateribus, & ciborum appetentiam consopit. Et vna causa est pestis, & pleurisis, sed diuersa materia, quia arsenicus fortior, qui pestem facit, quàm auripigmentū: & sicut si cui arsenicus foris imponitur aut illigatur, facit colores & nauseam comedendi, sic & intus est: Ideò & auripigmentum, cùm sic in regionibus hepatis est, si hepar inuadit, fit mors. Et omnes qui moriuntur in pleurisi, ex auripigmento moriuntur. Et si quis punctiones habeat in sinistro latere, etiam est pleurisis, sed splenis: nam etiam ex auripigmento est quod se separauit ex yleido. Ita in septem membris principalioribus, vbi pestis, pleurisis & prunella, ex eâdem causa. Sic prunella ex vitriolo, vbi se ab yleido separat, ascendit ita, ille spiritus vitriolatus ad collum ascendit, & accendit eum, & tumorem conciliat.

Opprimechi oſūquid. Pestis quid.

Pestis & pleuresis vt differant.

Digestiuum temporis.) Sicut Marchio digestiuum temporis habuit. Digestio est, quòd omnis res debet digeri, id est, malum à se emittere, & in suo Esse manere, sicut creata est: & vbi vitiatur, purgat se, & laborat, vt redeat in Esse. Indè Astronomi, Hydromantici, & Geomantici possunt scire & prædicere pestem: quia terra, aqua & quatuor Elementa, cum aliquid perdunt, ex eo quemadmodum creata sunt, tunc patiuntur, & nos compatimur, quia purgari debent & digeri. Hoc obseruabis ergò in septem membris: si spiritus yleidos à se separat arsenicum, pestem facit. Cura est, quod debet resolui, vt habeat exitum ille aër, & diaphoretica debent dari, quæ consumunt aërem. Sed si testa foris ita oppilata est, quòd, quemadmodum spiritus arsenicalis egredi non potest, ita medicina intrare non potest, & hepar petit auxilium, & medicina penetrare non potest. Ideò fortissima diaphoretica in peste vsurpanda sunt, vt penetrent. Correctum vinum ardens est, quia nullum vinum ardens ita subtiliter est sublimatum, quod non habeat in se aquositatem seu aquam: Ideò postquàm benè destillatum est, debet iterum in alembicum imponi: Et si ex dimidio destillatum fit, desistendum

Digestio quid.

Astronomi &c. vnde prædicant.

Diaphoretica fortissima pesti conueniunt.

Correctum vinum ardens quid & vt fiat probetur quę.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 511 sur 913

desistendum est, vt aquositas relinquatur superstes. Aquositas enim crassitudinem facit vt penetrare non possit. Alterius hæc probatio est, vt de ipso aliquantum in patinam stanneam fundatur, & incendatur. Si ita conflagrat, vt in patinâ nulla pinguedo relinquatur superstes, bonũ est. Si pinguedo relinquitur, iterum destilletur, tamdiu, donec ita correctum euadat. Alioquin, nisi sic separetur, non potest penetrare. Vbi autem sic correctum est, statim penetrat ad membrum principale, quod laborat, siue sit hepar, cor, cerebrũ, &c. & vbiq;, quia aperit poros, sudorem proiicit, ciérque, & expellit materiam pestis peccantem, simul quoq; & est optimum.

Cohob quid.

Cohob, &c.) si quis reuomit, semel, bis, & ter, & morbus cedere nedum velit. Et hoc cohob est, quod medicus obseruet. Nam non semel administrari debet Medicina: Sed prout se morbus exhibet, ita similiter administrandum est.

Præseruatiua quibus in peste danda.

Et præseruatiua in peste dari nõ possunt, nisi ea, quæ deoppilant, & illa non sinunt oppilationes fieri, id est, vt origine habere possit pestis. Aqua prunellæ valet in peste & pleuresi: Ideò prunella detur bibenda. Pruna, quæ [illegible] vocãtur, sunt præcipuum præseruatiuum: quòd in se maximum arcanum habet aqua eius destillata.

Zickbertlin maximũ in peste remẽ.

Præterea vbi fit, quòd spiritus Arsenicalis accendit venas, & facit apostemata sub axillis &c. non est pestis, ideò, etsi quidem sæpiùs supputrent, tamen sæpè moritur, ibi non est pestis, sed apostema infectum ex materiâ malâ. Ideò apostema est, sicut aliud Apostema, quod hinc indè in corpore nascitur. Quòd phlebotomia fit, refrigerat sanguinem, sed non pestem iuuat.

CAPVT III.

De Peste.

Pestis quid.

PEstis est separatus morbus ab Yleiado Arsenicali. Arsenicalium genera plura sunt: nempe tria cineritia, & tria ista sunt in membris principalioribus. Est enim pestis morbus simplex, contagiosus, per Elementorum coniunctionẽ, Elementi aëris, & alterius ex aëre, per poros cruoris, vel per orificia inferna, vel sublimia ad egressus: Estq; morbus digesti temporis. Eadem ratione digestio separationem facit: Separatio autem morbum. Separationis tempus, quid est? Vnde tempus est hoc? Quæ compósita sunt, discompositionem habent. Procedit enim discompositio à primo composito secundum tempus Arlatum. Arlatum tempus est tempus sequestrandi contra ordinem yliadi. Nam iste yliadus habet periodum. Periodus est triplex: In primam, secundam, & tertiam ætatem. Prima ętas iuuenilis est, ad statum pertinet absque separatione. Secunda ætas est morbi, & ad secundam mundi partem declinat, ætatem affert contrariam in sanum. Tertia, finis est, & morte reddit. Secundum hanc distinctionem omnis mineræ spirituúmq; sequestratio & sani & mali initium ducit. In his enim ætatibus Pyronomus, Hydronomus, Geonomus & Augurineus artem quærit suã. Nam indè fluxit illud, quod dicunt, futurum est. Ex hoc loquitur de his, de quibus prisci mentionem non fecerunt, intelligebant parum quoq;. Modus ætatis talis est. Dispositio est separatio per naturam ab Ilech: Indè fluit tempus resoluendi, sc. moriendi rei per rem, materiæ per materiam, naturæ per naturam, corporis per corpus, per species, per genera, per similes, vnum post aliud, vsque in consumptionem materiæ primæ in vltimum ENS. Cùm mortis separatio incipit in yliado, sequitur morbus. Nam morbus separationem sequitur. Hæc vsque quò totum illud minerale consumptum fuerit, tum & morbus consumptus apparebit, & non amplius notus Medicis: Sic morbi peribunt: sic mortis genera declinant, vsq; in curam mortis, scilicet vltimam in Ente constitutam: Iam pestis, iam pleuresis, iam aliæ ægritudinum causę & morbi euanescunt.

Dispositio quid.

Sed quid de temporis periodo dicendum? Aduerte auditor: Ex his scire possumus, qui sunt Edelphi. Nam scimus Arsenicum Delphum posse separari in septennio in vno loco: scimus in alio naturam, materiam numerúmque. Hæc omnia apud Paramira nostra abscondita latent imperitis. Nam sicut flos, qui est species mineræ huius arboris, ab aliâ arbore cadit, deindè fructus, indè herbę, dein locustæ, indè ariditas, & consumptio, & mors sequitur in fine regenerationis: Ita & yliadi flores, scil. spiritus minerales peribunt, ita & morbi, & morborum mortes. Sed quid de regeneratione noui Maij, ignoramus.

Edelphi quid.

Signa Pestis ex Terrâ.

Apostema cum pestilentiâ, primum signum terræ.

Ex Aëre.

Tibiarum hinc indè iactatio cernitur.

Ex Aquâ.

Sitiunt & potare volunt, & ipsorum pedes intumescunt.

Ex Igne.

Indesinenter dormiunt.

Cura pestis ex Terrâ.

Cura pestis Tertia.

Accipe *Rad. vngulæ caballinæ* ℥ iij.
Armellis ∋ ß.
Anthos (vel Anthosti) ʒ vij. Reduc in liquores. Dosis à gr. vij. vsq; ad viij. (*al. x.*).

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 512 sur 913

Cura peſtis aquæ.

In peſte ex Aquâ.

Cape de *Liquoribus Sambuci.*
Antheræ, cheiri, ſing. ℥j.
De liquorib. cachimiæ.
Corallorum alborum an. ʒij.
De liquorib. Amethyſti ʒj. *&* ℈ß. (*al.* ℈ iij ß.) Duc in formam potus. Doſis *à* ʒj. *vſq; ad* iij. *&* ß.

Cura peſtis ignis.

Ex Igne.

℞. *De ſpeciebus Iringi, Corallorum rubeorum. Spodii an.* ʒj. *Reduc ad liquorem.*

Cura in Peſte, diaphoretica & reſolutiua, cuius eſt iſta deſcriptio.

℞. *Vini ardentis correcti* ℥ x.
Specierum de Bezuar.
Lithontripon Ducis an. ℥ ß.
Theriacæ Alexandrinæ mithridati ſelecti an. ℥ j ß. Miſceantur. Doſis *ab* ℥ j. *vſq; ad* ℥iij. *per Cohob*, pro naturâ infirmi, & iudicio præſentis boni Medici.

Commentarii.

Peſtis eſt morbus Arſenicalis.

ITa dixi proximè, peſtem eſſe Arſenicalem morbum, prunellam plumoſum, pleureſin ogertinum &c. Hoc eſt yliadus, quòd omne Elementum in ſeipſo habet ſpiritum mineralem, & ille facit omnes morbos. Et niſi hoc eſſet, quod ſpiritus mineralis faceret morbos, cur herbis & mineralibus vteremur, & morbos curare poſſemus? quæ ſcil. herbæ ſunt mineralia. Si humores facerent morbos, non haberemus externos humores, quibus curaremus. Ideò omnia quæ generantur ex elementis, habent in ſe ſpiritum mineralem, qui eſt venenũ: ſicut Anthos, muſcus, &c. non tam nobilis, qui non in ſe etiam habeat venenum. Nam bonum & malum, coniuncta ſunt in omnibus rebus, quas producunt Elementa. Ideò, quæ intus ſunt in corpore, ægritudines ſunt: quæ foris ſunt, medicinæ ſunt.

Humores cur morbos non faciãt Bonum & malũ in omnib⁹ rebus elementatis.

Yliadus eſt cauſa criſis.

Solus yliadus facit criſin, ſc. quando ſpiritus mineralis ſeparat ſe ab yliado, tum criſis incipit: Ideò medicum obſeruare oportet, quando ſeparatio incepit, & cuius mineralis ſit ſeparatio, vt ſciat, quam diù ſit duraturum: & non eſt, quòd criſin ex tempore iudicemus.

Peſtis vt hæreditet.

In ephemerâ eſt ſal acutum, & criſis eſt in nono die, in iſtis nouem diebus aut mortem facit, aut abit ad putrefactionem. Quod peſtis hæreditet, non eſt verum, niſi hoc ſit, quòd ille ſpiritus arſenicalis incluſus in teſtâ membri principalis rumpit, & egreditur, tunc inficit. aërem in nobis exeuntẽ, & ſi illud in nos trãſit. Aër externus non inficit, ſed ille aër, qui in eſt patiente, cùm rumpit teſtã, ſicut rumpit, quãdo Mors vincit: & ſi membra infecit, vt per poros ſudor egrediatur, ille ſudor inficiat aërem quoque, ideò aër in nobis inficitur. Aërem autem illum, quem attrahimus, & reſpiramus, non eſt aër in nobis, ſed eſt elementum externum. Sed ille aër in nobis, qui eſt noſtrum elementũ, tranſit per vniuerſa membra. Quando pyronomi dicunt futuram peſtem, indè ſciunt, quòd yliadus in aliquo elemento externo vult ſe ſeparare, quòd viderit in igne ſeparationem alicuius mineralis ſpiritus, & non compatimur, &c.

Aër inſpiratus non eſt aër hominis.

De Ætatibus.

Yliadi ætates quæ & quales.

PRima ætas eſt yliadi, quãdiu eſt incorruptus, etiamſi homo ſit 70. annorum. Si non fuit morbo correptus, eſt in prima ætate yliadi: ſed quam primùm eſt yliadus infectus, tunc ſecũda ætas. Tertia ætas eſt, quando ad mortem eſt. In primâ ætate non eſt medicandũ, quia non eget: In tertia quoq; quod non iuuat, ſicut in ſecundâ. Sic mineralia habent tres ætates, vt Cachimia, Talck, Marcaſitæ. Cum ſunt integra, ſunt in primâ ætate. Quando patiuntur, tunc in ſecũdâ ſunt. Indè iudiciũ eſt Hydronomo, & Pyronomo ex elementis. Si quando illa patiuntur, tunc dicit Hydronomus, ſi arſenicalis reſolutio eſt, tunc peſtis futura. Si aluminoſum, tunc prunella abundabit. Sic de pleureſi &c. Et ideò illi homines, qui abundant in elemento aquæ, illi tum eo tempore patientur, & peſtem habebunt: Cæteri homines non patientur, niſi per aërem ex alio homine inficerentur, ſed non morientur. Ideò in aquâ ſunt quoque medicamina adminiſtranda. Sic & Geonomus ex terrâ, & cæteri ex aliis elementis. Et Medicus aduertere debet, quando peſtis venit cum nauſeâ & tremore cordis. Et tunc dicet Medicus, Elementum rectâ tactum eſſe, vbi non venit, tunc non morientur ex peſte, per ſe curantur. Duplex mors eſt, ab yliado & ente. Ex yliado venient e, cũ eo pugnamus: contra ex Ente venientem non poſſumus. Verũ arſenicus in prima ætate nõ fuit ſeparatus ab yliado: Ideò à principio nõ fuit peſtis. Poſteà arſenicus ſeparatus eſt, & peſtis cœpit, & adhuc durat. Ideò adhuc eſt in ſecundâ ætate, & tandẽ etiã ſe ſeparabit, & arſenicus ſeipſum reſoluet in yliado, & putrefiet: & tunc erit vltima ætas.

Mors duplex eſt.

Peſtis à liquãdo ceſſabit.

Nam per ſe arſenicus tandẽ ceſſabit, & peſtis ceſſabit: Ideò quantò plùs ſequit in aliquo loco, tantò citiùs ceſſat. Et multæ ægritudines fuerũt apud Hippocrat. quæ ceſſarũt hodie: Sic & pleuriſis tarde incepit. Nam quam ipſi vocarũt olim pleureſin, non eſt quam nunc habemus: Sed veterum pleureſis peripneumonia eſt non noſtra, ſed indè ex ſale pleureſis eſt, poſtquã illud ſal ſuũ ſe ſeparauit ab yliado totaliter, & veniet etiam ad tertiam ætatẽ, id eſt, tranſiet ad corruptionẽ & ceſſabit. Sic prunella non diu durauit, donec ſuum ſal ſe ſeparauit à ſuo yliado: fuit anteà in primâ ætate, nunc eſt in ſecũdâ ætate, & diu durabit vſq; ad tertiã ætatem: quia vix 70. annos fuit prunella, qui nouus morbus eſt Sic morbus Gallicus incepit, cùm ſal corroſiuũ ſe ſeparauit ab yliado: & nunc quãdiu ille morbus ſæuit, eſt in ſecundâ ætate, & non ceſſabit, donec reſoluatur, & ad tertiam ætatem veniat. Sic yliadus facit omnes ægritudines. Quoties enim aliquid ab ipſo ſeparatur, facit morbũ: & quãdo vniuerſim reſoluitur & compurreſcit, tunc totaliter ceſſat &c. Paraliſis, Apoplexia &c. non ſunt ex yliado, ſed veniunt ex Elementato: Veniũt ex reſolutione liquoris naturę, id eſt, balſami. Omnes cæteri morbi ex yliado veniũt, prꝛeter eos, qui ex guttâ.

Pleureſis veterum non eſt noſtra.

Prunella non eſt antiquus morbus.

Morbus Gallicus nouus eſt.

Yliadus cauſſa morborum nouorum.

Edelphus dicitur, qui prognoſticat iuxta naturam elementi, ſicut pyronomus, qui ex elemento ignis prognoſticat: id eſt, ex carbonibus cœli &c. non debent dici Aſtronomi, nihil ex aſtris dici poteſt, ignorant ſuum nomen.

Edelphus quid ſit.

De

De Tertiâ ætate:) Arbor, quæ crescit, expellit à se omnia mineralia quotannis, vt cum flores reiicit, & est Mercurius. Postea locustas abiicit, & est sulphur: Postea fructus & sal abiicit, Ita yliadum totum quotannis abiicit, sed reuertitur yliadus. Hoc in aliis non fit. Nam qui morbi in yliado prætereunt, non redeunt. Si omninò abscedunt, tunc vltima mors.

Cura in peste.

Remedia pest. ex aqua.

Si est pestis ex elemento aquæ, aëris, ignis, terræ, id est, si horum vnum patitur ex isto elemento medicamina accipi debent.

Medicamen in Peste ex Elemento aquæ.

℞. *De liquoribus sambuci, id est, florum.*
Cheiri, Anthere an. ʒ j.
De liquoribus cachimia, corallorum alborum an. ʒ ij.
Liquoris ex amethisto ʒ j ß. (*al.* ʒ ß. *vel* ʒ j. ℈ ß. Reduc ad potum, dosis à ʒ j. *vsque ad* ʒ iij. *&* ß.

Vbi aqua patitur, id est, pestis ex elemento aquæ est, tum non debet vsurpari vinum aceris.

In terra

In tertia specie pestis, id est, ex Terrâ.

℞. *Vngula caballina, id est, Nenuphar* ʒ iij.
Hamellus ℈ ß. *Anthos vel Anthostrum* ʒ *vij.* Reduc in liquores. Dosis à granis vij. vsque ad xiiij.

In igne.

In quarta specie, scil. Ignis.

℞ *De speciebus Iringij (est radix parua, & solum modo in hyeme nascitur, vix articuli digiti longitudinem habens.*
Corallorum rubeorum spodij an. ʒ j. Reduc ad liquorem.

Signa pestis terræ.

Signa pestis terræ, id est, ex elemento terræ, apostema cum pestilentiâ, primum signum terræ, hoc est. Si arsenicalis spiritus in elemento terræ se resoluit ab yliado: ideò ex terrâ vtere medicationibus: id est, signum est ex terrâ, quando papulæ & apostemata oriuntur. Quando autem crura continere non possunt, sed iactant hinc indè, tum est signum ex elemento aëris. Quando autem iugiter dormiunt, tunc ex igne est: Ex aquâ, quando quis in pestilentiâ edit, sed non vult bibere, & pedes tument, tunc ex aquâ est. Et secundum illa signa, medicamina pro ratione elementorum debent administrari, cuilibet elemento suum medicamen.

CAPVT IV.

De diebus Creticis.

Crisis quid.

CRisis est spatium temporis, sumptũ à principio morbi vsque ad principium mortis. Dies prima dies crisis, dies vltima, dies cretica dicitur. Principium temporis digesti, initium crisis. Resolutio morbi, vltima dies cretica. Tempus digestum est illud cum resolutionibus specierum ex yleiado. Resolutio speciei consumptio & status morbi. Materia crisis ab excrementis yliadi procedit. Separatio ista in purum yliadum abit. Yliadus purus, finis morbi & ægritudinum. Cretica dies, Arsenicalis, est tertia in acutis; dies quinta in peracutis, dies septima in perperacutis. Arsenici acuti dies cretica in horâ 24. in peracutis horâ 15. in acutissimis horâ vndecimâ. Morbus statim seruat, sed signa, & dolores, & causa, quę sequuntur mutationem & non augmentum, nisi fortassis in morte, accipiunt. Crisis Mercurialis in quarto die, subtilioris in tertio, acuti in secundo. Mercurij resoluti crisis creticum habet in 13. die, acuti in septimâ, subtilis in quartâ. Crisis sulphurialis habet creticum in sext. (al. sept.) septimanâ, in peioribus in sec. septimana. Ogertina crisin habent à primo anno in tertium fere ad finem, in acutis vsque 4. oppositionem, in sublimioribus, in 5. oppositionem. Separata crisin habent in anno tertio, in acutis in secundo (al. secunda) in sublimioribus in septimâ oppositione. Sal de gemmâ creticum habet in anno 14. in acutis in anno 5. in peracutis in 13. oppositione, vt Ethicâ. Cretica dies salium, vt in Herisipelâ, est in anno decimo vel vndecimo. (aliâs, sic postea vlceratur, dein incipit alia crisis, quæ est anno tertio, si verò in quarto non sanatur, erit tum morbus incurabilis) secunda sequetur, & illa in anno tertio vel quarto. Salia subtiliora diem creticum habent post 21. 27. 34. annum. Salia resoluta habent creticum diem in anno tertio vsque ad sextum vel septimum, dein vsque in annum duodecimum. Salia Persica creticum habent à die Crisis vsque in 22. oppositionem. Secunda cretica dies in oppositione 18. Tertia cretica in oppositione 4. Communia salia exteriora creticum habent post annum 10. in maioribus, post annum 18. in acutis, post annum 25. vt in malo mortuo. Salia exteriora reuerberata creticum habent in anno sec. in acutis in sexto, in sublimioribus in duodecimo. Salia cancrenæ creticum habent in 8. oppositione, secundus creticus in oppositione 14. tertius in fine anni 3. Plumosa creticum habent in anno 7. 9. 13. Acuta exteriora creticum habent post tertiam oppositionem, secundũ post quintam oppositionem, tertium non habent. Cancer ex Hæmorrhoidibus creticum habet in 7. oppositione, post crisin secundam in oppositione 6. post crisin tertiam oppositione 4. Epilepsia cum suis speciebus, podagra & hyposarca creticum in morte habent. Ethica ex sale gemmæ rarò ad mortem creticat. Cancer ex menstrualibus creticum habet in nonâ oppositione, post cri-

Podagra & hyposarcha species epilepsiæ.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 514 sur 913

sin secundam in quinta oppositione, post tertiam in tertiâ oppositione, post quartam in tertio die.

Commutatio.

Ex yliado omnes morbi emergunt.

EX yliado omnes ægritudines veniunt, & dies critici hoc probant. In yliado est spiritus mineralis & in yliado omnes res, omnia simplicia consistunt, & alia sanitatem dant, alia ægritudines. Primus morbus, qui in mundum venit, fuit ex sale corrosiuo, & similis huic morbo, qui dicitur Ephimera. Secundus morbus ex vitriolato sale, qui descendit in ligamenta, & tamen paralysin non fecit &c. Sic de cæteris morbis. Quomodo autem creticent morbi, indè scitur, vt sciamus, quamdiu Salia in yliado suam operationem habeant. Prima dies morbi, crisis est, vltima cretica: Tempus quod interim est, status est. Vltima enim dies aut ad sanitatem aut ad mortem abit. Sed sunt multi morbi, quorum vltimam crisin non possumus scire, quia morte finitur. Sic apoplexia & hyposarcha finit suum diem creticum per mortem: quia quâdo hepar inficitur, tunc mors adest & vltima crisis in morte fit. Vbi ergò morbus occurrit, vt est hydrops, tunc debemus scire, quæ salia peccent, & posteà quamdiu maneant, & sic iudicare, quamdiu morbus duraturus sit. Sic in Ictericiâ debeo cogitare, ex quo sale sit. Si ex sale ogertino, tunc crisis est septimanâ 9. Si ex sale ogertino acuto, 2. demũ anno. Sic ergò debet Medicus scire, cùm scit, quando incipit morbus, vt possit dicere: Hoc die terminabitur aut ad bonum aut ad malum. Sed sunt morbi, in quibus non possumus dicere terminum, vt podagra, epilepsia. Nam finitur vltima crisis cum morte. Cùm mors adest, tum est vltima dies critica. Sic quoque in generibus febrium considerare debeo, an ex Tartaro sit. Si in stomacho vel hepate, vt possim dicere, tam diu durabit morbus, & posteà vel per se cessat morbus, aut moritur. Reliqua salia, vt arsenicalia statim creticantur, vt pestis, prunella &c. Ideò primò scire debemus, quis morbus sit, quę minera ibi sit, & quamdiu operationem suam exerceat &c. In febribus acutis, vt synocho, ex sale acuto est, & in septem diebus creticat. In his septem diebus malitiam suam exequitur. Pòst in septimo die aut signa mortis apparent, aut morbus cessat: Et vbi sic dies critici vincuntur, posteà non moritur, & morbus non recipit augmentum, sed status est inter initium morbi, & vltimum diem criticum, id est, morbus non amplius augescit, in suo vigore manet ac persistit. Sed si æger subindè magis magísque infirmatur, tum apparent signa mortis, maculæ variæ, non morbus ipse. Sic quoque non declinat, nisi post diem creticum: qui si transiit, adhuc imbecillus est ægrotus. Hoc non ad morbum pertinet: quia simul transit, cum dies creticus est: Sed relinquit imbecillitatem: sed morbus non adest amplius &c. Et vt dixi, omnes ægritudines ex sale veniunt: & quemadmodum est operatio salium & spirituum, ita morbi creticant. Ergo in Ethicâ, si ex sale non sublimiter acuto fuerit, breuiter creticat: si sublimiori, diutius &c. Vbi ergò talis offertur, quærere, quando morbus inceperit, debeo. Si nunc scio, quàmdiu adhuc tempus est vt creticet: Si non habeo medicamen accommodum, & adhuc quinque hebdomadę restant ad creticum diem, tunc do aliquid pro formâ, vsque creticus dies venit, posteà per se curatur, quia cretica dies liberat. Sed hoc in morbis, qui non creticant ad mortem.

Noli me tangere morbus quando creticet.

Nam in talibus medicamina statim applicari debent. In exterioribus etiam cretica dies, vt in *noli me tangere*, creticat in tertio anno, si in die suo, in tertio anno non creticat, nisi noua crisis, id est, secunda crisis, nouus morbus incipit, id est, vt foramina fiant &c. Tunc incurabile. Sic ignis Persicus, si primò vrit, initium morbi: Vbi tumor accedit, secunda crisis: tum posteà vlcera veniunt, & tertia crisis. Posteà accenditur: & si maximè ardet ac flagrat, tunc quarta crisis, & in quartâ die creticat, si ea legitima est: & tunc se se liberat ipse morbus: Si non, consecratio non iuuat, sed tantùm post crisin Emplastra applicanda, quæ exustam & putrefactam carnem auferat, sic cancrena, malum mortuum &c. Si persisterunt ad sum creticum diem, non possunt curari, & frustrà tentatur. Cancer inter omnes morbos in Chirurgiâ difficiliter creticat.

CAPVT QVINTVM.

De Pleuresi & Prunellâ.

Pleuresis quid.

PLeuresis est morbus inclusus in membris principalioribus: locum habet in regionibus illorum ex oppilatione Tartareâ sine resolutione, vel per resolutionem. Et est passio aërea de corpore reducta in corpus ex sale ogertino, ex speciebus pestis & prunellæ. Signa: Tremor corporis cum frigido & calido sine pluralitate, faciei discoloratio, membrorum debilitas & inquietudo, calor finalis ascendens, punctura capitis & laterum, & in præcordiis, & sub thorace: & vbi passio, vel dolor, ibi regio morbi.

Pleuresis signa quæ.

Pleuresis vnicum habet paroxysmum. Diæta in pleuresi nõ obseruanda, potius adhibenda medicina, & modus vbique seruandus. Cura eius est duplex, ex Tartaro, & Syleto. Syletum medicina composita ex tribus salibus.

Diæta in pleuresi inutilis.

Cura pleur. duplex.

Descriptio Diatartari.

Syletum quid Diatartari descript.

℞. *Tartari albi* ℔ j. *Aquarũ vitæ* ℔ ß. *Granorum iuniperi. Florum gamandreæ, cichoreæ an.* ℥ iij. Reduc in aquam. Dosis eius a 3j. ad ℥ ß. in vino maluatico, vel aquâ de prunellâ. Fiat per Cohob.

Descriptio Diamumiæ.

Diamumia quid. Descript.

℞. *Aq. prædictæ* ℔ j.
Mumiæ claræ & electæ ℥ iiij.
Aquarum prasij & menthæ an. ℥ ß.
Fiat mixtura. Dosis a 3ß. ad 3j.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 515 sur 913

3j. (*al. ab vnc.* ß. *ad* ℥j.) manè & ſerò ſecundum Cohob morbi.

Deſcriptio Syleti.

Syleti deſcr.

℞. *Diamumiæ* ℥ *vj. ſalium gemmæ, colchotar.*

Sciſſi an. ℥ß. *Aquarum Meliſſæ, abſinthii au.* ℥iij.

(*al.* ℥ij.) Fiat mixtura. Doſis a gr. 7. vſque ad 14.

Compoſitum Syleti.

Syleti compoſ.

℞. *Trium ſalium an.* ℥j. *Tartari vtriuſque an.* ℥ß.

Mumiæ electæ ℥j. *aq. meliſſæ, conſerv. bugloſ. an. q. ſ.* Pro incorporatione, deſtilla per alembicum, doſis à ℈j. vſque ad ℈ iiij.

Cura pleureſis quæ in regione cerebri.

℞. *Laudani puri* ℈j.

Ol. demuſco gr. iij. camph. gr. viij. Fiãt pil. cum aq. de ſpiculâ. Doſis à gr. vj. vſque ad gr. vij. vel viij. ſec. Cohob.

Cura ſpecialis in pleureſi, quæ extrinſece valet, fit per vnguentum de murmentis, cuius compoſitio talis eſt.

Vnguenti murmentorum.

℞. *Pinguedinis murmentorum* ℥iiij.

Ol. laterini 3j.

Amygdal. dulc.

Laurini an. ℥iij.

Fiat vnguentum molle ſecundum artem cum modico ceræ, quod adminiſtretur loco dolenti, & non ceſſa vngere, donec punctiones deſiſtant.

De Prunella.

Prunella eſt paſſio principalis cum paroxyſmo proprio, exiſtens in caloribus, ducens originem ex ſalibus vitriolatis, contra regionem propriam, & cõtra teſtam ſpeciei, vna de ſpeciebus pleureſis & peſtis, cum caloribus vitriolatis.

Prunella quid.

Signa.

Accedit tanquam pleureſis (quamuis ſigna vera ſunt in fine morbi) calor gutturis cum rubedine: deindè calor Perſicus cum cœruleo colore mixto nigredini, & calor vt prunus cum apoſtematibus vſque ad extremitatem linguæ, cum humoribus aduſtis.

Cura.

Prunellæ curam auſpicare ſicut peſtis.

Diaprunellæ compoſitio.

Compoſitio Diaprunellæ.

℞. *Aquarum prunellæ* ℔j.

Laudani puri ℥ß.

Miſce fiat hauſtus ſecundum cohob, & gargariſmus cum mundificatione linguæ, & eſt vltimum medicamen in prunellâ.

Explicatio.

Et vt peſtem facit ſal Arſenicale ſeparatum ab Yliado, ſic Ogertinum plureſin facit in membris principalioribus. Et eadem cura eſt pleureſis hepatis, ſplenis, cordis, pulmonis. Solùm cura pleuriſis in capite ſingularis eſt, & ab his differt. Veteres dixerunt, pleureſin eſſe apoſtema pulmonis: Sed non eſt verum, quia ſine periculo maturari non poſſet. Quia quando in pus abit, ſi apoſtema eſt in hepate, ad mortem eſt. Sic in corde, ſplene: quia pus illud occidit, cum violentia quadam inuadit ſeu corripit. Sed pleureſis eſt quòd Ogertinum ſal ſeſe ſeparauit ab Yliado, & Tartari ſal. Etſi in regionibus hepatis eſt, eſt pluresis hepatis; ſi in ſplene, pleureſis ſplenis. Sed pleureſis in cerebro propriam curam habet, & intenſum fugile aut fugilatiuum facit. Signa: ſi frigus & calor aliquem corripit cum horrore, ſcilicet, quod frigiditas primum eſt, & poſt paroxyſmum Calor qui durat, ſignum pleureſis. Idcò quando dicunt ægroti: Primò, me frigus moleſtauit, iam autem ex ardore ac æſtu prope cõflagro ac tabeſco: tunc pleureſis eſt, maximè ſi ſemel tantùm corpus concutiat. Nam ſi bis vel ſæpiùs commoueat iam febris eſt, non pleureſis.

pleureſis cauſa ſal Ogertinum. Pleureſ. non eſt apoſtema pulmonis.

Pleureſis cerebri cura peculiaris, Pleureſis ſigna quæ.

Faciei diſcolorario.) quia ſiquis pallet, facit rubeum: ſi rubet pellidum, ſemper per contrarium.

Calor finalis.) id eſt, ſi ardor perpetuò durat vſque ad mortem, vel vſque dum curatur. Et ſi calor ad caput aſcendit & ſentitur in capite, pleureſis eſt.

Pleureſis capitis cura per Cohob.

Et punctura.) Ictus cerebrum pertentant & in fronte ſentiuntur, & tunc ſignum, quòd calor finalis aſcendit.

Laterum.) Punctiones & ictus. Et in quo latere pungit, ibi morbus. Si in præcordiis, tunc eſt in pulmone, ſi ponè in coxis, & pudibunda tument, tunc in renibus: ſi in ſiniſtro latere, tunc in ſplene: Si circa vmbilicum, tunc in corde: Si in dextero latere, in hepatis regione. Sed præcedentia ſigna omnibus membris principalioribus communia ſunt. Sed quando infra, non ſentiuntur punctiones, ſed ſolùm in capite, tunc eſt pleuriſis capitis. De diæta non eſt, vt ſimus ſoliciti. Edant vel bibant, quicquid libet. Sed immoderatio nunquam profuit: Tempeſtiuitas obſeruanda. Sic de cibo quoque nihil attinet, quicquid edant, quia omnia in ſtomacho manent, nihil tranſit ad mẽbra principaliora. Nam in morbis peracutis, & acutiſſimis, & acutis, cibus ſolummodò in ſtomacho manet, nihil tranſit ad membra principaliora, quia iam ſtomachus caret vi expulſiuâ, & hepar & reliqua membra vi attractiua.

Cura. Aquæ vitæ.) Ex vino optimo rubeo deſtillatur vinum ardens & poſteà aqua Meliſſæ accipitur ad æquales partes, & ſimul rurſus deſtillantur & fit aqua vitæ de qua hic loquimur. Idcò ſi pleureſis adeſt, tunc eadem cura, ſi ſaltem non eſt in capite; & per Cohob adminiſtranda eſt Medicina, Sed obſeruandum, an morbus alteretur & quomodò alteretur. Sed hic nihil clyſteres & purgationes.

Laudanum purum.) non eſt, à quo cortices &

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 516 sur 913

festucæ secedunt: Sed quando purum ab impuro separatur, scilicet, quod in liquorem transit. Sic de thure, mastiche mumiâ intelligere, scilicet purum ab impuro separandum.

De Prunella.

Prunellæ signa.

Prunella.) Signa eius sunt, quòd primò in faucibus & lingua rubedo venit postea niger color. Tertiò, quasi carbones viui in lingua iacerent, & vesiculas excitarent, aut duos, tresve colores. Ii enim sunt vera signa prunellæ. Reliqua signa sunt, vt in pleuresi & peste. Cura est sicut in peste: sed si illa iuuare non posset, sequitur cõpositum, vt est in textu. Scabenda est lingua cũ panno, siue is coccineus sit, siue alius: semper gargarisandum est, & lingua iterum scabenda: post horam iterum potio iteranda, & scabendum est. Extergenda enim & defricanda materia est, quia facit mortem in linguâ. Ideo frictio etiam ad sanguinis exitum facta nihil nocet.

In prunella lingua fricanda ad sanguinis exitum.

CAP. VI.

De Hydropisi.

Hydrops quid & quæ eius causa.

HYdrops est passio in regionibus hepatis, orta ex tartaro aluminoso sub primo corpore, per resolutionem propriæ naturæ, deinceps per spiritum mineralem illius membri, vnius ex septem totius corporis: is post resolutionem primam, secundam sequitur: hoc est, ab extra vel intra, vel extra regionem per totum corpus. Sic & in aliis mẽbris principalioribus hydrops ducit originem per modum, vt dictum est. Propterea septem sunt genera Hydropisis, quia septẽ sunt membra, & septem spiritus minerales. Est enim spiritus mineralis particeps cum membro suo, & hydropisis extra membrum, vt de inflationibus capitulum habet, quia species aut morbus hydropisis non est.

Hydropis quot genera.

Signa ex Hepate.

Signa vniuersorum hydropis generis quæ.

Dolor partis, scissuræ labiorum & linguæ, & sitis, paroxysmus longus, tumor in pedibus, præcipuè istius lateris, cum tactu.

Signa splenis.

Dolor partis, tumor pedis huius lateris, punctiones in loco, & cætera signa sine sciſſura.

Pulmonis signa.

Asthma & anhelitus, tussis cum dolore pectoris, cum chronico tempore, & est omnium difficillima hydropisis. Item fœtor oris & cætera, exceptâ sciſſurâ. Item tumor in pedibus æqualis, &c.

Cerebri signa.

Grauedo capitis, catarrhus, pituita, cum Hemicraneâ, & punctionibus & cum tumoribus palpebrarum, item faciei tumor & pallor.

Fellis signa.

Color est Citrinus, tum oculorum tũ dentium, vt in Ictericiâ, nausea cum appetitu, vomitus amarus, compressio thoracis, anhelitus durus & asper cum tumoribus & consumptionibus corporis.

Renum signa.

Sitis excellens, libidinis appetentia, tumor Oscei & testiculorum, erectio frequens mentulæ, punctiones spinæ dorsi, membra quæ stupefacta, inferiora grauiora cum tumore in pedibus.

Cordis signa.

Debilitas omnium membrorum, tumor partis, consumptio membrorum, tumor æqualis in pedibus, in genubus, nec tamen vltrà ascendit, rarò vltra genua, & cætera signa præter sciſſuram.

Sunt & alia genera in hydropisi, quæ sunt permixta, videlicet ex duobus principalioribus membrorum, vt ex hepate & renibus, vel ex splene & corde, vel ex pulmone & felle, &c. Sicut in curâ patebit.

Hydropisis remedia quę.

CVRA HYDROPIS EST SEPTVPLEX.

Prima cordis: cuius talis est Descriptio.

℞. *Corallorum rubeorum* ʒj.
Mannæ electæ ʒ ß. *Dialaccæ* ʒij. *Rasuræ eboris* ʒ v. Reduc in liquorẽ.

Dosis ʒ ß. vel ʒj. purgationem admittit non ratione curæ, sed vt minor fiat materia.

Descriptio purgationis.

℞. *Serapini* ʒj. *Trochiscorum de Agarico, Alandahal an.* ʒiij.
Diagridii præparati ʒij. Fiant pilulæ secundum artem, septem pro drachma. Hæc in vnâ specie hydropisis siue cerebri, siue cordis, semel in mense sumpta, plurimum iuuant.

Auerrois Arcani descriptio.

Arcanũ Auerrois contra hydropem cordis.

℞. *Oßium de cornubus cerui adust.* ʒiiij.
Nucis muscatæ ʒ ß. Fiat puluis (adiicit Theophrastus diagridii scrupul. Vnum.)

Pro Hepate descriptio.

℞. ℔. *Croci Martis* ʒiij.
Boli coagulati & adusti ʒij.
Rheubarbaræ ∋ ß. (*al.* ʒ ß.) Fiat puluis, Dosis ʒj.

Bolus Armenus in prunis duodecim horis exiccatus, hic adustus dicitur, tam tenaciter linguæ adhæret, vt vix aquâ ablui possit. In veteri hydropisi quotidie manè & serò per mensis spatium vtere hac medicinâ. Quæ in hydropisi vsurpas, in vltimum gradum exiccata sint.

Cura splenis.

℞. *Lapidis Lazuli calcinati* ʒiij. *Spodii*
ʒß

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 517 sur 913

℥ß *Mumiæ adustæ ad pondus omnium.* Fiat puluis. Dosis à 3v. vsque ad 3 vij. In veteri morbo (si sit opus) tribus septimanis, in nouo decem diebus vtere.

Renum Medicina.

℞ *Colchotaris* ℥ *vij.*
Ol. vitriolati ℥ß. f. Bolus. Dosis à 3j. vsque ad 3iij.

Pulmonis Medicina.

℞. *Melissæ, Marrubii an. M.* j. *vini correcti* ℔. j.
Theriacæ, conserv. rosarum an. ℥. *vj.*
Reduc in aquam.

Aurum potabile efficax in hydrope pulmonis.

In difficili spiritu repetenda est, quousque fiat facilior. Illo autem benè habente, si pedes intumescant, ab vsu eius abstineas. Aurum potabile efficax & primarium remedium in hydropisi.

Fellis medicina.

℞. *Carabæ destillati in oleum, Dosis gran.* 10. (*id est* ʒß.) Petroleum est resolutum Carabe. Nam vbi hoc abundat, ibi Carabe reperitur. Omnia signa abeunt excepto tumore, quem medicina non facilè expellit.

Carabe quid sit, vbi reperiatur.

Cerebri medicina.

Sibedatæ quid.

℞. *Sibedatæ (Hyrundinariæ siue vincetoxici.)* ℥j. Reduc in Alcali. post ℞. *vnicornu* 3j. *Musci* ʒß. fiat puluis. Dosis ʒj. vsque ad ʒij. Vnicornu præparandum vt alia. Sanguis cerebri Hirundinariâ purgandus. In cerebri hydropisi non cessâdum, quousque tumor ad pedes pellatur. Quod si fieri non potest, aquâ vitæ vtêdum (in dies ter detur:) Item Aquâ spiculæ, quâ frontem lauabis, quinto die si non descendit, mortis signum. Communia hæc quidem: sed perfectam curâ habent.

Ag. Spiritus cerebri hydropem inhalé vndit.

℞. *Tartari rubei* ℔ j. *Hirundinariæ* ℔ ß. *Colcothar.* ℥ viij. ℈. *vini ardentis. q. s.* pro incorporatione. Destilla per Alembicũ. Dosis 3ß. Manè & serò sumpta pellit vrinam, quam & fœtidam facit. Ministra in vino Maluatico.

Alia cura.

℞. *Melloes* ℥ x. *Seminis raphani* 3℈. (*al.* ℥℈.) Reduc in liquorem. Dosis est 3j. (al. 3iij.) vsque in comsumptionem tumoris & signorum.

Annotata.

Sine aluine aliminosi nulla hydropisis fit.

ALii hydropisim ex hyposarcâ fieri, alii ex siccitate hepatis dicunt: sed nullum illorũ: neque aqua illa ex hyposarcâ, neque incoctum ex hepate, vt aiunt, ad pedes delabi potest. Sed vbi nullum alumen aluminosum, ibi nulla hydropisis nascitur, qualiscunque fuerit ratio victus. In cuiuslibet membrorum principalium regione fit hydrops, non autem ex virtute digestiuâ, quandoquidem hæc nullum potest generare morbum: sed fit illa vel ex naturâ, vel accidentaliter ex resoluto tartaro.

Hydropis quæ causa.

Phthisisquidem & Ethica febris ex sale sicco oriuntur, hydropisis aluminoso, cui vis penetrandi inest acutissima: Siquidem quod subtilius est, per hepatis regiones subindè colatur. Crassa & incocta materia hoc efficere non posset.

Olea, &c.) Porrò, quæ foris applicantur, aluminosâ virtute acuti spiritus facilè intrant corporis meatus. Sal illud cunctis vniuersi corporis membris non solùm hepati sitim inducit. Proindè radix corporis, cibus & potus omnibus respondent: Sal aluminis glaucum efficit colorem. Primò resoluto sale apparet cinerititius color, dein croceus. Omnia Salia cum Lunâ motum habent sui augmenti: Vnde pleniluniũ hydropysis sæpe mortem sale ad regionem hepatis reuerso, minatur, ac tandem in ducit. Eius euidens indicium est vrina rubea, & modica spissa, quoque crocea. Illud quantò vetustius, tantò acutius redditur. Hinc suas vetustate occidendi vires colligit: id fieri videmus, cum sal illud in Alumen scissum transmutatum est, cuius deinde violento morsu cutis scissa copiam croceæ aquæ effundit. Perpetuus est morbus, nec iuuat exhausisse aquam, corpore, vel ad summum reficcato: ille reuertitur, arroditque tandem cordis capsulam, splenem suffocat, alia pati modõ aggreditur membra principalium. Igitur sale aut liquore corrupto, de vitâ actum est.

Salia omnia cũ Luna mouentur.

CAPVT SEPTIMVM.

De febribus Hepatis.

Febris quid. Oppilatio duplex.

FEbris est calor ex oppilatione, generata ex putrefactione Tartari in regionibus hepatis. Oppilatio est duplex, vniuersalis & particularis.

Signa Febris.

Quæ signa quarum febrium.

Tremor durus, lateris punctiones, calor durus & vehementissimus, discoloratio faciei, tumor in pedibus.

Quotidianæ.

Pulsus velox, vrina alba, id est, sine hypostasi.

Tertianæ.

Pulsus tardus cum quarto tactu: vrina non obseruatur (signum pleuresis, discoloratio faciei: pestis signa, vrina alba, & punctiones angulares.)

CVRA EST TRIPLEX.

Cura febrium hepatis tripliciter perficitur.

Deoppilatio, cuius descriptio talis.

Tartari liquefacti cum vino & aceto ℔ j.
Opoponaci ℥℈. Reduc in liquorem. Dosis est à 3 j. vsque ad 3 iij. secundum cohob naturæ.

Mundificatio.

℞. *Laudani puri, id est, præparati* ℥ß.
Liquoris corallorum ʒij. Fiat mixtura in formulâ pilularum communium. Dosis à ʒ ℈. ad ʒj.

Instauratio.

℞. *Cinnamomi, Myrrhæ, Mumiæ, an* 3j.
Vini

Vini correcti ℥ ß. f. Hauſtus. Hæc prohibent, ne hydropiſis, aut icteritia aut Hemicranea accidant.

Commentaria.

Febrium ſedes.

De *febribus hepatis.*) Febres conſiſtunt in ſtomacho, hepate & in renibus. Et quemadmodum in ſtomacho tertiana, aut quotidiana, aut quartana eſt, ita ſimili modo in hepate & renibus eſt, & venit ex putrefactione Tartari qui vbi vadit ad putrefactionem, facit paroxyſmum. Illa putrefactio enim Tartari, id eſt, illius putrefactionis ebullitio deberet penetrare per poros in vias vrinę, & cum vrina exire, quę vbi oppilatę ſunt, facit, & indè venit tremor, ſicut olla, quæ habet operculum, quando fernet, vel operculum decidere debet, vel olla frangitur. Sic in digeſtione materiæ putrefactę, quando feruet, tunc facit vaporem ſeu ventum, & cùm non poteſt penetrare in vias vrinæ ille vapor, facit paroxyſmum, id eſt concutit corpus, & tremorem facit. Sed quando viæ rurſus deoppilantur, id eſt, quando paroxyſmus deſinit, & ſolùm calor ſentitur, nec redit paroxyſmus, ſignũ ſalutis eſt, & tunc non amplius eſt tremor, ſed ſolùm aliqualis calor. Ideò cura ſaltem eſt ex febribus, vt viæ deoppilentur, & reſerentur. Ideò in regionibus hepatis, ſi illę ita obſeratæ ſunt, & ſi viæ, per quas materia in vrinam ire deberet, obſtruuntur, tunc materia ebullit, & cum non poteſt egredi, facit tremorem, & totum corpus concutitur, & tremor durat tamdiu, donec exitum inueniat, & donec ſeipſum deoppilet: & vadit ad vrinam, in qua & conſpiciuntur ſigna, quod hepatis regiones laborant.

Paroxyſmus febrilis vt fiat.

Febrium cura deoppilatio.

Tremoris cauſa quę.

Nota in febre, quando paroxyſmus ceſſare debet, ſolùm fieri debet, quòd per ſeſe facit exitum, & deoppilat. Sæpè fit, quòd ſaltem aliquot viæ, quæ tendunt ad vrinam, ſunt oppilatæ: & tunc dimidius ſaltem paroxyſmus inuadit, & interdum interpolatus paroxyſmus eſt, qui in octo ſeptimanis ſemel redit, ſcilicet indè, quòd iterum priùs reſeratæ viæ obſtructæ ſunt. Ita ergò in ſũma ex oppilatione venit febris, quòd ille ventus exire non poteſt, & calor venit poſt paroxyſmum, & calor deoppilat vias. Ideò omnis febris ſeſe curat tandem, niſi ad ſecundam criſin veniat.

Paroxyſmus dimidius vt fiat.

Frigoris febrilis cauſa.

Putrefactione frigidiſſima.

Frigus autem & algor veniunt ex putrefactione: quia omnis putrefactio res frigidiſſima eſt. Ideò calor ex putrefactione quando feruet, per ſe res frigidiſſima. Quando alteratur paroxyſmus, anticipans ſcilicet aut poſt vertens, inde fit, quòd materia putrefacta adſit vel duplex, vel quadruplex, & quęlibet ſuam digeſtionẽ habeat: vel quòd materia conſumpta ſit, & non rã multum de ea adſit, vt primò vel quòd ex illa delecta natura ſit. Et inde fit, quòd ceſſat, & rurſum poſtea accipit nouum paroxyſmum, ſicut ſæpè fit, quòd in vno tres, quatuor, quinque paroxyſmi veniunt.

Antici pationis & cunctationis febrium quæ cauſa?

Deoppilatio eſt omnium febrium cura.

Ideò vna cura eſt deoppilatio, & quartana curatur ſicut tertiana, niſi quod in quartana materia putrefacta durior eſt. Et omnium morborum, qui tremorem faciunt, ſicut ignis facer & alii qui veniunt ex oppilatione. Et præterea ſæpè fit tremor, id eſt, concuſſio cum frigore inuadens. Quòd ſi videmus, neſcimus, an ſit peſtis, prunella, pleureſis, quartana, vel tertiana. Et vt certò de hoc poſſit iudicare Medicus ſigna in textu habes &c. Sciendum etiam medico, quandiu velit durare & quando cura adhibenda, quia ſæpè febres non volunt principio deoppilari & curari, niſi priùs materia ſit totaliter putrefacta. Nota: illæ febres quæ cõcutiunt, & calorem ſimul frigúſque inducunt, vt curentur, maturæ ſunt. Sed quando poſt paroxyſmum primùm calor venit, & membra grauia redduntur, tunc ſignum eſt, materiam nondum digeſtam, & aliquamdiu, vt 6. vel 9. dies ceſſandum eſt, donec materia digeratur. Si tremor & calor ſimul inuadunt, tunc cura adhibenda. De Diæta nihil diſputandum eſt, ſed agendum, vt deoppilatio fiat. Quicquid edetur, non refert.

Regula notãda.

Diætę in febribus nulla neceſſitas.

LIBRI SECVNDI.

DE TARTARO TRACTATVS TERTIVS.

CAPVT I.

De Regionibus Renum.

Regio Renum quæ.

REgio Renum deſcendit à primâ generatione vrinæ vſque ad finem emunctorii iſtius. Reſolutum ſal ſummum capitale in his regionibus, & centrum morbi in medio renum. Ægritudines renum ſunt diabetica, ſciatica, ſclyroſis, arena, calculus, oppilatio, vlceratio, pus, & ſanies vrinæ, lac caſeatum.

Renum morbi qui.

Cap. II. De Diabeticâ.

Diabetis quid.

Diabetica Paſſio eſt ſal ſiccum reſolutum, & ſciſſum per ingreſſum acuti ſalis, poſitum in medio centri huius membri principalis. Hoc ſal eſt chronicum, permanens & fixum. Signa: Sitis cum chronico tempore, dolor ſpinæ (quæ plerunque in nuchâ incipit) tumores in pedibus æquales, vrina multa, crocea, & rubicundiſſima, pulſus velox & dolores in ſchiâ, id eſt coxendice. Cura per Anodyna. Solum ſal ſciſſum curatur.

Diabetis ſigna.

Diabetis curaquę.

Deſcriptio Anodyni.

Anodyni deſcript.

℞. *De liquoribus papaueris, Iuſquiami. an.* ℥ ß.

Lolii ʒj. *Camphoræ* ʒj.

Roſarum, plantaginis, ſolatri. an. ƷJ. ß. (*vel* Ʒ ß.) Reduc in formam liquidam.

Alia.

℞. *Spermioli* ʒ iij. *Olei Camphoræ* ʒj. ß. Fiat mixtura. Vnge ſerò & manè imam dorſi partem.

His peractis, purgato illis quæ in hydropiſi (id eſt in purgatione hydropiſis) deſcripſimus. Inſtaurentur membra vltimò per diacubebe.

Annotationes.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 519 sur 913

Diabetica passio.) Cùm ergò vrina est de proprietatibus nitri, nam sic considerari debet, alioquin nihil dictum est, quod dico esse colamentum: Sed sciendum est, quid sit vrina, cum egreditur, & sal scissum, hoc est, acutum velut nitrum alumen scissum ex vrina est nitrũ. Et sicut ex vrinâ foris artifex nitrum excoquit: ita in corpore quoque fit. Ideò cum sal vrinæ venit ad renes, adhæret sicut Tartarus in vase, & illud alumen scissum, spiritus eius penetrat ad renes, sese insinuat, & facit renes siticulosos. Nam sitis semper venit ex sale. Itaque hoc sal renes facit salsos. Illa autem membra, quæ debent humidum habere, per vim attractiuam attrahunt humiditatem, & illa attractio per sal est. Et vbi habent humiditatem, contenta sunt. Sed in renibus illud alumen scissum perpetuò petit humiditatem: ideò satis bibere non potest: & cum homo semper bibit, ingurgitantur renes, quòd non emittunt per vrinam: Nam vis expulsiua expellere non potest tantùm, ideò non vadit per vrinam totum, sed ad reliqua membra abit: Inde humor venit, & pedes tument. Alii vocant hydropisis: Sed non est: Sed virtus expulsiua non potuit per vrinam expellere, sed destillatum est per poros carnis deorsum: quia omne graue deorsum. Et tument pedes, quia virtus expulsiua non potuit expellere sicut & qui se inebriant, virtus expulsiua non potest expellere totum, ideò in alium locum abit. Remedium est, biduo ieiunare, vt vis expulsiua etiam reliquum possit expellere. Ideò, vt dixi, cum virtus expulsiua expellere non potest, mittit ad pedes & tumorem facit. Tunc vetulæ & circumforanei repercutiunt tumorem, & cùm venit, redit ad renes, & mors adest. Diabetica passio inde est, quòd spiritus salis renibus insidet, & eos salsos redit.

Signa in diabeticâ passione sunt ista: Sitis cum chronico tempore, id est, si habent diuturnam sitim, & posteà pedes tument, est ex diabeticâ. Item, dolor spinæ, & ille dolor in nuchà incipit, in occipite punctiones veniunt, & vadunt vsque ad coxendices principium diabeticæ. Item in pedibus tumores æquales, vrina multa crocea & rubicundissima, hoc est, vrina per se ruffa & cum imponis pannum & exiccas, pannus est croceus. Item pulsus est velox, & dolores in schiâ, non secus ac si resoluti essent: & cùm aliquamdiu sedent, & posteà surgunt, tamdiuque dolent, donec aliquantisper prodierint, id signum est diabeticæ, si etiam sitis est.

Cura diabeticæ passionis per Anodyna fieri debet. Nam sal & alumen scissum mortificari debet, sicut Arsenicus, qui per se est venenum magnum, sed iniectus in vlcus: si additum oleũ accipiat, rectificatur. Oleitas enim vim eius restinguit. Sic & sal hoc restingui debet. Et nõ iuuabit renes perfrigerare, aut lulepos contra sitim præbere, &c. Sed sal in diabeticâ mortificari debet. Et hoc fit, vt foris applices anodyna. Nam vapor in Anodynis penetrat & potens est, non aliter sicut Mercurium crudum si accipis, & super illum suspendis aut obtendis os ad duas horas. Et licet fumum non vides, statim tamen dentes dolent, & saliuas saltem ex fumo. Sic & diabetica substantia non potest ire ad renes, sed salis est vapor quem sentiunt cùm applicas: sicut flores Caryophyllorum virtutem cum odore emittunt, & cum exiccatæ sunt, non olent & tunc etiam carent virtute. Ita etiã vapor ex Anodynis transit ad renes, & extenguit sitim, & sal illud scissum, seu alumen scissũ, dolet, &c.

Anodyni descriptio.

Descriptio Anodyni.

℞. *De liquoribus papaueris.*
Iusquiami an. ℥ß.
Lolii ℥j.
Camphoræ ℥j ß.
Rosarum, plantaginis, solatri an ℈ ß. Reduc in formam liquidam.

Liquor herbarũ vt præparandus.

Quando de Receptis loquor semper volo, vt in speciebus purum ab impuro separetur. Ideò quando dico de papauere, puto de eo, vbi separatum est purum ab impuro, id est, papauer præparari debet & sic præparatum dat liquorem. Iusquiamum & papauer recipe cum semine, & herbam, & pone in ollam vel Cantharum benè perlutatum, & sine bullire in balneo Maris, 2.3.4.5. dies & postea cola per panum, & tunc coque, donec euaporando veniat ad spissitudinem mellis. Iste est liquor de papauere, Iusquiamo, & aliis. Sic purum ab impuro debet separari.

Alia Descriptio Anodyni.

℞. *Spermioli* ℥ iij.
Olei de camphora ℥ j ß. f. Mixtura.

Isto liquore præcedente, ponè inunctio fieri debet in renibus & osse sacro manè & serò cõtinuando ad diem 5. vel 6. tunc sitis cessat. Etsi tumor adest in pedibus post inunctionem & sitis sedationem, tunc purga humorem peccantem cum descriptione, quam dedi in hydropisi. Sic secunda quoque descriptio est. Pro tertio, post quam curatus est ex diabetica vel matrice, tum mense 1. 2. vel 3. vtatur descriptione diacubebæ, quia tanto potu hepar & stomachus infrigidata sunt. Vt restaurentur, valet descriptio diacubebæ.

CAP. II.

De Lacte Renum.

PRimus liquor essentialis, ex virtute digestiuâ positus & separatus in partem regionis, morbus lactis est, & lac natum. Hoc lac primum est in digestione renum: Secundum est sanguinis: tertium de substantiâ rei. Lac verò lactis naturam habet, & lactis separationem recipit. Inde sequitur coagulum, nustum, acetosum, coagulatio particularis & serum.

Lactis renum ægritudines quę.

Lactis ægritudines sunt istæ.

Sanies vrinæ, pus vrinę, oleosa consũptio, & vrina bletæ albę.

Coagulũ cura.

Cura Coaguli.

℞. *Hæmatitis* ℥ vij. *Boli Armeni præparati* ℥iiij.
Dragacanthi ℥ij. *seminis plantaginis, lactucæ an.* ℥ v. f. puluis. Dosis á ℥ ij vsque ad ℥ iiij manè & serò secundum morbum. Hæc vrinam retinet in renibus.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 520 sur 913

Renum confortatio.

Pro secunda digestione, seu confortatione Renum

℞. *Gummi Arabici dissol. in aq. rosac.* 3j.
Terpentinæ lotæ per aquam plantaginis 3iij.
Succi Alkakengæ 3vj.
Thuris albi ad pondus omnium. f. Mixtura. Dosis à 3iij. vsque ad 3v. manè & serò.

Cura Nusti

Cura Nusti.

℞. *Terpentinæ lotæ in aq. rosar.* ℥j.
Trochiscorum de thure ℈ij.
Liquoris Mumiæ ℥j. ß. *Liquoris Myrrhæ* 3v. fiat in modum Boli. Dosis à 3j. vsque ad 3iij. manè & serò.

Cura in vrinâ bleta.

Cura vrinę bleti.

℞. *Seminis raphani* ℥ß. *Mastichis* 3iij.
Foliorum Indi, de 5. *generibus mirobalanorum an.* 3viii.
Gummi Arabici dissoluti in aq. saluiæ q.s. pro incorporatione fiat trochisci. Dosis à 3jß. vsque ad 3iiij. manè & serò.

Ad præcauendas phthisin, hecticam, diabeticam, cura.

℞. *Agarici puri & mundi* 3j. & ℈j
Sem papaueris 3iij. *Hæmatitis* 3ß.
Magnetis, calaminaris an. 3ij Misceantur cum succo de limonibus vel arãtiis in modum electuarii. Dosis est à ℈iiij. vsque ad 3ij. manè & serò.

Contra hydropisin ex lacte.

Hydropisis ex lacte.

℞. *Serapini, Laudani, Galbani, an.* 3ß.
Lapidis Lazuli, Hermodactylorum an. 3ß.
Conseruæ rosarum q.s. pro incorporatione. Dosis aureus semis.

In Caput Tertium Commentaria

Cibi in corpore qualis præparatio & digestio.

DE *Lacte.*) Liquores qui generantur in stomacho, id est, quod editur & bibitur, in stomacho separatur: Impurum sulphur est & vadit per excrementa, reliquum in liquorem digeritur, & ille liquor seruat colorem cibi, vt est cibus. Ille liquor transit ad hepar, & ibi colorem assumit rubeum. Nam hepar suum nutrimentum indè sumit, postquam digessit, reliquum ad renes mittit. In renibus primò album, postea rubeum, & ibi est tertium nutrimentum. Sic liquor essentialis est ille, vnde membra nutriuntur. Nam ex eius, quod edimus, ℔.j. vix ℥.ß. est liquor essentialis. Sic in toto boue vix octo libræ sunt liquoris essentialis. Ita ergò stomachus facit liquorem: posteà hepar attrahit, & separat impurum à puro, & accipit suam partem, reliquum ad renes mittit. Et renes digerunt, & prima digestio est alba vt lac, quia sulphureitas in liquore: Secunda digestio rubeum est. Pro tertio separat, & indè suum nutrimentum accipit, reliquum per vrinam quoque emittitur. Ergò renes in primâ digestione, quæ alba est, si secunda digestio non bona, tunc manet in renibus alba digestio. Nam renes habent suum tempus digerendi & operationis, ter 50. minuta. Prima digestio alba habet 50. minuta. Secunda itidem. Tertia itidem. Et tunc venit virtus expulsiua, & expellit, quod impurum est. Si rectè sunt omnia peracta & digesta, tunc benè est, si non, ideſt, si secunda digestio mala, & non facit suum officiũ tamẽ expellit. Et si prima digestio est, & secunda nõdum incepit, tunc vrinant, & expellitur vrina vt lac & est lac: Et si post vrinationem in illud lac proiicitur coagulum, tunc coagulatur, & in fundo serum deponitur: vel si acetum infundas, separatur. Et vbi tale vides in vrinâ, iudica secundam digestionem malam esse, id est, expulsum antequam recte digestum est, & virtutem expulsiuam superuenisse, & expulisse. Ideò non est pus, sed lac, vt dicunt, &c. Vidi mendicum, qui in 5. annum vrinauit lac: & sic debilitauit eum propter malam secundam digestionem, quod moriebatur. Et quando mendicus ille vinum vel acetum in illud lac funderet, coagulatur: & si per duos tresue dies stare sineret, superne flos vel pinguedo incumbebat. Ita quidem lac est.

Renum quæ digestio.

Digestionis tres quętum ponat.

Lac vnde qui fit.

NB. Historia de Mendico lac mingẽte.

Lactis ægritudines.) Illud Sanies est proprie, quando quid sanescens, pus profundit seu facit. Sanies est, quæ per & ex se spõte manat. Pus est, quod emplastro elicitur, & sub emplastro reperitur. Optime considerandum Medico, quid sit vrina, & quæ ægritudines inde veniant. Sic hic, quod vrinatur lac, ex secundâ digestione imperfecta est. Sic etiam, quando secunda digestio bona est, & tamen sal, vel alumen scissũ de membris cecidit in centrum: vel quod sal vrinæ ex hepate descendens prœuenit secundam digestionem antequam inciperet, id est, quòd vrina ab hepate nimis cito secundam digestionem obruit, & prœmaturiùs separatur, & secũ vrinam educit, & tunc est vrina, vt lactis serum, & renum filamenta concurrunt, scilicet ex coagulo. Et si illud coagulum non totum per vrinationem expellitur, iacet in renibus & putrefit, & inde pus mingitur, &c. Hîc cura est, vt vrinę remedia adhibeantur, ne ita præpropere ab hepate separetur, & ne spiritus anticipet secundam digestionem. Inde alba vrina, & sæpe phthisis sequitur. Hæc cura est in textu *Vbi pus, &c.*) Quando vrina pinguedinem, oleositatem seu Nustum superne exhibet, dicunt aliqui id esse ex resolutione pinguedinis renum ob calorem: Verum est in aliquibus morbis, vt in febribus, quod renes ex calore liquefiunt. Sed an ex morbis sit, scilicet febribus, an ex nusto, proba est, vt id eximas, & tabulæ exponas. Si consistit instar pinguedinis, est ex pinguedine renum. Si non cogitur, est nustum. Nustus in defit, quòd cum secunda digestio est imbecillis, prima digestio per se, vt omne lac, superne pinguedinem emittit seu suspendit, & si illam ad digerendum secunda digestio non assumit propter imbecillitatem, postea egreditur cum vrinâ, & in superficie vrinæ apparet, & est Nustum: inde scilicet: quod secunda digestio pinguedinem non assumit. Et tales vrinæ communiter in fundo calcem albam deponunt: & si arena

Sanies quid. Pus quid.

Pus vnde minga. tur.

Pingue. vrinalis vnde.

Nustus quid & vnde fiat.

Liquor essentialis quid.

Bos integer vix 8. lib. habet li quotis essent.

rena candida sit, est Nustum.

Cura Nusti.

Cura Nusti.

℞. *Terpentinæ lotæ in aq. ros.* ℥j. *Trochiscorum de de thure* ϑ ij *Liquoris Mumiæ* ℥ j. ß. *Liq. Myrrhæ* ʒ v. fiat in modum boli. Dosis á ʒj. vsque ad ʒiij. manè & serò. Hæc medicina administranda est tamdiu, donec vrina pinguedinem nullam vehat, aut calx alba in fundo subsidat. Ipsi, si arenam albam in fundo vident, dicunt esse calculum in vesicâ: sed nihil est. Quando Oleitas in superficie & arena alba in fundo, est Nustum.

Error de calculo vesicæ.

Bleta, &c.) Sæpè vrina profluit instar albicantis bletę, hoc est, ex albo viresćens, & si teneatur ad lignum aut parietem, tunc videtur: Et communiter vrina obuerti debet non cœlo, quia fallit, sed ligno vel muro, & tamen in claro loco. Dixerunt ipsi, quod viresćens istiusmodi vrina veniat ex indigestione stomachi: Alij ex indigestione hepatis. Nam in tali vrinâ non est Hypostasis, nec Etimoides: & ideò dicunt ex stomacho esse, cum nihil deficiat in stomacho. Nihil est, sed edere potest patiens, &c. Non sciunt, quod hypostasis in renibus & hepate alteratur: si vrina sapit vt vrina, tunc ex hepate est. Si non sapit, ex renibus est, & illa vrina subuiridis accipit ad se Nustum, id est, pinguedinem habet & coagulum: sed serum lactis nõ accipit: Ideò habet colorem suum subuiridẽ.

Vrina bletæ. vt plurimũ.

Certum signum est, quando vrina super manu splendet instar auri ducti vel tusi, esse ex sanguine. Si autem crocea non splendet, tunc est ex hepate.

Cura in Vrinâ vt Bleta.

℞. *Seminis Raphani* ʒ ß. *Mastices* ʒiij. *Foliorum Indi. de 4. generibus Mirobalanorum an.* ʒ vj. *Gummi Arabici dissoluti in aq. saluiæ q. s.* pro incorporatione. f. trochisci, Dosis à ʒ j ß. vsque ad ʒiij. manè & serò. Vbi ergò huiusmodi vrinæ eunt, vt nunc recensui, & perennant, id est, per annum durant, 4. ægritudines generant, Phthisin, Ethicam, Diabeticam & Hydropisin, non veras, sed verisimiles, vt hæ ferarum quasi filiæ sint. Phthisin indè, quòd, cùm in renibus coagulum est, & digestio non adest, tunc renes incipiunt consumi, quia nutrimentũ non habent, & appetitus coëundi deficit, & incidunt dolores coxæ: Indè totius corporis phthisis, quia omnia mẽbra principalia, quando suum nutrimentũ non habent & non accipiunt, tunc totius corporis consumptio sequitur.

Morbi quales ab vrina bletę.

Phthisis vt fiat.

Ethica vt fiat.

Diaberi- cus vt fiat.

Hydro- pisis vt fiat.

Sic Ethica ex regionibus hepatis, quòd scil. in renibus per ista oppilatio fit, & facit tremorem, sed non magnum, sed diuturnum calorem, &c. Et Diabeticam, quia cùm nutrimentum ire non potest ad renes, tunc exiccantur & fit sitis. Hydropisis, quia coagulum, vbi sic in renibus iacet, & vis expulsiua pellere non potest, tunc descendit per poros carnis, & facit tumorem. Sed non est vera Hydropisis: ideò vbi præcedentia remedia non iuuant, vt Ethica, Phthisis, Diabetica, tunc illo vtere medicamine, vt præuenias.

℞. *Agarici puri* ʒ j. *&* ϑ ß. *Seminis papaueris* ʒ iij. *Hæmatitis* ℥ ß. *Magnetis, calaminaris an.* ϑ ij. Misceantur cum succo de Limonibus vel Arantiis in modum electuarij. Dosis á ϑ iij. vsque ad ʒ ij. manè & serò. Illa medicina administranda est, vt vtatur octo diebus, & post annum rursus vtatur, & sic semper. Nam præueniri debent isto medicamine cõtra hydropisin ex ista generatione.

℞. *Serapini, Ludani an.* ʒ ß. *Galbani lapidis Lazuli, Hermodactylorum an. Conserua rosarum q. s.* ad incorporationem. Dosis aureus semis. Aureus pendet ʒ ß. Illa medicina detur si merus est tumoris pedum inuasuri, vt detur. & postquam tumor desiit, à medicinâ quoque cessandum: & post annum, si reuertitur, tursus dandum. Nam alioquin non est cura morbi, sed præseruatio.

Aureus pendet ʒ j ß.

CAPVT IV.

De Febribus Renum.

Febres renum causa.

FEbres ex renibus de fæcibus tartari tertiæ separationis initium habent, & secundum tempus digestum horam paroxysmalem facit, & tremorem totius corporis iuxta naturam oppilationis. Est autem febris ex oppilatione venarum alterius generis, videlicet quæ venarum dicitur, vt est febris Medianæ, Saluatellæ, Saphenæ & similium. Renum febris est periculosissima propter Sal. In stomacho est separatio crassa In hepate est subtilior. In renibus autem subtilissima. Nulla digestio cessat, nisi vi Narcotica.

Feb. renum periculosissima & cur.

Signa.

Compunctiones in schiâ oriuntur ex oppilationibus: indè quoque tormina in ventre, dolores capitis & spinæ, pedes quoque nonnunquam tumescunt, splen laborat, vrina est omnino rubea, & contingit plerunque, vt quartana ex renibus eueniat.

Quartana plerunque ex renibus.

Cura.

Purgatio non fiat, nisi ex arcanis. Fiant autem omnia magnâ curâ.

Descriptio in renum febribus omnibus (siue quotidiana, seu tertiana, siue quartana.)

℞. *Alcoli de testudinibus* ʒ j. *Crystalli bene triti & calcinati* ʒ ß. *Mumiæ* ϑ j. f. puluis. Dosis, totum.

Alia.

℞. *De liquoribus Laudani* ϑ j. *Croci gr. iij. (al.* ϑ iij. *Aloepatici* ʒ iij. *)* f. pilulæ communes cum aquâ *Absinthij*. Dosis gr. vij.

Item alia.

℞ *Alcoli soluti ex cineribus absinthij* ʒ ß. *Ol. de Colchotar* ϑ j. Misce, ante paroxysmũ ministra omnia.

Capitis Quarti de Febribus Renum explicatio.

HÆ febres, quæ oriuntur in Renibus, veniunt quoque ex putrefacto tartaro, vt aliæ in stomacho & hepate. Sed febres in renibus sunt omnium vehementissimæ, quia nullum membrum dolores grauiores sentit re-

Febres renum acutissimę.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 522 sur 913

nibus, quando afficiuntur. Ideò quæ ægritudines renibus incidunt, omnium acutissimæ & grauissimæ existunt, quia febres si in renibus sunt ex putrefactione venire debent, & illa putrefactio acutissima est, mitior in hepate, magis mitis in stomacho. Sed in renibus, quicquid ad eos descendit ex secundâ digestione in tertiam, per vrinam descendit. Ideò quod descendit, subtilius est. Ideò vbi afficitur, acutius est. Nam in stomacho crassissima digestio, in hepate subtilis, in renibus subtilissima, scil. vrina est, & indè nutrimentum suum sumunt renes, reliquũ expellunt. Ideò si illud putrefit, acutissimus spiritus est, scil. quando in renibus digestio non est perfecta: Et hoc fit ex vi narcoticâ: si vel talis vis parua succedit renibus, tunc dormiunt, & tum digestio in iis cessat, & tum in tergo dolores, frigidũ est, horrent, &c. Et signum est, quòd digestio in renibus dormit, & tunc quoque ab epate transmittitur, non potest digeri, & non habent nutrimentum suum renes. Et cùm non digerunt, venit virtus expulsiua & expellit. Si non expellit, tunc materia putrefit, & fit fuligo, quę in regionibus renum insidet, & tum salia, quæ sunt in regionibus renum, etiam se resoluunt, quia ex putrefactione fit vapor. Et cùm egredi non possunt, scilicet quòd ille vapor se in poris coagulat, & sic oppilat, & tũ punctiones in lumbis, & pudibũdis, & capite. Punctus in schia ex oppilatione: quia spiritus vitalis vbique transire debet, & cùm vi vult erumpere, ferit ac pungit: & cùm venit intra iuncturas, etiam stimulat, & ideò non est peior febris quàm in renibus, & prope intestina. Ideò tormina & punctiones & capitis dolores indè. quia cùm in renibus non fit digestio, & virtus attractiua nõ habet quod attrahat, tunc renes ad hepar ascẽdunt, quia oppilatum, & tamen potu opus habent ac humore. Ideò per spinam dorsi attrahunt à capite nutrimentum, & primò in occipitio, posteà dimidium caput, interdum totũ caput occupant dolores. Quia cùm virtus attractiua renum trahit nutrimentum capitis, quo caput nutriri debet, & fluxus attrahit, & sic materia in renibus augetur per fluxus, & febris augetur. Ideò in Hemicraniâ, & omni dolore capitis sola cura est, vt renes priùs curentur. Dolor in schia sentitur, quia renes validè trahunt. Magna vis attractiua in eis est. Indè fiunt dolores verticis & dorsi. Iubent illi scarificare per spinam dorsi, & purgare stomachum, &c. Nihil est. Sed in cephalica omni (excipio quod ex sãguine est) semper quærere debes, an coxæ dolores adsint: tunc ex renibus est dolor capitis & semper inde est. Ita etiam quando erga caput oppilata est regio, tum in splene si deoppilatio est, tunc à splene attrahit, & tunc in splene dolor, &c. Prætereà non semper dicat Medicus, cum patiens dicit, coxam sibi dolere, quòd sit arena aut calculus. Sed signaco nsideret, scilicet videat vrinam. Ea si cum tenuitate rubea est, & in superficie bullas exhibet tunc arena est. Ideò qui recte vult considerare priùs non corruptam vrinam videat, posteà sinat corrumpere, vt possit iudicare. Item si in mictu ardor sentitur, etiam arena est. Sed cùm hæc signa non sunt, verùm vrina est coloris laterini, pallidi, spicei, & insuper turbida & confusa, tunc dicas renes laborare. Non considerandа

Cur? Digestio varia in variis partibus.

Paroxysmus re nalis vt fiat.

Renum vis tractrix valida.

Arenæ vrina qualis.

hypostasis, quia ille color nõ habet hypostasin: sed quandò vrina sic est, tunc principiũ putrefactionis, id est, febriũ: quia digestio non valet, ideò virtus expulsiua expellit tamen. Et interdũ contingit, quòd vrina hodie bona, cras nõ: quia interdũ expellitur interdum non. Sed quãdo se cũ tempore colligit, vt vapores multiplicẽtur, tunc digestio incipit, & vapor, imò acetositas in putrefactione facit alices, & ligamentorum punctiones, conqueruntur ægri de dolore dorsi. Et cùm vapores nimis multi sunt, tunc regionem hepatis implent, totámq; oppilant, & sic cõmouetur totum corpus, & tamdiu, donec digestio in putrefactione cessat, & omnis quartana communiter ex renibus est, non ex splene, & durat paroxysmus, donec digestio cessat, & expellitur vapor. Et ille vapor cum exit per corpus, tunc sequitur calor, quia in sanguinem it. Ideò si quis post paroxysmum det plantaginis aquam, vel Nenupharis bonum hausti um, tũ nõ sentitur calor, quia oppilatio statim: sed immensus dolor dorsi sequitur. Ideò paroxysmus cessat, quãdo vapor exiuit è corpore, sed adhuc putrefactio in renib⁹ adest. Ideò vbi posteaturs⁹ digeritur & digestio fit, tur⁹ paroxysm⁹ venit, &c.

Quartanę plerę que ex renibus, nõ splene.

Postea febres sunt, quæ nec ex stomacho, hepate, vel renibus veniunt. Sed sic generantur. Cum oppilatio fit in venâ aliquâ, tunc etiã putrefactio est, & quoque tremorem facit. Et in summâ, veniunt ex oppilatione & tremor est, vt in febribus ex renibus. Et illæ febres curantur ex phlebotomia, & phlebotomia est faciẽda, vbi in venis oppilatio seu febris est. Et hoc in Anatomiâ obseruand um, quî fieri possit, vt in venâ possit esse febris, & totum corpus non possit concutere. Ideò de febribus in venis, vt si in saluatellâ febris est, non quæras in principio manus, sed in radice eius, scil. quod virtus attractiua attraxisset de tartaro, qui oppilasset, &c. Et illa signa febrium in venis, si venæ punguntur, scil. quòd patiens post paroxysmum dicit, quòd punctionem in venâ sentiat: certissimum est, in venis esse febrim. Et sæpè in hepate febris est, & quoque in venis est, & duplex paroxysmus: tunc duæ febres non in vno loco, sed alia in venis, scil. si punctus adsunt & suæ putrefactiones, nec ante paroxysmum definit. Venam, quæ punctus sensit, pertunde, & sentiet meliùs. Nota, omne quod tremere facit, siue in peste, siue aliàs ex digesto tempore est. Sæpè per se cessat febris. Si enim putredo cessat, cessat febris. Sæpè etiam febres sunt in spinâ dorsi, & scarificatio per spinam dorsi tollit, maximè in febri quartanâ, in fine eius. Nam sæpè fit, quòd cùm in renibus febris est, & dolor capitis, & de capite traxit nutrimentum, & cum cessat putrefactio in renibus, fieri potest, vt in viis illis pútrefactio sit, tunc scarificatio per spinã dorsi, curat in fine quartanæ. Et sæpè fit, quòd omnis febris cessat, & tamen in malâ die sẽper aliquid sentiunt, tunc scarificatio per spinã dorsi valet.

Febres venosæ, vt fiant, & curentur.

Febrium venarũ signa quæ.

Tremor omnis ex digesto tempore.

Cura febrium in renibus.) Purgare per centauream, helleborum, non valet in renibus vel hepate, quia eo non deseruit. Sed quando in stomacho est, tunc purgatio iuuat. Nec etiam diæta curanda in renibus, sicut Itali suum regimen præscribunt. Admitto, quòd caro suilla bona non sit, quia multos humores gignit, quibus auget ur morbus: Si autem omittatur, non ideò

Febres renales nec purgationibus, nec solita dieta curantur.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 523 sur 913

ideò curantur. Sic braſſica condita,&c. Sed ſi Medicus bonus ſit,etiamſi ſus integer in ægro ſit,nihil nocet: quia medicina potentior. Nec etiam complexiones Medicinarum obſeruandæ, ſed arcana, quæ carent complexione.

CAP. V.

De vſneâ, grandine, & lapide in veſicâ.

SVperiùs ſatis abundè tractatum eſt, quid ſit vſnea, quid grando, quidue lapis: ex primâ ſcil. ſeparatione tartari vſneam fieri,ex ſecundâ grandinem, ex tertiâ lapidem,conſtat. Proindè curam horum morborum nunc conuenit enarrare, vbi ſigna aliqua præmiſſa fuerint: priùs tamen notandum, quemnis hominem habere vſneam & grandinem: lapidem autem non.

Signa.

Lapides mouentur ſuo tempore digeſto, & ſubtus vmbilicum eneruant. Grandines, dolores inferunt inſtar cultelli ſcindentis.

Vſneæ, afficiunt ſpinam dorſi & ſchiã.

Cura.

Reſoluatur tartarus in liquorem, aut puluerem. Quanquam lapis veſicæ ægrè aut nunquam reſolui poteſt: attamẽ, vbi ex vino aut rebus acerbis eſt, interdum reſolutionem ſuſcipit. Nos igitur vſneæ & grandinis curam in tartaro acuto hanc ponimus.

Deſcriptio Olei de colcothar.

℞ *Colcothar rubicundiſſimi* ℔ x.

Alcool vini ℥ vij. fiat mixtura ad phialam ſecundum proceſſum Retorti, cũ deſtillatione à primo vſque in quartũ diem,& exibit oleum rubicundiſſimum, & ex igne ardentiſſimum. Miniſtra Guttam illius olei cum aquâ Raphani (al. in vino bono) manè & ſerò, & eſt cura in vſneâ & grandine,non autem in lapide. *Deſcriptio ſerpetæ.*

℞ *De Scorpionibus* ʒj. *Lapillorum cancrorum.*

Radicis Aquilegij an. ʒij.

Berilli perſpicui ℥j. fiat mixtura cũ Alcool vini cum pinguedine.

Medicamẽ in reſolutione vſneæ & grandinis.

℞ *Medonis* ℔j. *De radicibus raphani, Aquilegij an.* ℥ß.

Spec. Lithontipon ʒj. fiat Mixtura & decoctio ad tertiam partem, detur in potu calidum.

Aliud in grandine & vſnea.

Sem. raphani ʒ j. *fol. de rapis* ʒß.

Croci orientalis ℥iij. f. mixtura pro facculo, qui ſecundum penem applicetur.

Aliud.

Tartari deſtillati. Seminis fœnugræci, Pſyllij an. ʒij.

Berilli præparati ʒ vij. f. puluis vel compoſitum. Doſis à ʒ ij. vſq; ad ʒ iij.

Notabis ſaxifragium lapidem frangere facilè: ſed fractum pellere, Samſonis eſſe opus.

Laxatiuum calculi in veſica.

℞ *Locuſtarum Sambuci primarum* ℥j.

Sileris montani ʒ ij. *Sacchari taberſi* ℥ij.

Cinnamomi, Macis, nucis muſcatæ an. ʒ j. ß. fiat puluis. Doſis à ij. vſque ad ʒ iij.

Additio in Trochiſcos Alkakengi.

℞. *Seminis lactucæ* ʒ j. *Tepentinæ deſtillatæ* ʒß.

In Trochiſcos de thure.

℞. *Mumiæ* ʒ ij. *De laccâ rubeâ* ℈ij. *De ſpermate cati* ℈ij ß. putrefactionẽ hæc curant,id eſt,mundificant.

Saxifragium in lapillum ex bolo.

℞. *Corallorum alborũ* ℥j. *Magnetis* ʒß. *Hæmatitis ad pondus omnium.* f. puluis. Doſis ℈j. in vino bolo albo.

In cura lapilli ex gemma reſoluta.

℞ *Lapidis citrini* ℥j. *Carabe vtriuſque an.* ʒ iij.

Reubarbari ℈ ß. f. liquor in modũ Alcoli. Doſis ℈ ß. in bono vino.

Saxifragium in cura lapilli ex viſco mucilaginoſo.

℞ *Viſci quercini* ℥iij.

Seminis Citoniorum, de perſicis amaris an. ʒij.

Florum Aquilegij ℈ iij. *Sang. Draconis* ʒij.

Mellis roſarum, q. ſ. pro incorporatione. Doſis eſt ʒß.

Aliud in cura calculi duriſſimi.

℞ *Liquoris de cantharidibus* ʒ j. *De radicibus Aquilegij* ʒ ij.

Agalliæ ʒ v j. f. mixtura cum terpentinâ lotâ.

In caput Quintum Annotationes.

De lapide in veſica, vel de veſicâ.) In veſica quę ſint ægritudines,obſeruari debet. Prima eſt lapis: Secunda exulceratio. Tertia putrefactio. Primò de calculo, in quo eſt difficilis cura, quia difficulter in liquorem reducitur, ſed in Alcool. Sed cauendum, quando calculus eſt, veſica purgari aut laxari non debet: ſed communiter ſunt conſtipati, quando calculum habent. Sed indicabo laxationem nõ mediocrem, nõ moleſtam.

Veſicæ tres ægritudines.

Laxatiuis in lapide veſicâ nõ vtendum.

Laxatiuum in lapillo veſicæ.

℞. *Locuſtarum ſambuci primarum* ℥j. *Locuſtæ Iuniperi id quoque faciunt.*

Sileris montani ʒij. *Sacchari taberzech* ℥ij. *Cinnamomi, Macis, Nucis muſcatæ an.* ʒj ß.

Locustæ quid.

ſ. puluis. Doſis à ʒij. vſque ad tres. Locuſtę Sambuci, ſunt ſurculi teneri in Maio erumpentes. Exiccentur in vmbrâ & ſeruentur. Illud laxatiuum non purgat nec laxat, ſed naturam ad naturales & ſuetas ſuas ſedes ducit, Ideò vſurpãdum: & vitandum Turbith, Sena, Suppoſitoria, &c. tamen vitanda, etiamſi de ſtomacho quæruntur: quia proprietas, vbi calculi, quòd continuò doleant in tergo, ſchiâ, coxâ, &c. Sed illud laxatiuum ſeruat naturam in ſuis ſedibus, & hoc etiam faciunt locuſtæ Iuniperi, &c.

Alterum accidens eſt, quòd non poſſint vrinare. Vrina prouocari debet etiam ſic, quod renes confortentur, & expellant, & deoppilentur. Deoppilatio fiat, & hoc facit crocus, ſeu liquor croci, qui poſitus in fimum equinum in vitro obturato, putreſcat ad menſem vnum: pòſt cum putrefactus eſt, tunc adde vinum candidum in ollam, & ſine bullire, donec craſſities quædam in fundo reſidat. De illâ da guttam 1. 2. 3. in vino, tunc pellit vrinam, &c. Sed quando lapis meatui infertur, tunc non poteſt facere, ſed inſtrumentis res agi debet. Interdũ ob tumorem vrina non profluit: Interdum, quod lapis ex calce eſt, qui aridus ſiccúſque, à renibus humiditatem attrahit inſtar ſpongiæ: cuius portiuncula fluens impensè ardet. Quoties verò ardor iſte ſentitur, tunc cogita gypſeum lapidem eſſe, adeò calcinoſum, vt omnẽ humiditatem attrahat. Huiuſmodi lapides exciſi, & in vrinam poſiti, inſtar ſpongiæ omnia attrahunt ac ſorbent. Et tunc ipſi vtuntur femine raphani &c. quòd vrinam cieat, & non bene fit, quia veram vrinam non curat: ſolus crocus facit. Nota: Crocus orientalis calcem lapidis extinguit.

Liquor croci vt præparetur.

Vrina cur ſupprimatur.

Crocus extinguit calcem & vrinam ducit.

Alterum, quod prouocat vrinam, ſunt cantharides: Sed non laudabile medicamẽ: & valet vbi oppilatio eſt: penetrat enim valdè. Et ſufficit vna gutta, & ſemper adde crocum, quia extinguit calorem lapilli, ſicut aqua ignem. Et valent etiam balnea de rapis, quia extinguunt calorem lapidis: & vbi ille extinctus eſt, tunc vrina fluit rectè: & cura eſt, &c. Si autem lapis meatui impingitur, pertinet ad chirurgiam: & vbi lapis eſt, ibi vomitus, perpetui dolores per balnea quidem ſcilicet curantur.

Cantharides diuretica.

Veſica fecta medio carnis recoalefcit.

Exulcerationes.) quia ſæpè fit, quòd vrina peredit quinque vel ſex loca, & vrina perſinat. Et tunc mors eſt: quia quando vulneratur, tunc curam non recipit, minùs quàm pulmo. Si autẽ exciſio fiat, tunc caro ſupernè annata conglutinatur & coaleſcit, ſed veſica non &c. Putrefactio eſt, quando materia lapidis ex coagulo oritur, & tamen lapidem generare non poteſt, tunc hîc eſt putrefactio: Illam tollunt trochiſci Alkakengi, & Trochiſci de thure.

Trochiſci de Alkakengi &c.

Additio ad deſcriptionem Tochiſcorum Alkakengæ.

℞. *Seminis lactucæ* ʒj. *Terpentinæ deſtillatæ* ʒß.

Troch. de thure.

Ad trochiſcos de thure additio.

℞. *Mumiæ drach. ij. De laccâ rubeâ dr. ij. De ſpermate cœti* ℈. *ij.*

Tollunt hæc putrefactionem: aliquando etiam exulcerationes curant, ſed difficulter. Nam in exulceratione ſolùm hoc agendum eſt, vt mundificetur, non vt conſolidetur. Si poſſibile eſſet, lapidem perfringi, per has deſcriptiones ſequentes fieri debet. Si adhibes, & in tribus quatuórue diebus nihil profeceris, ceſſa & tenta aliud. Et præterea terna ſæpè medicamina adhibenda illis, quia ſæpè & communiter, etiam alij multi morbi adſunt, & concurrunt cum lapide.

Saxifragium in lapillum ex bolo.

Saxifragiũ præſtans.

℞. *Corallorum albornm* ʒj. *Magnetis* ʒ ß.
Hæmatis ad pondus omnium. Fiat puluis. Doſis ℈j. in vino bono albo. Obſeruandum in hâc medicinâ, ſi quis in calculo laborat, tunc puluerem pone in mediam menſuram ad ſex dies, & da bibendum, & moue, quoties das ad bibendum. Et obſeruandum hoc, quando das ad bibendum, tunc vrina omnis profuſa aſſeruetur. Et ſi in fundo eſt puluis, medicina illum lapidem deprimit, idque benè. Si nihil inuenis, medicina nihil effecit. Et color obſeruandus eſt. Si albus eſt puluis, tunc ex veſicâ, & benè.

Saxifragij vſus.

Alina ſaxifragium in curâ lapilli ex gemmâ reſolutâ.

℞. *Citrini* ʒj (*Citrinus lapis eſt medius inter cryſtallum & beryllum, flauus.*) Citrinus quid.
Carabæ vtriuſq; aa. ʒ iij. *Rheubarbari* ℈ ß.
(Non hîc eſt, quòd laxet, ſed vt ducat ad veſicam, quia arcanum habet in arenâ & veſicâ: & ſi eius vis laxatiua auferri poſſet ab eo optimum arcanum eſſet in lapillo.) Fiat liquor in modum Alcoli. Doſis ℈ ß. in bono vino. Vidi, vbi miniſtrata eſt hæc medicina, quòd poſtea per vrinam ad vnc. iiij. puluerisdeceſſerint, & dolor ceſsârit. Laborans vocabatur Hans Oſchlin. Sed cum ille ligna cæderet, lapis in collum veſicæ inſertus eſt: quem ob id ſecare coactus ſum. Ideò vbi ſic per medicinam atteritur lapis, vt minor redditus in collum veſicæ infigatur, poſteà cum inſtrumentis exepellendus & extrahendus eſt.

Saxifragium in curâ lapilli ex viſco mucilaginoſo.

Saxifragium lapilli ex viſco mucilaginoſo.

℞. *Viſci quercini* ʒiij. (*al.* ʒ iij.)
Seminis citoniorum, de Perſicis amaris an. ʒij.
Florum aquilegij ℈ij.
Sanguinis draconis ʒij.
Mellis roſarum quantum ſufficit, pro incorporatione. Doſis drach. ß.

Aliud ſaxifragium in curâ calculi duriſſimi.

℞. *Liquores de cantharidibus* ʒj.
De radicibus aquilegij ʒij.
Agallia ʒ vj. Fiat mixtura cum Terpentina lota. Agalliam ſumunt pro Aquilegiâ, ſed non eſt: Sed ſunt ſtirpes ſeu frutices ſpithamæ altitudine, acutis aſperi, flore purpureo in cacumine inſignes. Itaque illæ medicinæ curant, ſi fieri poteſt, vt lapis atteratur. Et eſt ruſticus, qui per ſuccum Agalliæ pellit omnes lapides, qui tunc ex viſco & bolo reſoluto, mucilaginoſo &c. Sed ſi ex gemmâ, & lapide, tunc non pellit, ſed ex bolo mucilaginoſo, ſuccus agalliæ pellit, vt velut limus cum vrinâ exeat. Quæ ſi lentè coquatur: tunc rurſus redit ad primam materiam, & fit lapis.

Agallia quid.

Librorum de Tartaro cum Commentariis.

FINIS.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 525 sur 913

Theologorum Patrono Eximio

D. ERASMO ROTERODAMO

DOCTISSIMO SVOQVE OPTIMO,

THEOPHRASTVS PARACELSVS.

QVÆ mihi ſagax Muſa & Alſtoos tribuit Medica: candide apud me clamant: Similium iudiciorum manifeſtius ſum Auctor. Regio Hepatis pharmaciis non indiget, nec aliæ duæ ſpecies indigent laxatiuis. Medicamen eſt Magiſtrale, arcanum potius ex re confortatiuâ ſpecificâ, & melleis abſterſiuis, id eſt, conſolidatiuis. In defectum hepatis eſſentia eſt ſecunda, quæ de pinguedine Renum, medicamina regalia ſunt peritæ laudis. Scio corpuſculum Meſuaticas tuum non poſſe ſufferre coloquintidas, nec aliquid thurbidatum, ſeu minimum de pharmaco. Scio me aptiorem & in arte meâ peritiorem, & ſcio quæ corpuſculo tuo valeant in vitam longam, quietam & ſanam, non indiges vacuationibus. Tertius morbus eſt (vt apertiùs loquar) quædam materia ſeu vlcerata putrefactio, ſeu natum phlegma, vel accidentale colligatum, vel ſi fax vrinæ, vel Tartarum vaſis, vel mucilago de reliquis ex ſpermate, vel ſi humor nutriens viſcoſus, vel bituminoſus: pinguedo reſoluta, vel quicquid huiuſmodi ſit, quando de potentiâ ſalis (in quo coagulandi vis eſt) coagulabitur, quemadmodum in ſilice, in berillo potiùs: Similis eſt hæc generatio. Hæc non in te nata perſpexi. Sed quicquid iudicaui, de minerâ fruſticulatâ marmoreâ exiſtente in renibus ipſis, iudicium feci, ſub nomine rerum coagulatarum.

Si optime Eraſme mea praxis ſpecifica T. Excellentiæ placuerit, curo ego vt habeas & Medicum & Medicinam. Vale.

THEOPHRASTVS.

Rei Medicæ peritiſsimo Doctori

THEOPHRASTO EREMITAE,

ERASMVS ROTERODAMVS S.

NON eſt abſurdum Medico, per quem Deus nobis ſuppeditat ſalutem corporis, animæ perpetuam optare ſalutem. Demiror vnde me tam penitus nôris ſemel duntaxat viſum Ænigmata tua non ex arte Medicâ, quam nunquam didici, ſed ex miſero ſenſu veriſsima eſſe agnoſco. In regione hepatis iam olim ſenſi dolores, nec diuinare potui, quis eſſet mali fons. Renum pinguedines ante complures annos in lotio conſpexi: Tertium quid ſit, non ſatis intelligo, tamen videtur eſſe probabile mihi. id moleſtare, vt dixi. Hiſce diebus aliquot nec medicari vacat, nec ægrotare, nec mori, toti ſtudiorum laboribus obruor. Si quid tamen eſt, quod citra ſolutionem corporis mihi poteſt lenire malum, rogo, vt communices. Quod ſi diſtraheris, paucisſimis verbis ea, quæ plus quàm Laconicè notaſti, fuſius explices, aliaq; præſcribas remedia quædam vacabit, queam ſumere. Non poſſum pollicitri præmium arti tuæ ſtudioq; par, certè gratum animum polliceor. Frobenium ab inferis reuocaſti, hoc eſt, dimidium mei: Si me quoq; reſtitueris, in ſingulis vtrumq; reſtitues. Vtinam ſit ea fortuna, quæ te Baſileæ remoretur. Hæc ex tempore ſcripta, vereor, vt poſsis legere. Bene Vale.

ERASMVS ROTERODAMVS
ſuapte manu.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 526 sur 913

AVREOLI PHILIPPI THEOPHRASTI AB HOHENHEIM EREMITAE.

De Icteritiis.

LIBER VNVS.

Ab ipso Auctore publicis prælectionibus in Academiâ Basilienſi explicatus & illuſtratus.

LIBRI *De Icteritiis.*

CAPVT PRIMVM.

Icterus non eſt à natura.

ICTERVS ſiue Icteritia, vt vulgò dicunt, nequaquam à naturâ originé ducit, ſed ex re compoſitâ: nec putes naturæ ac corpori humano ineſſe eſſentialem colorem citrinum, ſed multò amplius mutuatur illum ex commixtione triplicis ſalis, non aliter, quàm vt alimentum, quod eſt compoſitum, nigredinem ſuam à tribus accipit, videlicet à vitriolo puro, ſale myſeo, & ſulphure liquido. Ita ſal entalicum, ſal vitriolatum, & liquor ſulphuris reſoluti, cum iſtâ in vnum ſimul coëunt, faciunt icteritiæ principium, & nouum colorem. Vnde expedit Medico ſcire huiuſmodi ſummæ cutis defœdationes & diſcolorationes non deuenire ex naturâ, ſecundũ localẽ ſenſum. Neq; enim ſperma ipſum, ſeu prima hominis conſtitutio, tale quid produxit eſſentialiter: Neq; etiam in partem humani corporis colores aſſciuit. Non quòd negem, quin omnes cuiuſcunque generis colores in humano corpore contineantur: Sed ita diffuſos, vt viſibiliter in ſuâ ſubſtantiâ appareant, hoc non admittimus, ſed potius hinc indè per vniuerſum corpus diſpergi dicimus, vt in illâ diſperſione nullus deſideretur, non ſecus, quàm cum glaucus & viridis color ambit apoſtemata. Nam & iis ſuus color ex commiſtione ſpecierum ſeu accidentium conſtat. Idcircò audacter reclamamus eorum opinioni, qui felli hunc morbum acceptum ferunt, & qui editis libris, felli tantùm ineſſe virus, vt hominem decolorem reddat, aſſerere non dubitant. Satis enim ex ſuperioribus liquet, ex felle, neque ægritudines, neque colores conſiſtere: ſed multò magis morbi cauſam eſſe ex compoſitione trium ſpecierum, quæ colorem ſuffundunt corpori, & hoc iuxta ſubtilitatem coloris ſingulorum, fit morbus diaphanus vel ſubtilis, ater, flauus vel candidus, & ſic de reliquis coloribus iudicandum. In ſummâ igitur obſeruabis colores à tranſmutatione pẽdere & in hoc tranſmutatio illa ſpagyrorum artificia imitatur. Idem enim vtrobique proceſſus eſt artificialis tincturæ, ſecundum naturæ diſpoſitionem. Cæterùm ſciendum, ex quibus coloribus ſit icteritia.

Icterus vnde: videlicet ex compoſitione trium ſalium.

Pro triã ſpecierũ ratione triplex cutis defœdatio.

Icteritia citrina ſcilicet conſtat ex vitriolo, Entalico & ſulphure liquido: Icteritia nigra ex myſeo, vitriolo & ſulphure diſſoluto: Viridis icteritia ex ſex prædictis: Pallida ex ſciſſo, Mercurialibus liquoribus, & vitriolo albo. Poſtremò credimus (& de potentiâ naturæ eſt) etiam ex vnâ ſpecie per vires tranſmutationis poſſe fieri colores. Scimus enim mirabilia naturæ in ſuâ induſtriâ & artificio innato.

Icteritiæ 4. Species & quæ cuiuſque cauſſa.

In principio Icteritiæ, cum eſt Localis. Icteritia media.

℞. *Centaureæ* ʒiij. *Croci orientalis* ʒj.
Myrrhæ ʒiij. (*al* ʒß.)
Vin. ardentis ℥ xv. (*al.* ℥ v.) Reduc in eſſentiam, doſis à ʒj. ad ʒiij. Hæc colorem ad ſtomachum trahunt: Sed morbum non tollunt.

Icterus minimè ex felle.

Alia

Alia descriptio.

℞. *Succi chelidoniæ* ℔ j. *Succi viticellæ* ℔ iij.
Succi hypericonis ℔ ß. *Aq. puræ q.s.*
Balneum est, quo color extrahitur, sed non curatus est morbus, quia species nondũ sunt separatæ.

Alia.

℞. *Succi chelidoniæ, verbenæ, abrotani an.* ℔ j.
Succi atriplicis ℔ ß. *Succi de Iassa* ℥ vj.
Aquæ q.s. Fiat Lauamentum particulare (id est, pro vno membro, vt pede vel brachio.)

Hæc quoque colorem extrahunt ex membro.

℞. *Flor. chelidoniæ, meliloti, croci orietalis an. ℥ j.*
Olei myrtillorum ℥ xv. Fiat mixtura per destillationem solis, deindè inunge.

Capitis primi Explicatio,

Icteritia venit cum tremore & calore: In eâ non purgetur, quia minoralia purgationibus non tolluntur. Corpus discoloratum icteritiam significat: Vbi verticolor ibi morbus. Vndè est, quòd medicamen penetret corpus. In felle nulla tinctura: Vnde icteritiam non parit. Splen non tingit: Vnde icteritia nigra non est ex splene. E cholerâ non fit, quia ea est in intestinis, & ex ea nulla icteritia. E rubeo citrinus, albus, lephanteus. Cura icteritiæ fit per ea, quæ colores separant. Ante icteritiam futuram est vrina albissima & aquea, deinde rufa, postea citrina.

Primùm sulphur est liquidum: 2. Entalicum. 3. Vitriolatum. Omnis color est corrosiuus: quicquid adhæret corpori resolvitur. Sal entalicum acutum est in sanguine.

Nigræ icteritię signa: Punctiones in vtroque latere, vrina coriacea, post aliquot dies nigra, tertiò fit omninò atra.

Signa icteritiæ rubeæ, Erysepelatis: Dolor capitis, tumor pedum, vrina rubea crassa.

Icteritia cœlestina, est rara. Signa: scissuræ corporis, vrina glauca, postea fit aquea, corpus deinde totum citrinum: postremò cyanea, postea lepra.

Centaurea, Crocus orientalis) Hæc colorem ad se trahunt. *Extractiones coloris in Icteritiâ*) Præcipitatus in iis primas tenet, id est, puluis rubeus ex metallo. Sed in summâ purgationibus parũ proficitur. *Viticella*) oblonga est instar vitis circulum coloris corii habens. *Morbum non tollunt*) Balneum in Goppingen aufert quoque colores, sed cura non est. Recip. *florum chelidonia*) est alia descriptio ad colorem extrahendum, sed non morbum. *Deinde inunge*) extrahit colores, & squamæ croceæ decidunt.

Signa nigræ icteritiæ: punctiones laterum, vrina coriacea, postea ad nigrorem tendit, tandem omninò nigra fit. Signa rubeæ: dolor capitis, pedum tumor, vrina rubea, color & frigus, vt in peste. Signa cælestinæ seu cyaneæ: scissuræ in dorso aut alio membro, vrina est glauca, postea aquea, quasi in eam flores de cyano iniecti fuissent. Homo primò glauci, postea cœlestis coloris, lepræ proximus est. Glauci leprosi.

CAPVT SECVNDVM.

De Loco & Centro.

PRoindè quod restat de salibus Icteritiæ dicendum, obseruabis; quòd quælibet corporis pars queat Icteritiam concinnare in hanc sententiam. Sæpè vsuenit sanguinis icteritia, videlicet cũ, vt dictum est, huiusmodi generatio tantùm in sanguine contingeret: atque hæc commmodissimè corrigitur phlebotomiâ, sanguisugis, & hoc genus aliis remediis. Sic si carnis pars ita infestetur, scias icteritiam carnis conflatam, & ad id requiri medicamenta carni appropriata. Similiter sentiendum de reliquis membris principalioribus. Nam quodcunque horum icteritiam, vel signis vel accidentibus præ se tulerit, eidem mẽbro inest. In his omnibus hoc opus, hic labor est, cùm locum, tùm centrum morbi exactè cognoscere: siquidem si sanguinis icteritia fuerit, primum erit, quod locum & centrum eius statim inquiras. Nimirum cùm sanguis per vniuersum corpus abundet, aduertendum erit, an simul omnes venæ, aut aliquæ solummodo morbum contraxerint, vtpote per hæc signa: sectâ venâ, si sanguis cum impetu erumpit, ad flauum tendens colorem, spongiosus totus, spumosus, & ampullas in superficie præ se ferens, eum aquâ croceâ. Item, quòd languens in loco originis vexatur punctionibus, grauitate, & reliquis hoc genus molestiis. In sanguine quidem carnis haud difficulter ex colore cognoscitur affectio, sed cùm hæc membrum aliquod infestat, puta cor, alia signa sunt, nempe thoracis & stomachi compressio, immensi dolores, & vigiliæ superfluæ accidunt, adeóque, cum nec purgationes nec confortatiua ægro commodare volunt, persuasissimũ habeas ex Icteritiâ morbum constare, siue corpus in discolorationem abeat, siue non: quandoquidem, vbi in membro aliquo singulariter icteritia delitescit, colores non, aut raro nobis apparent, ideò ex reliquis indiciis iudicandũ erit. Simili modo in mulieribus accidit: Nam matricis affectiones vt plurimum ex icteritiâ fiunt, videlicet precipitatio

Icter. sanguinis phlebetomia curatur.

Icte. carnis appropriatis tollitur.

Signa quę partes icteritiam concilliarint sanguinis.

Carnis, vt cordis.

Matricis

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 528 sur 913

& ſuffocatio matricis, dolores ſpinæ & in ſummâ, vniuerſi morbi, quibus purgationum præſidio occurri non poteſt, ex icteritiâ conſiſtunt, niſi certę & apparentes ſignificationes Tartari ſeu alterius morbi refragentur. Diligenter præterea conueniet obſeruare occultam icteritiâ, quæ matrici, ſpleni, hepati & renibus ineſt. Nam ſi in his membris deliteſcit diuturnitas peſſimi morbi, vnicum & ſolum ſignum eſt. Interim varia & diuerſa iudicia Medico imponunt, vt vnũ pro alio iudicet morbum, cum ſola icteritia particularis membri principalioris in causâ ſit. Poſtremò hæc ferè ſigna indiuiduè cõmitantur icteritiam: omniũ membrorum debilitatio, compreſſio ſtomachi, grauitas ſcapularum, dolor dorſi (dolores ſpinæ & membrorum principalium) nauſea, comedendi nullũ deſiderium, ſomni defectus, & quòd tandem in paralyticos euadunt.

Signa occultæ icterit.

Signa icter. indiuidua.

Deſcriptio ad Icteritiam cerebri.

Remedia in icteritiam cerebri.

℞. *Antheræ hermodactylorum.*
Antheræ liliorum alborum.
Antheræ pedis canis an. ʒj. (*al.* ℥j.
Aq. beton. ℔ ß. Reduc in eſſentiã, tonde prius caput, & madefac ex eo pannum, quem ſuperpone capiti, panno exiccato, dureſcit: deindè reiterandum.

Cord's.

Ad Icteritiam cordis, quo tumor non abit, ſed dolor.

℞. *Antheræ croci orientalis.*
Antherarũ roriſmarini an. ʒij. (*al.* ʒiij
Olei Angelicæ ℥iiij. Reduc in formam eſſatam, ex eâ inungas locum læſum.

Splenis & hepatis.

Ad Icteritiam ſplenis & hepatis.

℞. *Olei de tamar.* ℥ iij. *Olei de ſpica* ʒ j. Fiat mixtura.

Renum.

Ad Icteritiam Renum.

℞. *Antherarum de flammulâ Iuniperi. Calietæ an.* ℥ ß. Fiat mixtura ſecũdum ſolem, imponatur dolori, panno ex ea madefacto.

Pulmonis.

Ad pulmonis Icterum.

℞. *Reupontiæ, Iringi* (*al. Ireos*) *Enulæ, an q. ſ.* Reduc in liquorem. Doſis ſcrupulus, & aliquando adde medium: detur manè in potu, donec ſputum emendetur.

Fellis.

Contra Fellis Icteritiam.

℞. *Antherarum centaureæ, chelidoniæ an.* ℥j ß.
Ligni guaiaci præparati ad pondus omnium, doſis ʒ ß. Da quamdiu dolores durant.

In caput ſecundum de Loco & Centro.

Multifaria eſt Icteritia, ſcilic. Carnis. Sanguinis, Oſſium, Medullæ, Ligamentorum &c. & omnium principalium membrorum. Color faciei eſt ex hepate. Præcipitatio & ſuffocatio matricis, nihil aliud eſt, quàm Icteritia matricis.

Icteritia omnis patitur eſt

Icteritia Fellis) adurit in ſtomacho. *Icteritia hepatis*) non tingit corpus, habet punctiones in lateribus, pallorem faciei. Item ſitim. *Icteritia renum*) dolores in coxâ, in ſpinâ dorſi, dolores in oſſe ſacro perpetui. Si tartaroſus ponitur in balneum de rapis, tollitur dolor confeſtim.

Balnei de rapis tollitdolorem tartaroſorum.

Mulieres ſi colicâ non laborauêre, & contrahuntur, ex Icteritiâ erit: ſi habuerint dolores dorſi & menſtruum ceſſat. *Icteritia cordis*) quoque in ſtomacho vrit, & tumet & tremit cor. *Icteritia cerebri*) ſi exitura aquea, citrina exit è naribus: Item, ſi lauant caput, aqua fit citrina. *Icteritia pulmonis*) difficilem reſpirationem facit, eſtque fœtor oris, tuſſis & ſpongioſum ſputum, acre, citrinum. *Icteritia ſplenis*) Latus læuum dolet, & in curſu vehementer findit. Item in lauacro aquæ & ſi exeunt &c. *Icteritia ſanguinis*) ſudat venæ particularis: Et verò ſudor citrinus, ſanguis maculis luteas habet. *Icteritia carnis*) tingit corpus. *Icteritia ligamentorum*) Secundum tendinum rectitudinem impone Baſiliconem, & extrahunt *Icteritia oſſium*) Oſſa interius punguntur, ac veluti rigidam glaciem penetrantem ſentiunt: nonnunquam penetrat carnem. *Icteritia medullarum*) eſt peſſima: non eſt fluxus capitis, vt dicunt.

Anthera eſt quilibet calyx ſeu caput, in quod ceu baſin flores defiguntur. ℞. *Antheræ Hermodactylorum*) Reduc in eſſentiam, in eâ intinge pãnum, quem impone capiti prius tonſo: ſi pannus exiccetur, dureſcit: Poſtea iterum, vel aliud intinge, & ponatur ſuper caput. *Pro cordis Icteritia*) ea deſcriptione tumor non abit, ſed dolor. *Olei Angelicæ*) Si angelica per balneum maris deſtillatur, poſtea tundatur radix eius, tũ angelica in eâ decoquitur cum vino albo, intinge pannum, impone, donec albeſcat corpus *Calietæ*) fungi lutei in frutice Iuniperi. *Pro ſplene.* Hæc deſcriptio ponitur, vbi dolor eſt, cum intincto panno. *Pro Icteritia fellis*) propina quoad dolores durant: ſi in præcordiis fors erumpat, tamen vſque detur.

Anthera quid.

Ol. Angelicę vt fiat.

Calietæ quid.

CAPVT TERTIVM.

Icteritiæ ſpecies: Rubea, Nigra, Citrina, Glauca.

Cura Icter.

Rubeæ Cura.

Rubeæ.

Rec. Liquoris myrrhæ.
Thuris, an. ʒj.
Succi centaureæ ʒ *vj.*
Aſſaliæ n. x. Fiat mixtura in modũ Electuarii. Doſis *à.* ʒij. *ad* ʒiiij. Paroxyſmus vnicus eſt, quem præcedet venarũ ſectio: abſtinendum à Narcoticis, frigidis, corroſiuis, balneis, à pinguibus. Suffitum ex ebulo, portulacâ, ſolano, in declinatione admittit.

Pro extractione coloris Icteritiæ Rubeę.

Liquoris

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 529 sur 913

℞. *Liquoris thuris.*
Myrrhæ, an ʒj.
Vini ℔. *iij.*
Aceti roſati j. F. decoctio vſque ad conſumt. quartæ partis. Intinge panniculos, impone calidos, & ſæpiùs itera, & tumor cum rubedine vaneſcet.

Nigræ cura.

℞. *Alcool vini correcti* ℥j.
De liquore myrrhæ.
Thuris an. ʒj.
Succi ſaluiæ,
Thymi.
Epith. a. ʒj ℈. f. mix. doſ. à ʒiij. vſque ad ʒv.

Alia.

℞. *Succi tithymalli*
Eſulæ an. gr. iiij.
Thuris, myrrhæ an. ℥ß.
Theriacæ bonæ, q.ſ. pro bolo Doſis à ʒj. vſque ad ʒjß. ante paroxyſmum vel ſub paroxyſmo.

Extractio coloris ab extrà.

℞. *Geneſten.*
Antheram flammulæ an. ℥ ℈.
Seii.
Succi centaureæ an. ʒ iij.
Vini & aceti q.ſ. pro decoctione. Procede, vt in Icteritiâ rubeâ.

Præſeruatiua in rubeâ.

℞. *Laudani puri* ʒß.
Aquarum corallorum rubeorum.
Spodii an. ʒß. *Liquoris myrrhæ, thuris an.* ʒiij.
Macis q. ſ. Fiat maſſa pillularum.
Doſis gr. iiij.

Aliud præſeruatiuum.

℞. *Aloepatici, ſuccotrini, thuris, maſtichis an.* ʒiij.
Alcool vini, aceti roſati liq. de floribus Tapſi an. ℥ij. *doſis à* ℈. j *ad* ℈j ß.

Hæc præſeruant ad anni ſpatium, ſi recurdeſcit morbus. Euitanda venarum ſectio, quòd ſpaſmus, paralyſis, tetanus ſubſequatur.

Præſeruatiuum in Nigrâ.

℞. *Lapidis lazuli. Succi ſileris montani an.* ʒj.
Laudani preparati ℈ *iiij. Ol. de nuce muſcatâ q.ſ. pro incorporatione.* Doſis à ʒij. ad ʒiij.

Aliud.

℞. *Sanguinis draconis, terræ ſigillatæ an. ij.*
Thuris, myrrhæ, an. ℈j ℈. *Aceti deſtillati* ʒvj. Fiat hauſtus poſt paroxyſmum, vtetur poſt curam.

Rubeæ & nigræ Medicina generalis.

℞. *Thaſſorum* ℈ *iij. Antheræ croci* ℈j. *Antheræ centaureæ* ℈j ℈. *ol. de nuce muſcata* ʒ *iij.* F. hauſtus.

Præſeruatiuum vtriuſque generis (ſeu generale.)

℞. *Liquoris myrrhæ, thuris an.* ʒ *iij*, *Laudani extracti, thaſſorum anæ.* ℈ ℈. *ol. nuc. muſcatæ q. ſ.* pro bolo. Doſis à ℈j. ad ℈ij ℈. (Arſura ſtomachi, dolor nuchæ, ſigna icteritiæ citrinæ.

Pro citrinâ. Citrinę.

℞. *Locuſtarum populi, pini, botin. an.* ℔ j. Reduc in viſcum cum *aceto & vino*, cuius recipe ℥ x. *antheræ croci, centaureæ an.* ʒij. Miſceantur ad ignem. Doſis ʒiij. *in aquâ chelidonia*, quotidiè in 6. aut 7. dies, in dies ter, vſque dum color & dolor abeunt.

Deſcriptio de chelidoniâ contra icteritiam citrinam.

℞. *Chelidoniæ cum radicibus, & antheræ croci orientalis.*
Florum praſſii an. Reduc in liquorẽ per deſtillationem incluſam. Huius liquoris ℞ ℥iiij. *Aſſelliorum n.x.* (*al. xv.*) Fiat mixtura. Doſis ad tert. partem in 3. diebus, ſi non finitur ſignum mortis.

Alia.

℞. *Taſſorum* ℥ j. *Rheubarbari elect. dr. j* ℈. *vitellorum ouorum num. vij.* Fiat mixtura, & emplaſtrum ſuper locum, id eſt foueam pectoris.

(Araneus incluſus & febrem & icteritiam curat. Sic & lacertus in ſacculo incluſus, eandem vim habet. Sic ſtercus equinum in matulâ calefactum, & à laborante ammictum, quæ ſimul incluſa veſicâ ac fumo 9. diebus ſuſpenſa, ſanant. Reubarbara correcta efficaciſſimum icteritiæ remedium. Corrigitur autem hoc pacto: Rhabarbarum oleo amygdalar. amararum maceratum in bolum redige, dein vitro incluſam ad ſolem diſtillato, & oleum flauum, dein fuſcum exprimitur. Sic quoque his aquis, praſſii, marrubii, chelidoniæ maceratur, vt ſuprà. Arcana ad icteritiã, araneus, lacertus, ſtercus equinũ, Rhab. &c.

De glaucâ Icteritiâ.

(Id eſt, Cineritia, aut thalaſſiâ. In hâc naſcuntur puſtulæ diuerſi coloris, laſſitudo mẽbrorum, hæc proxima lepræ.

Cura.

℞. *Antimonii* ℔ j. *Tartari* ℔ ℈. *aceti deſtillati vj.* Fiat deſtillatio in balneo Mariæ per horas 6. vel 7. doſis ℥j. ad ℥iij. Semel in die, & ſi non tollit icteritiam, lepra eſt.

In icteritiâ membrorum principalium.

℞. *Taſſorum, aſſelliorum an.* ʒ *iij. liquoris rhabarb. dr.* ℈.

Liq.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 530 sur 913

Liq. de antherâ centaureæ dr.ij. ℈. Aq. chelidoniæ dr.iiij. vel dr.v. Fiat haustus. Quòd si sudescit suâ sponte, benè: Sin minùs, adde ℈j. Mithridati ad prouocandum sudorẽ. Quòd si in biduo non curantur: actum est.

Icteritia exteriorum membrorum.

Signa sunt: nulla cibi apperentia, stomachus ardet, cutis colore tingitur, contrahuntur membra, vt in colicâ, quam hoc curabis vnguento.

℞. *Ol. myrtillorum. Gummi hederæ* ℥j. *Resinæ de Botin ad pŏdus omnium.* Destilla per alembicum in balsamum artificialem. Vnge membra manè & serò (Resina ex vulneratâ arbore, Terpentina, Resina, &c.

Pro confortatione membrorum.

℞. *Masticis: pingued. humanæ, vitellorũ ouorum an.* ℥vij.

Ol. de Baccis lauri ℥x. Destilla per alembicum, vnge bis in diè, manè & serò. Serpentina Bemontina idem præstat.

Alia.

℞. *Ping. taxi* ℔ ℈. *Turbit* ℔ij. *Masticis* ℥j. *Euphorbii* ℈ ℈.

Piperis vtriusque ℈ij. *Vini boni mensuras iiij.* Fiat decoctio s. artem.

Spinæ dorsi. *Icteritia ex doloribus Spinæ.*

Signa eius, dolor dorsi & coxendicum.

Cura.

Asselliorum ℔j. (*al. lib.* ℔.) Destilla per alẽbicum. Postea recipe Olei de myrtillis, anethini an. ℥iij. f. vnguentum sine cerâ. Vnge spinam dorsi.

De speciebus Icteritiæ, suffocatione & præcipitatione matricis (est species septima & octaua.)

Signa sunt: Singultus, dolor cordis & è regione dorsi, dolor coxendicum, crurum lassitudo, circa vmbilicum motio quædam, profluuium oris & oculorum inuersio, paroxysmus epilepsiæ similis cum spumâ croceâ, caput narcoticum, post partum suffocationem futuram indicat. Hæc corporis concussio fit, quòd matrix omnium liquorum receptaculum est, qui materiam generationi membrorum principaliũ suppeditant: & vt simul dicam, radix & nutrimentum eorum illâ latent, & indè spiritum vitalem sumunt: Hinc & paroxysmus procedit: proindè & curam icteritiæ recipit, quæ sic est.

Matrix receptaculum omnium liquorũ.

Recepta in suffocatione Matricis.

℞. *Granorum Actis (hoc est sambuci) libram vnam. Farinæ siliginis* ℔ *iij. Noræ* ℥ *iiij.* F. decoctio panonia (id est, in modum panis) dosis ab ℥j. vsque ad ℥j. ℈.

Alia.

℞. *Noræ n. viij. Assæ fœtidæ gr. iiij. Florum cheiri, Terdinæ, id est, Valerianæ an.* ℈j. Fiat suffitus per orificium matricis, per clepsydram.

De præcipitatione Matricis.

Signa. Dolor dorsi, retentio vrinæ, profluuium, sterilitas, torsiones circa vmbilicum, præcordiorum compressio, hinc colica subsequitur, adeò vehemens, vt neque pedes neque manus officium præstare possint, sed decumbunt.

Cura.

℞. *Liquoris de carabe, de laccâ, de mannâ an.* ℥j. *Tetrapharmacon* ℥ ℈. *F. mixt. in bolum. Dosis* ℥iij.vj.vij. (*al. adr.iij, vsque ad vj. vel vij.*) manè & serò.

Hæc si in triduo non curantur, actum est.

℞. *Liquoris de xyloaloe* ℥ß. *Cinnamomi, Granorum Actis an.* ℥ij.

Sem. peoniæ, Rutæ, an. ℥j. F. compositum. Dosis ℈j. *vel* ℥j.

In Contracturâ.

℞. *Ol. de granis Iuniperi, Guaiaci an.* ℥vj. *Medullæ bouis, pinguedinis de mumiâ an.* ℔ ß. *vnguentum de vulpibus* ℔ ß.

Fiat vnguentum.

Generalis descriptio in suffocatione & præcipitatione.

℞. *Alcool vini* ℥vj. *Margaritarum non perforatarum* ℥j ß. (*al.* ℥℈) *Coralliorũ rubeorum* ℥j. *Liquoris de colcothar* ℈ij. Fiat mixt. dosis ℈j

In Caput Tertium Explicatio.

ICteritia rubea (*Erysipelas*) nigra, citrina, glauca, præcipitatio matricis, suffocatio matricis, dolores spinæ, dolores membrorum principalium. Oportet colorem Ictericum adimere, separare speciesrerum icteritiæ. *Assalie*) Vermes intro ligna enati. *Cura icteri rub.*) Signa sunt morbi istius: venit quemadmodum pestis cum frigore & calore. Vnus modò est paroxysmus, posteà venit rubor. Ea peruenit ex sanguine. Medicina pestis in paroxysmo icteritiæ rubeæ, tollit paroxysmum. Phlebotomia non in paroxysmo, sed antè fiat. Nota cautelam. In hoc morbo fuge omnes vndas frigidas: item candida vnguenta, corrosiua, lac virginis, suffumigationes, quæ ex portulacâ (*etiam suffumigationes in declinatione prosunt*) Olea, nisi arcana in iis sint. Lac virginis colores tollit, non morbũ. Erysipela ex Icteritiâ rubeâ fieri potest & Esthiomenum vlcus. Icteritiæ nigræ cura principiũ habet icteritiæ rubeæ Rec. *Aloepat Succotrin*) Vtere hoc præseruatiuo sic: post curatam semel icteritiam sæpiùs, vt quinque vel sex dies, sed vltra annum præseruari non potest. Paralysis, spasmus, tetanus, libenter sequitur, si fiat phlebotomia in icteritiâ. Nam morbus ille sanguinem amat.

Assalii quid.

In icter. rub. quæ fugienda.

Tassus) lumbricus ab imbre. *Locusta Populi, pini*)

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 531 sur 913

Talius quid. Locuſtę quid.

pini,) Locuſtæ coquantur, & prodibit viſcus, is incoquatur. *Deſcriptio de chelidon.*) detur ter, partem manè, partem altero die manè, tertiam tertio manè. *Per deſtillat. incluſ.*) Si quid in phialam additur ſupernè occluſam, illud coctum pinguedinem emittit, quę poſteà deſtillanda eſt.

Arcana vi appēdenda.

Araneam viuam in teſtâ nucis ſuſpenſam de collo deorſum, ad foueam pectoris deligatam, quoad morbus abeat: id quod fit quintâ aut ſextâ die vſque ad mortem araneę. Febres quoque tollit ſtercus lacertæ in panno goſſypino cerato, in eundem locum poſitum. Item ſtercus equinum in ſartagine calefactum, in quod patiens immingat, & poſteà ſimul veſicæ inditum in fumum ſuſpendat, curat Icteritiam. Item omnia ſtercora, excrementa, hauſta curant. Item album Græcum. Rhabarbarum habet arcanum in Icteritiâ. Rhabarbarum ſic corrigitur, emendatur: cum oleo amygdalarum amararum imbibatur, fac bolum, ponatur in vitro ad ſolem, tunc fit oleum flauum, poſteà purpureum, deindè exprimitur. Item contundatur, & imbibatur cum aquâ chelidonię, praſſii &c. & Soli vt priùs exponatur. Doſis Rhabarb. ℈i. Id ſingulis diebus ad tres vel quatuor dies. *Icteritia glauca*) eſt cœrulea, poſt citrinam, variata: eſtque dolor in omnibus membris, puſtulæ emergunt, quæ deindè exulcerantur. In hâc leprędi ponuntur. Antimonium in ea primas tenet. ℣. *Antimonii* ℔j.) doſis vnc. j. vnc. iiii. ad dies 14. ſemper manè, & ſi non curat in diebus 14. erit incurabilis, quia præſtò eſt lepra. *In icteritia membrorum principalium*) vel fiat hauſtus, poſt quem in lectū decumbat: etſi non ſudat, adde ʒß. theriacæ bonę. Vtuntur etiam his vt ſupra araneis & lacertis. *Aceti deſtill.*) cum dulceſcit acetum & rubeſcit poſteà. *Icteritia membr. extern.*) Signa: dolor cordis, nulla inuitat orexis, ardet ſtomachus, fluit in membra, & eſt contractura. *Reſina de botin.*) Reſina, id eſt, terpentina: ſi à truncis rami præciduntur, Reſinæ ſeu bullæ & veſicæ erumpunt. *Pro confortat. membr.*) Item Recepta in contractură colicę valent hic. ℣. *Pingued. taxi*) Prodeſt hoc vnguentum, & in contracturâ colicæ. *Icteritia dorſi*) dolor ſpondylorum dorſi, ſi non fit ex Tartaro. *Suffocatio & præcipitatio matr.*) Signa: ſingultus, compreſſio pectoris, reſolutio in coxis, commotio circa vmbilicum, perindè ac ſi eſſent prægnatæ, profluuium, torquet illis tum os, tum oculus, poſteà paroxyſmus epilepticus, tunc ſpuma & aqua crocea præambulationes, ſyncope. Caput narcoticum notat ſuffocationem futuram poſt partum. *Nota.* Liquores omnium membrorum principalium & aliorum in matrice confluunt. Arcana icteritiæ adhibeantur ſuffocationibus quoque matricis. Signa præcipitationis matricis, dolor dorſi, retentio matricis, menſtruum album, ſterilitas, torſiones ventris, tortura cordis, colica, contractura membrorum. Cynogloſſæ liquor in præcipitatione matricis arcanum: Aquæ meliſſæ, item meliſſa ventri impoſita.

Stercus equinū vtiontra icteritiā quandū.

Antimonii contra icter. glaucā.

Reſina deBotin. quid.

Cynogloſſa & meliſſa arcana præcipitatione matricis.

Sequuntur Libri quatuordecim Paragraphorum
PHILIPPI THEOPHRASTI PARACELSI.

PARAGRAPHORVM.
LIBER PRIMVS.
DE MORBO DISSOLVTO.
CAP. I. PARAG. I.

Diſſolutus morbus quid.

OMne quod perfectum & per ſtomachum indigeſtum abit, morbus diſſolutus eſt: & illud, quod à perfecto ad imperfectum deſcendit, diſſoluti materia cruda & non præparata eſt, & cruda à præparatis. Centrum ſtomachus eſt, exitus per anum, per vomitum & veſicam.

Diſſoluti morbi centrum eſt ſtomachus.

In primo hoc paragrapho indicantur ægritudines quæ de diſſolutione emergunt: quando aliquid editur & bibitur, ac diſſoluitur, & à ſtomacho non probè ſeparatur, adeóque vel per vrinam exit. Et tunc fit dyſenteria, lienteria, diarrhœa, & eſt etiam dyſenteria vrinæ, & lienteria vrinę &c. & idem vomitus &c. Lienteria ac dyſenteria eſt &c.

Vt fiat. Diſſol. morbus quotupliciter exeat.

PARAGRAPHVS II.

Morbus dictus à diſſolutione, quia diſſoluitur in primâ operatione. Diſſolutio & putrefactio vna eſt paſſio, generata à bonis.

Notandum, quòd diſſolutio duplex eſt, aut per ſtomachum, aut per minerales. Quod fit, ſi ſtomachus digerere non poteſt, tunc diſſolutio ſtomachi eſt: aut ſi mineralia in corpore diſſoluuntur. Nam omne aquoſum diſſoluitur.

PARAGRAPHVS III.

Diſſol. morbus triplex.

Definitio morbi eſt iſta: Tres ſunt morbi ex diſſolutione, vel diſſolutis primæ ſpeciei, Rubeus, albus & laxus.

Quod digeritur, & non ſeparatur, rubrum ſecedit, veluti per anum ſæpè grumi ſanguinis excernuntur. Hi omnes ex malâ ſtomachi digeſtione proueniunt: nec ſanguis fluit ex venâ aliquâ in corpore rupta. Si quis ſanguinem vrinat, nec in vrinando dolorem ſentit, nec dolet in lumbis, aut coxendice, aut dorſo, nec vllum aliud malum percipit, quam quòd ſanguinem mingit: tunc ea eſt diarrhœa vrinæ &c.

Ruber.

Albus.

Si ſedes aut receſſus ſunt albi, ſpumoſi inſtar calcis aut cretæ, aut colorem coriaceum habent, & ſunt tenues, viſcidi, flatuoſi: Is eſt morbus diſſolutus albus: & ſtomachus in culpa eſt. Si album exit per vomitum, eſt diarrhœa vomitus. Si vrina eſt lactea, lienteriam vrinæ indicat: & ſine omni dolore, eſt diarrhœa. Signum in vrina Laxus fit, quando Archeitas ſtomachi infirma exiſtit, nec, vt debet, ſtomachus operatur. Si vrina contento caret, & patiens copioſum mingit, vrináque iam alba, iam rubra, iam turbida apparet, ac contentum nullum habet: tunc fluxus vrinæ adeſt. Si autem multi vomitus incidunt: fluxus is vomitus eſt. Et morbus diſſolutus albus ſuam ſingularem curam habet: ſuam etiam rubeus, ſuam laxus. Et vnuſquilibet morbus diſſolutus eſt, aut per anum aut per vrinam, aut per vomitum.

Laxus.

Diſſ. morbus triplicitèr exit.

Et item tres morbi per vrinam ex diſſolutis ſc. vrina ſanguinis, vrina lactea, &

vrina

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 532 sur 913

vrina mandragorata vel aquea: & item tres morbi dissoluti per vomitum: vomitus ex digesto, vomitus frequens, vomitus thoracis.

Vrina mandragorata quid.

Vrina mandragorata est, quando quis mingens nihil sentit, multumque vrinæ simul reddit sine titillatu, qualis à naturâ omnibus accidit. Vomitus ex digesto est, quando quis edens, post horam vnam aut alteram vomere cogitur, idque toties, quoties edit. Vomitus frequens est, si quis perpetuò vomit. Vomitus thoracis est, quando quis quouis octiduo, aut diebus quibusuis bonis ternisue compellitur.

Vomitus ex digesto quid

Vomitus frequès quid.

Vomitus thoracis quid.

Morbus dissolutus, siue per vrinam aut sedem, aut vomitū exeat, morbus est. Centrum ipsius est in stomacho: Et curam vnam habet.

PARAGRAPHVS IV.

Dissol. morbi quæ & quot accedētia.

Morbi dissoluti potentia & eius virtus, sunt accidentia. Quatuor sunt per anum, colica, torsiones, schiæ, & spinæ dolores. Tria per vrinam, dysuria, stranguria, & laxa. Tria per vomitum, fel, liquor & singultus.

Dissolutionis causa quæ.

Casus est stomachus, quòd Archeitas stomachi deficit. Cibus est in causâ, quòd coagulatus est in aquositate, & omnis coagulatio ex aquositate fit dissolutio, & hoc fit per casum stomachi. Cibum enim, qui hodie ingeritur, Vulcanus stomachi digerere non potest, quòd fit, quia Vulcanus aluminosus est. Et hæc est causa efficiens dissolutionis. Hæc suprà.

Dissol. Signa quæ

Si iam indigestum de stomacho exit, proprietas eius est, vt torsiones ventris pariat. Similiter concitat etiam dolores spinæ dorsi, velut & schiæ dolores accidunt in morbo dissoluto.

Accidentia in morbo dissoluto per vrinam dysuria, stranguria, laxa.

Quod si morbus dissolutus curetur in stomacho, accidentia ex se ipsis concidunt & euanescunt. Ideò curâ primitiuâ in stomacho omninò opus est.

Singultus ex frigiditate.

Similiter & in vomitu accidentia veniunt ex stomacho, velut amaritudo fellis, quæ fit ex magnâ siccitate stomachi. Item, singultus ex frigiditate stomachi venit. Quare verus morbus tantùm in stomacho est.

PARAGRAPHVS V.

Omnium harum cura, vt curetur stomachus.

Archeitas stomachi quibus confortetur.

In curâ debet morbus dissolutus proponi, & causa casusque tractari, ac per curam stomachus eò deduci, vt, quicquid editur ac bibitur, omne digerat. Et archeitas stomachi confortanda est. Confortatio autem illa procuranda est per gradus spagyricos, vt purum ab impuro separetur. Ad curam autem si descendendum est, sumenda erunt eiusmodi, quæ dissolutionem coagulent. Descriptio hæc est.

℞. *Seminis & locustarū filicis an.* ℥ ß.
Sanguinis draconis ℥j.
Sinapis, croci ferri an. ʒii.
Tragacanthi dissoluti in liquoribus plantaginis, q. s. pro incorporatione. Dosis si ab vnciâ vnâ, vsque ad vnam & semissem.

Filix quid. Draco quid.

Filix est Anethum (*al. Tenacetum.*) Draco est carbo, ex seipso conflagrans, quales in focis fabrorum ad folles, & in fodinis metallicis reperiuntur. Carbones isti lineis rubeis, quas sanguinem draconis vocant, insigniuntur.

Alia descriptio in morbo dissoluto, in prima, & secunda, & tertia speciebus.

℞. *Olei de marte dr.* j.
liquoris orizei g. x.
de liquoribus filicis ad pondus omnium. Dosis ab aureo vno vsque ad vnum & semis.

Casus per hoc receptum adimendus est: & accidentia deinde omnia cedent. Si autem dysenteria tam diu perstitit, vt obdurare velit, & in morbum chronicum degenerare: tunc per laudanum mineralia confortanda sunt.

Laudani pro dissoluta dispens.

Dissolutis ac deploratis vtere hoc Laudano, cuius descriptio hæc est.

℞. *Orizei foliati* ℥ ß.
Margaritarum non perforatarum dr. ij.
Asphalti, florum antimonii an. dr. ß.
Croci orientalis dr. j ß.
Mirrhæ Romanæ Aloepatici an. ad pondus omnium. Reduc ad formam. Dosis gr. vj. aut vij. vsque ad gr. x.

CAPVT SECVNDVM.

De Morbo dissoluto ex Mineralibus.

PARAGRAPHVS I.

Morbus dissolutus ex mineralibus originem ducit ex tribus corporibus. Casus est tempus, sed causa ex tribus primis.

Signa dissoluti ex mineralibus.

Casus & causa est, si mineralia dissoluuntur. Signa eius sunt. Morbo dissoluto incipiente patiens quotidiano alui profluuio sollicitatur, & tamen multùm edit, bibitque. Hoc signum est morbi dissoluti ex mineralibus. Qui sedes habet, strenuè edit bibitque, & tabescit in corpore, hic ipse quoque dissolutum mineralis patitur. Si cibus, crudus, prout ingestus est, per vomitum reiicitur: id signum est dissoluti morbi ex mineralibus. Fluxu exeunte, siue per vrinā, seu aluum aut vomitum id fiat, si non adsit torsio, stranguria, aut signum aliud simile, velut in dissolutione stomachi, nec fel per vomitum: Signum est morbi dissoluti ex mineralibus.

Calculi signum quod.

Et in dissolutione minerali sanguis per anum rubicundior exit, quàm si dissolutio ex stomacho fit. Et rubet sanguis iste, sicut qui congelatus aut grumosus per vrinam redditur. Is enim in vesica cogitur & coagulatur: Coagulatus enim ad vesicam penetrare non posset. Et qui coagulatum sanguinem mingunt, hi morbo dissoluto ex mineralibus tenentur. Et huiusmodi exitus indies est, non hodie tantùm, sed etiam subindè. Si verò non continenter sanguis mingatur, signum est adesse calculum, qui venulam aliquam ruperit. Et quo more morbus incipit: eo iugiter persistit veluti si quis vna die sedes sex habeat, altera die totidem habebit: nec per se remittit, nisi curetur. Per vomitū exit

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 533 sur 913

exit sanguis congelatus: qui & ipse morbum dissolutum ex mineralibus arguit. Salia nitri per vrinam abeunt. Cessante autem vomitu, signum est quòd fluxus secum non rapiat. Fieri etiam morbus dissolutus solitariè, potest per anum, vomitum, & vrinam.

PARAGRAPHVS II.

Omne quod descendit à formâ, & illud, quod descendit à substantiâ suâ, virtutem habet expulsiuam ingenitam.

Virtus expulsiua est quælibet res, quæ ad maturitatem peruenit: & mineralia, quæ dissoluta sunt, seipsa expellunt. Ita sal aluminosum per vomitum se expellit, Nam per se eius naturæ est, vt, si à formâ & substantiâ descendat, seipsum expellat, & digestione opus habeat. Virtus digestiua sal entalicum per inferiora eiicit. Sal nitri expellitur per vrinam. Ideò in illis salibus vis expulsiua est. Et nisi hæc tria salia adsint, nec vomitus, nec vrina, nec sedes vlla sequetur.

Virtus expulsiua non tenuis quid.

Sal aluminosum vomitu: Entalicum sedes: nitri in vesica eiicitur.

PARAGRAPHVS III.

Curà dissoluti mineralis ex coagulatis est. Nam omne coagulatum arcanum & essentia & medicina elementata (al. Essentialis.)

In curâ laborandum est, vt salia coagulentur per hanc descriptionem.

Cura dissoluti rubei.

Descriptio curæ dissoluti primi, hoc est Rubei.

℞. *Oleorum de Been. De Laccâ & Lacâ. Liquoris Mannæ an.* ʒ ß.

Foliorum serpentinæ ʒ *vij.* Reduc ad formam. Dosis à ʒj. vsque ad ℥j ß in oleo lentiscino.

Lentiscus & Tamariscus vnum non sunt.

Lentiscus & Tamariscus vnum non sunt. Lentiscus est Siler montanus, & de silere lignum capitur, cui cortex nondum annatus est. Dysenteria cum scammoneâ curari non potest. Materiam oportet coagulari, non purgari & constringi. Nec stomachus coagulari debet: Sed coagulatio ad membra dirigenda est, stomacho tantisper quiescente, donec sal in membris exterioribus coaguletur. Omnia illa, quæ ex metallis parantur, elementata sunt; siue sint flores, siue quicquid ex mineralibus exit. Et ea summa sunt in dissolutis morbis, ea cumprimis, quæ ex aquâ oriuntur, vt talckum, cachimia. Et hæc curant dysenteriam, lienteriam, diarrhœam.

PARAGRAPHORVM LIBER SECVNDVS.

De Morbis vermium.

PARAGRAPHVS I.

VErmium generatio tria principia habet. Primum est ex nutrimentis. Secundum ex mineralibus. Tertium ex elementatis.

Vermium generatio fit à putredine: sed non ab omni putrefactione generantur vermes. Ex tribus causis generantur vermes. Vna causa ex nutrimentis. Si ex nutrimentis nascantur vermes, nascuntur in stomacho, nec putredo est in causâ generationis vermium. Putrefactio si fuerit in stomacho, & non expellitur per virtutem expulsiuam, tunc nascuntur vermes, & putredo quasi hospitium est vermium. Nequaquàm in intestinis nascuntur vermes, sed hi per stomachum ad intestina digrediuntur. In intestinis enim non est matrix vermium.

Vermium materia triplex. 1. Nutrimenta. Vermes in stomacho generantur.

Secunda causa ex mineralibus est. Fieri enim potest, vt in carne, in sanguine, in medullâ vermes gignantur. Hi principium suum non ex putredine sumunt, sed nascuntur ex mineralibus.

2. Mineralia.

Est tertia generatio vermium à spermate, aut cum aquâ epoto, aut cum piscibus esitato, cum sperma in exaltatione est. Tunc enim generat vermes. Si quis sperma ranarum potet aut edat, ex eo monstrum Rana gignitur. Et sic de cæteris animantibus. Mulieres si huiusmodi sperma portant, tunc matrix illud attrahit & assumit: non vt in viris, quorum vermes in stomachis nascuntur. Si vermes per vomitum reiiciuntur, tunc ex spermate orti non sunt, sed ex nutrimentis. Stellio sex mensibus fœtum parit. Huius sperma si potetur, & tanto tempore, aut in virorum stomachis, aut mulierum vteris foueatur, definito tempore ex eo monstrum generatur, quod sua ipsius digestio protrudit. Quæ monstra cum non expellantur, cibum appetunt, ventrem inflant hominemque infestant & affligunt: & nisi eiiciantur, aliquot nonnunquam annos durant. Vermes si generantur, virtutem expulsiuam non habent, sed cibum suum appetunt, & venter ab illis intumescit.

3. Sperma ingestum. Vermes vitis in stomacho, mulieribus in vtero nascuntur.

Stellio sex mensibus parit.

PARAGRAPHVS II.

Ex primo principio tria sunt genera: Crudum, Chymosum, & Excrementum. Ex secundo principio quinque genera: Venatum, concauitatum, medullæ, intestinorum, & regionum membrorum. Ex tertio quatuor: Putrefactionis, Aquositatis, Chaos, & Caliditatis.

Genera cuiuslibet vermium principij quæ sint.

De re vel cibo, ex quo esitato generari vermes debent, tria potissimum notanda sunt. Primò, an à nutrimento crudo generentur. Si non ex crudo, verùm ex chymoso, gignuntur lumbrici parui, fiúntque ex rubino incocto, qui vermiculi albi & longiusculi sunt. Ab excrementis vermes instar lumbricorum terrestrium generantur, coloris flaui. Hi pedes exiles habent, & generantur ex stercore.

Vermes ex nutrimento quales.

Si quis in deiectione vnâ vermes deprehendit, & non itidem in alteâ, indicio est, stomachum ad generationem vermium dispositum esse. Qui halitum fœtidum exspirant, id signum verissimum est vermium, qui putrescunt in corpore. Hi macri sunt & longi. Qui si secedere incipiunt, signum est, vermes putrescere.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 534 sur 913

Vermes ex mineralibus quales.

Vermes si ex mineralibus generantur, in stomacho nascuntur: Itaque si materia ad stomachum descendit, & materia vermium præstò est, gignuntur vermes, qui per secessum exeunt. Homo his laborans absumitur. Dejecti autem vermes sanguinolenti sunt. Ægris si præbeatur theriaca mandragorata, aut Aurea Alexandrina cum Anacardis confecta, vermes exiguntur sanguine pleni & tumidi.

Theriaca. Mandragorata & Aurea alexandrina vermes expellunt.

Qui in concauitatibus nascuntur, ita fiunt. Hi intra cutem & carnem generantur, & adhęrescunt loco certo alicui, parsq; illa ægro dolet, ardétq; & roditur, & materia similis est, velut in panaritio, eodemque modo adhæret. Ægri multum edunt bibuntque.

In medullis etiam facilè nascuntur vermes, superiore parte flaui, inferiore albi. Hi validi sunt, non mucilaginosi. Iste morbus est incurabilis. Minerales vermes etiam in intestinis generantur, qui longi sunt, nec implicantur aut cohærent, rubenteique sunt, nec in intestinis genus aliud gignitur. In ano etiam vermes producuntur, quos Ascarides vocamus, qui circa sedem magno numero conglomerantur. Vermes ex intestinis nihil pellit violentius colocynthide. Ascarides exturbat Betonica & Agaricus. Sedes nonnunquam mixtæ sunt, ita vt fragmenta vermium cum ipsis eiiciantur. Quòd si per colocynthidem intestina expurgantur, vermes vnà elabuntur, & conspicui in sedibus sunt.

Ascarides.

Colocinthis vermes pellit, &c.

Sed & regiones membrorum suos vermes nouerunt. Ita enim per Anatomiam in cerebro repertus vermiculus est, qui piam & duram matrem pertuderat: vnde phrenesis sollicitabat. Tales per anatomiam etiam in corde reperti fuerunt. Similiter & in regione splenis fellísque vermes gigni possunt. Sed in renibus propter vrinæ acrimoniam vermes produci minimè possunt. Possunt tamen fieri etiam in pulmonibus.

Vermes cerebri.

Ex tertio principio quatuor vermium genera oriuntur: Putrefactionis, Aquositatis, Chaos, & Caliditatis. Quæ ex iam dictis facilè intelliguntur.

PARAGRAPHVS III.

Sperma generatorum duplex. Rei & seminis.

Omne creatum pro secundâ generatione creatum: & vbi generatio, ibi duplex sperma est, scil. rei & seminis, ex his de posse est, in omni spermate monstruosum semen adesse, aut seminis monstruosi materiam.

Vermes nascuntur ex spermate, non ex putrefactione.

Vermes omnes nascuntur ex spermate, non ex putrefactione. Res enim quæuis generatur ex semine. Nam ex semine aut spermate nascitur sperma aliud, quod sperma monstruosum est, ex quo omnes putridi vermes in ligno, & similiter in homine generantur. In nucibus sperma non relinquitur, vnde nec in illis vermes generantur. Si partu edito mulier in puerperio non probè purgatur, post aliquod tempus venter ei iterum intumescit. Hoc fit ex spermate monstruoso. Vnde noua alius morbi generatio indicatur. Puerperæ itaque exquisitè purgandæ sunt. Nisi enim probè emundentur, huiusmodi generatio incidit. Homine extincto: sperma hoc monstruosum inactum erumpit: Vnde vermes in cadauere nascuntur. Et cum in omnibus mineris sperma sit, certum est, idem etiam in carne vigere, cum scil. minerarum spermata ad stomachum descendunt. Sic pueri ex semine naturali gignuntur. Sperma tamen omnes monstruosum habent. In nucibus sperma monstruosum non est. Nullos igitur vermes nucleus illarum generat, sed testæ. Sic quoque est in Persicis. Fructuum verò grana verum & naturale sperma habent: vnde etsi fructus prohibentur iis, qui vermibus molestantur: grana tamen acini siue semina illis prohibenda non sunt.

Puerperæ vnde intumescant.

Sperma mõstruosum omnib. inest, nisi nucibus & persicis.

PARAGRAPHVS IV.

Sciendum est ex his, quod lignum ex spermate exiftit, id est, per semen. Est igitur sciendum, de duabus generationibus in vniuersis seminibus: quia prima est naturalis, sed secunda monstruosa.

Lignum, velut & res cæteræ naturales est ex semine. Vermes autem in ligno geniti sunt ex spermate mõstruoso. Vnde generatio duplex constituitur, Naturalis & Monstruosa. Omne autem sperma in rebus sensitiuis aliud etiam in se sperma habet, quod est monstruosum, & aliquid sibi simile procreare potest. Vnum quoduis sperma monstruosum in monstrum abire potest, & ad vitam sensitiuam. Et sperma monstruosum est in omnibus mineralibus. Quæliber etiam herba sperma monstruosum habet, sed non ipsius semen. Illis ergò, qui vermibus molestantur, fructus quidem prohibendi sunt, non tamen nuclei aut grana. Ex carnibus etiam sperma adest. Si mineralia, hoc est, sperma minerale ad stomachum descendit, in vermes degenerat.

Generatio rerũ duplex. Natur. & mõstruosa.

Sperma monstruosũ omnia habent.

PARAGRAPHVS V.

Et notandum cum his, quòd sperma exaltatum fixum est, & cum tempore suo mortuo in sensitiuam virtutem abit, & sumit corpus sensitiuum ex corpore insensitiuo: sicut de elementis: quia muscarum generatio ex aëre procedit, lacertarum ex terrâ, araneæ ex igne, serpentum vero ex aquâ, pulicum ex mineralibus.

Sicut sperma naturale vitam in se habet: Sic etiam id, quod ex naturali præter naturam nascitur, sensibile aliquid ex se producere potest: vt qui ex stercoribus, lignis, testis vermes generantur. Similiter accidit etiam in elementis, quæ non minùs sperma monstruosum habent, ac naturale. Vnde vnum quodque suum producit genus. Nam ex aëre nascuntur muscæ: Ex terrâ lacertæ, ex igne araneæ, serpentes ex aquâ. Muscæ & Machis sunt omnes scarabæi, qui ex stercoribus non generantur. Muscæ ex Elemento Aëris nascuntur, quia in ipsis quoque elementis sperma monstruosum est: Araneæ ex elemento ignis, id est, principium aranearum est ex elemento ignis. Ex elemento aquæ primitiuæ generantur serpentes.

Muscæ ex aëre lacertæ ex terra. Araneæ ex igne. Serpẽtes ex aqua.

PARAGRA-

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 535 sur 913

PARAGRAPHVS VI.

Nunc de his, quæ ad curam pertinent, & sunt hæc: Medicamina intrinseca, & quæ sunt extrinseca: & debent esse ex vnâ naturâ. Porrò oportet etiam intelligere, intrinsecum vermium genus per externum medicamen. Est etiam necessarium perfectissimè scire processum veneni. Postremò, omne medicamen, quod vermes interficit, ex veneno est.

Vermiū omne medicamen ex veneno.

In curatione vermium sic cogitandum est, quod quæ vermes foris occidunt, eosdem interiùs etiam interficiant. Nec hîc ad purgationes respiciendum. Vermes qui in fructibus nascuntur, vermes corporis omnes ex nutrimentis enatos interimunt: vt sumatur vermis ex carne, & sequenti compositioni cum colocynthide addatur, vt vermes hoc attingant aut gustent. Si ergò ab isto vermes extranei moriuntur, ab eodem medicamento etiam interni vermes iugulabuntur. Nullum laxatiuum vermes interficit. Medicinæ, quę serpentes foris interimunt, serpentes etiam in corpore occidunt. Et serpens illicò perimitur liquore ex centaurea. Bufones omnium validissimè occidit oleum aut semen Hypericonis, velut & stelliones, lacertáque. Araneam interficit semen Harmel. Muscas interficit Agaricus. Si ergò vermes ex elementis aut nutrimentis oriuntur, per medicamen ex nutrimentis interfici debent. Aërei Agarico iugulantur. Aquei centaureâ. Bufones & Stelliones ab vno medicamento interimuntur. Qui ex mineralibus nascuntur, per vitriolum album perimi debent. Sic, qui vermes fiunt ex calce, ex cachimiis, ex marcasitis, per Arsenicum occidendi sunt. Et interfectionem oportet esse talem, vt vermes eam gustent. Quæuis medicina, vermes occidens, venenum est. Et cui res quælibet à naturâ appropriata est, eidem etiam adhibenda est. Sic si de colocynthide aliquid adhibetur animal bus, ipsis venenum est. Ea interim homini in morbis nonnullis salutaris est. Agaricus homini salus, muscis venenum existit. Huiusmodi medicamina omnia contra vermes præbenda sunt. Farina ex cariosâ abiete, vermes ex nutrimentis interficit. Puluis ex ligno quercino tollit lumbricos, præsertim si addantur carbones ex tubetho, agarico vel silere montano. Puluis contra vermes potens etiam de agarico fit, qui ipsorum venenum est. In fodinis Schwatz vicinis pulticula nigra adhæret, quæ vermes potenter iugulat. Cuius dosis est granorum decem. Potest tamen commiscri cum saccharo. Entiana, garyophyllis, &c. In cupri mineris desuper muscus niger adhæresci, qui optimus est contra vermes: puluis de pino perimit lumbricos.

Laxatiuę omnes nō pellunt Centaurea liquor serpentes interfi. it Hypericum bufones &c.

Vermiū medicinæ venenum.

Colocynthis vermes pellit.

Agaricus venenū muscarum.

Vermiū quæ medicinę.

Descriptio contra vermes ex nutrimento.

℞. *Aloepatici* ʒiij. *Myrrhæ* ʒ ß.

Trochisc. de silere montano ad pondus omnium. Fiat puluis. Dosis a ʒj. vsque ad ʒij. vel ʒiij. Pueris minor dosis debetur, velut ʒ ß. Vtere ad aliquot dies.

Remedia vermium.

Alia.

℞. *Oleum de colcothar coagulatum*, & tum demum in suam substantiam reductum: mirabiliter occidit vermes, viperas, bufones, araneas, misce tamen cum aceto. Dosis gr. ij vel iij.

Oleum ex colcothar.) Si iterum coagulatur, ad colcothar redit. Huius dosis est gran. 5. Hoc mirabiliter occidit.

Correctio Theophrasti.

℞. *Alcali de colcothar* ℈j. *Agarici, liquoris centaurea. Colocynthidis. an. gr. x. Ol. de myrrha. q. s.* pro incorporatione, fiant trochisci. Dosis gr. v. pro pueris: pro adultis gr. x.

Mandellæ est semen ellebori nigri.

Descriptio contra vermes ex mineralibus.

Ol. Hypericonis. Mandellæ (est sem. ellebori albi) an. ʒj.

Mumiæ præparatæ ʒij. *Liquoris Aloepatici* ʒ ß.

Cretæ marinæ q. s. pro incorporatione. Reduc. in trochiscos.

Contra Ascarides.

℞. *Herbarum perforatæ, Betonicæ vtriusque an. M.* ß.

Trochisc. de Agarico ʒj. *Myrrhæ* ʒ ß. Reduc ad formam.

Medicamen, si vermes fuerint ex Elementatis, siue spermate, vel sepentum, vel insectorum aliorum.

℞. *Vitrioli cuperosi* ℔ *x.* (Vitriolum cupreum est, quando vitriolum cum cupro coquitur.

Vitriolū cuperosū quid.

Alcool vini ℔ *xx. Salis Gemmæ* ℔ *v.* Reduc in Alembicum cum reiteratione debitâ. Fiat oleum.

℞. *Huius olei* ξ ß. *Hæmatitis* ʒß. *Magnetis* gr. vij. F. Mixtura. Dosis gr. iiij. vsque ad vij.

Hoc medicamen vermes vniuersos, ex spermate genitos tollit. Si vermes fuerint in stomacho, ex primâ illicò dosi auferuntur. Si in intestinis vermes iacent, non adeò statim cedunt, sed dosis sæpè iteranda est. Sin autem in matrice vermes fuerint, pessarium concinnandum est ex hoc medicamento cum melle & sale, quod inditum matrici, tam diu ibi relinquendum est, donec sponte suâ excidat. Vermis occisus si exhibi nolit, cum pulegio & nasturtio menses prouocandi sunt. Cum his prompte eiicitur.

PARAGRAPHORVM LIBER TERTIVS.

De Caducis.

CAP. I. PARAGRAPHVS I.

Morbi Declaratio.

OMnis lapsus à specie caduci descendit, per generationem caducâ à

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 536 sur 913

cerebro. Cerebri potentia est de conseruatione rerum primâ, & hoc propter cerebellum. Sed membrorum lapsus, vel caducus materialis est paroxysmus descendens à nuchâ, id est, ex parte cerebri. Ergò lapsus à cerebro paroxysmus est occipitis. Signa verò ex motione totius corporis cadunt & spasmum eiiciunt.

Ægritudines, ex vnâ origine descendentes sub vno capite comprehendi debent, vt est *Catalentia, Epilentia, Analentia, &c.* Hæ omnes descendunt âNuchâ. In caduco ergò paroxysmus morbum indicabit. In Catalentiâ, Epilentiâ & Analentiâ curæ nulla differentia est. Omnis adeò caducus ex cerebro oritur. Et cura est eadem si caducum quis habeat in ventre, & in membro. Principium paroxysmi est in capite, sed non causa.

Catalentia. Epilèria, &c. à nucha oriuntur.

Caduci ventris & membrorum cura vna est.

PARAGRAPHVS II.

Nunc, quæ ægritudines ad caduca genera pertinent, sunt istæ. Epilepsiæ omnes species: suffocatio matricis extra locum. Syncope cum generibus suis (videlicet deliquium rediens, & syncope non rediens, vertigines, & id genus.

Si species curandæ sunt, omniũ cura vna est.

Syncopis quid.

Syncopis est deliquium semel incidens. Si verò sæpiùs fiat, vera syncopis euadit. Caducum etiam suffocationes Matricis cient. Quando suffocationes paroxysmum caducum inducunt, cura caduci etiam instituenda est. Fit Fit etiam, vt aliqui ex fame diuturniore cadant. Hi quoque ad curam caduci pertinent.

PARAGRAPHVS III.

Sunt & plures ægritudines ex generibus de caduco sine lapsu: sicut tetanus, spasmus, tortura oris, (quæ statim conuellunt & obstipant) vniuersalis Apoplexia, contracta paralysis, incurvatio per spinam dorsi, aut membri particularis cum speciebus synthenæ virorum & mulierum.

Spasmi cura. cura caduci.

Syncopis signum est deliquium animi, quando in stomacho dolores ac tormenta oriuntur: cum ægri ad se à paroxysmo redeunt, homines agnoscunt.

Quilibet spasmus ac tetanus per curam caduci sanari debet. Apoplexia, quæ statim cum spasmo incidit, curari debet vt caducus. Si oculos distorquent, & dentes collidunt, & posthæc spasmus oritur: tunc apoplexia ex caduco descendit. Si Apoplexia ex guttâ sit, ægri recto obruitu præsentes aspectant, & spumant, ac liuescunt. Hæc enim guttæ signa sunt, quæ hûc non pertinet. In paralysi si caducus insulturus est, à cerebro incipit, & spasmus seu tetanus inuadit latus illud, quod feriendum est. Hæc paralysis ex caduco est, non ex guttâ.

Paralysis est vel caduci, vel guttæ.

Paralysis autem ex guttâ sensim corripit, ægris spuma circa os oboritur, & obdormiscunt, & membra illis deprimuntur ac concidunt, quæ feriuntur. Hæc paralysis ad curam caduci non spectat. Quilibet morbus, qui cum synthenâ est, ad caducum pertinet.

Synthena, &c.) Spasmus, conuulsio. Synthena.

Incuruatio) in spinâ dorsi fit, quando dorsum gibberum fit. Ad caducum refertur. Pars cum paroxysmo epilentico cadit. Hi statim labuntur, cum spumâ oris, ac paroxysmus ex cerebro oritur. Pars altera paroxysmum Apoplecticum exhibet. Synthena Apoplectica est, quando spumosi fiunt, & aquam ore fundunt.

Analepsia.) Ita inuadit, vt primò nasus albescat: Posteà Analepsia sequitur. Analepsia.

Catalepsia.) Hic morbus si inuasurus est, ægri duabus horis antè dormituriunt. Catalepsia.

Epilepsia.) Hanc præcedit duabus ferè horis spuma candida. Epilepsia.

Synthena.) Hanc antecedunt tormina stomachi & cruciatus, & hoc solo signo ab illis dignoscitur, vnumque & similem paroxysmum habent. A paroxysmo quando exulcitantur, homines illicò agnoscunt, & frequentiùs in paralysin, quàm syncopen aguntur. Synthena.

Vertigo.) Sæpiùs corripit, si desuper ex alto loco, velut de scalis, &c. despiciatur. Hanc caducus excipit, curâ caduci sanandam. Multis etiam paroxysmus obrepit, quando aquis vehuntur, ab agitatione & commotione. Vertigo.

Tetanus, quando membra omnia conuellit, paralysis est excaduco. Tetanus

Synthena.) Viros sæpè ac fœminas corripit, quando pedes ipsis refrigerantur, si per aquas transeunt, aut si profluuio laborant: cuiusmodi paroxysmus post octiduum plerunque reuertitur. Huius cura est, vt paroxysmi epilentici. Synthena etiam in morbis chronicis incidit. Et tum mortale est. Et quando patientes de tremore manuum pedumq; quæruntur, eoq; frequenti, mortale est. Rectâ ergò iste morbus inuadendus est, & curãdus, vt caducus. Omnes ægritudines, quæ signa epileptica exhibent: in his omnium primò ad morbum caducum cura impendenda est, quicquid alias morbi accidat. Synthena.

CAP. II.

Causæ & loci affecti declaratio.

PARAGRAPHVS I.

CAusa totius morbi in chaos est. Nam cætera, quæ in caducum transeunt partem suam habent in chaos. Per hoc elementum descendunt, & ascendunt per modum tetani & spasmi. Alius est morbi Realgar in chao, & alius aquæ.

Quicunque verum ac genuinum de caduco fundamentum intelligere velit: huic opus est, vt consideret, quod 4. ægritudines à 4. elementis producantur. Quoduis enim elementum peculiarem caduci speciem gignit. Chaos in homine se habet, vt in terrâ. Et Chaos est aer in corpore diffusus, velut in exterioribus. Vnde fit, vt chaos per totum corpus distribuatur, & nec in calore, nec in elemento ignis consistat. Sed velut in maiore mundo venti concurrunt: sic in caduco causa morbi veluti spasmus quidam per chaos descendit ascenditque. Causa est: sicut venti inter se mutuò spirant: sic similiter etiam in morbo caduco. Realgar est morbus, qui ex mineralibus suam originem

Chaos in homine quale.

originē ducit. Et hic duplex est: Aëris & Aquæ: etsi aliàs quoque terræ & ignis Realgar sit.

Realgar morbus qualis & quotuplex.

PARAGRAPHVS II.

Materiata causa hæc est, quæ in mineralibus chaos est, ex istis mineralibus prima caduci generatio & speciorum. Medicum est scire, quòd quatuor mineralia sunt, & morborum elementorum quatuor, in physicâ & chirurgiâ.

Vbi in aliquo membro contractura: ibi chaos petit exitum. In chao ipsius Elementa deprehendimus. Iam si morbus caducus in eo consistit: eius minera consideranda est. Et chaos nullum alium generat morbum, quàm caducum. Necesse est ergò, curam ex solo elemento aëris procedere.

PARAGRAPHVS III.

Locus causæ in caduco Chaos est. Nam sicut in aliis partibus mineralia sua faciunt, ita & in chao. Sciendum igitur, quòd causæ totius morbi Mercurialia sunt, & species morbi, species Mercurij.

Fumus Mercurij sublimati epilepsiam facit.

Mercurius sublimatus facit paroxysmum Apopleticum sub fumo, facit & epilepticum.

In hoc paragrapho tantùm causa attendenda est. Quoties ergò chaos & Mercurius ad nequitiam proiedunt, morbus caducus generatur. Et quot species Mercurij sunt, tot species etiam sunt caduci. Et qualis morbus, talis species. Morbus adeò vehemens est, vt à laborantibus non sentiatur, quia dormiunt.) Species Mercurij sublimati est vera species Analepsiæ.

PARAGRAPHVS IV.

Pono similitudinem causæ huius morbi in chaos ex Seldonio alkali, croco pontico aut thereniabin. Nam sicut ista in positum penetrant, nouam generationem faciunt: ita & generatio Mercurij suum ostendit periculum, pertransit membra, & iuxta Ilech in membri paroxysmum abit.

Caldonium & crocon a quo tingunt.

Sicut crocus & celdonum aquam tingit: sic ponticum etiam ac fel, quicquid attingunt amarum reddunt. Similiter paroxysmus quoq; Epilepticus, qui non ex cerebro, sed ex chao prodit, vniuersa membra mouet. Et paroxysmus iste ad consumptionem Mercurij vsque protrahitur. Eo enim ad consumptionem pergente, paroxysmus intestina stomachúmque & omnia interna euertit. Et hæc species grauissima est, ad mortem deducens. Sinthena mortalis est.

CAPVT III.

De Diæta.

PARAGRAPHVS I.

Nutrimenta sunt duplicia.

DIæta caduci morbi est cura totius ægritudinis. Sunt enim medicamina caduca nutrimenta morbi. Nutrimẽtorum duo sunt genera, Genus, quod facit morbum: & Genus, quod expellit morbum; vt fœtor carnis caprinæ, in contrarium decoctio anguillæ: Sic Mussula in contrarium est agnus.

Diæta in caduco morbo pro curâ habendâ est. *Mussula* est sciurus ater, qui caducum prouocat, cui obnoxius est. Contra hunc agnina caro prodest. In verâ curâ constituenda opus est, diætam poni. In Elementis cura ex nutrimentis instituí debet. Similiter & in hoc morbo. Vitanda est caro, quæ cibata caducum prouocet. Talis est sciurorum nigrorum, qui caduco laborant. Caro caprina caducum prouocat illis, qui ei obnoxij sunt. Potus de pomis vitandus, vt qui caducum suscitet. Et sicut hic potus venenum est: ita potũ lac omnium medicamen est.

Mussula quid.

Mussulæ caro caducum ciet.

Potus de pomis caducum ciet.

PARAGRAPHVS II.

Nutrimenta ægrorum in caduco sunt ista: viscus quercinus pro sale semẽ pœoniæ pro confectis: radices pyrethri pro petroselino Hellebori pro beta.

Viscus quercinus contra caducum.

Viscus Quercinus caducos impugnat, & tandem caducum expugnat. Et qui hoc morbo laborant, his viscum quercinum pro sale ministrare oportet. Et qui iusculum edunt, in quo viscus quercinus incoctus sit, nullo sale, id veriſſimum signum caduci est.

Pœonia, pyrethrum, helleborus &c. caducũ curant.

Semen pœoniæ pro confectis adhiberi debet: Pyrethrum caduco affectis loco petroselini in offas inditum, morbi curationem est. Et veluti brassicam alias esitare solemus: Sic herbę quoque contra epilepsiam patienti præberi debent. Et folia hellebori nigri meliora sunt quàm albi. Æger aliis etiam iuxta cibis vti potest, exceptâ carne caprillâ & sciurinâ. Et quales inueniuntur aut corripiuntur ægri: tales manent. De cumino frequenter bibendum est. Liberat enim hominem à caduco.

PARAGRAPHVS III.

Ab his cauendum est, vbi vitiosum sperma, vbi odor vitriolatus, vbi ventorum generatio, vbi libidinis prouocatio, vbi acutias essensificata.

Qui morbo caduco detinentur, sedulò abstineant ab illis, quorum sperma monstruosum est, vt sunt poma pyra: &c. Vitent etiam, quæ vitriolum carbonibus impositum resipiunt. Aromata nocent: nocent raphanus & rapum. Cuminum & fœniculum prosunt. Fugiantur omnia, quæ libidinem stimulant. Quamuis liceat rapa illa edere, quæ parua sunt & dulcia.

CAP. IV. DE CVRA CADVCI.

Paragraphus I.

IN curâ caduci præ manibus sunt experimenta Arcana cum experientiâ, & ingenia cum speculatione, pleraque elementata composita.

In cura caduci consideranda quæ.

In curâ caduci quatuor consideranda veniunt: *Experimenta.*) hoc est, ars vel medicina vna vnius morbi, paroxysmum quidem tollens, non morbum, qualia plurima ab hominibus inueniuntur. Omnia autem experimenta in se arcana habent: Sed plerique ignorant Dosin. Tale est in hoc morbo cranium hominis: cuius præparandi modus is est, vt calcinetur, & à calcinatione reuerberetur, & tandem Alkali extrahatur. Hic dosis vera censenda est. Ea autem per sola experimenta cognoscitur. Ex cranio etiam extrahitur

Experimenta quid.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 538 sur 913

Arcanū quid. oleum, cuius grana tria prębenda sunt. Arcanum est, si contra Medicorum canones curatio perficitur. Arcanum est ex vitriolo, quod morbum tollit vtcunque inueteratissimum.

ol. vitriolum contra caducū Descriptio olei vitrioli contra morbum caducum.

℞. *Vitrioli Romani vel vngarici* ℔.xv. *Liquoris pœoniæ, camphoræ, rasuræ eboris, spodij an.* ℥ ß.

Destilla per retortam, aut per descensum vsque in colcothar. Postea

℞. *Huius liquoris* ℔ij *Alcohol vini correcti, Aquarum Melissæ, Valerianæ an.* ℔.ß.

Colcotharis ℔j. Reduc per retortam, tum

℞. *Huius liquoris* ℔ j. *Colcotharis recentis* ℔ *ij.*

Destilla per phiolam, per diem & noctem, & exibit phlegma, liquor & oleum: Postea destilletur per balneum Maris, & secedet phlegma. Deindè destilletur per phiolam, & secedet Liquor. Tandem destilletur per arenam & oleū effluet. Phlegma adhibendum est infantibus. Dosis eius est ℥j. ante paroxysmum. His qui intra annum 20. & 40. versantur, Liquoris ℈ j. præberi solet. Quia annos 40. excesserunt, his oleum datur granorum trium pondere. Et dari possunt ista cum aq. chelidoniæ, valerianæ.

De Ingenio.

Modi perforādi cranii. Ingenium est, si quis inuenit, quod manibus perficitur, velut incisionis, sed in caduco neque scarificatio, neque venæ sectio prodest. Si morbus suum exitum habere potest, paroxysmus remittit. Suum autem exitum in capite molitur. Et per sectionem exitus, hoc modo iuuandus aut promouendus est. Paroxysmo insiliente somnus illicò inducendus est, vt craniū instrumento cenigato eò faciliùs & commodiùs perforati possit. Postea ne foramen coëat, imponatur lycinium, quod tentam magistralem nominant, & foramini cannâ argenteâ infigatur, & vulnus cum oppodeltoch in ambitu cateneo vniatur & consolidetur. Sic ergò dum vapores epileptici per cannam euaporant, paties aut nihil aut minimum à morbo molestiæ persentiscet. Hoc remedium in iunioribus quidē bono euentu adhibetur: sed in adolcioribus locum non habet. Iunioribus præcipuè etiam, per camphoram, spodium & vnicornu auxilium præstatur. Talia enim aërem coagulant.

Cenigatum instrumētum quo cranium aperitur. Quidam spinam dorsi in summitate aperiunt. Et quamdiu hæc permanet aperta non cadunt

Fel ardeæ aëre coagulat. Fel Ardeæ, si destilletur & præparetur, aërem potenter coagulat: sicut & balsamus cum galbano. Post paroxysmum eodem etiam Nucha inungenda est. Ab elemento: Manna (id est, ros exiccatur, si separetur purum ab impuro) præparatum tereniabin, si indies gutta vna vel tres in vino potentur, paroxysmus nullus infestat. Et medicamē hoc fœminis salubrius est quàm viris. Tereniabin est ros Maialis, præparatus per balneum maris. Confert in Apoplexiā, Epilepsiā, Paralysi epilepticā.

Terenia bin quid

Pro experimento etiam facit, si sumas sanguinem hominis sani, hoc modo.

℞. *Sanguinis humani* ℥ij. *Alcohol vini* ℥ß

Destilla post digestionem.

Ponantur in fimum equinum ad digestionem. Postea destillentur: destillata iterum ad digestionem reponantur sex septimanis, & in fundo, quid apparebit coloris aurei, quod optimum est. Huius ℈j. singulis mensibus sumatur sub lunam nouam. Id duodecies similiter, hoc est, integro anno, iteretur. Hoc medicamine morbus penitus tollitur: ideò pro cutâ verâ id habendum est. Insuper radix quoque pyrethri & pœoniæ destillata per Alembicum curatiuū certum est, ac opis multum præstat. Si probare ac nosse velis, an æger sanus sit factus: accipe cornu capræ ℥ ß. & assæ fœtidæ tantundem: Impone carbonibus, fumum si æger haurit, illicò cadit. Si verò morbo rectè curato euaserit, non cadet.

Dosis sanguinis humani ℈j.

Examen caduci.

PARAGRAPHORVM LIBER QVARTVS.

De Vindimiâ seu Morbis Resolutis.

CAP. I.

Morbi Declaratio.

PARAGRAPHVS I.

HVius morbi matrix Elementum Aquæ est: cuius proprietas & esse sunt in congelatis. Quia sicut aër est chaos, ita tanquam glacies hoc elementum in corpore existens materia est mucilaginosa, crystallina & gluten, vt clarum oui.

Vindimiæ matrix aqua. Vndimia in solo est elemento Aquæ. Elementum Aquæ, quod in corpore exiitit, est mucilaginosum congelatum: & propter congelationem, quando ea dissoluitur, est principium morbi. Omnes aquæ, quæ in vulnera abeunt, elementum sunt aquæ, vt sinophea.

PARAGRAPHVS II.

Quod si hæc elementata, vel ex speciebus species vna sumeret resolutionem, principium morbi vndimiæ primum est, iuxta qualitatem speciei, aut omnium, ex quibus ducit originem. Vndimia Rocha vel scissa, vel Glacies, vel Nitri.

Si quando ergò elementum aquæ vigore suo congelationem pertransit, morbus insilit. Vndimia est Hyposarca: Hyposarca peruadit omnia membra, & mortem inducit per frigiditatem. Nec aliud est, quàm resolutū alumen. Ipsius species sunt ex rocho, vel scisso, vel glacie vel nitro. Id ex tribus documentis liquet. Primò ex purgatione. Nam si ægro Turpethum detur, aut per sedem, aut vomitum Aquam excernet, quæ ad iguem cocta alumen deponet. Idem fit & per vrinam. Nam si raphanus syluestris aut alia diuretica propinentur, species hyposarcæ prodibunt. Tertiò per sudorem idem quoque similiter exhibetur. Nam si theriacæ ℥j cum Euphorbij ℈ß. propinetur, sudor largiùs prouocabitur. Lintea resiccata si quatias, pulvis quidam instar salis decidet qui morbi indicium exhibet.

Hypo-sarchæ species quot.

Sudori-ferum fortæ.

PARAGRAPHVS III.

Quæ mineralia huius sunt conditionis, vt Rochum scissum, glaciei & nitri, congelatam habent naturam, aluminosam (id est alu-

minis

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 539 sur 913

minùs trudi) albumineſam , cum exemplo prædictorum: ex vnâ parte gluten , ex alterâ liquor tenax in toto corpore.

Hypoſarca ex alumine reſoluto.

Si alumen reſoluitur , hypoſarca gignitur. Veluti ſi Rochum reſoluatur , hypoſarca rochi eſt : Sic de ſciſſo , glacie & nitro iudicandum. Si palpebræ intumeſcunt , ſignum hoc quoque hypoſarcæ eſt. Idem ſignant etiam foueæ ad ſpinam dorſi in manibus ac pedibus. Et huiuſmodi ſigna 16. vel 18. annis priùs apparent. Si color faciei alteratus ſit. & foueæ fiant, ſignum id eſt mortis. Quæ mulieres profluuium habẽt, ſi illud reſiſtat ac ſupprimatur , & ſpina dorſi foueis notetur, ſignum hoc hypoſarcæ eſt. Quo caſu nihil conferentius & ſalubrius eſt, quàm vt profluuium prouocetur. Hoc enim quamdiu durat , fœmina ab hypoſarca immunis exiſtit.

PARAGRAPHVS IV.

Caſus Reſolutionis cum cauſâ eſt elementum accidens , terreum accidens à ſuo procedit reſoluto: Aëreum accidens ex coniunctione internorum elementorum. Aqueum accidens à vaporibus vtriuſque elementi permixti : ſed igneum accidens ex ſpiritibus elemẽtorum ſuorum.

Alumen quatuor habet accidentia ſecundum quatuor elementa, ſicut congelatum in corpore exiſtit. Si terreum elementum moueat ac ſoluat , ægritudinem nullam ſuſcitat , ſed elementum aquæ cogit ad ægritudinem aut hypoſarcã. Et hoc ſciendum propter curam. Iam ſi Vndimia ſit terræ , ex alumine Rochio eſt. Conuenit ergò ex eodem curam quoque procedere elemento. Porrò ſi elementum aëris quoque ſimiliter permiſceatur , generat hypoſarcam aëris. Si autem elementum aquæ ipſum abſque alio elemento morbum moueat, & ſalia ſua propria reſoluat , generat hypoſarcam aquæ. Quãdo denique elementum ignis cum elemento Aquæ ſimiliter iungitur , hypoſarca ignis fit. Et hęc propter curam ſedulò noſcenda & diſtinguenda ſunt, vt quâ ratione ea inſtituenda ſit, ratum habeatur.

PARAGRAPHVS V.

Diæta vndimiæ Medicina eſt. Et vndimia ſi ſicca fuerit , vtilis medicina. Si humida , perditionis ſignum.

Vndimia qualis diæta.

In curâ obſeruata comprimis diætâ opus eſt. Fabæ , lentes , cicer ſalubria ſunt. Caro toſta non conuenit. Stomachus enim ab humiditate ſolutus digeſtioni aptus non eſt. Panis fabaceus optimus eſt , in hypoſarca eſitatus. Herbæ diureticę omnes conueniunt , quia humiditatem ſecum extrahunt. In vinum poni , & cibis permiſceri debet lupulus. Expellit enim humiditates ſtomachi , dum vrinam prouocat.

Vndimię cura.

Cura in duobus poſita eſt. Primò corpus purgandum eſt. Poſtea ſpecificis roborandum & confortandum. Proceſſus autem curæ iſte eſt, vt ſucceſſiuè purgetur cum ſi ere montano quæ purgatio valida eſt in hypoſarca , ſi in iuſculo decoquatur , & huius ʒiij. vel ʒiiij. ſorbeantur.

Siler montanũ prodeſt vndimię.

Sic in vino laxatiua quoque danda ſunt : veluti ſi turpethum in vino ſuſpendatur & maceretur. Poſteà ad prouocandam vrinam digrediendum. Hoc facto, vera cura adeunda demum eſt. Alia velut clyſteres , parùm conferunt. Nonnunquam etiam cum theriacæ ʒ ß. & euphorbii ℈j. ſudor prouocandus eſt. Manna , Crocus , Martis , Liquor corallorum , dulcedo Saturni , in omnibus huius morbi ſpeciebus valent. Eodem modo etiam raphanus maior in aqua decoctus, & cum melle in electuarium concinnatus, valde vtilis exiſtit. Poſt hęc omnia vera cura inchoanda eſt. In vndimiâ autem principale eſt Diacubebe. cuius compoſitiones in ſpeciebus ſingulis ſequuntur.

Diacubebe principale in vndemiâ

Deſcriptio in primâ ſpecie , hoc eſt , in vndimiâ Terræ.

Cura vndimiæ terræ.

℞. *Specierum diacubebæ* ℥j. *Carabé ſeminis plantaginis Anethi an.* ʒj. *Zuccari mundati q. ſ.* F. Mixtura. Doſis ʒj. ß. manè & ſerò in vndimiâ terræ.

Aquę.

In ſecundâ ſpecie , id eſt , aquæ ex alumine ſciſſo deſcriptio.

℞. *Spec. diacubebæ* ʒ ij ß. *Corallorum rubeorum Mumiæ , ſang. Draconis an.* ʒ iij. Fiant trochiſci cum tragacãtho diſſoluto in aq. Endiuiæ.

Aeris.

In tertiâ ſpecie , Aëris , glaciei , ſcilicet deſcriptio.

℞. *Diacubebæ* ʒ j. & ʒ ij. *Cubebarũ* ʒ ij. *Raſuræ eboris , camphoræ , ſpodii an.* ʒ ß. F. trochiſci , vt ſupra.

Ignis.

Pro quartâ ſpecie , id eſt , Ignis & Nitri deſcriptio.

℞. *Specierum diacubebæ* ʒ vij. *Zinziberis* ʒ j. *Maſtichis* ʒ j ß. *Alkakengæ* ʒ iij ß. F. trochiſci, vt ſupra.

PARAGRAPHORVM LIBER QVINTVS.

De Morbis ſiccis ſeu phthiſi.

PARAGRAPHVS I.

QVod ſi elementum igneum in ſuam ſiccitatem abit , certum ſignum eſt aliorũ etiam elementorum conſumptionis. Sciendum autem, hanc ſiccitatem ex ſicco igne deſcendiſſe , cum conſumptionibus trium elementorũ in ſuis corporibus.

Phthiſis quid.

Tabes ſeu phthiſis , aut morbus ſiccus aliàs vocatus , nihil eſt aliud , quàm conſumptio , aut partium cum doloribus , aut totius corporis ſine paroxyſmo & doloribus. Primò aût in corpore coaguiatum reſoluitur. Poſtea conſumit elementum ignis ſuâ ſiccitate partes corporis , & tria reliqua elementa , ac ſpatio anni vnius vel duorum omnes corporis ſuperfluitates penitus exhaurit tollitque. Interim ex alimentis in partium nutrimentum nihil aſſumit. Vnde vel corpus totum ſiccum efficitur & ex-

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 540 sur 913

tenuatur. Hæc aût extenuatio ex cæcâ & latẽte impreſſione cœli fit. Vocatur aliàs Aridura. Morbus autem hic vel membrum vnicum tantum affligit, aut plura, aut totum corpus. Nec vitium hoc in ſolo pulmone conſiſtit, verum etiam in cerebro, corde, hepate, renibus, liene & partibus aliis, velut in oſſibus, venis, nervis, articulorum, ſynouia, medullis, &c. Sub vno autem nomine ſpecies vniuerſę comprehẽduntur, quæ ex ſignis, quæ varia ſunt percipiuntur ac diſcernuntur. Tremor indicat cor conſumi. Tuſſis & puris ſcreatio, læſi pulmonis certum indicium exhibet. Copia vrinæ hepatis & renum vitia prodit. Tuſſis ab hepate quoque affecto oritur, ſimiliter & à renibus. Inflammatio punctionis, & dolores laterum, ſplenis & hepatis conſumptionem arguunt. Ardor fellis eſt grauitas & compreſſio ventriculi. Caro patitur cauitates & ſciſſuras, quæ in genubus admodum periculoſæ ſunt. Nerui contrahuntur, ſanguis exiccatur, ſynouia dolet. Et hæc eſt conſumptio partium, à quâ certi ſui dolores nunquam ſeparantur. Vniuerſalis tabes totius corporis lentior & tolerabilior eſt, & corpus extenuat citra ingentem dolorem. Si cutis circa genua rumpitur aut ſcinditur, conſilium aut cura nulla proficit.

Tabis particularis quę ſigna.

Tabes vniuerſalis qualis.

PARAGRAPHVS. II.

Quare notandum in his, quòd ſiccitas ignis minutionem corporis facit, propter humiditatem. Pars ſicca & cruda Mors eſt. Humiditas verò ipſa ægritudo.

Huius morbi principium aut cauſa non principaliter ab oppilatione, aut catarrho humido eſt: ſed fit ex occultâ impreſſione cœli. Sol enim microcoſmi omnes humiditates conſumit: Vnde corpus & membra exiccantur. Tandem mors ſequitur aut membrorum, aut corporis totius.

Phthiſis cauſſa occulta.

DE CIBIS.

Liquiritia, polypodium, lentes, vuæ paſſæ. ſemen portulacæ cum Lactucâ, Raphanus maior & minor, caulis Romana, Bleta rubea.

Phthiſis dięta & cura quæ

CVRA.

℞. *Axungiæ cerui* ℔ *x. Ol. de Baccis lauri* ℥ *vj.*
Medullæ cerui ℔ ß. (*al.* ℔ *v*) *Ol. de Angelica ad pondus omnium.*
Succi Endiuiæ q. ſ. pro decoctione.

Reduc in vnguentum, ad ſpatium decẽ ſeptimanarũ vtendum. Vnge bis in die, manè & ſerò, totum corpus. Hinc laua in aquâ aceto mixtâ decoctâ, tunc reſtaurantur ſenſim.

Morbus hic ſemel expugnatus, denuò non redit. In eo tamen curando priùs diæta inſtituenda eſt. Poſteà medicina attingenda. Corpus ita humectandum eſt, vt ſol Microcoſmi ſubindè inueniat, quod conſumat. Hoc per arcana præcipuè obtineri poteſt, quibus Medicus cælum, ex quo morbi oriuntur, veluti cogit, coërcet, ac innouat. Summum autem huius morbi arcanum eſt liquor Margaritarum, qui eſt Elixir. In cibo potuque aſſumenda quæ conueniunt vt ſunt, Liquiritia, polypodium, lentes, vuæ paſſæ, portulaca, Lactuca cum ſeminibus, raphanus vterque, beta rubea, betonica, carduus benedictus, nuces pineæ, maluæ ſpecies omnes. Ex intrò aſſumendis, aqua hederæ terreſtris cum tertiâ parte aquæ portulacę in hoc morbo cumprimis ac ſingulatiter iuuat: & ſi fors aliqua corporis vena rupta ſit, tertia pars aquæ cyclaminis addi debet.

Ante reliqua verò omnia compoſitio Diacorallorum in tabe maximi fit. Et hoc modo paratur.

Diacoralli deſcriptio.

Deſcriptio Diacorallorum.

℞. *Corallorum rubeorum & alborum* ℥ *vj. Fl. ſiue liquoris de camphorâ. Spodii, ſem. Lactucæ an.* ʒ *iij. Florum Antimonii, croci Martis an.* ℥ *j* ß. Reduc ad formam cum tragacantho vel gumi Arabico. Doſis a ʒij. vſque ad ʒ v. vel vj.

Huius medicinæ vſus continuandus eſt, donec vrina ſpumam ſpongioſam non amplius exhibeat, quæ ad priſtinum ſtatum reducenda eſt. Arcanum alterum in hiſce morbis eſt Stybium, quia Saturnum hîc dominantem in ſtellam Veneris benigniorem tranſmutat. Experimenta ſunt etiam quædam foris adhiberi ſolita: veluti vnguentum ex pinguedine gliris montani, quem vulgariter murmentum nominant, cuius deſcriptio hæc eſt.

Stybium arcanum phtiſis.

Experimentum ex pinguedine Murmentorum.

Vnguẽtũ Murmẽtorum contra phthiſin.

℞. *Pinguedinis murmentorum* ℔ *v. Medullæ bouis* ℔ j.
Taxi ℔. ß.
Ol. Amygdal. amarar. ad pondus omnium.
Vini rubei q. ſ. pro decoctione. Reduc in formam vnguenti, quo vtatur, donec vrina mutetur.

Aliud experimentum per balneum in ſiccis morbis.

Aq. reſolutæ q. ſ.
Herbæ valerianæ
Arnogloſſæ.
Allij an. q. ſ. pro balneo.

Aqua cum herbis ebulliat, & poſtea in hanc, herbis exemptis, indatur.

℞. *Vitrioli albi, Marcaſitæ argenteæ an.* ℥ *ij.*
Vitrioli communis, Aluminis Sochi an. ß.
Sulphuris viui ℔ j. Balneum.

Sulphur viuum eſt ſulphur non fuſum. In hoc balneo æger decem ſeptimanis lauare debet(Et ſi id octiduum durauit, addi debet Carabe triti ℥ j ß. aut ſuprà. Morbus ſi ſemel exigatur, non reuertitur. Quibus in morbo conſumpto ragadia aut ſciſſuræ in genubus oboriuntur, his cura nulla ſupereſt.

PARA.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 541 sur 913

PARAGRAPHORVM. LIBER SEXTVS.

De Leprâ.

CAP. I.

Declaratio Morbi.

PARAGRAPHVS I.

Lepra quid.

LEpra est corporis elementati putrefactio cum mineralibus suis. Quatuor igitur species lepræ sunt. Est etiam lepra permixta. etiam composita, & lepra vniuersalis.

Lepræ species quatuor.

Lepra nihil est aliud, quàm corporis in putrefactionem degeneratio, ex qua iste morbus oritur. Primò autem Lepra in membris minùs principalibus ex elemẽtis oritur. Vnde quatuor species recẽsentur, Terræ, Aquę, Aëris, Ignis. In principalibus membris Lepra gignitur extra elementata. Posteà putrescit interdum elementum vnicum: quæ Lepra simplex vocatur. Aliquando duo vel plura simul putrescunt. Vnde lepra mixta vel composita oritur. Si autem elementa simul omnia in putredinem abeant, lepra fiet vniuersalis, cuius certum indicium est: si digitus, auris, aut nasus integre decidat. Si elementum vnum putrefit, cætera velut reluctantur, ne ipsa simul corripiantur putrefactione. Duobus autem elementis putrescentibus, aut infectis, elementa duo reliqua, & liquor naturæ faciunt, ne corpus totum eâdem labe tangatur. Et cuius elementi Mineralia putrefactionem inducunt: eiusdem membri mors sequitur, velut & membrorum principalium, si lepra in illis hæret. Vbicunque autem locorũ lepra centrum suum figit, ibi oritur magnus ardor, tumor, stupor. Et lepra terræ in facie primò erumpit. Lepra aquæ inuadente pedes primo intumescunt, nec frigus ferre possunt. Inflantur etiam genitalia, & exulcerantur, quæ vlcera difficulter sanantur. Si lepra in elemento aëris seu chao hæret, animæ fœtor sentitur, & corpus totum discoloratur. Si elementum ignis sit, phlegmones totum corpus occupant, cum ardore ingenti, quæ ab exacto anno denuò redeunt. Huiusmodi phlegmonica vlcera signũ sunt principii lepræ ignis. Supereſt alia etiam species lepræ, quæ in membris principalioribus oritur, non elementis. Lepra pulmonem tentante, mineralia pulmonis inficiuntur, vox rauescit, nisi pedes prius intumuerunt. Tunc enim lepra ista commixta est lepræ aqueæ. Si lepra in hepate sit, sitis perit, cutis asperior euadit, nec ctustæ tamen decidunt. Lepra vesicę designatur, si continentur pus mingitur, & pudenda vlceribus exeduntur curatu difficilibus. Si sanguis liuidus & arenosus est, ea lepra splenis censenda est. Cordis lepra se prodit morsu foueę pectoris seu sterni, & vlceribus ponè in dorso & circa spinam enatis quoties vel scarificatione, vel confrictu cutem vulnerant, quorum crustę decidunt. Leprâ in renibus hęrente, vrina fit alba cum colore albo pulsus rarus & imbecillis est, & dolor dentium incumbit, post quem dentes elabuntur. Lepra ex felle emergente, vomitus infestare incipit, ad annum dimidium & longiùs interdum continuandus, & in lingua tubercula enascuntur. Lepra cerebri graueolens pus fundit & ægri per nares loquuntur, etsi palatum læsum & foraminosum non habeant, frontsque ipsis & oculi intumescunt, & ponè in Nuchâ pruritus excitatur.

Signa lepræ partium principalium pulmonis.

Hepatis Vesicę, Splenis. Cordis.

Renum.

Felle.

Cerebri.

PARAGRAPHVS II.

Zephena primum signum in lepra & acumina: item color Lazurius, item orizeus, vel compositus cum vlceratione.

Signa lepræ vniuersalia.

Zephena quid.

Hęc sunt vniuersalia signa. Zephena est vlcus seu foramen quodlibet in corpore, eius modi mensurę ue tandem sit. Leprâ affligente, emunctoria vniuersa suum Zephænum produnt, & in rotunditatem coëunt, angustantúrque. His os quoque contrahitur, & loquuntur velut ex cauo quodam. Aures rubescunt velut, in suibus. In sanis etiam circulum rotundum faciunt. In leprosis circulum alium conficiunt. Priapus contorquetur in lepra. Acumen est, quando aliquid acutiùs se ipso redditur. Sic definitum acumen habent nasus, aures, digiti. Hęc vero vniuersa per lepram acutiora & graciliora fiũt. Quin & dentes ipsi acuuntur. *Color Lazurius* est Cyaneus. Quando color viuidus cutis in liuorem degenerat, lepræ id signum est. Nec liuor vllibi manifestior apparet, quam in zephenis & acuminibus. Orizeus est purpureus. Hoc tali apparente, lepra instar. Hoc colore buccæ marcidæ euadunt. Et Orizeus color, signum lepræ exsistit. Si multi colores permiscentur, signum læpræ hoc quoque est. Hæc autem signa omnia in cute etiam integrâ apparent. Nã lepra colorum variorum genitrix est.

Lepra omnia graciliora.

Color Lazurius quid.

Color Orizeus quid.

CAP. II.

De Examine Leprosorum.

PARAGRAPHVS I.

De iudiciis Lepræ ex accidente.

LEprosorum examen ex his cognoscitur signis. Primùm ex vrinâ scatea, secundũ ex stercoribus, & est de lepra ex accidente cũ prima specie per vrinam, in secunda in stomachi regionibus cum intestinorum partibus.

Lepræ triplex origo.

Qui lepra infectos explorare & dignoscere volunt, hi opus habent, vt tres lepras considerent. Vna est ex Acidente. Altera ex sibi innata natura. Et tertia à Casu. Vrina scãrea, leprã ex accidente indicat. Quamquam nonnulla lepræ præseruatiua sint, quæ illam ita corrigant, vt verè dignosci non queat. Triduo ergò ante examen æger includendus est, ne huiusmodi præseruatiuis vtatur. Vrina, quæ scatea prodit, in aquam calidam imponenda est, & quadra seu orbis ex ligno fraxini vitro superponi, & probe obturari rimę debent. Vrina illa si hoc modo destilletur, & in orbe asperum quiddam & candidum (si resiccetur) appareat, certissimum id lepræ signum est. Et ista lepra ex vrinâ est. Ex stercore ita indicium fieri potest. Sumatur stercus leprosi, & aquæ iniiciatur, hęcque probè agitetur, posteà sensim superna effundantur. Hoc iterandum tories est, donec nullum fere stercus supersit. Quod si tandem in fundo instar salis aliquid resideat, id lepram in stomacho omninò coarguit.

Leprosi ante examen triduo obseruadi.

Signa lepræ ex vrina.

Ex stercore.

PARAGRAPHVS II.

De Lepra à casu.

Signum ex sudoribus cũ coagulatione primum

mum: ſecundum ex diuerſitate puſtularum tertium ex epiglotto & ex capillis, Hæc ſunt ſigna lepræ à caſu.

Sauina eſt lepra Et menſtruum facit idē

Lepram à caſu contrahit, qui ſauinam edit. Hoc enim certiſſimum ſignum eſt ſecuturę lepræ. Similiter & menſtruum deuoratum leprā inducit. Si lepra ex caſu per ſudorem noſcenda eſt, ſudandum ægro eſt in balneo ſicco. In hoc ſi ſudor non granulatim inſtar perlarum erumpat, adeoque totum corpus ſudet: lepræ inſtantis id ſignum eſt. Quin & de leproſo exſtillans ſudor aſſeruatur. Qui ſi refrigeratus ſaleſcit, ſalq; illud in aquam coniectum non diſſoluatur, eius ſignum certum eſt. Idem de ſanguine quoque iudicium. *Ex diuerſitate puſtularū.*) Sæpe fit, vt tubercula in cute enaſcantur. Id perfectum lepræ ſignum non eſt. Si tamen proceſſu temporis tubercula illa exulcerentur, & cruſtas contrahant, aut pruritum moueant, ſignum lepræ certiſſimum eſt. Si cum raucedine vocis pruritus inſultet, aut ſenſus cutis obſtupeſcat, lepræ ſignum certiſſimum eſt. Signa etiam ex epiglotto patent. Epiglottum eſt inſtrumentum argenteum, ſimile illi inſtrumento quo ſutores calceos pedibus induunt. Hoc inſtrumentum oculis ſubſternitur, & in illud pili diſtringuntur. Qui ſi excidant, ſignum lepræ eſt. Idem teſtantur etiam capilli iuxta aures defluentes.

Signum lepræ ex ſudore, &c.

Epiglotū quid. Epiglottovt probetur lepra.

PARAGRAPHVS III.

De ſignis lepræ innatæ.

Sed per concauitates & carnis conſumptiones iuxta pollicem: item & per orizeos colores & lazurios, & per luxuriam vehementē, per frigus & colores ab extra, innatæ lepræ ſigna.

Si buccæ in medio concidant & ſubſidant, ſignum id lepræ eſt. Quibus autem buccæ graciliores, ſuperiùs craſſiores ſunt: quàm inferius, lepram vel hæ quoque arguunt. Quibus fœminis mammillæ ſuperiùs duriores, inferius molliores apparent, inſuper foueis factis conſpicuæ, hæ lepram teſtantur. Idem de viris quoque cenſendum, ſi eorum papillæ minus carnoſæ ſint, velut & clunes. Carnis conſumptio ea eſt, quando caro intra pollicem & indicem interiecta pinguis non eſt, cum concauitatibus. Hæc enim lepræ ſignum. Qui poſt coitum vehementem famem aut ſitim ſentit, leproſus eſt. Qui nimis leui occaſione vel calore vel frigore percellitur, lepræ ſuſpicionem mouet.

Signa lepræ innatæ.

CAP. III.

De ſignorum differentiis.

Prima differentia ex Alopecia procedit, cum ſignis faciei, vt in gutta roſacea, in prana tentigine, & in polypo extraneo. Secunda differentia in pruritu eſt ex cauſa aſſūpti veneni. Tertia differentia ab extraneis eſt, vt à Realgare & à frigore, & calore externo. Quarta differentia à carnibus, medicaminibus, & à morbis originem ducit.

Alopecia, amygdalę in collo, fœditas faciei, lepræ quidem ſimilia ſunt, ſed verum tamen eius iudicium non prębent: ſimiliter & alii morbi veluti gutta roſacea, tentigo praua & polypus extraneus: vbi etſi quidem tubercula appareant, ad lepram tamen ea referenda non ſunt. Pruritum ex venenis ſentiunt, qui venenum deuorarunt, vel cum auripigmento, vel ſale Armoniaco, ſale confecto cum Vrina, etiā ex menſtruis, ex ſanguine hæmorrhoidum, ex ſanguine ſiniſtræ ſaluatellæ. Hæc enim omnia venena ſunt, occidere quidem non valentia, ſed corpus tamen ægrum, & cutem leproſis ſimilē reddentia cum conſumptione. Et licèt quidem buccæ concidat, aut digiti gracileſcant, aut ſigna cætera appareant, lepra tamen illa minimè eſt. Lepra à frigore & calore lepram gignit & alios morbos, & manus Pedéſque finduntur. Si verò lepra futura eſt, in pulmone ea eſt, & raucedinem vocis habent.

A Caloribus.) Sæpe fit, vt Balneatores, velut in Miſniâ & Saxoniâ conſumantur. Hæc tamen lepra non eſt. Lepra tamen nonnunquam ab ingenti calore inducitur. Hi veſiculis ex aſperantur, & rauceſcunt, &c. Et hi leproſi nondum ſunt. Sin verò præter ea etiam gracileſcāt in dictis locis, lepra ea eſt.

Balneatores plerumque conſumpti.

A Realgar.) Coquos, qui metalla tractant in culinis, ex his morbus ex realgare infeſtare ſolet. Qui liquefaciunt vel realgar, vel ferrum, plumbumve, aut cuprum, aut ſtannum: his vapor inde exſpirans morbum infligit lepræ non diſſimilem, & eoſdem etiam raucos reddit. Sic qui cuprum eliquant, rubeam faciem contrahunt: nec tamen ea morphea aut lepra eſt. Et quicquid non contagioſum eſt, ita vt alter ab altero illo infici queat: id leproſum minimè eſt. Si ergò foſſori aut fuſori alicui minerarum aures aut concidunt, aut intorquentur; & caro intra pollicem tabeſcit, id lepræ ſignum certiſſimum eſt. Similiter etiam de coquis iudicandum. Inſuper & carnis porciniæ proprietas eſt, vt in faciem efferatur & extuberet: quæ tamen lepra non eſt, ſed tum quando ſigna procedunt ex zephena. Sic ſi quis à coitu rauceſcit, niſi ſignum Zephenæ adſit, lepra non eſt. Lepra etiam ſæpius emergit ex hydrophobiâ, ex puſtulis, ex alopeciâ, ex morpheâ, & noli me tangere, & polypo. Quatuor hęc ſi ægritudines generant, & pariunt raucedinem, ac præterea amygdalæ liueſcunt: tunc ea lepra eſt, & eſt vnus morbus. Sic ex quartanâ febri naſcitur pruritus: & qui in magno æſtu bibunt, rauceſcunt. Lepræ tamen hæ nondum ſunt. Si verò poſt quartanam nares concidunt, ſignum hoc lepræ inſtantis eſt. *Ex ſanguine.*) Si ex ſaluatellâ miſſo ſanguine aliquis in ſiniſtro latere ſcabie tentatur, nec raucedo iuxta adeſt lepra ex iſto pruritu non noſcitur.

Coqui, morbus ex Realgare obnoxiti.

Lepra non eſt, niſi quæ contagiū habeat.

Lepræ ex quartana ſignū.

CAP. IV.

De Cura Lepræ.

Lepræ alba ſigna.

PARAGRAPHVS I.

Lepra in curâ ſua duas ſpecies habet: rubeam, & albam. Lepræ albæ hæc ſunt ſigna: Cutis color alienus, chaos exitus cum fœtoribus, raucedo vocis, & excrementorum fæces. Rubeæ lepræ hæc ſunt ſigna: Cutis vlceratio, ſerpigo cum pruritu, & puſtulæ.

Lepræ albæ ſigna.

Lepræ albę ſua peculiaris cura eſt. Sua peculiari etiam rubeę.

Leproſo

Leprę rubeę signa.

Leproſo in examen adhibito, lepra alba coloris alterius eſt. Qualis enim cutis in facie, talis in toto corpore eſſe debet. Exitus chaos ſi fœtet, lepræ albæ certiſſimum ſignum eſt. Si fœtores erumpunt alii inſtar toſtæ cœpæ, alii inſtar arſenici: Si vrinæ is fœtor eſt, qualis chaos ex ore: ea res ad curam albam pertinet. Quin etiam ſtercora olent velut fœtor ex ore exhalãs. Lepra rubea propter rubeam curam ſic dicta Si cutis ita vlceretur, vt foramina relinquantur, ad curam rubeam ſanatio referenda. Si veſiculæ in cute erumpant: ad curam rubeam referẽtur: ſimiliter ſi tentigo praua, ſi alopecia inſtet, iſthæc vniuerſa ad curam rubeam pertinent.

Leprę preſeruatiua quę ſint.

PARAGRAPHVS. II.

Proceſſus lepræ duplex eſt: Primus de conſeruatione; & ſecundus de curâ lepræ. Quæ ad conſeruationem pertinet: iſta ſunt. Antimonii extractiones ſanguinis eſſentia de vena cordis, perlarum & corallorum liquor, ſpecifica de granis Iuniperi, de meliſſa, cichorea, & valeriana.

PARAGRAPHVS III.

Leprę quæ curatiua.

Quæ ad curam pertinent, ſunt iſta. Auri mineralia, mannæ virtutes, & Terebinthi, argentum cum ſuis ſpeciebus.

Cura Rubeæ ex Auro.

Vt aurum potabile, liquor auri, ſuccus orizei, liquor aureus. Doſis granum vnum in bono vino, manè. Omnia illa habent vim.

Cura albæ ex Argento.

Oleum argenti, liquor argenti, ſuccus argenti, aqua lunæ. Doſis ℈ ß. ſemel in Luna. Item præcipitatus, argenti & auri ex corpore creato, & dein in primam materiam reductus, poſteà præcipitatus, ſummum arcanum in cura lepræ.

Lepra quę incurabilis

Vltima lepra in coxendice foramina efficit & dolorem cum conſumtione illius partis, & hæc incurabillis.

Qui curam aggredi volunt elementum conſeruare debent. In hâc conſeruatione balſamũ naturæ tueri oportet: ac res illas adhiberi decet, quæ cadaver ſuſtentare, ſeu conſeruare queunt, ne id putreſcat: Ex hoc cenſu eſt antimonium, genus mannæ & therebinthi præparatum. Simili modo etiam conſeruat balſamus naturæ. Sic eſſentia vini conſeruatiuum eſt in lepra, nec putredinem admittit. Doſis antimonii ſcr. ſs. in ſeptimanâ ſub auroram. Sanguis procedere debet à venâ cordis. Eſſentiæ de granis Iuniperi & meliſſæ, putredinem non admittunt. Doſis ſanguinis humani vnc. ſs. ſemel in menſe in ſecundâ die poſt oppoſitionem. Doſis perlarum & corallorum grana iiij. omni die in aurorâ. Meliſſæ, Valerianę & aliorum doſis à drac. j. vſque ad vnc. j ſs. omni manè.

Balſamũ naturę conſeruat antimonium Manna.

Antimonii doſis ℈ß. Sanguinis doſis ℈ß.

Curæ lepræ rubeæ procedit ex auro. Et eſt liquor auri, & aurum potabile, ſuccus orizei, liquor aureus. Omnia iſta habent vim. Doſis eſt granum vnum, Manè in bono vino.

Aurum cura lepræ rubeæ.

In leprâ albâ eſt argentum, oleum argenti, liquor argenti, ſuccus argenti, id eſt, aqua argenti. Hæc prouenit ex argento non fulminato. Doſis argenti ſcr. ſs. ſemel in lunâ, hoc eſt, à nouilunio ad nouilunium.

Argentũ cura lepræ albę.

Semel in lunę

Prima materia Solis & Lunæ procedit ex corpore perfecto, & reducitur ad primam materiam. Ille Mercurius tollit lepram induratam.

Vltimum lepræ ſignum eſt ſi illa eo vſque deveniat, vt coxendix cum dolore infeſtent. Caro in coxis tabeſcit & concidit, velut iuxta pollicem. Et iſto caſu nec cura nec præſeruatio cõmoda eſt.

PARAGRAPHORVM LIBER SEPTIMVS.

De Gutta.

CAPVT PRIMVM.

Guttæ materia.

PARAGRAPHVS I.

Gutta quid & quando.

GVtta eſt Synouia ſuæ partis, à qua parte procedit, ſequitur ex iſta parte iſtius dolor & paroxyſmus. Gutta paralyſis eſt, & apoplexia, contractio membrorum.

Gutta eſt quodlibet membrum, quod in ſeſe ſuam virtutem perdit. Idem fit in gonorrhœâ, in defectu loquendi, in oculis, in auditu. Morbus autem iſte nihil eſt aliud, quàm quòd membrum officium ſuum obire nequeat. Aliàs defectionem nullam in ſtomacho habet, aut in nutrimentis. Accidit etiam paralyſis in corde & ſplene. Cauſa eſt, ſynouia à parte ſuâ ſeparata. Nullum enim in corpore membrum eſt, quòd ſuam ſynouiam non habeat: & in ligamentis ſimiliter. Tendines etiam infici poſſunt: & tunc cietur paralyſis in digitis. Fit nonnunquam, vt caro obſtupeſcat. Et iſta eſt paralyſis iſtius mẽbri. Fit etiam paralyſis in dentibus. Et ſi dentes ex morbo excidant, à paralyſi fit. In corde paralyſis ſubitaneam mortẽ inuehit. Ac ibi gutta non eſt, quæ illabatur, ſed cauſa eſt ſynouia. Eſt enim Synouia ſtomachus membrorum. Et nutrimenta vniuerſa, quibus membra ſuſtentantur, digeruntur in ſynouiam.

Guttę cauſſa, ſynouia ſeparata. Guttam ſuſcipiunt omnes partes, quæ ſynouiam habent.

In renibus partibus caro conſiſtit, in illis ſynouia rubea eſt. Synouia ſanguinis, ſaturatè rubra eſt. Synouia cerebri eſt cinerei coloris, craſſiorque albumine oui. Splenis ſynouia eſt atra. Fellis ſynouia lutea eſt & craſſa. Synouia in renibus, hepate, corde, & ſplene, pro partium conditione colorata eſt. Synouia matricis ſatis craſſa eſt, & Veneta, ac admodum lenta. Medullarum ſynouia ſpicea & viſcida. Paralyſi ergò inuaſura, mutatur ſynouia, à parte ſua. Et quęcunque pars mutatur, illa paralyſi corripitur: quę perſiſtit tam diu, dum ſynouia iterum vniatur.

Synouia qualis in ſingulis partibus.

PARAGRAPHVS II.

Synouia quæ virtus.

Synouia partis ſuæ eſt nutrimentum & conſeruatio retentiua & motiua virtutis, ex viribus virtutis digeſtiuæ.)

Synouia habet virtutem attractiuam, & retentiuam, & motiuam, & attrahit ſynouia ad partem ſuam. Quod renes attrahunt, ſynouia attrahit

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 544 sur 913

trahit non renes. Sic de cæteris membris. Et paroxysmus inuadit pro natura membri. Quæ loci ratio: ea paroxysmi conditio. Si synouia secedit à parte sua, ad illam denuò non redire potest. Ideò semen vniendum est. Materia peccans purgari non potest; adeoque synouia, quæ à parte sua resoluta est, ea peccans adimi debet & auferri.

Synouia semel perdita, parti nõ reponitur.

PARAGRAPHVS III.

Ex his sequitur morbum ex sequestratione esse, cum primâ generatione anodyni suæ partis: quia synouia separata relictæ partis insensibilitatem facit.

Synouia separata insensibilitatẽ facit.

Si Synouia à parte sua separetur, facit in illo membro insensibilitatem. Sinouia partem in sese sensitiuam habet, non membrum. Si ergò Synouia membro subtrahitur, partis nutrimentum & sensibilitas subtrahitur. Postea membrũ illud Phthisis, & tandem putredo corripit.

PARAGRAPHVS IV.

De Accidente.

Casus morbi à coagulatione est, deinceps à resolutione congelata. Omnis enim humida coagulatio futuræ resolutionis signum ex quâ resolutione morbi cum sequestratione prædictarum duarum causa. Igitur signum veræ Apoplexiæ spuma, suffocatio cum contractione. Signum paralysis, alteratio membri, & partis stupefactio. In gonorrhœa signum excrementi materia. Aliarum ægritudinum signa, amissio sensus, cum morbo iuxta Anatomiam.

Sanguinem quę coagulẽt & synouiam.

Si continenter *portulaca* vescenti vena secetur, sanguis non profluet. Si quis nutriatur solo *caseo & piscibus*, per nouem decémue dies si vulnereturtis, non cruentabit. Qui assiduo pinguedinem & adipem esitat, is diabeticam & gonorrhœam prompte incurrit. Coagulatur etiam in nobis, si edantur, *sempernina*, id est, *pinula, & barba Iouis, lactuca, semen lactucæ, essentiæ vini, psyllium, & quæuis mucilago.* Hæc talia si edantur cum ipsis Synouia quoque ingeritur. Sinouia itaque consistente, si cum *carniola* sanguis sistatur ille hunc ad biduum coagulat, & tandem resoluitur, *sperma* verò *ranarum* coagulat ad annos 10. vel 20. Sunt etiam, quæ esitata in nobis synouiam coagulant, velut *essentia vini*, & quæuis *mucilago à fœnugræco, psyllio.* His enim si essentia vini coniungatur, ipsa coagulat absque vi rigore Synouiam coagulatam sequitur resolutio partis. Parte autem mistam coagulationem diutiùs nõ ferente, resoluntur mineralia, & separatio fit vel citior, vel lentior. Ea ergò coagulatio ad Apoplexiam abit. Si cerebrum coagulatum resolutionem subite incipit, Apoplexia metuenda est, cuius indicia sunt stertor, & tremor, & somnus apertis oculis incumbens. His signis apparentibus, futuræ Apoplexiæ signum instat. Dormientibus nonnunquam ichor ex ore emanat, & spasmus obrepit, ita vt eo suscitentur. Apoplexiæ signa sunt, singultus, dyspnœa, albedo nasi & flauedo faciei, paroxysmi præceps insultus, spuma oris, lapsus, si ex cerebro oritur, & membrorum distentio. Pulmonis Apoplexia infestante, homini oboritur singultus, suffocatio, spumæ albæ eiectio, spasmi insultus Apoplexia cordis imminente, cor tremit & palpitat, sequitur sudor corporis, ac à sumpto cibo dolore in præcordiis ægri sentiunt: præterea spasmus conuellit, pulsus celer est, seipso subindè incitatior euadens. Ipsa autem Apoplexia demum corripiente, desubitò cõcidunt & moriuntur. Talia in membris principalibus eueniunt.

Apoplexię futuræ signa.

Signa Paralysis ab Apoplexia in eo differt, quòd membrum principale nullum adoriatur, sed externum quid vel ignobilius membrum corripiens illud resoluat tantum. Paralysin præcedunt frigus vel horror ad spacium anni, hæmorrhagia, quæ facilè non sistitur. Membrum etiam feriendum tremor plerunque occupat. Resolutione autem fiente, Paroxysmus suffocationem infert. Si quis dignoscere cupiat, an paralysis sit, vel Apoplexia, diducto ægri ore, si halitus egreditur, Paralysis censenda est. Sin minus, signum id Apoplexiæ est, cuius paroxysmus quodam cum terrore incumbit, & variis cum imaginationibus quasi ab aliis inuaderentur & iugularentur. Signa in Gonorrhœâ diabeticâ sunt, resolutio seu contractura in spinâ dorsi: Signa talia interdum integro decennio præcurrunt, vt suprà. Fit etiam, vt epilepsia inuadat, & id signum est futuræ Apoplexię. Si Apoplexia in paroxysmo epileptico insilit, ægri os diducunt, & oculos distorquent. In paralysi interdum alius etiam morbus concurrit: quod signum est, veterem morbum abiisse, & hunc nouum esse. Sunt, qui quinis vel senis diebus antè de stupore alicuius membri conquerantur: quod signum est futuræ paralysis. Cum paralysi nonnunquam in puncto eodem hyposarca coincidit: vbi vtriusque cura instituenda est. Cura est duplex: partim Physica, partim Chirurgica. In physicâ curâ oportet Synouiam consumi per adhibita arcana. quæ consumant, confortent, & faciant nouam Synouiam. Membra confortantur per talia, quæ ob conuenientem calorem idonea sunt. Talia sunt arcana, vt aurum, gemmæ, margaritæ, &c.

Paralysis ab Apoplexia vt differat. Paralyseos signa.

Guttæ cura est, vel Physica, vel chirurgica.

Cura guttæ in Physicâ.

Guttę remedia varia. Kist. põdus grã. xv.

Cerebri, Cordis, & hepatis confortatio.

℞. *Liquoris orizei* ʒ ß *& kist.* (*id est gr.* xv.

Liquoris perlarum orientalium ʒ ij.

Alcool vini essentificati ad pondus omnium. Reduc ad formam. Dosis à gr. iiij. vsque ad gr. x. Hoc medicamen in os infundendum est, vt cor, cerebrum, & hepar confortet.

Descriptio ad synouiam cerebri.

℞. *Carabe ex Asphalto, Laudani puri, Liquoris Lunæ, id est, argenti an. kist.* j.

Vini essentificati per Alcool ad pondus omnium. Dosis secundam guttam per aures.

In guttâ Hepatis.

Corallorum rubeorum, Spodij, olei nu-

cis

cis Muſcatæ. Liquoris Mumiæ. Balſami an. ℈j ß. *Alcool vini ad pondus omniũ.*
Doſis à gr. vij. ad xij.

Ab extrà ad locum doloris.

℞. *De quatuor reſinis an.* ℔. ß. *Galbani liquefacti* ʒxx.
Liquoris de ſpica, Olei de nuce muſcata an. ʒiij. *ex baccis Lauri* ℔. ß. Reduc in Balſamum.

Si Apoplexia eſt ex capite, nucha inungenda eſt; Et proceſſus iſte eſt, vt tantum in nuchà vnctio fiat nouies vel decies, tam diu continẽter inſtando, donec paroxyſmus abeat. Nam & mẽbrum doloris hoc modo aſſiduo iniungi debet.

Deſcriptio communis in Apoplexiâ & Paralyſi conſumpta, id eſt, poſt Paroxyſmum.

℞. *Olei de Baccis Lauri.*
Pinguedinis Caſtorij ex teſticulis
Liquoris de Anacardis, de piperibus, de granis paradyſi an. ʒj. *Euphorbij liquefacti q. ſ.* Reduc in vnguentũ ſine cerâ.

Poſt conſumptum paroxyſmum decies in die vnctio fieri debet: & proceſſus iſte ſex ſeptimanis continuandus.

Cura ex Chirurgia.

Debet fieri apertio, & huic emplaſtrum imponi. Aperiendum autem eſt vſque ad centrum morbi.

℞. *De 4. gummis maioribus an.* ʒj. *Liquoris Aſphalti,*
Carabe an. ʒij. *Ceroti de minio* ʒiij. Reduc in Emplaſtrum.

PARAGRAPHORVM LIBER OCTAVVS.

De Aſthmate.

PARAGRAPHVS II.

Aſthmatis ſpecies ſunt iſtæ: Pulmonis apoſtemata, regionum pectoris Anthraces, vlcera, regionis vel pulmonis ſuperfluum humidum, ſiccum, pinguedo, repletio & liquoris excrementa.

In aſthmate multæ ægritudines comprehenduntur. Diuiſio talis eſt: pulmo & regio pulmonis deoppilari nõ debent, ſed tote puræ eſſe, nec anthraces habere. Et cùm pulmo ſemper dilatetur & conſtringatur, ideò in continenti ſuum apoſtema aut impedimentũ indicat, quod ſimiliter in cæteris membris principalioribus minimè fit. In felle enim & cæteris apoſtema diutius latere poteſt, priuſquàm prodatur. Si ergò in pulmone vlcera ſint, virtus aperitiua procedere non poteſt, & indicium eorum ex halitu fœtido deſumitur. Anthrax vnà cum paroxyſmo cum leui frigore inuadit. Si pulmo humidior eſt, grauior sẽtitur, & ægri ſemper tuſſe infeſtantur. Si ſiccitas nimia in pulmone ſit, is iam iterum ſatis aperiri nõ poteſt, & tuſſis moleſtat, doloriq; in coſtis sẽtitur ex ſiccitate. A pulmone ſi ſanguis excernitur, is cannas inſercit, & ſpiramina pulmonis impedit. Cannas autẽ phlegmate obſidente, aër penetrare non poteſt, vnde aſthma fit. Phlegmate autem in cannis refacto perpetua tuſſis moleſtat. Curam ergò oportet eſſe duplicem. Vnam quæ reſoluat: alteram quæ exiccet. Et aſſumenda ſunt illa, quæ phlegma ſuperfluum in pulmone conſumant.

Pulmonis affectus cur citò prodantur.

Aſthmatis cauſa.

PARAGRAPHVS. II.

Aſthmatis ſigna ſunt iſta: anhelitus, tuſſis, ſcreatus albus raucedo vocis, gutturis ſiccitas, ſitis, alteratio pulſus, compreſſio thoracis.

Aſthmatis ſigna.

Talibus ſignis apparentibus, pulmonẽ læſum eſſe conſtat. Signa autem in claſſes duas referenda ſunt, hoc modo: Si multa reiiciuntur & expectorantur, ſiccare oportet: ſin minùs, laxare. Sæpè fit, vt ſi obeſis pulmones refrigerentur, certam noxam trahant. Sic, qui raucedine tentatus balneum ingreditur: quicquid huic in balneo accidit, eam noxam perpetuò luet. Hi etiam venam ſecare non debent.

Raucis balneũ noxium.

DE CVRA. §. I.

Aſthmatis cura ſicca, eſt iſta.

Aſthmatis remedia.

℞. *Myrrhæ, thuris, aliptæ muſcatæ an.* ʒj. *Sulphuris viui* ʒ vj.
Colcotharis, ſalis fuſi, ad medium põdus.
Reduc per ſublimatorium in pulueres. Doſis à ʒj. *vſq; ad* ʒiij. *vel iiij.*

Si hæ ſpecies terantur, & cum ſublimatorio eliciantur, quicquid ſuperiùs eſt, materia bona eſt. Huic adde:

℞. *Huius ſulphuris* ʒ j.
Croci orientalis ℈ ß. *Maſtichis* 3j.
Omnia in puluerẽ redacta miſce. Doſis eadem eſt, quæ ſuperioris ſublimati ſulphuris eſt. Poterit etiam Hyſſopi drachma addi.

Superior Laudani deſcriptio ad pulmonem apprimè conducit. Notandum hoc quoque eſt, quod frigida in pulmone purgando noxia ſint.

De Cura reſoluta. §. II.

Cura relaxationis eſt iſta: Elixir de Tartaro crudo: Eſſentia vini eſſati, & cum aquis ſeparati à carnibus ſuis.

In Aſthmate cura relaxationis conuenit, quâ ſicca reſoluantur, vt eò faciliùs è pulmone eiici poſſint. Omne dulce liquefactiuum. Ita conſerua roſarum.

Tartarus crudus ex vino albo eſt ingrediens ad pulmonem & ad regiones pulmonis. Elixir, id eſt, fermentum, ſi in elixir redigitur, & purũ ab impuro ſeparatur. Impurum Tartari eſt Alkali. Tartarum contunde, & in Alcohol vini ſepties vel octies digere, & præpara ipſum per Alembicum, & redige in humorem liquidum. In hoc liquore nullum Alkali eſt: tandem ad eſſentiam ſuam deduci debet. Ita præparatum pulmo accipit, & per ipſum curatur. Doſis eſt à gr. iiij. vſque ad gr. vij. vel x. Et hoc modo vlcera quoque pulmonis curanda ſunt.

Elixir quid.

Alkali quid.

Aliud ab extrà vel intrà vtendum.

℞. *Liquoris de floribus Hypericonis.*
Ariſtolochiæ rotundæ an. ʒij.
Liquoris de mumiâ ʒiij.
Præcipitati ex Saturno ʒx. Reduc in mixturam. Doſis à granis x. vſque ad xv.

Tam intrò aſſumi, quàm foris admoueri

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 546 sur 913

potest. Et hæc Medicina vtilis est ad vlcera splenis & pulmonis. Et eadem ad vulnera & vlcera exteriora & interiora valdè experta est, vt in vlceribus renum quoque & vesicæ, & pulmonis, & in asthmate.

Aliud de vino essato.

℞. *Vini de Melissa* ʒj.
De pulmonaria ʒiiij. Fiat mixtura. Dosis à ʒ ß. vsque ad ʒ j ß.

Vinum essatum quid. & vnde dicatur.

Vinum essatum hîc vocatur vinum sublimatum, in quod herbæ ponuntur, vt earum essentia extrahatur, vnde essatum quoque dicitur. Huius generis sunt vinum melissæ, valerianæ, pulmonariæ & similium. Vbi hoc iuxtà notandum est, quòd vinum Melissæ in asthmate secretum existat. Obseruandum hîc etiam hoc est, pulmonariæ non herbam, sed liquorem, id est vinum, in hâc curâ locum habere.

Liquoris carnium descriptio.

℞. *Liquoris de carne* ℥ vj.
Liquoris mumiæ ʒ ß.
Myrrhæ ʒ j ß. *Reduc ad formam.* Dosis à ℈ j. vsque ad ℈ j ß.

PARAGRAPHORVM LIBER NONVS.

De Febribus extraneis.

PARAGRAPHVS I.

FEbris est calor putrefactus cum tremoribus ex suâ oppilatione, a materiâ insequestratâ, in clausis poris, ex vi stipticâ.

Febris quid.

Febres de quibus hîc traditur ex nutrimentis non oriuntur, & proptiam petunt curam. Febris est calor, qui sine frigore non existit. Quælibet enim putrefactio calorem dat cũ aliquo frigore coniunctum. Huiusmodi frigus etiam sanguis inducere potest. Si materia peccans in membris principalioribus hæreat, tũc paroxysmus totum corpus peruadit. Particularis est si saltem vena vna febrem sentit. Item ex carne vniuersalis & particularis est. Si febre splenem occupante, saluatella incidatur, tollit eam. Si ex corde: suam incide venam. Si in pulmone, pulmonis incide venam. Si in quartanâ vrina alba prodit, in spinæ dorsi fine scarificandum est. Si fuerit febris ex renibus, tunc debet scarificatio fieri infernè in pedibus. Et si febris à phlebotomiâ non curatur, tum demùm ad curam pergendum est, nec maturiùs. Et in istis febribus purgans dandum non est. Si febris ad morbum abituta est, fit sequestratio. Si in splene febris est fieri potest, vt totum corpus moueatur. Res quælibet putrescens abit ad digestum tempus. Et ebullitio dat putrefactionem, quæ post inducit paroxysmum. Et possibile est, vt tertiana, quartana, quotidiana & cæteræ febres oriantur ex splene, & ab aliis membris principalioribus velut corde, renibus, &c. Si ex sulphure, est quartana: tertiana, à salibus, quotidiana ab alumine: habent vrinam rubeam antequam paroxysmus incipiat.

Febris particularis & vniuersalis quæ.

Ebullitio causa paroxysmi. Quæ febres à quibus causis.

PARAGRAPHVS II.

Omnis putrefactio materialis suam materialem oppilationem facit à spiritibus salis, cum ingenitâ coagulatione, & pòst coagulationem per digestum in tremorem abit.

Diuturnitas febris ex digesta noscẽda.

Per Digestum prænosci potest, quàm diù duratura febris sit. Si numerus quotidianus cum colore albo concurrat sex septimanarum periodus erit, nec tempestiuiùs illa curabitur. Si autẽ cum dolore prassino exhibeatur, 19. 20. aut 21. septimanis continuabitur. Si cum tussi instat, ad septimam octauam, nonámue excurret. Si cum tumoribus pedem affligit, ad 15. septimanas terminabitur. Si numerum paroxysmorum mutat, veluti si quotidiana tertiana euadat, procedet ad annuum spatium. Si verò numerus augetur, veluti, si ex quartanâ quotidiana fiat, decem mensibus durabit. Si verò ægri appetitus ad cibum & potũ perfistat, signum est tẽpus minui. Si cibi potúsque appetentia languida sit, ad quartale magis inclinat, vt supra dictum.

PARAGRAPHVS III.

Paroxysmus, qui ab Arsenicalibus descendit, suum numerum habet, & digestum, & paroxysmus trium primarum erraticam diem habet. Et paroxysmus sanguinis suam curam in se habet, & digestum.

Fieri solet interdùm, vt propter paroxysmi vehementiam sanguis è naribus fundatur. & cũ lotio egrediatur ruptâ alicubi venâ. Hoc & bonum signum est, & est cura simul febris. Si verò febris diuersimodè inuadat, iam serius, iam maturiùs, erratica ea est. & pessimum signũ, sub curâ autem signum bonum. Si paroxysmus inæqualis est, signum malum putetur, vt quo materiæ augmentatio portendatur.

Hæmorrhagia febris sæpe cura.

PARAGRAPHVS IV.

De Cura.

Febris remedia ex Auro.

FEbris extraneæ cura vna ex auro procedit: altera ex corallis, sed minor cura in argento & perlis consistit.

Descriptio curæ ex auro est ista.

℞. *Alcohol vini exiccati & præparati à cineribus fabarum q. s.*
Foliorum auri ad placitũ. Reduc in digestionẽ per mensem. Huius liquoris Recipe *gr. iij. cum* ʒj. *aquæ endiuiæ vel portulacæ antè, vel pòst, vel sub paroxysmo.*

Corallis.

Descriptio corallorum est illa.

℞. *Corallorum alborum* ℥ ß.
Alcohol vini exiccati ℥ *x.* Reduc ad digestionem per mensem. Huius liquoris separati Rec. grana vj. vel vij. cum aquis prædictis antè, vel pòst vel sub paroxysmo.

Argento

Descriptio argenti est ista.

℞. *Mellis liquefacti* ℥ xv. *Foliorum argenti* ℥ ij. Reduc ad digestionem per septimanam. Huius liquoris à melle separati ℥ ℈. ß. *cum gr.* xv. *croci orientalis ante paroxysmum.*

Perlis.

Descriptio Perlarum est ista.

℞. *Alcali extracti à citrinolis* ℥ xv.
Aq. albuminis ouorum ℥ iij.
Perlarum non perforatarum ℥ ß. Reduc ad digestionem per mensem. Huius succi separati gr. vi. cum aquâ

Valerianæ

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 547 sur 913

Valerianæ antè paroxysmum.

Alcool vini exiccati quid.

Medicamina Tartarea in febribus hisce nihil conferunt. Alcool vini exiccati est, quando superfluitas vini secedit, & vinum ardēs supereſt, siccum, exustum, sine adipe aut pinguedine, nullas fæces in vase relinquens. In corallis albis virtus est, quæ curat febrem. Febres curari tempore etiam possunt, descriptione Laudani in Tartaro.

Febris sanguinis cura hæmorragiæ.

Febres ex sanguine ortæ, curam suam in se habent: nimirum vt ægri aut per ruptam aut per sectam venam liberentur. Si morbus ex splene procedat, saluatella secanda est. Idem obseruari debet in febribus cordis, pulmonis, hepatis, &c. In quartanâ scarificatio fiat in spinâ dorsi. Si a. morbus ex renibus prodeat, cucurbitulæ pedibus admoueantur. Venæ temporales & pulsus cum castoreo, pipere, zinzibere inunctæ febrem sanguinis curant. Postremò si ægris pedes intumescunt, ad curam pergendum est. Et hoc modo qui curantur, plerumque nouem vel decem septimanis decumbunt, nec cum appetitu edent.

PARAGRAPHORVM LIBER DECIMVS.

De capitis aduersitatibus internis.

PARAGRAPHVS I.

CApitis dolor aut ex sanguine, aut ex resoluto, aut ex oppilationibus procedit. Siue in sinistrâ siue in dextrâ parte dolor sit, ex his tribus causis prouenit. Si ex sāguine, tunc causa est digestio accidentalis, aut est rerum fertilitas, aut trium primorum error.

Cap. doloris 4. causæ.

Capitis dolores tres internas causas habent: sanguinem, resolutionem & oppilationem. Sanguis dolores capitis mouet aut ex digestione accidentali, aut abundantiâ aut errore triū primorum. Quælibet digestio seu morbilitas suam oportet habeat quietem: quia omne nimium vertitur in vitium, atque adeò in morbum: vt hîc digestio sanguinis est, quando is continenter monetur, nec quiescit, aut quando eius nimiùm generatur. Tunc enim morbus præstò est. Quando sulphur, sal, & Mercurius errant, morbum illicò gignunt. Morbum etiam gignunt, si nimis augentur. Et vbi primùm sanguis prouocatur, tunc incipit cura.

PARAGRAPHVS II.

EX resolutis qui sunt, per fumos ascendūt & descendunt. Est enim omnis fumus de narcotico anodyno cum stupefactione innatâ. Procedentes autem ex oppilationibus, qualis earum natura & proprietas, quæ ab extrà est, sine naturâ ingenitâ, talis est morbus, & suum accidens tale.

Resoluti cura est coagulatio.

Resolutum, non sursum humectat, sed sursum euaporat. Et hoc coagulandum est per solatrum & semperuiuum.

Altera causa capitis doloris est resolutio vaporum aut fumorum, ad cerebrum ascendentiū qui vi narcoticâ anodynâ, quâ spiritus sentiens stupescit, iterum deorsum cadentes dolores causantur. Hoc iis frequenter accidere solet, qui languidum stomachum habent. Tertia causa est oppilatio, quæ errore trium primorū inducitur. Illa enim morbum suæ naturæ & qualitati conformem gignunt. Procedentes autem.) In his deoppilandum est.

PARAGRAPHVS III.

EX his prædictis in primâ specie sequitur lateris pars: quia ex anatomiâ hanc partem habet cum febrili paroxysmo. In secundâ specie, sublimatum siccum fumum habet in supremis cellulis & partibus, cum paroxysmo erratico anodyno. In tertiâ specie, qualis oppilatio, tales morbi, graues scilicet, vt mania, phrenesis, & insaniæ species iuxta suæ partis oppilationem per calidum aut frigidum resolutum aut coagulatum.

Omnes dolores capitis proueniunt ex illis tribus speciebus, sale, sulphure & Mercurio. Mania, phrenesis.) In his de oppilatione opus est. Causon est resolutum humidum: ideò coagulandum est cum semperuiuâ, solano, portulacâ inpeste.

In specie primâ, sanguinis scil. pars dextra vel sinistra capitis afficitur cum paroxysmo febrili. Synocha est capitis dolor leuissimus: Hemicranea grauissimus & durissimus: potest enim ad integrum annum extendi: quam tandē etiam paralysis sequi potest. In secundâ specie resolutionis notandum est, quòd fumi sicci generati, & in cerebri cellulas sublimati, paroxysmum erraticum Anodynum inducant. Si Mania coincidat, causon adest, nec dormire possunt, & qui iugiter dormiunt, his ex narcotico morbus instar.

PARAGRAPHVS IV.

De Curatione.

Cura sanguinis est in frigido & narcotico humido.

Dolori capitis quæ cura conueniat.

In his morbis nec purgandum, nec digerendum est, sed tranquillitas inducenda, & dolores mulcendi ac sopiendi sunt. Si post dolores capitis profluuium mulieri incidat, est incurabile. Similiter si menstruum cum dolore capitis erūpat, aut sistatur, difficillimè curatur, & curam oportet à capite inchoari: posteà diuertendum ad curam menstrui, priùs factâ curâ in capite. Si hydrops aut similes morbi cum dolore capitis incidant, capitis cura semper præmittenda est.

Narcotica quæ capitis dolorem inuehāt.

Primæ speciei curatio consistit in frigido & narcotico humido. Narcotica sunt Liquor corallorum, Rosa, Sempēruiua, Margaritæ, Lolium, & similia. Hæc sunt narcotica humida.

Descriptio in dolore capitis in primâ specie.

Remedia dolorit cap.

℞. *Rosarum rubearum* ℥iij. *Barbæ Iouis* ℥v. Fiat catapasma cum aceto vel aquâ rosarum: vbique applicentur omnia calida in capite.

Alia descriptio.

℞. *Corallorum præparatorum* ℥j. *Margaritarum non perforatarum* ℈ß.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 548 sur 913

Aq. rosarum, semperuinæ an. q.s. pro incorporatione, vt in cataplasma redigatur.

Hæc medicina in dolore capitis apponenda est, nec remouenda, donec morbus abeat.

In secundâ, saltem coagulatione opus est, vt resoluta iterum condensentur quod fit narcoticorum refrigeratione, cum Semperuiuâ, solano, portulacâ & similibus.

In tertiâ specie deoppilandum est: vt nimirum, quicquid à Mercurio, sale & sulphure ex quibus omnes morbi oriuntur, obseratum est, iterum aperiatur.

PARAGRAPHORVM LIBER VNDECIMVS.

De doloribus Matricis.

PARAGRAPHVS I.

MOrborum matricis generationes in matrice non sunt, nec ex eâ matrice, vel per eam. Omne enim membrum, quod descendit ab aliis, ab aliis detrimentum accipit. Sunt enim dolores matricis Retentio & rei superfluitas.

Matricis morbi duo. Retentio & Superfluitas.

In matrice duo morbi notandi sunt: Retentio, & Superfluitas. Menstruum est excrementum matricis: Et matrix nutritur à carne hominis, & ab omnibus membris, nõ à cibo & potu. Matrix singulis mensibus semel suum nutrimentũ ab omnibus membris accipit, & deindè sua excrementa expellit, quo tempore fœminę dolores dorsi sentiunt, nonnullæ, præcordiorũ Erosiones, quædam dolorem capitis, aliæ lassitudinem ante menstruum. Retentio non fit à matrice, verùm ex omnibus partibus corporis humani, & matrix nutritur ab omnibus membris.

Matrix nutritur ab omnibus membris.

PARAGRAPHVS II.

COncursus morbi Retentiui vel superfluitas ab omnibus partibus totius corporis descendit. Nam menstruum in matrice menstruum non est, sed menstrui excrementum. Ex his sequitur coniunctio, destructio, alteratio, conclusio, permixtio bonæ & malæ rei, discoloratio cum similibus.

Vbi fœminæ dolores sentiunt, ibi est oppilatio, velut in corde, felle, & cæteris membris principalioribus. Et tunc menstruum per totum corpus prouocandum est. Coniunctio est, quando menstruum ab omnibus membris venit, & partes nonnullæ ægræ concurrunt. Destructio est, quando pars vna alteram frangit ac dissoluit. Hoc ita ad vnguem considerari non potest: idcò menstruum ad temperamentum reducendum est. Tunc enim partes ipsæ curantur.

PARAGRAPHVS III.

De Curatione.

CVra Matricis duplex est: prima est in elixiridis. Secunda in orizeo. In elixiridis summum temperamentum hoc est: Res extracta ab essato suo in alcohol vini exiccati. In secundâ curâ temperamentum, hoc est, corpus, & substantiâ, & res sua essentificata sine extractione: sed per transmutationes de substantiâ non liquidâ in potabilem medicinam &c. Et temperamentum est vnum in perlis per extractiones in Alcohol. Aliud temperamentum in carniolâ est, & essentia temperata in arbore maris. Temperamentum in doloribus matricis nec calidum, nec frigidum est, nec debet esse: & nec resolutum, nec humidum coagulatum, nec per diathesin medicamen confectum. Omne enim frigidum & omne calidum inimicum est in ægritudinibus mulierum. Item omne siccum, & omne humidum, pessimum venenum in retentione & superfluitate menstruosâ. Item omne stypticum, diaphoreticum, ponticum, acerbũ & omne amarum, omne dulce impedimentũ est pro sanitate mulierũ. Sed cura matricis absoluta esse debet ab omnibus his prædictis: quia temperamentum liberum habet arcanum & suum arbitrium.

Descriptio temperamenti huius super primam curam, elixiridum, est ista. Elixir in matricis affectibus efficacissimum.

℞. *Alcohol vini exiccati* ℔ *iij. Fol. Anthos, Macis, Lauendulæ an.* ℥*x. Cubebarum, Garyophyllorum. Cynnamomi ana* ℥ *ij. Masticis* ℥ *ß. Storacis vtriusq; an.* ℈ *ß. Doronici* ℥*iij.* Reduc in septimum Alembicũ. Postea ♃. *Foliorum auri numero* xx. *Margaritarũ non perforatarũ, Granatorũ. Rubinorum an.* ʒj. ß. Reduc ad digestionem per mensem. Huius olei accipe *grana iij. vel iiij. cum vinomaluatico, aut aquâ maioranæ vel saluiæ*, per tres aut quatuor dies manè & serò administrato. Hoc elixir nobilissimum Arcanum in retentione & superfluitate menstruorũ, dissoluit & constringit, & partium dolores pellit: tollit suffocationem materialem, item præcipitationem mineralem.

Arcanũ totius naturæ mensstruosę.

Secunda descriptio orizei liquoris est illa.

♃. *Orizei præparati post dissolutionem mellis & salis* ℥ j.

Liquoris Aranziorum, Granatorum an ℥ vj Reduc in imbibitionem. Postea super marmorem porphyrium reduc in liquidam formam. Dosis eius *à gr. vij. aut viij. vsque ad x. vel xij.* in aquâ fontis per dies duos vel tres. Hoc medicamẽ ex suâ temperatâ virtute dissoluit, & resoluit, constringit & cõfortat matricẽ & mẽstruũ totius corporis: extra matricẽ partes suas deoppilat, resoluit à membris

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 549 sur 913

membris principalioribus per meatum menstruosum menstruum constrictum. In deficientibus menstruum facit, & augmentum parit, & ducit menstruum in annum quinquagesimum vel sexagesimum & est arcanum totius naturę menstruosæ.

Aliud medicamen ab arbore maris.

Hut refer. cap. de magisterio corall. archidox. 61. & cap. de 5. essent. metall. 84.

Reduc arborem maris in calcinationem cum sale nitri: postea reduc in alkali: deindè extrahe rubedinem, & reduc per alembicum. Huius *liquoris* ℔ ℥iiij. *Aquæ basiliconis.* ℔ j. Reduc in digestionem ad triduum, separetur aqua per balneum Maris à liquore. Dosis istius liquoris gr. *v.* vel *vj.* semel in mense, duodecies in annno pro primâ administratione. In secundo anno, in secundo nouilunio, sexies in anno. In tertiâ administratione vsque in vigesimâ primam & secundam administrationem, semel in vere, semel in autumno, semel in hyeme, semel in æstate, & post annum 23. rursus omni mense semel, iterum duodecies in anno: & post istam administrationem in septimanâ semel vsque in annum 50. postea omni die vsque in finem menstrui.

Aliud medicamen temperatum est istud.

℞. *Granorum Actis nigrorum* ℔ ß. Reduc in aquam, cuius aquæ recipe ana cum Alcohol vini exiccati, destilla, vt supra. Dosis eius à ʒ j. *ad* ʒiiij. *aut* ʒ *v.* semel in mense per integrum annum.

PARAGRAPHORVM LIBER DVODECIMVS.

De doloribus Dentium.

PARAGRAPHVS I.

Dentium dolores cum suis accidentibus in radicibus ossis sunt, cum gingiuis & regionibus suis. Causa in doloribus dentium vna est aliena: altera est in loco Et quæ aliena est, descendit à regionibus capitis: & quæ à loco est, scabri aut panaritij principium.

Dolor dentium vnde.

Dolor dentium oritur ex casu, & principium morbi est in loco doloris. Si dens integer sit, & gingiuæ sanæ, ex regionibus capitis descendit. Per sanguinem enim venularum, quæ in gingiuas inseruntur, dolor defertur, & nihil est nisi vitium sanguinis, dente bono existente. Impossibile est, fluxum esse ex capite. Plures enim dentes occuparet iste, & totum os inuaderet: vnde squinantia fieret. Si verò fluxus alius foret, vnà is etiam gingiuas læderet. Dentes è radicibus suis nullum morbum admittunt. Fieri etiam potest, vt dentes doleant propter dolorem aurium. Venulæ enim aurium & dentium admodùm propinquæ sunt. Sicut panaritius in digito fit & scabrus, sic quoque dolor dentium. Per panaritium vermis digitorum, dentium, auriúmque intelligitur. Prima dentium dolorum generatio est, quando ex acuitate salis dens putrescere incipit, & continenter dolet. Posteà abit ad generationem vermis, qui cum ingenti dolore dentem rodit, in quo genitus est, & id quod suæ naturæ est, depascitur. Vermis enim quilibet id, ex quo nascitur, edit, velut tineæ, vestes. Vermis autem, si aërem sentit, moritur.

Dolorum dentium causæ variæ.

Vermis quilibet arrodit id, ex quo est.

PARAGRAPHVS II.

De Curatione.

Dentium cura duplex est: Physicalis & Chirurgicalis.

Dentiũ cura physica.

Physicalis est ista.

℞. *Tormentillæ, Staphis agriæ, seminis plantaginis an.* ʒ ß.

Rad. exterioris Iusquiami, succi papaueris an. ℥ ß. Reduc in decoctionem cum aceto. Fiat lauamentum calidum.

In curâ faciendum est, vt emunctorium sanguinis fiat ibi, sicut hoc, quod ponitur hîc, si dentibus imponatur. Simile præstat etiam rumex acuta, quæ alias Oxylapathon & Melioca nominatur si in orbiculos scindatur, qui aceto imbuti dentibus admouendi sunt: aut si radix crassius contusa & aceto humectata per horæ quadrantem aut diutiùs dentibus imponatur. In chirurgicâ curâ materia peccans auferri debet. Sicut autem, si quis scabrum aut panaritium occidere velit, id per sperniolum obtinere debet: ita vermis quoque in dente. Is enim si putrescit, fœtet. Vbi gargarismus faciendus est ex melle & aceto: quo si os colluatur, fœtor vanescit.

Dentiũ cura chirurgica.

Sperniolum scabrum occidit.

PARAGRAPHORVM LIBER XIII. & XIV.

De doloribus Aurium & Oculorum.

PARAGRAPHVS I.

De Causa.

AVrium dolor de causâ emunctorij quarti ex regionibus capitis, superueniens cum surditate suâ, speciebus & articulis, iuxta anatomiam inferioris regionis, cum regionibus narium & oculorum. Casus ab accidente est, & à loco, quia ab accidente, à materiâ aluminosâ descendit: & qui à loco, à proprio ingenito paroxysmo cum signis chronicis, & tinnitu aurium, & apostemate, cum pure & sanie, & cæteris suis speciebus.

In regione hepatis est locus, vbi ascendunt humores: sed nihil ad dolores aurium. Igitur oportet, vt dolor ab accidente aut casu veniat. Recepta vniuersa, quæ infusiones in aures suadent, improba sunt & falsa. Nihil enim in aures infundi debet, nisi Receptum sit ex Tutiâ. Præterea nulla cura, à scriptoribus veteribus in dolore aurium tradita, vtilis est, sed sunt omnes erroneæ. Si à loco venerit dolor, est dolor à sale aluminoso.

In aures nihil infundendum præter Tutiam.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 550 sur 913

PARAGRAPHVS II.

Tridoma. *CVra doloris aurium, vna ex apertiuis frigidis, de humido reſoluto. Secunda per ſtupefactiua anodyna iuxta dictum Archelai &c. cum Tridomate iuxta proceſſum Albucaſis: ſecundum artem chirurgicalem & experientiam Raimundi Lullij.*

Sief album ad dolores aurium. Deſcriptio prima in doloribus aurium ab accidente: Sieff album eſt, de virtute Tutiæ, cum admixtione carabæ, & eſt talis.

℞. *Tutiæ præparatæ ſine aceto* ℥ß. *Carabæ* ℥j. Reduc in liquorem. Deinde ℞. *huius liquoris* ℥vij ß. *Alcohol vini exiccati* ℥ij. Reduc per maris præparationem. Fiat Sief. Hoc debet in modum Emplaſtri imponi.

Sief ſiccum ad ſcabrũ. In ſcabro & panaritio aurium deſcriptio.

℞. *Seminis Iuſquiami papaueris, lolij, nigellæ an.* ℥ß. *Fellis tauri* ℥ß. *camphoræ liquefactæ ad pondus omnium.* Reduc in ſiccum Sief.

De affectibus oculorum.

Similis eſt ratio etiam in doloribus in dolore aurium. Scotomia radicitus oculorum, vbi cataracta conſideranda eſt, nec ſpecies oculorum proponendæ ſunt. Et prædicta recepta oculis quoque adhiberi & applicari poſſunt, ſicut tolli non poteſt, niſi per inſtrumentum. Sic etiam ſi pellicula aut vnguis oculo obnaſcitur, per inſtrumentum radicitus euelli & exſtirpari debet. Quanquàm & collyria nonnunquam vtilia ſint.

Collyrium in Scotomiâ, & omnibus ſpeciebus oculorum. Colly. rium ad Scotomiam.

℞. *Vitrioli albi, Aluminis ſciſſi, Tutiæ extinctæ an.* ℥j.

Liquoris Euphragiæ ℥vj. *Camphoræ tritæ* ℥j. ß. Reduc in liquidam ſubſtantiam ſuper porphyrio cum ſeparatione Maris.

Collyria debent eſſe conſumptiua. Quibus autem oculi rubei ex ſanguine ſunt, pro his farina fabæ calefacienda, & aceto humectanda, adeóque fumus in oculos aſſumendus eſt. Hoc enim rubedo tollitur. Quoque minùs in aures aut oculos infunditur, eò conducibiliùs. Collyria non debent eſſe ex aquis deſtillatis & arſenico &c.

Libri Paragraphorum
FINIS.

SEQVVNTVR

Fragmenta quædam de peſte, & de Tartaro. Item duplicia ſcholia ſuper Latinos libros de Tartaro. Item duplices annotationes in 14. libros paragraphorum, vnà cum quibuſdam fragmentis de morbis diſſolutis, vermibus & caduco.

THEOPHRASTI

DE EPIDEMIIS LIBER.

CAPVT I.

CAVSA & origo Apoſtematum Epidemiorum eſt peſtis, qui morbus ſanum corpus affligit, & in ſano corpore manet, & cum nullo impuro aut inſalubri permiſcetur. Et ſi corpus fors ſanum non eſſet, ſed eſſet morboſum & putridum, aut aliter vitioſum: tamen iſta peſtem nullam cauſantur: verùm hoc ſaltem, quod ſanum eſt, in cauſa eſt, vt morbus veniat.

Et ſi leproſus peſte corripitur, certò perſuaſum habe, membrum aliquod, quod ſanum eſt, ipſi peſtem conciliaſſe, & non membrum ægrum. Idem iudica depuſtulis, & de quâlibet cachexiâ.

Peſtis quid. Peſtis morbus eſt, ex 4. Elementis ortus, operationem ſuam in naturalibus corporibus perficiens, in aliis magis, in aliis minùs. Sed vnius eſt dominium.

Peſtis quadruplex. Ex quo emergit peſtis Stellata, peſtis Aqueata, peſtis Terrena, peſtis Chaosda. Et tamẽ infectores quatuor præſto ſunt.

Peſtis fortinſecus incidit. Peſtis morbus Epidemialis, forinſecùs intrò fertur, ſine ſigno corporali, ratione ſpirituali, inficiens id, quod ipſi obluctatur, nimirùm cor, hepar, & cerebrum. Quòd ſi has partes peſtis ferire non poteſt, percutit illis confines & proximas.

Si quis vero admiratur, quid peſtis ſit,

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 551 sur 913

Pestis conuenit cum tribus primis.

fit, & vndè oriatur: is adhæc attendat. Pestis est fructus 4. Elementorum, & cõuenit cum sulphure, sale & Mercurio: excipe tamen eos, qui eam ab infectis contrahunt.

Origo huius fructus hæc est: quòd corporeum ex elementari proueniat, & ex magno Yliastro trahatur. Ideò natura corporis illum æmulatur, ac eidem subiicitur. Et quod corporaliter illi vnitum est, id contaminatur. Ex quo consequitur, quòd, quicquid igneæ naturæ est, ex patre Yliastri genitum, stellari modo incendatur: & quod ex terrenâ, terrenè: & ex aëre, aëreè: & ex aquâ aqueè corripiatur & inficiatur. Corpora enim omnia ex his generata sunt, & ipsorum naturam, sanitatem ac morbum participant.

Ignorum omne ex patre Yliastri stellari modo incendatur.

Hinc illa vis & potestas est, nec quisquam quatuor Elementorum vim effugere potest. Quicquid illâ operantur, id nos concipimus. Primò enim, nos ex ipsis orimur. Secundò, in ipsis versamur. Tertiò in ipsis regeneramur. Quartò, suum nobis impertiunt & infligunt. Nos enim ipsis inferiores sumus, imò sumus ipsorum.

Sic ergò ab ipsis progignimur, & minimè separati sumus. Vnde fit, vt ab ipsis quoque pati cogamur. Si ergò hoc auerti posset, vt non ex Ylyastro, sed ex aliis gigneremur & constaremus: possemus vtique etiam resistere illi, quod nos læsurum esset. Nostri autem minimè sumus: sed sumus quatuor Elementorum.

Qui verò fiat, vt res extra nos posita, in nobis operetur, quæ tamen materialem influentiam nullam aut substantiam per se habeat, & talia omnia citra corpus præstet: ratio & causa hæc est, quod vitalis noster spiritus, & spiritus externus Elementaris, spiritus vnus sint.

Sp vitalis medicos diligenter expendendus.

Vitalis hic spiritus vobis medicis sedulò considerandus est. Cœcitas enim Patronorum ac Principum vestrorum horum nihil vobis reuelauit, sed istis telam, ac cataractam induxit, non secus ac albugo crystallino humori obduceretur.

Mod reprehẽdo vehemẽs

Sedulo autem rem trutinate. Nam in hoc (quod nimirùm vitalis spiritus morbos omnes pariat) morbi omnes comprehenduntur. Sed hic de peste saltem loquor: alibi de aliis. Et de peste dico hâc potissimum ex causa, qui auctores vestri principium huius morbi rectè nõ intellexerunt, & pestis ignari maximè fuerũt. Auicenna enim inquit: pestis &c. Galenus aliter &c. Istud qui probare illi possint, vel per se, vel vos cum ipsis? Cum enim Theoricæ & Physicæ vos apprimè peritos censeatis: & tamen spiritum vitæ non noscatis, cuinam nimirùm cognatus is sit, & quâ ratione in Elementis & corpore habitet: indè satis clarum ac liquidum fit, quòd ex Theoricâ vestrâ falsa erronea practica procedat, adeóque Theorica vestrâ cum peste quadret, velut Rolandus Halensis. Sumite vestrum Mithridatium, proferte Chebulos & Turbith, & cum illis, si potestis, Elementis ipsis oculos effodite? Sumite Theriacam vestram, & disputando spiritum vitæ extra corpus circa ignem vincite, & illum comburite. Sumite recepta vestra omnia, & in medium fulminate: Et tandem videte, an non is sine vobis sanus & saluus euaserit.

Experimenta quidem ipsa laudo. Ipsi verò eorum vires, vnde prodeant, minimè perspexerunt. Quin imò suam experientiam direxerunt eò, vt non resistant spiritui, sed illum vincant. Quid verò vobis vultis tandem, vos Monspessulani, & Papii & Veronenses Medici? Quanti quæso momenti, vestra omnis Theorica ac vniuersa commenta, nugæque de peste habeantur? Iam autem fundamentum vestrum per hoc corruit, quòd vel ipsomet vestro testimonio pestis vna alteri non similis sit: & quòd hoc, quod præterito anno profuit, hoc instãte nihil præstet: aut quod iam conuenit, futuro anno infrugiferum futurum sit. Hic nimirum est Morbus Dariadestus. Respondete vero vos erudituli, hoc quid sit? nec in lapidem impingite.

Commodè quidem ad votum vestrũ succesſit hactenus Philosophia. Quæ vbi desinit, imo Medicus demum incipit & prodit. Vbi vero vos professores nati ac geniti estis? In cedro, arbitror equidem imo, in pino, in abiete. Et si scirem, stomachum vobis minimè motum iri, adhuc clarius affirmarem, in truncis quernis tales nasci.

Non omnia exigua sunt, que vos Itali censetis. Vos autem puto etiam Bolleres, qui in Germaniam mittimini: vos etiam Germanos, qui in Italicis prunis & suberibus plãtamini aut inserimini: quorum vniuersim nullum pudet pigétque de peste Theoricas conscribere, qui tamen ne extremâ quidem lingua Yliastrũ

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 552 sur 913

Philosophiæ degustastis, vt Ares taceã. O vos Ducati homines in vestris reuerendis stolis.

Quid vero hic artis sit, quod in peste ita præscribatis: ℞. Diapheniconis, ℞. Theriacæ bonæ, dicentes, ante annum, imo ante decennium eadem profuisse: ob id, vt iam quoque prosit necesse esse? Talia nimirum vos docuerunt, qui educarunt, Galenus, Auicenna, Rhases. Qui quidem si ad morbos & medicinas conscribendas idonei censeantur: huiusmodi plurimos etiam Montes Riphæi & Herciniæ cum conis abietum proferrent hodiè. Eximite vero tandem ac amolimini cuscutam ex vestris faucibus, & cataractas tollite ex panniculis, & deoppilate Morionem in durâ matre, ac Philosophum primo in vobis confirmate, posteà plantate Medicum, & vos præseruate, ne vrtica cicatrizet vos & cantharides: cephalicam tundite pro vestra institutione, vt à phrenesi liberemini, nec vos Mania aut Stentora occupet: vos Bracati Italici, & Tumorici Galli, vel dico Comati, etiam Vsnea vestra Germaniæ.

TRACTATVS II.

De Erroribus Antiquorum Auctorum, iuxta tabulam emendationis.

TRACTATVS III.

De Modo curandi.

Hoc modo pestis ex 4. Elementis oritur, nec Pomambra vlla iuuat. Cum hâc illi quæso oculum effodite?

Desiit Auctor in mediâ paginâ.

Sequuntur alia Fragmenta de Peste, ex schedulis autographis collecta.

* *Multa ad probationem hanc requiruntur. Sint verò illa istiusmodi: hoc tamen tandem relinquitur, quòd artem saltem scriptam habeat. Nimirùm conscripta illa sunt, quæ nobis nihil commodi ferunt. Quod vtile futurum erat, omissum est. Quid ergò in scriptis illius perdere possum, cùm margarita nulla adsit? Nimirùm fors eas porcis obicere noluit. His ergò coactus sum & inductus, vt deinceps nullâ scripta, aut Philosophiam, Astronomiamue, aut experimenta, ac Auguria, vel Geomantiam, Necromantiamue ac pyromantiam curem: sed soli naturæ lumini adhærea meque mancipem, sicut huic vni fidendum esse veterũ monumenta omnia suadent simul ac modernorum. Quanquam pauci collegæ hîc sese offerant qui in naturæ lumine periti sint. Fortasse tamen, quod iam viret, successu temporis plenius erupturum est. Omnia verò, quæ cæteri habent ac proferunt, in suum locum repone Lector. Experire, iudica, proba, nec mancipium te offer, aut institutioni præceptorum, aut informationi pharmacopœorum, aut experimentis Rhasicis, aut Theoricæ Galenicæ. Ex istis enim omnibus quid quæso tandem boni legere potestis? Nihil quicquam. Ipsi enim nauci & nihili sunt. Ratio est: si æger quispiam à vobis sanatur: vobis ea gratia habetur. Et ipsimet asseritis, id vos præstitisse. Iam verò mentiuntur vestri Magistri. Ex vobis enim id præstitis: ideò vobis etiam honorem hunc assignatis, non Auicennæ, non Galeno non Hippocrati. Et iure quidem. Nam nec ab illis ista accipitis. Fortassis à vetulâ aliquâ ea didicistis. Ideò rectè facitis.*

Vide Lector, hæc causa est, cur tibi sedulo hortator sim. Vnum cum altero confer & considera, nec ad scribendum ita præceps esto. Omitte eos, qui signa non operantur. Nec verò ad balneatorum characteres istos vanos attende. Pro quibus porrum ac cœpas ferunt ac plãtant? Hæc enim omnia medicina non sunt, sed pilei ex stramine contexti, qui aquam minimè continent, sed eandem transmittunt. Ad verum Medicinæ fundamentum defige oculos, si quid probi acturus es. Si verò male factus es, morem tuum antiquum serua & sectare Beanos tuos, ex quibus non pauciores Canonici eliguntur, quàm ex ipsis eruditis. Quàm verò probè: id vulgus iudicet. Tu iudica, proba, censè, lege, nihil differ. Si particularia aliqua, si consueta mala foues, ea cum pediculis abiice, & studiosum te præbe. Valete.

Quid est, quod Bruno, Garlandius, Rhases, Galenus & Anshelmus scribunt? Nihil ista te moueant. Fundamentum nullum adest, purum putum mendaciũ est, quicquid dicunt &c.

Causa pestis. Quid. Ratioprognosticandi,

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 553 sur 913

candi, Locus. Limbus.
Signa. Vnde causa.
Loci declaratio.

Ratio, quare ad ipsas partes: est, vt fulgur.

I.

Quòd regio auris sit tota comprehẽsio pestis.

Quòd pestis sit vulnus, & dolor cerebri, cordis sicut inflammatio vulneris.

Ergo nulla Medicina prodest.

II.

Quòd ira, inuidia, gula, luxuria &c. sint planetarum cohors, contrà populum: Ideo pustulæ, ideò pestes, ex Venere, ex Marte.

Quòd prognosticatio quæuis ortum habet non ex Planetis, sed ab irâ. Ergò qui inuidiam, iram, luxuriam scit venturam, ille scit tanquam Propheta prophetare de modo, scilicet factâ generatione in planetis: ille est Astronomus. Quid potestatis tandem assignatur planetis, O vos stulti Astronomi, cùm citra meritum aut causam nostram nihil agant?

Ergò Dauid, Iesus, ab hominis naturâ locuti fuerunt: stella ex eodem casu: diluuium &c. quia ira crescebat noui Testamenti temporibus, quia natæ sunt stellæ diluuii. Et sic de falsis Prophetis Christus *Matth.* 24.

Ergò de peste hoc iudicandum fuerit, quod ab irâ Planetarum surgit constellatio peccati in planetis, & cum crescit in finem, & habet autumnum, tunc reddit fructum, qui fumus est pestis, pustulæ, fames, lues &c.

Aliàs nullus Astronomus potest iudicare de similibus, nisi irascente patre, de innatâ virgâ: hanc virgam declarat.

I. *Totum corpus occupat. sicut pluuia. Sed nihil eam assumit, nisi sola hæc pars: sicut solam aquam gleba, non petra. Membra nulla inficiuntur.*

II. *Sicut aqua terram petit, non petram. Fulgur, Lignum. Ros, Gramen. Manna, Folia, habent suas partes quæque. Item & pestis suam habet terram, &c. altera pars est petra. Microcosmus est hic, &c.*

In summâ, Martem inuadere debetis, & hunc saltem superare, ita pelletis pestem. Item, cur Saphyrus ab extrà? Quia Martis contrarietas. Quis Martem expellet, nisi qui ipsi Eclypsin, Medicina, morbi.

De signis Nota.

EX Limbo sumus. Limbus totum creatum, scilicet Elementa quatuor, & omnia animalia. Ergo quo tẽpore multi vermes, eò & pestis. Item pisces, Eclipsis Solis, Lunæ, materia pestis. Pestis crescit tot annos, antequàm tangit: Dein per totum, & omne quod signatũ est, sumit, sit tactus vbi vult.

Et sic sæpissimè, qui fugiunt ante coctum tempus, euadunt: sicut arbor, quę transplantatur in aliam terram, arescit: ita & pestis in corpore. Nam si vultis scire locum, tunc sic habet: corpus hominis, & locus iste vbi fuerit, est pestis terra, quasi hortus, &c.

Eodem anno quo pestis dominatur, & generatur, generantur & perlæ & granati in montibus, ibique mineralia superfluunt.

Cur in his locis tribus pestis: cætera, cur non cerebrum, aures, &c. Ergò vbi sudoris emunctorium, ibi pestis centrũ in exeundo, id est emunctorium, &c. quia sub aure, sub alis, &c. sunt emunctoria sudoris certa: pori non sunt sudoris emunctorium, sed hæ partes, quia duplex est sudor stercoralis, sudor expressus. In sudore stercorum est corpus pestis. Ergo & omnia medicamina sunt de huiusmodi sudore. Aures emunctorium cerebri: emunctorium venarum, vt in suis partibus. Item sudor Anglicus, sudor stercoris. Sed in Archidoxis pleniùs ventilabo.

Quare rubedo,
Quare Apostema,
Quare, &c.

Item nota: sex emunctoria distincta, segregata ab inuicem, propria Anatomia.

Rubedo sudor est Arsenicalis, incendit carnem & locum carnis, sicut corrosiuum: ergo Apostema & rubedo differunt ab Arsenico propter locum, naturam & alterationem Elementorum, vt piscis à carne, vt lapis à ligno, & ambo sunt structuræ materia. Ita & ista mineralia differunt: homo est Elementum corporale, & terra Elementum corporale, & sic sua Nata.

1. *De sudoribus capitulum.*
2. *De Emunctoriis sudorum capitulum.*

Item, quomodo Deus morbum dat

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 554 sur 913

omnem, vnicuique ſecundum ſua acta. Acta ſunt ſecundum libidinem ſuam, ita & puſtulæ ortæ, ita peſtis ex inuidiâ propter meum & tuum. Item, & ſic de aliis. Item de pleureſi.

Nota, quanto inuidior humana gens, contra furor peſtis domitat eos.

Nota, inuidia morborum talium cauſa. Luxuria multorum, peſtis cauſa, inuidia coniungitur cum ſuperioribus inuidia interficit, intoxicat, &c.

Nota, eſt ſudor Arſenicalis, id eſt, Eſcharalis: ſed eſt ſudor, qui putrefacit, id eſt, ſtrangulat, ſicut fumus caſeum. Ita fumus eſt ille ſudor, & quicquid tangit, interimit, vt venenum non habeat. Ergò putrefit, ergo apertio, vt fumus exeat. Cura eſt attractio boni attractiui.

Alia Schedula.

VT naturam peſtis, quomodo deſuper in nos decidat, rectè intelligamus: noſcenda eſt natura Baſiliſci. Qualis natura huius eſt: talis etiam Planetarum, quos expectamus. Baſiliſcus excoctus & natus eſt contra naturam, ex ineptiſſimâ, præter omnem operationẽ naturalem. Sic peſtis quoque gignitur, & ex corde noſtro, velut ex gallinâ, ouum paritur, quod à bufonibus cœli excluditur. Quo ergo modo hoc animal, eodẽ etiam peſtis gignitur. Iam vero venenũ hoc in illis ſtellis manet, & ſtellæ illæ fiunt & ſunt Baſiliſcus. Baſiliſcus ille ſuá naturam retinet. Quamprimùm enim hominem intuetur, eius natura adeo venenata eſt, vt inuidia in ipſo, &c. Eſt enim totus Saturnus, & ſelecta eſſentia Saturni. Ea inuidia tam potens eſt, vt, quicquid aſpicit, continuo inficiatur & intoxicetur, ſicuti quis per oculos menſtruoſos inficitur.

Alia Schedula.

VIſus eius inſtar fulguris præceps & concitatus ruit, nec, quo feratur, quiſquam nouit. Et quâ velocitate oculi in quendam conuertuntur: ita velox eius radius. Et veluti nouimus, fulgur in principio nihil eſſe, poſteà tamen creſcere, & in materiam ac corpus indui: ſic ſimiliter nihil etiam in oculis Baſiliſci eſt. Vt autem fulgur, ita hîc fulguris inſtar natiuitas ea fit. Eâ productâ, fulgur in homines impingit, &c. Ex ipſis enim generatum eſt. Iam vero fulgur ex ſulphure fit, &c. & abit in coagulationem ſulphuris & ſalis, vnde ſuum quoque impetum, fragoremque & tonitru accipit, &c.

Aliud Fragmentum.

ITa ergo volatilia corpora per Magnetem ſuum in ortu ſuo, ex quo proueniunt, extrahuntur aut producuntur. Poſtea in ipſis nihil ſupereſt, niſi ſemen, quod maturationem ſuam expectat, vt decidat. Hoc oſcitanter præterierunt Medici, & ortum huiuſmodi ſpiritualis morbi non intellexerunt, nec Magnetem cœli, nec viciſſim maturos fructus, nec in corpus regreſſum iudicarũt. Quáquam cœlum propter copiam & multitudinem huiuſmodi corporum ſpõtè attrahat ſine digeſtione quidem & excrementis, hoc eſt, ſtella iræ, ſuam iram, corpus volatile, vltro attrahit. Sic & ſtella inuida, ſtella benefica, quæ per ſe ad maturitatem ducunt generationem illam in homine, quæ omnis in peſtilentiam abit, & huic quid ſimile.

Sequitur diſpoſitio Libri de Peſte.

LIBER PRIMVS.

De his, qui errauerunt, Epiſtola ad Lectorem.
De vulnere Peſtis.
De loco apto triplici.
De Materia & minerâ ſulphuris.
De ſignis & paroxyſmo, quomodò ex cœlo veniat, quomodò in homine corporetur, quomodò in cœlo generetur, quomodò inæqualiter cadat.

LIBER SECVNDVS.

De regimine & diætâ.
De præſeruatiuis & cautelis.
De Curâ in genere, vniuerſali & particulari.

LIBER TERTIVS.

DE experimentis extra ordinem, id eſt, quæ ſunt ſine Theoricâ & ordine, & tamen ſunt obſeruanda & tenenda.

Libri

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 555 sur 913

Libri primi, CAP. I. *De corpore volatili, quomodo sensus, imaginatio, voluntas, cupido, desiderium, appetitus microcosmi mutetur in corpus.*

Quomodo illud corpus sic transmutatum fiat volatile subiectum omni spiritui & mobilitati à nobis sursum, quia leue sursum.

Quomodo illud corpus volatile se retineat in corpore, & quomodo venenum fiat pessimum, vltra copora, denuò semen noui morbi, scilicet naturalis, id est, pestis.

CAP. II. *Quomodo sapientia sit principium incarnationis, & ea faciunt astra, quæ capit sapientia humana, iuxta dictum Ptolomæi, Vir sapiens dominabitur astris, præcipit, cogit, mandat.*

Quomodo characteres sunt instrumenta rei, facta ex sapientiâ vnius in cuspidem, & malleolum vnicuiusque, qui sapientiæ huius participat, & est instrumentum, vel huiusmodi.

Quomodo omnis incantatio nihil absque corpore agat, corpus est volatile, vt suprà dictum, & illud corpus cum spiritualitate imaginationis sumitur, & fit instrumentum maleficum, in aliam personam.

CAP. III. *Quæ natura Basiliſci sit, item prædictarum rerum exemplum, & ocularis demonstratio.*

Quomodo natura fulguris sit index Pharetri & Basiliſci, quod similis est Basiliſco.

Quomodo coniunctio olympi, syderum coniungatur tanquam vinum rubeum, & albũ vinum, & quomodo vinum commixtum misceatur in suâ contrarietate id est, vniantur duo ista sydera.

Libri Primis finis.

Vbi origo cruoris, ibi locus Pestis.

Cura { *Basiliſci. De Saphyris.* / *Arsenici. De 12. horis.* / *Martis Arsenicalis. De 7. Planetis.*

Duplicia medicamina: Arcana substantialia, & accidentalia { *De internis potionibus.* / *De Balsamo.*

Accidentium arcana in { *Ictericiâ. Oleo Antimonii.* / *Apoplexia. Tincturâ.* / *Paralyſi. Rebis.* / *Maniâ, &c. Meliſſa.*

Alia Schedula.

OPortet esse pestes, nullo prohibente. Nec quicquam præseruare possе, quisquam persuasum habeat. Et licet præseruatiua quidem data sint, tamẽ non dantur omnibus. Deus enim, quos vult, sibi elegit. Pestes semper aliæ veniunt in genere & specie. Ideò nullius vsus senibus & iunioribus promiscuis.

Torcular igneum, vitrioli phlegma, Tartari aqua, Caballinæ oleum, Torcular, sulphuris sublimatio, saphyri præparatio.

Sequuntur iam fragmenta quædam Theorica de morbis Tartareis, quæ libris duobus de Tartaro latinè editis, non mediocrem lucem afferre possunt.

MEDICINALIVM OPERVM PARS PRIMA
Theophrasti ab Hohenheim Eremitæ insignis.

LIBER I.

DE TARTARIS.

CAP. I.

Tartari quot genera & species.

TArtari duo sunt genera, Genus *pruinæ*, scilicet, & genus *Gemmæ de petrâ*. *Pruinæ* genus duplex: *Grandinis & vsneæ*. *Gemmæ* triplex: *Collectum, simplex, diuisum*. Omnia illa autem sunt, *Alabastrina* & *Marmorea*, aut *Lephantea*, & *Adamita*, *Duelech* etiã & *Magnetina*: habéntq; loca diuersa, quia diuersa sunt genera, & plura in corporibus. Igitur notãdum, quot loca, tot species. Vsnea stomachi, hepatis, vasis renum atque vesicæ: etiã pruina

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 556 sur 913

pruina hepatis, ſtomachi, &c. etiam grando, etiam gemma locum habet in ſtomacho, hepate & aliis partibus ſuis & hoſpitiis. Item nota de hoſpitibus, ſunt alienæ ęgritudines inconuenientes, non pertinentes ad capitulum, non ſunt conſueti morbi & extrà continentur.

CAP. II.

Pruinũ quid.

Pruinum quid eſt in harum generationibus prædictarum? Hoc: produxit matrix Elementina duo, Lutum & Mucilaginem, cum ſparâ ſuâ, quod eſt reſolutum & coagulatum, hæc externa. Peperit quoque Yliaſter tria in naturâ dolentis, viſcum ſecundæ generationis, & peruerſum Bitumen malè reductum, & peruersè in loco, & conglutinationẽ de re putrefactâ ſuæ ipſius. (De coagulato mentionem non facimus, quia mouetur materia ab extra & non intrà.)

CAP. III.

Digeſtionis natura eſt duplex.

SEd quid de propoſito? Illud. Natura Archei reſolutum à reſoluto non diſſoluit, hoc eſt, Lutum & lapillum, reſolutum ab humido non ſegregat. Vnica iſta permixtio cibus & potus. Porrò quid? Natura duplex eſt in digeſtione: vna eſt, quæ ſeparat lapillum ab aqueo, altera non cupit eum, dimittit lapillum reſolutum in aqueo, in epulis commixtum. Hæc (ſcilicet commixta) ſi natura conſumit, benè: ſi non, reſpice: aut ſtomachum, aut inteſtina, aut epar, aut vaſa vrinalia, & ſua communia lædit, & dolent de indigeſtione Archei, & ſeparatione puri Saphyri ab inepto Cacedonio.

CAP. IV.

NVnc, quod ſi ſumptum fuerit lutũ aut mucilago, ſi ſtomachus digerit pro ſeparatione, benè eſt. Quòd ſi non, ſi lutum fuerit ſumptum, & remanentia luti vel mucilaginis permanſerit in ſtomacho, fundi vel orificii loco, tunc ſequitur ardor, orexen, compreſſio thoracis, vomitus in aurora, recedit appetitus, & linguæ aſperitas, & quaſi prunellæ paſſio. Quòd ſi non, ſed abierit: ſi ad inteſtina, & non pertranſierit, adhærebit ſub Tartaro vel lapillulo, nunc cõſtipationem, nunc colicam, nunc dorſi dolorem, nunc coxæ & ſchiæ, nunc claudit Monocolon, nunc Longaon, nunc ſiſtitur vis in appetitu, & mala omnia. Etiam ſanguis exibit & fabę.

CAP. V.

QVod ſi ad hepar, & illic coagulatũ fuerit vel tartarizatum: nunc oppilatio, nunc ſitis, nunc vapor calidus, nunc punctio, nunc durities in hâc parte, nunc vrina pauca, nunc rubea, ſubrufa: nunc ſerina, nunc hydropea, nunc venarum indiſpoſitio. Quòd ſi pertranſierit ad renes, & illic exſiccationem ſequatur, in Tartarum conuertitur, lapillulatur generatio. Si in Regionibus adhærebit multipliciter, nunc nauſeam facit, nunc vomitum grandem, nunc torſiones vmbilici, nunc tumores pedis & venarum, nunc coxarum debilitatem, renum quoque & partium iſtarum erraticos morbos facit innumerabiles, & quaſi incurabiles.

CAP. VI.

QVòd ſi veſicam & partes eius cum collo capit, & cannam finalem in orificio ſuo, & receſſit humiditas, ſequitur in ſalis generationem loco iſtius. Tũc reſolutum, & aqueum reſolutum in Cacedonium coagulabuntur. Quia omne lutoſum, vel mucilaginoſum, indigeſtũ & non ſeparatum, in veſicâ ſeparantur ab inuicem. Quod ſi lutoſum, mucilaginoſum ſal fuerit, vel copia cum ſale indureſcit cutatim in generationem lapilli & calculi: quia in hoc loco Archeus latet ſegregationis, & ſua genitura, quã alii Lithiaſin vocant, ego verò Tartarũ lutoſum nomino.

CAP. VII.

SI Mucilago fuerit, non lutum, memento, locum vbicunque habet, vt de luto: ſi autem aquoſitas & humiditas ſeparata fuerit ab ea, tartarum generatur, vel Tartarum lutoſum, non in vno loco, ſed vbicunque fuerit deprehenſus & ſpoliatus humiditatibus ſuis, illic parit & coagulatur, apparebit Minera in periculis, ſequitur Alabaſtrinum genus, quod mucilaginoſum dulce eſt, & marmoreum, quod durum & aſperum eſt, de luto natum: quæ generatio ipſa eſt: grandinis eſt: quæ vſneæ Tartari.

CAP. VIII.

(Tractatus ſecundus.)

SEd quicquid ex internis tribus fuerit de Yliaſtro. ſcilicet de viſco, hoc eſt, de generato viſco principium ſumit localiter vbique, vbi fuerit poſſibile lapillari: non pertranſit vrinalia, nec ſtercorea viagia: ſed locum alienum cupit & habet. Habet naturam internam cum ſale (id eſt proprio) per ſalem (id eſt alienum) ſcilicet internam & non Elementinam: nunc in venis, nunc in concauitatibus: nunc in iuncturis, nunc in poris,

ris, nunc in medullis, & cæteris putribus, & in succo, & in Emunctorialibus egestionibus. Et est lapillatio aut Tartarizatio aliena, id est, rara.

CAP. IX.

QVod si ex Bitumine: quid est Bitumen Locustarum est genus, viscositatis, de speciebus pruritus, scabierum, antiquæ Podagræ, Chiragræ, & Arthreticæ: nam natura Bitumen habet. Quòd si exiccatum fuerit, nihil indè, nisi Tartarum: omnisque Podagra species eius Tartari, & vsnea dentium, & oculorum lacrymæ coagulatæ, facit signa intercutanea abscondita, Podagræ & Lithiasis. De his morbis dormierunt patres medici, nesciunt loqui posteri.

CAP. X

ET si de putrefactionibus generatio fuerit, notandum, vbicunq; locum habet, materia est nec lutosa, nec mucilaginosa, nec gemmæ, nec porosa. Est autem de substantiâ propriâ loci istius, à quo procedit, ab omnibus possibile. Quòd si putrescit liquor, sal autem non, sal in congelum conuerteretur, reliquum secum, secundum salis naturam centrum ponit, coagulatur, & indurescit, & incognitos gignit morbos. Nam quicquid ad vesicam venerit, in coagulationem lapidis transit. Nam in vesicâ est potentia salis, in quo vis est coagulandi, etiam in hospitibus partibus aliquoties. Notandũ, quòd si sal istud debile fuerit in spiritu vrinæ, generatio morbi nõ sequitur, sed resoluta exibit vrina cum coagulato resoluto: etiam de potentiâ naturæ. Hæc vrina ab extra suam patitur separationem, & sic de hospitibus.

Nunc de externis generationibus calculi à primo vsque ad vltimum. Deindè natura calculi in omnibus membris suis. Porrò de signis. Posteà de curâ.

Alia Schedula.

Pro Declaratione.

Tartarus est duplex in generatione: materia ista lutosa substantialis de glutine rerum, quæ est in potibus & in cibariis. Si in liquoribus, prima ostensio luti, silicis, & horum lapidum & materiarum. Si in cibariis, non potest illud facere sine liquore.

Tartari in diuersis diuersa appellatio.

Tartarum in lacte dictum Caseus in terris Leffantea, in aquis silices: & differentia est inter generationes & lapides.

Tartarum secundum est in corporibus nostris, in venis, carnibus, intestinis, & in aliis concauitatibus. Igitur facit constipationem & generationem suam, vt in pueris, & in his similibus. Et notandum, quod Tartari generatio duplex est: ex generatione rerum externarum sumptarum, & pro secundâ ex generatione sui proprij liquoris.

Tartari generatio duplex.

Pruinæ quid.

Genus pruinæ est in modum arenæ subtilissimæ, rubeæ aut albæ.

Gemmæ de petra quid.

Gemmæ de petra sunt granula, sicut gemmæ non diaphanæ & rotundæ.

Grando quid, &c.

Grandinis genus est, cum sunt non rotundæ.

Vsneæ est, quando per adhærentia se manifestat.

Collectum est, quando pluralitas est.

Simplex est, quando lapis est solus.

Diuisum est, quando & calculus & arena apparebit.

Spara est res ista, quæ non satis per naturam suam præparata, procreata est. Est res ista, in qua est aliquid peccans, non separata à bono.

Resolutum est, cum substantiam aquę vel cibi habet in se.

Coagulum est, quando separatum fuerit peccans à puro.

Sub isto tractatu de Tartaro plus quam tredecim capitula dedimus scil.

- *Colicam.*
- *Colicam insanabilem.*
- 4. *Stomachi dolores sub propriis nominibus sc.*
  - *Compressiones*
  - *Vomitus*
  - *Debilitas*
  - *Orexen.*
- *Omnes dolores dorsi.*
- *Consumptio particularis membrorum inferiorum.*
- *Contractura inferior sub vmbilico.*
- *Et omnes ægritudines Dysuriæ & Gonorrhææ, & horum genera morborum.*
- *Oppilationes innumerabiles.*
- *Durities innumerabiles.*

Videte priscorum errores, in capitulis istorum morborum, ex imperitiâ practicæ suæ. Hæc capitula huius tractatus practica probat.

Itẽm, Tartari cura duplex: sc. externi, & interni. Vna est sanabilis, sc. prima, altera ad sortẽ, scilicet interna generatio.

Si qua sunt, quando annuatim veniũt, vel septimis: vel tempus proprium. Item non secundũ cursum cœli, nec Elementorum externorum. Item, non ex crapulâ, non ex abstinentiâ, non ex bonâ vel malâ diætâ, sed tempus suum seruant, sicut stulti blaterant.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 558 sur 913

Aliud Fragmentũ de Tartaro.

Cos. I. 2°.

QVæ & quàm varia ex Tartaro generentur, & quid ista sint, accuratè expendendum est. Causæ enim Tartari immeritò aliis imputantur. Si ergò verã tartari cognitionem vobis comparare sententia stat, quinque sequentes libros perlegite & euoluite, quibus, quid Tartarus sit, & quid alterum sit, in quo Tartarus pater est, traditur & explicatur. Quãquàm ratione naturæ tartarus pater esse non possit. Quò verò contradicit natura dissolutioni? Velut in natura parens quid esse potest eius, quod ipsi tamẽ simile non est. Ideò necesse est, vt quinque istos libros, quibus hîc initium damus, legatis & cognoscatis, proboq; iudicio trutinetis. Extra hoc enim susceptus à me labor omnis irritus fuerit. Quisquis enim isthæc non plenè planeq; accepturus est, sed cum aduersariis nostris citra fundamentum stare potius volet: is Medicus vocari nec potest iure, nec vllâ ratione debet. Et si enim illi putent quidem, se rerum omnium plenã copiam habere, & temporis summam abundantiam, & sectatorum salutatorúmque numerũ ipso Pompeio frequentiorem, & amicorum infinitam segetem præ me: vos tamen scire debetis, quòd isthæc vniuersa vana & inania sint. Resistunt enim ac reluctantur illi naturæ, eamque coercere & in pedicas agere volunt consuetudine: hoc nimirum persuasum habentes, quia consuetudo naturam mutat, ideò seipsam iam quoque mutâsse & domuisse. Vos autem diuersitatem videte. Illud enim cibos saltem ac potum spectat: hoc autem non cibum solum ac potum attinet, sed tanti momẽti est, vt nunquam passura natura sit, se à consuetudine obrui & anteuerti, veluti nec à medicorum sectis & complicibus innumeris. Vult nimirùm natura aut penitissimè nosci & indagari: aut ægro cum morbo pessum eundum erit. Hâc de causâ vos sedulò adhortor, vt tandẽ à nugis vestris desistatis, & rem ipsam ex fundamento deinceps iudicetis: vt, quod ipsũ à vobis quoque fidelium Medicorum iusiurandum postulat ac exigit.

Consuetudo in quibus naturam mutet.

Cos. I. 3°.

AN non licitum cuiquam est, alij viã monstrare? Cur ergò non hîc quoque: Cumprimis, quod in tam intricatis morbis tot errores & ambages hactenus irruperint, quas vos mordicus tamen tuemini. Nimirùm de febrium ortu disserentes dicitis, eas ex humoribus, qualitatibus &c. gigni. Contrà ego audacter asseuero, quòd, nisi Tartarus existat, febres nullæ vnquam oriantur. Scitote ergò, Quartanas ex Tartaro Musto generari, & ex eodem tẽpora quoq; distingui, velut Tertiana suo tempore, quotidiana suo tempore redit. Vos affirmatis, alteram esse Melancholiam, alteram esse sanguinem, hanc phlegma, illam choleram &c. Horum nihil verum est. Illarum enim hæc causa & origo est, quòd Tartarus hoc tempore suam essentiam superet, & mutetur, aliúsque fiat, quàm aliàs est. Ex quo sequitur, quòd febres aliæ indè oriantur secundum tempus, & similia. Et si vnicus Tartarus deesset: nullo vnquam tempore febris hominem sollicitaret. Nec ergò Melancholia, nec simile quicquam aliud considerari debet. Proprietates enim febrium ex conditione Tartari designãtur. Hâc normâ etiam pleureses, & alij plures morbi, deinceps in suis libellis tradendi, considerandi sunt. Ideóque, quia corpus ad morbum disponitur, causam hanc ex alio desumit, non seipso: hoc est, Morbi isti non ita è corpore emergunt, quasi causæ in ipso conditę sint vel febrium, vel pleuresis &c. sed eæ extrinsecus ingeruntur cum rebus externis, hoc est, ex Tartaro. Ex hoc deinceps morbus generatur, quem vos aut sanguini, aut Melancholiæ, aut Choleræ &c. assignatis. Velut lignum ab igne accenditur, & ignis extrà est, nec in ligno: lignum autem illum concipit: sic extrinsecus quoque corpus morbos concipit, vt non splen solus æger sit, sed totũ corpus. Nemini ergò dicere fas est, morbum ex splene aut sanguine esse, sed ita dicendum est: Totum corpus incensum est, & omnes partes similiter. Quod si ergò fors in splene, epate &c. ex incensione Apostemata talia prodantur: vos ea esse apostemata dicitis, ex quibus morbi oriãtur. Non pigeat vos lectionis huius libri longioris. Sedulò attendite, quî febres & morbi similes alij fiant: quanquam nihil solidi & certi de huiusmodi morbis in veterum libris traditum sit, tandẽ videte.

Medicæ reprehẽsio.

Tartarus musto febrium 4. causa.

Humores morborum causę nõ sunt.

Morbi omnes extrinsecus ingeruntur.

Cos. I. 4°.

PRo constitutione horum ergò hîc tantùm tractabitur de illis morbis, qui nullâ viâ aliâ, quàm externâ, hoc est, ex Tartaro inducuntur. Hi nimirùm morbi istiusmodi sunt, qui omni

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 559 sur 913

omni modo rationéque ab vniuersis cęteris complexionibus & humoribus discernuntur. Et licèt quidem aliquando sanguis quoque &c. efferuescat,ac in rabiem agatur: eiusdem tamen ratio alia nulla est, quàm quæ est ligni. Lignum enim neutiquam furit, si ignis in ipso nõ sit. Præterea,si sedes ac deiectiones alui aliquando variæ sint, veluti virides, luteæ &c. hæc signa & similia alia nihil aliud indicant,quàm quòd istarum causa à Tartaro sit, & Tartarus ipse. Denique in morbis ventriculi, hepatis, & renum vesicæq; multa apparent, quæ vos causis aliis accepta fertis, quæ tamen ad vnum tartarum referenda erant. Huius etiam classis sunt, Orexis, Podagra, Schiatica Phthisis, Consumptio & similia. Vndè vos cum vestris illis decantatis humoribus longissimè exorbitatis. An verò hoc non videri indignum debeat, vos tam oscitanter circa hęc versari, laruásq; vestras ac coma tantum æmulari obstinatè, nec rerum veritatem penitius indagare velle, aut rationem vobiscum inire, an ista figmenta vestra quadrent, & ab omnibus promiscuè rata habeantur?

Tartarus morborum causa, non humores.

Ex his autem vel ipsimet iam iudiciũ facite,an Montispessulani & Salernitani Medici cum assectis suis vniuersis meritò non reprehendantur, quòd tantis sæculis in libris suis desudârint, & tamen nec dum periculum fecerint, an, si auctores ipsorum examini subiiciantur,cũ honore staturi sint vel minùs: sed oscitanter ac promiscuè adeò omnia ipsorũ verba rata habuerint, & in solo istorum testimonio tam facilè fœdéque acquieuerint? Mihi autem contra hos hîc non constitutum est in isthâc præfatione rẽ accuratiùs ventilare.Fiet hoc in sequentibus libris:ex quibus ingeninm & consuetudinem ipsorum propius vos cognoscetis, videbitísque quintâ cum caligine vósque auctorésque vestri practicam medicam in Academiis vestris hactenus offuderitis & intricaueritis.

Medic. reprehẽsio.

Cos. I. 5°.

Tartarus quid sit.

POrrò autem vt de Tartaro, quidnã is sit, planiùs teneatis: principium tale accipit. Res omnes creatæ, ex coagulato procedunt:& posteà coagulatum hoc in Resolutum abire debet.Ex Resoluto iam omniâ procreata procedunt, siue ea Resoluta siue coagulata in formâ sint. Porrò,coagulatum hoc tam exquisitè resolui nunquam potest,quin resolutum id in suam coagulationem redire annitatur. Ita videtis,quòd sal,si in aquâ resoluatur, in suam denuo coagulationẽ redeat. Eadem ratio rerum cæterarum omnium est. Adde quòd coagulatũ nullum ita probè resoluatur,quin suæ naturę aliquid retineat, per quod in formã pristinam reducatur. Itaque scitote,coagulatũ illud ex tribus primis esse. SS.M.S. quodcunque tandem horum sit. Sulphur tam perfectè nunquam resoluitur, quin coagulationis aliquid eidem relinquatur & adhæreseat. Idem Sali quoque & Mercurio competit. Et ad coagulationẽ istam resolutionemq; diligenter attendendum est.Vna enim alteri sæpiùs præpollet: ex quo id fit, quòd deinceps dicetur. De rebus ergò vniuersis scitote, quod ex tribus primis procedant. Ex quo verò procedunt, id coagulatum est, veluti semen, veluti terra, veluti fructus omnes, omnia crescentia. Nihil enim est, quod non sit coagulatum. Ea verò coagulatio non est ista,cuius hîc mentio fit: sed est supra eam, & ante eam fuit. Fructus enim ex illo resoluto enati & iterum coagulati sunt. Ex quo sequitur, hoc loco talem generationem fieri, quæ si non denuò ac secundò digeratur, veluti ex primâ resolutione in fructus digerebatur, quòd tandem illud, quod ita digestum non est, principium Tartari euadat.

Omnia ex coagulato.

Coagulatorum & resolutorum perpetua vicissitudo.

Reliqua non habentur.

Fragmentum aliud de Tartaro.

* illud est cinis. Iam ita sequuntur etiam morbi. Vnus ex liquore, hoc est, ex Mercurio: vnus ex ardente, hoc est, ex sulphure: vnus ex cinere. Et iste est Tartarus, quem hîc in principio trium librorum pono. Hæc mira vobis obuenire minimè debent. Lignum aspicite. Id Mercurium exhibet, qui liquor est: dat oleum,quod ardet:relinquit cinerẽ, qui sal est, & in suo Archeo est signum. Sic quicquid in quâcunque re non ardet, Mercurius est: quod ardet est sulphur: quod ab ardore remanet,Sal est. Cũ ergò res quælibet tã animata, quàm non animata, simili modo constituta sit: porrò nouisse debetis,quid in illa separatio sit. Hęc autẽ Ignis est.Iam,cũ ignis vnus nõ sit:nec vna erit separatio. Si separationes plures vnica sunt: pluribus etiã modis vno extrahetur Mercurius, Sulphur,

Morbi ex tribus primis.

In ligno tria prima conspicua.

Ignis separationis pater.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 560 sur 913

Sal. Huiusmodi vero separationes si nouerit is, cognoscetis etiam, quomodo hæres in quouis distinctè consistant. Videtis, quid operetur ac agat Elementum ignis: profert cineres, oleum, liquorem, Athanar aliter operatur quam ignis. Iam autem vicissim videtis, quod Athanar idem aliter faciat, tres quidem res dans, sed alium tamen Mercurium, aliud Sulphur, aliud Sal, cæteris minime similia. Formam aliam modúmque stomachus in suâ operatione dat. De his facite, vt loquar ego, & discatis vos ac principium attingatis. Ad imum fundamentum penetrate, nec in mendaciis vestris obhærescite, quibus omnes vestri textus ac commenta, omnes scholæ vestræ, Salernitana, Montispessulana, & aliæ vniuersæ (nam nullam excipio) prægnantes sunt.

CAP. III.

CVm ergò tria illa Medico hâc ratione considerauda sint, & noscenda etiam separatio, quomodò nimirùm separentur: ideò consilium meum est, hoc loco de istis saltem tradere, quę ad Medicum proximè pertinent, veluti de Stomacho, hepate, Renibus, quæ omnia tria ignis sunt, & illa tria prima à se inuicem separant. Et cæteris duobus, Mercurio nimirùm & sulphure hic omissis, hic tantùm, quid ex Tartaro fiat, tractaturus sum. Principiò autem pro conclusione pono, quòd omne id, quòd assumimus, velut lignum in igne, in nobis consumi debeat. Quicquid essentiæ quintæ in cibo potúque est, id in corpus abit, ac fixum manet. Reliquum ab istâ diuersum, degenerat in tartarum, qui fæx est, de quâ in Paramiris dixi. Est etiam illud impurum: sicut quintum esse est purum. Quod ergò graues morbos, quorum causam & nomen meritò designo, parit ac inducit: scitote id solum Tartarum existere, quem sequentibus capitibus explicare aggredior. Quod dum faciã, nulli Eloquentiæ aut arrogantiæ velificabor, sed rem & necessitatem ipsam proponam. Necessitatem autem ea est, vt Medicus in istis morbis

Deficit hic finis Tertij, & principium quarti capitis.

Sed vt propositum nostrum de Tartaro continuemus, scire vos velim, ipsum duobus modis adhærescere: alterum instar pruinæ: alterum instar gemmæ, hâc ratione. Qui pruinæ specie adhæret, is interdum vt vsnea in arbore aut saxò est, in bolari aut lapidali formâ: interdũ interdum collectè, vt Tartarum in vino. Sic gemmæ quoque Tart. vtroque modo adhęret: quanquàm interdum vt lapis instar gemmæ formatus, suâ tamen diaphanitate non coloratus: nonnunquàm vt granati simplices, & solitarij. Ad hæc duo genera omninò attendere debetis, scireq; quod stomachus, epar & renes, & quicquid his confine est, in separatione sua huiusmodi omninò pariant. Quo vero pacto ista omnia fiant, deinceps attentiùs cognoscere debetis, vt praxis vestræ modum metámque teneatis, nec somnia vestra semper pro oraculis habeatis, quæ nec ipsi Auicennæ, nec Hippocrati honori & commendationi esse possunt. Quanquam eadem nugamenta vos aliquoties carnificis manibus extricauerint. Quo factum est, vt ex istis scurris ac flagrionibus columnas vestrarum scholarum tam opportunè constitueritis.

Alimentorum sola essentia fit corpus. Assumta vt in corpore mutentur. Tartarus quid. Tartarus quot formis adhæreat.

CAP. V.

DIcta hæc duo Tartari genera, formas ac generationes varias producunt. Nonnullæ Alabastris similes sunt, & scindi possunt. Quædam Marmor, colore, læuore & duritiâ referunt. Alij sunt Lephanteæ: quædam Adamitæ: acutæ & scindentes: aliquæ vt Duelech vel pumex, raræ & foraminosæ instar spongiarum. Simili ratione loca quoque & regiones variæ sunt, non in renibus saltem, sed & in vesicâ, in hepate & stomacho. Hæc autem quæ scribo, mira vobis videri non debent: nisi ex professo vos stultos venditare velitis: quos admiratio demum minimè dedecebit, Illorum multi quoq; sunt in intestinis, in concauitatibus, in iuncturis & in cerebro, & membris principalibus, aliisq; locis pluribus, sicut de tartaro innato deinceps plura dicentur. Summo ergò iure de tartaro intestinorum loqui possum. Et de hoc si loquor, colicam intelligo. Similiter, si de tartaro vesicæ loquor, illum indico, quem vos cuculi calculum appellatis. Ita, si de sale resoluto dissero, lotium illud puto, quod vos nec ab Apollinis vsque sæculo cognouistis, vndè emergat ac oriatur, qui vocetur, & quidnam sit? Interim quod ad præscriptum vestrum non loquor de morbis & medicinis, ex causâ iustâ facio. Quamprimum enim à vobis me deceptum animaduerti, vestrûm omnium auctoritas apud me vilescere cœpit. Hinc

Variæ tartari species.

etiam

etiam motus aliud pono, & iam loquor de grandine ſtomachi, de vſneâ hepatis, de pruinâ renum, de lapide in ſplene. Sic etiam dico &c.

Auctor eſt alio nomine de morbis loquatur.

Deficit caput ſextum & principium ſeptimi.

Si verò hæc non eo modo, quo debebant, fiant: contrarium quid naturæ emergit, ac de ſale potiſſimum: quod hoc libello maximè conſidero, nimirùm ita: Salia duo ſunt: Vnum ex iſtis tribus, in vrinam abit. Vrina enim tantùm eſt ſal reſolutum à coagulato. Iam verò ſulphuri & Mercurio ſal quoque congenitum eſt, quod ipſum quoque ſibi contrarium generat. Si eſt in ſulphure, hâc in viâ eſt, hoc eſt, in inteſtinis. Si verò eſt in Mercurio, in viâ Mercurij illam generationem facit. Hinc iam fit, vt tartarus naſcatur in inteſtinis & poris. Ratio eſt, quòd Mercurius per poros tranſeat. Quòd ſi ergò in viis mediis coaguletur, priuſquàm ſudor fiat, tunc tartarus ponitur in iſtis poris. Similiter etiam in vrinâ, ſi coagulatur. Iam verò porro, mineralis quoque ſeu corporalis ſimiliter ſe habet. Si mineralia ſalis in ſanguine iacent, & in coagulationem abeunt, iam tartari generatio facta eſt. Si in poris oſſium, in medullâ, aut in locis aliis; tunc ratio planè ſimilis eſt. Nam & his ſua ſeparatio incumbit & expurgationis officium. Quòd ſi non fiat, tunc in contrarium quoque naturæ abit, hoc eſt, in tartarum ex causâ ſalis coagulationis prædominantis. Quo verò tandem velo ac fundamento tartarum in generatione aliâ tueri poteritis, cùm tamen tartarus vobis nec cognitus nec intellectus ſit? Nec enim, quid is ſit, vel dum nouiſtis: niſi quòd aſſiduò de Lapide veſicæ & arenulis renum deblatteretis, neſcio quid inepti, & vos Doctores ſaltem venditeris iactatoriè, cùm tamen nec rerum iſtarum, nec multo grauiorum anatomiam vllam teneatis. Ex omni veſtrâ Metaphyſicâ ac Sophiſticâ, definire non poteſtis, vndè homo factus ſit, aut quid ſit, aut quid in ipſo ſit, & tamè nugas veſtras vbiuis ac iugiter occinitis. Pro hâc ergò meâ adhortatione iam nares premite & inhabitantem ſtultum emungite: ac deinceps talia addiſcite, quibus contra me vos tueri queatis.

Salia duo ſunt, vrina ſal eſt reſolutum.

CAP. IIX.

NE quid verò intactum tranſiliam, vnum adhuc, quod veſtra capita grauat, ſupereſt, vt dicam de Materiâ primâ. Vos de vltimâ, quid ſit, hoc pacto cognoſcite. Natura in ſe habet ſubtile craſſumq;. Subtile ſine noxâ eſt. Craſſum aut quod vobis propono: eſt hoc, de quo dico. Dixi autem de eius principio. Principium hoc quoque in fine eſt. Ideò pruina, vltima quoque materia eſt. Scire verò debetis, inter has duas medium quiddam intereſſe: Id eſt reſolutum. Ex hoc vltimum redit in ſuam formam primam. Hoc medium aliquando eſt mucilago, aliquando viſcus, quandoque liquor, interdùm velut ſuccus, prout reſolutio incidit. Ex hoc ſequuntur duæ vltimæ materiæ: prima

Reſolutum eſt medium vtriuſq; materiæ.

Deficiunt & hîc quædam.

Nam ſi erroris veſtri, quos fouiſtis tamdiù, veniam diuturniorem & indultum longiorem haberetis; nulla certe peſtis intereà tot iugulare poſſet homines, quot veſtris vos artibus hactenus confeciſtis & exanimâſtis.

Finis Tractatus primi, primi Libri.

Aliud Fragmentum de Tartaro interno.

TRACTATVS V.

IAm porrò de Tartaro, quidnam ex ipſo fiat ac procedat, in hoc capite ita attendite. Sal corporis, quod cruorem ego appello, eſt merum ſal reſolutum. Id longâ ſerie per vniuerſum corpus adhæret, dum in veſicam pertingat. Ita enim conſtitutum eſt. Nonnullum per ſudorem exit. De hoc ergo ſale reſoluto interno hoc tenendum eſt, quòd Tartarũ quoque giguat, ſi Mineralis quoque liquor concurrat, & in vnam coagulationem abeat. Hoc inde fit, quia quilibet liquor mineralis à materiâ coagulatâ eſt, & ſal eſt illud, quod coagulat. Iam ſi coniunctiones horum duorum fiant, tunc ipſa quoque tartari genera reliquis ſimilia euadunt. Et de Mineralibus quidem hæc cauſa eſt vel ratio, quòd homo in & ex mineralibus omnibus conſiſtat: & quot ſpecies foris, totidem etiam intùs inexiſtãt. Et hinc Medici deſumpta notitia eſſe debet, quòd ex his omnes morbi oriantur. Et contra hæc probè vos inſtruite. Mineralia enim hæc quatuor veſtros humores è medio tollent & ſtultitiam veſtram ſub radium protrahent. Summo ergò niſu id agite, vt veſtrũ fundamentum ita ſolidè firméque conſtituatis, vt per illud, hoc noſtrũ euertatur & ruat: aliàs eadem veſtra ſors erit, quæ

Cruor eſt corporis ſal reſolutũ.

Sal coagulat.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 562 sur 913

Ringlerinæ, quæ aut ibus ad palum numellarium relictis discessit. Cæterùm, si huiusmodi cruor salis & minerale alicubi conueniant, siue in venis id fiat seu sanguine, siue in poris carnis, siue in concauitatibus vrinæ aut aliis: nihil sperandũ esse aliud scitote, quàm quòd lapillus, vsnea aut grãdo generetur. Quâ ratione verò id fiat, deinceps in suis capitulis de singulis morbis plenius intelligetis.

CAP. II.

Gluten Album.

IAm verò alia adhuc generatio superest, cæteris omnibus grauior quoad duritiem & dolorem: nimirum talis. Gluten, quod à veteribus chirurgis synouia vocatur, lentum est & viscidum, instar albuminis oui. Ipsum si materia sãlis corripiat & cum eodem permisceatur, tandem in lapillum coagulatur. Hæc autem generatio hoc modo fit. Gluten non quidem de materia lapilli resoluti est: est tamen materia viscosa & mucilaginosa, ex quâ lapillis quid simile generari potest: non tamen lapilli veri, qui lapilli sint & vocentur, sed mediũ quiddam inter lapillos & Bitumen. Ipsius tamen coagulatio & natura lapidibus similis est. Nec alio quidem vlio loco fit, nisi vbi gluten iacet. Ex hâc coagulatione oritur podagra, chiragra, & genugra, si localiter in illis locis sint, vbi gluten habitat, sublatâ tamen inflammatione, quæ accidit, sicut in capitulo de Podagrâ dicturi sumus. Hoc hic saltem perstringo, vt pro Tartaro id iudicare sciatis. Idem de spermate similiter etiam sciendum est, quòd si velut glutinis generatio fiat per sal coagulationis, cæteris similes lapilli generari queant iis locis, vbi sperma situm est. Huiusmodi lapides aliquoties ex seipsis resoluuntur. Nec enim eorum generatio lapillis similis est. Vndè etiam fit, vt mucilaginum more dissoluantur. Huiusmodi autem genera omnia à se inuicem per signa sua certa distinguuntur, ad quorum differentias probè attendere debetis.

Gluten ex synouia.

Lapilli ex glutine.

Lapilli ex sperm ate.

CAP. III.

POrrò autem defectus alij quoque sunt ex Tartaro enati qui tamen in lapillum aut vsneam non degenerant, sed aut in mucilaginem, aut coagulum aut aliud pus. Cum vero hi quoque prodeant de Tartaro: cognitio eorum necessaria est. Frequenter etenim accidit, vt Tartarus hic in viis vrinę fæces suas deponat. Hæ fæces subindè morbos multos pariunt, qui omnes pro lapide habentur. Hoc modo affecti mingere non possunt, quod hæ fæces vrinam supprimant ac intercipiant. Nonnulli sanguinem mingunt, quia digestio immaturè ratione Tartari exit. Nonnulli pus reddunt, quia coagulum putrefit: Aliqui sperma excernunt, quod coagulum & fæces vias eius obstruunt. Quidam dolent propter sal in coagulo. Quidam nihil sentiunt aut quæruntur, quòd à fæcibus illis narcoticis membrum anodynum factum sit.

Morbi ex mucilagine.

His nonnunquam multa quoque concurrunt salia, multa vitriola, multa alia, quæ ex hisce tartari fæcibus per ipsarum putrefactionem generantur, quorũ nec numerus nec prouidentia est, ita indies nouæ formæ ac species producuntur. Hoc loco pusta quoque, hoc est, Archeus renum cognosci debet. Quid is noui indies pariat & progeneret, hoc medico relinquimus indagandũ, qui opera illius quotidiana, industria priuatâ notabit & expendet. Vos autem veterani Medici pro nihilo id vniuersum ducitis, à vobis quod non præscriptum & euulgatum est. O verò fanaticos scriptores & illusores nimis confidentes. Dies enim illa veniet, quâ cum Magistris his vestris vos discipuli staturi eritis, sicut Cuntzius ab Hausen, quem è medio Diabolus extulit.

ALIVD FRAGMENTVM.

I. *Essentia Tartari tractat.*
- *Quid sit Tartarus.*
- *Tartari quot species.*
- *Tartari Matrices.*
- *Explicatio tartari in externis.*

II. *Digestus Tartarus tractat.*
- *Quomodo digeratur*
- *Vbi excrementa*
- *Qualis sanguis & caro eius*
- *Futura quæ.*

Mucilago tartari tractat de
- *Oppilationibus*
- *Retentionibus*
- *Repletionibus.*
- *Suffocationibus.*

in
- *Venis*
- *Membris vacuis*
- *Poris.*
- *Aruinâ.*

& est Lutum rei

IV. *Nitrum*

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 563 sur 913

IV. Nitrum Tartari tractat { *De putrefactionibus, è quibus generantur hi morbi:* { *Febris, Pleuresis, Iliertitia, Hydrops, Menstruum.* } *in* { *Stomacho, Epate, Sanguine, Humeribus, Matrice.* } *& est suum rei.*

V. Anatron Tartari tractat de { *Vsneâ, Pruinâ, Grandinibus, Lapillis* } *in* { *Ore, Stomacho, Intestinis, Epate, Renibus, Vesicâ* } { *& est arena & lapis.*

Hic notate, quodnam Nitrum, quod anatron, &c. quæ salia pestem iudicat, & quomodo cœlum opituletur.

Tartari sunt 3. species scilicet { *Anotron.* { *est materia lapidis, vsnea, arca, &c. secundum quod generatur in potentia.* } *Mucilago* { *est phlegma, quod descendit à cibis, in modum bituminis:* } *Nitrum* { *est stercus, quod in digestionibus emittitur, videlicet excrementa.*

LIBER QVARTVS.

De Tartaro Nitreo.

Motus ægritudinalis quid.

MOtus Nitri ægritudo est cum horrore seu frigore corripiens, tamdiù durante, dum æstus seu calor ingruat, ad aliquot scilicet horas. Hoc deindè vanescente, morbus intermittit ad statutum vsque diem, quo simili periodo is redit. Et sic consequenter eodem insultu, vsque ad consumptionem materiæ.

Carbunculus ægritudo est, primùm frigore, pòst calore insultans: & hic quidem continenter durat, nullo frigore reciprocante. Nam calor tam diù continuat, donec consumatur & finiatur vel ad sanitatem, vel ad mortem: Huic præterea Apostema superuenit, quocunque corporis loco erumpat, siue paruum, siue magnum sit, siue maturum, siue minùs sit.

Carbunculus qualis morbus.

Flammula est morbus, tam frigore quàm calore affligens, cuius quidem calor continenter infestat siue caput, siue alia corporis membra. Apostema tamen aut vlcus nullum habet, homines tamen delirare facit. Terminatur interdum morte, interdum longâ ægrotatione, cum intenso æstu, & incumbente Maniâ.

Flammula qualis morbus.

Nominum declaratio.

MOtus nitri nomen à caussa mutuatur. Sicut enim terræmotus terrã concutit: ita nitrum concutit corpus. Germani à succussatione ipsi nomen indunt, non à frigore. Quâ enim ratione terræmotus sit: sic hic quoque morbus effectum suum consequitur: vt deinceps tradetur.

Morbus nitri vnde dicatur.

Carbunculus nomen sortitur à calore, & metaphora ducitur à carbonibus. Sicut enim carbones calorem fundunt, & præterea corpus habent: sic in hoc quoque morbo iugis ac continuus ardor est, & ideò frigoris Apostema erumpit, ex quo tandem, velut ex prunis, perpetuus calor effunditur.

Carbunculus vnde dicatur.

Flammula à continenti calore dicitur, quasi, corpus perpetuo æstu flammeum sit, qui æstus immodicus hominis caput affligat, & corpus deiiciat.

Flãmulæ vnde dicantur.

Ex Nitro 3. principales morbi nascuntur: { 1. *Febres: motus Nitri.* 2. *Apostemata: Carbunculus* 3. *Flammula.*

Sub morbo primo comprehenduntur alii morbi.

1. *Sub Febre.* { *Quotidiana.* *Tertiana.* *Quartana.*

2. *Sub Carbunculo* { *Anthrax.* *Pestis.* *Saphyrus.* *Phlegmon.*

3. *Sub flammula* { *Synãche.* *Causson.*

Febris ex Nitreo Tartaro procedit
Carbunculus ex Nitro.
Flammula sal nitrum occupat.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 564 sur 913

Nitrum quid.

Nitrum est fimus & cadauer rei efilis aut cibariæ. Et hoc cadauer est, ex quo putredo gignitur. Ex hac putrefactione prædicti morbi omnes emergunt. Ideò sæpius vnâ in domo, quicunque de eodem cibo ederunt, eodem morbo aut nitro occupantur, non secus, ac aër putridus aut venenum aliud vniuersos eodem loco congregatos inficit, & apostemate ferit.

A nitro sanguis putridus fit.

Putridus & corruptus sanguis omnis ex nitro oritur. Et licèt quidem nondũ omnis computruerit: prompte tamen citóque putrescit, si post emissionem à sole putrefiat. Priùs enim à putredine nitri generatur. Cuius tamen noxa tam ingens non est, ac si putredo à sole dominari incipiat.

Vt summatim dicam, nitra omnia instar fimi sunt. Fimus si congeratur & cumuletur, excandescit. Si fimi moles magna sit: calor diutius retinetur. Sin minus, citiùs deferuescit. Eadem etiam in febribus ratio est: Si nitri multùm sit, paroxysmus diuturnior est. Si parùm, tempestiuiùs finitur. Tale quoque sal nitrum est. Id cogit & colligit fumum, dum exitum inuenire queat, aut consumatur. Eo vanescente, nouus iterum congeritur. Et hoc iteratur, dum vniuersus consumptus sit. Vndè fit etiam, vt febres nonnullæ ad biennium au triẽnium extendantur. Et nitrum quidem seu fimus, qui febres in homine concitat, nonnunquam die vno, nonnunquam biduo, interdum singulis horis putrefit, vt ita quotidiana, tertiana, quartanáque generentur. Paroxysmus autem tamdiù durat & protrahitur, quamdiù vapores inclusi manent, nec erumpunt: qui dum intùs coercentur, membra singula, manus pedésque peruagantur, tandémque distracti venas contaminant & putrefaciunt. A dissipatis ac dispersis vaporibus, omnia frigere incipiunt. Frigus enim hinc oritur, quod nitrum in principio frigus suum excutiat, vt eo liberetur. Hoc facto, calor seu contrarium inualescit, quia constipatur sanguis, & sic propter malam dispositionem generatur.

Febres quomodo à Nitro sulci. tentur.

Frigus in febribus qui fiat.

Locus nitri est in sanguine. Ideò purgationes conueniunt, quæ in hoc morbo stomachum euacuant. Et sunt simplicia quædam, quæ nitrum ex sanguine in stomachum & vesicam attrahunt.

Nitri locus sanguis.

Nitrum in carbunculo vsque adeò indurescit & exiccatur, vt vlteriùs ac graviùs putrescere non possit. Ideò febres & carbunculi in hoc differunt. Nam in febribus fimus putridus manet: in carbunculo siccescit ita, vt plus paroxysmo vno non moueat.

Desiderantur cætera.

Ex libro de Mucilagine.

Apoplexia est pulmonum infarctus à mucilagine.

APoplexia seu gutta est in pulmone: hoc est, si cannæ spiritales à mucilagine implentur & quasi suffocantur. Tunc enim paroxysmus inuadit, vt est spasmus, tetanus, &c. qui omnes ex vitalis naturæ vi læsa oriuntur.

Paralysis est, si mucilago ligamentorum meatus infarcit: sic enim illa virtutem motiuam suam & humorẽ perdunt, quocunque id loco fiat. Ideò quod resolutio & vocis amissio tam subitò fiant, principium à suffocatione ducitur.

Similiter etiam de Pleuresi, Podagrá, & Artheticâ iudicandum est. Item, talis etiam Mucilago in vino est. Eius tamen mucilago multa est, & Isopus vocatur, à vino adusto remanens, &c.

Plura iam de his non habuimus.

Sequuntur nunc quædam capita ex autographo Paracelsi decerpta, cum textu tractatus secundi & tertii, Libri secundi de Tartaro conferenda. Quæ etsi cum superioribus eiusdem sint materiæ: diuersis tamen & interdum quoque aptioribus verbis depinguntur. Non igitur inutilia studiosis Lectorib. fore putauimus.

De diebus Creticis.

Crisis quid.

(Cretica dies, dies crisis est. Crisis est spatium à principio morbi vsque in finem morbi, nec augmentum, statum, vel declinationem habet, sed morbus creatus, & perfectum esse suum. Considerandum hoc Medico de morbo ægroti.)

Crisis est spatium temporis, sumptum à princi-

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 565 sur 913

à principio morbi, vsque in eius interitum. Prima dies eius, dies causæ dicitur. Vltima dies verò cretica. Ducit enim crisis originem in fine temporis digesti. Digestum tempus est illud, in quo species Yleiadi mundantur à fecibus. Fecis morborum initium, & crisis principium, sumptum ab excrementis Yleiadi, post excrementa purum Yleiadum apparebit.

Origo crisis finis tẽp. digesti.

Cretica dies Arsenicalis, est dies 3. in acutis: dies 5. in peracutis: dies 7. in perperacutis.

Dies arsenicales quę cretica.

Arsenici acuti crisis est ad 24. horas, acutorum 15.

Mercurialis crisis est, 4. die: in peracutis in 3. in perperacutis 18. hora. Mercurii acuti 13. hora: acutorum 7. sulphuris 10. hebdomata, in medio 16. hebdom. longissi. 13. hebdom.

Acuti 6. acutorum 4. vel. 5.

Plumosi Yliadi in regionibus 3. 5. 7.

Extran. 12. Anno 19. ogertinum 14. die 21. 29.

Salia digesta, entalia, alumina 6. hebdom. 9. 11.

Subtiliora 3. 4. 7.

Resoluta 2. 5. 6.

Exteriora corrosiua, auripigmentalia ad 5. annum separantur ad 3. ad 7. mẽses.

Communia crisin non seruant, nec sunt mortalia?

De Pleuresi, cura Planetarum.

Pleuresis quid.

PLeuresis est morbus inclusus, in mẽbris principalioribus, locum habẽs in regionibus illorum per oppilationem Tartaream, siue resolutum aërem, siue corporalem generatus. Recipit materiã suam ex sale Ogertino, cum speciebus pestis & prunellæ. Signa eius ista: tremor cum frigido & calido sine pluralitate, faciei discoloratio, membrorum debilitas, calor finalis & ascendens, puncturas capitis, laterum, & in præcordiis, & thorace.

Pleuresis signa.

Locus autem puncturæ & punctionum, membrum indicat. Diæta non est obseruanda in hoc morbo, potius sed medicina supra diætam. Dura eius est duplex: ex Tartaro & Saleto. De speciebus Tartari sunt ista: ♃. *Tartari* ℔. *j. aquarum vitæ* ℔. ß. *granorum Iuniperi* ℥iij. *Reduc in aquam*: Dosis eius aquæ ℥. ß. vsque ad ℥. j. in vino maluatico vel bono.

Diæta in pleuresi nulla obseruanda.

Cura Plur. duplex.

Alia ♃. *huius reductionis* ℔. *j. Mumiæ claræ electæ* ℥. iiij. *& benè tritæ, aquarum brassii, absinthii, ana* ℥. ß. *misce*. Dosis ℥. j. vsque ad ℥. ij manè & serò, vel secundum cohob.

Alia. ♃. *huius mixturæ* ℥. vj. *aquæ sileti, & id trium salium* ℥. ß. *aquarum absinthii, maioranæ ana* ℥. j. *misce*, dosis ß. in bonis aquis vel vino.

Alia, ♃. *Sileti* ℥. j. *Tartari* ℥. ß. *Reduc mixturam, cum* ℥. ij *mumiæ*: Dosis ʒ. j. in vino vel aqua melissæ.

Cura prædicta in omnibus speciebus pleuresis valet, nisi in pleuresi ex corde, vbi hæc descriptio administretur.

♃. *Laudani puri* ℈. j. *musci gr.* v. *Camphoræ gr.* vj. *fiant pillulæ cum aquâ de spiculâ*, Dosis gr. vi vel vii.

Pleuresis cordis remed.

Item in speciebus pleuresis commune vnguentum.

♃. *Pinguedinis murmentorum* ℥ j. *olei amygdalarum dulcium* ℥. ß. *Olei Chamomillæ. Olei Rosarum ana* ʒj. misce, fiat vnguẽtum molle super ignem, cum modicâ cerâ.

Vnguẽt. Murmẽtorum contra pleuresin.

De Prunellâ.

PRunella est passio principalis cum paroxysmo proprio in caloribus existens: procedit enim extra regionem propter subtilitatem salis vitriolati ex testâ suâ: species pleuresis & pestis, calor eius vitriolatus calor est, & corrosiua incensio.

Punella quid.

Signa sunt in fine morbi: calor gutturis cum rubedine vel nigredine, adustus humor & liquor super linguam, cum scissuris membri, magna debilitas corporis, sitis, dolor capitis, vehemens angustia thoracis & partis.

Prunellę signa.

Cura eius est, vt in peste. Si autem pestis cura morbum non tolleret.

Prunellę cura.

♃. *Aquarum prunellæ* ℔. j.

Laudani puri ʒ. ß:

Fiat Gargarismus cum mundificatione linguæ, & haustus post eam sæpiùs in die: & quæ hæc descriptio non expellit, etiam alia remedia inutilia sunt.

De Hydropisi.

HYdrops est passio ex regionibus hepatis orta ex Tartaro aluminoso, sub primo corpore, per resolutionem propriæ naturę deinceps per spiritum membri huius mineralem, qui totius corporis ex septem vnus: is resoluitur in partibus suis, tunc est hydrops ex regionibus hepatis per totum corpus. Sic & in aliis membris principalibus per hunc modum generatio hydropisis est. Prætereà septem sunt genera & diuisa per mineralem

Hydrops quid.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 566 sur 913

neralem ſpiritum in toto corpore, quorum ſeptem ſunt ſpiritus, in quibus mineralia corporis ſuſtentantur, quæ procedunt ex ſeptem membris. Quare igitur ex aliis membris hydrops originem non ducit? Quia in his non eſt ſpiritus principalis, ſed ſpiritus ſuæ regionis, ſcilicet huius membri, in quo eſt, quia differentia iter ſpiritum principalem & localem eſt, à membris in propriis regionibus, & extra in corpore regionem.

Spiritus principalis & localis differūt.

Hydropiſis ſigna in epate.

Signa hydropiſis HEPATIS, Sunt iſta: dolor partis, ſciſſura labiorum & linguæ ſitis, longus paroxyſmus, tumor pedis huius lateris, pòſt ſiniſtri, cum tactu.

Splene.

Signa ſplenis: Dolor partis, tumor primus huius lateris, punctiones in loco & cætera hepatis ſigna, præter ſciſſuram.

Pulmone.

PVLMONIS ſigna: Aſthma & anhelitus, tuſis cum dolore capitis, cum chronico tempore, tumor in pedibus æqualis, & cætera ſigna hepatis, præter ſciſſuram, ſed fœtorem oris fœtidum.

Cerebrū

Signa Cerebri, grauedo capitis, catarrhus, pituita, nunc Hemicranea, nunc dolor partis, cum tumoribus palpebrarum, faciei & pedis vtriuſque cum cæteris ſignis hepatis, præter ſciſſuram.

Felle.

Fellis ſigna: citrinus color, nauſea in appetitu, vomitus, tumor chronicus, oris amaritudo, pectinis ſub thorace cõpreſſio, anhelitus durus & aſper, & cętera ſigna cum tumoribus & conſumptione corporis.

Renibus

Renum ſigna, ſitis excellens, libidinis auaritia, tumoris oſei & teſticulorum erectio frequens, punctiones ſpinæ dorſi, membra quaſi ſtupefacta, inferiora grauia, cum tumore in fine vſque in vmbilicum, & cærera ſigna hydropiſis.

Corde.

Cordis ſigna: debilitas omnium membrorum, tumor partis, in fine pedis vtriuſque, & cætera ſigna hydropiſis.

Partibus mixtis.

Sunt & genera hydropyſis falſa plura, quæ permixta ſunt & compoſita ex duobus membris vel tribus: aliquando ex toto corpore: vbi correſpondent ſigna ad propoſitum, de quibus in curâ ſuum Cap. poſitum.

Cap. De Cura Hydropiſis.

Arcana quæ cuiuſlibet partis in hydrope.

SExtuplex eſt cura Hydropiſis præter ea remedia, quæ dixi in aliis lectionibus. Et primò de curâ Hydropiſis in corde, Coralli: in epate, Crocus Martis: in ſplene, lazuli: in renibus, vitriolum: in pulmone, aurum potabile: in Cerebro, Sibeta: in Felle, Agreſten. Summum eſt tartari quinta eſſentia & aurum potabile, & aqua vitæ. Cernite Medici.

Aurum ſumma cura Tartari.

Cap. De Febribus Hepatis.

Feb. Epat quid ſit.

FEbris eſt calor oppilatus, generatus ex putrefactis fæcibus in regionibus hepatis. Eſt enim oppilatio iſta aliquando in totâ regione aliquando particulariter ſecundum locum. Si totius partis, tunc tumor magnus, longus, quouſque deoppilatus fuerit, carlor ad membra & poſtquam deoppilatus fuerit, adeſt tunc calor corporis. Quod ſi localiter, tunc tremor citò abit in calorem: Oppilatio iſta ſuam facit oppilationem, & per tremorem rumpit, & deoppilat, aliquando omnes oppilationes, aliquando in aliquibus. Quòd ſi totam facit deoppilationē, tunc febris facilior: quòd ſi non, tunc grauior & ſine dubio præparatio generationis alicuius morbi, quia incluſum offenſio & mutatio ſuiipſius.

Videndum eſt autem de oppilationibus: nam ſi fæces reſolutæ non fuerint poſt tremorem, tunc augmentum timendum harum oppilationum, diuturnum morbum, & futurum apoſtema, etiam tumorem locuſtarum corporis vſque in centrum, punctioneſque. Eſt enim paroxyſmus de materiâ fæcium, iuxta ſuum digeſtum temporale, quouſque ſeipſum deliberat in oppilationibus dein calo corporis totius, propter venas infectas ab hic ſpiritibus, poſt tremorem exeuntes. Eſt & aliquando febris ſine oppilatione, ſed abſque tremore, quando digeſtio egreſſum habet: attamen paruus paroxyſmus cum calore paruo. Eſt autē minima ſpecies febrium & ſaluberrima in ſe ipſâ. Signa autem eius ſunt ante morbum: membrorum debilitas, diſcoloratio faciei, alices & rigores, deindè paroxyſmus lenis cum tremore, ſecundus fortior, tertii fortior, hora non fixa, ante vel poſt tempus, longus calor, arduus dolor corporis conſumptio, in fine cum principio hydropiſis, ex ratione hepatis cum alumine reſoluto tocho, vel icteritiæ maturatio propter regionem ſuam & materiam. Contingit pluries, primæ febris, ſcilicet ſtomachi, generatio & morbus: deindè ſecunda febris, ſcilicèt epatis: & ſi materia febris in ſtomacho tertiana fuerit, & hepatis tertiana, hæc quotidianam faciunt. Si autem digeſtum vnius horæ fuerit duplū, tertiana

Signa Febris epat.

Febrem ex ſtomacho & epate cõponãtur.

tertiana fuerit in loco in duabus primis digestionibus & si curá duplicem secúdum locum esse oportet, etiam aduertẽdum, de propriis digestionibus, si materiam habet pluralem, absque loco alieno. Vbi autem similes errores fuerint, & morbi cognitio, & cura difficiles fuerint, nisi per experientiam & specialem industriam absq; libris alias plenis erroribus.

Cura felis epat.

Cura est triplex.

1. *Deoppilatio est.*
2. *Mundificatio, id est, purgatio.*
4. *Membri restauratio.*

Samach est Tartarus.

Pro deoppilatione in febri hepatis cuiuscunque speciei, Samachi, id est, Tartari, &c. : destillª, fiat oleum.

Pro mundificatione, ℞. *Centaureæ, Fol. ellebori, &c.*

Pro restauratione. *Liquoris laudani, quantum suff.*

De distantiá RENVM.

Renum regio quæ sit.

Regio Renum à primis vrinæ descendit vsque ad vltimum emunctorium resoluti salis, & partes ad centrum declinantes de regionibus Renum sunt.

Renum segregationes.

Ægritudines renum sunt istæ : Tartarus vrinæ, vel de spiritibus vrinæ, segregatus ad suum locum, scilicet, orificii renum, vesicæ : Diabetica, caseus vel segregatum lac. Item de pure, sanie, & suis vlcerationibus.

De Tartaro vrinæ.

Tart vrinæ quid.

TArtarus ex vrinâ, est resoluti coagulatio, hæc per digestionem Athanar abit in coagulationem, ex virtute propriâ, in loco vbi separatio potest fieri.

De Diabeticâ.

Diabetes quid.

DIabetica passio est sal siccum vrinale, in substantiâ renum : sal istud descendit ab vrinâ in medium centri huius membri principalis. Hoc sal fixum est, chronicum, & permanens vsque in finem vitæ.

Diab. sig.

Signa eius: sitis abundans sine requie, dolores spinæ, tumores pedum, coitúsque fortis, & in fine ad mortem.

Diab. cura.

Cura eius est, in sale & non renibus, per anodyna: alias sal curam non recipit.

Anodynum est hoc : ℞. Liquoris papaueris, Iusquiami an. ℥j. Iolii ℥ß &c.

Item aliud, ℞. Caphæ, aquæ rosarum, plantaginis, solatri, curantur renes.

Item aliud, ℞. *permixt. &c.*

De Lacte Caseato.

LAc caseatum recipit materiam suam exhæmorrhoidibus & substantiâ. Substantia renũ recipit suũ balsamũ.

Primus liquor essentialis ex virtute digestiuâ positus & separatus, lacteus est & natum lac. Lac istud primum est in digestione renum, sanguis secundum, substantia coagulata tertium.

De lacte autem ad nostrum conueniens propositum notandum est.

Nustum quid.

Lac verò, lactis naturam habet, & lactis recipit separationem, indè sequitur coagulum coagulatum acetosũ. Nustum, pinguedo, scilicet butyrum, serum, & cætera lacticinia.

Lactis ægritudines istę sunt: sanies pro lacte, pus pro nusto, pinguedo oleosa natans pro pinguedine renum sumpta & vrina bletæ albæ.

Cura saniei, cura puris, cura pinguedinis, cura bletæ.

De Febribus ex renibus.

FEbres ex renibus initium habent ex fęcibus tartari propter digestionem. Aliàs vbi digestiuum tempus non est, ibi febris materiam habet. Est enim tremor in renibus sicut febrilis paroxismus, transcendit totum corpus propter oppilationem. Nam omnis oppilatio, totius corporis motio est : & consequens caloris corporalis propter vapores transeuntes per omnes poros.

Vocauerunt olim antiqui hanc passionem schiaticam, alii febrem erraticá, alii calculi motionem vel paroxysmum, alii ex arenâ egressum, &c.

De Febribus in genere.

Febris quid.

EST autem febris generalis morbus paroxysmalis, ex oppilatione totius corporis. Genera febrium sunt plura, scilicet causa simplex, oppilatio scilicet, particularis aut vniuersalis.

Nota, de sephena, id est, siphitâ quarta, generatio est ex oppilatione tartareâ, & mortalis communiter, cum acetositate superueniens.

Cura.

℞. *Liquores de Testudinibus cum Crystallo.*

℞. *De Liquoribus laudani ℥ß. Crystalli &c. Testud. ℥ij.*

Plures descriptiones sunt & Recepta in hoc morbo, quia morbus est indifferens.

De Grandinibus & Vsneis in vesicæ regionibus id est, Renum.

ITem vsnea renũ ex Tartaro est, grãdinis verò ex sulphure salioso de salibus.

Lapis

Lapis calculusue ex his quicunq; non existētibus,nō curatur. Nota,calculi generatio autē ex coagulo est:coagulū autē illud salinum est,& non spiritus, pro declaratione. Sufficienter declarauimus.

Cura primi lapidis.

Vsneæ Cura. *Vis Vsneæ.*

Vsnea est tartarus de vino.

Vsnea Tartarus vini est, id est,harum rerum quæ de vino descendūt vel potu, in quibus est vis grandinis.

De Lapillo in vesicâ.

1. *Cura, quædam quæ frangunt.*
2. *Quædam in Alchool pulueriſant.*
3. *In Alchol liquidum.*

Saxifragium in generatione calculi vtriusque partis & generationis, ex bolo resoluto.

Saxifragium in curâ lapilli ex causa lapidis resoluti, vtriusque partis & loci.

Saxifragium in curâ lapilli generati in vesicâ, aut renib° ex visco mucilaginoso.

Saxifragium in curâ calculi & gemmæ, ex causâ proprij cruoris interni.

Experimenta.

Balnea. *Vnguenta.*
Pulueres. *Potiones.*

Item auditores mei cernite & iudicate,ea quæ legi, & ponderato æquo iudicio causas & rationes, deindè & praxin.

Nam fortassis pluribus inauditadixi, quæ non priùs audita : hoc sed quid ad me, carent experientiâ.

Attamen quæ prælegi,diligenter perscrutamini,& perlegite,si cupitis de fonte,si autem non, sed aliqui essent proseliti inter vos, parcite, quia infidelitas vestra copiosa est, quæ suum ipsius dominum lædet.

Sequuntur iam aliæ duplices annotationes, in libros de Tartaro, ab auditoribus quibusdam eo ordine ex ore Paracelsi profitentis exceptæ,in quibus cum quædam notatu digna breui stylo contracta contineantur:non ingratum, neque inutile futurum putauimus,si de verbo da verbum, nullis omissis nec mutatis,hic quoque vt ab aliis accepimus,adiicerentur. Si, Lector, hæc cum superioribus studiosè contuleris, laborem vix frustra impendes.

ANNOTATIONES IN LIBROS DVOS.

THEOPHRASTI DE TARTARO.

In Libri I. Tractatum I.

Tartarus quid.

CAP. I. Tartarus vel tartarum est omne generatum ex dissoluto frigido,coagulatum per calidum.

Lephantus est bolus,id est medium inter latum & lapidem.

Lapillus est lapis confectus, de materia resolutâ. *Primum*, est minimum genus,sed latissimum in Tartaris. *Gemma* est lapis generatus ex diaphano & perspicuo. *Vsnea* est tartarus tenuissimus & spongiosus. *Grando* est granum generatum, à liquido per salem. *Collectum*, id est, compositum ex omnibus speciebus tartari.

Simplex est coagulatum ex vnâ specie.

Diuisum, ex vnâ in plures.

Alabastrinum, est illud quod est de bolo.

Marmoreum, id est durissimum inter rubea.

Lephanteum, id est, citrinum tartarum.

Adamitum, est proprie lithiasis.

Duelech, lapis est spongiosus.

Magneticum, durissimus est spongiosus lapis.

In Cap. II. Elementinum est, quod descendit ex matribus (matricibus) Elementorum. *Corporale* est quod descendit à corporalibus humoribus. *Mucilaginosum resolutum* est resolutus bolus vel lapillus. *Liquidum resolutum*,est illud quod est liquidum ex primo ente. *Archeus* est natura & dispensatrix rerum. Nutrimentùm est de re putrefacta & eius transmutatio est in putrefactione. *Materia Saphyrica*, est liquidum illud, in quo non est materia peccans. *Calcedonium* est ista materia peccans à separationibus generata per virtutem separatiuam. In cibo continentur Sulphureum, Mercuriale, Aqueum.

Archeus est dispensator rerum corporis.

In Cap. III. Tartarus natiua est lapideum minerale, creatum elementaliter sub humore resoluto. Receptum autem à bolo vel lapillo,quia microcosmi natura idem est, vt de matribus. *Viscus secundæ generationis* est cruor, qui descendit à salibus. Est enim cruor, sal gestum, id est reiectum, à primo sale. *Peruersum bitumen*, est liquor pernersè digestus, id est,liquor incoctus qui sub visco descendit ex nutrimētis propriis. *Nutrimenta* propria sunt vitalia *Congluten* vel cōglutinum est, quod in putrefactione in gluten coloratū descendit ex substantiâ propriâ vtriusque corporis, substantialis scilicet & vitalis. *Interni per cineres, externi per salem curantur.* Sal sanguinis est vehemens:Sal carnis est dulce. *Liquor salis* corpus sustentat, & est balsamus, quo deficiente lepra insequitur. Corpus substantiale elementatis sustentatur.Vitale proprium nutrimentum habet. Summa cura tartari est destillatum tartarum & vitriolum. Gluten,Synouia, aqua articulorum.Sudor est cruor membrorum principalium : cruor ligamentorum vel nochæ, hîc non videtur. Cruor exterior, ille falsus est & videtur,si sudor ex piâ matre cerebri exsudat, mortale,& hic concrescit.

Cruor est sal congestum.

Sal sanguinis vehemens.

Sal carnis dulce.

Liquor salis, est corporis Balsamus.

TRACTATVS SECVNDVS.

IN Cap. I. Generatio grandinis fit per siccum in sale ab humido segregatum.

Vsneæ

Vſneæ genus fit per fumum ſalis aſſumpti tanquam de cruore. Collectum fit per caſum lapilli, & eſt ſimplex & diuiſum, ſed de lapillis reſolutis. Tartarus dulcis non habet calcem in ſe: fit ex viſcosâ materiâ. Acutus autem habet calcem, fit ex vino & aliis acutis, & hîc generat orexen, id eſt, ardorem ſtomachi.

Remedium orexis.

Receptum mitigatiuum fellis, quod & ipſum orexen mouet.

℞ *Radicis Iuſquiami.*
Seminis Iuſquiami.
Papaueris ana ʒj.
Mandragoræ gr. *iij.*
Lolij ʒß.
Theriacæ quantum ſufficit pro incorporatione.

Doſis eſt ʒiiij. Si dolor ceſſat, ex felle eſt, ſin minùs ex tartaro.

I. In Cap. II. *de ſemine lini. Seminis pſyllij. Fœnugraci, ſalis, oleum admiſce*, fiat mucilago pro clyſtere. Tympania tumor eſt & conſtipatio ventris, & non eſt ſpecies hydropiſis, vt quidam falsò putant, & eſt in matrice & inteſtinis.

Tympania quid.

Clyſtere per os ſumendum.

℞. *Mucilaginis Cydoniorum cum melle diſpumato.* Torſiones ex acuto humore in inteſtinis fiunt. Colica eſt Tartarus in inteſtinis acutus. Dulcis Tartarus, ad lyenteriam & dyſenteriam tranſit. In colicâ dantur dulcia potui, & oleum vtiliſſimè: alia inſanabilis colica, quam crocea vrina indicat.

Torſiones vnde.

Colica quę inſanabilis.

In Cap. III.

TRACTATVS III.

Diabetis morbus renũ.

IN Cap. I. Diabetica, Renum morbus eſt. Quod ex ſtomachi virtute ad hepar mittitur, Mercurius & ſal eſt. Mercurius in nutrimentum conuertitur, ſal in vrinam abit; ſeparatio autem iſta ſecundæ digeſtionis eſt: Nam vbi ſulphur, ibi ſtercus; vbi ſal, ibi vrina: quia à mercurialibus expreſſus per ſeparationem. Proindè ſi in coagulationem abit, tartarum acutum generat. Vrina eſt ſpiritus qui deſcendit ad formam inuolatilem à ſubſtantiâ propriâ in contrarium, quòd iſta ſeparatio propter talem eſt abſque ſulphure. Hepar ſeparat rubinum à cryſtallo. Rubinum nutrimenti eſt. Vrina colorem non in veſicâ, ſed renibus ſumit. Diuerſus in Tartaro color ex talibus fit, Hæc cient vrinam: Thus, alkakengi, ſticados, terpentina, quæ ab aliis ponuntur, ſc. ſaluia, camomilla, ſemen raphani, pulegium, conſolida menſtruis dantur. Maſtix, myrrha, mumia, thus, hæc incarnatiuam generant vrinam. Cryſtallo ſummam vim tribuo in curâ Tartari veſicæ.

Vrina quid.

Vrinæ color in renibus datur. Diuretica quæ.

Cryſtallus nobilis in Tartaro veſicæ.

Nota. Tartarus naturæ ophthalmiam generat. Arthemiſiâ grauidæ purgantur.

In Cap. II. Calx & Anodus ſunt in nutrimentis. Anodus per venas ſuas in nutrimentũ corporis abit: Calx per vrinam expulſionem habet. Nam calx ex ſale eſt per ſpiritum vitrioli calcinati. Inde ſequitur genus corroſiui acuti & peracuti cum paribus ſignis, ſicut de Tartaro dictum, & dolores paſſionesq; chronicas facit, & lapidis & grandinis reſolutiones locales. Separatio mineræ & liquoris in renibus fit. Generatio cutea in veſicâ fit, cum vſneâ ſuper vſneam creſcit.

Anodus & calx qui operantur.

In Cap. III.

TRACTATVS QVARTVS.

In Cap. I. Spara vis mineralis ex Ilech, primę ſubſtantiæ ex primo Ente, eſt pars prima ex quatuor Elementatis. Elementata iſta ſunt mineralia maiora. Genera mineralium ſunt quatuor: Eſſentiale, corporale, ſubſtantiale & formale. Homo eſt quintum eſſe, non vt quidam putant, cœlo ſubiectum, ſed fortior eo, quanquã idem ſit iudicium per phyſionomiam & per aſtra. Ratio victus ſolum illis præſcribenda, qui morbos ex intemperantiâ illius traxêrũt. Vrina cum pure citrino interni tartari iudicium dabit. Vrina vt vinum ardens diaphana internum & incurabilem Tartarum demonſtrat. Sunt alia iudicia interni, vt compreſſio ſtomachi, phthiſis &c. Humores naturales ſalia habent oppoſita, vt ſanguis vitriolatum, cholera alumen: Humores, vis mineralis, ſal, alumen, calx, vitriolum, ex his Tartarus fit. Ex ſale puro ſine ſpiritibus aliorum ſaliũ, internus naſcitur. Phlegma non intrat venas, ſed ſal reſolutum. Quadraſſus Medicus in Iecoris muſculis, grandines inuenit; phthiſis, id eſt, tidura, eſt oppilatio à Tartaro facta. Quidam, vt Torrol Vimenſis, phthiſicos in humido agere debere putabat.

Spara vis quid.

Mineralium genera quatuor ſunt.

Homo eſſe eſt.

Quadraſſus Medicus &c.

In Cap. II. Duities Tartari coagulationem ſuam ex ſalibus mineræ habet. Sal in hâc generatione accidens Elementale eſt & aqueum, liquor humoralis, & Ideſtrum. Ideſtrum autem ſine compoſito non eſt. Compoſitum eſt de mineralibus, per quatuor formas. Ideſtrum coniunctio humoralis, naturalis & mineralis.

Ideſtrũ non eſt ſine cõpoſito.

Ideſtrũ quid.

Tenacitas glutinis, reſina mineralis eſt vt tereborin, reſina arboris ſuæ: differt à balſamo, quia ſalſum non eſt, nec amarum, nec dulce. Dolor eſt in glutine non ſalſo, ſed ſit per ſalſum humorem: ſed hoc ſalſum eſt acetoſum: gluten non ſalſum eſt dulce repercuſſiuum contra liquorem nutritiuum eſt, quando ſal repercuſſiuum, id eſt, acetoſum, gluten dulce coagulat iſtius loci, quia gluten humor nutritiuus eſt. Quæ generant multum ſalis, in diætâ obſeruanda ſunt, ſic & quæ generant gluten album: Gluten eſt, vbi ligamenta ſunt. Item, ſi gluten è loco ſuo effunditur, dolorem quoque generat. Ergò diæta ſuperfluã cauſa eſſe poteſt. Si in ſpinâ dorſi, infimâ quidem parte Tartarus fuerit, lædit omnia quę infrà ſunt, quòd ſpiritus vitalis defendere nõ poteſt, & is ſubſtantia eſt, nec adeò, vt quidam putant, ſubtilis. Vomitus præter Tartarum podagram ſignificare poteſt.

Balſamus quid.

In Cap. III. Quatuor ſunt centra: Duo cubiti habent, altera genua, portò ſpina dorſi vnum habet, & ſic in aliis partibus centra ſunt morborum. Spermatis loca ſunt, vbi gluten, vbi membra principalia, vbi mineralia, vbi humores, vbi liquores. Nam ſperma eſt radix mineralis de radicibus humorum, per totum corpus effuſa. Ex ſpermate cryſtallino nihil fit: ex primo ſpermate generatur tartarus. Omnis corruptio eſt generatio ſecundi ſalis. Semen in centro ſpermatis eſt. Diabeticæ & Tartari ex ſpermate eadem cura eſt. Vrina putrefacta, primum ſignum lepræ eſt. Quæ ireos ſaporem refert, vitriolum adeſſe ſignificat, & malum eſt, quia Tartarum putrefactum indicat, quæ inſuper carnium ius ſolet, digeſtionem

Centra morborum 4. & quæ.

Spermatis quæ loca

Sperma quid.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 570 sur 913

ſtionem malam indicat, & Tartari putrefacti & futuræ lepræ indicium habet.

TRACTATVS QVINTVS.

Abolitæ mictionis cauſa.

Mictionis ſang. cauſſa.

In Cap. I. qui mingere non poſſunt, eorum vrina & ſperma conuerſa ſunt, in pus & ſanié, neque in pure, neque in ſanie vis expulſiua eſt. Mingunt ſanguinem ii, quorum ſtomachus, iecur, renes, ad veſicam indigeſtum cum coloribus primarum rerum tranſmittunt. Difficilè mingentes ardorem à ſale & ſulphure habent, quandoquidem ſunt de contrariis, elementatis. Præter voluntatem lotium emittunt, quorum lotium & meatus, vtriuſque expulſiua ſtupeſcunt. Narcotica ſunt puſta & digeſtio ſaniei innata ſine curâ aut difficillimâ curâ. Vis digeſtiua renum difficillimè inſtauratur. *Anodynus*) vis Narcotica eſt.

Puſta quid.

Caſeus ex quibus conſtet.

Agreſten quid.

In Cap. II. Caſeus componitur ex ſulphure Mercuriali, & recipit ſuam coagulationem ex ſale de bolo, id eſt, minerâ & colorem, & formam de mercurialibus. Omne viſcoſum ex ſulphure albo procedit. Agreſten eſt Tartarus acutus lapillatus, procedit enim omnis acetoſitas ex ſalibus de minerâ vitriolatâ, permixtâ aluminibus, Amnes Alkaliſati, id eſt, aqua per calces ducta terrarum, & elementa aquę pluuialis. Aqua lubrica eſt aqua mucilaginoſa, vti muſtus ſerum ſeparatum, ſuccus & omne confectum, vt claretum, potiones ex liquiritia vel aliis, permixtiones cum zuccaro, ptiſana. Vina pontica quæ floccos & amurcam habent. Origo fluminis vel aquæ eſt de primo Ilech, non in loco fontis. Decoctio eſt iſta, vbi præparatio ſine digeſtione ſtomachi: ſeparationem digeſtio, tum ſtomachi, tum iecoris: tum renum ſequitur. Vis ſeparatiua in primis confortanda. Aqua pluuialis ex elemento ignis eſt. Eam non vt quidam putant, ſol attrahit.

In Librum Secundum.

Orexin qua gignant.

In Cap. I. Orexin generat vinum, caro ſale condita, caro ferina, volucrum, piſcium, &c. Alij manè ſentiunt ieiuni, alij ſumpto cibo, & hic ex calce: alij euntes cubitum: alij continuum ſentiunt dolorem, idque fit ex Tartari reſolutione, quæ vſnea gutturi inhærens, vehementiorem orexin generat, ſitq; illic acutior ſenſus.

Orexin quæ tollant.

Vbi dolor bolo & cretâ non mitigatur, acuti Tartari eſt indicium. Vapor aſcendens ab imo ad guttur vſque, pane ſaffo, id eſt, pane S. Ioannis curatur, eo repetito quouſque dolor ceſſauerit. Si autem in fundo ſtomachi latitat iuxta emunctoria tum quoque creta ſiue terra ſigillata illum amouet. Attamen illud obſerua, nec creta ſit adulterina cineritii coloris, ſed verè albi, quæ optima eſt. Differunt gypſum à gypſito. Nam hoc calcinat, illud minimè. Calce non minerâ, quæ ſecum multum calcis affert: id in vino viſitur, quod affuſum menſæ, maculam quandam relinquit. Laudanum per deſcenſum deſtillatum, oleum reddit. Remediis non niſi in paroxyſmis vtendum. Pythetrum, panis porcinus. Oleum pane aduſto corrigitur: Nam iniectus oleo, ſi quid ineſt humidita, is, extrahit. Quandoquidem coroſiuus Tartarus ſtomachum lædere poteſt, cura huius in promptu habenda eſt.

Panis ſaffus quid.

Gypſum & gypſitum quo differat.

Ab oleo humiditas pane extrahitur.

In cap. II. Apoſtemata, ardores, debilitas, frigiditas, nauſea, appetitus caninus, ſyncopis, vapor fœtidus, vocabulo compreſſionis ſtomachi continentur. Duo contraria non poſſunt ſimul ſtare, de calcinatis intelligitur. Vnum membrorum, alteri ſuum morbum non affert. Membra nobilia ſunt fel, pulmo, cor, cerebrum. Cor non tremit, ſed ſtomachus paroxyſmum agens in febre ex Tartaro reſoluto.

Contraria non ſimul.

Nectaris deſcriptio.

℞. Liquoris vitticellæ ℥iij. Rubedinis de colcothar ℥ij. fiat potus, doſis ʒß. in vino bono. Vrinam ciere ſolent: quæ ſi potũ olet bonum: repete potum ſemel atque iterum. ℞. Succi de ſuſſo ℥ vj. Laudani præparati ʒß. Olei nucis muſcatæ ʒß. Fiat mixtura. Fieri poteſt, vt aliquid in fellis ciſtam mittatur, quod per ebullitionem in ſtomachum reiicitur, & ſtomachus per vomitionem expellit.

Aër quid & vt inficiatur.

In C. III. Putredo Tartari ſunt fæces Tartari: Nam illa quæ in Tartarum non tranſeunt, in fæces abeunt, in quibus prima generatio febrilis, & febrium primum principium. Aër corporis eſt internum elementum & perfectũ hoc: Infectio eius eſt à vaporibus de fæcibus, ex Tartaro generatis, & iſta generatio eſt infectio aëris: iſta infectio cauſa paroxyſmi. Omnis paroxyſmus febrium tremor eſt & motus aëris. Motio iſta eſt elementata, ſicut in capitulo de motionibus terræ. Mundificatio aëris periodũ habet: Periodus ille ex febribus non eſt, ſed fæcibus ſumptus, non ſecundum naturam elemẽti. Nam fęces digeſtionem periodicam habẽt, id eſt, digeſtiuam. Hęc in Capite de fæcibus. Febres ex fęcibus Tartari ſunt. Fæx & Tartarus differentiam habent in his, de reſolutiuis & coagulatis. Calorem labor generat. Incenſio ex pugnâ ſalis Mercurialis & naturæ fit. Nullus humorum putreſcit, niſi in leprâ. In quâlibet putrefactione eſt vis digeſtiua Mercurialis.

Humores in ſola lepra putteſcunt.

Paroxyſmus inæqualis fit ex putrefactionis inæquali digeſtione: Quæ ſi ex ſalibus fit, 3. 4. 5. vel 6. horis. Si ex ſulph. 12. horis. Quotidianę febres ex ſale Mercurial. Quartanæ ex ſulphure. Febris ex ſtomacho pigros reddit. Fœtor oris oua dura referat. Si ex Mercurio, vinum non bibunt. Si ex ſulphure, cibum incoctum euomũt. Si ex proprio ſale non vomunt, orexis tamen moleſtat. Putrefactio digeſtionis non indiget, ſed purgatio adhibenda. Calores, rigores, diuturnæ febris ſignum. Præciatus ex tribus conficitur. Nectar ex correcto, & claro. Clarum ex cryſtallino. Centrum carnis in dorſo.

In Cap. IIII. Tartarina ſunt, quæ deſcendunt ex ſpiritu coagulato cum corpore ſicco. Corpus ſiccum eſt corpus de humido coagulato, vel ſicco reſoluto. Flatus corporis eſt flatus generatus ex frigore periodico. Frigus periodicum eſt, quod temporale ſiue æſtiuale, aut hyemale, & cura eius periodica, ſicut in capitulo de tempore periodico. Regreſſus autem eſt morbi conſtrictio, contra emunctorium, ad primum principium faciens regreſſum. Nullus medicorum nouit, vbi, aut quando in inteſtinis digeſtio fiat. Stercus quidem ad inteſtinum tranſit monoculum, priùs tamen ſeruato nutrimento peculari in inteſtinis, quæ, ſi retinentur in iis innumeri indè morbi naſcuntur, in primis qui ex Tartari genere ſunt. Fiũt quoq; ex medicinâ perperâ ſumpta, maximè quæ ex metallis

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 571 sur 913

lis conficiebatur non præparatis, & præcipuè ex ferro, cupro, quæ citiùs coagulari possunt. Natura solùm stercus expellit. In curâ temporis ratio obseruanda: Nam aliam hyems, aliâ quoque æstas, atque autumnus exigit. Signum Tartari in intestinis iacentis, si stercus euomerit, idque lethale est, quod nobis cùm plurium aliorum, tùm Ducis Georgij à Landeshut mors comprobauit. Præter id non minùs euidens, si laborans aquam solam, per aluum excreuerit. Qui torsionibus molestantur, nec in balneis contrahuntur, eodem malo tenentur. Sic si vncto vmbilico, dorsi dolor accesserit, tunc in intestinis habet. Laterum punctio aut durities, eum in intestinis esse indicat. Vomitio aquæ citrinæ idem facit, sed in inferiori orificio stomachi latitare commonstrat. Si arrodit intestina vermium more, grandinis indicium. Caue igitur, ne decipiaris ac pulueres, quos impostores illi circumferunt, administres. Ex iis enim ij sis vermes nascuntur. Vinum acre in intestinis retentum, per Tartarum, arrodit ac stimulat.

Stercoris vomitio lethalis

Cura Hyemalis.

℞. *Aquæ de fœcibus vini* ℥ *vij.*
Tartari communis ℥ *vj.*
Mumiæ ℥ ß.

Mellis dispumati q. s. Fiat electuarium pro formâ: Dosis à dr. iij. vsque ad dr. vij.

Altera Cura.

℞. Masticis, Been albi, Besuartici an ℥ß. Seminis anethi, carui, amomi ana dr. *j.* Succide limonibus q. s. pro incorporatione, fiat Bolus: dosis ℥ ß. succus limoniorum ad quartum gradum spagyrorum reductus, euidentissimum remediũ, aduersus hunc Tartarum, atque omnes alios. Aranticæ succus similiter quippiam habet, sed alter longè præstantior.

Succi limoniorũ quis v. ius.

In Cap. V. & VI. Colica & Iliaca idem morbus, solo loco differunt: à stomacho ad collum vsque extendit vires suas, quem choleram, etsi cum stercoribus transeat, generare falsò quidã putârunt. Hoc contracturæ principium: indè morbus ille contracturæ nemine potiùs nominandus. Quemadmodum enim punctiones apostematum indicatrices: sic colica contracturæ. Huic igitur remedia applicanda sunt, non colicæ. Fit autem ex Tartaro, cui vis stiptica ac pontica acutosaq; inest. Is si in intestinis concreuerit, in centro principium morbi efficit, exiguum quidem: Contractio ex virtute stypticâ. Doloris vehementia, ex virtute ponticâ. Stercora retenta in aërem mutantur. Is medico non est obnoxius, sed ad stomachum transit, vt quem grauissimè offendit: deindè alias partes, vltima ligamentis infigitur: Hæc quod dulcia sunt, ab amaro læduntur.

Colica & Iliaca suo loco differũt.

Stercora retenta in aërem mutantur.

Nam amara, dulcia in sui naturam vertunt: non autem quod dulce est, amarum conuertit. Exemplum in melle & coloquinthide mixtis habes. Quod autem spasmus extendit, in aliis tetanus, hic contrahit. Vnde & vocem exiguam fieri, hac contractione verisimile est, vocis instrumentis hoc aëre impletis. Cùm igitur in ponticis & stypticis non sit vis expulsiua, stercora arte submouenda sunt. Caueant præterea hoc morbo capti à balneis & irâ. Hæc enim corporis vniuersi meatus aperiunt, viámque aëri parant.

Amarũ conuertit dulce nõ contra.

Balneũ & ira corpus aperiũt.

Pontagium est, quod ponticum cum stiptico continet, vt acorus, acaciæ. Colica in intestinis fit, non mutatis stypticis & ponticis stercoribus. Vnde & eisdem contractio accidere potest. Per arcana rerum pinguium curatur non herbis coctis, etsi hæ nonnihil doloris auferant. Pinguedo enim acetosam vim coërcet, quemadmodum & venenum compescit, corrosiua mitigat: non autem quæuis vsurpanda. Non minorum rerum, sed maiorum olea adhibenda, quòd minora multum aquæ habeant. Tartarus oleis mixtus, supernè vomitione, aut infernè excrementis eiicitur: fumum quoque, qui intestinis adhæret, extrahit. Macri colicæ obnoxij: rariùs crassi. Rubei ac parui animantis pinguedo selectissima: vulpis, canis, sciuri, taxi quoque, quæ & plùs aliorum pinguedine homini conueniunt, potui data. Vulpina foris adhibetur. Olea, quæ his annumerantur, vt masticis, & myrobalanorum, &c.

Pontagium quid.

Pinguia, accida, & venena mitigant.

Macricolicæ obnoxij.

Descriptio.

℞. *Pingued. taxi. vulp. an.* ℔ ß.
Olei de mastice ℥ *iij.*
Olei de spica ℥ *j.*

Parum aceti, fiat vnguentum, cum dissolutione. Acetum ad membra ducit, quia penetrat ad ligamenta.

℞. *Olei oliuæ* ℔ *j.*
Olei laurini ℥ *ij.*
Resin. de botin. lib. iiij.

Destilla per alembicum in modum Balsami. Laurus arbor crassissima.

Laurus arbor est crassissima.

Serpentinæ nomine continetur, quicquid vulnera curat.

Est quædam species serpentinæ, quam Bemontinam vocant, maculoso caule, illam cunctis aliis anteponunt.

℞. *Serpentinæ Bemontii lib. iij.*
Olei oliuæ lib. vij.
Olei de papauere ℥ *iiij.*
Olei de spica ℥ ß.

Reduc in balsamum. Item ℞. *Iussæ lib. j.*
Olei de Bosin. lib. ij.
Masticis ℥ ß. *Gummi hedera* ℥ *j. Gummi eleni* (*al. Eleni*) ℥ *iij.* ℈. Reduc in Balsamum.

IN TRACTATVM II.

Libri Secundi.

IN Cap. I. Hepatis Regio à stomacho ad renes vsque extensa in longum est. Latitudo à latere dextra ad medium thoracis infra & supra diaphragma. Stomachus igitur & hepar ac renes, non nisi ex Tartaro laborant. Oppilatione hepar afficitur, hæc tum à substantia, tum ab aëre accidit, qui ab intestinis adhuc crassus emittitur. Pestis, prunella, pleurisis, sitis, hydropisis, febres, aliæq; ægritudines, qua liuidum colorem inducunt, omnes hepatis sunt. In venulis igitur oppilatio fit, quæ per hepar sparsæ sunt. Prunellæ nouus morbus, fit ex hoc aëre, ex hepate erupto, qui ad gulam vsque ascendit, atque paulatim afficit. Pleurisis aër inclusus in aliquo istorum membrorum, nec in præcordiis est, vt quidam putauerunt. Qui liuidi sunt, ex hepatis affectione laborant. Sanguis calcetus in tantùm acutus, vt ferro instillatus albedinem, deindè rubiginem

Descriptio regionis hepatis.

Prunella nouus morbus qui fiat.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 572 sur 913

Sanguis calcetus ferri rubiginem infert.

generet. Sitim in hepate diabetica passio generat. Prunella in primo gradu, sitis in secundo, pestis in tertio. Hydropisis ex hepate, apostemata nata, & lateris punctiones indicant, hepar & crura scinduntur. Item labia, quæ mortis iudicia sunt. Diuturna sitis hydropisin futuram demonstrat. Rubentes malæ in facie, ac tibiis: Item carbunculus, futuræ ægritudinis indicatrices.

In Cap. II. Oppilatio in septem membris principalibus, aut pestem, aut pleurisin, aut prunellam generat: Si quæ aliæ ægritudines incidunt, accidentales sunt. Acutum, Apostema 9. dierum spatium non præterit. Pestis ob vehementiam morbi curam non admittit, nec præseruatiua multùm valent, quandoquidem pestis morbus & signum idem. Non autem sic in apoplexiâ.

Yleidus quis & quæ eius vis.

Yleidus, spiritus interior, vniuersi corporis partes informat: Hic plurium salium species continet, ex quorum resolutione, ægritudines generantur. Resoluto Arsenico fit pestis: Ogertino seu auripigmento, pleuresis: sale vitriolato, prunellâ. Nota: Aqua prunellæ cum theriaca in peste, pleuresi, prunellâ vtilissima. Quemadmodum in mineralibus externis bonum & malum: sic in corpore humano. Hæc quâdam symetriâ ac proportione inueniuntur. Rursus vt in mineralibus ab Arsenico aurum afficitur, vnde Vngaricum aurum album: Sic in homine balsamus naturę ab aliis læditur. Opprimechiolum, fumus qui ex aëre ascendit. Digestio in omnibus rebus sit siue bonis siue malis: & ex hac prognosticatio futuræ pestis accipitur.

Aq. Prunellę in peste vtilissima.

Opprimechiolum fumus aeris.

In Cap. III. Cura in peste, Diaphoretica & resolutiua.

Descriptio.

℞. *Vini ardentis correcti* ℥ x.
Specierum de Bezuar. Lithontripon ducis an. ℥ ß.
Theriacæ, Mithridati, an. ℥ j ß.

Per cohob medicamẽtum datũ quid fit.

Fiat mixtio, dosis ab ℥j. ad vnc. iij. per cohob, secundum iudicium Medici, id est, repete, bis, ter, quater, &c. vt medico visum fuerit, semel in septimana. Hæc potio præseruat, (cum medicina denuò datur, & iterum est, quia priùs vel euomuerat, vel aliàs nihil operata fuit.

In peste secundâ, id est, ex aquâ.

℞. *De liquoribus sambuci (id est florum cheiri)*
Anthera ana ℥j.
De Liquoribus cachimiæ, corallorum alborum an. ℥ij.
Liquoris ex amethysto ♃ iij. ß. (*al.* ℥j. *scr.* ß.)
Reduc in potũ, Dosis eius. à ℥j. ad iij. ß.

In tertiâ specie, id est, ex Terrâ.

℞. *Vngulæ Caballinæ (vel radic. vngul. caball.)* ℥iij.
Harmellis scr. ß.
Anthos vel antostri ℥ vj.
Reduc in liquores. Dosis gr. à vij. vsq; ad xiiij.

In quartâ specie, id est, ex Igne.

℞. *De speciebus Iringi.*
Corallorum Rubeorum.
Spodij ana ℥j. *redu. in liquorem.*

Signa pestis.

Signa pestis ex terrâ, apostema cum pestilentiâ, primum signum terræ. Motio crurum, id est, iactatio hinc indè, signum elementi aëris Somnus indesinenter, obrepens signum elementi ignis. Decumbens non siti molestatur (aliàs si sitiunt, & potare nolunt) comedit tantùm, ac pedes intumescunt, ex aquâ.

Yleiadus vocab. ab Hermete & Archelao deductum.

Yleiadus Hermeti & Archelao, receptum vocabulum est. Yleiadus externus sanitatem, internus morbos generat. Ex hoc iam crisis procedit. Quartana in quauis anni parte incidere potest. Non enim autumni morbus est. Spiritum separatio in yleiado fit seorsum, iam vnius, iam alterius ordine. Nec enim eâdem ac pari temporis ratione soluuntur salia: Hinc fit, vt crisis sua interualla inæqualia habeat. Tres sunt ætates, sanitatis, morbi & mortis. Secunda ætas, quæ fit resolutione yleiadi factâ, sola medici operam admittit, nec habet certum temporis spatium. Quàmdiù enim separatio durat, tàmdiù hæc manet: Mors, quæ ex yleido, per industriam medici impediri potest: quæ ex Ente, minimè. *Pestis*, nouus morbus, nec perpetuò durabit, verùm in fine vehementissima erit. *Pleurisis*, nec hic morbus veteribus notus: Quidam hunc peripneumoniam esse putarunt. Guttacũ suis speciebus ex resolutione Balsami: cæteri morbi ex yleiado. Edelphus, qui secundum elementorum naturam prognosticat. Nausea cum tremore cordis, elementum infectum indicant. Quodlibet elementum habet in se spiritum ex mineralibus. In yleiado omnes species naturæ. Primus morbus qui homines inuasit, simillimus ephemeræ erat ex sale corrosiuo: Secundus ex salibus vitriolatis, iuncturis ligamentis infixus, qualis hodiè paralysis.

Qui noui morbi sint.

Pestis nõ semper durabit.

In Cap. IV. Arsenicales ægritudines sunt, pestis, apostemata interiora, id est, carbunculus, anthrax. Si in septimo die non creticat morbus, non est ex arsenico. Arsenici acuti dies cretica in 24. horâ: in acutis in 15. horâ, in acutissimis in 12. hora. Ex yliado omnes ægritudines oriri, sæpiùs iam dictum est, quòd hic omnes species minerales, omnes res, omnia simplicia contineat.

Ex yliado omnes ægritudines oriuntur.

In Cap. V. Pleuresis non est apostema, neq; pulmonis, neq; aliorum, sed quod ab yliado resolutum est. Sal ogertinum hoc generat: pallentibus ruborem induci, & è contrà rubentibus pallorem. Post paroxysmum qui vnicus est, calor perpetuò durat vsque ad valetudinis finẽ. Aqua vitæ ex vino rubeo fit cum aquâ melissæ. Æqualibus partibus additur, & rursus destillatur.

De Prunellâ.

Prunella quid.

Prunella est passio principalis cum paroxysmo, existens propriè in caloribus. Ducit originem ex salibus vitriolatis, contra regionem propriã, & contra testam speciei, vna de speciebus pleuresis & pestis, cũ caloribus vitriolatis.

Signa prunellæ.

Signa in fine morbi, calor gutturis cum rubedine, dein calor Persicus cum nigredine, & calor prunis par, prunus cum apostematibus vsque ad extremitates linguæ, cum humoribus adustis. Cura eius est in peste: Quâ si nihil efficere posses, vtere gargarismo, cuius descriptio est hæc.

Gargarismus.

℞. Compositum diaprunellæ. Aquar. prunellæ ℔ j. Laudani puri dr. ß. misce, f. haustus secundum Cohob, cum mundificatione linguę:

& est

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 573 sur 913

& est vltimum medicamen in prunellâ. Alternatim illâ aquâ iam in potu, iam in gargarismo vtere, prius frictione linguæ præcedente.

Cura specialis in pleuresi ab extrâ administranda, & est descriptio vnguenti de murmentis.

Vng. murmentin. 2ℒ. Pinguedinis murmentorum vnc. iiij olei laterini ʒj. olei amygdalarum dulcium, lauri an. ʒiij. Fiat vnguentum molle secundum artẽ cum modicâ cerâ, cum administratione super locum doloris, secundum cohob, id est, quousq; punctiones desistant.

IN THEOPHRASTI AB HOHENHEIM, LIBROS de morbis Tartareis annotationes aliæ,

IN LIBRI I.

TRACTATVM I.

TArtarus quid, quotque eius genera & conditiones, vbi loca consuetum & inconsuetum. Item pruina, grando & hospitalis.

Cap. 1. *Lapillosus*) id est, lapis confectus de materiâ resolutâ. *Pruinum*) Arenæ species. *Adamitum*) & durissimum in albo. *Alabastrinum* &c.) scindi potest.

Cap. II. *De Elementinâ*) A rebus externis. Purum in omnibus diætis ab impuro separandum. Putei officiunt. Distillati cibi, & potus putrefaciunt.

Aquæ matricis, id est, externæ, Febres complures oriuntur ex debilitate stomachi, & euacuationibus curantur.

Puri Saphyri) liquidi.

Lepra est lethalis putrefactio.

Cap. III. Cruor { Membrorum principalium. Ligamentorum. Nuchæ. Exteriorum.

Castis hominib.) id est, Eunuchis.

Curam seu diffic.) & hoc habet permixtum, scilicet, extraneam & substantialem. Vbicunq; consumptio membri est, medicus iudicet esse oppilationem ex Tartaro

IN TRACTATVM II.

Cap. 1. Tartarus non purgatur, sed resoluitur. Ardor est mitigandus, non purgandus. Febres ex Tartaro, tartari curâ affectant. Paroxysmus febrilis est ex stomacho, vnde in stomacho purgandus. *Ardor*) in stomacho vel orificio acutus. *Materia Saphyrica*) est pura ab impurâ separata.

Cap. 2. Tympanites est in matrice & intestinis: hic curandum, vt soluatur Tartarus, vt mucilagine fœnugræci, (*non Hiera picra, purgatione.*) Omnis liquor calidus flatum edit. *Longaon*) Torsiones ex acuitate liquoris in intestinis.

Colica quid. Colica est Tartarus resolutus in intestinis, & est morbus fixus, dat vrinam croceam. Oleum bibitur in colicâ, & vina dulcia.

Cap. 3. *Dolor lateris dextri.*) vnde & tussis. *Tumores in pedibus.*) & circa oculos. *Et glauca.*) id est, cum colore vis attractiua semper aliquid appetit.

IN TRACTATVM III.

Cap. I. Hepar separat rubinum à crystallo. Color rubeus est à renibus: Candidus à vesica *Sunt adustiua*) vrina ardens in virgâ. In renibus nihil coagulescit nisi à bolo.

Crystallus præstans medicina Calculi. *Vlcera Renum*) Mastix Thus, myrrha, Mumia, sunt maxima incarnatiua. Crystallus opt. med. calculi.

Cap. II. Prima digestio vrinæ in stomacho. Secunda in hepate. Tertia in renibus. Vrina est generatio nitri. Quicunque sub zonâ resoluuntur, signum est, collum vesicæ esse constipatum.

Cap. III. Calculi in Renibus (al. vesicâ) sunt durissimi. Signa Tartari: Nausea, vomitus, Phlegma, dolor in lumbis, Torsiones ventris, dolores pedum, dolores spinæ dorsi, vrina aurea, lucida. Ex tertiâ separatione vrina est perspicua.

IN TRACTATVM IV.

Cap. I. Vrina mucilaginosa infernè Tartarũ. internum innuit. Hi vlcerationes habent sensibiles, sed pus vrinæ indicat, gracilescunt sensim.

Colica est Tartarus resolutus. Sic Tartarus internus non curatur diætâ, sed viriditate salis. Humor duplex naturalis, humoralis. Mineralia in corpore sunt, Humor salis, aluminis, calcis, vitrioli. Phthisis est oppilatio de tartaro facta, & cura eius per tartarata. Phlegma non cadit in venas, sed sal resolutum. Grandines reperiuntur in musculis. Mineralia corporis quæ.

Cap. II. Balsamus non est salsus, nec dulcis, & reseruat maximè.

Gluten est humor mineralis.

Ex glutine & spermate durissimus tartarus. Si in nouilunio sentitur, ex sale ignis: si dolor lenis, ex Aëre: si nocte magis, ex terrâ. Repercussiuum contra liquorem nutritiuum est, quia sal repercussiuum, id est, acetosum, gluten dulce coagulat istius loci: quia gluten humor nutritiuus.

In exterioribus membris est gluten, non in interioribus.

Duritia tartari, recipit coagulationem suam ex salibus mineræ, sal in hâc generatione est accidens Elementale, & aqueum. Liquor humeralis est & Ideastrum. Ideastrum autem siue compositio non est. Compositum est de mineralibus per quatuor formas.

Tenacitas glutinis, resina mineralis est: vt Terebotin Resina arboris suæ: differt à Balsamo: quia salis non est. Dolor est in glutine non salso, sed fit per salsum. Hoc salsum, est acetosum: non salsum, est dulce. Tumores generati sunt ex glutine.

Gluten est in omnibus iuncturis, vbi gluten, illic & locus tartari. *Gluten*) Synouia.

Cap. III. Qui post actum venereum dolent, laborant Tartaro ex spermate, & steriles sunt plerunsiue. Sperma non semen. Centrum est, vbi duo membra terminantur, medietas scilicet duorum membrorum.

Sperma est per totum corpus. Spermatis loca sunt ista. Vbi gluten, vbi membra principaliora, mineralia, humores atque liquores. Sperma est per totum corpus.

Nam sperma est radix mineralis de radicibus humorum. Victus ratio nihil ad sperma, sed otium: eius emunctorium est oseus, & illic vocatur sperma Crystallinum. Sperma quid.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 574 sur 913

Corruptio vrinæ graueolens, ſignum lepræ, putrefactio eſt ſecunda generatio.

Lepra non finit cibum nutrimentum fieri: vnde nec poteſt purgari. Raucedo quoque ab acetoſitate vrinæ. Vrina olens, vt ireos, id eſt, violata, malum ſignum & principium malæ digeſtionis, & olens ius carnis, malum. Omnes cibi, omnes habent colores: & color & ſubſtantia & virtus cibi concoqui debet. Sperma, eſt microcoſmus.

Diaphoreticis, cicatriſantibus non vtendum in Tartaro ſpermatis Panis putrefacti color eſt rubeus.

Concauitatibus) id eſt, iuncturis.

IN TRACTATVM. V.

Cap. I. Viæ inter Renem & veſicam ſunt conſtipatæ, ſi dolor in dorſo, & vrina adeſt, indè dolor capitis, Laterum, ventris. Qui ſanguinè purum mingunt, quando rupta eſt vena, medicus tamen faciat potionem vulnerariam.

Cæteri ſaniem) ſignum eſt, quòd Tartarus ſine ſale. Oleum amygdalarum extinguit calorem ſalis & ſulphuris. Rubedo ex primâ digeſtione, citrinum ex ſecundâ, candidum ex tertiâ, purū ex quarta. *Saniem erraticam)* id eſt, diuerſi coloris, & inconſtantis.

Difficultas ſignum eſt:) cum in epate curam accipit. *Ex vitreis ſpeciebus.)* Alba filamenta in vrinâ, ſed non cernuntur, niſi vrina vetuſta. *Locus eſt anodyn.)* vt qui papauer edunt, in papauere eſt bolus narcoticus. Stupefactio membri venit ex ſale. *In mineralibus eſt puſta)* curari non poteſt. *Emiſſio)* vrina euaporare debet, & bolus fiet. Quòd ſi bolus iſte clarus vel purus eſt, eſt è mineralibus ſalis. Fit, vt viſcus.

Cap. II. *Spiritus ille)* mineralis. A *Subiecto)* tartareo, *obſeruanda ſunt)* & quæ illa de his ſequitur, in lacte varij tartari: à melle abſtinendum.

Agreſtem) Potus notus. Quicquid ſal attrahit, conſumit, vnde nubes ex aquâ Elementatâ. *Vinum acetum reddens)* quia Tartarum mouet & incendit.

IN LIBRVM SECVNDVM.

Cap. I. Orexen ex vino, carne ſalitâ, venationum: Quidam matutino tempore, quidâ pranſi, quidam noctu. Creta, terra ſigillata, bolus Armenus, creta marina, ſi illis non quieſcit, eſt Tartarum acutum. Panis S. Ioannis, panis ſaffus, medetur orexi, ſi in orificio: ſi in fundo ſtomachi, cutam cretæ & terræ ſigillatæ accipit: eſt alba vt Nix: & panis Ioannis. Tartarus ex vino & ſalibus eſt vehemens. *Mineralibus calcenonibus)* Minera ex calce. Si eſt periculum orexis poſt vinum bibatur lac. *Suâ ſolutione)* ſi ſe reſoluit, ſi ſe accedente ardet. *Fundus)* ſcilicet ſtomachi apud præcordium. *Cibo ſalſo)* maximè à carnibus ex ſalitutâ. Torrida non idem. *Reptilibus)* ferinis, quæ habet ſalem terreſtrem. *Vini generibus)* qui hoc potu vtuntur, vt duorum generū, &c. laborant ferè omnes ſtomacho. *Ambra Macis)* Hæc duo Laudanum præparant. Si Laudanum deſtillatur per deſcenſum, manet liquor in fundo. *Fiant pillulæ)* ſi orexis inuadit, detur in paroxyſmo, ſæpiùs per triduum & plùs.

Panis ſaffus orexis medela.

Pyrethri) panis porcini. Si vlcerationes fuerint, decoque aquam carnis in cantharo, & adde Ariſtolochiæ rotundæ, conſolidæ maioris, Alchimillæ, Pyrulæ, conſolidæ Regalis an. ad P L: ſic nutriatur, & ſerò, ieiunet, pòſt ad tres horas bibat ſerpentinam, & ægrimoniam: quia illis ſtomachus conſolidatur.

Olei papaueris) quia fit ex ſeminibus papaueris & pane toſto, ... qui in oleum ponatur, vt extrahat ſuperfluitatem aquæ, & quod in fundo remanet oleum eſt papaueris. Sic quoq; de Iuſquiamo.

Fit toſto & aquoſitas & ſeim extrahit.

Cap. II. *De compreſſionibus thoracis)* id eſt, oppilationibus, ardoribus, apoſtematibus, frigoribus, nauſeâ: etiam appetitus caninus, ſyncopis ſtomachalis, vapor fætidus. Si vrina eſt candida, dein poſt horam rubea, ſignificat arenam fixam. Fel ſemper ſurſum tendit. Effuſiones fellis veniunt ex Tartaro. *Prima ſignificatio)* punctim venit, palleſcunt, Tartarus eſt in veſicâ: ſi rubri ſunt in vultu, in renibus. *Reddit dolorem)* ſupra vmbilicum. *Tremor in corde)* Tremor cordis eſt febris, & eſt tremor ſtomachi. Tres ſeparationes *ſtomachi)* Epatis renum. *Cancrenam)* ſcilicet in ſtomacho. *Compactam)* incluſam in ſuo membro. *Syrupis)* id eſt, digeſtiuis.

Viticellæ liquor) eſt genus vini.
Rubed. Colcothar.) i. ex Colcothar exit liquor albus & rubeus. } Vrinâ hęc prouocât.

Præciatus,
Centaurea.
Helleborus,
Cataptutia, } Purgant fæces Tartari & febres.

Cap. III. Omnes febres veniunt à fæcibus: eæ ſunt vel in ſtomacho, vel hepate, vel renibus, ſi ex ſale, quotidiana.

Febres omnes ex fæcibus.

Aër corruptus corporis mundat ſe tremoribus. Omnes tremores corporis ex infectione aëris profluunt. Elementa deſerunt cadauer. Febris ſine ſiti, eſt in ſtomacho, & ſunt illi pigerrimi, olfaciunt quæ edunt. Cum vehementiſſimâ ſiti, eſt in hepate. Si ex Mercurialibus abſtemij ſunt. Si ex ſulphure, euomunt, quæ, comedunt. Si ex ſale proprio, patiuntur orexen. In febribus ſtomachi remedium eſt purgatio. *Aluces, Rigores)* ſigna ſunt febris Chronicæ. Nihil putrefit in corpore, niſi in leprâ. Omnis putrefactio eſt digeſtio. *Pillularum de laudano)* doſis gr. *v.* non vltrà. *Claro)* Clarum eſt, quod fit ex cryſtallo.

In ſola leprâ putrefactio

Clarum eſt ex cryſtallo.

Cap. IV. *Torſiones)* ceu vterinæ. Impurum eſt duplex, ſtercus & impurum per ſe, Tartarina ſunt iſta, quæ deſcendunt ex ſpiritu coagulato cum corpore ſicco. Corpus ſiccum eſt corpus de humido coagulato, vel ſicco reſoluto. A grumis omnibus eſt abſtinendum quia coagulatur iterum. Quiſquis tormina patitur, & lauat, & non reſoluitur, tum lapis eſt in inteſtinis. Si rodit, eſt generatio grandinis. Semina lumbricorum faciunt gignuntque vermes. Separatio quoque quædam fit in inteſtinis. Inteſtina nihil commune habent cum reliquis partibus corporis, quia nutrimentum habent ab impuro. Reliquæ verò partes nutrimentum ſumunt ab hepate.

Semina lumbricorum vermes gignunt non pellunt.

Metalla nihil generant præter ferrum. Neq; ergò ferrum neque chymolea detur potanda. Aurum potabile, luna ſoluta, limatura martis, dulcedo Saturni, extractio cupri, Iupiter calcinatus: Hęc non poſſunt digeri, niſi ſint diſſoluta. Sic & aſphaltum, Antimonium, marcaſitæ.

Animaduer-

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 575 sur 913

Animaduertendum, lapisne intestinorum sit æstiualis vel hyemalis. Torsiones ventris in autumno produnt hyemalem, in vere æstiualem. *Resolutiuum, Carminatiuum*) torsiones tollit, *Carminatiua*) id est, purgatiua per diacuminum, Sed cura morbi etiam duplex, Hyemalis prima, Æstiualis altera.

Succus limonii ad 4t gradum spagyrorū reducendus.

Succus de limoniis) si veteris quotidie, prohibet eiusmodi tartarum in intestinis & generatum soluit, sed reducatur ad quartum gradum spagyrorum.

Cap. V. Arcana huius curæ sunt in pinguedinibus (perinde vt contra venenum) & oleis, & auxungiâ, sine additione aquarum. Oleum detur statim venenatis si ederit, bibat illud. Si vulnus, adhibeatur Butyrum, vel oleum, pinguedines verò debent respondere mumiæ: olea maiora prosunt, alia non.

Pinguiores ramis colici.

Pingues rarò contrahuntur & in Colicam incidunt, nisi vino peracuto moueant. Omnes Colici, tenues habent ventres. Taxi & vulpis pinguedines egregiè valent, pinguedo taxi potanda est pinguedine vulpis vtendum vnguendo. Vulpini coloris animalia omnia prosunt. Pinguedo Taxi tollit consumptionem, Item pinguedo canum & Catorum rubeorum. *Liquor mumiæ*) id est oleum transmutatum à mumia, Brassica cocta prodest mulieribus mammas tumescentes habentibus. Iassa, est herba similis consolidæ Regiæ: nec tamen ea est. Valet, si contractura ex ira sit, & serpentis instar.

Iassa facultas contra contractum.

IN TRACTATVM II.

Cap. I. ab alâ ad caxam, est regio hepatis, si dolor non est fixus, ab aëre existit: Omnis distantia à stomacho ad renes vsque curantur hepaticis. Hepar, Renes & stomachus non laborant, nisi ex morbis Tartari. Pestis est quoque oppilatio. Omnes oppilationes in dextro latere, veniunt ex Tartaro Hepatis. Narcoticus morbus, qui maniam facit & accendit, vt prunella, cuius cura debet esse Hepatica. Pleuresis est aër inclusus. Ægritudines aëris interni sunt Medico accuratè animaduertendæ. Sanguis calcetus, sanguis acutus, albescens. Sitis est ab Hepate in primo gradu: prunella in secundo: pestis in tertio. Si interpolati dies siti & ardore carent, febris est ex Hepate. Diarthæa si quiescit ad horam sine siti, ex hepate. In peste scissura in labiis aut linguis, lethalis. Solæ rimæ Hepar interficiunt. In febribus post paroxysmum si punctiones in latere & rimæ in labiis, lethale. Aridatem sequitur plerunque hydrops. Maculæ rubræ in facie aut cruribus, & carbunculi, signum sunt futuri morbi. Omnia 9. diebus, colliguntur Apostemata. *Regio Hepatis.*) Regio dicitur, quia suum morbum obseruat. Oppilatio duplex, in substantiâ, vt cùm venæ constipantur Tartaro, & spiritu, id est aëre siue hiatu. *Cicatrisantibus*) vbi cutis secedit. Ægritudines, quæ pallorem inducũt, sunt ex Hepate, & quicquid ex physionomia iudicatur. Hydropisis est in Hepate, renibus, mẽstruis &c. Si in Hepate est hydropisis, sunt in Hepate durities, punctura vel Apostemata. Quorum mors in Epate, rimas habet Hepar & crura: vnde in hydropisi si crura rimas agunt, & in viris testes, mortale. Vrina rubea in hydropisi mortalis. Oger, pestis, prunella, pleurisis. Auripigmenta, Arsenica, plumosum, habent vnam generationem.

Yleidus spiritus mineralis penetrans totũ corpus. Hepar est inclusum, perindè vt vitellũ in ouo.

Cap. II. Oppilatio Hepatis. Hydromantia est vera astronomia scilicet aquæ.

Oprimechiolum) omnis fumus de ære.

Minera Arsenicalis, Auripigmentum, sal vitriolatum, omnibus insunt. Item & elementa, item astra &c. pestis est aër Arsenicus, inclusus Arsenicus, vbicunque est, accendit. Pestis ex Hepate non facit Apostemata nisi in regionibus Hepatis & sursum, vt sub alis & pectoribus & vberibus. Pestis si in apostemate, est pessima, quia maximè oppilata. Quando admodùm fuerit oppilata, medicina non penetrat. Omne vinum ardens destillatum habet aquam, quæ tollatur, & tunc erit correctum. Tollitur, autem hoc modo: si mensuram sumpseris, destilles, quoad, si parùm accendas, omninò absumatur. Aqua prunellæ crebrò detur peste laborantibus si apostema sub alis. Sal cineritius est in pustulis. Arsenicum alligatum manibus facit sitim, accendit, &c. Omnes qui moriuntur pleurisi. Arsenico moriuntur. Prunella venit ex salibus vitriolatis. Digeri debẽt omnia, siue bona siue mala. Digestio temporis est quoque, cùm post annos aliquot pestis redit.

Vinum ardens vt corrigendũ.

Cap. III. De peste. Sal cineritius est in pustulis. Apoplexia, Paralysis, non sunt ex Yliado, sed ex liquore balsami. Yliadus internus ægritudines facit: externus medicamen. Yliadus crisin efficit. Medicus ante omnia cognoscat morbum. Postea diem creticum. Yliadus habet tres ætates. Prima ætas, quamdiu yliadus est integer. Yliado corrupto est ætas secunda. Tertia ætas quando iam quis accedit ad mortem. Edelphus est, qui prognosticat iuxta naturam elementi. In peste animaduertat Medicus elementum. Duplex est morbus, ex yliado & ente: Contra morbũ ex yliado nititur medicus. Nausæa cum tremore, signum est, elementum esse infectum ac tactum.

Yliadus internus ægritudinem, externus medicamen facit.

Yliadi quæ ætates

Edelphus quid.

Vetus pleurisis est peripneumonia. Prunella est morbus nouus. Tertiana creticus est annus, *Liquor sambuci*) sambucus, id est, flos cheyri. *Species Iringi.*) Iringus radix breuis crescens in sola hyeme.

Iringus in solâ hyeme crescit.

Cap. IV. In hydropisi mineralia considerẽtur, & operationes illorum *Helleritia egertina*) 9. septimanas Cretica. Synancha è sale est cretica septimâ die. Corbunculi sunt lethales. Non est augmentum ante statum, seu post statum augmentum, id est mortem Ephemera primus morbus.

Ephemera primus morbus.

Cap. V. de pleuresi. *Frigid. & Calid. sine pleuralitate*) id est, reditu, si redierit tremor, est febris species. Si nulla punctio sentitur nullibi, & tamen reliqua habet signa, erit pleuresis in Capite. *Aqua vitæ*, ℔ß. Ex vino rubeo optimo cum aquâ melissæ, cum aliis destillata. *In vino maluatico vel*) si non sudarent, addatur singulis diebus iterum. Prunella capitis facit dolores oculorum, pleuresis ex cerebro, habet singularem curam: funduntur & rimis rumpuntur aures.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 576 sur 913

Calor finalis) id est cùm morbi calor perdurat à principio ad finem. Omnes cibi in morbis acutis, acutioribus, & acutissimis manent in stomacho. *Laudani puri*) id est, liquoris separati puri ab impuro. Cura specialis in pleuresi ab extrà. Estque descriptio vnguenti de murmentis. Vnguentum de murmentis. ℔. pinguedinis murmentorum ʒ. iiij. Olei laterini ʒ. j. Olei amygd. dulcium, olei Laurini ana ʒ. ij. Fiat vnguentum molle secundum artem cum modicâ cerâ, cum administratione super locũ dolotis secundum cohibitionem, non cessat vngere, donec punctiones cessent.

Vnguẽti Murmẽtorum prepărat.

Cap. De Prvnella, *Calor perficus*] color ex nigro & Lazurio. *Signa in fine morbi*) sed primò venit vt pleuresis. *mundificatio ling.*) primò scabitur lingua diligenter, postea gargarisatur, & singulis horis bis terue bibitur, pòst iterum atque iterum. Fricanda etiam est lingua panno laneo, aceto imbuto & madefacto, ¶ (Dedit potum ptisanæ cum fœniculo coctum in eam, miscuit succum de limonibus in aqua prunellæ. Sub nocte miscuit suum Laudanum, idque variis modis)

Cap. VI. de hydropisi. *In Regionibus hepatis*) id est, non ex ipso hepate. *Ethica*) est siccitas salis. Sal aluminosum ex siccitate sua descendit, & penetrat totum corpus, sicut argentum viuũ, indè & colorẽ amittunt. Vbi alumen, ibi inclinatio ad hydropisin. Sal aluminis est sal glaucum, cinerium. Hydropici primò sunt albi, deindè lutei. Mineralia corporis seruanda sunt: si minorãtur, restaurari nõ possũt. Omnia salia mineralia descendunt, & in oppositione summum est periculum. In hydropisi, vrina modica & rubea croceáque, lethalis est, quia tum ascendit ad regionem suam. Quò diuturnior sal, eò est acutior; si pudenda increscunt, & tumescunt, signum est quòd futura est vrina rubea. Si rimas ducunt membra, signum est mortis.

Cum tumoribus & consumptionibus) id est, pedes tument, corpus vero cæterũ consumitur & arescit. *Cura est septupl.*) præter ea remedia, quæ dixi in suis lectionibus. *Purgationem recipit*) purgatio vtcunque etiam prodesset, sed non omninò tolleret, sed non nisi semel purgetur. *Cura cordis*) detur manè & serò, tum detumescit spõtè, & abit per vrinam hydropisis. Omnia recepta aliorum in hydropisi vana. *Expellitur*) post sequantur arcana statim. *Purgatio*) si singulis mensibus purgetur, semper tollit, sed post liminio redit. *Cornibus cerui adustis*) ossa adusta admodum valent in hydropisi. Bolus Armenus, Crocus Martis, primas tenent in hydropisi ex hepate. *Boli coagulati*) In prunas cõditi 6. 8. 12. horas. *Cura hepatis*) Hac cura vtendum, ad 3. Septimanas. *Lazuli Calcinati*) alias lazuli est est laxatiuum, sed calcinatus non. In morbis chronicis & creticis non purgationibus sed arcanis vtendum. *Pulmonis cura*) Dosis cochlear vnum, & pronocentur sudores. Et si primo die nullum sentit leuamen, detur iterum, postero die iterum, donec rederet libet halitus, post nihil detur vsque ad nouam vel decimam diem. Si anhelate iterum incipit repetatur, nec multũ cures tumores, sed attenua potius. Caucá laxatiuis. Praffium & Marrubium non sunt vnum *Cura fellis*) ad dies 10. vel 12. donec signa abeant: nec cures anxie tumores. Nam postea per se abeunt. Carabæ) succinum citrinum, oleum acre dat. *Petroleum*) est resolutum Carabe, vnde possumus eo vti loco carabe. *Cura cerebri*) detur ad 3. vel 4. dies & si tumor cessat, perge, donec &c. Si non venit ad caput. Aqua vitę, Aqua spiculæ detur in dies ter, in modum Cataplasmatis super frõtem, & si postea ad 5. dies non cedat tumor, lethale. Generalis cura ad omnes species hydropisis, est: ℔ Tartari Rubei, &c. *Alia cura*) cantharides acceperunt quidam, qui renes fermè repiunt.

Reme dia qui Hydro pisis.

Lazulus Calcinatus non purgat.

Craff. & Marrubium vnum nõ sunt.

Cura hydropis. general. Tremoris pet. petua cauſſa oppila

Cap. VII. DE FEBRIB. EPATIS.

Febris similis est ebullienti in ollâ aquæ, quæ acrem poscit. Per vrinam est expellenda, quia venæ vrinæ sunt oppilatæ omne putrefactum est frigidum, inde tremores. In vrinâ ante paroxysmum collecta oppilationis signa videntur. Post paroxysmum vrina deoppilationis notas indicat. Omnis febris tandem curatur per se. In febribus ante paroxysmum exhibeatur medicina. *Tumor in pedibus*) si tumor durabit ad tres septimanas, sequitur alius morbus, nempe vel Hemicrania, Hydrops, icteritia, *punctionum*) punctiones non semper contingunt. Calor post paroxysmum venit ex vaporibus totius corporis, paroxysmus esse dicitur in 24 horis si vrina ante paroxysmum, magnam oppilationem, post vero deoppilationem, nota est variæ decoctionis. In quotidiana tertiana, Quartana, vna est cura, quicquid tremorem causat, ex oppilationibus est. Vnde deoppilatio cura est omniũ. *Vrina alba*) alba vrina nullam digestionem significat, & sine hypostasi. Colligatur ante paroxysmum vel post. *Cum quarto tactu*) id est, si sani pulsus quater veniunt, postquam semel febricitantis. In febribus diæta nihil prodest. Sed.... deoppilatio. Febris cum tremore & calore citam requirit curam. Membra languida indicant febrem adhuc immaturam curæ. *Deoppilationis descriptio*) detur semper ante paroxysmum & sæpius in 2. 3. 4. paroxysmis. *Mundificatio*) Hæc sequitur cum calores incipiunt, si calor diù duraret in quartâ horâ, iterum mundetur. *Restauratio*) post calorem danda semel in fine tertii paroxysmi, si non redierit suo tempore, detur quoque.

IN TRACTATVM III.

LIBRI SECVNDI.

Cap. I. DE REGIONE RENVM. Sal resolutum vel per sudores, vel per vrinam expellitur, vrina corrupta significat defectum in renibus & malam coctionem. *Laccaseatum*) in quod si iecceris coagulum, fit caseolus: & separatur, si infundas vinum. Vrina ex hepate pellitur tanquam superfluum, vrina venit ab hepate, & à corpore. Homines sub terrâ plus vrinæ reddunt quam alii: in tempore pluuioso plus quàm sereno.

Lac caseatum quod.

Quando plus mingatur.

In Cap. II. Diabetica sitim prouocat maximam: vnde nimium potantes in eâ, incidunt in hydropisin. Vrinæ mensura ʒiiij. salis dat. Vrina destillata stirias dat ceu Salpetrę. Vrina colorem sumit ex renibus, vrina alba ex vesicâ. Sal scissum, entali, alumen scissum. Idem lapis specularis. Duities omnis est ex coagulatione salis. Alumen scissum adhæret renibus in diabetica, & penetrat renes: dein parit sitim. Vis expulsiua

Duities omnis à sale.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 577 sur 913

pulsiua in diabeticâ magis in corpore, quam vtinâ. Pedes intumescunt, quia vis expulsiua expellit per illos. Humor quiuis è regione suâ fluës & post liminio rediens, lethalis est. Sitis venit ex sale, alumen scissum ex vrina, est sal petræ. *Vrina crocea*) quæ tingit instar croci linteum iniectum.

Omnes dolores spinæ à nucha incipiunt, ac descendunt ad schiam. *Sitis cum chronico tempore*) si quis iam dudum siticulosus fuit. *Per anodyna*) quia sal scissum alias non recipit curam: ea ab extra applicantur. Vapor non substantia, curat, qui in anodynis penetrat. Purgatio hic nihil prodest. Arsenicum est venenum sed extinguitur oleo. Oleo curatur venenum *Descriptio prima Anody.*) Hæc simul tusa, & in cantharum indita bulliant in Balneo maris diebus duobus: coletur postea per pannum, vsque in spissitudinem mellis. &c. *secunda descriptio anody:*) vngatur, in lumbis, manè & serò, & sedabitur sitis, deindè purgetur purgatione hydropisis. *si pedes intumuerint, inflaurentur.*) Electuarium cubebæ exhibeatur postea admensem manè & serò, cum iam curata est.

Cap. III. De lacte RENVM. *Sanies vrinæ* fluit & putret suâ sponte. Prima digestio est candida, secunda sanguifica, tertia rei substantia. Prima digestio fit in 45. minutis. Liquor essentialis, id quod attrahitur à membris, & sanguinem efficit, atque carnem. Nustum, pinguedo vrinæ & lactis.... cum à renibus pinguedo liquescit. Id intelligitur, si in vitrum vrinæ fundas aquam, & in fundo est pinguedo. Hæc vrina in fundo habet albam calcem. *Vrina Bleta*) viridis color, aut subuiridis, nulla est hypostasis. Si opponatur vrina ligno aut parieti. *Cura coaguli ad retentionem vrinæ*) indies iudicanda vrina, donec appareat sana. Mandragora medetur calculo in renibus.

Cap. IV. DE FEBRIBVS RENVM, Tempus digestum est tempus paroxysmi. Renum febris est periculosissima propter sal. In stomacho est separatio crassa, in hepate est subtilior, in renibus subtilissima. Nulla digestio cessat, nisi vi narcotica. Signa compunctionis in schia oriuntur ex oppilationibus. Inde quoque Tormina in ventre, compunctiones sunt in lateribus, Tormina in ventre. Labor renum sentitur in schiis, vera Hemycranea è renibus: Cephalea (nisi ex sanguine) si renes quoque laborant, sunt è renibus. Pedes quoque nonnunquam tumescunt, splen quoque laborat. Vrina est omninò ruffa. Si vrina corrupta infrâ est rubra, suprà alba, signum arenæ. Vrina iudicatur tum non corrupta. Corruptio signum putrefactionis. Vrina laterina seu subrubra, nota est dolorum in renibus. Color ille non facit hypostasin, virtus attractiua perpendenda est in omnibus membris. Omnis putrefactio suis horis putrefactionem facit, id est, ex seipso efferuescit. Indè tremor ille febrium ex illâ digestione calor post paroxysmum. Quartana plerunque è renibus est. Post tremorem dandus aquæ plantaginis magnus haustus, tunc non venit calor, sed tum dolor dorsi. Signa punctiones in venis, & vbi illæ, illic febris illa venalis. Nonnunquam duo simul veniunt paroxysmi, id est vehementiores, tum signum alterius putrefactionis. Scarificatio curat febrim, qui est in spinâ dorsi: Signa: dolores schiæ (lumborum) spinæ, capitis. Cura: pugatio non fiat, nisi ex arcanis. Fiant omnia magnâ curâ. *Testudinibus*) in quibus perlæ nascuntur propriè, sed nostræ ad arcanum illis respondent. Crystallus dominatur in renibus.

Cap. V. VSNEA. GRANDINE. VESICÆ. Vsnea, id est, muscus: grandines id est, grana arenæ: vsneam & grandines habet quilibet, lapidem non. Grandines scindere solent. Lapides mouentur suo tempore digesto, & resoluunt infra zonam. Cura: oportet Tartarum resolui in liquorem vel puluerem alcool. Alcool est rei cuiuslibet subtilissimum. Lapis in vesicâ agrè vel nunquam resoluitur, nisi sit ex vino Tyramino (Tygurino) aut aliâs ex rebus acerbis. Itē vinum Neccarinum, sed alia non. Balneum ex rapis medetur tartaro resoluto. Generatio calcis in vino si sit, & inde calculus venerit, non resoluitur. Omnis tartarus est ex vrina. Ex prima separatione tartari fit vsnea: ex secunda grando: ex 3. lapis. Dolor spinæ dorsi, signum vsneæ. Item, in femoribus, in balneo mollescit. Torsiones fiunt, cum vsnea se separat. Item ex laboribus vel potibus liberatur quoque vsnea, & indè Torsiones. *Colcothar,*) vitriolum vngaricum, Lazurium, calcinatum fit rubeum. *Proceſſ. Retort.*) ad latus, si phiola in latus inclinata igni super imponitur. Serphetæ) est medicina, quæ lapidem liquefacit: hæc tollunt etiam morbum. *Alcool vini*) id est, vino ardenti, *Cum pinguedine*) & fiet inde oleum. ♃. *Medonis*) hoc medicamen dolorem tollit, non morbum. Saxifragia lapidem frangit, &c. Lapidem frangere facilè. Sed fractum pellere, Samsonis opus.

LAPIS VESICÆ. Quæcunque menstrua prouocat & vrinam; Vrina, quæ ardet, retinetur à calculo.

Si sistetur ex calculo, vrina prouocetur. ♃ liquorem croci, qui sic paratur. Crocus in vitro ponitur in fimum, vsque ad putrefactionē, posteà coquitur in vino: Item cantharides, sicut liquor croci præparantur. Vt aqua ignem, sic crocus calcem calculi extinguit. Putrefactio quoque in vesica plurimùm officit, quia vesicā exulcerat & putrefacit, & curam non recipit. Putrefactio mundificetur illis: Trochiscis Alkakengæ, thure, detur opera, ne acuta medicamina exhibeantur in calculosis, quia aliàs sūt veletudinarii. Vrina omnis illius obseruetur, & si puluis albus manet in fundo, notat calculū teri, posteà ponderetur, an plus ponderet, quàm ille prius acceperat. *Rhabarbarum*) arcanum in vesica. *Agallia*) Ea oblonga est, multis spinis asperata, flore purpureo spectanda.

IN LIBELL. DE ICTERITIIS.

In Cap. I. Color Icteritiæ non est ex felle: nā si regrederetur in stomachum, non tingeret, sed putrefit statim, cum extra suum locum proprium euagatur. Neque subtile est fel. Ideò ad oculos penetrare non potest. Nihil etiam in corpore, quod tinctura fellis exciperet: sic neque melancholia, quę splene continetur, quod crassior sit, penetrare potest: neque nigræ Icteritię causa est. Proindè non ex humoribus illis icteritia oritur.

Porrò obseruandum, vbi, color, ibi morbus. Si igitur vniuersum corpus alieno colore tinctum

Alcool rei cuiuslibet subtilissimum.

Balnei ex rapis vsus cōtra tartarum.

Serpheta medicina est lapidem liquans. Saxifragia lapidem frangit.

Liquor croci vt paretur.

Cantharides vt paretur.

Crocus valenter calcem calculi extinguit.

Acuta medicamina calculosis vitanda.

Agallia quidem Icteritia nec est à felle nec à melancholiā.

Color morbū testatur.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 578 sur 913

tinctum, vniuersum morbosum: sic & vniuersa remedia applicãda: si autem ex felle ictericia: illo purgato hæc quoque curata esset. Contrarium experimenta probant: singulis partibus cura adhibenda, oculis, faciei, corpori. Ictericia vt atramentum ex tribus fit, etsi vnũ symplextingit, tria in se complectitur. Herbæ quę colorant, efficaciores sunt aliis, quæ non tingunt. In curã hęc tria separanda sunt. Ante ortum Ictericię vrina candidissima est, & hoc ex sulphure liquido, quod resolutum sit: deindè fusci coloris, quòd sal Entalicum resoluitur: tertium sal separatum sit. Hæc ictericiam adesse significant. Hæc quoque sequuntur, præcordiorum compressio, dolores dorsi & coxendicis, grauedo membrorum, nulla appetentia. Sulphur centrum ponit in præcordio: sal entalicum in spinâ dorsi: sal vitrioli inter spatulas. Hæc salia si multum colorant, non nisi resoluta miscentur. In toto corpore salia corrosiua & acuta demis oculis, qui dulcia habent. In medullis salia amara sunt. In sanguine acuta, non ideò eadem omnium cura. In principio purgationes non nihil leuant ictericiam, antequam confirmata sit: ictericia morbus localis est expulsus redit color speciebus acceptus, sed ipsæ species nondum sunt separatæ: ideò redit morbus, etiamsi patiens, non sit flauus, sed albus, nec est curatus. Thermæ Goppingenses ictericiam tollunt, sed non curant. Item Mercurio præcipitato nihil præstantius.

Vrina ante ictericiã cur candida

Thermæ Gopingenſ. Ictericiã tollũt

Mercurius præcipitatus Ictcrit. tollit Signa ictericię ſellis.

In Cap. II. Ictericia, quæ ex tribus constat, vniuersum corpus afficit, sanguinem, ligamẽta, ossa, carnem, &c. Hic & multæ ictericiæ partes quarum aliæ colorem habent, aliæ sine colore sunt. Vnde color non in vniuersum ictericiæ index. Ictericiæ ex felle nota, si frequẽs vomitio fuerit ac stomachi inflammatio, maximè nisi in fundo sentitur, nec indè aliis color ministratur. Vbi hepar efficitur croceum, id est, citrinum colorem accipit: hinc punctiones laterum, facies pallida diu manet. Hæc magna sitis comitatur.

Hepatis.

Renum.

Si ictericia renum, coxendicum dolor & spinæ dorsi indicatur, etsi vix à Tartaro discerni possit. Nam huius dolorem facilè balneum ex herbis mitigabit, non autem ex Ictericia. Præterea accidere potest, vt hic coxendicum dolor mulieribus continuam contracturam, aut difficilem membrorum motum vel colica non infestante generet, & hanc Ictericiam matricis appellamus, maximè cùm album profluit. Cordis ictericia ex tumore qui in thorace, id est, in fouea fit, corde vehementissime pulsante. Cerebri ictericiæ notæ, mucus crocei coloris, & capitis maculæ. Pulmonis ictericiæ inducunt asthma, anguſtia adest, fœtor oris, tussis sicca, sputum spongiosum, cibi appetentia manet. Splenis Ictericiæ signa: sinistri lateris dolor & punctio, & imprimis si à balneo frigidis pannis inuolutus non cesser. Sanguinis ictericia hæc signa habet, si cruor particularis, id est, in vno brachio & non altero fluxerit, qui si aquosus, non est ictericia, vena tunc in ea parte secanda. Carnis Ictericia aliis subtilior, proindè cutim tingit. Ligamentorum ictericia motum illius particulæ impedit, quam exactè Basiliconis decoctio ligamentis applicata indicabit, si aliquid crocei extrahit, aut si in longum hoc colore cutis tingitur. Ossium ictericiam sic cognosces; dolor in profundo, frigus vehemens, perinde ac stiriam sursum ac deorsum duceres, color non nisi in tibiis visitur. Sic medullæ ictericiam internæ punctiones demonstrant.

Corde

Cerebri Pulmonis. Splenis Sanguinis Carnis Ligamẽ

Ossium.

Medull.

Pro cerebro mitigatiua.

℞. *Antheræ, Hermodactyl. Antheræ liliorum alborum, Antheræ pedis carnis (flammula) ana ʒj. aquæ betonicæ lib. v.* Reduc in essentiam: Raso capiti applicandus in his pannus tinctus, 22. diebus, sæpiùs in die, quousque pannum non ampliùs tingunt.

Cura Ictericię cuiuslibet.

Pro Corde.

℞. *Antheras croci orientalis, Antheras Rorismarini ana ʒiij. (al. vi.) olei de Angelica ʒiiij.* Reduc in formam essatam.

Pro splene & hepate.

℞. *Olei de Tamarisco ʒiiij. Olei de spica ʒj.* Fiat mixtura.

Pro Renibus verò.

℞. *Antheræ de flammula, de Iuniperis, ana ʒß. Calietæ, fungi Iuniperini, ʒß.* Fiat mixtura pro destillatione solis

Calietæ, est fũgus iuniperinus.

Pro Pulmone.

℞. *Reupontica Ireos (Iringii) Enulæ ana q. ſ.* Reduc in liquorem. Dosis ℈j. vel ſcr. ß. detur mane potui, donec sputum emendetur.

Pro Felle.

℞. *Antheræ centaureæ chelidoniæ, ana ʒß. ligni guaiaci præparati ad pondus omnium. Dosis ʒß.*

In Libros quatuordecim Paragraphorum.. THEOPHRASTI PARACELSI COMMENTARIA.

Ex ore ipsius Auctoris, publicè profitentis ab Auditoribus duobus diuersimode excepta. &c.

LECTORIS.

IN Tomo tertio, operum Paracelsi, his paragraphorum libris Commentaria adiecimus ipsius Auctoris, cum quibus etsi hæc sequentia quibusdam in locis ferè conueniunt, plurima tamen quoque sunt in his, quæ in superioribus non habentur: Id circò in gratiam atque vtilitatem studiosorum Medicinæ huic tomo interponi curauimus, eo prorsum modo, quo ab Auditoribus (quicunque illi fuerint) in publica lectione ex ore prælegentis Auctoris sunt conscripta. Si qua vero in his fuerint paulùm obscuriora,

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 579 sur 913

riora, ex ſuperioribus Commentariis inter conferendum facilè explicatiora reddentur. Tu, Lector optime, hæc æqui bonique conſule.

LIBRI PRIMI PARAGRAPHORVM.

De Morbis Diſſolutis.

COMMENTARIA.

Diſſolu. morb. liquid

Diſſolutus morbus eſt, cùm excrementa non debitè expulſiuâ virtute deiiciuntur: hinc lienteria, dyſenteria &c. oriuntur. Quod purũ eſt, à ſtomacho negligitur, diſſoluitur: Cauſa. Cibus, caſus, ſtomachus: à ſtomacho non à ſale diſſoluitur. Rubea ſub eâdem ſpecie continentur: quod in ſtomacho digeritur, & ſeparatur rubeum eſt, vndè quæ excernuntur, iam rubea concreta, ſtomachi vitio fit. Sic in vrinâ, vbi nulla ſigna Tartari ſunt rubedo, diarrhœa, & dyſenteria. Sic vomitio ſanguinolenta, hoc nomine appellatur, omnium eadem cura. Quod ſi excrementa alba, ſpumoſa, cuiuſcunque rationis, omninò vitio ſtomachi fit, quando in diſſolutione vrina ſimul fluit, ſic de vomitu: Lienteria eſt alba. Quòd ſi vrina lactea, nec Tartari ſigna adſint, lienteria vrinæ. Laxet, ſoluta aluus, cùm à ſtomacho proficiſcitur, vt caſus præuertat archeitatem, morbus diſſolutus. Quòd ſi vrina ſine hypoſtaſi fuit, cuiuſcunque coloris, non eſt vrina ſed ſuperfluitas aquea, inſipida, morbus eſt diſſolutus laxus. Sic per vomitum exiens, vomitus ex digeſto fit, cùm ferè iam cibus coctus eiicitur. Thoracis, qui per violentiam fit.

Centrũ morbi in omnib⁹ obſeruã.

In omnibus centrum morbi obſeruandum: Caſus, archeitas ſtomachi, cibus, cauſſa, quod coagulatus in aquoſitatem: cibus hodiernus diſſolucus non fluit, ſed tribus annis inſidere poteſt. Torſio non eſt Colica. Liquor, aqua cardiaca, attrahitur ad ſtomachum in omnibus membris: Omnia igitur medicamina ad ſtomachum applicanda: quæ cauſa morbi eſt, alteratur. Archeitas ſtomachi confortanda, iis quæ ſeparata ſunt ab impuro, quæ diſſolutionem coaguiandi vim habent. Draco, (carbo montanus ex ſe ardens, lineæ rubræ, montium) eſt ſanguis Draconis. Sinapis non eſt Eruca.

Signa dyſenteriæ mineralis.

Signa dyſenteriæ ex mineralibus. Si comedere poteſt, neque ſtomachi, neque iecinoris, neque renum vitio fit. Quod per vomitionem fæcibus in coctis eiicitur, non ſtomachi vitio fit. Si vrina multa, rurſus ex mineralibus, ſitis non eſt ſignum. Vbi neque torſiones neque Iſchuria, &c. rurſus mineralis: fluit ſanguinolenta materia, tum ex partibus, tùm ex aliis membris, ad ſtomachum reuertitur, & eſt liquor carnis. Per veſicam iecinoris officio excernitur, in veſica coagulatur & ſic excernitur. Cùm vero eſt diſſolutio quodie per integrum annum, certo numero ſedes habeat, & ſic in vrina & vomitione fit, æqualem in numero motionem ſeruat. Cum reſolutum ad centrum, id eſt, ad ſtomachum, & in id conuertitur, ex quo natum eſt. Si alba excernit, ſoluti ſalis indicium. Sudore ſanguineum excernere, ſalis cum ſubſtantiâ cannis reſolutæ ſignum, quod non facile credendum. Cauſam, tempus, &c. Vt ſi aër infectus, nullo modo fumo depelli poteſt. Tẽpus maturitatis omnibus conſtitutum & decretum, vt peſti, Gallico morbo, & omnibus, quæ ex tribus primis, neque autumno, neque æſtati, neque hyemi, neque viri aſcribitur. Virtus expulſiua ex re matura proficiſcitur, hoc eſt, ex iis eſt, quæ in ſtomacho ex mineralibus nata, colliguntur, & non ex Archëitate. Virtus digeſtiua ab expulſiua non ſeparatur. Digeſta igitur ſtercora expelluntur, per ſalem Entalicum: vomitionẽ, ſale aluminoſo: vrina ſale nitri excernitur. Vnde archeitas in ſale ſita. Per ſcãmoneam perperam curamus: ad membra applicanda pharmaca, vt quæ in membris coagulentur. Caue ne ſtomachum offendas conſtrictiuis. Quidquid ex metallis, arcanum in morbis diſſolutis, item quæ à mineralibus Aquæ, Talck, Kachimia, Marcaſita.

Archeitas in ſale ſita.

Metalla ſunt arcanum in morbis diſſo. lutis.

Nota.

(Hic Paragraphus ſciente in tertio tomo fuit omiſſus, cùm in nullo manuſcripto exemplari, ſed in impreſſo quodam inuenerim. Quarto igitur & quinto paragrapho, in textu hic interponatur.)

DE SIGNIS MORBI DISSOLVTI.

vitæ, ſanitatis & mortis.

DE vitæ ſigno hoc eſt habendum: quòd ſi ex diſpoſitionibus propriis ſtercora inſpiſſarentur abſque tormine & nauſeâ: Reſtaurationis eſt principium, & bonæ valetudinis.

Si autem in laxos flueret inteſtinorũ, ſanitatis ſigna cum remediis. Si autem tremor particularis aut febrilis motus cũ paralytico caſu, & oculorum inundatione, praua ſigna ſunt mortis: Et ſi ſigna oris concurrerent, aurium tinnitus, lacrymarúmque diluuium, lingua tremula, mortis acceſſum ſignificat. Et certiſſimum hoc ſignum eſt, ſi fames partium conſentiat, vniuerſalium &c.

ALIA COMMENTARIA.

De Morbo diſſoluto.

Diſſoluti *materia cruda*) per anum fiunt lienteria, dyſenteria, diarrhœa, fluxus ventris, ea & in vrina & vomitu fiunt. *Centrum*) id eſt, verum principiũ diſſolutorum. *Prima operatione*) id eſt, ſtomacho. Putrefactionem ſtomachus non aſſumit, ſed corpus diſſolutum. Rubeus ſub eadem ſpecie continetur, id eſt, in ſtomacho digeſta & ſeparata, & deindè excreta rubea & concreta. *Rubeus, Albus, Laxus,*) id eſt, fluxus ventriculi varii coloris, idque cauſa ſtomachi, quòd nunc meliùs nunc minùs coquit, ſic & in vrina, & vomitu. *Rubeus*) quidquid digeritur nec ſeparatur, rubeum exiſtit: neque eſt (vt putant) ſanguis venarum, ſed chymus adulterinus. In vrina verò hæc diarrhœam, & dyſenteriam ſignificant: ſic & in vomitu. Albus verò eſt vt bolus, cuius color & ſpuma notat ſtomachum, vtcunque

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 580 sur 913

vrcunque digerere & ſeparare, & eſt ſulphur album, caret aliis moleſtiis. Omnis vomitus amarus.

Mandragorata) quia non ſentiunt, cum vrinatur. Stomachus eſt Vulcanus, id eſt, cocus.

Paragraph. III.) Cibus eſt coagulatus exaquoſitate. Cibus diſſoluitur à ſtomacho. *Cura*) in ſummâ: in omni curâ horum curetur ſtomachus.

℞. *Seminis & locuſtarum filicis (Tanaceti) ana* ʒ ß.
Sanguinis draconis, ſinapis, croci ferri ana ʒij.
Traganti diſſoluti in liquoribus plantaginis.

Draco quid. q.ſ. pro incorporatione. Doſis ab ʒj. vſque ad ʒß. (aliter à dr.j. vſque ad dr.j.ß.) Draco, carbo, ſponte conflagrans, ſunt metæ ſeu venæ rubræ in fodinis (*Sanguis draconis.*)

Laudanum pro diſſolutis diploratis. Diſſolutis iam deploratis vtere iſto laudano.

℞. *Oriʒei foliati (auri ducti ſeu foliati.)*
Margaritarum, non perforatarum ʒij.
Aſphalti, florum, antimonii ana ʒ ß.
Croci orientalis ʒj ß.
Myrrhæ Romanæ, Aloes epatici an. ad pond. om.
Reduc in formam. Doſis gr. 4. *vel* 7. *ad* 10.

De diſſolutis ex mineralibus.

Paragraphus I.) Signa, ſi patiens quotidiè diſſoluitur & veſcitur & gracileſcit, ſi materia ſeparatur, ſtomachus nihil læditur: item vomitus indigeſtæ materiæ: ſi etiam in vrinâ hæc fiant: item ſi nulli dolores ſunt ſchiæ, ſpinæ, nec torſiones, &c. Aluus tamen fluit; Coagulatur ſanguis in ſtomacho, is poſtea quærit exitum, vel per anum vel vomitum. Sola ſalia cauſant vel ſedes, vel vomitum, vel vrinam. Sal nitri it per vrinam. Albus vomitus ſignificat ſalem reſolutũ ſine ſubſtantiâ: ſi vrina ſit ſanguinea ſanguis eſt coagulatus in veſicâ. Morbo diſſoluto laborantes, ſtaraſque dierum ſedes habentes, ſignificat eſſe à mineralibus, ſulphure, ſale, Mercurio. Item, ſi alternis diebus hoc fiat ſi ſanguinem quis ſudet, morbus eſt diſſolutus. Sal enim erit diſſolutus cum ſubſtantiâ & carne.

Salia cauſſante iectione; omnes

Paragraphus 2. *Expulſi habet ingenitam*) Quidquid ad maturitatem peruenit, per ſe virtutem habet expulſiuam, neque hoc acceptum ferendum eſt ſtomacho. Quidquid autem non expellitur, digerendum eſt potius, quàm purgandũ. Cura diſſoluti mineralis ex coagulatis eſt. Nam omne coagulatum arcanum & eſſentia & medicina eſſentialis) id eſt, coagulentur ſalia, non in ſtomacho, ſed in membris, & non conſtringantur. *Oleum lentiſci*) Lentiſcus non eſt tamariſcus, vt putant, ſed eſt ſiler montanus: ſed fiat oleum ex ligno, non ex cortice. Scammonea in dyſenteria prodeſt, ſi ſit ex repletione. Scãmonea eſt adeò vehemens, vt lienteriam ſoluat potius, quàm ſedet. Omnia, quæ fiunt ex metallis, ſiue ſit crocus, vel flores, vel orizei, &c. Arcana ſunt in morbis diſſolutis ex mineralibus. Item quidquid extrahitur è mineralibus, Cachimia, Talck, &c.

Scãmonea prodeſt in lienteria replet.

LIBRI SECVNDI PARAG.
De Vermibus.
COMMENTARIA.

NOn ſola putrefactio vermes generat: putrefactio ſi in ſtomacho, cum matrice hic generat, non in hèpate, non in renibus: In mulieribus autem in matrice gẽerantur.

Quod ſi ex nutrimentis, per vomitum excrementa eiiciuntur: ſtellio ſex ſeptimanis generatur. Ex ſpermate nati in hominibus, monſtra ſunt, nec virtutem expulſiuam habent in ſe, vt pueri & alia, quæ matura ſunt, hæc viris manent. Ex crudo nutrimento lumbrici & in ſtomacho, &c. Quod ſi inter digerendum naſcũtur ex rubino, lumbrici oblongi, vt ſunt pili: quo ſi excrementa producunt lumbricos, citrinos, cùm hi moriantur, ab eis producuntur: grauis anima illos indicat, & hi ſunt multi admodùm. Alii ex venis generantur & mineralibus, & hi ad ſtomachum pelluntur, & hi breues, rubri, & omnes per ſeceſſum expellũtur, hic homo marceſcit: illos Theriaca mandragorata pellit, & confectio, de anacardis.

Vermes vnde.

In concauitatibus) id eſt, inter cutem & carnem fiunt: ex liquoribus carnis vermes nati, non ad ſtomachum tedeunt: & hi comedunt & bibunt, inprimis dorſi partes occupant, ſunt minutiſſimi, dignoſcuntur ex vehementi illius partis ardore.

In medullis vermes albo dorſo, aluo candida, lubricique naſcuntur. In inteſtinis & non ex putrefactione, longi ſunt, & colocynthis & agaricum expellunt, in minutiſſimas partes diſtractos: Nam illa, inteſtina purgat, non ſtomachum.

Colocynthis & agaricus vermes valde pellunt.

In regionibus) vt in cerebri regionibus vermiculi naſcuntur, in cordis apoſtemate vermiculos per anatomiam inuentos affirmabant Viennæ. Vermes omnes ex ſpermate ſunt. Omne ſperma duplicem habet ſubſtantiam: ex vnâ fit ſimile illius, cuius eſt ſperma, alia quoque in illud tranſit. Sed ex hâc naſcuntur vermes, mõſtra, &c. Ex ſpermate verò ſemen, ex menſtruoſo ſpermate alia, exterior caro, pulpa, &c. producuntur, vt in Perſici lapide, ſemen in exterioribus monſtroſa: ex bono ſemine fœtus, ex putri monſtrum, vt poſt partum fieri poteſt, vt mulieris vterus intumeſcat ex monſtruoſo ſpermate, ex quo & monſtra naſci poſſunt. Ex cadauere hominis animalia naſci poſſibile eſt. Sperma eſt de vitâ ſenſitiua: tùm naturale, tum mõſtruoſum. Abſtineant pueri àpomis & carnibus. Macha, ſcarabeus, non ex ſtercore. Pediculi ex aqua, pulices ex aëre.

Vermes in cordis apoſtemate inuenti Viennæ.

Animalia ex cadauere hominis

Cura Vermium.

Differentia vermium non obſeruanda in cura vermium: quæ foris vermes occidunt, interiores quoque necant Quæ ex nutrimentis purgantur, non educuntur, ſed quæ fructuum vermes in vaſe vitreo necant ingeſta, qui intus ſunt quoque occidunt: vt ſi colocynthide ineſcantur, moriuntur intùs & foris, & ſola hæc hanc curam habet. Inſuper, quæ viperas necant foris, vt per liquorem ex centaurea: ſtelliones, bufones, lacertas, ſemen hypericonis occidit: Araneas, ſemen harmel, muſcas agaricus. Venenũ medetur vermibus, ſtelliones calidis carnibus occiduntur. Puluis à vermibus in pinu factus vermes ex nutrimentis necat: ſic ex quercu lũbricos tollit, carbones ex ſilere & turbith, ex agarico, item vinea cuproſa in fodinis inuenta

necat

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 581 sur 913

necat vermes, item galla quercina theriaca. Si vermes, ex ſpermate fuerint in ſtomacho, illicò tollit. Si in inteſtinis non adeò ſtatim, ſed aliquoties repetendum: ſi in matrice, tunc fiat peſſarium ex melle & ſale, quod inditum permittatur quouſque ex ſuapte naturâ egrediatur: Si vermis mortuus non egreditur, prouocentur menſtrua cum pulegio & naſturtio (*alij oſtrutio*) tum ſtatim exibit.

Om. Medicina venenũ quæ vermes interficit.

ALIA COMMENTARIA.

De Vermium morbis.

Generatio vermium) Ii poſſunt venire ex nutrimentis, idque in ſtomacho, & non in inteſtinis, vt putant.

Vermium genera tria ſunt) & vnum ab extra id eſt, è ſpermate animantium. In viris verò in ſtomacho creſcunt. Poſſunt tamen migrare in hepar, &c. In fœminis autem in matrice, ſi bibant ſperma: Creſcit tamen epotum ſperma tamdiù, atque aliàs, & fit monſtrum, poſteà affligunt & infeſtant, & cibum appetunt, & nonnunquam durant in annos. *Concauitatis*) id eſt, vbi intra cutem & carnem quid naſcitur.

Præter omniũ genera vermium eſt & ſperm.

Paragraphus II.) Ex crudo ſunt, tanquam lumbrici, oblongi, & exiles, ex chymo: ab excrementis ſunt vermes, cum pedibus, albi & flaui. Vbi vermes vexant interpolatim ſignum quòd in ſtomacho. Quibus permanet fœtida oris anima, ſumpto quoque cibo, ſignum, quòd vermes putrefacti ſunt in ſtomacho. Sine ſale alumineſo non fit vomitio. Theriaca mandragorata pellit vermes, ſi eſurientibus exhibeatur, item aureum Alexandrinum confectum cum anicardis. Quidquid generatur, nunquam accedit ſtomachum. Dolor eſt in arctiſſimo loco, ſicut in paneritio, ſed ſine maturatione. In medullis facilè creſcunt vermes ſuperne albi, & lutei, mucoſique, tum negligit omnem curam. In inteſtinis non fit ex putrefactione, ſunt longi & ex rubro pallidi, tum in excrementis videtur diuulſi ſeu capti. Vermes nihil tam pellit ex inteſtinis atque colocynthis.

Colocynthis vermes tollit.

Membrorum regionum) principalia membra nõ patiuntur dolores aduentitios, ſed ſuos.

Duplex ſperma) ſine ſpermate nihil creſcit. *Monſtro*) fructibus monſtroſum eſt ſperma, in granis fructuum eſt verum ſperma. Sperma eſt res ſecundum naturam. Omne monſtroſum ſperma poteſt venire in vitam ſenſitiuam. Nuces non habent menſtruoſum ſperma: Vermis igitur non in nucleo naſcitur, ſed in teſta. Perſica habent ſed nucleus eius non. Si vterus tumet poſt partum, erit nona generatio. In carne ſẽper eſt ſperma. *Muſca*) Macha eſt ſcarabæus volatilis. *Cryſtallus*) ſuccinum album.

Sperma quid.

Cura vermium) non eſt præciſè habenda ratio nominum vermium: quæ externos vermes necant, ea curant internos. Vermes externi, compoſitum ex colocynthide attingentes, ſi moriantur, detur & vermibus laboranti. Liquore ex centaureâ moriuntur anguillæ, ſerpentes. Idcò ex ſemine hypericonis bufones, ſtelliones, lacertæ, &c. ſemine harmel araneę, agrico muſcæ. Omnis medicina vermes interimens venenum eſt. Omnes purgationes in vermibus vanæ ſunt, niſi hâc vermes occidantur. Puluis lignorum medetur vermibus. Ex pinu puluis maximè medetur recentibus vermibus ex nutrimẽtis natis. Ex ligno querno tollit lumbricos, ſed adduntur hiſce carbones, & maximè de turbith & filere montano. item atramentum ex cupro, ſupernè adhęrens. Galla (*poma quercus*) creſcit in quercubus *Contra vermes ex nutrimen.*) vtere ad aliquot dies, item Valeriana, verbena valent. *Aliud contra verm. ex nutrimen.*) Ole. de colcothar iterum coagulatur, & tum it denuò in ſubſtantiam ſuam. Doſis gr. ij. vel iij. miſce tamen cũ aceto. *Contra vermes ex ſpermate*) ſi in ſtomacho fuerint vermes, illicò tollit: ſi in inteſtinis, non adeò ſtatim, ſi in matrice, fiat peſſarium. Cum melle & ſale. Relinquatur donec ſuâ ſponte excidat. Prouocetur menſtruum pulegio, & oſtrutio.

LIBRI TERTII PARAGRAP.

De Caducis.

COMMENTARIA.

Species vno nomine complectuntur: Syncopis per interualla acceſſionem colligit. Syncopis à caſu fit, & rarò apoplexia, quæ ex epilepſiâ proficiſcitur, his notis obſeruatur, vt iam oculis inuerſis brachia extendat: Apoplexia ex guttâ ſpumâ, nigredine & ſtupore comitatur: Paralyſis ex epilepſiâ, quando paralyſis ex guttâ, balbutiunt, ſynthena, contrahit & adultorum eſt, non puerorum; & mortalis. *Incarnatio dorſi.*) Paroxyſmus apoplecticus, ſine ſpumâ, & ſaliuâ: paroxyſmus epilepſiæ cum ſpumâ. Analentiæ ſignum, albedo narium, catalentiam ſomnus præcedit: Epilentiæ ſcreatus albus. Syncopis peſſimum genus, in hoc vigilant, circumſpiciunt, inſaniunt, nec habent ſpaſmum, nec tetanum, iuuenibus peculiaris nocte, cùm in tergo reſupini iacent, comprimuntur, & paroxyſmum habent. Hic poſt multos annos in epilepſiam tranſit. Ex vertigine in periculoſis locis contractâ, fit nonnunquam epilepſia: Apoplexia cum tetano fit & ſpaſmo: hæc omnia membra occupans, mortem affert. Synthena mulieribus accidit, frigeſcentibus pedibus, aut albo fluente menſtruo. Fit in acutis non rarò, vt membrum aliquod tremore afficiatur, & illud mortis indicium, ſic & mulieribus accidit, quando ſiſtitur profluuium.

In Caput Secundum.

Paragraphus I. Homo compoſitus ex tribus primis & quatuor conſiſtit elementis. Eorum quodlibet habet ſuum morbum. Chaos eſt aër, qui diſperſus per totum corpus, caduci cauſa, vnde ſpaſmus fertur, ex eodem vt venti exteriores, impetu quodam mouentur: Lepra terræ: phthiſis ex igne: hypoſarca ex aquâ: realgar morbi, qui fluit ex mineralibus. Nam aër, in corpore habet ſua mineralia.

Paragr. II. Omnia metalla & marcaſitæ ex aquâ ſunt: Aër exitum quærit: inde vulneratis percuſſos epilepſiâ liberari credibile eſt. Venarum ſectio ob nullam aliam cauſam adhibenda. Caprinæ carnes illam generant, ex ardore pedum capræ affici ponunt. Maiorana prodeſt.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 582 sur 913

Paragr. III. Causa Mercurius est, vndè omnes species caduci fiunt: Fumus Mercurij paroxysmum epilepticum, Arsenici apoplecticum, realgar synthenam facit.

Paragraph. VI. Chelidonium, succus viridis, materia morbi, tingit totum corpus, ideò membrum mouetur iuxta suum Ilech: Paroxysmus cerebri, intellectum, auditum, visum aufert. Turbulentia ventorum, splen, pulmonem, cor, hepar, transit, etsi quando vesicam adit, medullam erigit, sic dorsum, brachia. In summâ, Mercurius omnia inficit, præter dentes & vngues, in quibus non est chaos: Solius somni commoditate soluantur. Mercurio consumpto cessat paroxysmus, indè intestina torquet, saliuam per os eiicit, tandem dormiunt. Catalepha ex Mercurio arsenicali, ideò venenoso, vt mortalis sit, cum horrore & oculorum palpitatione accedit: dein os & membra contrahit, posteà rigores, & colicas inducit: in summâ lætitiâ chaos inficitur, bibunt & comedunt, & simul corruunt, presso pulmone difficulter spirant, tandem quiescunt, vt ne spiritum emittere videantur, quatuor diebus iacentes, causa arsenici albi, dein moriuntur, sicut paralysis ex citrino. Suffocatio matricis, vertigo, synthena, quoque ex mercurio, sed nõ mortalis: Cùm suffocatio est, mercurius fluit ex matrice, & inficit totum corpus. Quot species mercurij, tot morbi sunt. Musulæ, sciuri nigri, morbo caduco laborant, non autem rubri: in principiis anguilla medetur. In elementatis morbis, nutrimenta medicinæ vicem agunt, vt lepræ &c. In non elementatis alimenta non obseruanda. Agreste, vinum, generant caducum: setum ex lacte ouillo prodest, gramina quoque nutriunt in caduco. In vicem salis, viscо vtendum, atque hoc pacto experieris, an laborent caduco, cùm salem non exigunt, Bleta (*Beta est*) folia ellebori nigri: Reliqua non prohibentur, modo hæc vbique prima sint. Cranii alcoli, & sanguis humanus prosunt, abstineant à fructibus & à speciebus aromaticis, à rapis albis: Pastinacas, cuminum, fœniculum admittit, quæ ventosum succum non generant: à Venere abstineant. Cenigotum instrumentum, quo cranium perforatur, tenta seu turunda. Camphora & spodium coagulant aërem: in adultis non probarem. Æmiliani descriptionis vnguentum, species tereniabin, manna præparata vtilis, illa mulieribus, hæc viris. Ros cœlestis in Maio; manna, prodest, si cruda detur. Ros per balneum, deindè per circulum. Ros Iunij syncopam & synthenam tollit. (*Ex sanguine humano*) bono.

Mercurius dentes & vngues solos non inficit.

Cenigotũ quid.

Manna viris tereniabin fœminis dicata.

Vngulæ caprinæ cum assâ fœtidâ incendantur: suffitu adhibito, cadunt.

Craniũ perforatum fistula argentea apertum obseruãda.

De Ingeniis, Si natura exitum habet, paroxysmus abit. In morbo caduco paratur exitus per caput, hoc modo: Sumatur zenigotum, & perforetur cranium, post paroxysmum vt primum cessauit: posteà indatur tentum magistrale, & indormiscat patiens: nec foramen iterum occludi debet, sed cannula argentea ei indenda est, vt cum interioribus coalescat.

Quæ aërẽ coagulent 1. Camph & spod.

Per camphoram etiam ac spodium aliquandiu cura continuari potest. Ista enim aërem coagulant.

2. Fel ardeæ.

Fel Ardeæ si destilletur, & præparetur, potenter aërem coagulat. Idem præstat etiam Balsamus de Galbano post paroxysmum, si is nuchæ inungatur.

1. Ball. de Gal.

Ab elemento, manna, præparatum thereniabin, si indies guttæ binæ vel tres cum vino bibantur, nullus paroxysmus infestat.

Thereniabin si tribus guttis propinetur, sistit paroxysmum septimanis sex, si semel bibatur. Et thereniabin fœminis, quam viris conuenientior est.

Thereniabin quid.

Thereniabin est ros maialis. Is præparatus per balneum maris, vtilis est.

Aliud Experimentum.

Sang. hum. epilepsiã curat.

℞. *Sanguinis humani*) Iterumq; digeretur 6. septimanis: tunc fit coloris aurei, & tum conuenit ac prodest. Huius scr. j. in mense, sub nouilunium sumendus est. Hoc si mensibus 12. iteretur seu anno duodecies continuetur, tunc adest vera cura. Pyrethrum & pœonia destillata etiam curant.

Pyreth. & pœonia caducum curant.

Proba, an quis sanus sit.

Examen caducorum.

℞. *Cornu caprini* ʒj. *Assa fœtida* ʒ ß. Imponantur carbonibus seu prunis, & fumum capiat caduco affectus, cadétque subitò. Si verò ab eo immunis est, aut rectè curatus est, minimè cadet.

ALIA COMMENTARIA:

De Caducis.

Syncopis cum generibus) deliquium rediens, Vniuersalis apopl.) quæ statim conuellit & rigefacit. *Cum spec. synthena*) Synthena, virorum contrahit: mulierum cum refrigeratione incidit, vel paulo ante profluuium. In acutis signum mortis. *Sunt & plures agritudines*) omniũ vna erit cura. Paralysis ex guttâ cum saliuatione est, & balbutiæ: membrum decidit, dormitũ. *Vniuersalis apoplexia*) venit ab epilepsia. Apoplexia si ex guttâ, & oculi rigeant, tum non est epilepsia: Spasmus & tetanus si essent in cerebro, foret caducus. In analepsiâ albescunt nares. Catalepsia venit cum somno, nam antè apparent dormire. Epilepsia cum albo venit sputo: Syncopis signum est, deliquium stomachi, posteà caligo: Si à somno statim expergiscuntur, tendit ad epilepsiam: Si secus, pessimum. Si in acutis morbis membra aliquot tremunt, fume curam caduci.

De Curâ Caduci.

In epilepsia non scarificandum.

Realgar morb. qui venit ex mineralibus. In epilepsiâ non est scarificandum, phlebotomandum neque diætandum. *Locus chaos in caducis Mercur. est.*) Aliàs legitur, locus causæ in caducis chaos est &c. Vbi sunt contracturæ in aliquo loco, ibi chaos petit exitum. Caro caprina generat caducum.) Quidam non ferunt vinum, aromata: maioranæ odor minùs lædit eos cæteris. Mercurius sublimatus facit paroxysmum Apoplecticum fumo suo, item Epilepticum facit. Morbus caducus præ nimiâ vehementiâ à laborantibus non sentitur: nam dormiunt. Apoplexia est Mercurialis, arsenicalis. *Vertigo, &c.*) Sunt quoque Mercuriales. Synthena par epilepsiæ, lethalis est, tollit memoriam, auditum &c. Diæta) nocent quædam vel sanum lædunt: vt Musula, caro caprina, potus de pomis.

Caro capræ, & fumus Mercurij subl. caducum gignunt.

Musula caduca est.

Musulæ

Musula caduca est.

Musula, sciurus, atet, plerunque habet morbum caducum. Diæta fit medicina, non cibus. In elementis cibus debet esse nutrimentum. De sylvestribus pomis potus conciliat caducum. Lac ouillum est antidotum, & pastinaca. Si dubitas de morbo, iniice viscum quercinum offæ sine sale. Si vescitur tanquam salsâ, certum est, eum eo morbo laborare. Calidus & recens sanguis humanus medetur huic morbo, si vtaris ad tempus pro diætâ. Item craneum hominis, si potetur.

Caduci antidotus lac ouillum, pastinaca. sang. hum. craneũ hom. Caduci quę dięta.

Paragr. II. Nutrimenta sunt ista : Viscus quercinus pro sale, semen pœoniæ pro confecto, radices pyrethri pro petroselino, folia helleborí pro bletâ vel caule Romanâ. Hæc comitiali morbo laborantes, pingues reddunt, morbumque mitigant.

Paragraphus III. Ab his cauendum, vbi vitiosum sperma, vbi odor vitriolatus, vbi ventorum generatio, vbi libidinis prouocatio, vbi acuitas essentificata. *Qui vitiosum sperma*) vt sunt fructus. Odor vitrioli) Confice vitriolum in ignem, & experire odorem, & quicquid eundem odorem præfert vitandum, vt sunt è paruulis vnulis.

Præ manibus sunt experimenta) dolorem tollunt, non morbum. *Arcanum*) Est quod præter canones fit, & contra complexionem Elementorum. *Cum speculatione*) Id est quod speculatione fit: in ò omnia experimenta sunt arcana: at illi do sin nesciunt. Alcali omnium medicaminum multum habent momenti: vitriolum est summum arcanũ in cerebro. *Vitriolum vngar. vel Rom.*) Vngaricum & Romanum cuprum non respiunt. Cæteraid faciunt. Destilla per retortam vel descensum.) Recipiens sit lacteus, tum cessandum, liquor erit in fundo. In descriptione olei vitrioli dosis phlegmatis est ʒ j. semper ante paroxysmum. Si erit caducus de 20. annis ad 40. ministra liquorem, dosis liquoris est scrup. j. Oleum detur illis, qui vltra 40. annos hoc morbo laborauerunt, dosis est gr. iij. *Ingenium*) Si morbus potest habere exitum, tollitur paroxysmus. Exitum autem petit in capite, proinde erit caput secundum : id fiat in casu. Cum Cenigoto secetur caput, postea implicatentum : postea sine dormiscant, sicque aperiatur craneum, oppodeltoch addatur, & sine expergiscat laborans. Tunc argenteas cannulas impone, & sine cum internis connascantur. Hæ quamdiu patent, non sentit paroxysmum, vel non nisi parum.

Omnia experimenta arcana.

Vitriolũ cerebri summũ arcanũ.

Varia ad caducũ ingenia. 1. Cenigoto caput in caduco secandũ.

Aliud Ingenium.

2. Aër coagulandus.

Est infrigidatio, quæ ht per camphoram & spodium, idque potissimum valet in iuuenibus, quia hæc coagulant aërem : ita & vnicornu.

3. Spina dorsi aperiẽda.

Aliud: quidam aperiunt spinam dorsi in summitate, & quamdiu est aperta, non cadunt. Castoreum quidam adhibent, sed nihil iuuat. Descriptio Æmiliani impendiò prodest elementatis. Manna, id est, ros exiccatus, si separetur purum ab impuro, sumpta in vino (indies guttam) tollit paroxysmum. Item tereniabin, sed magis conuenit mulieribus, quàm viris. Item Tereniabin, quod cadit in Maio, & luteum tenáxque in foliis reperitur. Ros est septima species tereniabin, destilletur per balneum, & proderit in Apoplexiâ epileptica: Item paralysi epilepticâ. Quinta species tereniabin est ros vltimus æstatis, in syncopen tollit. Extrahitur etiam medicina ex sanguine humani corporis. Eius parum mitte. Si bonus & laudabilis est, tunc accipe. ℞. *Sangu. Human.*) Destilla post digestionem idque fit in fimo equino calido: destillabis : tunc iterum ponatur ad digestionem, in qua digestione sunt geminę aquę. Inferior coloris est aurei, superior alba, tam diu sistetur, quoad videas hosce colores. Dosis scru. j. atque dato singulis mensibus in nouilunio, mitigat morbum & tollit. Valent & semina Pœoniæ, si per se destillentur, & quicquid it per Alembicum, & procedetur, vt supra. Examen caduci. Rec. Vngulas capræ, & cornua, ficcescant : imponantur cum assa fœtida carbonibus viuis. Et cum spiritus it, penetrat nares : Si habet caducum, cadet.

Sang. hum. cõtra caducum.

Tereniabin quotspecies.

LIBRI QVARTI PARAGRAP.

De Vndimiâ aut Morbis Resolutis.

COMMENTARIA.

SI ex Rocho est Vndimia, id est, hydropisis, totum corpus occupat. Hydrops inest in regionibus, quando coagulatur illa aqua, quæ affluit. Hypostarca non est nisi alumen resolutum, nam si illa aqua rursus coaguletur cocta, alumẽ in fundo residet : Si tument, purgentur per turbith, Helleborum nigrum &c. Sudorem prouocabis theriacæ vnç. ss. & scr. j. euphorbij: Vomitum & vrinam aqua raphani, camomilla: saluia, artemisia. Vndimia siue hypostarca non est nisi alumen resolutum, secunda species aluminis, intumescunt rastatæ pedum & manuum, & tota facies. In cura, si corpus albescit, est signum sanitatis, quia calor aluminis est albus: his vulneratis, gluten non fluit. Si alba menstrua sistunt intumescentibus coxendicibus, signum hypostarcæ futuræ. Menstrua igitur prouocanda & curabis. Si gluten ex coagulato terreum resoluitur, generat Hypostarcam, solùm quod aquam resoluit, & est ex Rocho. Quòd si aër ab se deiicit mineralia, & sic clarum eius resoluitur. & est ex scisso. Quòd si aquæ, est simile glutini, & est aquæ hypostarca. Quod si ex Elemento ignis, resoluuntur mineralia.

Hypostarcę causa & cura.

Diæta talis sit : Humida stomacho in hoc morbo incommoda, vnde omnibus membris humiditatem suppeditat, quæ coniuncta. Fabæ, pisa, probantur, caro assa minùs. Artemisia cocta cum carnibus, & alia, quæ vrinam prouocant, vt lupulus, siler montanus in offa, item senæ, turbith parum. Item vinum cum aliquo illorum confícias, diacubebe in matrice, & hypostarca, crocus martis, liquor ex corallis, dulcedo ex plumbo (Saturno) generalia sunt, raphani maioris aqua, ipse decoctus, & cum melle in electuarium reductus vtilissimus.

Hypostarcę dietæ quæ.

ALIA COMMENTARIA.

De Vndimiâ.

Hypostarca nihil est aliud, quàm resolutum alumen. Signum : Purgentur leniter, exibit aqua, quæ coaguletur ad ignem, &

Hypostarca probãda.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 584 sur 913

in fundo erit materia aluminosa & vide quod genus aluminis sit, num de rocho vel scisso: Prouocetur etiam vrina cum raphano, pulegio, saluiâ, & fac vt supra: id fit & in sudoribus, quos prouocabis theriacâ, maximè si addideris euphorbium. Signa externa: Tumor oculorum, facies intumescit & rasteta omnia, quæ si tactu premantur, foueæ in corpore manent: Item de spina dorsi: Aliquando hæc multis annis proueniunt. Si mulieres profluuium album habêt, si cessat profluuium, & in inguine tument, signum futuræ hyposarcæ. Proinde prouocentur menstrua: Alumen rochæ est terra resoluta. Diæta) Fabæ cicer, &c. prosunt: assa nocent: purgentur filere montano.

Hyposarca à suppresso mulierũ albo profluit.

In offa quoque sumi potest diacubebæ, prouocetur etiam vrina. Omne tulit punctum in hyposarca, cum hac additione in specie prima.

Cura.

℔. Specierum diacubebę &c. Vide suprà. Hydrops quoque penetrat ipsa ossa. Quicquid herbarum in potu datur, ideo fit, quia prouocant vrinam. Lupulus prouocat vrinam.

Crocus martis } *Valent in omnibus speciebus*
Liquor corallorum } *Hyposarcæ.*
Dulcedo Saturni. }

LIBRI QVINTI PARAGRAPH.

De Morbis siccis seu phthisi.

COMMENTARIA.

Phthisis quid.

PHthisis igneus morbus, consumptio totius corporis: cum ignis siccum resolutum absumpserit, indè aliorum elementorum substantiam absumserit, vt aquæ, aëris, terræ humidũ coagulatum, priùs factâ resolutione in humidum, vt maneat corpus elementatum siccum: ad mediam vsque ponderis partem consumitur corpus, & iam moritur. Ab initio punctionibus molestatur: iis cessantibus consumptio consequitur: ibi humiditas rursum in primum habitum reducenda. Vrina rubea, crocea, cum spuma candida.

Cura eius.

℔. *Corallor. Rubeor.*) Hęc medicina differenda est, vsque dum vrina spumam spongiosam amittat, & debet ad pondus antiquum redigi. Est & experimentum, quod fit ex pinguedine murmentorum.

Vnguenti murmentorũ contra phthisin.

℔. *Pingued. Murmentorum* ℔ v.
Medullæ bouis ℔ j. *taxi* ℔ ß.
Olei amygd. amarar. ad pondus omnium.
Vini rubei q. s. pro decoctione. Reduc in formam vnguenti. Et cum hoc vnguento procedendum est, velut & cum vnguentis reliquis.

℔. Aquæ, & vitrioli, & parum de Rocho alumine. Balneet, vsque dum vrina mutetur, & spuma spongiosa abeat.

ALIA COMMENTARIA.

De Morbis siccis aut phthisi.

Phthisis consumptio sine paroxysmo & doloribus: Primò hic morbus omnem superfluitatem tollit ad vnum aut alterum annum, nihil detrahit, tamen affert compunctiones laterum. Ignis consumit partes, & reliqua Elementa, sicque corpus siccum efficitur: primò tamen resoluitur in humidum, medietas est siccitas, altera medietas humiditas. Proin in pondere quoque medietas decedit, si post mortem ponderantur. In cura humiditatis, humida est ratio, vt reducatur in suam primam materiam.

Phthisici mortui exẽplo leuiores viuis.

Liquiritiæ, polypodij &c.) Hæc semper misce cum nutrimentis phthisi laborantium. Vrina est saturatè rubra cum spuma candida. Arnoglossæ, allij &c.) vt cacabus plenus sit, decoquatur: postea adde:

℔. *Vitrioli albi, Margaritæ argenti an.* ℥ ij
Vitrioli communis, luminis de Rochâ an. ℔ ß.
Sulphuris viui, id est, non fusi ℔ j.

Balneo vtere ad septimanas 10. vel 12. & mutabitur vrina, & curabitur. Additur carabe trita & decocta. ℥ j. ß.

Cautela: ne vtaris clysteribus neque purgationibus. Signa. Si cutis scissuras recipit, signum morbi incurabilis, maximè si scissuræ sunt circa genua &c.

LIBRI SEXTI PARAGRAPH.

De Leprâ.

COMMENTARIA.

Quę partes leprę afficiantur.

PVtrefacto elemento terræ in carne, triginta annos vitam promouere potest: ex Mercurij mineralibus nascitur, quo & curari potest. Quod si chaos inficitur, grauem spiritum & discolorationem vniuersi corporis habent: Quod si terræ, in facie apparet: quod si ex igne, vlcuscula nascuntur, & fauces & gingiuas occupant. Lepra ex aqua, tumescunt pedes, frigent maximè. Item pudibunda tument, exulcerationes subsequuntur.

Quòd si ex pulmone, vox rauescit: Quòd si in hepate, non sitit, scabra cutis: Quòd si vesicæ, vrinam fœtidam reddunt, & mentula afficitur. Quòd si splen afficitur, punctiones, sanguis in aquâ. Quòd si ex corde, corrosio, & spina exulceratur: Quòd si ex renibus, vrina lactea cum pinguedine alba, excidunt dentes: Quòd si ex felle, vomunt quotidie, in linguâ grana sunt milio similia: Quòd si ex cerebro, pituita fœtida, nares obdurescunt, scabies occipitis, oculi tument. Zephena, symmetria cuiuslibet emunctorij corporis, oris scilicet vuuluæ, oculorum, narium, quod hæc in circulo contrahuntur, & rotunda fiunt, quæ acuta sunt, acutiora, fiunt, vt digiti, mentula, nasus, aurium cartilago. Orizeus color, est Venetus seu subpurpureus.

De Examine Leprosorum.

Signa leprę vrinalium.

Lepra in tres partes diuidenda: Vrina scatea, lepram ex accidente, hanc in calidam mergas, obturatâ matulâ, glutine & orbe. Igitur factâ destillatione vrinæ, orbis dimoueatur, atque ad ignem exiccatus albescit sale, hæc in vrinalibus. Stercus aquâ maceratum, atque multis aquis lotum, quod tandem in fundo est grauissimum, & veluti arena, & est ex stomacho lepra. Sauina sylueſtris, lepram generat comesta. Menstruum tum homines, tum sues inficit leprâ. Cùm sudoris guttæ non inhærent vnionibus similes, sed per totum corpus diffunduntur, lepræ signum est. Prouocandus autem

Signa leprę stomachi. Sabina & menstruum leprosos reddunt.

autem ſudor ſicco ſudario. Quòd ſi calloſa cutis exulceratur ſuâ naturâ, aut ſcabie aut pruritu ſanguinem eliciunt lepræ ſignum. Quòd ſi totum corpus ſcabie rectum, cum raucedine vocis aut inſenſibilitate, leproſi nota. Epiglotti inſtrumentum argenteum, quo vniuerſæ palpebræ rurſum tolluntur. Quod ſi palpebræ excidunt, lepræ ſignum. Cruor in ſalem redactus, in aquam non liqueſcit, ſanguis vt ſtercus abluitur, innatæ lepræ ſigna. Quod ſi genæ ſubſident, & inæquales ſpiſſitudine, lepræ ſignum. Sic ſi vbera ſuperiore parte dura, inferiùs mollia, ſi clunes molleſcunt. Si pollicis caro ſubſidet contractâ concauitate, ſignum lepræ. Si poſt coitum ſitiunt & eſuriunt, ſignum lepræ.

De ſignorum differentiis: Alopecia, ſub linguâ vt lepra, grana milio ſimilia producit, diſcernit à Morphea, à Tentigine prauâ, à noli me tangere. Pruritus nonnunquam ex venenis auripigmenti, ſalis Ammoniaci, ſalis confecti cum vrinâ ex menſtruis, ſanguine hæmorrhoidarum, ſaluatellæ ſiniſtræ proficiſcuntur, cum conſumptione corporis à frigore & calore, cùm morbus, tùm lepra, vt mulæ.

Quòd ſi cutis priore parte manuum & pedũ, cum voce raucâ, ſcabie tegitur, lepræ ſignum. A calore fit, quocunque ſigno conſumptio inuadat, non eſt lepra. Quòd ſi cicatrices, & rauca vox, & oculi concaui, lepra eſt. A realgare Vulcani inficiuntur maximè, qui metalla colant, & puriora reddunt: vt arſenicum, morbos lepræ ſimiles generat, vt morpheam &c. Sal ſciſſum, polypum, raucedinem &c. gignit. Item Mercurius calloſum reddit & raucum. Quod ſi hi Vulcani ſimul carne iuxta pollicem priuantur, & aures ſubſidunt, lepra eſt. Coqui aliquem morbum ex contractione & igne contrahunt, qui tamen lepra non eſt. Item caro porcina talem generat ſcabiem in quibuſdam locis, & tamen non eſt lepra. Coitus raucedinem generare poteſt, nec lepra, niſi cephena adſit. Tranſmutatio morborum lepram generare poteſt, vt ſcabies Gallicana, alopecia, morphæa, quòd ſi hæ ſimul raucedinem & amygdalas lazurias reddunt, lepra. Ex quartanâ febre ſcabies fit, quòd ſi rauceſcit, non eſt lepra, niſi gutta roſacea aut alia ſequatur, & naſus ſuprema parte comprimatur, eſt lepra. Sanguis ex ſaluatellâ ſplenis affectus, ſi ſecatur vena &c. In læuâ parte ſcabiem cum raucedine generat.

Coitus raucedinem parit in leproſis.

Signa albæ.)

Cutis cineritij, lazurij coloris, abſque ſcabie & tumore, anima grauis ex chao putrefacto, arſenico ſimilis, aut ſulphuri, aut cœpis aſſis: Vrina vt anhelitus fœtet, ſic ſtercora.

Conſeruatio vtriuſq;.

Quæ cadauer à putredine cuſtodiunt, à leprâ quoque conſeruant. Quæ autem putrida ſunt non inſtaurantur: Balſamus, flores antimonij, eſſentia vini: Doſis antimonij ſcr. ſs. ſemel in ſeptimanâ, in aurorâ. Doſis ſanguinis humani, ℥ ß. ſemel in menſe, in ſecundâ die poſt oppoſitionem. Doſis perlarum & corallorum gr. iiij. omni die in aurorâ. Meliſſæ, valerianæ doſis à ʒj. ad ʒjß. omni die.

Balſamus flores antimonii &c. à lepra præſeruant.

ALIA COMMENTARIA.

De Leprâ.

Lepra nihil eſt aliud, quàm diſpoſitio & defectio corporis ad putrefactionem. Hanc enim lepra ſequitur. Putrefactio elementi terræ, eſt carnis. Caro ſiquidem, ſi putreſcere incipit, ipſa mineralia cum iſto elemento putreſcunt. Si ergo caro ad lepram abit, elementa & mineralia ad putrefactionem cauſam dant: etſi mineralia diſſoluuntur, via ad putrefactionem eſt, & mors illud affectum membrum tenet. Si verò lepra ad membra principalia penetrat, mors in iſtis tribus principalioribus corde, ſtomacho, & hepate. Si coagulatum corporis it, lepra quoque adeſt. & hæc lepra eſt abditiſſima. Si chaos inficitur, ad mortem it illius membri. Similiter fit etiam in elemento ignis. Et ſi lepra ita in elemento vno hæret, tum liquor naturæ corpus conſeruat, & elementa tria reliqua. Si lepra ita vehemens eſt, vt digitus aliquis, auriſue, aut naſus decidat, certum id ſignum eſt, omnia elementa lepra correpta eſſe. Si verò vnum ſaltem elementum in lepram incidit, id cętera tria ſuſtentant, ne putrefactio inualeſcat. Si elementa duo lepra inuaſa ſunt, duo cætera corpus conſeruant & ſuſtentant &c.

Lepra quid.

Lapſus digiti aut naſi, ſignum lepræ omnium elementorum.

Signa Lepræ.

Si leproſus ſentit punctiones, ſignum lepræ aquæ; ſi non ſentit, terræ, ex terra indicat, ſi primùm in partibus extremis, ex chaos: ex terra, grauis eſt oris anima, & parum ſentiunt: ex igne ſunt vlcuſcula, quæ abeunt & redeunt: ex aqua intumeſcunt pedes frigoris impatientes, intumeſcunt inguina & exulcerantur, nonnunquam à membris principalioribus inchoat.

Signa quę lepræ quorum elementorum.

In pulmone ſigna, vox rauca: In hepate lepra nulla infeſtat ſitis, & cutis ſit inſtar corticis quercini. In veſicâ notam habet vrinam grauiolentem. Splen is lepra incipit à punctionibus, ſanguis eorum ſit areno ſus, & lucidus, lazurius. Cordis lepra facit motiones orificij ſtomachi, dolores, ſcabies intolerabiles. In renibus habet vrinam, pinguem & lacteam cum albâ axungiâ, pulſum leuem, dolores dentium. Fellis lepra incipit à vomitu ad tempus, & grandines in linguâ ſunt. Cerebri lepra facit mucoſos & fœtidos, poſtea per nares loquuntur, in nuchâ creſcunt cueſtiolæ, intumeſcunt oculi.

Signa lepræ quarum partium.

Zephena cuiuſcunq; membri modus, forma, aut circulus, aut naſi, oculorum oris. Si horum quippiam alteratur, notat lepram, aures fiunt rotundæ. Hominum zephenæ orbiculantur, ſuum non orbiculantur, ſed excedit.

Acumen) quod ex facie ſuâ micat, naſus acutior fit ſolito, item aures, digiti.

Color Lazurius) venit plerunq; iis locis, vbi ſunt ſigna zephenæ, id quod in frigore facilè deprehenditur, ſi color in nigrorem vertitur.

Lepræ accidentalis) quæ venit è nutrimentis, vt qui veſcitur ſauinâ, menſtruo, leprâ facilè inficitur. Præſeruatiua lepræ ſi ſumantur, eâ die lepra iudicari nequit. *Statica*) ſed ſume fuliginem, pone vrinam in ignem, diſco tegitur, & deſtillatur ſurſum & deorſum, poſtremò diſcus albeſcit, & ſale obductus videtur. *Stercore*) ſuperfunde aquam & commoue, ſeu agita donec diſſluat, bis effunde, & manebit in fundo ponderoſa grauitas,

Sauina & menſtruum comeſta lepram faciunt.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 586 sur 913

lepra tum erit in ſtomacho. *Signum ſudoris*) fac vt ſudet, ſed non in balneo, vbi ſit vnda. Si tanquam guttæ, bonum: ſi non, tunc non bonũ. Si ſudor non exit inſtar perlarum, ſed per totũ corpus ſimul funditur, id eſt, madefacit, lepræ ſignum eſt, ita etiam ſi ſuperfunditur aqua, ſed fallit: ſudor coagulatur, & ſic fit ſalſi: ſi non iterum ſoluitur. ſignum lepræ. Diuerſitas puſtularum) vbi in cute puſtulæ enaſcuntur ſignum quidem, ſed fallax: Sed ſi ſeipſas vlcerant, vera lepra, vel ſi cruſtentur, vel ſponte per pruritum ſanguinem emittunt. Si quis per totum corpus pruritum habet cum raucedine vocis, vel ſi ſine ſenſu ſunt.

Epiglotti inſtrumenti vſus.

Ex epiglotto) ſcil. inſtrumento argenteo, ſimili ferreo inſtrumento quo vruntur calciatores. Si palpebræ introrſum verſæ creſcunt, ponitur ſubtus ſupercilia, & crines ei imponuntur, & manu admotâ veluti pectuntur, ſi pili cadũt, lepra eſt. Item, ſi ſponte cadunt capilli: Si vena tangitur illius membri, vnde eſt lepra, cernitur in ſanguine. *Concauit.*) ſi buccæ in medio concidunt, ſignum lepræ: ſi malæ non vndiq; vnius denſitudinis: Si vbera ſuprà dura, inferiùs mollia aut interiùs, & foueæ fiunt, poſtquam antè graciliores: Item nates concidunt. *Carnis conſumptio*) conſumptiones iuxta pollicem, ſi cauitates vnà adſint. *Luxuriam*) ſi poſt actum quis eſuriat & ſitiat, ſignum lepræ. *Alopecia*) hæc puſtulas in collo facit: gutta roſacea facit maculas. *Pruritum*) qui venenum guſtauerunt, nempe de auripigmento & ſale ſciſſo, cum vrinâ, etiam ex menſtruis, ex ſanguine hæmorrhoidarum, ex ſanguine ſiuiſtræ ſaluatellæ, ſunt hæc venena, quæ corpus non interimunt, ſed morbum adducunt, cuiuſmodi eſt ſcabies, pruritus cum conſumptione corporis.

Ex frigore) Hoc erumpit in raſtetas, & pruritum facit cum raucedine. E caloribus) vt in Herculeis balneis frequentibus conciliantur ſcabies, ſi cum raucedine, & oculi concidunt. Realgar) ceu in iis, qui crebro verſantur cum igne: quibus accidit morbus. Nam cutis permutatur igne &c. non ſtatim iudicandi ſunt leproſi.

Caro ſuilla Bauarica leproſis ſimiles facit.

Salſciſſ. quoque facit vlcera & raucedinem, ſic & cætera metalla faciunt maculas. Si quis Vulcano aſſiſtens intra pollicem & iuxta aures tabeſcit, certum ſignum lepræ. A carnibus) nempe in Bauariâ, qui veſcuntur carnibus ſuillis, non ſtatim eſt lepra, niſi cum zephenâ oculorum & aurium:

Tranſmutatio morborum) ceu ex Alopeciâ, puſtulis, polypo &c. febre quartanâ: nam ea ſequitur pruritus, nec continuatio lepræ. Amygda ſi ſit lucida, lazuria, lepra eſt. Si poſt quartanam naſus concidit, & rotundus fit, & circulum exhibet. Sanguis ſaluatellæ ſiniſtræ) ſiniſtrum latus duntaxat ſcabioſum reddit, ſi cum raucedine, lepra eſt, aliâs non. Signa rubeæ lepræ) Alopecia, apoſtemata, buſones, parotides. Fœtoribus,) vt ſulphur, vt cœpe. Item, ſi vrina habet fœtorem oris. Item ſtercora.

Antimoniũ putredinẽ arcet Item &c.

Conſeruatio) oportet vt balſamus naturę confortetur: proinde quæ cadauer conſeruant iis in lepræ conſeruatione vtendum. Antimonium nihil ſinit putreſcere: ſic & vini eſſentia &c. Doſis antimonij eſt ſemel in ſeptimana in aurorâ. Sanguinis humani doſis vnc. ß. ſemel in menſe in ſecundo die poſt oppoſitionem. Doſis coral. g. iiij omni die, manè. Doſis *Meliſſæ &c. an.* ʒj. *vſq; ad* ʒ j ß. omni mane. Aurum renouat corpus. *Cura rubeæ*) Aurum potabile, liquor auri, ſuc. oriz. ex minerâ auri. Doſ. gr. j. manè in bono vino. Raimundus Lullius primus curauit leprã, poſtea Arnoldus. In alba leprâ: Oleum argenti liquor argenti, ſuccus argenti, id eſt, aqua argenti, venit à fulmine argenti, Doſis argenti ſcr. ſs. ſemel in lunâ. Cum leproſi ſchiaticam ſentiunt, & coxæ concidunt, incurabilis eſt lepra.

ſętia vini ſang. human. corall.

LIBRI SEPTIMI PARAGR.

De Guttâ.

COMMENTARIA.

Gutta quid.

GVtta, Paralyſis, Apoplexia, loquelæ defectus, aurium tinnitus, dentium perditio, gonorrhœa & aliorum morborum ex Anodynis. Gutta eſt membri, quod ſui compos eſſe non poteſt. Apoplexia & paralyſis tum cordis, tum iecinoris, & aliorum membrorum principalium eſſe poteſt: quandoquidem omnia membra ſynophiam habent, & nihil aliud eſt, quàm membri locus, quo nutrimenta decoquuntur, & veluti ſtomachus illius partis & potius mucilago quædam, ſanguinis rubea, cerebri alba, denſior & tenacior albumine oui, cum quâdam pinguedine, ſplenis nigra, tellis citrina, renum, cordis, epatis, pulmonis ſimilis illis membris, matricis punicea, tenax, ſpiſſa, medullæ ſpiceus color, quæ reducta in vnum cum membro ſuo vna redditur pars, quod poſſibile non eſt, ſed quæ ſubnaſcitur adunari poteſt. Synouia, virtus retentiua continetur hinc, & aliæ ſubducuntur. Primo fit coagulatio per coagulatiua, vt ſunt portulaca, ea ſanguinem coagular. Caſeis, piſcibus nutriti, nihil ſanguinis vulnerati reddunt. Pinguia ſola ingeſta, diabeticam & gonorrhœam generant. Semperuiua, id eſt, pyrula, barba Iouis, lactuca, ſemen lactucæ gluten conſtringunt, vnde ſanguis ſiſtitur. Synouia compreſſa, carniolus ad tempus trium dierum ſiſtit ſanguinem: Sperma ranarum 20. annos ſiſtit. Eſſentia vini tandem vim obtinet: nam ius ex carnibus vel calidiſſimum concreſcit illa vini eſſentia, reſolutio ſubſequitur partium, & tunc morbus ſæuit.

Synophia quid. quot ſpecierum.

Pinguia ſola elitata diabeticam & gonorrhœam. gignunt Sanguinemque ſiſtant.

Apoplexiam ex cerebro, ſtertor, tremor & oculorum apertio, fluxus ſaliuæ, ſpaſmus in ſomno comitatur. Alia pulmonis, & velocior aliis per interualla anhelitum intercipit, nares acutæ fiunt, & palleſcunt, ſingultus, inuerſio oculorum, ſpuma alba, pulſus vehemens, ſpaſmus ab accidente. Alia cordis, illam tremor & ſudor comitantur, dolent in pectore, ſudor partium, non totius: paralyſis, partis horror, fluxus narium, frequens ſopor, ſtupiditas membrorum præcedunt: Qui tandem correpti morbo in ſomnum vehementem coniecti diu dormiunt: ore illorum vi aperto, ſi ſpiritum reddunt, paralyſis: ſin minus, apoplexia. Apoplexiam comitialis præcedit, & in primis in ſenibus: fit & tranſitus morborum, vt è febri in paralyſin aliquando ſimul cum paralyſi hypoſarcâ, aliquando ſimul epilepſia in acceſſione.

Signa quæ cuius apoplexia.

ALIA

ALIA COMMENTARIA.

De Guttâ.

Sandalũ præter-nataguttã.

Præseruat sandalum indies bis sumptum, puluerizatum saccharo, limatum. Si membrũ non surgitur suo officio, Gutta est, dentes quoque cadunt: Ex paralysi potest etiam esse in mẽbris principalibus. *Synophia* est hic stomachus, causaque partis, vnde nutritur. In ossibus, arteriis & iuncturis est alba, in carne rubea, & & verè nihil, quàm mucilago. Synophia est in omnibus membris, & principalioribus, & aliis: In synophiâ sunt & facultates, in his non est purgandum: Synophiæ defectus insensibilitatem facit. In portulacâ est vis coagulatiua. Item caseos & pisces, si quis edat ad nouem dies, saucius non cruentat: Item sola pinguedo conciliat diabeticam & gonorrhœam. Hæc coagulant synophiam, semperuiua, id est, pyrula, Barba Iouis, lactuca, semen lactucæ. Hæc coagulant sanguinem, carniolos, cineres ranarum, coralli, sperma ranarum coagulat ad 10. vel 20. annos. Essentia vini coagulat iusculũ etiam calidum. Apoplexia est à cerebro, corde, pulmone. Signa futuræ Apoplexiæ, stertunt in somno & tremunt, dormiúntque nonnunquam, apertis ocelis, dormientes habent aquam in ore. Pulmonis Apoplexia præmittit pauca signa: nempe angustiam pectoris: nasus albescit, facies nouum colorem induit, intumescit collum, adest singultus, edunt albam spumam & est incurabilis, cordis Apoplexia venit cum tremore, & mox sudor, dolor post cibum in orificio stomachi, sudor particularis membri, paroxysmus est & post mortem, ad tempus. Sinapis grana tria summum præseruatiuum in Paralysi sumpta indies. *Signa paralysis*) Paralysis est particularis membri, primò ante annum veniunt in rigores, frigora, frequens hæmorrhagia, stupefactio illius membri, tremor artus. Os aperiatur claue, & si animam attrahit, non erit Apoplexia; si non, secus: inuadit plerunque cum terrore. In fine spinæ dorsi calores. *Dolores*) ante gonorrhœam veniunt. Epilepsia est signũ aliquando Apoplexiæ. Si Paralysis accedit aliquo morbo, vtcunque curabis factâ apertione applicandi. Pars læsa aperitur vsque in centrum partis, post adde attractiuum. *Cerotum de Minio*) id est, cum curâ & minio in cerotum coctum.

Synouia est in omnibus mẽbris.

Synophiam quę coagulent.

Vini essentia iusculũ etiã forsitã coagulat

Signa Apoplexię

Epilepsia signũ Apoplexiæ.

LIBRI OCTAVI PARAGR.

De Asthmate.

COMMENTARIA.

INtercepto pulmonis motu, vlcera punctiones subsequuntur, ac tensione pulmonem afficiunt, sine tussi difficilis spiritus redditur. Hinc putrescente pure grauem animam generãt. Anthrax infestat octo dierum spatio, febrim cum accessione, &c. inducit, pulmo non grauari potest pituita capitis. Signa. Si excernit, exiccandum: si non, resoluendum siue relaxandum In pinguibus frigida ingesta, periculosa. Tartarum contusum, in alcool vini octo vicibus macerabis dein per alembicum destillabis, & per circulum octies, impurum abiicies.

Asthmatis signa quæ.

Vinum essatum quid.

Vinum essatum est, quando vini extractio sumitur, & ei adduntur herbæ. Id essatum est: veluti vinum de Melissa: & est valdè essatum magnum in Asthmate.

Melissa est cõtra Asthma.

Per liquorem pulmonariæ curatur asthma, non per herbam, &c.

ALIA COMMENTARIA:

De Asthmate.

IN Asthmate veniunt compunctiones laterũ, & spuunt sine tussi. *Vlcera*) putrefactionem faciunt, hinc grauis oris anima, fœtens velut crura putrida.

Anthrax pulmonis) venit cum paroxysmo tremoris, sputum est album. *Siccum*) cum tussi erit sine sputo, cum punctionibus laterum. Si expectorant, signum, phlegma pulmonis in causa esse. Oportebit tum & resoluere & siccare. Vltima cura est in sulphure. Vbi sceatus est, siccandum: si nullus, relaxandum. In pinguedine pulmonis etiam nihil bibendum. *De Tartaro crudo & alcool Tartari*) Imbibatur sępius in aceto, præparetur per alembicum, & reducatur in liquorem, quod posteà præparetur. Dosis autẽ à ℥ iiij. ad vij. vel x. Elixir, id est, fermentum, quinta Essentia, purum ab impuro separatum. Alkali, alias alcool Tartari, & impurum separatum. ℒ. *Vini de Melissã*)

Elixir quid Alcool quid.

LIBRI NONI PARAGRAP.

De Febribus.

COMMENTARIA.

FEbris ex calore, qui cum frigidis miscetur, materia sanguinis in toto corpore, hinc totum corpus afficitur, si à carnibus. Quòd si in membris principalioribus, hæc patiuntur, etsi totum corpus afficiatur. Quæ ex splene, faluatellâ sectâ curantur, nam particularis, quæ ex carne, cucurbitulis curatur. Quòd si in renibus in fine spinæ applicabis cucurbitulas. Quòd si in hepate, &c. Paroxysmus non imponit febri nomen. vt ex liene in quotidianã, tertianâ, quartanâ: Proficiscuntur quotidiana ex aluminibus, tertiana ex salibus, quartana ex sulphure. Numerus siue accessio & remissio ex digesto oritur, id est, ex materia insequestrata: Quòd si quotidie accessio cum calore albo inuadit, ex septimanis febrim producit: Quòd si Prasinus color, durat 20. septimanis. Quòd si cum tussi, 9. septimanis: Quòd si cum pedum tumore incipit, 15. septimanas. Quòd si diminuitur numerus, hoc est, ex quotidiana, tertiana fit, annum durat. Quòd si augetur, vt ex (*) durat in 10. mensem. Quòd si tempore remissionis æger comedit & bibit: recedit aliquid: Si minus comedit, 13. menses. Quòd si hora mutatur, manente periodo erratica, mali signum. Quòd si in cura citiùs accedit, bonum signum: Quòd si inæqualis, iam lenis, iam durus, & tandem durior, malum signum. Vehementia paroxysmi venam rumpit, vt iam nares, iam vrina, iam os sanguinem educant, & hæc sua cura. Castorium Anacardium, Piper, applicata temporibus, paroxysmum tollunt, sed debiliores redduntur. Intumescunt pedes, & id bonum signum.

Accessionũ quæ duratio.

Cura) Alcool vini exiccati, id est, mundati à phlegmate, hoc est vinum ardens.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 588 sur 913

ALIA COMMENTARIA:

De Febribus Extraneis, id est, non ex nutrimentis.

Communis calor putrefactus cum tremoribus incipit. Si materia soluitur à carnibus, febris est in totâ carne. Si in sanguine, per omnem sanguinem paroxysmus erit. Sic & in membris principalibus: Si ex splene, rollit minutio sanguinis salnatellæ. Si ex hepate hepaticæ. Si ex corde (*). Si in carne, scarificationem. Si quartana habet vrinam albam, fiat sacrificatio in spinâ dorsi: si in renibus febris, scarificatio in femore. Si minutiones & scarificationes nõ iuuant, tum adhibenda alia cura. Omnia genera febrium possunt oriri, vel ex singulis membris principalibus. Omnis putrefactio habet suum digestum, quod feruet, & facit suum paroxysmum, & numerus paroxysmorum venit ex digesto: Digestum autem est materia insequestrata. Si quartana cum colore albo durat 6. septimanas. Si cum colore prasino, perdurat ad 19. vel 20. vel 21. septimanas: Si cum tussi incipit, ad 8. vel 9. septimanas: Si cum tumoribus pedum, durat ad 15. septimanas: Si mutatur quartana in aliam febrim annua erit.

Digestũ quid.

Si ex quartana quotidiana fieret, durat 16. menses, si laborans cibum horret, durabit quadruplo diutiùs. Si addatur paroxysmus in horis, febris est erratica. Si paroxysmus languescit ad tempus, & tum denuò augetur malum: notat enim materiam peccantem augeri.

Paroxysmus sanguinis venas interdum rumpit.

Paroxys. sanguinis) Paroxysmus sanguinis nonnunquam est adeò vehemens, vt venas dirumpat, & si sanguinis, vel per vrinam, vel nasum exit, tum bonum signum Febris extrancæ cura ex auro procedit, altera ex Corallis, sed minor cura in Argento & Perlis exibit. *Descriptio argen.)* Mel consumit argentum, separatur mel ab argento reiteratione destillationis in balneo.

LIBRI DECIMI PARAGR.

De internis capitis affectibus.

COMMENTARIA.

Digestio accidens) Si in se ad ebullitionem cadit & sanguis non quiescit, tum prouocandus somnus. In peste si laborantes non dormiunt, anodyna copula. Ex Hemicranea potest fieri paralysis. Si labores corporis à capite fuerint, principiò caput curandum. Si profluuium à doloribus venit capitis, incurabile. *In frigido)* Vt solarium, rosa. *In narcotico)* Vt Iolium, liquor corallorum, semperuiua, rosa, Margarita, dẽtur ab extra. *Corallorum præparat.)* Vtere hac descriptione in loco, vbi est dolor ipsius, impone cum panno nec tolle quo ad permanserit dolor. *In secunda & tertia specie morborum cap.)* Est deoppilandum & aperiendum.

IN LIBRVM VNDECIMVM,

De affectibus matricis,

Commentaria desiderantur hoc loco.

IN LIBRVM DVODECIMVM,

De doloribus dentium.

COMMENTARIA.

IN Parag. II.) Si venit ex abundantiâ sanguinis, vnde minuendus est: Non fluxus, vt putant, capitis, alioqui non vnum tantum infestaret dentem.

Venulæ aurium & dentium continuæ sunt.

2L. Tormentillæ, staphisagriæ, &c.) In hoc recepto 3. prima sunt aperitiua: alia 3. mitigatiua. Pyrethrum potest facere emunctorium: cœpæ aperiunt.

Cura Chirurgicalis) Sperniolo possunt occidi vermes ceu in panaritio, postea tollatur putredo Gargarismo ex aceto & melle.

ALIA COMMENTARIA.

De Dentium passionibus.

Dentiũ dolor non est fluxus, &c.

DEntium dolor, fluxus phlegmaticus esse non potest, nec ex acuitate salis vel materia colerica, vt dicunt, venire potest. Sed in solo loco doloris est principium eius. Alioquin enim si ex supradictis veniret, posset etiam parotidas facere. Si dens & gingiuæ bonè sunt, & dolor incidit, prouenit is ex fertilitate, bonitate vel superfluitate capitis, quando nimirũ caput nimio sanguine abundat, & excrementum vel exitum quærit. Quilibet dens propriam habet venulam, quæ si fuerit nimium sãguine repleta, & quærit exitum, qui cùm ei fieri non possit per dentis duritiem, tum pulsat, & pungit, & sedet ad radicem, donec exitum acquirat, & solius sanguinis est vitium. Sed ex capitis purgatione non solùm dentium dolores nascerentur, sed etiam paroditæ & squinãtia, &c. Ex punctionibus autem illis tumor fit, non quòd tantum ibi sit materiæ peccantis, sed quod Arsenicus per punctiones sic inflatur. Si sanguis in gingiuis perrumpit, vesiculas aquosas in superficie suscitat gingiuarum, & separatur veluti in sanguine, in quo per phlebotomiam extracto aquositas apparet, &c. Purgari igitur non debet in dentium doloribus, nec etiam phlebotomiam, quia nihil prodest. Si autem dens per se putrefieri incipit, quod est in loco, tum scabrum quid molitur, non secus atque est in vnguibus digitorum. Ex putredine autem tandẽ nascitur panaritius siue scabrum, & similis est igni Persico. Nam si ea materia in membro alio vel digito foret, quæ hîc in dente est, ignis ex eo fieret perficus. Radices ossium maximam habent sensibilitatem. Omnis vermis id rodit, in & ex quo natus est: vt vermes liquorũ panni, intestinorum, stomachi, dentium, caseorum, &c. Possibile est etiam, vermis totum dentem corrodat, tota enim vis eius est abundans acuitas & caliditas. Quocirca aërem ferre non potest, & sequitur magnus putor in dente, quod signum putrefactionis est.

Dentiũ dolor qui fiat.

Vermes id rodũt, ex quo nascũtur

Dentium cura) In cura obseruandum est, vt fiat emunctorium, vel sanguinis, vel eius aquositatis, quo facto, dolor abit. Sæpè fit vt si radix Tormentillæ, pyrethri vel staphis agriæ super dentem ponatur, vt dolor desinat, sed non iuuat vbique. Superior autem descriptio valet. Nam tria continet apertiua, tria etiam mitigatiua. Illa sunt, Tormentilla, staphis agria, semen plantaginis, &c. Mitigatiua verò acetum, radix iusquiami, succus papaueris, &c. Panaritius verò dentium similis est in cura alii panaritio

Bonũ remedium contra dentes dolẽtes.

& potest per sperniolum necari & curari.

IN LIBRVM XIII. & XIV.

De doloribus Aurium & Oculorum.

Aurium dolor) Si radix autium à cerebro venit, tinnitus & surditas ex eo venire nō posset. A regionibus hepatis meatus est vaporibus eius ad caput, quocircà dolores hepatis cū capitis doloribus nonnihil cōmune habent. Sed stomachus vapores suos per emunctorium suum, quod est os, emittit, &c. Tinnitus aurium non est in loco, sed ab extrà est. Materia si esset in loco, cum excremento exire posset. Ita etiam surditas non est in loco, sed eadem materia si esset in alio membro, ignem poneret Persicum vel paneritium. In aures ergò infundi nihil debet, potest enim gignere tinnitum, &c. Omnia Recepta, nisi ex Thutiâ sint composita, ad aurium dolores in vniuersum nihil faciunt, &c. Ex superfluitate boni sanguinis & boni chymi prouenit excrementum illud: quod si exitum habere nequeat, parotidas gignit, vel etiam alios aurium dolores.

Tinnitus & surditas non est in loco.

Aurib. nihil infundendum.

Cura Oportet deoppilare oppilata, oportet curam fieri per anodyna.

℥. *Thutiæ, &c. fiat Sief*) Cataplasmetur & superponatur ab extrà, &c. Cura scabri & paneritii cùm à loco prouenerit, est, vt supra dictū est. Tritoma est instrumentum ad aures apud Albucasim: si surditas adfuerit, frustra est omnis cura. Nam quod natura semel adimit, reparare medicus nullo pacto potest, &c. Nulla est medicina tam subtilis, quin aliquid ex Tartaro secum habeat. Quocircà si quid auribus infūdatur, Tartarus se separat, & loco inhæret, tum morbus peior fit.

Tritoma instrumentum autium.

℥. *Sem. Iusquiami, papaueris, &c.*) Hęc quoq; cura valet in scabro & paneritio aurium, nam est anodyna. Quidquid autem non fit per Tutiam, per anodynum fieri necesse est.

DE OCVLORVM AFFECTIB.

Cataracta, id est, oculorum vel visus ademtio, nihil est aliud, quàm oppilatio, & per instrumenta deoppilari, & redire potest, si per nucham fiat apertio, vt nucha à cranio separetur, &c. Scotomia est species tantùm Cataractæ: si quis enim Cataractam probè dignoscat, reliquas species etiam sciet. Ad omnes autem species dolorum oculorum dari potest collyrium, quod est tale in omnibus passionibus oculorum: ℥. vitrioli albi, &c. Scotomiam nunquam tolles sine instrumento. In scotomiâ recipe curam Cataractę: In occipitio cauteria ponenda ex calce viuâ & cineribus. In nuchâ debent curari tū aures, tum oculi. Collyria debent fieri ex consumptiuis. Rubentes oculi sunt humectandi farinâ fabarum & hordei. Cautela: Fuge corrosiua & destillata.

Cataracta quid.

Scotomia species Cataractæ.

Dolorū oculorū omnium cura.

Finis commentariorum in Libros Paragraphorum.

Sequuntur Fragmenta quædam,

De Morbis dißolutis: ex Autographo Auctoris.

DE DISSOLVTIS.

Ego verò dico vobis, quòd profluuium quoduis veniat ex dissolutione & fusione substantiæ trium primorum.

Ista eliquatio triplex est: vna ex totius corporis carne desumpta est: altera est ex emunctorio stomachi per intestina ónia. Tertia est nutrimenti. Vna est ex exterioribus, ea dicitur Intestinorum dissolutio, procedens à stomacho. Altera est corporalis, procedens à mineralibus.

DECLARATIO.

Hæc autem hoc modo declaranda sunt. Primo de exterioribus. Si cibus ingeritur, is si aut propter nouam conditionem, aut propter humiditatem, aut per malam concordantiam, stomachum offendit: tunc secedit separatio. Separatio enim in calido fieri vult, quod prædictorum constitutio tollit. Separatione impeditâ, sequitur digestio crudæ materiæ, quæ tamen nec ipsa probè digeri potest. Hinc emergit vrina alba, hoc est, aquosa, humida, superflua, indigesta, cruda, primâ substantia suâ. Nam omne, quod in hepar ducitur, tum separatione tum digestione verâ caret. Ideò talis quoque vrina est, & stomachus intempestiuus, & color visque similiter euadit. Vbi enim separatio decedit, ibi luxus in excrementis.

Quòd verò rubra ac alba excrementa eant, id accidit ratione vrinæ propter eius aquositatem, quæ alios præter prędictos colores nullos parit. Quidquid verò materiæ præstò est, id virtus digestiua in nutrimentum digerit, quod simile est Rubino. Quia verò separatio ibi facta non est, ideò nutrimentum id spurium est, quod hepar non attrahit. Ideò extra corpus exturbatur quale id est, & sedes dat similiter nutrimento dissoluto, sine forma, specieque ac natura genuina, sicut quælibet res immatura constituta est.

Vrina rubea significat febres cum dysenteria.

Verùm si album exeat, similis quidem causa est: in eo tamen diuersa, quod sulphur coloretur in albedinem, hac ratione, quia frigiditas sulphur dealbat, prout ipsius natura est.

Cæterum si colores alii exirent, causa esset illa, quòd scilicet materia in stomacho in putrefactionem degenerat, in qua varii colores enascuntur secundum digestionis tempus.

Crassities
Tenuitas } omnia à putredine & vrina
Aquositas commixta.

Quòd verò non, vt aliud stercus oleat, id ab intempestiua digestione stomachi est, quæ non secundum naturæ ordinem processit. Ideò in dissolutione alia causa nulla intelligenda est, quam quòd stomachus putrefaciat, postea digestio. Iam si digestio bona est & separatio minus, est Dysenteria. Si autem separatio adsit, & non digestio, est Lienteria: si vtrunque desit, diarrhœa adest. Si verò materiæ stomachi putrefactio adsit, fluxus fit ventris variis cum coloribus.

Ideò ex his noscendum est, huiusmodi morbos non ex corpore oriri, sed tantùm ex ingestis. Quòd verò corpus assumat, causa est, quod seipsum exiccet: quia enim nutrimentum non habet, siccatur in seipso. Quòd verò diutiùs

fluat

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 590 sur 913

fluat, quàm editur, indè fit, quia persæpè multo tempore collectio fit. Vnde fluor tandiù cõtinuatur, donec omne euacuantur. Vbi notate: si sordes ab exterioribus ita cumulentur, vt mẽbra alimento destituantur: mors tandem sequitur, propter famem in membris auctam. Si autem sordes famem non attingant, sanitas instat.

Signa vitæ. Signa mortis.

Si in dysenteriâ, diarrhœâ, Lienteriâ & fluxu ventris, nullus tumor partium, membrorum exteriorum, vomitus crudus, torsiones ventris: Tumor in pedibus, Ligamentis. Paralysis.

CVRA.

Ignoscite mihi, quòd totam Philosophiam adduco. Hic enim Medico opus est.

Reliqua desiderabantur.

ALIVD FRAGMENTVM

DE MORBO DISSOLVTO

PARAGRAPHVS I.

Morbi dissoluti definitio in genere.

Dissoluti morbi genera duo.

MOrbi dissoluti duo sunt Genera: Elementale & Minerale: quod est exterius & substantiæ: primum genus Radicem in stomacho habet, cum regionibus vtriusque Emunctoriorum, Intestinorum & Vrinalium. Nam omnis Dissolutus morbus per se duplex est, quantum ad speciem, scilicet eadem de materia. Secundùm verò genus quòd aliud est, Radicem in carne habet, descendens & concurrens in stomachum, tandem per Emunctoria vtriusque viæ emittitur.

PARAGRAPHVS II.

Morbi primi generis causa.

Sed quæ causa sit istius, attendite: Omnia quæ descendunt in stomachum, indigent separationibus & digestionibus priùs: Quòd si non separetur & digeratur, tunc Dissolutus Rubeus generatur. Quòd si separetur & non digeratur, hæc est causa albi dissoluti: Et quòd si nec separetur nec digeratur, & secundum minus aut maius, tunc Dissolutus ventris natus est. Ex his verò causis variæ ægritudines apparent esse, cũ sint de eadem causa: nam causa huius pluralitatis hæc est, hominis alia & altera naturæ, Elementorum varia genera, Temporum natura diuersa, Aëris putrefactiones, aut secundùm minus aut maius.

Dissolutus rubeus, vt generetur.

PARAGRAPHVS III.

Morbi dissoluti causæ processus.

Redeamus nunc ad processum causę primi generis, qui talis. Omne quod existit in coagulatione viscosa, per aquosum superfluum resoluitur. Quo resoluto, Notandum, si ante separationem rei in dissolutum abit, vel si ante digestionem, vel carente expulsiuâ, post eam pariter in dissolutum vadit. Ex hoc summoperè hoc obseruandum, quòd in dissolutis pura cum impuris manebunt, impediente causa prædictâ, in viscoso coagulato per Aquosum: nam ex his duobus ducit Dissolutus originem: Et cùm primæ operationes defecere, in secundâ & tertiâ materiâ frustra expectat: Quare materia & locus attribuitur stomacho, & dolor, morbus & peccatum.

PARAGRAPHVS IV.

Morbi dissoluti species & varietas, & de monstrosis putrefactionibus.

Porrò dicemus de his, quæ ex generato morbo pariuntur, sicut de vrina, de secessu. Quæ ad vrinam attinent, ista sunt. Vrina alba, aquosa, cum pluralitate, absque substantia vrinæ. nam ratio hæc est, quia vrina non est, sed superfluum. Vrina vero cum stercoribus egressum facit per mixtum. Quòd si autem superfluum in rubedinem tingeretur, morbum mortalem esse iudica. Nam stercoris materia adhærebit ei, & est absque substantia veræ vrinæ, sicut substantia bona.

Ex stercoribus, vt dissolutus iudicandus.

De stercoribus autem sciendum, si rubea, signum primi dissoluti: Quia ratio talis, quòd nutrimenta sunt in Rubinum crudum concocta, permanebunt ergò in stomacho, & apparent sub crudo colore sanguineo. Quòd si alba, signum separationis bonæ, sed nullius digestionis, secundi Dissoluti indicium: nam quæ separantur, in album transeunt sulphur. Quòd si initium dissoluti in causa fuerit, & quæ non digeruntur, cum cæteris colorem seruant: quòd si verò ambæ non fuerint, id est, nec primi nec secundi generatio: tunc ventris Dissolutus natus est, variis cum coloribus, citrinis vel aliis, nam ex putrefactionibus ortum ducit.

PARAGRAPHVS V.

De causa speciali morborum aliorum.

Primus dissolutus coctus Rubeus, est crudus & permixtus, cum tota substantiâ medetur in stomacho. Quò si plus stercoris quàm cibi emiserit, considera diuturnam custodiam malam. Quòd si partes consumentur corporis, signum diri appetitus, carentis materiæ nutrimenti. Quòd si discoloretur, igitur defectus iste causam facit eam. Secundus autem morbus dissolutus eundem locum obtinet & prædicta. Sed tertius ab eis distinguitur in eo, quòd materia sua antequam exeat, putrescit: Quæ putrefactio variis modis ostẽditur, sed nihil ad curam nec in Theoricam. Cętera quoque quæ eueniunt, à casu sunt, certum non habent indicium, vt Torsiones, Nausea, Debilitas, Pluralitas, Schiæ tumor & similia, quæ possunt, aut non, venire.

PARAGRAPHVS. VI.

De Signis dissoluti, vitæ, sanitatis & mortis.

De vitæ signo hoc est habendum: Quòd si propriis ex dispositionibus stercora inspissarẽtur, absque tormine & nausea, restaurationis est principium, & bonæ valetudinis. Si autem in laxos flueret intestinorum, sanitatis signum cũ Remediis. Si autem tremor particularis, aut febrilis motus cum paralytico casu, & oculorum inundatione, grauia signa sunt scilicet extremis cum Medicaminibus de salute, aliàs mortis. Et si signum oris concurreret aurium tinnitus, lingua tremula, lacrymarumque diluuia, mortis accessum significat. Et certissimum hoc signum est, si fames partium concurreret, & vltimum.

PARAGRAPHVS VII.

Morbi dissoluti Cura declaratio.

Porro,

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 591 sur 913

Porrò, cura vnam (talem) habet intentionem quæ ex coagulatis est. Nam quæuis dissolutio viscosa, sicca coagulata optat, non communia, & quæ sunt diaphoretica sicca coagulata optat, non communia, & quæ sunt diaphoretica sicca. Verum est, & de nostrâ auctoritate, liquorem orizeum primum medicamen esse & nouissimum, aut suum oleum. Detetius autem primum non est, tarditas boni Remedii vitium non offert, sed velocia laudat Spagyrus Arcana. Cætera quę à nobis flocci penduntur medicamina, aliorum sunt, asthmaticis, Tussitísque committimus: credimus ad fauces non extra Vualam spirare.

PARAGRAPHVS VIII.

Morbi dissoluti descriptio.

Primum est, vt coaguletur materia, ex assignatis: horum est hæc præsens descriptio.

℞. *Chalybis Croci reuerberati post solutum.* ℥.j.
Sem. Felicis ℥j.ß.
Boli purgati de aquositate ℥.ij.
Tragacanti dissoluti in decoctione (plantaginis)

Fiat trochisci, ad iij. doses *j.* manè, meridiè, nocte.

Alia.

℞. *Trochisc. prædictorum* ℥j.
Laudani puri ℥ß.
Liquorum Corallorum (primorum)
Magnetis ana ℥j.
Theriacæ, nostræ descriptionis q.s.

Fiat Bolus: Dosis à ℈.j. vsque ad ℈ ij.ß.

Alia.

℞. *Huius Boli* ℥ß.
Liquoris Orizii ℈ *j.*
Carnis liquoris quantum sufficit.

Fiat haustus vnus. Quòd si in principio fuerit euacuandum, non prohibemus: etiam aquæ metallicæ pro potu administrandæ, plurimum ex albis.

PARAGRAPHVS IX.

Mineralis morbi dissolutionis causa.

Soldissolutionis causa.

Nunc pro secundo dissoluto aduertendum Minerali, qui ex dissoluto sale tribus è primis oritur. Nam quæuis dissolutio causatur ex salibus. (Ista, de qua iam tractamus, è sale minerali est, præterita ex sale Tartareo) Ista verò ex partibus procedit mineralium, seu ex vniuersis, seu particulari loco: & est Dissolutio suę ipsius substantiæ, ex quâ sequitur corporis interitus, non cum violentia vel velocitate, sed per Chronicas dissolutiones.

PARAGRAPHVS X.

Dissolutæ mineræ processus.

Dissolutio omnia ad stomachũ deponũtur.

Porrò post separationem tolis à Tribus primis, confluit materia in vnum, rursusque in suam propriã substãtiam penetrat, & tanquã sal eã corrodit, dissoluit & resoluit, & singula quæ dissoluuntur, ad stomachum locantur dein per secessum. Nam omne, quod ex mineralibus in excrementum mineræ abit, pellitur in locum excrementi, id est, in stomachum. Vnde stomachi contrarietas ortum ducit ex hospite alieno.

PARAGRAPHVS XI.

Dissoluti ex mineralibus signa ab Elementalibus.

Quòd si crisim cum cretico non obseruaret Elementali, memor esto, ex minera dissolutũ esse. Nam proprium creticum Elementalis habet. Minerale & suum ingenitum, vt de Cretico sentitur. Sed quæ signa certiora communi sunt Medico, hæc sunt. Cura Elementalis nihil proficit, morbus excedit limites Elementales: Æger absque acutis patitur. Numerus certus quotidianus in secessu, bene valẽt in tribus digestionibus, dormire possunt, Escas sumere cupiunt, sitim cum excessu habent, in cæteris de materiâ simile caput, vt de Elementali morbo.

PARAGRAPHVS XII.

Dissoluti cura mineralis.

Chronici morbi sine gradibus Spagyricis sanari non queunt.

Huius autem dissoluti cura ex duobus gradibus componitur, communibus & Spagyricorũ. Nam hoc certum est, cronicum morbum absque Spagyricis gradibus sanari non posse: communes autem gradus propter stomachi vires, Spagyros propter partis coagulationem. Minerale autem mineralia quærunt, & quæ immortalia sunt, huiusmodi Spagyrica sunt. Igitur duo descripsimus composita, & ea in hunc modum, Rec.

Cætera desunt.

Aliud Fragmentum cum secundo Libro Paragraphorum conferendum.

CAPVT I. PARAGRAPH. I.

De Vermibus.

Vermes oriuntur vel ex tartaro, vel ex mineralibus.

VErmes ex principiis duobus oriuntur ac fiunt: vnum de genere Tartari existit: alterum de mineralibus. Iam autem primò quòd ex Tartaro fit, id iacet in stomacho, in hepate, in renibus. Quod autem ex mineralibus oritur, id iacet in partibus suis.

Ex his intelligi debet, quod ex Nutrimentali rubeo, si ex hepate in membra veniat, porrò vermes nulli generentur. Nã vermes fiũt partim ex putrefactione, partim ex natura araneatum, partim ex excrementis, partim ex chao corporis, vt Muscæ, &c. partim ex sudore, vt pediculi, &c. Ideò de vermibus porrò sciendum est, quòd hic multa consideranda veniant, Genera, loca, &c. Item sunt vermes Terræ, Aquę, Ignis, Aëris. Ex 4 his generationem & causam deprome vtriusque generis, Tartari scilicet & Mineralium.

Vermiũ genera quæ.

De Tartaro primùm.

De Tartaro autem in principio, vermium genera quatuor cognoscite. & eadem in generatione duplici: videlicet si vermes nascuntur ex putredine, id fit secundum 4. Elementa. Sic similiter, si vermes citra putrefactionem generantur, idem quoque ex 4. Elementis accidit: vnum putrefactiuum est, alterum materiale est. Et hoc probè discernite.

Tartari processus.

Iam si Tartarus in corpore est, ineſt ei, materia vermicularis, ex qua gignuntur illi. Sunt autem duplices. Materia enim vermicularis, vel cum vel sine putredine est. Ideòque si materia vermicularis in putrefactionem abit, tunc causa est. N. Si in vermes abit sine putredine, causa est N. Et hæc propter curam notabitis

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 592 sur 913

biris. Alia enim est putredinis, alia est viroris

Causa vermium, per quam vermes sint fiantque, & quæ illorum matrix sit.

Quæ verò matrix sit, notate. Istiusmodi matrix diuiditur in vtramque Generationem. Sicut enim in vna: ita & in altera, idque secundum tempus solis, Lunæ, &c. Hyemis, & æstatis: in quo sublimis Philosophia condita est,

CAPVT II.

Porrò autem alium.

Vermes ex hauste spermate, vel eo in vterum rapto.

AD hæc de vermibus processum alium notate, talem nimirùm. Fit quædam generatio ex spermatibus potu hausti. Id hinc fit, quia quodlibet sperma in calido humido, veluti in corpore, generat. Nota de mulieribus, quæ posuerunt sperma in vuluam, aliæ biberũt, alię actum vsurparunt cum animalibus. Nunc nota de Tempore, de Mense, id est, de natiuitate huius animalis, & quomodo aliquæ 10. annos vltra, minùs, &c. portant, & viri, & mulieres, &c. etiam carnes, &c.

Humiditas mater nutrimẽti.

Nota de differentia inter vermes hominum & animalium, &c. Item nota, quòd aliquando pisces in seipsis seruant suum sperma, ex quibus generantur vermes piscium: aliquando sperma manebit in vaccis, &c. aliquandò in immaturis vitulis. In pannatis non est sperma tale.

Iam vero quî fiunt? Fiunt pro tempore, hoc modo, &c.

Cætera desunt.

Sequitur Fragmentum aliud,

De vermibus.

PARAGRAPHVS. IV.

Mater est triplex { *Nutrimenti.* *Mineralis.* *Accidentalis.*

Nutrimenti Mater est humiditas: quia omnis humiditas partem habet cum spermate, scilicet carnium & ouorum, Herbarum, fructuũ.

Tale sperma ita est: Ex carnibus habet sperma animalium istorum, &c.

Ex herbis suorum brutorum.

Ex fructibus suorum vermium.

Et ratio est, quòd omnis res, quæ reddit vermes, vermium materiam habet. Ista materia sperma est, quæ per digestum hoc facit, vel ante, vel post putrefactionem.

Sperma habent res omnes nascentes.

Nota. Nihil est sine spermate. Et sperma est in omnibus rebus nascentibus. Ex his est generatio brutorum, aliquando ante putrefactionẽ, aliquando post: & istâ ratione, quia quando sperma manebit & non putrescit, tunc in putrefacto corpore putrescit, alias in viridi.

Nunc quomodò in nutrimento: quomodò in Mineralibus: Quomodò in Accidentibus, id est, quomodò in elementis.

DE CADVCO.

Omnis lapsus à Cerebro videlicet { *Syncope.* *Vertigo.* *Scotomia.* *Caducus.* *Deliquium nocta in lecto.*

Partim ex cerebro veniunt } *cum caussa vel accidente.*
Partim ex membris aliis in cerebrum cadunt }

Quæ verò causa est? Fumus est, in Chao generatus, qui per omnia membra distribuitur: Chaos enim per vniuersum corpus diffunditur. Ex quo iam sequitur, si in membrum aliquid incidit, quòd secundum membri rationem operetur, hoc est, in cerebro cum vertigine, &c. in corde cum tremore, incubo, &c. in arteriis spasmo, &c. in stomacho cum spumâ.

Chaos per vniuersum corpus diffusũ.

Hinc notate, quòd in Epilepsia omnia membra se exhibeant: in vertigine solum cerebrum & ligamenta: In scotomiâ, &c.

Iam verò materia talis est. Materia multiplex est: Ideò multa genera morborum. Epilepsia enim procedit ex Arsenico, ex Realgare, &c.

Finis Fragmentorum Medicorum Libri tertij.

NOBILISSIMI, CLARISSIMI
ac probatißimi Philoſophi & Medici,

D. AVREOLI PHILIPPI

THEOPHRASTI

BOMBAST, AB HOHENHEIM,
DICTI PARACELSI.

Operum Medico-Chimicorum

SIVE

PARADOXORVM

Tomus Genuinus Quartus

Agens itidem vt Tertius de Cauſis, Origine ac Curatione Morborum in ſpecie.

Recenter latinè factus, & in vſum Aſſeclarum Nouæ & Veteris Philoſophiæ foràs datus.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 594 sur 913

ELENCHVS LIBRORVM

PARTIS QVARTÆ OPERVM THEOPHRASTI PARACELSI.

I.

Liber Sextus in Medicinis de Cauſis Morborum Tartareorum, hoc eſt, de omnibus generibus calculorum & lapillorum. Cuius partes duæ. Prima, Theorica de origine huius morbi. Secunda Practica de Curâ Tartari. In hoc libro cumprimis delineantur origines & curæ Podagræ, Chiragræ, Schiaticæ, &c. id eſt, arthritidis.

II. *Liber VII. in Medicinis de Morbis amentium: & diuiditur in duas methodos. Methodus prima tractat de Origine morbi caduci, cum ſpeciebus annexis, nimirùm*

De Origine Maniæ, cum ſuis conſimilibus.
De Origine morbi S. Viti, & ſuis partibus.
De Origine ſuffocationis intellectus, & cohærentibus.
De Origine priuationis ſenſuum, in veſanis & melancholicis.
Methodus ſecunda de Curâ Caduci.
De Curâ maniæ
De Curâ Vitiſtæ
De Curâ ſuffocationis.
De Curâ priuationis.
De Præſeruamentis.

III. *Liber Nonus in Medicinis de Contractis.*
Et diuiditur in duos tractatus, ſcilicet Theoricam & Practicam.

IV. *Vndecim tractatus ſiue libri anonymi.*

Hydropiſis	*De Origine cauſiſq;*
Tinctura	*Aridura*
Apoplexia	*Colica*
Vermium	*Maniæ*
Podagræ	*Diarrhææ*
	Caduci.

V. *Priores quinque tractatus, nempe de hydropiſi, Aridurâ, Icteritiis, Colicâ, Apoplexiâ, alio modo ab ipſo auctore deſcripti & diſpoſiti.*

VI. *De Podagricis & eius ſpeciebus, & morbis annexis, libri aliquot.*
Liber alius de Caducis diſtinctus in quatuor paragraphos.

VII. *De Caduco Matricis mulierum morbo proprio.*

VIII. *Fragmenta ad librum quartum pertinentia.*

LIBER SEXTVS

LIBER SEXTVS MAGNI MONARCHAE THEOPHRASTI AB HOHENHEIM.

TRACTATVS PRIMVS DE CAVSIS MORBORVM TARTAREORVM.

CAPVT PRIMVM.

Vndenam morbi Tartarei generentur: Estq; hoc

PROOEMIVM.

QVID verò hic conſtituam ac definiam, cùm nutabundum ac ambiguum me faciant ſenſus partim propriùs, partim meorum in Medicinâ perdeceſſorum tam obſtinatus diſſenſus? Dum enim poſſibilitatem ſanationis lithiaſis & podagræ mecum penſito: & viciſſim priſcorum Chaldæorum ac Arabum de hiſce morbis nimis magnâ deſperationem meditor: cuinam tandem quæſo factioni adſtipuler ac adhæream? Sententiâne meam ſequar, quæ vbiuis tam proſpetum ſortita euentum eſt: an veterum amplectar præſcripta, quibus adherens nunquam ad metam optatam pertingere potui? Et licèt quidem certum ſemper prudentię conſilium dictet, ſuadeátque, vt inuentis certioribus, (ambiguis excuſſis) ſuffragemur: veterum tamen approbè peritorum Medicorum auctoritas non poteſt non facere, quin cum terrore aliquo & certâ trepidatione ad noſtra edenda, annis adhuc minor, iam accedam. Nam & hoc mihi ſedulò attendendum eſſe video, ne, dum mea neoterica in publicum do, veterum Auctorum placita exigam: ſed per eoſdem quaſi vellicatâ aure cómoneſiam, vt in proferendis noſtris ſcriptis nouitiis prudentiam circumſpectiorem, & fidem nauiorem impendam.

Dum ergò de inſanabilibus ex Tartaro morbis commentari inſtituimus; fundamento ac rationi ſolidæ inſiſtemus, & ambiguos tractatus omnes mittemus, illibatiſſimam & excultiſſimam *virginem experientiam* noſtris oculis proponentes, quæ etiam ſine additu virili ſemine artium vniuerſarum mater & inuentrix eſt. Ea ſola authentica & indubia aſſertrix noſtrorum omnium commentariorum erit: vt à quâ ſolâ etiam noſcendorum iſtorum morborum origo dimanat: quam vnam etiam in curandis & ſanandis illis auxiliatricem conſulemus & amplectemur. Illum interim, qui ſagacem ac ingenioſam hanc virginem experientiam creauit, à primo ad vltimum iugiter in animo verſabimus ac per ipſum iſtam imaginem intuebimur. Quæ tam potens virgo experientia, cum fauore ſingulari tam fauitam ſe nobis opitulatricem offerat ac polliceatur, ipſius auſpicio intrepidi noſtrum inſtitutum ordiemur, & erroneis veterũ ambagibus declinatis, vela recta (quod aiunt) ventis mandabimus. In fundamento autem noſtro ideò confidentius gloriabimur, quia veteres noſtrorum experimentorum ne verbo quidẽ mentionẽ vllam faciunt: ſicut nec nos ipſorũ faciemus. Certo verò nobis gaudio eſt hac ratione alterutrius noſtrum omninò inſcitiã & imperitiã proditũ iri. Nec poſſumus nõ impendiò exultare ob inuentam ſeparationem nouam, cuius veteres, quantum videre eſt, notitiam nullam habuerunt, ſed monoculi fores & adyta experientiæ ingreſſi ſunt. Interim adeò vſque inuidi non ſumus, quin impenſiùs ſubtilia eorum ingenia admiremur, quòd tanto ſtudio & affectu, fraternitatis & humanæ fidei memores, inuenta ſua omnia illi ad ſalutem & commodum publicum impenderint & elaborârint. Ipſorum ergò ductu exemploque nos quoque teneros noſtros annos ac animum ſuſcitemus, ac alacres ſex hæc capita condamus & conſtituamus, tractatibus nempe geminis: quorum vnus de cauſis & origine agens, Theoricus eſt: alter de cura practicus. Simul autem ac vna ex experiẽtia multa prodũtur de morbis pluribus eorum, qui Tartaro laborant & affecti ſunt.

Huc ergò oculos animum aduertite Chiragrici vos Magnates, & Principes podagrici, & ex ſcriptis noſtris quæ promimus, propriùs cognoſcite, quę cauſa ſit, quòd vos doloribus iſtis multò magis quam plebeii tentemini & obteramini. Ac arduum quid hoc vobis non immeritò videatur, quod ſanationis poſſibilitatẽ aſſeram ego aduerſus tot priſcos auctores & eorum aſſeclas altũ contra vociferantes. Quod vero in hoc noſtro proœmio vobis pollicemur, plenâ fiduciâ ita accipite & credite: ac membris veſtris Tartaroſa id perſuadete, vt ſpem certam in noſtra hæc ſcripta iactent ponantque, noſtriſque præceptis ac conſiliis plenè obſecun-

Experiẽtiæ creator Deus.

Auctoris quod propoſitum.

Virgo experiẽtia artiũ omniũ mater.

Tartari cura poſſibilis

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 596 sur 913

dent, ne fors aliquando in cruentas imperitorũ sectorum manus incidant. Sed proœmio hic præciso, iam ipsum Medicinæ nostræ librum sextum inchoemus & quæ vobis ex vsu sint, nihil cunctantes promamus.

CAP. II.

Tartareorum morb. causa sunt vel alimẽta, vel natura formans.

TArtareorum morborum & podagricorum affectuum curam & sanationem tradituris apprimè conuenit, imò necessarium est, vt horum morborum causas ortumque cognoscamus. Causarum ratio duplex est: Causa enim alia in iis, est, quæ morbos istiusmodi nobis infligunt; alia in ipsâ naturâ est, morbum taliter formante. De origine autem primâ hoc discursu differemus.

Omne alimentũ primò est rude.

Quicquid extra corpus nostrum positum, in corpus nostrum ingerimus, id ex tribus materialibus rebus formatur, & in vno finitur, sicut de generationibus dicemus. Tres istæ res, ab ipsâ naturæ productione quasi rudes ac crassæ sunt, nec vnquam citra aliquas fæces progignuntur, sed semper ferinum quid & alienum in substantiâ suâ reconditum proferunt, ex quo demum morbi Tartarei oriuntur. Sic fumus ab igne inseparabilis videtur quidem: & tamen is in sese substantiam quandam habet lapidibus seu Tartaro similem; hâc de causâ, quia corpus leue habet, quod cum igne vnum non est, sicut de transmutationibus explicatiùs cõstituemus. Fumus iste, si quandoque interiùs in corpus penetret, tunc in aquam resoluitur, & aut per vesicam excernitur, aut morbos alios gignit. Si vero fumi ea ratio ac natura non est, vt resolui queat, sicut de proprietate fumi trademus: tunc is in metis ac regionibus stomachi, venarúmque & intestinorum, aut concauitatibus aliis, membrisque corporis adhærescit tamdiù, donec tandem coaduletur, sicut ex sequentibus capitibus clariùs patebit. Sic etiam de hoc fumo iudicandum est, vt qui suâ naturâ varius, varios diuersósque morbos Tartareos gignit. Hi enim alij in locis fiunt, vt quorum fumus ex ligno est: alij in excoctoribus salis, quorum fumus vaporem salso permixtus est: alij in minerarum fossoribus, qui inter excoquendum fumum metallicum hauriunt. Et peculiariter horum morbi Tartarei multiplices sunt, ac prope infiniti, hâc de causâ, quod hausti fumus est interdum ex sulphure, interdum ex Antimonio, nonnunquam ex Arsenico, & sic deinceps. Similiter sua quoque metallis diuersitas inest: sic alius est fumus auri, alius argenti, alius Mercurij, alius cupri, alius plumbi, alius ferri, alius stanni: sed iste tamen fumus metallorum descriptoribus fabrisque ferrariis, ac iis, qui ferrum igne domãt, propter cadmiam peculiariter noxius existit. Præterea Tartarei morbi genus aliud adhuc grauius fit à destillationibus quibus Alchimistæ, aurifabri, separatores, monetarij ac similes, tandemque ipsi quoque Medici vruntur atque occupantur. Horum enim varia genera varios morbos Tartareos gignunt. Quidam à sublimationibus infligantur qui multi sunt. Alij enim à Mercurij, alij à salis Ammoniaci, alij ab Arsenici, Realgaris, Auripigmenti &c. sublimatione producuntur. Quidam à fumo Reuerbere ingeruntur. Hic enim duo concurrunt: vnum à ligno, alterũ ab ipsâ materiâ, quæ iam multiplex existit. Sic destillationis quoq; fumus diuersus defluit ab Aquis fortibus, à Balsamis, aboleis, terpentinisque & similibus quorum omnium vapor subtilis est, ac modis variis incidit penetrátque. Quin etiam morbi ingenerantur ab aëre, qui fumo caret quidem: sed tres tamen primas naturas per inspirationem inuehit; vnde postea modis variis multiplices Tartarei morbi ingenerantur, per pulueren, perque ventum, qui in interioribus concluſus coagulatur.

Multò autem magis ac potentiùs à nutrimentis Tartarei morbi ingenerantur. Nec enim vllum vspiam, quo fruimur nascens est, quod in se coagulationem quandam non habeat. Quæ quidem etsi ad conspectum nostrum perfecta non appareat; tandem tamen à corpore, ad id dispositio, perficitur. Sic cuiusuis leguminis suæ congelationes peculiares existunt, velut fabarum, piforum, lentium, pyrorum, pomorum, & similium aliorum. Quorum coagulatio si ante oculos conspectúmque nostrum fiat ac præparetur, sicut de transmutationibus commentabimur, iam Tartareorum morborum causæ nobis conspicuæ erunt. Eodẽ enim modo idem in ipsa quoque natura fieri intelligendum est. Sua quædam etiam ac peculiaris durities similiter in carnibus condita est, quæ ingestæ ad morbos Tartareos facilè disponuntur. Multò autem magis ex aromatis illi fiunt, ex quibus admodũ duri acutiq; morbi Tartarei infliguntur. Idem fieri iudiciũ etiã debet de vinis, cereuisiis, melicratis, aquisque, ex quibus singulis Tartarei morbi pronascuntur. Vnumquodlibet enim vinũ & Tartarum & Tartareos morbos gignit, naturæ duplicis. Alius enim Tartatus ad naturam Tartari vini accedit: alius fæcibus quadantenus similis est. Sic & cereuisia arenosum ac friabilem Tartarum, & sic podagram generat ex coagulatione aquæ, lupuli, & leguminum, ex quibus cereuisia paratur. Cum enim horum cuilibet sua seorsim coagulatio fit: si tandem vniuersæ iungantur, peculiarem tum q; grauem Tartarum: morborum variorum genitorẽ procreant. Ipsa quoq; aqua singularem Tartarũ generat, sed eum tamen minoris doloris, nisi fors aluminosa ea, aut sulphurea, aut vitriolaris &c. existat. Varij etiam tart. ex lacticiniis oriuntur. Hi renaces sunt & mucosi, acidi, expulsu difficiles, multi & satis crassi. Simili ratione & ex medicinis acribus peculiaris proprietatis naturęq; Tartarus prouenit. Tales sunt, quæcunq; sublimationem sustinent, aut destillatæ fæces ponũr, aut alio modo affectæ sunt. Saccharum ipsum quoque multis formis in corpore coagulatur, velut & mel, & species acres aliæ, quæ caliditate suâ coagulant, quicquid ipsis incorporatur.

Sic ergò multis modis, ac è rebus plurimis Tartarei morbi oriri possunt, quæ nimirum in corpore seipsa coagulent, ita, vt remanentia quædam fiat in illis locis, in quibus latebant ac condebantur. Sed hæc eadem, ipsa quoq; Naturæ substantia coagulare potest, modis omnibus, nullâ ratione habitâ proprietatis ingestorum, per quæ, vt recensuimus, Tartarei morbi gignuntur, in formâ coagulationis, quæ propter accidens aliud inducatur. Id autem fit in duplici generatione, scilicet

Destillationes.

Tart. morbus ab aere.

Tartar. morbus à nutrimentis vt.

Leguminib.

Artis & naturæ similis præparatio.

Carnibus Aromatis &c.

Vinis.

Cereuisiis.

Aquis.

Lacticiniis. Medicinis validis.

Saccharo Mille.

Coagulatio est duplex.

scilicet Assumpti, & Interni.

Ratione alimentorum à Natura ipsius.

Sed præter hanc alia origo est, ex quâ morbi quoque Tartarei nascuntur. Ea nimirùm in solâ natura viget, nec ab extraneo quopiam congenito profluit. Ita scilicet ipsi Humores, Qualitates, complexiones, membra, ossa, arteriæ, &c. ex naturæ suæ peruersitate & malitia substantiam propriam ordinant & coagulant. Et si Tartarei morbi omnium pessimi sunt, adeóque propter causas varias curari minimè possunt. In ipsam enim naturam infixi sunt, velut ex eadem penitus etiam nascuntur. Ad hos enim cum natura ipsa obstinatè propẽdeat, vis ac cursus eius inhiberi minimè potest. Nec enim in potestate Medici id situm est, vt naturæ dispositionem, profundiùs implantatam auferat & aboleat. Ipsa siquidem non ad bonum saltem malúmue, sed ad morbos quoque ac sanitatem directa ac propensa est. Hæc insita & implantata naturæ dispositio abrogari ratione nulla potest. Ipsos quidem eius exitus, ex quibus Tartarei morbi fiunt, ex parte aliqua minuere & sistere licet: causam verò ipsam mutare impossibile est: sed quamdiù corpus viuit ac superstes est, hanc in se se ferre & circumferre contaminationem cogitur, nisi fors quinta aliqua Essentia ex auro aut similibus exhibeatur, quæ corpus totum quasi conuertat, idque restauret & ita renouet, vt recens nato infanti simile reddatur. Et hanc quidem renouationem, vel naturæ, vel acti hic nec impotamus, nec derogamus, sed tamen eam eo modo, qui de essentia quinta traditur, possibilem esse ducimus.

Morbi aut curatu quidem non sunt.

Naturã abolere nemo potest.

Anti Essentia quinta luminã renouat.

Cæterùm cùm hactenus de Tartareorum morbotum ortu causisque disseruerimus: deinceps quidnam morbi Tartarei indè enati sint, planiùs definiemus. Minimè verò concedimus, morbos Tartareos tantùm ex fæcibus ac coagulationibus, quæ in rebus omnibus insunt, emergere: sed ex iisdem alij quoque morbi minimè Tartarei enasci possunt. Tartareos enim vocamus morbos illos, qui velut Tartarus in corpore nascuntur. Sic in Podagra Tartarus est instar lapilli, rotundus, fluxus, angularis & modis formísque aliis multis conspicuus & sensibilis. Similis etiam in chiragra. Ex horum censu arenulæ quoque sunt, in renibus & vesica, locísque aliis enatæ. Hûc quoque spectant calculi seu lapides, emoti, & fixi, in vesicâ & renibus, in quibus duobus locis solis illi generantur. Postea huc etiam referenda sunt coagulata, quæ in intestinis & locis concauis aliis, in quæ alimenta & excrementa diuertunt, subsistunt. Porrò etiam congelata his annumerantur, quæ in poris cutis & carnis & ossium hærent. Tandem etiam indurata huc pertinent, quæ in venis, arteriis & neruis morantur, ex quibus occulti morbi multi, abditis à causis producti, emergunt. Per huiusmodi enim calculos & Tartara venæ nutrimentales obstruuntur & oppilantur, vt ex alimenti defectu emoriantur. Interdum etiam intestinum ani seu rectum infercitur, ita, vt à sordibus, exitum naturæ præcludentibus & obstipantibus, mors inuehatur. Aliquando spermaticæ quoq; venæ præcluduntur, quam oppilationem dein excipit impotentia, & emissionis frustratio, &

Tartarei morbi quid sint & quales.

1. 2. 3. 4. 5. 6.

his similia plura. Tum & qui in cute hærent Tartari, subtiles sunt & exiles, è sudore enati, quorum signum est, scabies, pruritus & punctus cutis. Et sic de cæteris.

Tart. è fumo vt generetur.

Porrò autem vobis etiam explicabimus quâ ratione, quâ forma tam ex assumptis, quàm ex ipsâ naturâ huiusmodi Tartarei morbi gignantur, & quibus ex causis illi calculi fiant. Principiò autem de morbis Tartareis ex fumo aut vaporibus generatis hic generationis modus tenendus est. Quandoque fumus vapórque corpus attingit, vias Tartarisationis duas habet: vnam exterius, alteram intrinsecus. Qui extrinsecus corpus attingit, velut exempli causâ oculos: is hos primùm facit humidos & stillantes; posteà fumus idem permiscetur lacrymis, & poros oculorum penetrat, ac canthos cauitatésque eorum occupat. Tandẽ consumptâ & reliccatâ aquâ, in eius loco remanet fæx & quædam substantiæ reliquiæ, quæ aliàs caminis adhæsisset ceu fuligo. Sic pariter si corpus sudat ac quoq; effumat permixtio quædam fit, quæ in poros sese insinuans, ibi instar priorum coagulatur, & in sinus cutis deponitur. Et hæc exteriorum ratio est. In interiora verò si fumus penetrat, tunc, vbicunque adhæret affigitúrque, ibi manet. Sic si in stomachum irruat, humor stomachi ei permiscetur, vnaq; quo miscella fit. Quamprimùm autem humores consumuntur, arena seu lapis ibi remanet, regioni seu tunicis stomachi annatus & affixus, qui postmodum multorum morborum auctor ac causa fit, sicut deinceps dicetur. Accidit etiã, vt materiæ huiusmodi persæpè ab hepate ex stomacho attrahantur & eliciantur: sicut etiam à membris aliis. Illorum autem humoribus consumptis, ex superstitibus reliquiis lapides arenulæque nascuntur in hepate, in venis, in intestinis, in splene: quemadmodum etiam in felle non hominis tantùm, verùm etiam pecorum, lapides nascuntur, ratione modóque prædicto.

Tart. in locis corporis duobus fit: vel externis, vel internis.

In stomacho.

In hepate & partibus aliis.

Idem eodem modo etiam de renibus & vesicâ, membrísque reliquis omnibus intelligi debet: nempe quòd Tartarus cum ipsis nutrimentis ad ea loca attrahatur: in quibus si diutiùs obhæresçat ac moretur, operationem suã perficit. Podagra est attractio humisce coagulationis, cum nutrimentis ad articulos facta, in quibus illa restitat, nec longiùs proferri potest, propterea quòd viæ infra articulos positæ cauæ non sint, vnde nec in iis materia Tartari residere potest. Et licèt quidem in poros ac meatus efferretur, ab abundanti tamẽ calore corpotis consumeretur, nec ita, vt in articulis coaceruari posset. Vbi enim in membris calor & virtus imbecillis est: ibi aggeri & aceruari materia potest. Tum & humorum multò plùs in articulis cõsumitur, quàm carne. Vbi ergò multa consumptio, ibi copiosiores etiam reliquiæ. Idem similiter etiam de cibis omnibus ac aëre, vt quæ assumimus ac haurimus, intelligendum est, quòd nimirum in nobis, intra nos coagulentur iis locis ac finibus sicut præcensuimus.

Podagra quia & vt fiat.

Cur in articulis plus colligatur, quam carne.

Qui verò Tartari ex ipsius naturæ vitio gignuntur, veluti horum nonnulli in sanguine & omnibus venis oriuntur, suæ gene-

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 598 sur 913

Tart. natura seu ciuoris qui generetur. Sanguis vt separetur. Sāguinis vita sal.

rationis hanc causam habent, quod sal in sanguine latens, ex ea proprietate, quam habet à sanguine secedat, ita, vt salsedo seorsim iam sit, & seorsim ipse etiam sanguis. Quo diuortio ac separatione facta sua sanguini pristina integritas ac virtus minimè supereſt, vtpote cuius vita & bonitas per sal conseruetur & sustineatur. Quando ergò, vt dictum est, sal à sanguine separatum est, tunc coit & coagulatur in duritiam quandam, instar granulosorum lapillorum, aut sabulosæ arenulæ. Podagricus autem morbus & iste est: quem quidem in monumentis nullis inuenimus descriptum, sed per solam experientiam, ad similitudinem podagræ, curauimus. Separationis huius causa est aciditas sanguinis. Sicut enim si acetum in lac infundatur, hoc naturam suam mutat, ac substantiā ipsam à sero ita separat, vt lac amplius non sit: sic idem similiter in sanguine acescente quoque fit, veluti docuimus.

Aciditas causa separationis sanguinis.

Acetum lac separat.

Eodem plane modo per separationem istiusmodi ex phlegmate quoque tales lapides ac Tartari generantur iis in locis, in quibus phlegma iacet, veluti in cannis pulmonum, hepatis, &c Continet enim phlegma in se sal mortuum. Quod si instar lacti is & sanguinis separatur, tunc ibi quoque podagricus morbus fit sicut de sanguine diximus.

Phlegma vt separetur & tartarescat

Similiter & ex cholera in locis definitis omnibus lapides arenulæque & sic podagra, gigni possunt, iisdem omnino de causis, quas præcessimus.

Idem æquè & de melancholiâ intelligi debet Nam in istis complexionibus omnibus salia inexistunt. His, vbicunque locorum sint, vt primùm acetositas quædam admiscetur, separatio talis illicò fit in locis conuenientibus. Pro consideratione ergò causarum istarum, in omnibus totius corporis membris, velut in hepate, cerebri cauitate, pulmone, ventriculo, nullo excepto, Tartareus huiusmodi morbus quidē produci potest. Et sic similiter in ipsis quoq; humoribus Tartarei morbi generari queunt, velut etiam in omnibus aliis, in quibus sal est, prout per corpus agitur & pellitur.

Sal in omnibus cōplexionibus est.

Mórbi Tartarei membri accidunt

CAP. III.

CVm autem hactenus morborum Tartareorum ortum ac generationis modum exposuerimus: proximum iam est, vt explicemus etiam, quâ ratione modóque ista Resolutio & coagulatio fiat, dùm nimirùm vniuersum corpus quoque versum peruadit ac penetrat, & cur in proximâ sede seu primâ vicinia non subsistat. Præcipuarum autem causarum duæ sunt: vna est subtilitas, altera crassities. Hoc ita accipite. Subtilitas vniuersum corpus penetrat: quòque quid subtilius, eò longiùs ac latiùs exundat. Crassities in primâ vicinâ residet, quia venas poros penetrare non potest. Sed præter has porro etiam noscendæ causæ illæ sunt, per quas Tartarus ad extimas & infimas partes expellatur. Causarum istarum tres sunt: vna à facultate virtutis

1. Attractiua est, quæ nutrimentum attrahit, cum & in quo ipsa quoque Tartareitas ad
2. omnia membra allicitur. Altera ex vi permixtionis est, quâ Tartarus in sanguinem se insinuat, eique permiscetur, ac tamdē suo tempore
3. iterum secedens in articulos & cutem diuertit.

Subtilitas & crassities causa longius penetrātis

Tartari vel subsistentis, &c.

Tertia causa est, quòd materiæ, ex quibus Tartareitas prognata est, cum partibus quædam proprietas ac familiaritas intercedit, & ad illas facit. Vnde si ad partes peruenit, humor eius absumitur, & reliquiæ abundant, sicut paulò antè explicuimus.

Ex tribus his causis distributio procedit, facta ad eas partes, in quibus morbi Tartarei cōditi sunt. Quibus causa accedit hæc quod materia nonnunquam alicubi restitat, nec proferatur eoúsque quoúsque proprietas & attractio ducturæ erant.

Porrò verò hoc etiam explanabimus, quibus de causis Tartareitas vna altera vel subtilior, vel crassior existat. Hæc autem diuersitas depēderet ex naturâ earum rerum, ex quibus Tartarus genitus est. Sic Tartareitas aquæ communis multò rudior & crassior est vini. Hinc fit, vt crassities Tartari aquei longius in corpus minimè penetret, cum econtrà subtilitas Tartari vini ad sedes extimas efferatur. Hæc ipsa quoque causa est, quòd Tartarus vini penitùs per omne corpus distribuatur, & vbiuis morbos producat, cùm tamen aquæ Tartarus in vno saltem loco cumuletur & congeratur. Eadem est ratio aliorum ciborum, potuum, fumorum, ac omnium, de quibus diximus; de quibus vniuersi crassities & subtilitas similiter æstimanda est. Sic fumi quoque singulariter in penitioribus adhærescūt potiùs, quàm in propinquioribus, nisi fors quædam in fumo proprietas hæreat, propter quam in locis illicò primis affigatur: aut nisi huius naturæ sit, vt, quam primùm aliam naturam sentiat, confestim adhæreſcat. Ita nempe sulphur, cùm in distantiora non sublimetur, nec in ipso corpore distantiora adit, sed Tartarum suum illicò in ventriculo affigit. Qui verò fumus in distantiora vadit, veluti salis Ammoniaci & Mercurij: horum Tartarus in ipso quoque corpore penetrantiùs ad omnia membra diuagatur, ac continuâ permeatione ad extimas vsque corporis sedes profugiunt, suamq; interim sementem passim in omnibus peragratis locis relinquunt: quod tamen similiter fumus Arsenici minimè facit, sed collectim in distantiora, prout pellitur & agitur, sese defigit. Ex causarum harum pensitatione intelligimus, morbos nonnullos Tartareos in vnico saltem loco oriri gigníque: veluti si fumus ex Aquâ forti aut similibus in vnū altem locum attrahitur, ibique permiscetur & parti appropriatur, tunc in solo illo loco coagulatio & congelatio simul ac collectim fit. Quantum verò ad ciborum ac nutrimentorum proprietatem attinet, commemoratio illa superflua esse videtur hoc loco: cùm aliàs de istis, & maximè in prioribus capitulis, abundè satis pertractetur.

Tart. ꝙ quæ crassior vini.

Tart. vini penetratiua quę.

Sulphuris Tart. nō addi. stās abit.

Cum verò paulò antè dixerimus, quòd per virtutem attractiuam huiusmodi attractio Tartari cum nutrimentis fieri possit: eius rei has causas inuenimus. Nutrimentum nimirùm ac Tartareitas vnà in stomachum ingeruntur, ac ibidem permiscentur. Ibi ergò cùm permixtio fiat rerum minimè conuenientium, quas tamen natura ipsa separare minimè potest: tunc ab ipsis natura infirmior & imbecillior redditur, cuius infirmitatem illa destructio

Tartar. morbos causa debilitas virtutis digestiuę stomachi.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 599 sur 913

ctio sequitur, quam Tartareos morbos appellare solemus. Causa verò, cur ex permixtione id fiat, non est permixtio tantùm in ventriculo facta, sicut iam de vnione nutrimentorum & Tartari diximus: sed permixtio eadem similiter in istâ coadunatione fit etiam extra stomachum, ceu in 4. complexionibus, & 4. substantiis totius corporis, sicut de stomacho ex parte vnâ definiuimus. ita nimirùm vltimas quoque causas separationis concludemus, quæ ipsa fit per appropriationem rerum assumptarum, partes ac membra peculiaria spectantium. Sic res, venis gratæ ac vtiles, in venis morbos pariunt. Quæ stomacho prosunt, in stomacho Tartarum deponunt. Et hoc iudicium de membris cæteris omnibus sit. Quanquam hoc quoque accidere posse iam recordemur, vt ex vi appropriationis huius in omnibus corporis locis Tartarei morbi generentur. Quodcunque enim assumimus, id passim vniuerso corpori conducit, & tamen Tartareus morbus vnico saltem loco oritur. Sed huius rei causa, *Resolutio* quædam est, quæ Tartarum in locis nonnullis eliquat & resolui: in aliis minimè. Nisi enim ista Resolutio fieret, & à naturâ in corpore administraretur, necessarium pol foret, omnes in vniuersum homines, *Podagricos, chiragricos & calculosos* existere. Ex quibus liquet, Tartareitatem in iis saltem locis oriri, in quibus non est Resolutio. Causam ergò iam promptam habemus, quòd nimirùm Resolutio in æquali membro æqualiter deficiat: veluti, si in vno articulo resolutio non est, nec in altero eius simili eadem erit: ideò in articulos Tartarus illicò concedit & adhæresci. Quod similiter etiam de aliis intelligendum est.

Deinceps verò vt causam intelligatis, cur Tartarus in articulis præcipuè resistat, nec vel à Naturâ, vel tempore consumatur, ad punctum istiusmodi animum aduertite. Tartareitas omnis sal est. Id si coaguletur & granuletur, potest per aquam calidam resolui, ac in liquorem aqueum digeri aut mutari, ac exsudare. Similiter si per se humidum existat, nec ab intensâ siccitate coagulatum sit, potest à se ipso resolui, veluti Tartarum calcinatum. Salsedo enim ac Tartareitas calcinatur in corpore per calorem membrorum internorum, non secus ac per ignem. Si verò Tartareitas manet, causa est hæc, quòd resolui nequeat. Nam cum sicca nimis & arida sit, ob id coit ac coagulatur in lapidem, aut in lapillos multos, prout partim Tartari proprietas, & partim salis permixtio se habet. Ideò hanc ob causam superstes remanet.

Et ex hac ipsâ causa istius quoque morbi periodi seu typi proueniunt, quibus alio ac alio tempore dolor magis minusue sentitur. Causarum enim naturalium hunc discursum ponere allubescit. Si aër ac tempestas humidior sit, tunc ipsum quoque corpus adeóque omnis eius substantia humescit, sicut in Philosophiâ nostrâ tradimus. Iam ergò si tali humiditate corpus madescat, tunc ex naturâ ac proprietate suâ sal quoque & Tartarus humectatur & post liquescere & resolui incipit. Id ergò dum molitur, naturam suam vimque ac potestatem mutat, ac veluti effeminescit, atque in seipso intumescit sufflatúrque. Ex quâ commotione tendinibus acutissimi dolores inferuntur: nec tamen Tartarus omnis resoluitur. Siccitas enim ac proprietas, quæ ad resolutionem apta non est, suo modo quadantenus obstat. Vndè fit, vt ægris nonnunquam calidi fotus prosint, quia calor resiccat, & ita lenit. Interdum frigida commodant, quia congelant. Interdum temperata, quia excessum vtrumque cohibent, sistúntque Tartarum, ne peiùs ebullire queat. Quandoque humida iuuant, quia resolutio continuatur, quousque potest; quâ factâ, quies inducitur. Sæpè etiam sicca leniunt, quia humiditatem auferunt, & agitationem tollunt. Frequenter etiam Anodyna proficiunt, vi suâ narcotica.

Portò autem etiam ab influentia vel augescente, vel deficiente, paroxysmi, vel augentur, vel minuuntur, hoc modo: Luna si deficit, minuitur etiam morbus, & tamen simul incumbit dolor, quia scilicèt virtus calida vel naturalis languida est, morbus autem fortior. Sed & Luna crescente dolores sæpiùs lancinant, quòd nimirùm affluxus maior sit, & in loco quo efferuescat. Similiter etiam de aliis cœli motibus aut constitutionibus iudicandũ est, vel calidioribus, vel frigidioribus, pro quarum ratione morbi quoq; vel intenduntur, vel minuuntur ac variantur. Huiusmodi quidẽ influentiæ etsi non omnes nobis compertæ sint, cogitatu tamen nobis facilè est, vim quandam ac potestatem singularem supra nos habitare, quæ nobis dominetur nosque regat. Sed hoc iam hic missum facimus. Interim ab influentiâ huiusmodi, & ipsius Tartari naturâ morbi varii emergunt, temporibus diuersis, cumprimis in podagrâ mutationes variæ contingũt, in quâ propter influentias diuersas nonnunquã nulla vspiam remedia iuuãt, aut dolorem mulcent, sed hic pro impetu suo liberè graſſatur & exacerbatur. Nullus enim, quem scimus, morbus est, qui à minimis ſue maximis ſue accidentibus ita validè gubernetur & afficiatur, veluti iste vnus. Huius enim mutatio à primâ quauis etiam corporis mutatione prõpta est. Quãprimùm enim corpus vel à cibo, potuve, aut exercitio &c. alteratur, huiusmodi dolores è vestigio gliscunt & insultant.

Tum & huiusmodi Tartarei morbi in mutatione dissimiles sunt. Alii enim aliis doloribus grauioribus implicantur. Hinc *Podagra* passim existit. Qui non tamen quoad eandem formam. Hinc enim fit contractura infra zonam synthena, colica & mors, forma longè aliâ, quàm in podagra. Idem iudicandum est etiam de cõgelatis & coagulatis. Iam ergò si plures morbi Tartarei sunt vno, naturaliter etiam plures quàm vna induratio & forma continget, cùm dubium non sit, quin quilibet morbus Tartareus peculiarem ac priuatam suam formam habeat, sicut id ex *Lithiasi* constat, in quâ duo existunt, arena & calculus: cuius forma à podagra in eo distincta est, quòd tantùm salis in illa non permisceatur, quantum in podagra. Sed diuersitatis causa etiam hæc est, quòd hic resolutio nulla fieri possit, qua materia aut mollior, aut durior euadat: sed Lithiasis perpetuò sibi

Appropriatio est vltima causa distributionis alim.

Obiectio facta

Cur non omnes homines podagrici &c.

Tart. cur articulis præcipuè illigeat Tart. omnis sal est.

Paroxysmi podagricarum iras.

Aer humidior Tartaro varia parit, ex multa vide.

1 Influentia cœli maxime Lunæ.

Superiora nos moderãtur.

2 Corporis à quibusuis causis alteratio.

Podagra pessima est ex Tartareis.

Lithiasis & podagra qui differant

similis est, & ad materiam primam non recidit, verum ampliatur ex eo, quòd subindè magis magisque similiter augescat, & indurescat ac sic maneat.

Calculus & Arenulæ qui differt.

Cæterum discrimen inter Arenam & calculum ita intelligendum est, quòd hic tartarus sit, qui vi & operatione renum coaguletur, hoc modo: Si Tartareitas peruenit ad regiones Renum & vesicæ, possibile est ibi podagram fieri, quia præstò causa est. Sed proprietas illa tollitur per id quod alia in lè complexio & alius morbus gignitur. Id autem spiritus vrinæ est, qui (sicut de vrinâ traditur) proprietatem in se quandam habet, ad calculosa & arenosa inclinantem. Et sic vrina morbi istius causa est: non quod ea ex substantiâ vrinæ prodeat, sed potius ex substantiâ fluxus podagrici, quæ tamen interim per vrinam, coagulatur in formam ac speciem aliam; id quod hoc ordine modoque fit. Vrina si Tartareitatem in renibus & vesicâ apprehendit, illam cogit, quia scilicet illa calida & aquosa est. Tartarus autem viscosus & tenax, spiritum vrinæ attrahens Ideò nullius etiam Lithiasis vrina flaua est, sed omnes albæ: carent enim spiritu vrinæ, quo exsiccantur: non quòd ab ipso vniuersa vrina exiccetur, sicut in Podagrâ, vbi omnis humiditas absumitur, sed id similitudine quâdam, quòd scil. veluti Sal petræ in aquâ in lapidem cogatur & consolidetur. Nec hoc tibi exemplum admirationi sit. Sal enim petræ ex vrina genitum est, & vrinæ spiritus existit, qui se separat in vrina de natura tartari, quam separationem sequitur induratio Tartari, & formæ rotunditas, sicut ea à proprietate salis dependet. Ita pro materiæ multitudine fiunt aliquando calculi albi, non puri, ideò, quia sal petræ vrinæ incorporatum est cum Tartaro: nonnunquam cærulei fiunt aut his similes, quòd omne ex proprietate vrinarum fit, sicut clarius de vrina docetur: interdum rubei, & hi non ex proprietate vrinæ, sed colore renum.

Spiritus vrinæ ad calculū & arenulas inclinat.

Calculus & arena vt in renibus &c. coaguletur.

Sal petræ in aqua lapis fit.

Arenæ autem forma indè generatur, quòd scilicet vrina non tam spiritum potentem habeat, qui inclinet ad naturam calculi: vnde fit, vt simpliciter adhærescat Tartarus & granuletur sicut salis proprietas ac natura fert. Hinc ergò lapilli multi si generantur, iidémque nonnunquam obtriti, exiles & sensibiles, causa potissima in proprietate renum existit, qui tam bituminosam & viscosam naturam in se habent, à qua coagulatio lapidis ita obteritur & comminuitur.

Arenæ qui coagulētur.

Si ergò fluxus Podagricus & Tartarus isto modo lapidescit & arenescit, varia inde signa ac multiplices dolores emergunt, quorum descriptio artis non est, sed quotidianæ obseruationis.

Idem dicimus etiam de coagulatis & induratis, &c. Quanquam illa non vt Lithiasis ab vrina congelentur, sed congelatio ipsorum hanc causam habet, quod nimirum in intestinis quoque, quę stercoribus perui a sunt, quidam spiritus sit, qui similiter vt vrina, imò multò magis induret & coagulet. Si ergò Tartarus permixtus intestinis adhæret, nec cum stercoribus vnà eiicitur, tunc impellens spiritus stercorum illum cogit coagulatque, vt indies magis magisque cumuletur & grandescat. Stercus enim virtutem vrinâ maiorem habet, prout de stercore ponitur. Hoc ipso modo in aliis quoque intestinis generantur illi, ac in formam podagræ coagulantur.

Spiritus stercoris cōgelata indurat.

CAPVT IV.

CVm hactenus de causis & origine abundè satis tractauerimus: deinceps etiam explicabimus, quibus remediis Tartarei morbi curentur: quod ob duas causas noscendum est. Primò, conuenientia remedia scienda sunt ne præposteris adhibitis malum deterius fiat. Secundò, vt cura ea sine omni noxâ instituatur & perficiatur. Cura autem ipsa ad duo dirigēda est: vel ad podagricos calculos ac arenas: idquè ob hanc causam, quia generationis aut coagulationis horum modos duos ponimus: vnum per consumptionem humorum, velut in podagrâ & huic similibus: alterum per spiritū vrinæ vel stercoris. Pro hac distinctione facilioris intellectus gratia curam ipsam quoque ad duo impendemus, videlicet, ad fluxus podagricos, & calculosam lithiasin: quia nimirùm fluxus podagrici per sibi congenera, & appropriata pelluntur, vt viciſſim calculosa per appropriata sibi. Nullum enim alterius Tartarum expellit. Podagrica enim cura lithiasin ideò pellere nequit, quia nimirum à spiritu vrinæ aut stercoris induruit. Sic nec calculosa, Tartaros podagricos curare potest ob hāc causam, quòd scilicet in solum spiritum vrinæ & stercoris laborent ac operentur. Sed duplicis huius curationis causæ aliæ quoque sunt, videlicet complexio, natura &c. quæ ideò etiam obseruandæ sunt, quòd opus sit interdum specifica adhiberi, quia in forma specifica occultæ secretæq; vires latēt ipsa natura superiores, sicut de *Vltra naturam* scribimus. Horum adhibendorum necessitas hinc est, quòd multi morbi sint, qui præter naturæ ordinem modumque gignuntur, veluti etiam sunt calculus & Tartarus &c. qui nec à calore vel frigore oriuntur, sed ab altera, scilicet forma specifica, hoc est, veluti forma specifica in 4. complexionibus. His ergo specifica adhibenda sunt proprietate ea donata, veluti de specificis tradimus. Nam quòd lapis frangit lapidem, id à complexione non fit. Sic quòd os, aliud os caro aliam carnem sanat, id à conditione naturę non est, sed ex specifico prouenit, quod ad aliud ordinatum est. Sic videmus aquam fortē rem ex sua natura non omnes lapides frangere, sed ex forma specifica.

Curatio Tartari duplex.

Tart. coaguletur vel per siccationem vel spiritū.

Cura podagra & lithiasis diuersa.

Specifica in podagra & lithiasi vsurpāda.

Aqua fortis omnes lapides vi specifica frangit.

Sic quoque appropriata interdum vsurpāda sunt, ideò, quia appropriata in sua proprietate vnius naturæ sunt quoad perfectionem, non complexionem. Sic *Lithiasis* & *Ceuillus* vnâ formâ generantur. Licet Ceuillus in corpore non producatur. Producitur tamen ex terra ad similitudinem lithiasis, ex terreo Tartareo, ac induratur à spiritu vrinæ, qui in liquore terræ hæret, sicut de generationibus lapidum mētionem facimus. Ceuillus ergò lithiasin curat in natura appropriata. Hæc enim duo si sese mutuo contingunt, vnum alterum frangit & minuit, ac vtrumque in materiam suam primā resoluitur ac assimilatur bolo seu friabili arenę. Nam appropriata siue propria in seipsa destructione

Appropriata vsurpāda.

Ceuillus qui in terra gignatur.

ctione vniri non possunt. ergò resoluuntur. Quod ita intelligendum est. Acetum similiter generatur ex vino, in seipso, sicut lac, quòd in seipso turbatur, & seipsum separat; acetositatem parit. Hæc duo acida si conueniant, tunc caseus & aceti matrix inter sese quasi digladiantur, aut sese inuicem trahunt, agúntque & viscositas quædam secernitur generata. Hæc iam duo appropriata sunt, vniformiter producta: vnde se quoque mutuò frangunt.

Sic etiam quædam *Specifica appropriata* sunt, quorum natura duplex est: vna ex specificâ totaliter perfecta: altera ex appropriatione, magis concordans, quàm sine specificâ. Et hæc viribus duplicibus ex vtrâque specie operantur, sicut *specificis* traditur.

Nobis verò multò attentiùs respiciendum est ad gradus, quàm ad specifica: idque hac de causâ. Ex qualitate & complexione rerum, non tam probè intelligere possumus specifica, ac ex ipsis noscimus gradus. Specificum enim, fortuito, sine meditatione, absque naturali indagatione inuenitur. Cùm ergò in gradibus plus fundamenti & cognitionis positum sit, illis etiam cognoscendis præcipuè operam dabimus. Hic ergò duplex nobis Medicina occurrit: vna, quam natura ipsa produxit: altera quam ars præparationis ad gradus altiorem euexit. Ex quibus liquet, vnam alterâ nobiliorem ex his duabus esse, sicut deinceps tradetur. Hic ergò de rudibus illis & crassis Medicinis vulgaribus, quæ, prout à natura sunt, manet, verba nulla faciemus, sed eorum mentionem in curam differemus. Quicquid enim illæ operantur, id ex appropriatione, non proprietate naturæ præstant. Sed subtiliores medicinæ per præparationem separantur, quâ alia natura ac vis acrior inducitur, quæ in morbis adhibendæ sunt. Hoc ita accipiendum est, nimirùm quòd hic spectari minimè debeat aut complexio, aut appropriatio, aut natura, vel calida, vel frigida, vel humida, vel sicca: sed quòd opus sit, gradus attendi & considerari, qui considerationem (quam non quoduis habet) ad Tartarum habent. De conuimilatione autem res ita intelligenda est: Aqua mollit & soluit liquidum: non tamen omnis omne. Et tamen aquæ tam multiplices sunt, vt vnumquoduis liquidum per aquam soluatur & dirimatur, vt sic. Aquæ multiplices sunt: sunt multiplicia liquida. Ex aquis quædam acres sunt & corrosiuæ, soluentes lapides & marmor, quale est oleum calcis. Aliquæ soluunt alabastrum, vt oleum [illegible]: Nonnullæ dirimunt ligna vt aqua [illegible]: Quædam fundũt Metalla [illegible] vt Aquæ fortes: Quædam resoluunt carnem vt [illegible]: Quædam bolum, vt *Soluas*: Quædam fructus, vt *Pestus*. Et hæc dissolutio non in fragmenta redigit, sed in aquositatem, similem ei, à quâ resolutio fit.

Ex his ergò noscendum est, quòd in morbis Tartareis id saltem adhibendum sit, quod Tartarum talem respicit, veluti aquæ nonnullæ soluunt zuccarum, aliæ minimè: quædam sal, aliæ minimè: quædam resinam sibi permiscent, aliæ minimè: quædam stramen, aliæ minimè.

Præterea aliæ ex redurâ arenam producũt, quædam viscosum bolum, quædam bolum friabilem, quædam mucilaginem, quædam pus, quædã aquam. Ideóque hæc omnia ante compositionem Receptorum sedulò & diligenter expendenda sunt, vt nimirùm ratio omnium verè & exactè teneatur, sciatúrque ad quodnã quiduis faciat ac conducat, sicut de curâ Tartareorũ morborum deinceps memorabile consignificabimus. Nam & causa approbè intelligi debet cur alia conueniant Arenæ, alia Calculo, alia Congelatis, alia Induratis, alia Podagræ. Cogitandum insuper hoc quoque est, quòd medicinæ quidem sint aliquæ quæ arenulas pellant, sed illæ eousque non penetrant, vt arenulas attingere queant. Illis ergò addẽda ea sunt, quę eò ipsis deducant. Et sic de cæteris.

Etsi verò hæc hactenus de medicinis morborum Tartareorum diſſeruerimus: practicam tamen ipsam nondum constituimus. Nam in practicâ discretè omnia explicabimus, & curę modum duplicem proponemus: vnum per interna. Ea sunt, de quibus iam diximus. Quæ etsi quidem exterius adhibeantur, interius tamen eadem operantur. Alter modus chirurgicus est, qui foris operatur ac foràs extrahit visibiliter. Et hi duo modi Tartareos morbos vniuersos respiciunt. Nam cùm alii visibiles sint, alii inuisibiles, quidam cognitu faciles, quidam difficiles: ideò hoc discrimen sedulò tenendum est, sicut in Practicâ plenius explicabitur.

TRACTATVS SECVNDVS.

CAP. I.

QVia in progressis capitulis de Tartareorum morborum origine definiuimus: deinceps istorum curam complere instituti nostri est. Hanc autem vno eoque peculiari tractatu tribus partibus trademus. Vna erit, de Tartareis morbis, qui calculus sunt. Altera, de iis, qui sal existunt. Tertia de præseruatiuis finiet. Pro intentione etenim nostrâ, omnia Tartareorum morborum sanandorum remedia in duobus consistunt: Alia enim calculum frangunt: alia consumunt & resoluunt sal. In hoc autem capitulo curam tantum ponemus eam, quæ sanet calculum, arenulas, coagulata, & congelata, prout in corporis concauitatibus subnascuntur.

Remedia Tart. vel calculum frangũt, vel consumunt sal.

Principiò autem intelligendum est, non opus esse scire, in quibus corporis locis calculi iaceant, siue in vesicâ, siue renibus, siue intestinis aut visceribus &c. Porrò etiam necessarium non est, vt sciatur, vnde & ex quonam generati sint, nisi in genere, prout sufficienter descripsimus: idque hac ex causâ. Oportet enim Medicinam ad calculum Tartareũ ita specificatam esse, vt ex proprietate suâ ac naturâ specificâ omnia genera calculorũ rectâ expellat, nec illa medicinam sequantur: veluti oculi cancrorum arenas quidem pellunt, sed nõ calculum. Et sic similiter etiam de reliquis. Nam DD calculum in renibus pellit, non autem in vesicâ. Ita etiam Semachi idem facit. Et ramẽ horum nullũ congelata & coagulata pellit. Ex

Remedia Tartari oportet esse καθ' ὅλου, specifica.

ignora-

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 602 sur 913

Oculi cãcrorum arenas pellunt.

Semach calculũ renũ curat.

LVDVS omnes v. niuersi corporis calculos curat.

ignoratione horum ac inscitiâ sæpius accidit, vt ob defectum genuini remedii misero eiulatu ex morbo Tartareo interimantur: Medicatio autem ita fieri debet: LVDVS curat omnes calculos ex Tartaro, congelatos, coagulatos, in vesicâ, renibus, arenas, & sic similiter omnes calculos Tartareos, in vniuerso corpore conditos, noros, ignotos. Considerandum enim hoc est, quòd multi in corpore morbi existant, qui ex Tartareis calculis proueniunt, quorum nullam notitiam, aut iudicium, signúmue ac prognosticon habere possumus, sed in ambiguo ibi hæremus, nec quo euadamus, certum habemus. Practicæ egò nostræ tenor is est, vt non saltem adhibeantur empirica præcepta, quæ particulatim generibus calculorum, de quibus iam diximus, conueniant: sed producenda ea recepta sunt, quæ in genere, non in particulari, vniuersos calculosos morbos tollant. His enim solis Tartarei morbi eximuntur. Impossibile enim est, per Physicam, omnia loca ac regiones, in quibus calculi gignantur, inceantque, scrutari & indagare. Quâ ipsa ex causâ etiam necessarium minimè est, vt scientia habeatur dirigentium, per quæ remedia ad laborantes locos, velut caput, cor &c. deducantur. Quis enim adeò ingeniosus ac perspicax sit, vt, quonam loco morbus sit, perscrutari, adeóque ad ipsum, nuntium quendã mittere possit? Hæc vana & reiicienda sunt. Hoc satagendum potius est, vt medicina ad calculum directa sit, eumque sine ope dirigentium expellat. Et hæc operatio simul in omnibus locis fit, sicut deinceps tradetur. Ea ratio est etiam tenenda, in podagricis morbis similiter per experientiam talem curandis & expugnandis. Hisce ergò hactenus cura explicata sit. Portò autem textum practicæ continuemus, ac ponamus rem ipsam.

LVDI descriptio.

Medicina ergò ista duobus modis noscenda & intelligenda est: scilicet vt, *potentiuum & acuatiuum*. Et vtrâque ràm intus quàm foris adhibenda sunt, sicut deinceps in Regimine tradetur.

Potentiuum tale est.

Ludus calculorum omniũ cura.

℞. *Ludum subtiliter tusum, & calcinatum*: de hoc oleum excoque per resolutionem, & potandum præbe omni die & nocte ℈j. ex vino bono, ad dies 14. Ab hoc omnes morbi prædicti à Tartareo calculo auferuntur & curantur. Nec absurdum tibi videatur, per hoc vnum Receptum adeò simplex & rude tantum morbum expelli posse, interim tot receptis aliis tam artificiosè concinnatis abiectis & eliminatis. Hoc quinimò tecum reuolue, quòd assula ligni ardentis vnica plus caloris det, quàm saxa decem. Idem enim iudicium ac discrimẽ habendum est de hoc nostro recepto, si conferatur cum aliis aut ab experientiâ inuentis, aut à naturâ productis.

Acuatiui descriptio.

Acuatiuum medicamen foris applica, eo scilicet loco, vbi morbus sentitur. Quòd si morborum situm cognoueris, applicabis tamdiu, donec ii aboleantur & consumatur: per vrinam, qui in ductibus vrinalibus consistunt: per vrinam, qui in ductibus vrinalibus consistunt per stercus, qui in viis illis siti sunt. Idem similiter etiam de emunctoriis cæteris intelligẽdum est.

℞. *Terpentinæ, Olei Lini an.*

Destillabinies: fiat cohob cum his:

℞. *Oculorum cancrorum, lapidis lyncis, spongiæ, Olei tudi, Iudaici, lyncis an.* ℥ij ß.

Saxifragiæ ℥ij. Et sic de aliis.

Per hanc inunctionem calculi omnes in corpore resoluuntur & comminuuntur, eo modo, vt in Theoricâ diximus. Et nota de his Receptis, quòd non modum illum teneamus, quem in primo tractatu posuimus, quod scilicet alia expellant formâ arenæ, alia farinæ, alia calculi, alia boli, alia aquæ: sed Recepta nostra secundum hoc vnicum direximus, vt omnes calculi in aquam resoluantur & liquescant. Ideôque cætera omittimus.

Calculi omnes in aqua resoluendi sunt.

CAPVT II.

Podagra dicitur. Sal Tartareus.

DEinceps verò etiam trademus rationem curandi morbos podagricos, qui & ipsi ex Tartaro gignuntur. Morbum autem hunc *Salem Tartareum* vocamus; ideò, quia instar Salis petræ granulatus & congelatus, angulatisue aut arenæ similis existit, ac simul mordicat, salisque more generatur.

Podagræ cura duplex. Integra curaque.

Huius ergò cura duplex est: *Integra* & *Aperta*. *Integra* est, quę fit sine omni læsione ac apertione corporis, ita scilicet, vt sal Tartareus resoluatur & consumatur ex fundamento ac radicitus, tam per exteriora, quàm interiora, remedia. *Aperta* est, quæ sectione administratur, ita vt sal violenter extrahatur, prout in sequentibus dicetur. Integra autem talis est.

Aperta cura quę

℞. *Ossium hominis, scammoneæ, hermodactylorum*

Remed. podagrica.

Turbith, sennæ, zuccari taberzet an. Ex his confice puluerem, de quo manè & serò præbe edendam ß. pro vice vnâ.

Puluis hic ab ægro fluxus omnes ac Tartareos morbos eximit, eo modo, vt res resoluat, sicut in tractatu primo diximus. Operationis autem vis ex eo procedit, quòd ossa ex proprietate suâ miracula edant, cætera autem ex vi specificâ materiam resoluant. Sicut enim aqua vini Tartarum resoluit, ita simplicia hæc fluxum podagricum liquefaciunt.

Interim dum hæc fiunt, doloris locum inũgere perges, indies bis, balsamo tali:

℞. *Mumiæ patibuli.* Illam destilla, & pro exigentiâ vtere. Hanc autem inunctionem continuabis ad sanationis *finem* vsque. Per hanc enim vnaquelibet podagra, chiragra, & similis affectio curari potest, quia hæc cæteris omnibus præstantior est.

Externum medicamen tale est.

Podagræ cura aperta.

℞. *Mercurii sublimati, Aquafortis, Arsenici an.* Fiat pulmentum. Hoc impone, quousque dolor diffunditur. Si verò vniuersum membrum is occupauit, in loco maximè ad id idoneo foramen fac: deinde impone ad escharam liberandam. Postea hoc attractiuum, quod sequitur. Ita fiet, vt omnis fluxus & sal Tartareum extrahatur, liquetur, & in aquam resoluatur. Sordibus vniuersis euacuatis, inspergе in foramen puluerem de croco Martis, & consolida. Hac arte & vi extrahere potes quamcunque podagram, quæ aliis nullis remediis cedit. Contra medicinam autem hanc nihil quicquã reniti potest. Attractiuum autem hoc modo parabis

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 603 sur 913

parabis.

℞. *Minii, Litharg yrii, Calaminaris*
Carabæ, Magnet. an. ℔ ß. Tundantur omnia subtiliter & cribrentur, & cum ℔ vj *Olei lini* coquantur, addendo *ceræ* ℔ iij. *terpentinæ* ℔ ij. *vermis* ℔ j. coquantur, dum emplastrum coloris puniceæ sit, in quo dissoluta & colata hæc gummata infundes.

℞. *Opoponacis, galbani, serapini.*
Bdellii, armoniaci an. ℔ 6.

Vbi ebullierint aliquantum, iniice sequentia:

℞. *Carabe, mastichis, thuris, myrrhæ,*
Magnetis, aleopatici, an. ℔ ß *partem.* Sed sint omnia tenuiter pulverata, subigantur, & malaxando in emplastrum redigantur.

Sic ergò iam satis dictum est de curâ impẽdenda in Tartareo sale podagræ, chiragræ & arthriticæ. Et licèt Recepta quidem pauca promantur, pauca tamen ea, simul præstantia, pluribus leuioribus, nobis multò grauiora sint. Et sic his colophonem imponemus.

CAP. III.

Præseruatiua podagræ sunt duplicia, calculi & alia.

POst curationem autẽ morborum Tartareorum, subnectamus eorum quoq; præseruatiua, eaque duplicia sunt. Vnum prodest contra Tartareos calculos: alterum contra Tartareum sal. Horum vtrumque iterum duplex est: vnum pro iis, qui huiusmodi Tartareos morbos antè nondum passi sunt: alterum, pro iis, qui iisdem anteà laborarunt, sed iterum conualuerunt. Addimus autem etiam præseruatioum podagræ, ne grauiùs inualescat aut latiùs exundet, sed in loco suo subsistat.

Primum præseruatiuum calculorum Tartareorum pro iis, qui ex ipsis nunquam laborarunt.

℞

Horum, qui laborarunt, tale est:

℞

Similiter, qui sal podagricum nunquam habuerunt, tale est.

℞

Pro his, qui habuerunt, tale est.

℞

Pro his, qui habent, ne augeatur, tale datur.

℞

His ergò tribus capitulis remedia omnia aduersus Tartareos calculos & salia finita & concluſa volumus, sectatores nostros monentes, vt hæc grati agnoscant, accipiántque, nostróſque labores ac sudores non in res leues & inutiles impendant, hoc vnà apud se pensitantes, quàm anxio cum studio in humani generis salutem asserendem hæc inuenerimus & tradiderimus &c. *In nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti,* Amen.

LIBER SEPTIMVS
IN MEDICINIS THEOPHRASTI
BOMBAST HOHENHEIMENSIS,
DE AEGRITVDINIBVS AMENTIVM:
ET DIVIDITVR IN DVAS METHODOS.

Methodus prima tractat de origine ægritudinum Amentiarum, & habet 5. Capitula.

CAP. I. *De Origine morbi Caduci, cum ſpeciebus annexis.*
CAP. II. *De Origine Maniæ, cum ſuis conſimilibus.*
CAP. III. *De Origine Morbi, Sancti Viti & ſuis partibus.*
CAP. IV. *De Origine Suffocationis intellectus cum cohærentibus.*
CAP. V. *De Origine priuationis ſenſuum in Veſanis & Melancholicis.*

Methodus ſecunda de Curâ ægritudinum, & morborum Amentium, & habet 6. Capita.

CAP. I. *De Curâ Caduci.*
CAP. II. *De Curâ Maniæ.*
CAP. III. *De Curâ Vitiſtæ.*
CAP. IV. *De Curâ Suffocationis.*
CAP. V. *De Curâ Priuationis.*
CAP. VI. *De Præſeruamentis.*

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 604 sur 913

LIBER SEPTIMVS

THEOPHRASTI BOMBAST HOHENHEIMENSIS.

De ægritudinibus Amentium.

TRACTATVS I.

CAPVT I.

De Morbo Caduco.

Morbi omnes vel Naturę sunt, vel Rationis

ORBI, quicunque hominem, Dei creaturam affligunt, ex ipsa natura descendentes, aut corpus labefactando sanitatem eius expugnant: aut, quod grauius est, vigorem mentis ac rationem opprimendo adimunt elidúntque. Cũ ergò de morbis naturalibus consideremus, quibus ac quot modis corpus nostrum violent lædántque: vsus ac res poscit, vt eos quoque simul morbos expendamus, quorum impetu rationis ac intellectus nostri vis expilatur, vnde nam & ex qua origine illi promanent; quando quidem eosdem ex ipsa Natura emergere ac suscitari, ipsa rerum experientia doceat & cómostret. Etsi verò hoc nostro sæculo istiusmodi morborum causam, incorporeis creaturis ac Diabolis assignet Deorum vicarij Europæi: iisdem tamen vt hoc casu suffragemur ac astipulemur, nulla vel dùm demonstrationis necessitate compellimur. Tot enim ab ipsâ naturâ documentis datis in contrariam sententiam abripimur, vt terrenorum istorum Deunculorum opinioni omninò aduersari cogamur, sicut distinctè in suis capitulis de istis omnibus docebimus, & rem omnem ad modum naturę, vt quę sola istarum causa & genitrix est, dilucidè dirigemus & explicabimus. Cæterùm ipsius Amentiæ, seu rationis priuationis species primò quinque se offerunt: Quarum prima *Caducus* est, seu Epilepsia, non solum complexionem vnam attinens, sed ne quidem vllam: nec vnum saltem genus attingens, sed omnia. Huic morbo obnoxii sunt sani, infirmi, iuuenes, senesque: & tamen idem morbus sanitati corporis nihil derogat, aut eius constitutionem frãgit destruítque, sicut deinceps tradetur. Quòd si verò morbus iste quandoque infirmos reddat ac mortem accersat, id hinc ex causa fit, quòd nimirum acuitas & vehementia eius reliquas post se aliquas Remanentias faciat, ex quibus deindè Mors nascitur sine complexionis contaminatione. Fluiusce verò caduci genera 5. numerantur, quorum vnumquoduis seorsim Epilepsiam parere potest, & quę in omnibus promiscuè fieri ac generari queunt: primum est in *Cerebro*: secundum in *Hepate*: tertium in *Corde*: quartum in *Inteſtinis*: quintum in *Membris*. Cum verò vna altera lethalior & periculosior sit: id indè fit, quia tria genera prima nobilissima membra occupant, quorum affectionem mors promptè sequitur: sicut frequenter accidit, vt aliqui à primo illicò insultu ac paroxysmo sternantur & perimantur. Cuius euentus ratio, cùm idem in duobus cæteris similiter nõ fiat, deinceps planiùs explicabitur. Vniuersa hæc quinque genera similem quidem commotionis impetum, ac æqualem parilémque rationis & sensuum priuationem habent: non tamen ex vnâ eâ denique materiâ producuntur ac emergunt. Vt enim paroxysmorum modus diuersus est: ita ipsa quoque materia dissimilis existit: cùm correpti alii spumam, alii copiosam aquam eructent fundántque, alii fixos & immotè apertos oculos exhibeant, alii crebris succussationibus & corporis iactationibus quatiantur, quidam immoto corpore iaceant, nõnulli obscurum quid vociferentur, alii in totũ sileant, quidam violenter in terram prosternantur, non pauci sensim sese demittant & reclinent. Diligenter autem ad indicia & relationes ægrotorum attendendum est. Magni enim interest scire, quonam præcipuè loco morbum persentiscant, antequàm cadant aut à ratione deiiciantur, præ alteris, qui morbi motum nullum sentire queunt, sed subitò opprimuntur quasi & amentes cadunt, rationis subductionem non animaduertentes. Ipsorum verò commotio harum rerum causa non est: sed in causâ id est, quòd commotionem suscipit. Ita scil. cerebrum commotionem suam suscipit, sicut ipsa quoque intestina, sed his tamen idem promptiùs ac citiùs afficitur, quia in suâ regione rationem ipsam sitam habet. Vnde vicinię & propinquitatis causâ superiùs dictâ euenit.

Deinceps autem de Materiâ, ex quâ caducus generatur, dicere pergamus. Ea verò non soli inest homini, verùm iis vniuersis, quæ vitam habent, vt sunt pecudes: quæ ipso homine non minùs cadunt, & similibus paroxysmorum formis corripiuntur. Quanquam etiam animalium certa quædam genera sint, quibus hoc malum omninò hereditarium ita *inſitum* vigeat, vt individuum in eo nullum sit, quin sontico eo morbo teneatur. Ex quo censu sunt Mussulæ, Leones, ac multæ volucrum species, in quibus malum hoc nunquam abolescit. Quin & res ipsæ crescentes quoque, quę tamen sensu carent, hoc eodem morbo tentari affligíque solent: non eo quidem modo, vt cadant, vitâ enim sensitiuâ destituuntur: sed quòd animalibus similiter paroxysmos suos experiãtur, velut ab iis arbores dissiliunt & finduntur, prout de infirmitatibus arborum & crescentium trademus. Eædem quandoque penitus inarescunt: & à finito paroxysmo iterum augescunt aliquando, interdum planè emoriuntur. Similiter etiam de rebus cæteris omnibus, quæ vitam habent, intelligendum est, quòd æquè hoc morbo sollicitentur, & paroxysmos eius experiantur: eo tamen discrimine, prout creatura quælibet sensu magis minúsue donata est. Sed ad indagationem causæ, cur tam sensu donata,

Amentię morbi Diabolis perperã assignantur.

Amentię species 5. Epilepsiæ tã sani quàm ęgri obnoxij.

Epilepsię genera 5.

Epilepsię primus paroxysmus multos interficit.

Materia & paroxysmi Epileptici in diuersis diuersi.

Ægri de morbi loco interrogãdi.

Mussulæ, Leones, ac certæ aues Epilepsiæ obnoxij.

Arborũ quędam sunt Epileptica.

Causa caduci in omnibus viuentib. sunt. 1. Nutrimentũ.

donata, quàm eodem otbata, viuentia tamen, paroxysmo tali subiiciantur, hæc sequentia annotata sunt. Nulla nempe natura viuens agit aut sustentatur sine spiritu vitæ, in quo vis vnifica rerum vniuersarum condita est, sicut de spiritu vitæ tradimus. Sic vicissim, nulla vita sine nutrimento est. Quòd si ergò omne viuens hoc morbo laborat, tum in nutrimento etiam manebit. Sic ergò per nutrimentum commotio fit, si in spiritum vitæ permiscetur. Hæc ergò vna huius morbi causa est. Altera eiusdem causa est *Ebullitio vaporum in spiritu vitæ* non verò alij *Humores* aut *Qualitates* corporis idq; hoc modo fit. Quando spiritus vitæ alteratur, & à dispositione suâ deiicitur, tunc quasi efferuescit & ebullit, quæ ebullitio ità incitata & violenta est, vt memoriam omnem simul cum ratione vastet & amoueat: similisque iste paroxysmus motioni illi est, quâ vniuersus orbis concutitur tremitque. Nam & huius morbi causa causæ terræmotus respõdet, vnoq; modo ac ratione cùm motus terræ tùm caducus fiunt. Nec morbus is aut ex ordine cursuq; Naturæ, aut cõplexionis infirmitate: aut humorum corruptione vllâ ratione generatur, sed ex vnâ causâ terræmotus emergit. Nam terræmotus, ipsius etiam hominis motus, & arborum motus, & motus rerum omnium crescentium est, quod hoc discursu demonstrabimus. Causam de terræmotu in philosophiâ nostrâ ponimus. Ea qualis est, talis est etiam in corpore caducus, hoc modo: si spiritus vitæ ex proprietatis suæ errore ebullit, ita, vt fumos ac vapores excutiat emittátque, tunc ab istis vniuersum corpus concutitur & contremescit. Quare autem? Quia scilicet spiritus vitæ patitur. Hoc patiente, vniuersum corpus compatitur, non in ægritudine, sed in Amentiâ. In spiritu enim vitæ ratio habitat, quæ ob id destruitur, ac tamdiu syncopisat, donec spuma seu ebullitio defernescat & consumatur. Iactatio verò, & succussatio tremórque & spuma indè emergunt, quòd nimirùm membra omnia spasmo conuellantur, eorúmque vita affligatur: quâ causâ & ipsa necessariò compatiuntur, &c.

2. Ebullitio spiritus vitæ.

Epilepsia & terræ motus eadem causa.

Spiritus vitę tedes rationis.

Quintuplex autem huius morbi differentia intelligenda est. Alia enim Epilepsia est *Cephalica*, cuius causa est, ebullitio spiritus vitæ in solo capite facta. Hæc ergò dum in cerebro corruptionem ac spumam suscitat, tunc rationis domicilio obsesso sensus ac intellectus intercipitur, & membra deindè continuationis respectu vniuersa læduntur, quia ipsius hominis radix afficitur. Et hoc casu simile quid fit terræmotui isti, quo vnica saltem regio, non omnis orbis quatitur. Nam & hic in solo cerebro morbus consistit, omnia proxima infestans, sicut à terræ motu quoque vicina omnia contremiscunt. Sic quæ ebullitio ac effusio in hepate contingit, ea spiritum vitæ in hepate contaminat: & priusquam sentiatur, iam cerebrum confestim ac corpus omne occupauit, tantâ velocitate, quâ ventus raptim per vniuersa fertur & concitatur. Et sicut, si Tartarus in aquam fortem incidit mole etiam minimâ, ebullitionem validam continuò suscitat: ita velox etiam & feruidus ipse vitæ spiritus est. Epilepsia cardiaca fit, cùm spiritus vitæ in capsulâ cordis ebullit, & tamen venenare non potest (sicut nec terræmotus infœcunditatem patit) nisi fors fiat, vt per tremorem & succussationem membrorum superiorum quæ iam dissolutio inducatur. Ex istiusmodi enim dissolutione mors consequi potest, sicut domus etiam corruit à terræmotus non veneno, sed incitatione & concussione. Idem eodem modo etiam intelligendum est de ea, quæ in intestinis suam originem sumit. Hic enim morbus suam ibi radicem, ex qua producitur, habet, sicut herba à semine emergit, cadit, & iterum enascitur. Similis in spiritu quoque vitæ radix est, quæ plantam talem producit, ex qua istiusmodi morbi oriuntur. Istius autem radicis situs vbinis in toto corpore esse potest: in capite, & sic in capite oritur morbus: in hepate, & oritur ibi: in capsulâ cordis, & illic surgit. Sic pariter etiam de ventre intelligi debet, quòd radix illa quandoque in intestinis aut locis finitimis iaceat, prout hîc vel illîc feritur. Nam quòcunque feritur, ibi manet ac defigitur, nec locum mutat, aut latiùs serpit, quia plures radices vnà non spargit. Eadem radix similiter in membra, velut Manus pedésque nonnunquam defigitur, in quibus etiam locis paroxysmi initium plerunque deprehenditur, qui indè surgens per vniuersum corpus cum spiritu vitæ diffunditur. Fit etiam, vt radix nullo certo loco figatur, quod per se substantialis adeò ac materialis non sit, vt alicubi fixa manensque esse queat, sed distribuitur per vniuersum corpus, & desubito in rationem posteà irruit.

Epilepsia quintuplex. Cephalica, qui fiat.

Hepatica epilepsia rapidissime cerebrũ inuadit.

Cardiaca Epil. vt fiat.

Intestinalis Epil. vt fiat.

Mẽbrotum Ep. vt fiat scilicet Manuũ pedũq; Epilepsia corporis erratica qualis.

Cæterùm cùm hactenus de causis ac sedibus, ex quibus Epilepsia emergat, disseruerimus: iam porrò de spiritu quoque vitæ aliquid dicamus, qua ratione ille inficiatur ita, vt paroxysmus iam insultet, iam sentiatur minùs, quiquè fiat, vt extra paroxysmum ægritudo nulla incumbat. Huiusmodi autem caduci morbi in vtero materno, concipiuntur, vbi radix eorum fœtibus inseritur & implantatur, quæ posteà cum his in lucem editis augescit, hac ratione. Ex imbecillitate spermatis, ac praua victus ratione aut diæta inordinata, spiritus vitæ in fœtu, prout esse debet, minimè perfectus & robustus producitur: & sic à parentum mala constitutione spiritus vitę etiam in fœtu contaminatur & inficitur. Ab hac inusta, si spiritus vitæ in fœtu perfectus est: tunc alienum & disconueniens à se expellit. Et licèt id ex corpore quidem exturbare omninò non possit, continenter tamen à se tamdiu id exigit & propellit, dùm vniuersum in locum vnum cogatur & colligatur, qui dispositioni & virtuti expulsiuæ omniũ maximè commodus visus est. Quòcunque ergò loci id deponitur, ibi radicem suam figit. Quòd autem morbus iste non è vestigio ac continuò sese prodat, hæc causa est, quia scilicet radix ipsa vel nondum valida, vel magna satis est, vt in continenti suam virulentiam exerere possit: sed nonnunquam eòusque durat & inualescit, vt vix 70. demum anno cognoscatur: ad quod tamen impedimentum causæ aliæ multæ concurrere possunt, vt robur corporis, ac vegeta valetudo, bona & salubris diæta, & si

Epilepsia est hereditaria aut quomodo.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 606 sur 913

Epilepsia ex terrore

quæ huius generis alia sunt ab homine vsurpata. Quòd si aliquando videmus epilepticos cadere ex terrore & trepidatione: tunc huius affectionis terror ipse causa minimè est, sed radix huius mali iam anteà in corpore implantata latebat, quam terror postea, qui spiritum vitæ lædit, & ebullire facit, accendit quasi & in actum producit. Idem paroxysmus à gaudio quoque concitari potest per mutationem spiritus vitæ, qui eò inclinabat. Sic per accidentia alia quoque idem fieri potest.

Epilepsia cur non cõtinenter affligat.

Quòd autem paroxysmus non continuè duret, sed interpolatè redeat: id fit ratione diuersitatis influentiæ, quæ spiritus vitæ aut turbandi, aut labefactandi aut minuendi, augendíue vim ac potestatem habet. Deindè paroxysmus interdum etiam stimulatur à solo vitæ spiritu, hoc modo: si radix erumpit & quasi pullulat, paroxysmum ciet, qui citò residit. Postea, quàm primùm iterum ebullit exundátque, paroxysmum alium commouet: non secus, ac pluuia iam incumbit, iam cessat, iam reciprocat, & iterum desinit. Simile enim quid etiam spiritui vitæ accidit, qui iam pluit, iam serenus est, & has vices, subindè euariat, prout hoc vel illo modo disponitur. Sed quæ de hoc morbo plura tradi ac intelligi debent, ea ad secundam Methodum de Curâ reiicimus, vbi docebimus, impossibile esse, ex radice hunc morbum curare aut euellere: fieri tamen posse, vt retundatur, & radicis incrementum cohibeatur, non secus ac arbor detruncatur, radicibus in terra illæsis relictis secundum materiam scilicèt, non tamen naturam suam, sicut clarius demonstrabitur.

CAP. II.

DE MANIA.

Mania est priuatio rationis, nõ imaginationis.

DE Maniâ ita statuendum est, quòd solius Rationis, non etiam sensuum ea alteratio seu mutatio sit. Sicut enim Ratio in istis ægris planè nihili est: ita vicissim imaginatio fortis ac obstinata persistit. Nam Mania insultat fermè semper cum insaniâ & concitatis furiis, cum inquietudine plurimâ, cum præposterâ omni machinatione, & rerum obuiarum euersione: & ex hoc illa dignoscitur præcipuè, quòd sponte suâ tandem remittat, ægríque pacatiores euadant, & ad intellectum è postlimino redeant. Quanquàm & hoc fiat, vt Mania sæpius cùm receda: tùm redeat. Nonnunquam, quæ semel abscessit, denuò non reuertitur. Quædam pro Lunę constitutione mouetur: aliqua pro accidentium externorum vi regitur.

Maniæ differẽtia.

Maniæ genera duo.

Sic & Maniæ genus duplex est; vnum, quod corpori sano superuenit: alterum, quod ex morbis prioribus aliis suscitatur. Vnde causas quoque duplices esse oportet, Maniam efficientes: vnam corporis sani, alteram morbosi: vtriusque autem vna est accensio, eadem materia, ratione scilicet tali. Materia Maniæ est humor destillatus in cerebrum, qui surgit & attollitur miscetúrque infra Diaphragma, ex parte vnâ: ex parte alterâ supra Diaphragma, intra regionem Diaphragmatis & gutturis. Nam & hîc peculiaris commixtio, & ex hâc demum destillatio quædam sursum in caput fit. Sic ergò interiùs in corpore destillatio duplex contingit, quæ vtraque Maniam concitare potest. Porrò similiter in 4. externis etiam membris destillationes fieri queunt, pro ductuum pororumq; meta sursum in sublime concitatæ. Sic ergò ex solis his tribus locis Maniæ oriuntur. Deinceps verò etiam Maniæ differentiæ cognoscendæ sunt. Vnicuilibet enim destillationi sua seorsim natura ac proprietas adiacet, & ob id vna alterâ peior & damnosior existit. Nam quæ Mania à destillatione infra diaphragma factâ oritur, ea cum expresso delirio & desipientiâ erumpit, ægríque illicò deiiciuntur, nauseâ tentantur & vomitione, concurrente simul diarrhœâ aliquâ ac intra seipsos murmurant, & varia alienáque loquuntur, nec astantium rationem habentes, aut notitiam; nec etiam loci, in quo versantur. Horum symptomatum causa est, quòd scilicet inferior destillatio ex stercoribus fiat, quorum resolutio & sublimatio prędicta signa exhibet. Quæ supra diaphragma Mania fit, ea sæua est, violentis cordis & pectoris compressionibus stipata, & punctionibus diris periculosa. Quorum omnium ea causa existit, quòd in hâc quoque sede materia resoluatur, ac in sublime erumpat: vnde compressio eo potissimum loco senritur, vbi materiæ assensus fit. Quæ verò destillatio è membris externis surgit, ea cum gaudio quodam & exultatione ac alacritate feroci re facit. Interiora enim membra nihil sentiunt, nec nisi rebus lætis ac iucundis afficiuntur, comitante tamen nihilominus maniâ frequenti. Cætera signa, quibus hæc mania dignosci queat, hîc describi ac recensęri nihil attinet.

Mania ex tribus locis oritur.

Mania infra diaphragma fi. gna.

Causa.

Manię supra diaphragma signa.

Manię membrorum signa.

Iam vero Maniæ generationes seu eleuationes duplices existunt: vna quæ in caput sustillatur vaporis fumíue specie. Hæc Mania durat tamdiu, quandiu vapor durat. Altera sublimatur hoc à destillatione discrimine, quòd in capite congeletur, & coagulata maneat, nec in capite resoluatur. Quâ de causâ duæ, in Curâ, Manię considerandæ sunt: vna consumenda, vtpote quæ ex distillatione oritur: altera resoluenda & consumenda, quæ à sublimatione generatur. Et licèt hîc quidem duæ eleuationes Maniæ in caput fiant: vtræque tamen ex fundamento vno dimanant, si triplicem illam distinctionem consideres.

Maniæ duplex cura.

Porrò cùm diuisio Maniæ triplex sit: vno modo viâque illæ minimè fiunt. Quędam enim destillationes & sublimationes existunt in solo sanguine venarum membrorum exteriorum: aliæ in solis ligamentis eorum. Maniæ itaque in membris exterioribus duo genera noscenda sunt, sanguinis & ligamentorum. Fieri enim potest, vt, etsi Mania quidem ex membris exterioribus oriatur, non tamen in toto membro sit, sed vel tantùm in sanguine, vel tantùm in ligamentis. Nam per hoc vnicum sursum destillatur vel ad venas, vel ad ligamenta. Quanquam destillatio quoque nonnunquam ad cor primò, posteà ad caput feratur, demum iuxta vias venarum & arteriarũ. Destillationes enim ac sublimationes primum ad suum principium diuertunt, & hinc tandem in sublime, concitantur. Sic Mania supra diaphragma nonnunquam suscitatur à solo stomacho, phlegma

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 607 sur 913

nonnunquam ſuſcitatur à ſolo ſtomacho phlegma ſurum aut materiam aliam contentam ſoluente; & hâc demum in cerebrum irrepante ſimilis deſtillatio aut ſublimatio æquâ ratione etiam in hepate, aut pulmonibus fieri poteſt. Ita etiam circa inteſtina ac renes, &c. ſua diuerſitas accidit, quod deſtillationes ac ſublimationes aliæ oriantur ex ſtercoribus, aliæ ex ſpiritu vrinæ, aliæ ex phlegmate inteſtinorum, aut ſi quæ alia in his contineri ſolent: quorum vnumquodlibet per ſe Maniam mouere poteſt. Hâc ergò ratione Maniæ plures ſuſcitari poſſunt, omnes tamen tribus commemoratis metis comprehenſæ. Cæterùm iam deinceps etiam recenſebimus, quidnam id ſit, ex quo Mania oritur, & quomodò reſolui queat, & ad deſtillationem ac ſublimationem aptari, & vbi gignatur. *Calor* immoderatus vehemens, ac magnus duplex exiſtit. *Ignis* nimirum, & putridus ſeu putrefactiuus. Caloris autem iſtius hæc cauſa exiſtit. Quando materia loci illius, ex quo Mania ſurgit, reuerberatur in calcem, quæ poſtmodùm in aquam longè acerrimam reſoluitur: tunc acerrima illa reſolutio humorem vitæ accendit. Quòuſque verò illum contingit, eòuſque ſeparatio fit ſubtilis à craſſo. In hâc autem materiâ ſubtilitas tam acris eſt, vt in fundo ne quicquam maneat, ſed ad ſumma quæque euoleat, & craſſum in fundo relinquat. Et Reuerberatio iſta à magno calore fit, qui in locis illis oritur, & ibi inflammatur, eòuſque, donec tanta ſubtilitas emergat. Iam verò vt varia eſt huiuſmodi Reuerberatio, ita varia eſt huiuſmodi Reuerberatio, ita varia quoque eſt Reſolutio. Alia enim eſt in ſanguine: alia in ligamentis: alia in locis aliis, de quibus diximus. Reſolutio autem in ſanguine ita contingit, quando ſcilicet ſpiritus ſalis, qui in ſanguine eſt, cum ſpiritu vitæ in vnum permiſcetur. Quamprimùm ergò deſtillati humores, qui per inferiorum membrorum calorem ſublimantur, ſubtilitate ſuâ & acrimonia cellas cerebri fetiunt, iam illicò Mania exoritur. Si ergò in ſolo ſanguine ſit; tunc, ſi vera & recta vena ſecetur, ſpiritus ille deſtillatus egreditur & exſpirat: ſi verò in ſanguine non ſit deſtillatus, ſed totum caput occupet, tunc phlebotomia minimè prodeſt, ſicut in curâ tradetur. Eodem modo per apertionem manuum pedúmque digitorum Mania interdum tollitur, quia per illam quoddam quaſi refrigerium ac aër introducitur materiæ in ſeipsâ futuram calefactionem impediens, & hoc pacto aſſcenſum illius prohibens. Quòd ſi autem nec ſemper quidem, nec perfectè id iuuet: id hac de cauſâ fit, quia materia ſufficienter non refrigerata eſt, aut deſtillatio ſatis adempta. Si verò Mania iſtiuſmodi in venis lateat, apertio iſtiuſmodi non iuuat, quia ante omnia centrum inquirendum, & ibi inprimis auertendum eſt, ſicut in cura tradetur. Fit etiam, vt materia Maniæ interdum ſublimetur, & in capite coaguletur. Vnde expromptæ ac expeditæ ſublimationis putrefactione aut vermes in capite naſcuntur: aut apoſtemata, propter congelationem nimis duram: aut pus; quod, dum per caput omne diffunditur, roſiones punctionéſque capitis cum acribus doloribus gignuntur. Interdum etiam huiuſmodi reſolutiones in capite iterum conſumuntur vſque ad exiguam guttulam ſuperſtitem, ex quâ deindè ſolâ, ſi in loco periculoſo iaceat, Mania quædam emergit. Quando autem materia minimè reſoluitur, ſed coagulata remanet, tunc vritac rodit, inſtar filis in vulnere; vnde ratio quoque eliditur & perit. Vt verbo dicam, vix ſatis locus originis Maniæ indagari ac explorari poteſt, ſicut nos hîc in genere indicamus. Ita in ſolo interdum ſtomacho ſublimatio principium ſumit, nec ſemper in toto, verùm interdum in eius quoque parte aliqua minima. Nihilominùs tamen, ſi vniuerſo ſtomacho præbeatur ac miniſtretur Medicina, quicquid mali vſpiam hæret, tollitur: id quod in venis tamen ſimiliter minimè fieri, hîc probè attendi debet. Nam ſublimatio in vena interdum vna eaque ſola, interdum in pluribus, nonnunquam in omnibus ſimul fieri poteſt. Idem iudicium etiam de ligamentis eſt. Veruntamen, ſi malum in hepate, pulmone, aut ſplene conſiſtat: tunc horum membrorum quoduis cura idonea tractatur integrum. Hîc notandum nobis etiam eſt, quod complexiones 4. exiſtant, ex quibus ſingulis Maniam concitari poſſe veteres quidam putarunt, nos tamen nondum aſſequimur, vt pura Melancholiam Maniæ cauſam eſſe. Si enim Melancholia in cauſa eſſet, tunc pars Melancholica tantùm pateretur. Similiter etiam fieret, ſi aut ſola cholera, aut ſanguis aut phlegma tantùm in cauſa eſſet. Ideóque veterum illa ſententia vera minimè eſt. Nam cùm Maniæ ex tribus omninò corporis partibus ſuſcitentur: ex complexione certè vnica generari minimè poterunt. Nec enim ſecundum complexiones diſtribuuntur. Porrò ſi Maniæ ex complexionibus, vt ipſi volunt, oriantur: tunc nulla vel deſtillatio vel ſublimatio à membris exterioribus in caput fieri poſſet. Nullius etenim complexionis ea diſpoſitio eſt, vt ad ſubtilitatem tantam reduci queat, à qua caput ad delirium agatur. Tandem, Mania quoque primò oritur ex membris nonnullis, quæ à complexione nulla gubernantur. Quod ſi verum eſt, ex complexionibus Maniam generari falſum erit, ſicut de complexionibus dicemus. Poteſt tamen interim ex ſolo aliquo loco, in quo Melancholia habitat ac dominatur, velut ſplene, Mania quædam oriri, ſed non ratione Melancholiæ verùm ratione ſpiritus vitæ, qui eo modo, quo diximus, à Melancholia ſe ſeparat, & aſſcendit in ſublime. Vnde liquet, Maniam à ſolo ſpiritu vitæ concitari, per deſtillationem & ſublimationem, in caput, vt dictum eſt, ſurſum aſſcendente. Idem iudicium etiam de Mania eſt, à felle genita, nec tamen ex cholera in illo contenta: & ſic deinceps. Concludimus ergò, quòd omnes ſpiritus vitæ ac materiæ, ex quibus Mania oritur, vnius omninò naturæ, qualitatis, complexionis eſſentiæ &c. exiſtant, nec vna calida, altera frigida, hæc humida, illa ſicca ſit, ſed quòd vna omnium æqualitas ſit, & Mania non aliter generetur, quàm quòd materia adeò ſubtilis & acris ſit, vt cerebrum

Calor duplex.

Reuerberatio materiæ qualis fiat in Mania.

Medic. reprehenſio.

Mania cur non ex humoribus.

Phlebotomia cur Mania interdū curet.

Mania à ſolo ſpir. vitæ.

Vermes, Apoſtemata aut pus ex mala materia.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 608 sur 913

obumbret, & hoc modo cellas rationis intercipiat. Hac etiam ratione Maniacus fit homo. Porrò autem de Maniæ quoque tempore, & Maniacorum moribus seu gestibus, ex quibus concludi posset, morbum istum ex influentiâ aut qualitatibus nasci, quòd tamen minimè fit, notandum & dicendum aliquid est. Hoc enim fieri quidem potest, vt cum influentiâ morbus augescat aut minuatur: interim tamen augere & minuere in influentiæ potestate situm non est. Nam de influentiis humanis tradimus, putum esse mendacium, quòd influentiæ corpus nostrum moderentur ac gubernent, corporaliter scilicet ac materialiter: sed hoc vniuersum facit influentia nobis insita & congenita. Itaque & de Maniâ ponimus, eam ex influentiâ humanâ, quæ non minùs in nobis quàm corporibus superioribus viget, produci. Gestuum verò ac morum indicium non à qualitatibus emergit, etsi à qualitatibus illi omninò concitari putentur. Non enim, si quis Maniacus obmurmuret, ob id Melancholicus dicendus est: nec qui verberare & percutere satagit, cholericus statuendus: sed mores ac gestus ex causâ aliâ promanant. Si enim Melancholicus quis, qui ab ipsâ naturâ naturalis Melancholicus exiſtit, Maniacus euadat, tunc materia Maniaca antiquos ac priſtinos mores ritúsque eius, quos aliàs exercere solitus est, incendit ac exstimulat, vt ad illos similiter æger redeat: Quod idem in aliis quoque eodem modo contingit. Est enim Mania abditorum morum ac proprietatum, quas homines antè de industriâ occultabant dissimulabántq; certa quædam promptrix & ostentatrix. Tum & Mania nonnulla est, quæ non ipsam naturam homini familiarem exhibet, sed alios potiùs, eíque contrarios ac aduersos mores elicit. Ideò attende, quî sese prodat; cùm frequenter accidat, vt complexio hominis contra Maniam sit, eámque expellere nitatur. Quod si fit, ibi naturales quoque hominis qualitates produntur, non autem ipsius morbi. Ex quibus omnibus conficitur ac demonstratur, quòd Mania non ex qualitatibus oriatur, sed tantùm ipsam naturam, prout essentialiter se habet, indicet, sicut in principio de iis generibus diximus, quæ aut ex stercoribus, aut spiritu vrinæ ac similibus aliis producuntur: non quasi illæ ex Melancholiâ oriantur, sed quòd stercora & vrinæ proprietatem quandam Melancholiæ similem habeant, cuius tamen ne quidem tantillum participant. Cæterùm quòd ad illa, de quibus in principio diximus, tria puncta attinet, & si quæ alia ad Maniam intelligendam requiruntur: ea in methodo secundâ sub curâ Maniæ clariùs expressa inuenies.

Causa Maniæ verissimaque.

Influentia nihil habet in corpus.

Influentia humana Maniæ causa.

Mania interdũ mores etiam naturæ contrarios exhibet.

CAP. III.

De Morbo seu Cholera S. Viti, & similibus.

HOc capite minimè adstipulabimur iis, qui asserunt, Diuos morbos peculiares immittere, & secundum illos sua morbis nomina indenda esse. Quin & hunc morbum pœnam fatalem esse, ex sacrâ scripturâ minimè liquet, cum tamen multi nescio quæ Theologica de hac re altè declamitent, ipsúmque morbum plùs Deo, quàm naturæ adscribant ac imputent. Istiusmodi enim nugamenta admodum detestor equidem, quæ non nisi opinionem temerariam (quæ res homine ipso indigna, adeóque ipsi etiam Deo exosa exiſtit) sectantur & magistram agnoscunt. Nomen ipsum ergò, quod à Diuo sumptum hactenus de morbo attestatur, temerè non mutabimus. Interim tamen morbus iste, propter causas deinceps dicendas, rectiùs Chorea lasciua appellabitur. Interim Sophistarum incongrua blateramenta explodamus, qui de Deo multa garriunt, quem non nouerunt, & à cuius præscripto tramite, ad cognitionem eius ducente, passim exorbitant. Causa ergò choreæ lasciuæ æstimatio tantùm ac præconcepta imaginatio exiſtit, quæ operatur in eo, qui se talem censet & iudicat, sibíque adeò ipsi huiusmodi quædam imaginatur. Huiusmodi æstimatio ac imaginatio sola præsentis morbi seu choreæ principium ac causa est. Et quanquàm affectus similis sortim in iis etiam hominibus deprehendatur, in quibus æstimatio ac imaginatio nedum viget, sicut in infantibus & nonnullis adultis; tamen & in infantibus affectus causa imaginatio exiſtit, non quidem secundum intellectum, verùm per auditum mota. Nam & propter auditum & visum eis talia accidunt hoc modo. Visus ac auditus infantis adeò fortis est, vt is vel ignorans phantasia & imaginatione exerceatur rerum visarum & auditarum. Sub istâ autem phantasiâ ratio infantis adimitur & permutatur ea specie, quam obiectum illi exhibuit. Eodem modo & in adultis, qui ipsius choreæ operis seu exercitij nulla imaginatione tenentur quidem, ea tamen fieri vel vident, vel audiunt, ipsorum visio & auditus rationem euincunt & superant. Quòd autem choreæ ac saltationes homines illos lacessant, quibus nec per visum nec auditum species talis exhibetur, sed extra omnem occasionem exultatio istiusmodi incidit: causa in *venis risiuis* posita est, quæ à spiritu subtili titillatæ, ad choream talem ac subsultum exstimulant. Iam porrò huiusce morbi choreæ, causæ duæ sunt: vna *Naturalis* ex venis risiuis: altera *Accidentalis*, ex obiectis imaginatiuis. Principium ergò à causa choreæ talis est. In quolibet homine *venæ risiuæ* conditæ sunt: quæ si tundantur & depleantur, risus adeò pertinax hominem corripit, vt illum supprimere non queat priùs, quàm sanguis cohibeatur. Et si sanguis non sistatur, risus ad mortem durat. Et venę illæ istius morbi causa tali modo exiſtunt. Etsi quidem illæ non saucientur, sed integræ maneant: spiritus tamen intus existens, à quo vitam habent ac sustentantur, si alteretur ac mutetur ita, vt ordinem motúmque suum transgrediatur, salit quasi ac subsultat, ipséque sanguis tripudiat. Tripudium istud, primò titillatio, posteà risus sequitur: ex quo tandem fit, vt spiritus in venis subindè magis magísque moueatur, & titillatio continuò intendatur. Venæ enim in locis lasciuis & titillabundis sitæ sunt, adeóq; ex intimæ naturę proprietate ad risum dispositę & procliues sunt. Si quis verò causâ quęrat, cur spiritus vitę corrumpatur

Chorea lasciua est morbus S. Viti.

Choreæ lasciuæ quid.

Infantes qui chorea corripiatur.

Venę risiuę choreæ causa.

Choreæ causa duplex.

Venæ risiuæ fectæ, cachinnũ perpetuũ inferunt.

Risus à venis cut & qui.

Spir. vitę vt corrũpatur.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 609 sur 913

corrumpatur & dissoluatur, cum vsque adeò subtilis, atque venarum istarum vita ipsa sit, & ob id res naturaliter capi non facilè possit: is ad hæc animum propiùs acclinet. Sicut vinũ ardens, aliquo vase inclusum & obturatum, in seipso, in loco calido, positum, temporis progressu subindè magis magísque acuitur, subtiliatur, ac leue fit: ita de spiritu vitæ quoque in venis constituto similiter intelligendum est, quòd per calorem naturalem subtilietur subindè & acuatur, donec incendium sanguinem inuadat, cuius qualitatem deindè sanguis assciscit, sicut vinum simplex cum destillato seu ardente permixtum naturam & essentiam suam permutat pristinam. Sed porrò de causâ spiritus vitæ istarum venarum diligenter considerandum est, quidnam sit illud, quod istum spiritum adeò lædat, aut ad id disponat, vt ad subtilitatem ac acrimoniam tantam deducatur. Nec enim id ex suâ ipsius naturâ ac proprietate innatâ sortitus est. Causa ergò subtilians ipsum, ac sanguinem ad hunc morbum ducens, hæc est. In sanguine sal seu salsitas quædam est, quæ ab intimâ naturâ dispositionem habet incidendi vel in aciditatem, vel acrimoniam, vel amaritudinem, vel dulcedinem, prout se accidentia cætera habent. Quicquid enim in corpore materiale ac corporeum est, id ad permutationem aptum & procliue existit, non secus ac lignum aut putrescere, aut in cineres redigi, aut carbo fieri potest, cùm per se tùm per accidens. Idem de sale etiam intelligi debet, quod alteratum & mutatum spiritum vitæ furiosum & flammeum reddit: non quidem, quòd is ipse lædatur, siquidem corpus non habet, vnde nec lædi potest, sed quòd inidoneo & præternaturali hospitio versetur, quod planè auersetur is & ægrè ferat. Sicut enim Camphora in impurum locum posita, non manet; & salpetræ in igne contrarium non patitur: sic hîc quoque idem æquè intelligi debet.

Quæ autem chorea ab hoc titillatu non producitur, ea alia & diuersa est; cuius causa in visu aut auditu posita, generationem talem habet. Omne gaudium in homine suscitatum, primũ principium à corde desumit. Iam verò visus ac auditus res est, ad cor penetrans. Ita enim, si fistula canentem audio, & à naturâ fistulæ cantu afficior, iam in ipso corde oblectationem & gaudium sentio capióque. Hoc gaudium duplex est: Nam simul voluptatem meã, ad quam propendeo, meditor: & præterea sensus meus ad imaginationem, prout ante me video, dirigitur ac coërcetur. Iam dum pro meâ naturâ fistulę cantum imprimo, ac satiendę voluptatis desiderium capio, oblectatio quædam emergit, quâ gaudium in corde superat & prœualet, & sicut illud concipio, ita in me quoque imprimitur, omnésque qualitates ac naturæ cæteræ extra me aguntur, vt succumbant, & amplius operationem nullam habeãt. Ad quæ deinceps priuatio sensuum, non ipsius rationis sequitur; vis tamen ac potestas rationis retunditur, ita, vt pro imaginatione meâ conceptâ, aut reante me visâ, agam, ac contempta ratione imaginationis impetum sequar aut æmuler. Mea enim consensio istius morbi causa sit. Et hoc quidem naturaliter fit, vt consensio, quam homo cum ardenti voto aut desiderio valido firmat, secundum imaginationem conceptam perficiatur, sicut fusiùs & diluciduis de imaginationibus trademus. Ideò hinc causa euidens ac manifesta est, cur meretrices & homines nequam, qui testudinis & citharæ, aliorúmue instrumentorum modulis impensiùs oblectantur, ægrè indè amoueantur, sed plenis illecebris efferri sese ingurgitent quasi, ac æstimatione imaginationeue solidâ abrepti illis inhient, & hoc modo in morbum quasi coniecti, idem gaudium, eundem stridorem, clamorémue, aut cantum, saltúmue, aut quicquid huiusmodi exercuerunt, continuent & instanter vrgeant. Et hæc meretricum chorea quidẽ, de quâ loquimur, naturalis minimè est, ita, vt à naturâ ipsâ ceu causâ moueatur, sicut in principio de venis risuis diximus: sed accidens quoddam est ac consequens, ex lasciuiâ turpi, sceleratáque viuendi libidine, vbi ratio omnis ac sensus exulat, concitatum: Quâ etiam de causâ sese adeò effrenes, insanos ac brutos præstant. Interim plures sunt, qui fœdam illam & inhumanam vitam nec agunt, nec meditantur ita, vt ea singulariter ac intimè oblectentur, sed potiùs ex fortuito casu aut inconsulto saltant. Et hos instigant ac stimulant venæ risiuæ, eo omninò modo, quo diximus. Porrò, chorea alia (sicut nostrâ id testari experientiâ possumus) cum risu solo est, à quo vociferatio, clamórque & saltitatio abest: alia cum risu & progressione, ita, vt sedere minimè possint, sed simul ire, & ridere cogantur. Hæc ipsa quoque ex commemoratis causis, nempe ex venis ridentibus oritur: hoc tamen discrimine, quòd spiritus non admodùm mutatus, aut sanguis non omnis mutatus sit, ita vt paroxysmus iam fiat leuiter, iam iterum remittat. Sed & hoc animo repetendum est, gaudia varia omninò ex corde erumpere, hâc ratione. Cor si spiritum salsum sentit, ab eo ad risum stimulari potest, non secus ac si spiritus vitæ risiuæ venæ cor validissimè pulset & feriat. A salso enim spiritu cor lætitiâ affici potest, sicut à splene cor mœrore inuri solet. Nam vna vtriusque ratio est. Vbi præterea hoc quoque contingit, ac fieri potest, vt gaudium istud à spiritu vitæ motum, sursum in caput euehatur, ac id obsessum occupatúmque pro suo modo regat ac cogat. Hi autẽ nulla violenta saltationis necessitate impelluntur: sed ad quemcunque ducuntur aut adhibentur, ad ea parati ac expediti sunt, interim nec sensibus, nec ratione, vt par est, instructi aut pollentes. Cæteri verò saltatores, per sui morbi vim ad saltandum, clamandúmque & vociferandum irrefragabiliter compelluntur, gestibus iis omnibus ridiculi. Hoc ergò modo intelligi debet causa, à quâ instigantur ad saltum, tripudiúmque, & quæ his sunt alia similia, velut paulò antè de æstimatione & imaginatione recensuimus. Causa verò venarum risiuarum omninò naturalis est. Illæ enim hanc in seipsis proprietatem habent, non secus, ac, si quis in lateribus aut locis aliis titillabundis fricetur pungatúrue, & titillatus à proprietate peculiari aut subsilire aut ridere cogatur. Nam eodem modo etiam in venis titillatio fit, vt quæ risus ac subsultus

Choreę meretricũ quales

Variæ choreę formę & vndę

Salsus spiritus auctor risus.

Venarũ risiuarũ causa naturalis.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 610 sur 913

in se mul ò plùs contineant. In illis enim vita incenditur, quæ tantopere quatit & motitat. Interim & hæc morbosa chorea rationis abalienatio est, quia scilicet gaudium prędominatur, & cæteras omnes qualitates eliminat: non quòd ipsam etiam memoriam inficiat aut aboleat, sed quòd eandem tantùm reprimat, ac cogat, vt præ morbi obstaculo erumpere aut emicare non valeat. Cęterùm quod tempus attinet, cur alternatim insiliat, ac interdum longius, nonnunquam breuius duret: id ex solâ multitudine materiæ & dispositionis fit. Prout enim illa magis minúsue intenditur, ita vel breuius vel longius durat. Cæterùm hîc iam huic choreæ morbo colophonem imponemus, nec ipsam Deorum potestatem contemptui ducemus, quibus plena & integra potestas est, lasciuis ac efferis hominibus hanc pœnam morbi immittendi. Quòd verò per hoc ipsa naturalis morbi causa & origo tollatur, nihil est. Ex dispositione enim ipsius naturæ hic morbus omninò suscitari potest, sicut in *De plagâ Dei* huiusmodi morborum plurium mentionem faciemus. Cætera quæ huc spectare videntur, pleniùs in capitulo de curâ Choreæ lasciuæ tradentur & explicabuntur.

CAP. IV.

De Origine suffocationis intellectus.

Suffocatio intellectus est triplex.

SVnt autem & aliæ rationis priuationes, ex morbis naturalibus factæ, per quos rationis sensus profligatur. Sunt autem huiusmodi suffocationes tres: vna, tentat eos tantùm, qui in intestinis lumbricos habent: altera solis fœminis oboritur ex matrice: tertia vtrinque accidit, tam à stando, quàm sedendo & ab immoderato cibo potúque. His annumeratur quarta, quę in somno tantùm incumbit, & cum somno iterum desinit. Harum duplex omninò ratio existit: altera enim cum præsensione & præcognitione aliquâ est, quâ laborans incumbens malum intra sese sentit noscitque: alia cum ignoratione impetit, ita vt æger tum affligatur tum restituatur citra omnẽ sensum & cognitionem. De illâ autem, quàm de hac, cognitio multò certior & tutior sumi potest: quia sæpè fit, vt hi vita exuantur citra omnem rationem & cognitionem: non quòd ratio ipsa huiusmodi mortem inducat, sed quòd morbus, qui rationem profligat, ipsam quoque vitam similiter elidat; sicut in iis, qui vermes habent cum paroxysmo ipsa quandoque etiam mors incumbere solet, prout in *De vermibus* traditur. Sic & fœminis ex compressione matricis vita interdum detruncatur. Nonnunquam etiam à stando & sedendo mors ingruit: ideò, quòd cordis aër vel spiritus supprimitur, sicut nostra De *Interitu Mortis* commentaria docent. In hisce morbis multa alia sunt signa prognostica boni, maliue, vitæ aut mortis. Interdum enim epilepticorum instar cadunt, & ad exemplum horum etiam conuelluntur, vt ex multorum symptomatum similitudine epilepticis æquiparentur. Quanquã eadem etiam rationis suffocatio non semper cum tanto signorum terrore incidat: sed quãdoque cum placido somno casuque sese prodat veluti deinceps dicemus: interdum etiam cũ aliquo rationis superstitis indicio corripiat. Huiusmodi enim suffocationes plures sunt, & aliæ subindè nouis insuetisque signis stipatæ emergere queunt. Sic enim exempli causa, à vermibus, non vno modo, sed variè nascentibus, & in locis diuersis stabulantibus, varii paroxysmi, iisque sæuiores haud difficulter cõcitari possunt. Quod ipsum de aliis quoque simili iudicio verum censendum est. Suffocatio autem talis in homine è duobus præcipuè locis oritur: è medio corpore, & è ventre. Præterea tertia quoque in solo capite consistit, sed non ex ipsâ naturâ, verum ex accidente, vt ex percussione, vulnere, quæ illius causæ sunt, eamque concitant, vt declarabitur.

Suffocationis duo sese citabula.

Suff. intellectus vel est cũ sẽsu, vel sine.

Signa huius morbi.

Suffocatio intell. fit duob. modis.

Primùm autem à nobis intelligendum est, quænam ac qualis suffocationis generatio sit. Huius modus duplex est. Vnus fit per fumum, qui à paroxysmo cephalalgiæ remanet, cuius reliquiæ vim capitis sensitiuam destruxerunt. Alter generatur per diuersionem & subtractionem aëris ad cor tendentis. Et qui hoc modo afficiuntur, dolores sentiunt circa pręcordia, iuxta regionem cordis. Fumi autem origo ex stomacho est, materiam quandam continente, ex quâ vermes aut nascuntur, aut enati sunt. Materia illa ac vermes, si quando à stercoribus separentur, aut putrescant; aut si vermes alii alios deuorent, aut materiam, cuius magna copia plerumque est, hi in stomacho moueant ac agitent: tunc ex loco illo fumus quidam sursum ad caput fertur, qui cerebrum ac venas soporiferas obumbrat ita, vt homines cum oppressione rationis in somnum coniiciantur, cũ stertore euidenti & insomniis inquietis, terriculosisque ac validis oppressionibus coniunctum. Quilibet enim *intellectus* per viam læsi somni aboleri potest, sicut de somno tradimus. Ista enim affectio seu læsio ipsum quoque cerebrum lædit, vnde soporosa & torpida sensatio euadit. Et hæc ita vniuersim intelligenda sunt de vermibus, quæ vel in ipso stomacho vel eius orificio hærent. Ventris verò vermes, in intestinis habitant. Hi non eo modo, quo de stomachalibus diximus, caput pertentant, sed paroxysmos suos cient sine fumis ac vaporibus caput obsidentibus. Generatio autem eius talis est. Ipsorum nempe exspiratio fumúsque sursum ad caput efferri non potest, idque de causis plurimis. Idem tamen vapor exspiratione & effumatione suâ confinia cordis percellit, adeò, vt aër simul ac nutrimenta ad cor commeantia, inficiantur & contaminentur. His porrò infectis si cor implicetur & afficiatur, tunc id in seipso quasi suffocatur & strangulatur, adeóque pro materiæ peccantis multitudine mors ipsa induci potest tandem, quod simili operâ in cerebro fieri minimè potest. Vbi autem materia ista desæuiit aut conflagrauit, postliminio ad sanitatem reditus est. Et hoc modo paroxysmus vnus alterum sequi potest. Si enim cor patitur, cum eo vniuersi totius corporis spiritus vitæ vnà afficiuntur: vnde deinceps spasmus, tremor, oppressio, tensio, agitatio & signa similia multa incidunt, quæ omnia tandem quædam totius corporis insen-

Cordis affectus toti corporis infligitur.

sibilitas

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 611 sur 913

fibilitas sequitur, vt nec sensu nec intellectu ægri polleant. Vniuersus itaque sanguis, omnesque humores ac corporis spiritus non aliter inuicem bulliunt, ac si sulphur & salpetræ in uicem incendantur; quo facto efferuescentia & concitatio non definit priùs, quàm contrarium consumatur, aut vita ipsa excutiatur. Simili oratione etiam de matrice dicendum & explicandum est. Cuius etsi quidem ratio alia sit, iisdem tamen etiam signis ac indiciis aut moribus manifestatur. Si enim insita & vernacula matricis natura alteretur, & in dispositionem contrariam deiiciatur: quædam inde matricis compressio oritur, quâ sensus simul & intellectus tollitur. Id autem hâc ex causâ euenit, quòd matricis materia, ex qua illa viuit & nutritur, in seipsa destruatur velut vinum quod acescit. Vnde fit, vt matrix veræ ac genuinæ materiæ indigentia laboret. Propria enim illius materia naturæ suæ limites excessit, & refrigerata est. Ea frigiditas substantiam & tunicas matricis contrahit & conuellit velut quidã spasmus. Ista enim perpetuò aciditatis & frigiditatis proprietas ac natura est, vt ex sua vi spasmũ aut cõpunctiones infligat mẽbris corporis vniuersis. si carnem & ossa excipias. Eodẽ modo ergo ipsi quoque matricis frigiditas & spasmum quendam mouet, & quam potest arctissimè in nodũ vel globũ vnũ cogit ac contrahit. Per hunc verò tetanum spasmũq; veluti membra corporis quoque cætera similiter in spasmum ac tetanum abeunt coguntúrque, quia cum matrice similiter inquinantur & contaminantur. Dum ergò coarctatione tali intestina ac membra propinqua omnia coguntur: vapor noxius à matrice exspirans, proxima membra omnia adoritur, donec tandem per ipsum corde ferito & pulsato, paroxysmus oboriatur, signis omnibus morbi caduci stipatus. Sic itaque nullum membrum matrici tam euidenter compatitur, ac cor ipsum mediante materiâ. Cætera tamen interim membra non omninò suis quoque accidentibus carent.

Matrix quomodo suffocet

Frigiditatis & aciditatis quâ vis fit.

Porrò autem alia ac tertia suffocatio superest, modis multis ac diuersis incussa, cuius affinia omnia genera difficulter comprehendi & indagari queunt. Ex hoc ordine suffocatio est illa, quæ dormientes occupat, resupino corpore iacentes. Cordis enim aqua per situm istum in capsulæ imum demittitur, ita vt supernè cor nudum relinquatur. Quæ dispositio cordi imbecillitatem infligit. Si enim non in mediâ aquâ id situm quasi innatet, tunc intellectu priuat & sensibus, membrorúmq; adeò vniuersorum vires ac robur obterit. Quanquam non desint, qui hanc affectionem *Incubũ* esse dicant, à sanguine ad cor confluente genitum: Quod tamen nihil est. Sanguis enim, nisi alius morbus insteterit, quàm resupinatio in dorsum, cordi nullam noxam inferre potest, idque multis ex causis. Sic etiam putant alij, sanguinem à corde defluere, & ab hac priuatione eius cor nudum patere, adeóque dormientes somniare, quòd nec manus, nec pedes mouere queant: quod tamen nec ipsum verum quidem est. Nam & hoc casu dari causæ multæ possunt, cur sanguis à corde nunquam ita defluere queat, vt cordi id damno sit. Vndè liquet, hanc suffocationis solam causam esse, quod iis, qui in dorsum resupini iacent, capsulæ cordis orbis æquo planior & pressior euadat, & sicut vesica aquâ plena, latior exturgescat. Eo facto, si cor superiùs denudetur, aut capsulæ tunica illud contingat, tunc iacentes compressiones sentiunt quasi ab impositio grandi saxo. Multa enim cordi circumstant, quæ materialiter in capsulam cordis supinè dormientium incumbere, & ita opprimere possunt, quod dormientibus in latus aut ventrem accidere non potest, ex causis iis, quas multas Anatomia expedit, hoc loco minimè repetendas. Cæterum per somnum alij quoque morbi incumbunt, rationem adimentes, & amentiam infligentes, velut in morbo caduco fit: Horum duæ præcipuè causæ sunt: vna ex compressione est, simili incubo: altera ex compressione cerebri. Generatio talis est. Si cor ita opprimatur, vt spiritus vitæ incalescat aut inardescat, tunc is corpus vniuersum inflammat, adeóque potenter sequit & furit, vt rationem somníque facultatem obsideat, tremorémque & agitationem, similiter vt morbus caducus cieat & inducat. Vbi hoc simul fieri potest etiam, vt, licèt æger quidem in ventrem deuoluatur, malum tamen haud mitescat ac desinat. Qua causa? Quia scil. spiritus vitæ adhuc in furore & ebullitione est. Hic morbus manè post peractum somnum nũquam sentitur & à paroxysmo plerunque aqua citrina foràs erumpit. Hoc nimirum id est, quod spiritus vitæ per ebullitionem suam elicuit & produxit. Sed & hoc quandoque fieri potest, vt spiritus vitę membra vniuersa deserat, eáque ceu mortua relinquat, ac se ad solũ cor, cerebrúmque & hepar recipiat, ita, vt in cæteris membris superstes vita nulla sentiatur. Quâ enim ratione arboris vis ac succus omnis in radice solâ ita latere potest, vt cæteræ arboris partes aliquandiu aridæ, vitam tamen postliminio recipiant: ita spiritus etiam vitæ à centro aut radice, hoc est, à corde, post ebullitionem humorum remittentem, per vniuersum corpus iterum diffundi, & partes vniuersas priore vitâ denuò imbuere potest: de quo in Curâ, secundæ Methodi capitulo, mentionem veberiorem faciemus. Frequenter etiam accidit, vt in somno paroxysmus Epilenticus, aut suffocatio aut affectio similis alia, de quibus iãdum diximus corripiat, de quibus hìc tamen iam nihil seorsim tradimus, sed cum aliis relinquimus. Quicquid enim de die fieri potest: idem etiam de nocte similiter credendum est. Hic autem simul nobis quoque superiorum corporum cursus motúsque considerandus venit, vt qui mobi vel augendi, vel generandi, vel adimendi potestatem habet. Comperimus enim, interdum à solâ influentiâ huiusmodi paroxysmos concitari causis aliis omnibus absentibus. Cuius euentus ratio est, quòd spiritus pro influentię cõditione afficiatur, vel alacrior, vel turbidior euadat. Insuper sunt & aliæ Amentiæ, nullis tamen inconditis & furiosis gestibus comitatæ. Si enim quis sedens cadat, & obdormiscat: id hac de causâ fit, quòd scilicet huius mobi materia, de qua diximus, spiritum vitæ non admodùm accendit. Quâ verò ratione comprimi posse cor commemorauimus: sic

Tertium genus suffocationis. Huius species sunt. 1. Incubus & vt fiat.

Galenici de Incubo refutantur.

1. Suffocationes somnolẽtę aliæ, &c.

Influentia cœli morbos mouet.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 612 sur 913

æquo modo etiam in capite fieri potest, vt venæ soporiferæ compressione suâ ipsum cerebrũ ac rationem in piâ matre comprimant, non secus, ac suffocatio matricis matricem coarctat, vnde morbus sequitur. Cuius rei ratio est, quòd somnus vniuersum caput obtundat, & spiritum vitę in cerebrum intrudat tandiu, donec is deferuescat, in membra cætera refũdatur. Hæc enim suffocatio cum signis omnibus iis, veluti spasmis & tremoribus inuadit, sicut de *Corde* & *Matrice* recensuimus. Quinimò somnus multò pro liuiùs lædit ur, quàm cor, & insuper cum grauiore rationis oblæsione. Similis suffocatio etiam à crapula generari potest, cuius ratio eadem, quæ vermium in stomacho. Quanquàm non à materia vermium fiat, sed hoc modo. Potatores nempè subtilem in sese spiritum continent, qui subtilitate sua & somnum & cerebrum lædit, eo modo, quo sæpius dictum est. Tum & crapula phlegma stomacho ingenerat, quod putrescẽs, & cum materiâ vermium se socians vermibus similiter operatur. Eadem interim etiam nihilominùs induci potest, à cibis & potibus, spiritum non adeò subtilem habentibus, veluti sunt pulmentum & aqua, quòd ex hac causa fit, quia in pulmentis & aqua impuritas quædam est, quæ ad gignendos istiusmodi morbos quãdam proprietatem habet, quæ tamen proprietas non aquis & pulmentis omnibus inest, sed tantùm aliquibus, vt sic: si aqua aliqua vermiferum venenum concepit, aut sordes bestiarũ imbibit, tunc morbos tales gignere apta est. Sic etiam si in pulmento tale venenum aut excrementum lateat, gignendi morbi vim id habet. Præter dicta intellectus etiam suffocatur ab accidentibus plagarum: veluti si cui vulnus in caput inflictum sit, à quo certis anni temporibus. Mania, desipientia, & obliuio suscitetur. Horum hæc causa est, quòd non minùs in corpore, ac in superioribus influentia sit: sicut de influentiis commemoratur. Si ergò id tempus instat, quo caput afficitur, tum simul quoque plaga attingitur, mania isto definito tempore mouetur. Eadem tamen etiam ex mala curatione vulneris incitatur, dum nimiùm pus colligitur, quod ebullit, & cerebrum lædit, tam materiâ ipsâ, quam tetro odore. Accidit etiam hoc, vt probè quidem sanatâ plagâ, ipsius tamen cerebri substantiæ læsio simul facta, ex integro nunquam sanari queat; vndè fit, vt malum commoueatur subindè à tẽpestate mutata, ab exercitiis, à cibo & potu, & si quæ his similes aliæ occasiones sint, quas singulatim hic percensere præter institutum nostrum est, cùm eadem deinceps in secundâ methodo de Curâ repetantur. Iam ergò hæc hactenus de *suffocatione* intellectus dicta sufficiãt.

Cerebrũ vt comprimatur.

Suffocatio a crupula.

Potatorum spiritus subtilis.

CAP. V.

De Origine Vesaniæ.

Hactenus de Amentia periodica: iã de cõtinua.

QVanquã quatuor hactenus capitula tractationi de amissione intellectus impendimus: qui tamen hoc morbo laborant, non ita afficiuntur, vt continenter & perpetuò vsque ad mortem intellectu priuentur, sed paroxysmorum certis periodis concutiuntur, ita vt alternatim iam rationem perdant, iam perfectè iterum adpiscantur eandem, sicut ex præcedentibus liquet. Deinceps ergò de iis quoque differendum est, quorum Amentia iugis & continua est, nec pro temporis diuersitate remittit. Quanquam & in his ipsis tempora inæqualia existant, ita vt iam intensio, iam remissio fiat, prout superiores influentiæ nostras inferiores torquent ac moderantur. *Vesaniæ* huius genera quatuor existunt: primi *Lunatici* vocantur: secundi *Insani*: tertii *Vesani*: quarti *Melancholici*. Lunatici sunt, qui omnem suum morbum ex Luna accipiunt, & iuxta eam sese gerunt ac mouentur. Insani sunt, qui malum id ab vtero materno hauserunt, veluti hæreditarium, vno subindè insaniam in alterum transferente. Vesani sunt, qui à cibis ac potibus ita inficiuntur ac taminantur, vt ratione sensúque priuentur. *Melancholici* sunt, qui ex intimæ naturæ vitio à ratione deturbantur, & ad vesaniam præcipitantur. Ad quatuor hæc genera genus insuper aliud quodammodo annumerari potest, videlicet *obsessi*, qui à Diabolo variis modis occupati solent de qua re plura in *de Vatis & Spiritibus*. Si verò rem ipsam expendamus, hi, qui sub quatuor dictis generibus comprehenduntur, à spiritibus aut diabolis obsideri minimè possunt, sicut multi multa de his nugantur. Diabolus etenim ac ipsius complices domicilium aut corpus nullum ingrediuntur, quod secundum sui proprietatem non plenè ac integrè gubernetur à ratione & intellectu. Vndè nec in quatuor dicta genera se immittunt, cùm illi homines, vt deinceps dicetur, rationis suæ minimè compotes sint. Cúmque intellectus sui vim minimè habeant, ob id nec à diabolis aut vatis obsidentur, sed ab illis omni iure modóque liberi perstant. Quæ causa est, cur in dicto capite de spiritibus & vatis pluribus differamus. Quanquam autem ex quatuor istis Amentiæ generibus vnũquodque seorsim suam peculiarem originem ac causam habeat: in hoc tamen vno omnia finiuntur & conueniunt, quòd rationem aut intellectum aboleant aut subtrahant, non ea quidẽ forma ac ratione, veluti superiùs in quatuor primis capitulis definiuimus: sed quod solitariè & per se id faciunt, ex nulla alia ægritudine, nullo dolore, nullo pathemate comitante, sicut illa fiunt in morbo caduco, in *Mania*, in chorea Sciua, & suffocatione intellectus. Nã qui his generibus afficiuntur, *ipsi* continenter ac solitariè amentes viuunt. Quòd si aliquando eueniat, vt vesaniæ dolor aliquis concurrat, ægríque amentes de eo conquerantur, & doloris vim iniquè ferendo rationis aliquod de se indicium aut suspicionem dẽt: tunc id signum est, ipsos à morte non longum abesse, hac de causa quòd morbus adeò vehemens sit, vt spiritum vitæ graniùs lædat ac inficiat, quæ infectio paulò pòst mortem accersit.

Vesaniæ genera quatuor.

Lunatici qui.

Insani qui.

Vesani qui.

Melancholici qui

Obsessi qui.

Sed iam deinceps de Lunaticis expediemus à qua causa tales euadant: vt rei huius cognitio ante capitulum de Cura secundæ methodi iam dum præconcepta sit. Astra superiora corpus nostrum infirmandi simul & firmandi vim ac facultatem habent. Et licèt quidem materialiter aut substantialiter id non fiat: spiritualiter tamen, sine sensu omni inclinant, quod ratione sola capi potest. Idémque hîc fit quod

Sanans amens corpus nullum ingreditur.

Vesaniæ doloris querimonia oboriẽs signum mortis.

Astrorũ in hominem vis.

in

in magnete trahit ferrum, carabe ſtramen, ſulphur lignum. Eodem modo etiam virtus attractiua quædam in Luna eſt, quæ rationem homini ſubtrahit, per priuationem humoris, & virtutis cerebri. Nec enim (quod multi perperam autumant) Luna in nos ingreditur, & intus operatur. Aſtra etenim, vt nos occupēt & obſideant, vim & aptitudinem nullam habent, ſicut quidam mentiuntur. Hoc tamen ferendum nobis eſt, vt id extrahant ex nobis, ad quod virtus eorum attractiua parata eſt. Sic Sol ex terrâ humiditatem ſorbet, non quòd is in terrâ verſetur, & humorem exigat, velut aqua in ignem effunditur: ſed quòd, quaſi foris ſtans, virtute ſuâ attrahat & ad ſe prolectet. Simili ratione nec ſola Luna quoque in nobis operatur: verum aſtra cætera omnia, quæ ex omnibus corporis noſtri membris inſitum humorem prędantur: cuius demonſtrationem hîc omittentes, in tractatum de *Aſtris & ſuperioribus* differemus. Ita ergò per ſolam Lunæ attractionem multi homines intellectu ſuo exuuntur, dum nimiùm humor cerebri abſorptus eſt: vnde fit, vt totum caput amentiâ & velaniâ obruatur. Lunatici hi à Lunâ regentur quòd ſcilicet virtus attractiua in plenilunio fortiſſima ſit, ac omnium validiſſimè trahat: vnde iſto tempore homines etiam maximè patiuntur. Fortis etiam Luna noua eſt, quia quaſi per nouam conceptionem nouas virtutes & mutationis vires accepit: vnde homines etiam plùs minúſue ab eâ amentes fiunt. Improba verò illorum ſententia eſt, qui ſtatuunt, quòd Luna propter imbecillitatem ſuam noſtra etiam mẽbra imbecilliora reddat, quaſi verò vires noſtræ omnes à Lunâ dependerent. Hoc enim falſum eſſe, in de *ſanitate* & *infirmitate* demonſtrabimus. Quin imò hoc verum eſt, quod Archidædala Lunæ natura inæqualiter ſæpè attrahat, velut ex hoc caſu noſcitur. Frequenter euenit, vt humor ex cerebro extrahatur, etiam tum, cum Luna omnium minimi aſpectus eſt, & vim trahendi ignauiſſimam habet. Huius ergò rei hæc cauſa eſt, quòd Luna noua non trahat humorem illum, quem trahit Luna antiquior; vndè fit, vt Luna noua humoris & mobilis plùs attrahat, quam vetus trahit. Vetus Luna aſpera eſt & dura: vndè aſperum etiam ac grauem humorem attrahit. Ita & tener ignis, non admodum potens ac validus, olea quidem ac ſubſtantias duriores non elicit: ignis autem vehementior grauius ſimul & durius elicit. Eadem etiam ſolis ratio eſt. Sub auroram enim prodiens, nihil niſi rorem, vtpotè leuiſſimum trahiti ſub meridiem autem aquas etiam grauiores & maiores ſorbet. Iam verò terræ ipſi priuatio roris in virtute ſuâ damnoſior eſt, quàm exiccatio humorum aliorum craſſiorum: cuius rei & veritatis fundamentũ planiùs de *Rore* tradetur. Etſi verò Sol meridianus rorem quidem ac ſubtile cũ aquis & craſſioribus humoribus ſimul tollat, eadem tamen ſimiliter ipſius quoque Lunæ proprietas naturáque minimè eſt: ſed noua id tantum agit, vt cerebri humorem ſubtilem euacuet, priuſquã vetus appellat, quæ tandẽ, ſubtili omni prędabſorpto, craſſum reliquum adoritur & extrahit. Decreſcente autem Luna humor iterum cumulatur & augetur, ſicut per noctem Ros, qui quiſole denuò aſcendente iterum abſumitur. Quòd ſi ergò fors videamus, plures ſub deficiẽte Lunâ, quàm eadem augeſcente Lunaticos fieri, aut grauius exacerbari: cogitemus id in dè fieri, quòd Luna plena ipſis humorem potiſſimum extraxerit, cuius defectus deficiente Luna grauius ſubindè inualeſcat & ſentiatur. Pari ratione etiam fit, vt, ſi Sol meridianus humorem terræ euacuauit, ariditas ea ſub veſperam demum ſentiatur, & cum ſole occumbente terra rimis primùm ac fiſſuris hiscat, ſubducto iam antè humore, quod quidem ante meridiem fieri minimè poſſit. Eodem ergò modo & homini venire vſu poteſt, vt operatio Lunæ ſub finem aut defectum eius demũ prodatur, propter ipſius naturæ robur: quæ ſi diutiùs vſque ad finem reluctata eſt, tandem deficit, ac velut animam agit. Huius euentus hæc quoque dari cauſa poteſt, quòd Luna iugiter & perpetuò trahat. Quamdiu humor aliquis in cerebro ſupereſt, tamdiu Luna trahit & elicit; vndè fit, vt, cùm in fine plurimùm & potiſſimùm traxerit, natura languidiſſima ſit, dum Luna noua redeat, ac operationes nouas, veteri diſſimiles ordiatur.

Sed pergamus dicere iam de *Inſanis*, qui ex vtero matris id malum contrahunt ſi vel familia omnis inſaniæ obnoxia eſt vel ex non inſanis infans Amens naſcitur. Huius cauſam duplicem habent: vnam, ſi ſperma vna cum operatione in culpa eſt: alteram, quod hæreditarium vitium à patre & matre in prolem transferri queat. A ſpermate & ejus operatione inſania hoc modo fit, quando vitium aliquod in materiâ, ex quâ cerebrum conſtituitur, & componitur, hæret. Nam cuius membri materia in generatione deeſt, aut vitioſa adeſt, eius genuina quoque & legitima forma ſpeciéſque ac natura deficit, ſicut in primo Philoſophiæ noſtræ volumine de Generatione humana demonſtramus. Tali defectu aliquo præſente, intellectus perfectus fieri minimè poteſt. Materię enim vitium, ipſi quoque rationi imperfectionem inducit. Sed inſaniæ huiuſmodi præterea cauſa etiam ſecunda eſt, cuius operationis is modus eſt. Quando generatio & compoſitio fœtus aliquò vſque perducta eſt: tunc, ſi vis attractiua Lunæ interim incitat, ab eo ratio ita ſubduci poteſt, vt deinceps integra & perfecta eadem nunquam fiat. Quanquam autem verum ſit, Lunam iugiter ac indies attrahere: cur tamen eadem non ſemper amentes faciat, dari hęc ratio poteſt. Materię & Lunæ quædam concordia, & conſenſus requiritur mutuus. Nec enim vniuerſus cerebri humor à Lunâ extrahi poteſt, ſed determinatus ſaltem ac appropriatus, ſicut de Generatione humanâ tradiur. Cõcordantiâ tali poſita, rationis quoque priuatio ſequitur. Tum enim ex fœtu Luna rationem elicere poteſt. Quæ verò inſania hæreditaria exiſtit, cùm ea in cerebro lateat, indè fit, vt per generationẽ cerebrum etiam infantis eo vitio polluatur. Cerebrum enim patris generat cerebrum filii. Ac ob id vnum alterius naturam aſciſcit, & eadem proprietas ex vno deſcẽdit in alium. Quãquam ſic nec hoc perpetuò fiat: tunc in cauſa eſt permixtio ſpermatum viri & fœminæ, quorum alter ex familiâ inſanâ eſt, alter minimè.

Lunatici ſi deficiente Luna grauius nabeant qui hac.

Luna iugiter trahit ex capite.

Inſanię cauſa duæ. 1. Spermatis vitium.

1. Lunę tractio.

Obiectio diluitur.

Luna appropriatum tantum humorem trahit.

Spermatis

Ex in sanis vtrisque parentibus qui sanus fœtus editur.

Spermatis enim alterius dominium prævalet. Ita fœtus vel ad insaniam, vel ad intelligentiam disponi potest, pont augmentationem ab hoc vel illo accepit. Et tamen interim etiam fieri potest, vt ex vtrisque insanis gignentibus sanus & ratione donatus fœtus producatur: quod tamen soli naturæ robori & excellentiæ adscribi debet, quæ vitiosum & inidoneum segreget & expellat, sicut de generatione humanâ planiùs traditur. Simili discursu etiam de *Vesanis* differendum est, qui tales à cibo potuque euadunt, hoc modo. Scorta sæpius ac meretrices propinant edendum aliquid, ex quo sensuum mentisque priuatio inducitur, ratione multiplici. Vesania enim huiusmodi nonnunquam declinat ac vergit in amorem, ita vt amentes solis fœminis operam dent ac studeant. Idem affectus bella interdum meditari cogit, quæ sola ægri tractant, ratione interim exulante. Aliquando vesani in sublime scandunt ac currunt; ac modis aliis infinitis, quos cuiusuis obseruationi committimus, suam amentiam produnt. Mirari autem non debemus, ista talia à cibis fieri posse. Quin nec ex gestibus ipsorum miris, aliam quam naturalem causam suspicari fas est. Cibus enim is ac potus, quem ingesserunt, istiusmodi operationis vim in se modis multis continet. Hoc autem loco quatuor potissimas vesaniæ species, à cibo & potu suscitatas enumerabimus, & rem in capite de *Cura* plenius explicabimus. Primò, quòd, qui ederunt aut biberunt aliquid, in amorem alicuius rapiantur, & coniiciantur, causa hæc est, quòd simplicia quædam existant, à nobis hic minimè enumeranda, quæ istam in se vim habeant. Quæ si viri fœminis, vel hæ illis propinent, amor indissolubilis & pertinax inducitur. Huiusmodi quiddam serui etiam suis dominis nonnunquam per insidias obtrudunt: à quo assumto domini seruos adeò obstinatè adamare incipiunt, vt veluti de Rep. mentionem facimus. Simili operâ canes quoque & pecora ad amorem coguntur eorum, qui Medicinas eas illis præbent. Et hoc fit vel Naturaliter, vel Magicè & Incantatoriè. Hoc modo fœminæ nonnunquam viris quid præbent, à quo excussâ ratione eò amoris præcipitantur illi, vt nihil quicquam vel tractent, vel meditentur, quàm amorem earum fœminarum, à quibus datum pharmachum assumpserunt. Sed plura hic omittimus. Secundi, qui circa bella occupâtur, acceperunt aut ederunt aliquid, à quo planè insani reddantur. Qui si naturæ sint cholericę tunc bellatores & Martiales euadunt, nec quicquam aliud, nisi furias bellicas cum re datâ ingesserunt. Simile iudicium est etiam de Melãcholicis & phlegmaticis, quorum natura seorsim per pharmachum assumptum proditur. Tertii, qui alta scandunt, aut in sublimia reptant, aut iugiter discurrunt, faciunt hoc pulsi vi eius rei, quam ederunt. Nec enim id ab ipsius hominis naturâ prouenit. De quibus si apertiùs tradi fas esset, horum nihil dissimularemus hoc loco. Profunda enim hîc Philosophia recondita est de naturâ illarum rerum: de qua tamen iam obsilescimus. Quarti tandem & ipsi à ratione ac intellectu suo amoueri queunt per proprietatem prædictorum, quorum

Vesania à scortis inflicta.

Vesaniæ 4. species

Amor conciliatur quibusdam simplicibus.

Amoris conciliatio vel Naturaliter, vel Magicè fit.

Martiales qui fiant.

Scansores & ambulones vnde fiãt

species hic seorsim non recensebimus: Et cùm per incantationes quoque eadem fiant, hic illas omissis, ad tractatum de incantationibus cætera reiicimus.

Sed pro primâ huius capituli partitione tandem etiam de Melancholicis differamus. Horum genera quatuor sunt: Melancholici, Cholerici, sanguinei, phlegmatici. Huiusmodi complexiones si rationem elidunt, id hac de causa fit, quòd spiritum suum à se sursũ expellant ad cerebrum, qui nimis multus ibi colligitur. Sed plura hoc loco de his non recensebimus. Legantur ea apud hos, qui de complexionibus commentari sunt.

Melancholicorum genera 4.

METHODVS SECVNDA.

De Curâ ægritudinum, Morborum prædictorum ex Amentiâ.

CAPVT I.

De Cura Caduci.

QVIA in progressu tractatu de caduci origine & causis docuimus: hoc secundo tractatu eiusdem curam ordiemur. Et ne admiremini de curæ potentia huius ægritudinis. Qua enim ratione vniuersi morbi generantur in corpore: eadem in medicina eorundem quoque cura similiter nascitur. Non desunt, qui hactenus morbum hunc incurabilem statuerunt: quia rem aut intimè non intellexerunt, aut veritatem ipsam deditâ operâ dissimularunt, quod alibi etiam diximus. Nos autem fundamento experientiæ certissimo in hoc curando morbo incumbamus, ne retrò rẽ consideremus. Medicina ergò caduci duplex est: vna, quæ suo modo est corporalis: altera, quæ suo modo est spiritualis. Nam ita nos intelligi velimus, quòd ipsi quoq; morbi in omnibus hominibus duplices existant: Materiales scilicet & Spirituales: quod plenius in De principiis sanitatis & ægritudinis explicamus. Iam verò morbo materiali debetur medicina materialis, vt vicissim morbo spirituali medicina spiritualis conuenit. His positis, iam definimus, caducum morbum esse spiritualem, non materialem: vnde ei materialis medicina nulla conuenit. Spirituali ergò huic morbo, remedium adhibendum spirituale est. Porrò autem spiritualis medicina nulla est, quin ea talis præparetur, velut deinceps in nostrâ Practicâ docebimus. Rem autem primùm sensu duplici intelligemus. Vno, medicinas scilicet aliquas esse materiales, quæ morbos spirituales curent, quod sequens Receptum præstat, quod, licet materiale quidem sit, morbum tamen caduducum sanat; intellige, si is recens ac nouus sit.

Medicina caduci duplex corporalis & spiritualis. Morbi omnes duplices.

Caducus est morbus spiritualis.

Quot tribus modis caducus curetur.

℞. Camphoræ, spodii, vnicornu &c. F. pulueris. Detur in ouo sorbili &c. Sic hic puluis similiter: ℞. &c. Ita & electuarium hoc morbũ caducum quemlibet curat. ℞. &c. Materialis autem medicina in morbum spiritualem ideò operatur, quia facultas eius alia non est, quàm obstructio viarum, per quas morbus is ascendit. Quin & operatio eius fit à magnâ refrigeratione, quia materiam coagulat ac quasi interemit

terennit, ita vt non sentiatur, veluti fit in perfrigeratis membris. Medicina autem talis est. ℞. Camphoræ &c. Quædam illum curant à formâ specificâ, velut pœonia, viscus quercinus &c. Quædam obstupefaciendo morbum sanant dum faciunt, ne emergere queat: ℞. Opii, mãdragoræ &c. F. &c. Hę verò medicinæ omnes prædictâ saltem ratione iuuant, ac in iis solùm caducis morbis prosunt, qui vel adhuc recentes sunt, vel nondum inualuerunt, vel in habitum nedum abierũt aut fixi facti sunt. Quę remedia tamen, cùm nec semper certa sint, nec morbos omnes indifferenter curare queant: ideò ad medicinas iam spirituales digrediemur, quarum vis est, vt caducum etiam octogenarium sanare possint. Interim nos nihil mouebunt aduersariorum scripta, quæ talia præstari posse inficiantur: cùm per experientiam nobis multò certiora & accuratiora liqueant, quàm aduersarii nostri assecuti sint. Nec etiam hoc loco curam diuidemus in analentiam, catalentiam, & epilentiam: sed in genere vni medebimur in analentiam, catalentiam, & epilentiam: sed in genere vni medebimur tantùm, & sic Practicam nostram perficiemus. Interim verò præscriptam nostram Theoricam de origine caducorum per hæc repudiari nolumus: sed omninò descriptionem factam sequemur & Recepta secundum illam disponemus. Cæterùm de curâ dum tradimus, considerãdi articuli 4. offeruntur. Primò vt medicina, quæ subtillis & spiritualis fieri debet, sit coagulatiua post spiritualitẽ. Deinde vt incorporetur cum constrictiuis venarum. Tertio, vt specificetur cum appropriatis. Quartò, vt sumatur ex tali simplici, quod spiritum subtilem habeat, qui spiritus vniuersum corpus penetret ac peruadat velut Elixir aut arcanũ quoddam, aut non secus ac ipsa essentia quinta. Aliàs enim vis ac potestas coercendi morbi nulla ei inerit. Oportet enim medicinam gradus altioris esse, quàm est morbus. Singulatim ergò iam quatuor de articulis percensebimus, quæ simplicia ad quemlibet referãtur, ex quibus contra morbum spiritualitas desumi queat Primi ergò articuli,

Remedium caduci debet esse generale omnibus diuersis.

Remedia caduci qualia esse debeant.

1 Coagul. latiua.

Coagulatiua sunt hæc: *Camphora, nenuphar, crystalli.*

Spodium, sinapis. Sparma ranarum. Vnicornu. Coralli, sperma cæti. Mummia.

2 Constrictiua.

Constrictiua ista sunt: *Bursa pastoris. Verbena salix.*

Coralli. Hypericon. Rosa.

3 Specifica.

Specifica talia sunt: *Viscus quercinus, pœonia.*

Subtilium spirituum hæc sunt: *Vitriolum vngaricum.*

Tartarum crudum. Vitriolum cyprum. Vitriolum Romanum.

Sedatiua caduci quæ.

Præter hæc enumerata, quæ curandi caduci facultatem habet, alia etiam reperiuntur *sedatiua*, quorum operatio mirabilis est, si cum subtilibus spiritualibus permisceantur. Sunt autẽ hæc: *Opium, mandragora.*

Iusquiamus. Papauer. Lolium, vua versa.

Confortatiua caduci quę.

Hæc verò non, vt per se sunt, adhiberi debent, sed pro vsu præparationum Archidoxis. Nec enim singularum virtutum vbiuis describendarum nobis tempus suppeteret. Præterea caduci medicamenta alia quoque confortatiua sunt, quæ singulari ac excellenti suâ confortatione naturam in expellendo caduco adiuuant. Sunt autem

Aurum potabile. Oleum auri. Mercurius reuerberatus

Quinta Essentia auri. Materia perlarum. Solutio corallorum.

Magist. Antimonii. Extractio sulphuris &c.

Horum remediorum virtus adeò præstans & eximia est, vt credi satis non possit, tantam in omni naturâ potentiam ad sanandos huiusmodi morbos aliàs incurabiles, delitescere. Ideò de remediis desperandum non est, aut fiducia in medicinam abiicienda. Nostrorum enim hostium suscitator, horum ipsorum quoque hostes condidit: nec vllus morbus est, qui sine omni ope hominem iugulare queat. Sunt enim morbi vniuersi curabiles, nullo quoquam excepto ac defectus is in nobismet est, qui remedia debita ignoramus, veluti, quid mors sit, in *De Morte & vita* declaramus. Cæterum qui sedatiua & confortatiua præparentur, minimè docebimus. Eadem enim per se recta & idonea contra morbum istum sunt vt correctione nullla egeant. Aut, si quidem sedatiua præparatione quâdam indigeant, aliam tamen ac accuratiorem non postulant, quàm quæ in ipsis Receptis monstrabitur. Ista autem Recepta nostra prima & optima sunt, quæ Artistam singularem ac ingeniosum requirunt, qui non saltem libros ac scripta sedulò euoluerit, sed manũ quoque dexteram expeditam, promtãque habeat, sicut in Archidoxis & de Essentiâ 5. scribimus. Momenti in his plurimùm situm est: nec omnia in specie ita, velut per experientiã monstrantur, chartis describi queunt.

Morbi omnes curabiles.

Artistæ subtilitatẽ omniũ auctores.

Et est hoc *quiddam*, quod à Medicis haud quaquam inuentum est, verùm à solis Artistis, vt qui subtilitatum omnium auctores & rectores existunt. Nec id quidem Medicina aut Remedium verùm arcanum appellatur, propter virtutem insignem & nobilissimam, quam in se recondit, quæque arcana, nec omnibus obuiam comperta est. Hoc tamen arcanum hic pro curâ caduci ponemus, & virtutes eiusdem reliquas tacebimus. Primò autem sciendum est, præparationem eius variam esse. Sicut autem diuersa eius præparatio: ita virtus quoque ac facultas eiusdem diuersa est. Et intelligite, non quoduis tale arcanum hâc virtute pollere, sed vim potissimam in præparatione ac laborationis subtilitate positã esse: velut in ipso quoque simplici. Nam vnum subindè altero præstantius est. Hoc autem simplex, est *vitriolum* vel Hungaricum, vel Cyprium, vel Romanum, vt quod peculiariter gradatum & depuratum sit. Nec interim absurdum tibi & impostorium videatur, quòd vitriolo virtutes tantas assignemus. In eo enim vis quædam peculiaris aurea secreta ac condita latet: non corporalis sed spiritualis: quæ eximia & admiranda virtus in ipso multa potior & certior quam in auro ineest: prout in De generatione salium terræ demonstramus, Aureus iste spiritus vitrioli subtiliatur, & ab impuro segregatur, vt sola essẽtia remaneat, quæ auro potabili assimulatur. Præparatio eius talis est. ℞. vitrioli optimi quantum,

Vitriolũ arcanum caduci.

Vitrioli vis auro præstantior.

Vitrioli arcani præparatio.

quantum vis, ad minimum ℔ v. Inde ipſum in bociam terream, quæ omnes ignes ferat: cuius ea magnitudo ſit, vt à vitriolo vix tertia pars impleatur. Vas dictum, in optime conſtructum *Athanar* probéque luratum impone, cui Alembicum magnum obde, luto ſapientiæ accuratè oblitum. Alembico recipientem magnum ſuppone, & luto rimas ſeu commiſſuras exquiſitiſſimè obtura. Poſteà reſiccentur luta. Porrò ignem ſuccende, primũ lentè ac ſenſim pro Artiſtarum more, vt ex ſpiritibus & ſtillis ſigna debita obſeruentur. Aquoſitate vniuerſâ exſtillatâ, per ignem auctiorem & violentiorem ſpiritus ipſis elice, quandiu prodeunt; id quod continenter ſine intermiſſione diebus plerumque duobus ac noctibus totidẽ durat. Et ſi vero præparationis huius doctrinę multæ communicari queant: hæc tamen dicta induſtriis ſufficere arbitramur. Ineptis enim, vt hæc ignorent, conducibilius eſt. Scias autem in Athanari omnem virtutem, quicquid eius in vitriolo eſt, prolicit: vbi multæ ſimul mutationes, coloréſque & ſpiritus fiunt, prout vitrioli natura ac ratio eſt. Interdum cuprũ in veſicâ colliqueſcit in maſſam vnam, quod à ſola vitriolo fit: idem fit interdum cum auro multo: aliquando vitriolum integrè tranſit: nonnunquam exuritur in rubedinem aut carbones atros. Deſtillatione debito modo facta, accipe violam vitream, & in hanc infunde deſtillatam iſtam vitrioli aquam, & caput mortuum tere ſubtiliter, & aquę etiam inſice. Deſtilla adhuc ſemel, vt omne vitrum colliqueſcat: tunc ex hâc deſtillatione accipiet veram ac rectam aptitudinem ſuæ eſſentiæ, vim virtutis, ac penetrationis. Hoc facto, ſeparatio fiat in balneo maris, quo phlegma ſecedet, oleo in fundo relicto. Hoc oleum vocatur arcanum vitrioli. Hic tamen notabis, nos phlegmati ita ſeparato multum virtutis tribuere, & oleo ipſi modò non æquiparare. Nec enim paucis viribus pollet. Cumque nos mixtorum vtrorumque modum ac vſum didiciſſemus, vtrumque pro arcano nobis fecerunt haud ineſficaciter. Doſis eſt ʒß in bono vino aut aquâ, indies cùm manè, tùm noctù poſt paroxyſmorum finem. Hoc oleum vnicum ſatis eſt ad caducum omnẽ curandum: quo vno etiam cætera determinamus. Quàm præſtantem enim eius operationem experti ſimus dicere hîc nihil attinet. Interim arcani huius vitrioli præparandi, modi ac induſtriæ aliæ plures quoque ſunt, nempe per retortam ad aliquot ſeptimanas: per veſicas declines; per pellicanos: per putrefactiones multas: per imbibitiones multas: per multas calcinationes, reuerberationes, & ſimiles. Quos modos omnes quidem laudamus & probamus, non tamen omnes deſcribi neceſſarũ putamus. Cuiuis enim vero & legitimo Medico de illis iam antè conſtat. Itaque hic modis miſſis, iam ad receptorum ſeriem, ſecundũ 4. articulos conſtitutam digrediamur. Scitote autem hoc vitrioli arcanum primum pro corpore ſumendum eſſe. In hoc imponi tale Receptum debet:

Arcanũ vitrioli cur cum aliis cõponat auctor.

℞ *Camphoræ, ſpodii, raſuræ cranii, vnicornu, Santalorum rubeorum, alborum, citrinorum an.* ʒj.
Corallorum, viſci quercini, granorum pœoniæ, Rad. pœoniæ an. ʒij. Conterenda hæc omnia & ſubtiliſſimè pulueriſanda, ac tandem in arcani vitrioli ℔j imponenda ſunt. Stent in digeſtione per menſem. Poſtea vtere, vt præſcriptum eſt. Quia verò diximus, hoc vitrioli arcanum ſatis eſſe ad quemcunque caducum ſanandum: ideò neceſſarium minimè videtur, vt in id recepta, & compoſita aut ſimplicia alia congerantur. Sed cõpoſitionis huius hæc cauſa eſt, quod ſcilicet vitriolum interdum inæquale ſit, vel non rectè ſemper præparatum, vel vitio alio inuſtum, ex quo impedimentum aliquod emergere poteſt, quo virtutis ignauioris exiſtit, quàm ſi recte præparatum ſit. Hoc ergò impedimentum addita Recepta corrigunt & auertunt. Interdum Artiſtæ etiam in laborando errant, quod ipſum quoque virtutem ſperatam Arcani inhibet.

Arcanũ vitrioli eſt oleũ Phlegma vitrioli oleo ſimile eſt viribus.

Vitrioli præparationes varię.

De *Sedatiuis* hoc ſciendum eſt, quod plùs, quàm credi poſſit, conferant ad morbum retundendum. Tale eſt opium Thebaicum, & ſimilia alia. Huius vero permixtio ac præparatio talis eſt: Opiũ ſedat caducum,

℞. *Opii Thebaici* ʒij, *Cinnamomi* ʒß. *Muſci, Ambræ an.* ʒj. *Sem. Papaueris vtriuſque* ʒß. *Mandragoræ* ʒß. *Maſtices* ʒiij.

Trita tenuiter miſce, & cum ſucco citoniorum coctorum tabellas vel paſtillos concinna, quos in citonium immitte & conde, hocque exquiſitè iterum concluſum in maſſam panis induciro: coquatur velut panis in furno. Eo cocto ſatis citonium exime, & ex hoc ſpecies, quas teres. Trituræ huius ʒß adde arcani vitrioli ʒ quinis. Et hiſce dictis vniuerſam caduci curam finiamus. Quæ verò ad plura Arcana, Magiſteria, Elixiria & ſimilia, ceu Aurum potabile, Mercurius vitæ, quæ ſingula caduco ſufficiunt, numerantur, ea hîc non referuntur. Iſtorum deſcriptiones in *De Quinta Eſſentiâ* poſitę ſunt, quò Lectorem remittimus.

CAP. II.

De Curâ Maniæ.

Manię cura duplex Chirurg. & Phyſic.

SIcut de caduco, ita de Mania etiam conſtituendum, & ad curam procedendum eſt. Medicinæ autem Maniam adimentes *duplices* ſunt: vna Chirurgica, altera Phyſica. Nam interdum accidit, vt vtraque ſimul adhibenda ſit. Primò autem curam Chirurgicam ponemus: poſteà Phyſicam: iuxtà verò etiam Experimenta trademus, qui cuilibet curæ debentur. Quãquam de Chirurgiâ ægrè definiamus, hoc conſilium vniuerſis dantes, ne temerè ipſam tractent, niſi per propriam experientiam in accidentibus omnibus probè inſtructi & periti ſint: quod idem etiam in libro de *Cura externa fideliter* admonemus. Practica verò Chirurgica hiſce comprehenditur. Primò apertionem fac in eo loco, in quo Mania oritur. Si vero de loco ambigas, aperi extremitates omnes in digitis pedum & manuum, in capite, quouſque centri circulus velambitus diffunditur. Apertio iſta duplex eſt: vna cutem ſolam tollit & aufert, vt ſub eâ caro nuda relinquatur: altera foramina molitur, ex quibus eſchara cadit, & foramen manet. Hoc vero diſcrimen pro morbi conditione tenendum eſt, hoc modo. Si morbus ſit vehemens & frequens, tunc prima

Apertio in Mania vt faciẽda.

Apertio in Mania duplex.

cutis

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 617 sur 913

cutis apertiò non ſufficit ad cauſam Maniæ eliciendam, ſed opus eſt & alterâ, vt quis vlcus profundius inducat. Foramen enim quoduis quandam emittendi vim & proprietatem habet, velut emunctorium. Ideò vtriuſque apertionis recepta talia ſunt.

Receptum apertionis primæ.

1. Apertio venæ.

℞ *Radicis Flammulæ recentis vel in aceto imbibitæ,*
Florum Flammulæ recentium, vel imbibitorum ℥j.
Pinguedinis Scarabæi ℥ß. *Cantharidum* ʒv.
Fermenti, Aceti, an. q. ſ. Trita & cribrata omnia miſce in vnguentum, quod panno inductum applica, quouſque digiti pertingunt. Pannus ſi reſiccetur, foris aceto perfundatur, vt humidus ſemper ſit. Emplaſtrum 5. vel 6. horis inſideat: poſtea remoueatur, & veſica rumpatur, ac cuticula detrahatur, vt caro ſubiecta loci nuda pateat. Iam Apertionem leniorem aut mitiorem ponemus, faciendam aut adhibendam eo tempore, quo ſimplicium prædictorum inopia eſt. Ea talis eſt:

2. Apertio mitior.

℞ *Aquæ fortis optimæ. Salis Armoniaci ſublimati* ℥ ß.
Mercurij ſublimati ʒiij. Hæc tria miſce, & mixta in vitrum inde, quod leui igni impones, dum omnia reſoluantur in formam aquæ. Cum hâc ſpatia extremitatum ablue quinquies vel ſexies, poſteà ſiccari ſinantur. Eo præſtito cutis à partibus amouebitur, ſicut puluis à carne. Hæ autem apertiones cuilibet cuti deradendæ ſufficiunt; quas vidimus interdum magnâ vtilitate cutem à carne diſtrinxiſſe & excoriaſſe. Et qui ab excoriatione iſtâ ſanguis emanat, is multùm ad minuendam Maniam confert. Alij ſcalpellis adactis extremitates perrundi iuſſerunt: quæ tamen ſcarificatio ſubtrahendæ maniæ ſatis efficax non eſt: ſed apertio totalis inſtitui debet. Quòd ſi verò hæc iam dicta apertio tibi minùs placeat, vtere hâc vlceratiuâ, quæ iſto modo fit:

3. Apertio exulcerans.

℞ Mercurii ſublimati. Arſenici puri. Aq. fortis. an. Commiſce in formam ceroti, quod extremitatibus illiga, dùm ſenſus obſtupeſcat. Poſteà mollificetur cum pinguedine quâdam, vt eſchara decidat. Hâc remotâ, practica altera inſtituenda eſt. Apertionibus hoc modo factis, nota, quòd per eas omnis Maniæ fluxus cum materia ſua vniuerſa extrahi debeat, ſicut de hoc in capite de Maniâ docuimus. Hoc impetratur tantùm per Attractiua, quæ vlceratis extremitatibus quotidie bis imponuntur. Per hæc vitium omne elicitur. Extractione finitâ, exulcerationem cura ſequenti medela. Attractiuum autem tale ſit:

Attractiua Maniæ.

℞ *Galbani, Opopanaci, Serapini.*
Bdellij, Ammoniaci an. ℥ij ß. Hæc diſſolue in aceto, & cola, coque in ſpiſſitudinem iuſtâ. Poſteà ſpecies has, tenuiter tritas, & ſubtiliſſime cribratas immiſce.

℞ *Maſticis* ℥ß. *Thuris* ʒ ij. tuſk *Carabe* ʒj.
Vuæ verſæ Cruc. vngulæ an. m. ß.
Magnetis. ʒiij. *Colophoniæ* ʒ ij. *Firniſij* ʒv. Miſceantur omnia in cerotum, quod impone, & foramina extremitatum probè imple, & ligationem ſemper renoua, tamdiu, donec Maniæ alterationem factam ſentias. Tandem pro more chirurgico cutem conſolida aut obduc. Sed de apertiuis & attractiuis hiſce notabile quid attendite, debere nempe apertiones capitis omnium poſtremas eſſe, ac fieri, cæteris extremitatibus iam dum ſua cute iterũ obductis. Tunc enim demùm, ſi vſus poſtulet, centrum capitis quoque aperies, & prædicto modo procedes. Sic ergò hactenus de cura Maniæ chirurgica hæc dicta ſunt. Vbi hoc ſimul attendi debet, quòd vnà etiam venæ idoneæ ſecandæ ſint. Nam ſæpè fit, vt per Phlebotomias tales Mania propulſetur. Quę tamen cùm vulgata & omnibus nota ſint, latiùs ac in ſpecie hic non explicamus.

Iam autem porrò de Maniæ cura Phyſica etiam expediemus nonnihil, quæ ſine chirurgiæ ope omni præſtatur. Curæ huius differentia duplex eſt. Vna refrigerando congelat Maniæ materiam peccantem: altera eandem ſedat & mortificat. De Maniam refrigerantibus & congelantibus primò dicemus. Hæc vel interna vel externa ſunt. Pars internorum maxima in cura caduci quoque tradita eſt. Deſcriptio eiuſmodi eſt: Maniã quæ refrigerẽt.

℞ *Ol. Camphoræ . Olei Muſci .* Miſce, & pro vice vna ℥ß. in potu præbe. Hoc enim medicamen mirabiliter Maniam tollit, ardorémque corporis extinguit, & ebullitionem ſanguinis compeſcit, materiámque congelat, cogitq; non ſecus ac frigus aquam in glaciem congelat. Huic ſimile Receptum aliud nondũ inuenimus. Idem oleum externè quoque temporibus & fronti illini poteſt. Cæterùm quæ Maniam tollant, plura alia ſunt, velut *Arcana Eſſentiæ quintæ*, quorum quoduis per ſe propter ſingularem proprietatem ac confortandi vim inditam, Maniam tollere poteſt. Huius claſſis ſunt: Oleum pro Mania inſigne.

Quinta Eſſentia Argenti, Quinta Eſſentia Ferri.
Quinta Eſſentia Saturni, Quinta Eſſentia Mercurij.
Solutio Cryſtalli, Solutio Coralli &c. Arcana contra Maniam quæ.

Multò autem præſtantiora ſunt, quæ ad Maniam appropriata dantur, velut
Extractio Camphoræ. Extractio Auri &c.
Altera verò curandi Maniam ratio fit per ea, quæ Maniam mortificant, & inſuper peccantem Maniæ materiam ita ſopiunt, vt deinceps non ſentiatur amplius. Sed & huius curæ remedia multiplicia ſunt, tam externa, quàm interna: quorum optima ſunt ea, quæ ad normam extractionis Eſſentiæ 5. præparantur, vt ſunt: Maniã quæ mortificent.

Summum Anodynum, Quinta Eſſentia Papaueris.
Quinta Eſſentia Mandragoræ. Quinta Eſſentia Loliatorum.
Quinta Eſſentia Opiatorum, Quinta Eſſentia Iuſquiami.
Quæ quidem remedia etſi valida & vehementia ſint: per Quintæ Eſſentiæ proprietatem tamen ita purgata & præparata ſunt, vt impuritatem in ſe reliquam nullam habeant, quâ corpus noxâ affici queat, ſed

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 618 sur 913

omnem materiam ſenſim ac leniter tollunt & ſubducunt. Per quaſnam vel virtutes eadem tam vehementem & ſonticum morbum expugnent, hîc explicare nihil attinet: ſed in Quintæ Eſſentiæ tractatione res omnis pleniùs & planiùs expedietur. Hîc ergò iam curæ Maniæ methodum finiamus. Sunt quidem & alia remedia, quæ Medici alij per experientiam propriam contra Maniam facere & conferre inuenerunt, nimirum ex ſimplicibus crudis deſumpta: quæ nos tamen ſuis auctoribus relinquimus, ſolis Eſſentiis quintis & ſeparationibus, vtpote omnium vtiliſſimis inuentis & obſeruatis, contenti.

CAP. I.

De Curâ Vitiſtæ, vel choreæ laſciuæ, vel leuitatis animi.

Vitiſta vnde nominetur.

QVod Vitiſtæ cura à nobis deſcribitur & proponitur, res multis temeraria & planè impoſſibilis eſſe videtur, his rationibus perſuaſis, quòd nempe Vitiſta a S. Vito nomen traxerit, qui plagæ & pœnæ loco hominibus morbum immittat: aut quòd Viti vice ipſe Deus propter hominum peccata malum hoc infligat. Quod quidem vero eſſe ſimile quadantenùs nos minimè inficiamur: non tamen arbitramur interim, pœnam eam talem eſſe, quam vel Deus ipſe, vel Diuus nobis infligat aliter, quàm permittendo, vt per choreæ Viti imprecationem, imaginatio eiuſmodi in animis hominum generetur, per quam iſte morbus deinceps introducatur & emergat, quem

Vitiſta eſt ægritudo imaginationis.

vulgus poſteà pro pœnâ diuinâ æſtimet, cum tamen ægritudo ea ſit merè æſtimatiua ſeu imaginatiua, ſicut in capitulo de origine eius tradimus. Contra eiuſmodi Vitiſtam æſtimatiuam vel imaginatiuam, curam talem proponimus eamq; peculiarem. Prætereà, ſi originem traxerit ex leuitate animi, conſentiente voluntate, quæ affectio, chorea laſciua vel leuitas animi vocatur: contra hanc ipſam quoque aliam, eandémq; ſingularem curam docemus. Tertiò contra choream coactam, cuius origo naturalis eſt, naturalem quoq; Medicinam apponimus. His tribus diſtinctis ſpeciebus tres diſtinctas curas opponimus, quarum quælibet ſuo morbo ſeorſim applicanda eſt, nec vna pro alterâ vnquam facit.

Choreæ tres ſpecies: & tot curę.

Chorea iracũda vt curetur per imaginationẽ

Dum ergò primùm de Curâ choreæ Æſtimatiuæ vel imaginatiuæ ex imprecationibus diſſerimus, notandum vobis erit, diſcrimen aliquod intercedere inter æſtimatiuam & imaginatiuam, quia nimirùm altera ex irâ, altera ex laſciuiâ oritur. Primam ergò nos *Vitiſtam*, alteram *Laſciuam* vocamus: quarum cura quoque diuerſa eſt, velut ortus. Et Vitiſtæ ex irâ natæ cura eiuſmodi eſt. Ex cerâ vel reſinâ patiens imaginem ſibi ſimilem finget, & obſtinatè firmiterq; ſibi perſuadebit, aut cogitabit, vniuerſas adiurationes ſeu imprecationes, quas vnquã fecerit, pro ſuâ voluntate in hâc imagine perfectum & impletum iri, hac ratione: nempe intra ſeſe ita cogitabit, quòd imagini omnia ea mala imprecetur, omnéſque ſuas cogitationes, ac animum penitiſſimum citra recordationem omnem aliorum hominum in ſolam eam imaginem intendet & defiget, ac cum intentione eâ animi obſtinatiſſimâ tandem imaginem in ignem proiiciet, exutérq; vt nec cinis nec fuligo vlla ex materiâ imaginis corporaliter ſuperſtes relinquatur. Dum iſta prædicto modo fiunt, ex imprecante cogitationes vſque adeò efficaces & validæ in imaginem procedunt & effunduntur, vt nihil obſtare aut aduerſari queat. Imprecationes enim perficiuntur in iis, qui eas faciunt, non in iis, contra aut in quos fiunt aut iactantur, idq; ob hanc cauſam, quia aliorum lenitas per ſuorum hoſtium iram lædi non poteſt, ſicut de Imaginibus traditur. Itaque eiuſmodi reluctatio nulla etiam in imagine exiſtit, ſed hæc corporaliter comburitur, ita vt imprecanti cogitationes hæ omnes adimantur. Hæc autem qui ex ipſo fundamento intelligi debeant, pleniùs de *Imaginationibus & Incantationibus*, de *Impreſſionibus* traditur. Et fieri hoc etiam poteſt, vt ſi vel tantillum cineris corporaliter de iſta imagine relinquatur, ægro curæ ſatis præſtitum minimè ſit, ſed de morbo aliquid adhuc ſuperſtes maneat. Quâ cauſâ ſola cera & reſina hûc conducunt, ceu de imaginibus & impreſſionibus dilucidiùs docetur. Sed hæc hactenus de curâ Vitiſtæ ex irâ dicta ſufficiant. Deinceps etiam de chorêâ laſciuâ & impudica diſſeremus tali ratione.

Per vſum ac rerum magiſtram experientiam conſtat, quòd contrarium vnum per alterum naturali modo pellatur. Hoc verò cùm modis variis diuerſiſque fiat, nos hoc loco noſtram quoque experientiam proponemus, quî laſciua & intemperata chorea expellatur & expugnetur, & fit hoc modo. Si choreiſta, vir vel fœmina, ex vberiore laſciuia choream hanc ordiatur, & ſaltare incipiat (quod fœminis quàm viris frequentiùs accidit, vt quæ plures æſtimationes & cogitationes habent, & profundiùs efficaciúſque imaginantur, & faciliùs à naturæ ſuę fortitudine ſeipſas vincunt & expellunt:) nihil magis prodeſt ac conducit, quàm quod cogitationibus & operibus eorum aduerſum eſt. Ipſarum enim cogitationes liberæ & laſciuæ ſunt, leuitatis plenæ, omnis pudoris, timoris ac verecundiæ vacuæ, quas ita expelles. Abſtrude eas in locum caliginoſum & obſcurum: cibentur aliquandiu ſolo pane & aqua; nullo miſericordiæ affectu in eo loco ſordido ſeruentur. Hoc modo fiet, vt per eſuriem & penuriam, aliam naturam ac cogitationes concipiant, ita vt laſciuia per eam abſtinentiam expugnetur in ipſis, & opera luxurioſa ſopiantur, ſanguis ferocior reſidat, ſpiritúſque vitæ leniatur & remittat, corq; ex lætitia in mœrorem à captiuitate & loci ſorditie coniiciatur, adeoq; vetus morbus vaneſcat, & triſtitia recens, nullâ lætitiâ, nullo riſu, ſaltúue ac clamore comitante, animum occupet ac gubernet. Quibus omnibus præſtitis, ex loco obſcuro captiuæ emittantur, ſenſimq; ac de die in diem prior diæta laxetur & cibus paulatim melior præbeatur, carcérque ſubindè lenior & tolerabilior reddatur, donec ipſa quoque Melancholia conſumpta, ratio vera poſtliminio redeat. Et huiuſmodi regimen tàm cogitationes, quàm geſtus & opera horum amentium tollit. Mera verò inſania eſt, quod quidam putant huiuſmodi choreas expugnari, ſi ſaltan-

Choreæ laſciuæ cura.

Fœminę viris laſciuiores.

si saltantibus immittantur & iungantur alij, qui eodem modo tripudient, & ad ægrorum exemplum similiter se gerant, canténtq; & subsiliant. Isthâc enim æmulatione ægri plus incitantur, quàm vt reprimantur: licèt diuersum statuant alij, persuasúmq; habeant, ægros saltatu examinatum iri tandem, nisi tali ludio cohibeantur. Id quod merum somnium est. Quinimò hoc multò conducibilius est, vt fustibus probè pulsentur & comminuantur, & à saltu per vim in carcerem abripiantur & abstrudantur. Vbi tamen hoc quoq; simul notandum est, quod vapulantes ij quandoq; intra se iram grauiorem concipiant, cuius vi prosterni & interimi possint. Et hac cautela obseruata omninò opus est. Ratiùs autem non proficit, si in aquam frigidam insperatò coniiciantur.

Frigida aqua animæ cura.

Reliquum est, vt tertiam quoque curam, Choreæ naturalis scilicet, ex ipsius naturæ principio ortæ, subiungamus, prout in capite de Chorea definiuimus, quod malum hoc ex venis risiuis oriatur, quarum vi & incitatione ægri ad saliendum compellantur. Hæc autem cura per remediorum genera duo perficitur: nimirum per externa & interna. In externa cura notanda sunt loca exteriora, in quibus morbus sese prodit & exerit. Interiora verò remedia ex Essentia quintæ sunt huiusmodi:

Choreæ naturalis cura.

Aurum potabile, Oleum Margaritarum, Materia Gemmarum,

Aqua Margaritarum, Anodynum summum, Quinta Essentia Opij.

Quinta Essentia Mandragoræ. Quinta Essentia Papaueris.

Quinta Essentia Lolij. Aquæ vitæ, Cancrorũ, &c.

Naturalis Chorææ remedia.

Ex his sunt nonnulla, quæ non intus saltem, sed etiam foris adhiberi possunt, vt;

Summum Anodynum, Essentia Mandragoræ, Essentia Opij, Essentia Papaueris, Ess. Loliatorum.

His loca & regiones inungi debent. Formula tamen hæc composita nobis vsitata, sæpiùs commoditates ingentes præstitit:

℞. *Essentiæ quintæ Opij* ʒj.
Essent. quintæ Mandragoræ gr. vij.
Essent. quintæ Lolij, ℈j.
Essent. quintæ Papaueris ʒij.
Essent. quintæ Iusquiami ʒiij.
Auri potabilis ʒiiij. *Aquæ cordis* ʒvj Misceantur omnia. Mixturæ huius, manè, vesperi & circa diem mediam, guttas 4. in vino bono, aut aquâ purâ propina, ad finem vsque sanationis. Externa verò membra inunge his rebus.

℞. *Summi Anodyni* ʒß. *Ol. Nucis Muscata* ʒj.
Ol. Musci ʒj. Misceantur in formam vnguenti, quò membra titillationis primaria, velut alas, collum, &c. inunges. Prodest hoc etiam in casu prædicta carendi norma ac ratio, seueritate tamen, lasciuis debitâ, aliquatenus remissâ. Nam, & hîc tristitia inducenda, & alteratio corporis per abstinentiam facienda est. Sed hæc de Chorearum curâ hactenus sufficiant.

Pene ridentes vbi sitæ.

CAP. IV.

De Curâ suffocationis intellectus.

SVperiùs in capite 4. de origine suffocationis intellectus diximus. Iam hoc capitulo 4. eius curam subnectemus. Suffocationis autem intellectus & sensum tres species meditati, iam primæ curationem primò ordiemur. Cuius origo cùm à vermibus sit, remedia talia præstituemus:

Suffocationis à vermibus cura.

℞. *Colocynthidis, Esulæ, Harmelli, Hellebori nigri an* ʒj.
Scammoneæ ʒß. *Polypodij, sennæ, an.* ʒvj. *Agarici* ʒiij.
Mellis despumati, vini boni, an. ℔ iij. *Aceti modicum.*

Hæc omnia mixtim decoquantur. Satis decocta colentur. Colaturæ huius potandum offer, quantum prudenti Medico videbitur requirere ipsum morbum: operatione huius laxatiui finitâ, paulò pòst hausturn alterum similiter propina, boni tamen consilii moderatione adhibitâ. Hæc medicina non ex proprietate saltem sua, verùm etiam specifica vi vermes & ipsorum nidos educit, vt alij denuò non subnascantur. Hoc facto, medicamina ea propina, quæ in tractatu de caduco posuimus, eadem dosi obseruata: ita tollentur & profligabuntur omnes paroxysmi tam in senibus, quàm iuuenibus, vt vnquam deinceps à vermibus Ratio quoquo modo suffocabitur. Etsi verò alia plura quoque appropriata & specifica Empiricáque huc pertineant, ea tamen consultò omittemus. Non enim eadem per nostram nobis experientiam rara sunt, sed fidem ipsorum inuentoribus damus. Quæ si quidem non retinemus: hîc tamen ea saltem, quæ frequenter vtilia esse ipsi comperimus, ponenda duximus.

Cura alterius suffocationis, mulieribus ab vtero enatæ, tribus modis perficitur, vnus consistit in vnguentis; alter in suffitibus: tertius in assumendis. Vnguenta vi calefactionis morbum lenire quidem & pacare, sed non penitus tollere possunt. Et tamen hoc auxilium minimè negligendum est. Vnguenti hæc descriptio est:

℞. *Olei Tapsi, id est, ex foliis floribus tapsi, sine additione.*
Olei Anethi, id est, ex solo Anetho, vt idẽ, an. ʒj.
Olei Oliuarum, Amygdalarum, an. ʒß.
Balsami masticis ʒij. Misceantur omnia. Mixturâ eâ inunge vmbilicum & præcordia. Præterea ægri ventriculum hunc impone:

℞. *Artemisiæ Camomillæ, Cineris fagini an. M.v.* Hisce remediis instans suffocationem minimè mitescere, sed in caducum digredi videris: tunc pertritorium fumum in matricem immitte, ex hisce rebus sequentibus. Is solus ad suffocationes matricis omnes, etiam mortem intentantes, sufficit.

℞. *Verrucarum Equorum genuum* ʒj.
Assæ fatidæ ʒj. *Cornuum vngularum capræ*, ʒij. Terantur subtiliter, & in puluerem permisceantur, cuius accensi ℈j. vtere ceu conuenit. Hæc suffumigatio suffocationem à corde trahit arcétque, caputque liberat & expedit, ac cerebrum reficit, purgat matricem, & corpus vniuersum mirâ ratione recreat. Quòd si tamen hoc remedium non plenarium auxilium & liberationem fors præstet: tum medicamenta interna propina. Frequenter etenim accidit, vt per paroxysmorum vehementiam Natura ita validè prosternatur, vt nisi confortantibus probis adiuta, peccanti materiæ satis resistere

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 620 sur 913

minimè queat. Et si quidem suffocatio etiã remisisset: hoc tamẽ sequenti confortatiuo insta. Quod si fors habere in promptu non possis: tamen quæ altera matricis confortantia sequuntur, ad naturæ robur afferendum satis sunt.

Confortatiuum.

℞. *Auri potabilis, Materiæ perlarum an.* ʒj.
Essentiæ Antimonij, Essentiæ sulphuris an ʒß.

Misceantur. De miscellã pro singulis haustibus præbe ℈j & senis quibusuis horis dosin iterã.

Confortantia Matricis.

Materia Perlarum, Materia Corallorum, Materia Crystalli,
Quinta Essentia opij, Quinta Essentia papaueris. Quinta Essentia Iusquiami. Quinta Essent. sterc orum contra Colicam. Et sic de aliis his similibus nota.

De suffocationibus his hoc etiam notari debet. Si eæ non continenter durent, sed discretis temporibus insultent, tunc fœminis illis præseruationes adhibendæ sunt, sicut de præseruamentis tradimus, & hic repetere otiosum ducimus.

Cura tertia similis in omnibus est: sub quã species vniuersas, in capitulo de suffocationibus explicatas, comprehendemus. Nam simili curã curantur. Hùc autem peculiare medicamentum nullum spectat aliud, quàm ex Essentia quinta paratum: cuius rei causæ multæ sunt: quarum ea potissima existit, quòd pleræque ex imbecillitate naturæ proueniant. Vnde fit, vt istiusmodi remediis opus sit, quibus Natura roboretur. Et roboratione istiusmodi suffocationes omnes expelluntur. Itaque deinceps indicabimus illa, quæ in Quintã Ess. consistant huc facientia, vt sunt.

Fortiora.

Aurum potabile. Appropriatum sanctum. Elixir membrorum.
Maximum simplex. Succus Gemmarum. Arcanum vitrioli &c.

Mediocria.

Oleum Auri, Aqua Aurifera. Materia Perlarum.
Oleum Argenti. Aqua specifica. Materia Corallorum, &c.

Minora.

Oleum Ferri. Oleum Iouis. Quinta Ess. sanguinis.
Oleum Cupri. Oleum Crystalli. Quinta Ess. panis.
Oleum Saturni. Oleum Sancti. Quinta Ess. Carnium, &c.

Grandia Repugnantia.

Quinta Ess. Opiat. Quinta Ess. Papaueris.
Quinta Ess. Loliorum. Quinta Ess. Margaritarũ
Quinta Ess. Gemmarum. Quinta Ess. Corallorum,
Quinta Ess. Antimonij, Quinta Ess. Sulphuris.
Quinta Ess. Tartari, &c.

Et his curam hanc claudemus. Illis enim meliora inueniri dariq; nequeunt. Per iplorum enim virtutes suffocationes non saltem expugnantur; verùm ipsa etiam mors, veluti de Quintã Ess. vt & de Morte & vitã indicamus. Itaque hic pluribus missis ad aliam curam procedere pergamus.

CAP. V.

De Cura priuationis sensuum, vesanorum.

QVorum hoc capitulum Curationi vesanorum docendæ impendemus. Quorum cùm g nera quatuor sint, totidem etiam curæ ponendæ videntur. Dicemus primò de *Lunaticis*. Horum cura in eo posita est, vt Lunæ & Astrorum attractio impediatur aut auertatur. Nã sicut videmus aduersus Solis ardores recta constrtui, ne, quod Soli expositum est, ab ipso noxam trahat: sic idem de Lunaticis quoque similiter intelligi debet, hoc modo. Et primò notandum est, vim Lunæ, quam in nos habet, per medicamenti facultatem certam adimi posse, velut & vis Solis eodem modo, ac stellarum influentiarúmque cæterarum vniuersarum, quæ ex corpore nostro extrahunt. Et hoc iterum intellige per Magnetem, qui vim omnis ferri & chalybis trahendi habet. Ferrum etenim, quod oleo Mercurij illinitur, à nullo Magnete attrahitur. Sic si magnes allio inungatur, nunquam ferrum trahit. Simili ratione putandum est, quasdam etiam Medicinas dari, quæ contra Lunam pugnent: alias, quæ contra Martem: alias, quæ contra Iouem, aut Saturnũ, aut astra omnia cætera. Opera ergò danda est, vt Lunaticos aut influentias auertas istiusmodi Medicinis dictis, pro Lunæ facie aut viribus prudenter administratis. Eadem etiam planetarum ac stellarum cæterarum ratio est, sicut de influentiis & Quintã Essentiã clariùs docetur. Iam verò septem Planetæ sunt: totidem sunt etiam metalla. Adeóque ipsã experientiã doctrice constat, septem ista metalla in nobis aduersus Planetas vim & operationem habere. Qui ergò Planeta in corpore aliquo grassatur, eius oppositi metalli Quinta Essentia ipsi adhibenda est: veluti Quinta Ess. Auri contra Solem, Quinta Ess. Lunæ contra Lunam, & sic de aliis. Vbi simul hoc quoque notandum est quòd Quinta Essentia Auri contra Planetas omnes faciat propter vim specificam peculiaremq;, quam cordi indit, à quo omnia expelluntur, sicut de septem membris traditur. Et hęc de Lunaticis interpretatio sufficiat.

Lunaticorum cura qualis.

Magnes oleo Mercurij, aut allio illitus, ferrum non trahit.

Septem Planetarum, septẽ sunt metalla.

Secundò ponamus etiam curam *Insanorum*, qui amentiam hanc velut hęreditatem ex vtero matris traxerunt. Cura autem in duobus consistit. Vnum, est præseruatiuum, quod adhibendum patri est mative, ne fœtum simili labe inficiant & contaminent: Alterum est curatiuũ eius, qui insanus existit. Cura prima (quæ nõ cura, sed præseruatio aut expulsio vocari debet) ita fiet. Parentes non solent vti coitu naturali, sed artificiali, & hoc ita: Quando appetitum habent coëundi, tunc ista insanitas regitur, & fit ab isto coitu. Si fit in insanitate, in quod insanitas ipsum ducit, tunc puer insanitur. Si autem non, & in sanitate coitur, & coitus procedit, tunc puer non insanitur. Et sic sequitur cura, quòd appetitui naturali nõ satisfaciat, neque coëat, cùm appetitus sit à seipso, sed immediate proficitur in aquam frigidam, & expellitur coitus, & extinguitur. Et cum extinctus fuerit, immediatè per artem inducitur, tunc coitus ille habet nicensionem & incitamentũ per medicamina:

Insanorum quę cura.

tunc

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 621 sur 913

tunc sequitur actus naturalis secundum naturam, & non secundum mentem vel voluntatem insaniæ. Et si coitus quotiescunque voluerit prouocetur per medicinam, verus & bonus est. Et videndum in hoc, quòd ipsa natura non sit insana, sed perfecta in se. Si autem tamdiu insana fuerit, vel quotidiana insanitas, tunc quotidiè coitus per rationem dictam potest fieri. Et si primus puer perfectè non liberetur: tamen proles eius de (eâ) liberantur, per dictum modum ab insaniâ.

Hoc etiam notari oportet, insanos ante coitum confortandos esse per essentias quintas. Per has enim spermatica membra ab incongruo & inconuenienti custodiuntur, ne partus fiat prolis pariter insanæ.

Cura secunda ad ipsos *Insanos* pertinet: & talis est. Insaniam eorum curari & tolli impossibile est, nisi priùs complexiones & humores penitus mutentur & alterentur, adeò, vt recens introducta complexio priore robustior & potentior sit, & per eam vetus constitutio omnis exigatur. Hæc autem alteratio seu euersio duobus modis fit: *per Confortatiua, & per sedatiua.* Confortatiua ex solis Quintis Ess. constare debent, vt sunt

Confortat.

Quinta Ess. Auri. Quinta Ess. Perlarum. Quinta Ess. Argenti.

Quinta Ess. Corallorum. Quinta Ess. Antimonij. Quinta Ess. Sulphuris.

Quinta Ess. Mercurij. Quinta Ess. Saphyri. Quinta Ess. &c.

Sedatiua. Similiter & sedatiua ex solis sedatiuis Quintis Essentiis esse debent, vt sunt

Mitigatiuum magnum, Anodynum temperatum. Purpura florum, Gemma soluta, &c.

Per hæc, vt dictum est, debent possunt q; *Insani* sibi restitui, vt nulli insaniæ amplius obnoxij sint. Aliter enim tolli malum minimè potest. Et cætera, quæ contra *Insaniam* produntur, consul ò transiliemus.

Vesanorum quę cura.

Tertiò de *Vesanorum* etiam illorum curâ constituemus, qui à cibis & potibus in insaniam coniiciuntur. Hi hoc modo iuuandi sunt. Primò viæ duplices notandæ sunt: vna specialis, altera sedatiua. Specialis ita tenenda est, vt Medicina detur specialis de iis rebus, quales assumpsit: aut, vt meliùs intelligatis, vt Medicina vim & facultatem habeat insaniæ venenum illud mortificandi, antequàm id edatur aut ingeratur. Hæc ita accipe. Statuamus, quendam insanum reddi per comestum cerebrum felis. Medicinam ergò oportet talem esse, quæ cerebrum felis mortificet sicut herbæ quædam sunt, quæ gustatæ, aut à felibus comestæ eas interimunt, quòd nimirùm contra ipsorum cerebrum peculiariter specificatæ sint. Si ergò per cerebrum felis alicui insania ingesta sit, is per huiusmodi herbas curari debet. Sic si quis à stercore fascinatus sit in amorem: tunc amorem pellet per ea, per quæ stercus expellitur. Sic ergò de specialibus dicendi finem faciemus. Nec enim à nobis consultum est emanare, quomodò homines fascinentur & lædantur. Vnde nec fas est, à nobis contraria remedia prodi.

Cerebrũ felis insanire facit.

Amoris fascinũ per stercus.

Portò sedatiua ipsa quoque ex Quintis Ess. vt quæ solæ, cæteris omnibus nihilum proficientibus, leniunt & auferunt, desumenda sunt. Sunt autem sedatiua Aurum potabile purpuratum, Quinta Essentia Lunæ Opiata, &c. Etsi verò hîc multa consideranda veniant, veluti in Theoricâ traditum est: fieri tamen per communium Receptorum naturam non potest, vt cuilibet indiuiduo sua peculiaris eaq; perfecta Medicina inueniatur. Ideò per solas Quintas Essentias eiusmodi vesanitas eximenda est, cum Quintis Ess. de Opio, de Mandragorâ, de Iusquiamo, de Papauere, de Lolio permixtas. Debent etiam Quintę essentiæ esse ex Auro, argentóue, & chelidoniâ aut similibus, veluti seorsim in de Quintâ tract. traduntur. Eorum etiam mentio fit in tractatu de gradibus maiotibus super Quintam Essentiam. Ibi enim Medicina nulla est, quæ cibos aut potus huiusmodi fascinatos aut tollere, aut adimere possit. Nemo ergò conari debet, vt corpus purget, & hoc modo venenum subducat. Molimen enim id frustraneum est, quia insania ea in spiritu vitæ hæret, in quem purgatio nulla agit. Solis ergò confortatiuis vis & locus est, quibus vitæ spiritus animetur & vegetetur, venenum autem sopiatur & obtundatur.

Papauer. ratum.

Purgatio in insanis inutilis.

Quartò supersunt Melancholici, qui à propriâ suâ naturâ desipiunt, in quibus nulla ratio euidens est, sed complexiones omninò præpollent, & intellectum supprimunt, ac pro suo modo eandem gubernant. In huius Melancholiæ cura ad duo respiciendum est: vnum est, vt noscatur, ex quânam complexione orta sit. Alterum, per qualia tollatur & amoueatur. Res ita se habet. Si complexio, Melancholica sit, adhibe contraria. Vt si Melancholicus sit tristis, per remedia eum lætum & risibilem facito. Si ridet nimium cura ipsum per Medicinas contristantes. Quod hoc modo accipies. Sunt nonnulla remedia, quæ homiuem ridere faciant, quæque omnes morbos à mœstitiâ ortos, tollant, & animum lætitia perfundant. Nec ipsum tantum accidens remouent, ita vt risus cum aliquâ tristitiâ iungatur, & mœroris ipsefons superstes sit: verùm hic ipse quoque funditus tollitur. Sic vicissim remedia quædam sunt, quæ mœstitiam inuehunt, dùm immoderatum risum, & lætitiam minùs lasciuam retundunt. Quæ dùm conuertuntur & mutantur, rationis ipsius compedes soluuntur, ipsáque ad pristinam suam integritatem & eminentiam euehitur. Sed & huius practicæ cura ex solis Quintis Essentiis procedit, vt in quibus temperies eiusmodi sit, quibus natura violata & proculcata ad se redeat: & Melancholiæ indicia omnia excutiat. Huius generis, quæ sunt remedia, ea morbos Melancholicos apprimè mulcent, mentémque ipsam maximoperè vegetant & serenant, ac insaniam omnem Melancholicam elidunt, & tristitiam ex pectore extendunt, ipsique intellectui liberum expeditúmque motum faciunt: vt

Melancholicorum quę cura.

Aurum potabile, croci magisterium, ambra acuata, Manna maris, cordiale graue, lætitia Veneris &c.

Hęc autem sequentia insaniam cum lasciuâ nimis immoderatâq; lætitiâ permixtam attemperant mulcéntque, & ad statum conuenientem naturam reducunt, vt

Opiatum primũ, purpuratũ Filat. Lolium purũ &c.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 622 sur 913

Etsi verò Melancholia ista pro 4. complexionũ numero quadruplex sit: non tamen seorsim cõplexioni cuiuis sua medicina præstituenda est, sed duarum cura sufficit. Duæ enim complexiones assimilantur, velut cholera & sanguis, quę cum lætitiâ coniungantur: hoc tamen diuisæ, quod vna bellatrix sit, altera minùs: & tamen vtriusque cura vna est. Sic & complexiones duæ reliquæ, phlegma nempe & Melancholia similes inter se sunt: vnde vtriusque quoque similis cura. De Melancholia autem hactenus satis dictum sit.

CAP. V.

De Præseruamentis.

CApitulis quinque prioribus constitutis, tandem ad præseruationem digrediamur. Si verò hoc loco cuilibet Amentiæ speciei suũ peculiare remedium præstituere laboremus: deductio nimis longa & tædiosa futura sit. Præseruatiuum ergò vnum constituemus, quod hominem custodiat à primâ priuatione sensuum, nempe caduco, & similiter à Maniâ, & itidem à choreâ postea à suffocatione, & tãdem à priuatione sensuum omni. Huiusmodi verò vniuersale medicamentum citra separationis artem ac beneficium parari minimè potest, sed per solas Quintas Essentias tale cõcinnari debet, vt quæ ab istiusmodi priuationibus præseruandi facultatem eximiam habent. Nec enim ad morbum tam violentum magnũque debellandum tenui leuique virtute opus est. Deinceps ergò huiusmodi Quintas Essẽtias enumerabimus. Licèt verò quandoque per medicinas etiam leuiores, tam simplices, quàm compositas, atque per conueniens regimen, idoneámq; diætam adhibitam hic morbus anteuerti possit: nos de iis tamen ideò nihil scribimus, quia nec semper, nec omnibus prosunt aut satis sunt. Quod de Essentiis quintis similiter verum non est, nisi morbus trepidus sit (vt de sanitate & ægritudine tradimus) contra quem nulla vspiam medicina nata aut producta est. Sunt autem quintæ Ess. tales:

Trepidæ morbus Medicinam non habet.

Aurum potabile
Oleum Auri.
Oleum Argentiq
Oleum Ferri.
Oleum Mercurii
Oleum cupri.
Oleum plumbi.
Oleum ſtanni.
Solutio corallorum.
Solutio cryſtalli:
Solutio gemmarum.
Solutio perlarum.

Opiatum magnum,
Anodynum ſummum.
Quinta Eſſ. Mandragoræ.
Quinta Eſſ. Opii.
Quinta Eſſ. Papaueris.
Quinta Eſſ. Lolii.
Quinta Eſſ. Iuſquiami.
Elixir corporis.
Tinctura rebis.

Quinta Eſſentia Auri.
Quinta Eſſ. Lunæ.
Quinta Eſſ. Martis.
Quinta Eſſ. Mercurii.
Quinta Eſſ. Cupri.
Quinta Eſſ. Plumbi.
Quinta Eſſ. Stanni.

Quinta Eſſ. Meliſſæ.
Quinta Eſſ. Chelidoniæ.
Quinta Eſſ. Karlinæ.
Quinta Eſſ. foliorum Ellebori vtriuſque.
Aqua vitæ.
Aqua aurea.
Aqua caponis.
Aqua ſanguinis.
Aqua ſoluens.

Elixir tinctura.
Tinctura procedens.
Oleum vitrioli.
Oleum Tartari.
Oleum Antimon.
Oleum Sulphuris
Oleum &c.

Causas verò virtutum & facultatum in his medicinis sitarum explicare hic omittimus, & rem in Librum *de* ϛ. *Eſſentia* reiicimus. Hisce autem finitis, hic Deo in æternum laudes & gratias agimus, & in nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis hunc de Amentibus librum finimus: quem conscripsimus in vtilitatem publicam, tàm fidelibus quàm infidelibus, bonis, malis, diuitibus & pauperibus, vt nimirùm iniustus cum iustis congregetur, & iustus ad diem vsque nouissimum iustus permaneat. *Amen.*

LIBER
DE CONTRACTIS MEMBRIS
THEOPHRASTI DE HOHENHEIM.

Et diuiditur in duos Tractatus.

Primus Tractatus habet de principiis contractorum Membrorum: & habet V. Cap.

CAP. I. *De Contractis læsis.*
CAP. II. *De Contractis ex calculo.*

CAP. III.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 623 sur 913

CAP. III. *De Contractis ex colicâ.*
CAP. IV. *De Contractis ex irâ.*
CAP. V. *De Contractis ex vino.*

Secundus Tractatus tractat de Curâ Membrorum contractorum, & habet IX. Cap.

CAP. I. *De Ordine in Practicâ.*
CAP. II. *De Auro potabili, de Oleo auri, & quintâ Eſſ. auri.*
CAP. III. *De Materiâ perlarum, & Eſſentiâ Antimonij.*
CAP. IV. *De Arcanis ſulphuris & aquæ vitæ.*
CAP. V. *De Oleo vitrioli, & Aquâ Tartari.*
CAP. VI. *De Fumo extrinſeco.*
CAP. VII. *De Balſamis.*
CAP. VIII. *De Arcanis quatuor.*
CAP. IX. *De Concluſione & Ratione.*

NONVS LIBER IN MEDICINIS THEOPHRASTI TRACTAT DE CONTRACTIS : ET DIVIDITVR IN DVOS TRACTATVS, ſcilicet Theoricam & Practicam.

TRACTATVS PRIMVS.

De Cauſâ Contractorum ex Læſione.

CAPVT I.

OCto libris hactenus ad calcem deductis, conſequenter iam nobis opus videtur, vt origo contracturæ ſeu reſolutionis membrorum à nobis deinceps explicetur. Principio autem intelligi debet quidnam contractura ſit. Quinque ergò ſeſe offerunt; quæ omnia membra læduntur & contrahunt, idque vel curabiliter, vel incurabiliter. Vnaquæuis autem contractura originis ac principii ſingularis eſt, & tamẽ modo vno terminantur tandem omnes, nempe in reſolutionem, quæ tamen in aliis locis alia omninò eſt, ſicut in capitulis ſequentibus definietur. Inter omnes tamen contracturas, ea, quæ ex læſione corporis oritur, grauiſſima & periculoſiſſima eſt: quâ causâ ante cæteras etiã explicatur. Hæc autem oritur ab externis cauſis, vt à vulneribus, aut caſu: quorum vtrumque tamen modis multis fieri poteſt: vulnera enim inferuntur vel ab armis, punctim cæſimque vel à tormentorum glandibus ac arcuum telis, & ſic ſimiliter. Sic & à caſu ſunt, luxationes, fracturæ, auulſiones &c. Ex his contractura, duobus modis emergit. Vno per oppilationem in carne factam, vndè nutrimenta pertranſire minimè queunt ad membra, quæ ob id contracta & tabida fiunt, ſicut de aridurâ explicatur. Altero modo ea fit per oppilationem aut interclusionem, in venoſo genere factam, propter quam arteriale nutrimentum penetrare non poteſt. Horum tamen interim nulla cauſa naturalis exiſtit, ſed ab accidentibus externis eueniunt omnia, velut à vulneratione, contuſione &c. quas iſtiuſmodi oppilatio deinſequitur hâc ratione. Quando vena vel ligamentum præciditur, & iterum conſolidatur, ſi non eiuſmodi medicinæ peculiariter vſurpentur, quæ vias nutrimentales expediãt & aperiant; tunc neceſſe eſt contracturam ſequi, quia pori alterati ac arteriarum viæ obſepræ & interceptæ ſunt. Frequentius etiam contractura ab abbreuiatione ligamentorum, aut ab iſtorum ineptâ & inæquali conglutinatione oritur: id autem à medicinæ malâ conſtitutione fit ſicut de vulneribus tradimus: & tamen eius quoque cura ad hanc refertur. Alterius contracturæ à caſu ea ratio eſt, quòd ſcilicet locus, in quo caſus factus, velut caro vel ligamenta obſtructa, infarcta & veluti ſuffocata aut mortificata ſint, propter quam mortificationem nutrimenta intercipiuntur, vt ad extremitatem membri peruadere non poſſint, & ſic neceſſariò conſumptio ſequatur. Quæ in cura pleniùs explicantur: vbi traditur, quâ ratione vnumquoduis membrum emortuum viuificari debeat, tam in caſibus aliis, quam in hoc morbo, de quo tractamus. Quæ omnia ex ſequentibus etiam contracturis, pleniùs ab omnibus intelligentur.

Contractura eſt quintuplex.

Contractura ex læſione corporis grauiſſima.

Contractura læſi oppilationis contingit.

De Generatione contracturæ ex calculo.

CAP. II.

COntractura autem alia quoque hic ſeſe nobis offert ab arenulis aut caculo genita. Hæc membra attingit ſub zona conſtitura, multis iiſque acerbis doloribus comitata, ex qua homines aliquando moriuntur: aliquando ad extremum obſtupeſcunt & ſenſu priuantur, toti claudi interim & immoti degentes. Hæc interdum

Contractura ſub zona ex calculo.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 624 sur 913

terdum ſolum ventrem affligit, torminibus ſæuis moleſta, quibus inteſtina reſoluuntur. Et hæc inaſpectabilis exiſtit. Quandoque in clunibus & oſſe ſacro hæret, & ſpinam dorſi contrahit cutuatque. Contractura nonnunquam fit in craſſis muſculis ſupra genua: & tunc reſoluitur podex. Sæpiùs ipſa quoque genua & crura occupat, & tandem reſoluuntur omnia membra, quæcunque ſub zonâ ſunt, & reſoluuntur vel integrè & abſolutè, vel diminutè. Quæ autem harum contracturarum origo ſit, nempe calculus in renibus & veſica, velut & arenæ: pleniùs in libro de Lithiaſi & Arenâ explicatur. Hic tamen etiam breuiter modum docebimus, quo ex calculo & arenâ contractura inducatur. Arenæ ergò & calculus non ſaltem in renibus & veſicâ, ac concauitatibus corporis omnibus, maximè verò ac principaliter in renibus & veſicâ, ſed in omne corpus quoquò verſum diſpergûtur & diſſeminantur. Iam ergò ſi talis quædam materia ſiue ea congelata ſiue ad congelationem tantùm diſpoſita ſit, ibi ſubſedit & conceruata eſt tunc ſpiritus vitalis, ſiue humor vitæ opus habet, vt à corde, vbi oritur, in pedes & crura influat. Per vniuerſum enim corpus diſtribuitur. Huius ſpiritus pars ea, quæ ad pedes exundatura eſt, aut ad partes inferiores defluxura, regiones & loca ea pertrãſire cogitur, quæ loca arenæ & calculus obſederunt. Hâc ergò tranſiturus, corrũpitur à loco, & adulteratur ibi per attractionem humorum & per contactum Arenę & Lithiaſis. Ab his etenim materiebus ſpiritus vitæ naturam aliam ac proprietatem adiciſcit, ſibi penitus adeò impreſſam, vt eam nunquam iterum deponat. Hanc ergò ſecum prouehit ac deducit ad illa loca, ad quæ is à naturâ ipſâ ordinatus eſt, nempe ad partes inferiores. Si ergò materia copioſa non eſt: tunc in ſchiâ reſtirans, contracturam dorſi molitur: ſi copioſior eſt, deſcendit in muſculos femoris: ſi plurima, tunc ſurſum & deorſum reſoluit ac contrahit. Quòd verò non ſemper, nec omnes calculoſi & arenoſi contrahantur: id hac ex cauſa fit, quòd materia arenæ & calculi admodùm compacta & congelata, adeò quę valdè craſſa ſit, vt propter rigiditatem ſuam cũm humore & ſpiritu vitæ commiſceri minimè poſſit. Vndè fit, vt idem illæſus & intaminatus veſicam & renes tranſiliat. Idem quandoque etiam fit propter materiæ paucitatem, quæ in vno aliquo loco ſaltem compacta eſt, à quâ humor vitæ non admodùm lædi poteſt. Vnde nec is valdè nocere poteſt. Cæterùm ipſe vitæ humor ac ſpiritus, ſi materiam huiuſmodi imbibit adſciuitque, membra reſoluit & contrahit hoc pacto. Materiæ nimirùm Arenę & Lithiaſis ab aciditate & acrimoniâ creuerunt & coagulatæ ſunt. Quæ ſi tales in ligamenta, articulos, oſſa, medullas, & carnem ingeruntur, tunc partes has in ſuam naturam conuertunt, & vias nutrimenti oppilant, ac ligamenta, medulláſque in oſſibus refrigerat. Ea enim materia nihil eſt aliud, quàm congelatum acetum, aut ſubtilis vini Tartarus, qui naturam ſuam non deponit, ac ipſo vitæ humore acrior exiſtit. Vndè eius quoque qualitatem corrumpit, & mutat. Hic verò humor corruptus conſequenter etiã corrumpit id, quod nutrire debebat. Per hanc ergò aduerſariam complexionem, qualitatémue ac naturam oritur conſtipatio pororum, arteriarum, carnis, & quædam quaſi ebullitio fit in medullis oſſium. Vndè fit, vt per acetoſam & Tartaream eiuſmodi frigiditatem mẽbra corroſa, ad arbitrium regi & moueri non poſſint. Nec enim frigiditas tantùm in cauſâ eſt, verùm ipſa quoque aciditas & acrimonia, quæ inexiſtens exedit & erodit ligamenta. Tũ eadem frigiditas quoque putrefactiua eſt, ſpiritu carens, velut acetum, quod mera fæx eſt, ſpiritu ſuo orbata. Ideò hæc quoque in membris non niſi emortua aciditas eſt, aut humor frigidus, ſpiritu ſpoliatus. Quod in aliis rebus eodem modo ſe non habet. Nam etſi quidem frigidæ & humidæ exiſtant, ſpiritum tamen in ſeſe viuificum continent, qui iſtiuſmodi contra naturam factam operationem declinat & auertit, ſicut de acetoſis in libro de *Lithiaſi & Arena* commentamur. Et hoc ſe modo habet generatio ac cauſa contracturæ ex calculo & arenis: quæ nihil eſt aliud, quàm ſpiritus vitæ & humorum, à proprietate rerum arenoſarum & calculoſarum, in inferioribus corporis partibus latentium, contaminatus ac infectus.

Acetum ſpiritu caret.

Contractura huius generationis modus.

Spiritus vitę vt in locis calculoſis afficiatur.

Calculoſi omnes cur non contracti fiant?

Aciditas congelat arenas & calculos.

Acetoſitas humoris rodit partes.

De Origine Contracturæ ex colica, manus ac pedes attinentis.

CAP. II.

PRoximum iam eſt, vt de contracturis ex colicâ factis, quoque diſſeramus. Quanquàm ipſam colicam hic non deſcribamus, nec eius cauſam. Nam in tractatu de *Colica* id præſtatur ſeorſim. Inſtituti noſtri eſt, hic tantum de contractura ex colicâ, membra omnia occupante, tradere. Huius ſpecies variæ ſunt. Alia enim eſt cum Aridurâ: alia cum Tremore: alia cum his extenſis & porrectis: alia cum acerbo dolore: alia cum inſenſibilitate: alia cum vomitu. Quorum tamen malorum omnium vnica cauſſa eſt colica, ſicut deinceps docebimus. Principalis autem contracturæ cauſa hæc eſt: Quando colica ventrem obſidens, tormina & dolores pro ſuâ conditione ſuſcitat, tunc natura in eo loco, vbi colica ſæuit, à naturâ corporis generali, veluti opem auxiliúmque efflagitat, atque ad ſe humorem vitæ allicit, eúmque expilat & extrahit à cæteris partibus, minùs carnoſis, ſcilicet à brachiis, pedibus, & ſpinâ dorſi. In hiſce etenim partibus humor vitæ leuiſſimè ac languidiſſimè inhæret, próptéque ad dolores actormina ventris affluit. Et cum eius non multum in illis partibus ſit: leui occaſione vniuerſus effugit, quod in carnoſis & muſculoſis partibus minimè fit. Hoc pacto humore ad dolorem confluente, & membra ſua protractionis ratione deſerente, fit poſtmodùm, vt dolor & humor in vnum confundantur ac permiſceantur, & permixtione illâ humor tingatur inficiaturque à conditione materiæ colicam ſuſcitantis, ſicut de colicâ traditur. Iam his duobus ita vnitis, contracturę triplices ſequuntur: vna per ſolutionem aut remiſſionem morbi à ſeipſo, quando ſcilicet indè diſpergitur per corpus in humorem illum, quibuſque is peruenit. Si enim humor victor euaſit, & morbum edomuit, tunc ad loca ſibi de-

Contr. ex colica varięformæ.

Spiritus vitæ in quibus partibus fortior ſit.

Contractura colicę triplex.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 625 sur 913

destinata reuertitur, & colicæ sordes seu aciditatem, quæ vt materia Arenę & Lithiasis contractiuæ naturæ est, secum abripit. Ea verò ad loca humoris natiua inuecta, naturam membrorum oppugnat, ac eadem acescere facit, quam affectionem deinceps contractura insequitur. Hęc verò quòd non semper ita fiant, causa ea obstat, quòd colicæ materia interdum pauciot sit, quæ ab humore vitę consumitur, vt resolutio nulli inducti queat. Altera contractura ex colicâ ita fit, quandò nimirum præsidiis remediorum colica placatur, nec tamen omne formentum absumitur: tunc enim materiæ aliquantum in humore superstes manet, quod cum humore deinceps in corpus quoque versum transfusum, morbum & contracturam eodem modo infligit, quo iam de priore diximus. Tertia contractura oritur, quando colicâ affecti balneis vtuntur. Ab his enim si membra incaluerunt, tunc ipsorum calor absentem humorem in locum natiuum retrahit. Nam ea ipsius quoque humoris natura est, vt ad calentia loca proniùs feratur. Ad ista ergò reliquus, secum vnâ colicæ quoque materiam sibi permistam & velut iam inhabitatem ò attrahit. A balneo autem si membra refrigescunt, humor eandem materiam à se demittit, ab ipsa is separatur secedit que: ac tandem ea colicæ proprietas sequitur quâ artus omnes resoluuntur & contracti fiunt. Quin & hæc contractura sæpius incidit, dùm in ipso balneo adhuc versantur. Ea vero ob materiæ multitudinem oritur. Quæ, quam primùm corpus solito tariùs ac tenuiùs præsentit, sicut à balnei calore membris, vt puta brachiis & pedibus accidit: tunc confertim irruens, ac in comitatu suo aciditatem colicæ secum ducens, resoluit occupata membra & contrahit. Est enim colicę acrimonia nihil aliud, quam propter calorem & acorem adurens sal: quod in ligamenta & articulos raptum ibidem quoque contracturâ facit à proprietate sibi connatâ sicut de colicâ traditur. Ac nonnunquam in carne & musculis distentionem quoque patit, sicut acetosorum natura est. Hoc ergò modo ex colicâ contractura gignitur, quę nihil est aliud, quàm humoris vitæ, ad colicam abscedentis, & hinc iterum ad natiua membra, velut à partus reuertentis, mutua commeatio. Et comes ista humoris materia illa in membris manet tamdiu, donec absumatur. Per hanc ergò membrorum destructionem atidura inducitur ideò, quòd nutrimenta retropellantur, & naturæ operatio non libera & in ægra est. A multitudine autem acetosi aris in cholerâ, tremor membris additur, licet aliis atque aliis maior minórue. Artus porrò nonnunquàm contrahuntur, quia cholericæ acetositatis natura est contrahere. Interdum iidem extenduntur, scilicet à robore spiritus, qui in medio extentionis opere succumbit, membro interim à morbo obrigescente. Aliquando membra concidunt & deorsum labant, spoliata nimirum facultate & virtute humoris vitæ, qui per colicam ademptus est. Quæ verò membra obstupuerunt, ea ceu emortua sunt, & succi ipsa consumpta, ita vt iam rigeant & frigeant, nec quicquam sentiant: quæ omnia à materiæ immoderatione fiunt.

Tandem, sensum nonnunquam eadem retinent quòd à spiritus superstitis vi & robore euenit, qui morbi subindè intultantis impetum sustinere, & noxium à se expellere annitur. In quâ autem vomitio frequens est, ea à colicâ illa oritur, quæ ad ipsa membra quidem nondum omninò penetrauit, sed fellis nonnihil circa ventriculum effudit, sicut de colicâ plenius traditur. Cæteia, quæ de hac contracturæ genere noscenda videntur porrò, ea in eius cura plenius annotata sunt.

Stupor.

Vomitio

De ratione contracturæ ab irâ genitæ.

CAP. IV.

IRa vel iracûdia est alteratio aut mutatio corporis præter naturam, qua totius corporis contractura, cæteris omnibus peior, introducitur. Per iram etenim vniuersum corpus exardescit & inflammatur, & membra tàm internà, quàm externa tremunt ac palpitant. Hæc solis iracundis familiaria sunt, maximè autem hæc contractura hoc modo:

Ira qui contracturam faciat.

Excandescentia vel ira hominis præcipuè à felle oritur, vt de felle habetur. Itaque concitata ira, fel ob aciditatem & acrimoniam suam corpori ardorem incutit, qui ardor in sanguine potissimum venarum omnium flammam conciliat. Sanguine ea commotione feruefacto, venæ omnes subcute sudare incipiunt. Is sudor sal existit, in quo sale sanguis viuit, & sustentatur in vigore suo, vt de sanguine latiùs videri potest. Id sal secretum postmodum se insinuat in ligamenta, tendines, neruos, carnéque, & quicquid vicinum sua acrimonia corripere aut attingere potest. Sic idem sal in Melancholia quoque residet, per vniuersum corpus distributa. Quæ vbi primum per iram concitatur, sudorem fundit, admodum acidum acrémque. Nec melancholia ad exprimendum succum suum ab vlla alia re concitatur, quàm ab ebullitione valida iræ. Adeò tes vehemens acacris ira est. Hac efferuescentia postea ipsa etiam cholera accenditur, vt amaritudinem suam addat, iunctimque cum Melancholia & sale sanguinis in tendines repat & penetret. Postea acredo quoque phlegmatis materialiter resoluitur in aquam. Hac aquâ additâ, quatuor iam dictorum commixtio vna in formam vnâ fit in ligamentis ac articulis similiter vt in aliis substantialem. Iam si ira, sudores ac succos huiusmodi à quatuor complexionibus expressit, & in vnum confudit, eaque deindè deferuescit: tunc fel postliminio ad locum sibi destinatum redit, calorque deflagrat, ac quatuor dictæ complexiones aniis locis, ad quos propulsæ sunt, superstites manent. Nec enim eæ quoque defluunt, sed rectâ in occupatis locis subsistunt. Nam in artus omnes eæ expelluntur. Itaque quandò ira desiit, tunc illicò accedens humor vitæ permiscetur illis: quâ permixtione acrimonia & subtilitas materialis ingeneratur, quæ postea manus pedésque ac extera membra omnia contrahit. Et in hoc quoque cesu. Colicæ signa omnia apparent: de quibus plura in doctrina de *Felle & Colica*. Huius ergò contracturæ cura admodum laborio-

Fel causa iræ.

Sal sanguinis vita.

Ira res vehemés

Contracturæ ab ira curatur difficulter, maximè in tamis.

sa &

sa & difficilis est, maximè in fœminis. Ipsarum enim ira adeò feruida & rapida est, vt per eam à sanguine spiritus omnis euacuetur & exprimatur, velut & à complexionibus cęteris, & acri cholerâ omnia inficiantur. Vnde in fœminis contractura multò periculosior, quàm in viris cooritur, quæ frequenter etiam ad mortem ducit. Cui hoc etiam accedit, quòd inuidia, ex Melancholia orta, plerunque in his concurrat. Nam & hæc ipsa bilis more accendit & inflãmat. Nec enim modo mouetur alio, quàm fel ab irâ. Vnde liquet, ab inuidiâ non minus contracturam gigni posse, quàm ab ira, sicut de complexionibus alibi docemus. Sic ergò contractura iræ superueniens, est calor ab externâ iræ concitatione accensus, quæ ira efferuescẽs facit & irritat, vt quatuor complexiones suos de se spiritus & humores effundant, ac substãtiam inanem retineant. Ab istis ergò humoribus ligamenta & articuli inficiuntur, quibus affectis corpus contrahitur. Nam spiritus mobilis in hoc genere multò valentiùs ac exquisitiùs expellitur, quàm in vlla alia contractura. Vnde fit, vt ipsius quoque cura eò difficilior sit, ac rarò is morbus integrè curetur: nisi fors ea conditio sit, vt quatuor complexiones non omninò exprimantur. Tunc enim aliquo modo adhuc resistere, ac intra sese iterum augescere possunt. Hoc si ita constitutum non sit, restitutionis in integrum spes nulla supereſt, sicut in practica pleniùs demonstramus.

De Contractura ex crapulâ aut ebrietate productâ.

CAP. I.

Contractura à vino qui fiat.

Contracturæ genera insuper quædam certa sunt, à vino concitata, quæ diuturna existunt, & quòd membra profundius occuparint, secundum naturam curatu difficillima. Generationis hęc ferè ratio est. Si vinum, quod potatur, subtilis ac acris spiritus proprietatem habeat: tunc vini iste spiritus cum humore vitæ vnitur. Nam quia naturæ nobilis ac eximię est: ideò humor vitæ illum attrahit, tam causa nutrimenti, quàm similitudinis. His ex causis iam permixtione facta, proximum est, vt spiritus vini Qualitatem suam exerat. Hæc admodum ardens & arida est, ac vini Tartari naturæ non parum in se conditum habet. Propter vini enim subtilitatem Tartarus in ipso soluitur adeo, vt aut nihil aut quàm minimum eius cõspiciatur. Dum ergò hac ratione vinum in humore vitæ quasi habitat, progressu temporis humorem illum exhaurit & exiccat. Quantòque plus eius bibitur, tantò magis inualescit, & humorem vitæ depascitur. Id continuatur, donec humoris vitæ nihil amplius reliquum sit. Membrum ergò iam suo nutrimento & motu ita orbatum; quasi emoritur, & tendines eius contrahuntur pro eo, ac exiccantis vini natura est. Hoc facto aridura sequitur, aut pinguefactio quędam, quâ ob quatuor humorum crassitiem membrum intumescit, cùm tamen nullus vitæ humor adsit. Quanquàm hic morbus non à vinis promiscue omnibus inducatur, hac de causa, quòd vinum non omne tam subtile ac tartarosum spiritum in se condat. Itaque ex vinis reliquis iam Podagra, iam calculus ebnascitur: de quibus plura in tractatibus propriis. Talia autem tum ob vini naturas varias, tum ob diuersitatem hominum ita contingere, in Philosophiâ nostra de varietate crescentium & animalium copiosiùs docebimus.

Vinum humori vitæ gratum.

TRACTAT. SECVNDVS DE CVRA CONTRACTORUM quinque generum.

De ordine & discrimine in Practica seruando.

CAP. I.

SEQVI hactenus in contracturę causis explicandis ipsius genera 5. constituimus: ita in hoc tractatu secundo ipsorum quoq; curam subiiciemus. In hoc autem capitulo primo ordinem methodúmque generalem præstituemus, secundum quam genera 5. vniuersa simul nec seorsim ac separatim curari debeant. Nam & finis singulorum vnicus & similis exitus est: ac principii ortúsque respectu medicinâ non opus habemus. Nam si morbus ex mẽbris exactus est, & humor spiritúsque vitæ eorum ad naturam suam rediit, tunc reliquum per seipsa expellunt eadem. Pro curæ ergò fundamento hoc ponimus, debere nimirum remedia contracturam sanatura esse apertiua pororũ, & calefactiua humorum, & humectantia arteriarum neruorúmque. Curandum quin etiam hoc est, vt remedia in eodem gradu, morbo respondeant. Si enim infirmiora sint, nihil comodabunt. Nec vero in solâ complexione æqualitas esse debet, verùm etiam in Qualitate. Nec enim omnis caliditas aut humiditas hûc facit, dùm videlicet aperit, calefacit, humectat: sed insuper à formâ specificâ inclinatio quædam esse debet, quâ contracturæ singulariter remedia seruiant, & præcipuè velut quædam ad caput dirigantur. Nam hâc solâ arte curatio perfici potest: quę si consilio alio instituatur, finem optatum nusquam assequetur. Præterea hic quoq; expendenda causa est, quod contracturæ in summo & vltimo gradu morborum sint positæ: non in frigiditate & humiditate, sicut etiam non in caliditate & siccitate, aut caliditate & humiditate: sed etiam in summitate humorum, quòd nimirùm ii emorrui sint. His ergò talem offerri medicinam oportet, quæ ad viuificationem ipsarum vim conferat: id quod à rerum singulari proprietate dimanat, nec in omnibus inest. Eodem modo vitalis quoque spiritus recuperandus & renouandus est: quod ipsum etiam non nisi à maximis & generosissimis confortatiuis præstatur, hâc ratione, quòd scilicet renouatus is à corde violenter in membra effundatur, ac recens, infectum veterem omnem & cum eo ipsum quoque vniuersum venenum elidat & expugnet. Hoc ordine modóque obseruato, remedia in contracturæ sanatione aliquid opis præstare omninò possint. Iam verò deinceps intelligendum quoque est, qualis ea Medicina huic morbo idonea, esse debeat. Nec enim hîc cruda, crassáque, & nondum separata quic-

Remedia contracturę qualia esse debeant.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 627 sur 913

quam emolumenti afferent, nisi fors contractura leuior sit, quæ ab ipso tempore tandem sanari queat. Oportet ergò sint spiritualia, quæ non nisi spiritus sint, qui subtilitate suâ corpus vniuersum peruagetur, & proprietatem suam languentibus membris inurat. Horum verò remediorum genera duo sunt: vnum est internorum: alterum externorum. Interiorum iterum duplex ratio est. Nam ea aut membra in corpore peruersa & mutata (si opus sit,) præparare debent, purgando, calefaciendo, vel infrigidando: aut eadem roborare confortatiuis validis debent, velut *Auro potabili, Oleo Auri, Materia Perlarum, Essentia Antimonii, Arcano Sulphuris, Aquâ Vitæ, Oleo vitrioli, Aquâ Tartari. Quintâ Essentiâ lapidum, Corallorum,* & aliorum similiũ. Et licèt hîc quidem remedia, veteribus Medicis incognita ponamus: in libro tamen nostro de *Quinta Essentia* docemus, quo modo ea, quâ que formâ parari debeant. Et quæ ibi deficiunt, eadem hic ponentes affirmamus, quòd iam nominata à nobis remedia sola, ad quamcunuis contracturam, siue à caliditate, siue à frigiditate natam, sufficiant: idque hanc ob causam, quòd humorem & spiritum vitæ vsque adeò roborent, confortent, ac augeant vt ita fortior redditus omnes morbos efficaciter expellat. Quâ vero vi ac ratione id fiat, hîc explicare omittimus, cùm de his in libro de *Quinta Essentia* abundè satis traditum sit. Hoc hîc pro rato habeatur, vim ac facultatem tam potentem & generosam in hisce medicaminibus latere, vt humida simul cum siccis, calida cum frigidis vna operâ curari queant. Vndè non immeritò vnicam tantum curam pro contracturis omnibus constituimus. Et nedicta fors admiremur, priuatim de Auro potabili & aliis aliquid hic disseremus. Est etenim in auro vis ac operatio tam insignis & admiranda, vt gradus ad roborandum naturam nullus sublimior inueniri queat, vt quo morbi uniuersi curari queant, ii cumprimis, qui in gradu summo versantur: ex quorum ordine etiam contractura est. Similis vis ac virtus in præparatis etiam perlis inest, & multò magis in *Antimonio*. Restaurat enim & renouat vniuersas in corpore vires ac facultates mirificè; sicut de Restauratione vitæ & Renouatione vitæ traditur. Sic & Arcanum sulphuris non inferius est, vt nec Aquæ vitæ, quæ cum substantiæ suæ subtilitate vniuersas virtutes per omne corpus deuehunt, & naturam ipsam augent. Oleum autem *Vitrioli*, cumprimis si ad Quintæ Essentiæ modum præparetur, ineffabiles & stupendas virtutes exerit, velut & Aqua Tartari. Meritòque nobis mira naturæ prouidentia admirationi esse debet, quòd tam insignes proprietates ac dotes adeò profundè in rerum substantias abstruserit. Non ignauiores virtutes insunt etiam Corallis ac Gemmis pretiosioribus, aliisque plurimis, quorum in de Quinta Essentia mentionem facimus. Huc verò quæ propriè spectant alia, in Practica inuenientur.

Alter Practicæ mod' est, ac perficitur per externa remedia, vt suffumigia, Balsamos, Arcana. Huius generis sunt Balsamus Terpentinæ, Lauri, Oliuæ, Ranarum, Adipum, Gummorum: item Arcana, vt Arcanum composi-

tum, Arcanum solidum, Arcanum Elementatum. Horum plures descriptiones deindè dabuntur. Præparationis autem processum nedum huc ingerimus. Quæratur is in tractatu de Quintâ Essentiâ, Quin nec purgationum formas modòsque hic describimus. Nam eæ in tractatu de *ægritudinibus* membrorum præponuntur. Saltèm practicam ad curandi leges dirigimus, prout eæ morbo conuenire videntur. Dosin tamen ac vsum, formámque ac modum cuiuslibet remedii huc attulimus. Iam ergò distinctionis vlterioris metam hîc figamus.

De Auro Potabili, & Oleo Auri, ad membra contracta.

CAP. II.

CVm superiùs dixerimus, fieri pacto nullo posse, vt contracturæ curentur, nisi per remedia summi gradus quale est aurum potabile & similia, prout de gradibus maioribus docemus: ideò industriè ac ex arte remedia ea tractanda sunt, velut de Quintâ Essentiâ mentio fit. Curatur autem contractura per Aurum potabile, aut Oleum Auri, aut Quintam Essentiam auri. Aurum potabile est, quando aurum potabile redditum cũ speciebus ac liquoribus aliis permiscetur. Oleum Auri est, si ex auri substantiâ solâ, sine additione oleum fit. Quinta Essentia auri est, quando rubedo auro extrahitur, & à corpore separatur. Eius enim virtutes in solo colore sitæ sunt, sicut de Quinta Essentiâ demonstratur. Dosis auri potabilis pro vice vna est ℈j. Dosis Olei auri gr. x. Dosis Quintæ Essentiæ gr. iij. Permiscentur cum optimâ Aquâ vitæ, aut subtili aquâ aliâ. Dantur manè, ad meridiem, & vesperi pro Medicinæ consuetudine. Præparatio auri fit sine corrosiuis, & sine acuentibus virtutem eius more corrosiuorum.

Aurum potabile ita fac. ♃. Aurum foliarum aut pulueratum, Resolue in succum ℥j. Aceti destillati, q. s. Hæc destilla, & separa ab inuicem tamdiu, donec additamenti nihil amplius gustetur. Postea sequentis Aquæ vitæ sume ℥v. permisce illis, & inde in pellicanum ad digestionem vnius mensis. Sic præparatum id habes. Practicam eius hîc describi non attinet. Eam enim abundè satis in de Quinta Essentia interpretati sumus, Cuius elaboratio & præparatio etsi ardua admodum non sit, eo tamen aliud præstantius nullum est.

Aquam Vitæ ita para.

℞. *Vini ardentis* ℔.x.
Rosarum, Melissæ, Rorismarini, Anthos, Cheiri,
Fol. Hellebori vtriusque. Maiorana an. Mj.
Cinnamomi, Maceris, Nucis Muscatæ, Garyoph.
Granor. Paradysi, Piperum omnium, Zinziberis,
Cubebarum an. ℥ij.
Succi Chelidoniæ, tapsi, Melissæ an. ℔.ß.
Cinerum Fabarum ℥v. Misceantur & digerantur in pellicano diebus decem. Postea segrega, & vtere, ceu dictum est.

Oleum auri ita confit. ℞. *Præcipio modo succum auri, per Acetum ab integro auro separatum: sinatur*

Reme. da conuaincurę sint spiritualia.
Contr. remedia duplicia.
Interna.
Aurum potabile quid.
Oleũ auri quid.
Essentia Quinta auriquid
Virtus auri in solo colore inest.
Dosis quæ?
Auri potabilis præparatio.
Ol. Auri præparatio.
Aur. vis & laus.
Perlarũ laus.
Antimonii laus.

ſinatur ebullire diebus 14. in ſequenti digeſtione. Poſtea deſtilla per balneum, & remanebit *Oleum craſſum*, quod ſolum, ſine omni alia permixtione Aurum eſt. Vtere, vt præſcripſimus. Receptum digeſtionis ipſius tale eſt.

℞. *Succi Chelidoniæ* ℔. *i. Aquæ vitæ circulatæ* ℔. iiij.

Reſolutorum ſpirituum ſalis ʒiij. Miſce & procede, vt ſupra. Quintam eſſentiam Auri in tractatu de Quintâ Eſſ. docemus. Ideò eius deſcriptioni hoc loco ſuperſedemus.

De remediis, Materiâ perlarum, & Eſſentia Antimonii.

CAP. III.

Materia perlarum quid, & vt fiat.

MAteria perlarum, eſt earum ſuccus, potabilis, & ingeri aptus, adeò roborans confortánſque, vt inter pretioſa ſimile non habeat. In ſuccum autem rediguntur ita.

℞. *Deſtillati & optime depurati aceti* ℔ *j.*
Aq. vitæ circulatæ ℔ *ß.*
Perlarum Mundatarum ℥ iiij. Terantur ſubtiliſſime, & vnâ permiſceantur cæteris. Digerantur per circulatorium menſe vno, & materia perlarum in fundo reſidebit inſtar liquoris grauis. Eo facto, ſenſim aquas cæteras effunde, & ſuccum collige. Pro vna vice da gr.v. ter in die. Etſi verò huius parandi aliæ quoque eæque plures normæ ſint, hæc tamen dicta optima & vtiliſſima eſt: veluti de Quintâ Eſſentia docemus.

De Eſſ. verò Antimonii, corpus vndiquaque peruadentis, principium hoc loco ideò non ponimus, quia idem de *Quinta Eſſentia* preſcriptũ eſt. Sequens tamen Receptum ad colicam tale eſt.

℞. *Aq. Meliſſæ. Succi Chelidoniæ Aqu. vitæ circulatæ an.* ℔. ¼

Digerantur diebus 12 poſt ſeparatio fiat per Balneum. Sic inuenies Eſſentiam Antimonii. Huius doſis eſt ʒi.

De Medicinis, Arcano ſulphuris & Aquâ vitæ ad contracturas.

CAP. IV.

Arc. ſulphuris præparatio.

℞. *Flores ſulphuris* ℔ß. *Alb. Flor. Antimonii* ℔ ½
Succi auri ℥ *j. Aquæ vitæ circulatæ* ℥ x. Simul digerantur per menſem, poſteà congelentur ad conſiſtentiam duram. De hac præbe pro vice vna ʒß. eo modo, quo de cæteris dictũ eſt.

Aqua vitæ autem, quæ & ipſa ſimiliter mirabiliter penetrat, talis eſt.

Aq. vitæ penetrãtiſſima præparatio.

℞ *Aquarum Meliſſæ, Roſarum, Cheiri, Saluiæ, Balſamitæ,*
Mentha (al. Maiorana) an. ℔ *j.*
Piperum omnium, Cubebarum, Zinziberis, Cinnamomi, Maſticis, Myrrha, Garyophyl. an. ʒij.
Succi mellis, Succi vitrioli, Tartari, Antimonii an. ℥ vj.
Aq. vitæ rectificatæ ℔ v.

Hæc omnia digeres diebus ſex. poſteà ſepara, & deſtilla per pellicanum ad ſpiritum. Deinde Recipe huius aquæ, quantum eius eſt: Caponem præparatum diſſectúmque. Hæc vnâ cum ſpeciebus ſequentibus in veſicam iniice, digere per triduum in cineribus, poſtea vtere gr.v. pro doſi vna.

℞. *Cinnamomi, Garyophyllorum Macis an.* ʒij
Anthos, Cheiri, an. ʒß. *Ambræ* ʒij. *Muſc. gr.v.*
Zibetæ ʒß. *Zinziberis, Cubebarum, Muſcat an.* ʒiß
Anuomi ʒß. *Oedoariæ* ʒij. *Camphoræ* ʒvj.

Poſt digeſtionem iterum ſepara, & in bonis vitris aſſerua.

De Medicinis, Oleo Vitrioli, & Aqua Tartari, & Quintâ Eſſentia lapidum, ad contracta membra.

CAP. V.

Ol. Vitrioli præparatio.

OLeum Vitrioli, ſine additione, per ſe & in ſucco proprio, qui Vitriolo ineſt, Medicina eximia eſt. Quanquam autem vitriolum omne ad hoc idoneum non ſit: tamen eligi poteſt, quod ſit optimum, & in gradu ſummum. Ex hoc phlegma ſeu oleitatem extrahe, ſicut de Quinta Eſſẽtia didiciſti. Poſtea à fæcibus rectifica vſque ad ſpiritum. De hoc Medicamine præbe guttas ʒ. aquis aliis permixtas. Addere potes etiam aliquid de Aqua vitæ prædicta & penetrantior Medicina nulla fiet, quæ expeditiùs & incitatiùs ſua materia per vniuerſas corporis partes diuagetur. Eodem modo & aqua Tartari, ex crudo vini Tartaro præparata, incredibile auxilium præſtat: ſicut de Quinta Eſſentia eius commentati ſumus. Ea vero ad contracturas peculiariter ita paratur.

Ol. Vitrioli cum aqua vitæ medicina omnium penetrantiſſima.

Aq. Tartari præparatio.

℞. *Tartarum optimum.* Deſtilla ipſum fortiſſimè. Poſtea rectifica per pellicanum, quàm potes ſubtiliſſimè, & aquæ vitæ circulatæ partem æqualem affunde. De hac mixtura pro vice vna *guttas* x. præbe. Vis autem Tartaro peculiaris ineſt, quâ membris robur confert. Nam totum corpus penetrandi vim maximam habet & in contractura ſingulariter valet. Ita & lapides alii quoque exiſtunt, quorum liquiditas ſimilem eandémque vim habet, vt ſunt *Coralli* & *Saphyri*. De iis autem nihil vlteriùs addimus, quia pauci ſunt. Tum & operatio vtriúſque eorum dubia exiſtit. Ideò inde Quinta Eſſentia idem repetimus. Iam autem de confortantibus & interioribus Medicinis finem faciemus De quibus ſi obiter ſaltem ac breuiter dixiſſe videbitur: ſic cogitate, prolixiùs & accuratiùs de iiſdem, cúm in Tract. de Quinta Eſſentia tum alibi pluries commemoratum eſſe. Itaque, vt *in illis locis inquirat* Lector, hic monemus.

De Suffumigationibus membrorum contractorum per medicinas externas.

CAP. VI.

Cõtracti vt per fumum curetur.

PORrò contractura etiam per medicinas externas curari poteſt, modis variis, vt deinceps dicetur. Primò autem medicinam externam ponimus per ſuffitum. Eius adhibendi hęc ratio eſt. Membrum ægrum vtputa pedem vel bracchium immitte in vas aliquod, adeo magnum & ſpatioſum, vt membrum in eo debitũ ſitum ac ſpatium, iuſtum habeat, ac integi ita queat, ne fumus facilè diffletur expiretue. Poſtea ſequens Receptum incende, vt flagret. Id in vas iniice, quod dein obteges, & iniectum

conflagrare

conflagrare fines. Hoc die dimidio continenter itera ac continua. Quod si Receptum vnũ non sufficiat: iniice plura. Ita vasi & pedi destillata aqua adhærebit, velut in Alembico fit. Subtilis iste vapor (nec enim verus fumus est) membrum ægrum ita penetrat & permeat, vt à penetrantissimo illo calore ligamenta ac humor vitæ torpidus iterum incendantur, & ad vitam naturalem pristinam reducantur. Hac autem sufficione instandum est, donec morbus remittat. Instrumentum verò rei idoneum in libro de *vltimâ curâ vlcerum*, in capite de Fumis describimus. Receptum autem huiusmodi est.

℞ *Olei oliuarum. Ol. Iuniperi ni an.* ℥ v.
Masticis ℔ ß. *Terpentina* ℥ iiij ß.
Aq. ardẽtis ℔ ½ *Salis petræ* ℔ ½ Misce omnia, & inde in Caldarium: incende, dum probè ardeat: postea instrumenti fundo impone, & huic membrum superpone. Lignis aut metallis aptis intege, ne vapor expiret. Si autem vaporem remittisse senseris, eximendum iterum, & denuò, vt prius incende. Id aliquandiu continua; quò senties membra incredibili modo incalescere & foueri. Huius formæ ac mixturę sunt alia quoq; plura, quæ omnia hûc conferri non possunt. Addemus tamen adhuc vnam.

℞ *Adipis taxi. Ol. oliua. Pingued, ranulæ viridis an.* ℔ j.
Myrrhæ. Masticis. Terpentinæ an. ℔ ß. Hæc incende, vt supra.

De Balsamis Contracturam sanantibus.
CAP. VII.

SImiliter & de Balsamis notandum est, qui cõtracta membra curant. Horũ omniũ præparatio naturalis est: & genera multa. Nos ea saltẽ hîc indicabimus, quæ singulariter profuisse experti sumus. Horum vsus est, vt ægri iis calidis probè inungãtur, ter die quolibet, nullo omisso. Et hæc Balsamorum omnium conditio est.

Balsamus primus.

℞ *Terpentina destillata* ℔ ij. *Galbani destillati* ℔ j.
Gummi ederæ. destillata. ℔ ß. Mixtim destillentur. Fiat Balsamus, à fæcibus & phlegmate separatus. Hoc vtere modo præscripto.

Balsamus alius.

℞ *Terpẽtinæ, olei lauri, olei oliuarũ, ol. Iuniperi an* ℔ j.
Masticis, Myrrhæ, Thuris an. ℔ iß. Destilla quoduis seorsim, velut olea, pro parte vnâ: & cætera tria pro parte alterâ. Postea vtraq; cõmisce, & adhuc semel destilla. Vtere, vt supra.

Balsamus alius.

℞ *Pinguedinis taxi, Cera, Seui ceruini, Adipis vulpis, Adipis Murmentorum an.* ℔ j.
Masticis ℔ ij. *Thuris* ℔ ß. *Euphorbij* ℔ ½. Destilla ad modum iam primò dictum.

Balsamus alius.

℞ *Gũmi Opopanaci* ℔ j. *Galbani* ℔ ij. *Serapini* ℔ ß. *Ammoniaci* ℔ ½ *Bdellij* ℔ ½ Misce, & cola cum aceto. Postea destilla in oleum. Post

℞ *Huius olei, quantum eius est.*
Terpẽtinæ destillata ℔ iij. Ol. *Philosophorũ* ℔ ß. *Ol. Lauri destillati* ℔ j. *Masticis, Thuris an.* ℔ ß. *Myrrhæ* ℔ j. Hæc iterum destillentur in oleum vnum, in quod deinceps impone sequẽtia, & cum vitro Soli expone per mensem:

℞ *Storacis liquidæ* ℔ ½ *Ranarum N. XX.*
Adipis taxi. ℔ ß. *Aceti destillati*
Vini ardentis destillati an. ℔ ½ Si aliquãdiu in infusione steterũt, misce omnia, & exprime, expressum serua ad vsus. Similiter scire debes, quòd simplicia hæc singula, q̃ in Balsamũ assumpsim⁹, per se sola quoq; vsui idonea & vtilia sũt, si destillentur & rectificentur ad præscriptũ artis Alchimiæ, quæ præparationis magistra est.

Alchimia præparationis magistra.

Balsamus alius.

℞ *Ligni Iuniperini, Ligni Laricis. Ligni Sauinæ. Ligni Fagini an.* ℔ j. Ex his oleum arte communi extrahe. Hoc oleum posteà mixtum in pellicano rectifica, & vtere.

Balsamus alius.

℞ *Seui ceruini* ℔ iij. *Pinguedinis cati. Ping. vrsi an.* ℔ j. *Pingued. Taxi* ℔ v. *Seui hircini* ℔ ij. Ex his destilla oleum, cui adde Ranarum viuentium lb. vj. & denuò destilla more vulgato. Postea ei hoc Receptum adde:

℞ *Seui ceruini* lb j. *Pingued. Taxi* lb iij.
Cera lb ß. *Aceti* lb ½ Cum his adde supra dictum oleum vniuersum, & super prunis vnguentum confice, quo vtaris. Hoc optimum est in contracturæ primis diebus vsurpatum.

De Arcanis Contracturam iuuantibus.
CAP. VIII.

REmedia intuper alia quoque sunt, Arcana vocata, per quæ non minùs ac per Balsamos contracta membra curantur. Forma eorum aqua est, sine pinguedine parata, ad sanationem tamen minimè inefficax. Huiusmodi enim Arcana virtutem Balsamo omnino similem exerunt. Vnde ad contractos curandos satis idonea sunt. Arcana autem ideò vocantur, quòd cæteris aquis præcellant & præeminent. Huiusmodi autem arcanorum quatuor sunt: Arcanum compositum: Arcanum solidũ: Arcanum Elementatum: Arcanum metallinũ. Præparantur autem sequenti artificio.

Arcana cur dicta?

Arcanorum aliquot formulæ.

Arcanum compositum ita confit.

℞ *Vini ardentis dest. optimi* lb. vij.
Cantharidum ℥ x.
Canapi, flores Lasi, Camomilla. Hypericonis an. m. vj. Contunde & misce: digerantur in Sole aut fimo calido per mensem. Indè destilla. In destillatam aquam hæc sequentia impone:

℞ *Succos canapi, florum tapsi, camomillæ, Hypericonu, cẽ aureæ, bethonicæ, prunellæ an.* lb. ß.
Masticis ℥ ij ß. *Thuris* ℥ v. *Mumiæ* ℥ iß.
Lumbricorum terrestrium, Ranarum an. lb. ß. In circulari destillentur per octiduum. Postea vtere vt Balsamis.

Arcanum solidum ita præparatur.

℞ *Succi flammulæ de radicib. herbâ & floribus.*
Succi florum thapsi omnium an. lb j.
Aquæ ardentis fortissimæ lb ij. Digerantur in fimo equino ad dies 10. Postea vtere ceu supra

Arcanum Elementatum ita concinnatur.

℞ *Chelidoniæ, Melissæ. Iuæ Arthriticæ, Flores Thapsi, Papaueris, Centaurei, Bethonicæ, Hypericonis an. m.* ij. *Conquassentur omnia accuratè*, & addatur aliquantùm aceti: sinantur putrefieri. Postea exquisitissimè exprimantur, & ita in circulatorio ponantur ad dies 10. vt indesinenter ascendant. Posteà vtere. Non ineptum sit, si iis addas Masticem & similia.

Arcanum Metallinum.

℞ *Metallum solutum, circuletur ad octidnũ.* Dulcoretur & vsurpetur. Hîc ad differentias metallorum attendi debet: vt si morbus à calore sit, metalla frigida assumas: si à frigore, calida. Ex omnibus tamẽ Aqua metallina ex Sole pro cõtracturis omnibus omniũ nobilissima & præstãtissima est. De quâ hîc saltem strictim ac obiter: quia plura de Quinta Essẽtia tradita sunt.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 630 sur 913

Conclusio horum remediorum aduersus mẽbra contracta: & explicatio, vnde & cur contractos morbos sanandi vim habeant.

CAP. IX.

HActenus ergo medicamina nonnulla ad contracturas præscripsimus, quæ nobis probatissima & competentissima erant. Quæ si debito modo ac arte requisitâ præparentur, ad curationem satis sunt. Cur verò contracturæ aliquæ tolli non possint, causæ præcipue duæ sunt: vna, quòd istorum membrorum spiritus penitus extinctus est, & radix ipsius vitæ subtracta. Altera quia id persæpè fatale est, vt non curentur, sicut in libro de *Fatalibus* docemus. Horum si vnum sit cùm penitus captum ac præscitum nostrum effugiat, per solam medicinæ frustrationem, & virtutis inefficientiam dignosci poterit. Nullus enim morbus suo medicamine destituitur. Et ex nullo contracturæ morbo mors incumbit simpliciter & absolutè. Quòd autem tum Medicinæ, tum his vtentes persæpè à fatalibus grauiùs vexentur, & euentum conditioni medicinæ ac cursui naturæ aduersum omnino experiantur: ideò nobis facere debet, vt indè discamus, nimis obstinatam de hâc fragili vitâ fiduciam ac spem deponere. Etsi enim nocentia simul omnia, & medicinarum simul omnium virtutes, & morborum genuinas causas, ac his opposita remedia debita plenè teneamus: nihilominùs tamen hanc confidentiam incumbens *Fatum* confringit facilè, & statum firmum omnem destruit; cui nos non modo non obluctari quicquam possumus, sed fatalibus causis nosmet nudos totos potius obiicimus, vtpotè quæ nos in solidum mortales faciant, nostraq; molimina infringant, & prouidentiam nostram ac consilia vniuersa euertant, velut, de his plenius in libro de *Fatalibus* disseruimus. Interim tamen nihilominùs, cùm remedia tam potentia à Deo ipsorum creatore acceperimus, satis reluctandi & renitendi spem fouere tamdiu debemus, quamdiu voluntas Dei permittit. Vnde nec hoc iniquè à nobis fit, quòd summis morborum gradibus summas medicaminum vires opponimus, & per has aduersæ valetudinis difficultates superare vicumque annitimur: veluti in primo prologo omnium librorum præmisimus &c.

cõtract. quædam cur sanantur? Causa 1.

Causa 2.

Morbus nullus remedio suo caret.

Fatales morbi conatus nostros infringit.

AVREOLI PHILIPPI
THEOPHRASTI HOHENHEIMII,
vtriusque Medicinæ Doctoris.

VNDECIM TRACTATVS
SIVE LIBRI.

De Origine Causisque.

HYDROPISIS.
ICTERITIÆ
APOPLEXIÆ.
VERMIVM.
PODAGRÆ.
ARIDVRÆ.
COLICÆ.
MANIÆ.
DIARRHOEÆ.
CADVCI.
FEBRIS.

AD LECTOREM.

PRæsentes hi vndecim tractatus seu libri, benevole Lector, de Hydropisi, Aridurâ &c. conscripti, ab auctore, provt instituerat, absoluti & integrè perfecti non sunt. Quâ de causâ etiam quinq; priores morbos idem bis dispositit descripsitq;, ac ex vtriusque tractatum vnum facere voluit, sicut id ex characteribus, ex tractatu vno in alterum subindè intendentibus, videre est. Nec tamen integrauit eos, verùm descriptionem incompletam reliquit.

Cum verò præcise nemini constet, quâ ex causâ is dispositionem iterârit: ipsius auctoris conceptum, provt à nobis inuentum est, à verbo ad verbũ nullo quoquam mutato, integrè ac ex ordine huc transcribere placuit. Quòd autem istorum morborum curam adeò breuẽ datam visurus es: sciueris, à nobis ne vnicum quidem verbum omissum esse. Nam quæcunque consignauit Auctor ipse, ea huc integrè congessimus. Videtur enim istorum morborum Theoricam saltem explicare voluisse: curis ipsis sparsim in libris aliis traditis ac legendis.

Ioh. Husserus.

DE HYDROPISIS NOMINE & vocabulo.

DE Hydropisis appellatione & etymo, siue id Latinum, siue id Græcũ, Arabicumq; ac Chaldæum, nihil angaris, Lector. Hic enim colludunt inuicem linguæ, sicut cati cum muribus. Res nihili & otiosa est. Tu nomen saltem retineto. Aquæ, adde abundantiam, morbúmue, aut quicquid huius velis: & morbum scies ipsum, qui aliud nihili est, quàm abundantia aquæ. Nã de sola aqua hîc sermo est; hoc est, Morbus mera aqua est. Aptiùs tamen quadraret vocabulũ *Resolutio*. Est enim aqua resoluta. Hoc faceret ad distinctionem aquæ veræ, & huius. Ideò eius appellatio optima hæc est, resolutus liquor aut ros humidus.

Resolutus liquor & hydrops

MORBVS

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 631 sur 913

MORBVS QVID SIT?

Signa hydropis quæ?

QVando corpus præter solitum naturæ modum attollitur, & pedes intumescunt ac coxæ, tumorque occupat genitalia, cor, interdum palpebras, aut loca similia alia: isque tamdiu augescit, donec spiritus vitæ in aquâ suffocetur, non secus ac homo in lacum illapsus: si impressæ insuper foueæ in partibus manent, & respirario opprimitur, tussisque ac anhelatio fatigat: Hæc omnia morbi huius scilicet hydropisis signa sunt. Omnium autem postremò vrina rubicundior euadit, cutisque finditur, & per rimas aqua effluit, ac sitis inexhausta molestat. In aliis malum hoc augescit velociùs, in aliis tardiùs, provt cœli impressio fuerit: secundum cuius constitutionem etiam moriuntur ægri.

MORBI CAVSA ET VNDE *sit Morbus,*

Cauſę hydropis tres.

TRia hîc notanda & scienda sunt: vis cœli, natura terrena, & Microcosmus. Cœlum opifex geminus existit: visibilis, & inuisibilis. Natura terrena noscenda: vt quæ sine cœlo nihil est. Microcosmus, quia patitur. Cœlum est duplex. Terra est duplex. Simplex verò & vnus homo, qui in inuisibili subiectum est, quod concipit.

Exemplum.

Cœlum ita ter. a.

EXemplum pro declaratione. Terra sine impressione cœli nihili est. A cœlo ea viret vernátque, & fructus gignit, viuítque, hoc est cœlum ipsius vita est, & morbus, & finitas. Iam verò terræ duæ sunt: vna cuius exemplum hîc proposuimus: altera homo, cuius gratiâ exemplum allatum est. Homo verò est terra inuisibilis, & tamen velut natura terræ se habet.

Homo terra inuisibilis.

Sic & cœlum duplex existit. Vnum suis impressionibus deseruit terræ. Eæ autem sunt manifestæ, velut pluuia, ros, pruina & similia. Ab hisce impressionibus viuit terra. Quibus si destituatur, mortua est. Si eas immodicè ac præter temperiem accipiat, vel sic mors eius, & boni dissolutio sequitur. Ideóq; terra ex cœlo viuit, & hanc cœlum pro suo modo disponit.

Homo a terra.

Sed & cœlum abditum est, quod hominem non minus ac ipsam terram sustentat. Ex terrâ enim sumptus homo est. Vnde is terra inuisibilis existit. Hinc etiam similiter vt terra suo nutrimento opus habet, eoque inuisibili. Id sunt etiam pluuiæ, ros &c. impressiones cœli, veluti visibiles. Concluditur ergò, hominis corpus esse instar cœli & terræ, ac eo modo constitutum, quem proximum exemplum definiet.

Quâ nimirum ratione pluuia terram corrumpit, eámque iusto humectiorem reddit, ac suffocat, vitesque ac operationem illius dissoluit, quotiescunque cœlum suis impressionibus eam inundat nimium, ac temperaturam modúmque conuenientem transgreditur: eadem etiam specie modóque terram ipsius hominis cœlum inundat & proluit. Et hæc ista hydropisis est, de quâ hoc capite tractamus. Ideò alias, eásque profundiores huius morbi causas nequaquam inquiras. Iam dicta ad practicam curámue tibi sufficit, donec paramira opera ad te deuoluantur.

Hydropis est corporis inundatio.

Ipse Microcosmus hoc loco ita cognoscendus est, quod ex 4. Elementis constet, ac is eadem sit inuisibiliter. Ad imaginem enim illius, qui ista omnia creauit, conditus est, & tamen creatura mansit. Ideò ex parte vnâ terra est idem, qui opus habet cœlo, & aëre, & igne &c. similiter vt ipsa terra: vnaque planè externæ & internæ terræ vtrobique ratio existit. Idem per Resolutionem quoque patet, ex quâ morbi subnascuntur, quoties modus & temperatura non obseruetur. Iam ergò; quid hydropisis sit in origine & Anatomia, satis comprehensum est.

Microcosmus ex 4. elementis constat.

QVOMODO: ID EST, PROCESSVS *fiendi.*

SI ergò impressio ratione prædictâ Microcosmi terram inundat: tunc aqua ob grauitatem suam deorsum per carnis poros subsidit, omnésque poros, ac plerumque etiam concauitates, lacertósque opplet. Ac provt cœli impressiones vel fortes vel remissæ sunt: ita inundinatio quoque augescit & grauior fit, donec ad genua ascendat. Cœli autem imbribus nec sic quidem remittentibus, aqua restagnat ad coxas, ad pudenda, ad poros ventris, & sic continenter ad superiora. Quia verò spiritus vitæ in medio hominis seu centro conditus est: ideo ibi suffocatur, velut homo, quem fluctus abripuerunt. Idem tamen spiritus interdum obluctatur, & à suo centro aquam amolitur: & tunc inundatio tangit partes superiores, cordi vicinas, quod rarò fit, & minùs diù durat. Spiritus enim violenter prosternitur Et hoc modo cognoscenda tibi hydropisis est, si eius curam attentare velis: non quòd huius causæ cognitio ad faciendum te Medicum sufficiet: sed quòd per hoc fundamentum curationis normam exactiùs perueſtigare possis. Nam & hæc ex duobus educitur. Ex Philosophiâ terræ, quæ terræ cognitionem, ex quâ dein Microcosmum ipsum ediscis, tibi suppeditat: ex Astronomiâ cœli, quæ docet, quomodo cœlestis cursus impressionem auertere debeas, non secus ac quis riuum auertit per consumptionem. Eadem te etiam docet Microcosmum cognoscere, quis is & qualis sit, & quodnam subiectum præ manibus habeas?

Spiritus vitæ in centro corporis habitat.

CONTRARIA.

QVòd si verò quandoque etiam ab inordinatâ & immoderatâ victus ratione huiusmodi morbus aquosus gignatur: id alio tamen modo non fit, ac si res quædam in terrâ perfundatur aquâ, pluuiâ cœlesti nihil conferente. Nam & hîc malum, ab aqua oritur, ac vna similísque eius causa est. Huius tamen quàm illius cura facilior est, & minore periculo fit. Quòd si verò causæ vtræque coincidant, morbus fiet vnus, isque admodum periculosus. Eodem etiam modo dici possit, quòd tempus Microcosmi aut Macrocosmi huius morbi singularem causam

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 632 sur 913

præbeat. Hoc intellige ita fieri, quòd vnumquodlibet in putredinem abire cogatur & in diſſolutionem: ſicut, ſi Aquæ Elementum putreſcit, id hydropiſi non aduerſatur aut reſiſtit, ſed eam facit, eáque periculoſiſſima eſt, & tarò curabilis: diutius tamen protrahitur per ea, quæ aliam hydropem ſanant.

Sunt præterea etiam morbi quidam alij, qui terram Microcoſmi in hydropiſin coniiciunt. Hi tamen non niſi armorum rationem habent, vt gladij, qui vulnus fecit, & vulnus dein parit tumorem. Sic igitur & ex huiuſmodi cauſa aliquot hydropiſis genera producuntur: quæ tamen non tolluntur, niſi priùs arma remoueantur. Tum enim ſicut inflammatio ſaneſcunt, quæ vulnere ſemel ſanato, denuò non redit.

PROGNOSTICA.

Signa hydropiſis periculoſa.

SIngularum vero Hydropiſium naturas ac proprietates ita noſcite. Si tuſſis continua moleſtat, & calor vaneſcit, & Luna anguſtiam pectoris regit (ex hac enim pluuia, & huius morbi impreſſio egreditur) tunc his ſignis ſe prodentibus cutis finditur, & aquam exſtillat, oſque ac oculi colore luteo tinguntur, acuminatur naſus, digiti ſicceſcunt & corrugantur, lotium minuitur & craſſeſcit. Quibus apparentibus, certum eſt, naturam in hoc ægro proſtratam & proculcatam eſſe, nec facilè educi poſſe. Extra talia autem, ſpes bona concipienda.

CVRA.

In Cura hydropis quę artẽdenda.

IN Cura tria conſiderari oportet: cœlum, terram, Microcoſmum. Cœlum conſidera vt Aſtronomus, vt pluuiæ ſtellam ac parentes noſcas. Ex his enim cognitis ſua peculiaris Medicina deſumitur. Terram, hoc eſt, corpus, conſidera vt Philoſophus, quo nempe pacto illa diſſoluta, & quænam Microcoſmi Natura, virtus, ac conditio ſit. Stellæ autem hanc pluuiam imprimentes tres ſunt. Vna eſt diſſoluta è congelato: altera eſt diſſoluta à Naturâ: Tertia eſt deſtillata ſubtiliter. Quarum cum peculiares naturæ multæ ſint, ſuperiùs in genere comprehenſæ: conſideratio accuratior ad ſcholas, non practicam pertinet. Nam ſub Arcanis iſtis vniuerſę includuntur.

Cœli quę cura. Sulphur metallorum Sol hydropis

Cœlo reſiſte tantum per Elementum Ignis, quod ex aquâ ſit. Et hoc eſt vnicum *Sulphur Metallorum*: Id enim, ſiue Metallorum, ſiue mineralium ſit, impreſſionibus iſtis ex vi & naturâ arcanâ reſiſtit, & exiccat. Eſt enim id Sol, qui pluuiam hanc diſcutit, & in auram vertit: in auram ſcilicet eam, cuius ipſum Sol eſt.

Terrę cura quę.

Terræ autem influxus ſeu introitus adimi debet, per quem ipſa inundatur. Ciſterna enim, quæ plena & turgens eſt, emittenda eſt: & ſic Soli ſuo ſubiicitur. Eodem modo ſi terra ſorbere amplius non poteſt, abundantia humoris ab eâ auferenda eſt, ne ab illo putreſcat, & incurabilis fiat. Putrefactio enim eſt diſſolutio, non redintegrabilis. Huius cura per vnicum Elementum ſiccitatis, quod & ipſum ignis eſt, perducitur. Siccitas tamen ſola requiritur, ſine calore. Talis eſt *Crocus Metallorum*, quo nihil eſt exiccantius. In his ergò hoc modo curatio poſita eſt: partim quòd *Crocus* reſiccet: partim quòd ſulphur velut Sol conſumat. Per hæc duo quælibet Hydropiſis cura perfectè cognoſcitur. Crocus metallorum validiſſimè exiccat.

Quanquam & deriuatio, ſi propter multitudinem opus ſit, non omittenda videatur. Ea fit ſine quidem digeſtione digeſtiuorum. Nam aqua tum temporis per ſe digeſta eſt. Hæc autem emiſſio per ſolas Eſſentias Mercuriales fieri debet. Cætera enim non aquam ſaltem hydropiſis pellunt, verùm cum hâc alia quoque multa, quæ relinqui præſtabilius eſſet. Huius enim Medicina ita appropriata eſſe morbo debet, velut lignum eſt igni.

De remediis ergò hydropiſis ita conſtituo. Primò contra multitudinem ſeu abundantiam vtere Arcanis Mercurialibus. Poſtea per dicta duo, Crocum ſcilicet & ſulphur, exicca. Horum deſcriptio talis eſt. Ex quorum præparatione diligenti alia quoque ſimilia inueſtiganda ſunt.

Sulphuris præparatio.

Sulphuris præparatio.

℞. *Sulphuris* ℔ ij, *Colcotar* ℔ ij. *Salis communis ſecundò, vel tertiò purgati*, ℔ j. *Myrrhæ* ℥j. *&c.*

Si autem ſulphur ex Metallicis, aut mineralibus corporibus ipſum habeas, tunc id per ſe ſatis purgatum eſt, quandoquidem extractum ſit. Doſis eſt ʒij. manè & veſperi. Sumatur cum ſaccharo. Alia. Alia. Alia.

Croci extractio. Diacubebe.
Item Mercurii præparatio, &c.

Declaratio in genere.

SIc ergò ex copioſâ pluuiâ hydropiſis generatur per proprias ſtellas, quarum rectrix Luna eſt. Et ſi minimum ſit eius, conſumpticne vaneſcit. Ad abundantiæ autem generationem tollendam medicina inueniri alia non poteſt, quàm Mercurialia ſimplicia prædicto modo præparata. Hoc facto conſtantia ſperari non poteſt, niſi indies exiccatio terræ inducatur modis prædictis duobus. His ergò ſi influentia rerum factarum tollatur; intercipietur etiam operatio, ne impreſſio qui damni det. Hæc autem aliter non fit, quàm per reſiccationem caloris ſolis, hoc eſt, per ſulphur & crocum. Inclinationem enim ad morbos extra nos quidem impedire non poſſumus. Poſſumus tamen extra nos, ſub ſpecie curæ.

Aqua cur flaueſcat

Cauſa verò, cur aqua ea flaueſcat, eſt hæc, quia nempe in putredinem abit, & colores membrorum imbibit eorum, in quibus ea continetur. Acrimonia verò eiuſdem eſt ex membri ſale, per pluuiam inaſpectabilem reſoluto: quæ pluuia non minùs in corpore materialis eſt, quàm foris in terra. Calor verò ac frigus, & ſimilia alia à deſtructione fiunt, cuius hæc inferendi natura eſt. Et tandem à putredine in aquam omnia conuertuntur. Dum ergò præter illapſam pluuiam ipſa quoque membra in aquam mutantur, neceſſe eſt, mortẽ incumbere, cũ diſſolutio ea reſarciri minimè queat. Mẽbra enim

enim à putredine dissoluta, haud vnquam reparantur.

DE ARIDVRA.

NOMEN.

QVANQVAM Ariduræ nomina varia sint, velut & variæ eius species, multis accidentibus discretæ: ipsis tamen appellationibus res distinguendæ non sunt, sed sunt nomine vno comprehendendæ, cùm in ipsis omnibus vnica tantùm causa sit.

QVID.

Aridura quid?

ARidura est, quando vel corpus vniuersum, vel eius membrum aliquod, cùm internum, tùm externum arescere incipit, hoc est, aridum fit, & à iustâ suâ proportione in mensurâ carnis aut medullæ, aut sanguinis, aut cuiuscunque tabescentis membri degenerat & deficit, quocunque tamen corporis loco fiat, vt pondus partis naturale minuatur, nec tamen per ætatem, nec abstinentiam, sed per causam aliam morbificam:

CAVSA.

Aridura q. causa. & generatio.

CAusam ariduræ ita intellige. Vides nempe, vnumquodlibet corpus quod in terrâ est, & ex eâ producitur, certam proportionem ac mensuram habere suæ pinguedinis, magnitudinis, crassitudinis & similium. Hæc verò mensura, hoc pondus à cœlo est. Ipsum etenim cœlum his rebus per rorem & pluuiam suum pondus ac proportionem confert. Quòd si terra cœli clementiam & fauorem habet, tunc ista omnia plenâ mensurâ & pondere donata vigent. Si verò inclementius cœlum, rebus crescentibus suum nutrimentum subducat, tunc exhauriuntur, tabescunt & exarescunt, velut fœnum. Et per hanc ariditatem vitam suam deponunt. Eadem ratione ipsius quoque hominis corpus, velut Brassica, ex terrâ suâ viget. Vnde idem eidem quoque impressioni subiacet. Quòd si cœlum benignum habeat, mensuræ & ponderis pleni est. Sin minùs, penuria incumbens mensuram ac pondus ei subtrahit, homóque imminuitur in carne, in sanguine, in membris internis externísue, vel integris, vel dimidiis, vel omnibus, vel aliquibus. Cui enim cunque parti subtrahitur, ea exarescit, vel citiùs vel tardiùs, pro defectus ipsius conditione. Sic integer etiam homo in sese exarescit, indies magìs magísque, donec succo omni vbiuis absorpto, fœno aut ligno similis fiat. Ea enim substantiæ hominis proprietas ac ratio existit, vt vniuersi cibi ipsius semen sint. Sicut ergò hortus à seminibus lætus ac vegetus redditur: ita ipse etiam homo. Non ergo cibus ac potus per se, sed impressio hominem obesum aut macrum facit, grátique bonam ac feracem terram, vt suam plenam mensuram adipiscatur. Huic plenitudini si impressio subducatur, vernare nihil quicquam potest, sed cibi potúsque arescunt & resiccantur, & quod iam corpus erat, idipsum quoque tabescit, cum accessum & augmentum non habeat.

Homo obnoxius viget.

Cibi semina hominis.

Impressio facit obesos macrosque.

Est enim corpus humanum ipsi terræ simile. Quæ terra Solem aut æstatem habet, ea fertilis est: quæ hyemem, sterilis. Sic quod æstas suppeditauit, id consumit hyems: donec rediuiuum ver, quod ab hyeme absorptum est, vberiùs refundat. Eodem modo & hominem sua bruma tangit, quæ per se quidem sterilis, insuper incrementum hesternum depascitur. Et nisi æstas sequeretur, omnes homines vno modo tabescerent & consumerentur. Interim quamprimùm hyems abiit, ipsi succedit æstas: adeóque perpetuâ istâ vicissitudine per hyemem corpus absumitur, per æstatem renouatur, vegetatur, & virentem vitam accipit.

Æstas & Hyems hominé vegetãt absũmunt.

Ista autem omnia à potentiâ & virtute cœli dimanant. Quas vicissitudines omnes homo, quia Microcosmus existit, omninò sustinere cogitur. Ex terrâ enim est: vnde ex cœli gratiâ derendet. Hoc si ipsi æstiualem impressionem subtrahit, tunc secundum molem suam marescit, imminuitur ac ad mortem ipsam deducitur. Ipsius enim hyems secuturæ æstatis spem ac indicium nullum dat. Successiuâ æstate, hyems nondum disparuit. Quem verò ors huiusmodi tangit, ei iam vita negatur, isque tandem velut fœnum aut lignum arescit ac consumitur; hoc est, caro eius velut gramen siccatur, ossáque ipsius cum superinductâ cute, velut detruncata arbor, exhausto omni succo eneruantur, frangúntur, concidunt.

Homo cœli potentiis subiectus.

PROCESSVS IN MORBVM.

COeli impressio quælibet modo inuisibili in hominem influit; in ipso tamen postea cum visibilis, tum tangibilis fit. Iam verò peculiaris essentia ac Natura cerebri est: alia & peculiaris cordis, & sic deinceps. Quod secundum Geographiam & Cosmographiam, qua terræ ac regiones omnes distributæ sunt, intelligendum est. Sicut ergò iam huic, iam illi regioni sua pluuia deest: sic sua etiam pluuia huic illíue membro corporis denegata est. Vnde Phthisis occupat vel partem vnam, vel plures: nec simul omnes. Sic & externi quatuor artus, brachia scilicet & pedes, sua quoque inter sese primaria membra habent, internis tamen & ipsa subiecta: hoc est, ariduræ duæ ipsis accidere possunt. Sic ergò recensentur ariduræ cordis, hepatis, splenis, pulmonis, renum, &c. Sic aiduræ carnis, tendinum, synouiæ, articulorum, neruorum, &c. aut vnica, eáque vniuersi corporis. Ex quibus colligite, dolores, ariduræ comites, pro membrorum diuerso sensu, diuersos incumbere. Nam mortificatio quælibet dolorem mouet: Synouiæ autem maximum & exquisitissimum. Si verò Aridura uniuersalis sit, dolores nulli instant, sed aridura lenis, pacata & sine sensu est. Nam unumquoduis membrum nutrimentum suum peculiare habet: & tamen id omnibus commune est. Hoc cuicunque membro subtrahat à cœlo, id tabe & consumptione tenuatur. Sol enim vnus in corpore est, qui iugiter & perpetuò exiccat, & humiditatem consumit. Dum ergo Sol iste continenter depascitur, in consumpti autem locum aliud nihil reponitur,

Partes corporis Geometricè cẽsendę. Aridura quot generum. Artus ariduram duplicé sustinẽt Ex se. ex internis mẽbris.

Synouia exquisitissimè dolet

Aridura vniuersalis indolens est.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 634 sur 913

reponitur, hoc est, si pluuia illuc non fertur: tunc necessariò à vi solis ariditas inducitur, & hoc modo tabes sequitur. Nec enim suo Sole corpus caret: nec sua etiam pluuia & rore. In corpore ergò ea vtraque esse debent. Eorum alterutro deficiente, res probè non agitur, sed impendent morbi. Sol corporis fixus est & constans, nec occidit, sed iugiter & indesinenter operationi suæ vacat. Impressiones verò impediuntur quandoque, vt vel maiores vel minores, tales vel aliæ iam sint. Et hæc scire Medicum fas est. Nam idem Astronomus esse debet. (Hìc notate: si cœlum homini alicui influentiam quandam præcidit, vt indè in morbum coniiciatur: id non aliter ac per gladium fit. Gladium autem intellige cœlestem.)

Corpus suum solem & pluuiam habet.

Sol fixus.

Impressiones variabiles.

CONTRARIA.

Aridura non est ab obstructione.

QVòd verò à nonnullis prætenditur, huiusmodi ariduræ causam esse oppilationem: id vanum ac commentitium est. Etsi enim facta obstructio transitum intercluderet, ea autem interceptio siccitatem induceret; tamen ea aridura minimè foret, sed tantùm Ariditas tabésue ab obstructione causata. Nam idem quoque similiter fieret, si per inflictum vulnus meatus interciperentur, & tabiem inueherent. Hæc enim omnia ariditates tantùm sunt, nec ad aridurã referri debent: & capitulum suum proprium habent ea sub obstructione ac tabe vulneraria, nec hunc morbum vniuersalem seu primarium concernunt.

Humores cur ariduræ causa nõ sint?

Sic pariter haud desunt, qui ipsos etiam corporis humores huius morbi causas faciunt. Qui tamen hac opinione produnt tantùm, se eos esse, qui omnis Astronomiæ & Microcosmicæ naturæ confœderationisque penitus ignari sint. Humiditas etenim suum corpus minime exsiccat, sed fouet & sustentat. In hoc autem morbo siccitas est, & humoris penuria, ex resiccatione & cõsumptione Solis, quem in se operantem Microcosmus habet, genita. Sol enim corporis humiditatem obsorbet, nec humiditas seipsam deuorat ac consumit. Sic ergò nec catarrhus à capite destillans huius morbi causa esse potest. Ariduram enim is mininimè generat, sed tantum oppilationem. Nec enim hæc catarhro vis indita est, vt membrum arefacere possit: cùm effectus iste Soli vnico, ceu Elemento ignis, ascribi debeat. Ita nec aridura à pulmonibus promanat. A pulmone enim nihil aliud procedere potest, quam quædam insalubritas, minimè verò gentium Aridura. In hac ægritudine consumprio eodem modo fit, vt in febribus, aut morbo alio: quæ quidem tabes sunt, sed haud quaquam ariduræ.

Catarrhus ariduræ causa nõ est

Sol vnus aridurã facit.

Pulmo non est causa aridurę.

Sic etiam dici queat, ariduram esse inutilem consumptionem nutrimenti membrorum. Quod verum esse, largiri eatenus possemus, quatenus morbus intelligatur esse Sol, & nutrimentum cœli impressio, non id, quod per os ingreditur. Illud enim semen est. Et sic Aridura nihil aliud quàm consumptio impressionis erit, à sole Microcosmi facta, sine causarum aliarum concursu. Hoc enim modo respectúque idem morbus dici etiam Marasmus qneat, provt causa sumatur ac intelligatur. Hic enim per solares exiccationes consumuntur impressiones quæ totum corpus sustentant: vnde optimo iure etiam *Radicales* & *Substantiales* vocantur. Sunt enim ipsius mensuræ radix & substantia.

Impressiones radicales quid.

SIGNA.

EX internis membris si aridura occupat cor: tunc lateris eiusdem tremor oboritur. Si pulmonem: tussim siccam mouet. Si cerebrum; Scotomiam concitat. Si hepar sitim infligit. Si renes, sitim simul & vrinæ mutationem inducit. Si splenem: compunctiones indit. Si fel: ardorem ac oppressionem inuehit. Si stomachum: grauitatem incutit. Si carnem: inanitates & cauitates molitur. Si ligamenta: contracturam generat. Si gluten: dolores acutos architectatur. Si sanguinem: gracilitatem affert. Si verò aridura vniuersalis sit, tunc lenta, leni, sensimque factâ resiccatione membra simul & æqualiter omnia consumuntur.

PROGNOSTICA.

SI quando accidat, vt pulmonis tussis mitescat, stomachi autem operatio seu actio non impediatur: interim tamen vesicæ & vrinæ malitia augescat, multa sitis famésque valida incumbat: hæc signa desperati mali sunt. Ista tamen, si se probè habeant, spes bona super est restitutionis. Huiusmodi signa multa à veteribus annotata sunt quidem: qui tamen interim morbos plures confuderunt, & in vno Ariduræ capitulo non substiterunt. Non ergò promiscuè omnia ab ipsis sumenda sunt. Hæc à nobis dicta satis sint. Morbus est talis, qui aliud nihil tradit, quàm tabem & ariduram, factam à Sole placido, pro conditione regionis huic subditæ.

CVRA.

IN Curâ huius hoc faciendum primò est, vt Soli Microcosmi humiditatis satis suppeditetur, vt semper ac iugiter habeat, in quod agat, quod consumat: hoc est, vt aliquo absumpto, recens subinde refundatur. Iam verò cœlum cogi potest minimè, vt humores ministret iugiter. Nec enim id hominis arbitrio ac voluntati subiectum est. Arti verò hoc priuilegium & potestas data est, vt homini ægrotanti cœlum aliud ingerere possit. Huc enim potissimum Arcana seruiunt. Arcanum enim est quasi potens cœlum, in manu ac arbitrio Medici positum. Hanc ob causam cœlum primum hoc est superius deseritur, & inferius in Medici manu constitutum, producitur: vt, quod superiùs detraxit, inferiùs restituat. Videtis autem felici incremento gramen adeò fœcundè erumpere, vt à radiculâ exili prata omnia vestiantur. Eodem modo & nobis hoc casu locóque serenda aqua est, quæ in homine, sicut gramen in campis, augescat & diffundatur, ipsumq; adeò cœlum in manu nostrâ ponatur. Hoc enim Arcanum vnicum est, quod ariduram tollit, cœlumque illud quod rorem & pluuiam fundit, in Medicina conditum est. Et hæc vobis à proposito aliena videri non debent. Si enim videtis præstari, vt caro nascatur & augescat: eâdẽ operâ hoc quoque fieri posse censebitis. Vtraq; enim ista vnius cœli sũt. Id, ex quo aqua producitur, id inquam semen, est *Margarita*. Copiosũ enim in fœminis lac gignit, si id deficiat. Et hoc in loco cœlum in manu Medici versatur.

Homo qui cœlum generare queat.

Arcanũ est cœlũ Medici.

*Inf. fol. in additionibus

Arcanũ in ariduram quale.

Margarita est semen humiditatis.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 635 sur 913

versatur. Sic eędem pluuiam etiã & rorem instillant aridis membris, vbicunque lateant, nec secus ac cœlum supernum impressionem ac influentiam partibus ingenerat. Hac ergò ratione, quod cœlum non largitur, poscente re & vsu corporis per artem ferendum est. Nam & ipse Medicus olympo non minus creatus est. Et Medicus is est, qui cœlum in manu ac potestate sua habet, cuiúsque Arcana stellæ sunt.

Margaritæ hac gignunt semina. Medicus cœlum: arcana, eius stellæ.

In hac inferioris cœli impressione, si Margaritæ serantur, ipsarum ros & pluuia ascẽdat surgatq;, Sol Microcosmi inde mirificè exhilaratur. Dicam ergo iã deinceps, quî faciendũ sit, vt sol, cuius gratiâ conditus est ad longæuitatem tuendam, quod consumat, subinde inueniat. Resoluendę sunt Margaritæ in Liquorem, qui Elixir est aliàs, in corpore autem fermentum. Ad hoc fermentum quę requiruntur alia, ea corpus ipsum suppeditat. Sicut semen, est fermentum, & terra eius Elixir: sed vtraque tum effectus, tum Arcanum.

Margaritarum preparatio.

Huius iam porrò dosis noscenda est, ex seminandi more & tempore. Suam enim sementem ver habet: suam itidem autumnus. Sic bis etiam ac dupliciter hîc seminandum est, tempore æstatis, & tempore hyemis: hoc est, in ipso homine cum Sole Oriente & eodem Occidente, quantum impressio requirit, ministrandum est. Id autem experientia docet, qua pollere debet Medicus. Ideò plura de ea hic non adumbramus, vtpote ei, qui famam habet, iam antè cognita.

Marg. usus & tempus.

DECLARATIO.

Febres aridæ. Febres aridæ.

CVm aridura febres etiam concurrunt inæquali tempore: quarum hæ causę sunt. Si impressio frigida incidit cum septentrionalibus & Zephyralibus pluuiis: tunc eę pluuię, si in corpore incalescunt, sursum euaporant, nec manent ac fixæ persistant, aut cum corpore quicquam permiscentur. Ipsarum ergò decubitus, paroxysmus est frigoris, recessus autem est paroxysmus caloris. Pluuiæ hę contrarię sũt, nec sub solem hunc pertinent. Ideò istę nec ómnibus accidunt, nec tempore constituto. Tempus autem istorum paroxysmorum, solis Medicis, qui Astronomi sunt, cognitum est.

Exiccatione autem fiente, pulmo inarescit, ac indè dorsi & lumborum dolores incumbũt. Quicquid enim exiccatur, dolet. Hæc dùm ita fiunt, homo in sphæram Saturni incidit, cœlúmque suum pristinum amittit, ac ascendentem & constellationem suam simul cum illo, viuit in Saturno, qui complexionem & naturam ipsi exuit, gaudétque quòd illum penitus exhausit, ducitque eum illuc vbi sol ardentissimus flagrat, vt instar carnis tostæ euadat. Tandem autem si Sol cubitum recessit, Saturnus eundem congelat & refrigerat, & malitiâ in ipso omnem complet. Homo enim tum temporis imbecillis, & à cœli cæterorúmque benigniorum Planetarum & constellationum auxilio nudus relictus est.

Cœlum inferius superiore benedictius.

Hanc autem aliquot malitiosarum stellarum, homini aduersantium iniuriam Deus præuidens, ad declinandam eam cœlum aliud condidit, dum scilicet Medicum & Medicinã ex terrã produxit, constituitque, vt cœlum superius terram foueret adiutaretque, quò inferius cœlum fœcundius pernasci posset. Nam, si cœlum inferius nos non fulciret, quis vnquã à cœlo superno tutus & erectus staret? Sic ergò cœlum inferius fauens & beneuolum est, quod sapiens vir nullus aspernabitur.

DE ICTERITIIS SEV MORBIS TINCTVRÆ.

NOMINA tinctorum morborum varia sunt. Enumerant enim Ictéritiam citrinam, Ictéritiam atram, & nescio quæ alia plura. Hæc verò vt accuratiùs disputentur, opus minimè est. Satis fuerit, si morbi ipsi notentur & intelligantur, qui nascuntur ex hominis coloribus, nimirum *Croceo*, viridi, rubro nigro, Lazurio, albo, & similibus. Huiusmodi colorum quidam si morbum parit, is tinctus seu tincturæ vocari solet.

Colorũ hum. quæ species?

QVID.

QVî verò hic morbus generetur, ita, vt color alius, quam qui à natura inest, inducatur: scitote, colores corporis naturales ac genuinos esse album & roseum seu purpureum. Hi natiui sunt, & dicuntur colores aërei, vel quòd ab aëre non mutentur; vel quòd à Sole imprimantur, vt fuscus, qui Æthiopibus inest. Si qui colores alij corporis prodantur, ab his diuersi, ij morbum indicant ibi latere, vbi conspicui sunt. Ira vel oculi crystallinum suum colorem amiserunt, aut diaphanum ipsorum obscuratum est, aut dentes vnguésque non albicant, aut os non ruber &c. Eadem colorum ratio etiam in internis est membris, veluti carne & sanguine, medullâ, omnibus partibus, quæ natiuum ac viuidum suum colorem perdunt: de quibus morbis, pluribus disserendum videtur. Quin & mors ipsa colores alios inducit, vt liuidos, velut ab effuso sanguine, quales in cadaueribus notantur. vt & vehementiâ mortis concitati. Sed horum consideratio ad Medicum non spectat: cum ad ipsius institutionem nihil faciant. Nam instantem quidem & iam inceptam sanitatis destructionem testantur: sed qualitatem morbi non indicant, quod deinceps suo loco fiet.

Colores Microcosmi natiui qui?

Colores alieni morbos indicant partiũ.

Mors colores mutat.

CAVSA.

SEorsim ergò de colorum generatione hîc disserendum est. Nullus enim in corpore color est, qui foràs erumpat, sed colores sunt spirituales. Spiritualis color est quando color fit alius quàm fuit. Sic si duo spiritus conueniunt, tunc discolorant suum corpus. Color enim spiritus est. Ideò duo colores confusi colorem alium producunt. Hinc morbus fit tinctus. Iam verò Lazurius color ex cerebro & sanguine oritur: croceus autem ac ruber ex sanguine: niger & purpureus ex sanguine & carne: albus, ex omnibus: viridis ex membris principalibus. Quanquàm autem hi colores per se visibiles non sint: visibiles tamen fiunt per suam transmutationem. Ipsa verò mineralia approbè docent, quid sit id, quod in ipsis minimè videmus, hoc est, quid in ipsis absconditum lateat. Sic enim itidem & in homine comparatum est. Sicut autem artifex miracula ea foris contuetur; ita Medicus quoque

Color est spiritualis non corporeus.

Colores duo tertiũ producunt.

Colores qui? à quibus partibus fiant?

Colores inuisibiles transmutatione visibiles fiunt.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 636 sur 913

eadem intus perſpicari debet, in corpore. Si quid ergò eiuſmodi corpori accidit, tunc eius morbus eſt. Nec enim id mutari, ſed fixum manere debet. Si autem mutatur, ſeipſum ad paſſionem diſponit.

Color mutatus morbi index.

Fit autem, vt morbus vel latiùs vel angustiùs diffundatur, nimirùm pro ratione ſuæ Anatomiæ. Ac vbi conſpicitur, ibi ſedes & locus ipſius eſt. Et vbi corpus eius eſt, ibi illius domus eſt. Nec enim hoſpitem, verùm inquilinum ſe facit, ac in domo propriâ ſe effert ac conſpiciendum dat. Quia verò color genuinus non eſt, ideò putatur hoſpes eſſe, & aliunde accedere. Quanquam talis eſſe putetur ab iis tantùm, qui colores non internouerunt, eodem loco ſpiritualiter reconditos ac latentes. Ideóque cumprimis conſideranda eſt tranſmutatio, quomodo in domo ſuâ propriâ colorem peregrinum tingat, hoc eſt inuiſibile & abditum viſibile faciat.

Tranſmutatio tingit colores vbiuis.

PROCESSVS.

Flendi ratio hæc eſt. Videtis nimirum, Gallam & vitriolum nigrorem gignere, videtis itidem, atramentum & cachimiam viriditatem producere. Et horum exempla infinita sút. Hi enim colores occulti & latentes ſunt, qui per compoſitionem prodeunt. Tales ſimiliter etiam hominí inſunt. Iam verò cœlum ipſum loco hominis eſt. Id compoſitiones illas, ex quibus tranſmutatio emergit, parat. Cœlum verò ita operatur: Vulcanium nempe ignem planetis & ſtellis corporeis immittit, vt hic in illas agat ac operetur. Operatione inceptâ, ignis ille, quoſcunque colores in loco eo latentes inuenit, producit ac proiicit. Et ſicut Vulcanus plumbum candefacit: ſic hic quoque ipſe Saturnus primò candorem producit, poſtea flauedinem ſeu croceitatem addit eodem loco. Sic cum Lunâ Lazurium propellit, niſi tranſeat. Si autem tranſit, albedo fit. Interim haud falſum eſt, quod omnes corporales ſtellæ in albedinem propenſæ ſint, & ex hac in flauedinem vergant. Ideò flauedo potiſſima eſt in oculorum conſpectu. Similiter & viriditas. Venus enim partem maximam carnis occupat, quæ vitriolare ſolet. Sic cum eâ Lunâ quoque Iupiter. Cæteræ corporis ſtellæ melrò fixiores ſunt, vt à Vulcano tam promte ſuperari non poſſint.

Cœlum colores in homine educit, &c. qui.

)(Inf. fol in Additionibus.

Color albus frequẽtior & prior, poſt flauus.

Hâc ergò ratione cœlum ipſum tinctoris vicem gerit, ipſámque tincturam propellit, & eam in operationem elementorum ponit, ac nouum in corpus colorem indit, imprimitque, qui tamen alienus aut peregrinus minimè eſt. Hoc inquam pacto cœlum tinctor dicitur, à tinctura, quòd ſcilicet ab igne ad opus tincturæ compellatur. De his qui plura ſciturit, is Philoſophiam colorum naturalium, quos Vulcanus manifeſtat, addiſcat. Nam in re vnâquálibet colores vniuerſi inſunt, velut & perſpicuitas, diaphanitas, tenebroſitas, & ſubſtantia media.

Cœlum tinctor.

Colores omnes in omnire &c.

CONTRARIA.

POſſit autem à nonnemine nobis obiici, quòd morbi tincti ex ipſis corporibus, in quibus inhærent, oriantur, & in locis, quibus conſpiciuntur, peregrini & aduenæ ſint. Vt, pro exemplo: Quia flauedo præ aliis frequens & conſpicua eſt, cogitari poſſet, quòd illa à felle ſeu cholerâ in iniceretur: cùm ſimile ſemper de ſuo ſimili teſtetur. Qui verò iſtiuſmodi ſtatuunt, hi inprouidi id ſimul non recordantur quòd cholera nunquam ita ſubtilis ſit, vt latiùs exundare ac diffundi, quàm in ſtomachum & inteſtina ſola poſſit. Nec enim quiſquam viſpiam eſt, qui eam vlteriùs & diſtantiùs proiicere aut expellere poſſit. Quòd ſi verò porrò inſtent: choleram eam ex ſtomacho & inteſtinis aut aliunde in omnes partes effluere poſſe: His reſpondemus: aliud eſſe dicere, aliud probare. Nam ad hoc nobis reſpiciendum eſt ante omnia. Hoc interim verum eſt de icteritiis omnibus, quæ in corpore & partibus ſunt, quòd naturæ ea conſuetudo ſit, vt vnumquodlibet aduerſum à partibus ad ſtomachum velut emunctorium quoddam expellat & deponat, vt per hunc vlterius è corpore exturbetur. Hac enim de cauſa purgandi conſuetudo inoleuit. Quia verò ſtomachus eo oneratur, ideò ex ſtomacho aliorſum idé non egreditur ſicut ingreſſum eſt, verùm per ſedem tandem euacuatur.

Ict. citrinus non à bile. & cur.

Bilis ob craſſitié ſtomachum & inteſtina non trãſgreditur.

Stomachus primum receptaculum omniũ malorum

Amaritudo verò non in ſolâ cholerâ eſt Nã ipſa quoque Vulcani præparatio amaritudinẽ facit, velut & dulcedinem, & ſaporum differentias reliquas. Guſtus ergò, colórque & ſtomachus non de bile teſtantur, ſed contra eam. Præterea, ſi cholera in oculos & membra externa alia penetrare poſſet, tum partium illarũ vita periclitaretur. Nec enim cholera creſcit, nec pondus eius decreſcit: itaque vt membrum principale pati non poteſt. Quid enim à corde pręcidi poteſt? Nihil. Sic nec quicquam etiã à cholerâ, aut hepate, aut cerebro. Succus enim fellis, corpus eſt, non humor. Si os fixum corpus eſt, & corpus caro, quanto interuallo hęc duo inuicem diſtant? Ita pariter etiam fel, & cerebrum, renes & veſica. Vnum durum eſt, alterum molle, vnum ſiccum, alterum liquidum. Hoc modo Microcoſmus cõſtitutus eſt.

Vulcanus differentias ſaporum omnes facit.

Fel corpus eſt non humor.

Poſſet etiam hîc quæri: Cum morbi tincti triplices ſint, citrinus, viridis & niger, adeóque de duobus primis ſatis iam dictum ſit, quid tandem de nigro ſtatuendum videatur? vnum nempe hoc, quod Vulcanus tranſuerberatit, & Athanat Microcoſmicum nimiopere accenderit, & vltrà debitam ignis moderationem operatus ſit, flauúmq; ac viride exuſſerit, verumque ordinem minimè renuerit. Porrò autem non tres ſaltem colores, ſed omnes hîc ſimiliter ponendi erant. Veteres autem his plures nõ cognouerunt, quia, quod ſcripta eorum teſtantur, eximiæ illius rerum occultarum Philoſophiæ planè ignari fuerunt. Nec enim abſurdum videri debet, colores quoque poni aureos, croceos, cum differentiis plurimis. Hæ enim omnes in præparatione ſitæ ſunt. Provt enim artifex, qui cœlum adducit, doctus & peritus eſt, ita colores etiam producuntur diaphani, perſpicui, tenebroſi, plures vel pauciores. Hæc enim omnia ab ipſo opifice dependẽt in cuius manibus quærendæ cauſæ ſunt.

Morbi tincti triplices.

Morbi tincti nigri vnde.

Morbi tincti plures tribus.

Quære ad propoſitum declarationem.

Cõ Paulo infra fol.

SIGNA.

VRina non quemlibet morbum tinctum indicat: ſed ii ſaltem, qui in exitu vrinæ hærent,

Vrina quorum tinctorũ?

morbo-rúndes. rent, coloris ſui proprietate produntur, velut & ampullis, & ſpuma, & ſimilibus aliis. Quę ſigna certa & bona ſunt, illud, quod ibi morbus eſt, digeri & maturari. Qui Aſtronomiæ peritus eſt Medicus, is ex ſignis cœleſtibus Microcoſmi morbos cognoſcere poteſt. Frequenter enim accidit, vt cœlum immittat Vulcanũ planetis ac ſtellis integri climatis regioniſue, aut prouincię, aut ciuitatis. Vnde fit, vt plurima ſimul ac certiſſima ſigna ex Aſtronomiâ depromantur, quorum plenum decet eſſe Medicum. Vomitus autem, ac compreſſio cordis, reſpiratio difficilis, & ſimilia, quæ cum tinctis morbis aut incipientibus aut iam præſentibus coincidunt, vera ſigna non ſunt. Nam poſt eos factos etiam proueniunt, quod colores oculorũ indicant. Sed & cum his ſequentia quoque concurrunt: nam ab ardore eorum ſtomachus infirmatur. Sic ergò infirmitas corporis, color, frigus, excrementorum alteratio, paroxyſmi quidem & operationes ſunt, ex incenſione & conflagratione prouenientes: ipſis tamen ſignis minimè annumerantur, ſed multitudinem ſaltem ac abundantiam præſentis morbi teſtãtur. Huc etiam pertinent punctiones laterum, ſitis, deſtructio appetitus, & ſimilia. Quę cùm morbũ minimè gignant, ſed à morbo gignantur ipſa, ideo pro ſignis ea non admitto. Nam morbi proprietas talis eſt cum iſtiuſmodi accidentibus eſt. prout loci, in quo ſubſiſtit, natura ſe habet. Tum & morbus idem, iã iſta, iam alia, planè contraria ſigna dare poteſt: veluti, ſi iã fluxum, iam obſtructionem concitet, iam vaneſcat, iam confertim iterum irruat, iam tardus iam celer, iam acutus, iam chronicus exiſtat. Hæc enim omnia à Vulcano fiunt, prout is operatur modo in natura ſtypticâ modò, in laxatiuâ, modo in materiâ humidâ, modò in ſiccâ. Quę differo ad libellum proprium, vbi plenius explicantur. Tum & hæc ſigna omnia præcipuè indicant Vulcanum, ſtrenuè ac duriter operantem. Locus autem doloris & oculorum aſpectus, huius operationis ſed em indicat. Stomachus teſtatur, à remotis naturam pellere in ventrem, vt indè materia in inteſtina, & tãdem per monoculum foras expellatur.

CVRA.

Vinfr. lib. in Iatrio-chim. CVm ergò cœlum harum rerum cauſa ſit per Elementum ignis, & huic morbo ſuum Vulcanum occultum in Microcoſmo gignat: quid Theorica hęc nobis conducit, niſi ad hoc vt medicinam debitam & conuenientem oſtẽdat: nempè, quòd ſicut aqua ignem extinguit talem omninò quoque curam eſſe oporteat? Si enim extinctio fit, operatio ceſſat. Iam autẽ corporis nihil perit, ſed tantùm coloris. Hi enim eluuntur, velut maculę ex panno. Cumque ars ſit quædam, quæ colores ceu rubrum, croceum, nigrum &c. ex panno tincto, extergere & eluere poſſit: ſic hic quoque artis eſt, idoneis medicinis hos partium colores extergere & emundare. Sic ergò prima cura eſt, extinguere. Altera, abluere. Secundum hæc duo practicam conſtituam, prout in arcanis ſuis continetur. Quanquàm autem quæ ſimul purgant, mala non ſint: alterum tamen melius eſt & potentius, niſi fors euenerit, vt omnis materia in ſtomachum confluxerit. Ita enim ſi ſtomachus deiectus, ad expulſionem non inſurgeret, purgatione debitâ is adiuuari debet: quam deinceps etiam deſcribemus.

Tinor. morbo-rũ cura triplex.

Aqua autem, quæ hunc Vulcanum extinguit, *Tinea ſcatura* eſt. Quæ licèt corpus ſit, non liquidum: tamen & ventus ignem efflando extinguit, & fumus eundem ſuffocat, aut ſtrangulat priuatio ac interceptio aëris. Hoc autem arcanum tam arduum eſt, vt minima eius moles, vis maximæ ſit. Fieri tamen etiam hoc poteſt, vt quod extinguit, interdum etiam abluat, ſi res nondum ad gradus conflagrauit. Si ſecus autem ſit, & ignis gradatus fuerit, tunc abluendum eſt.

Tinea ſcatura quid & cuius vis

Abſolutio fit, ſi eo loco detur. Colores enim vniuerſos attrahit, & corpus ipſum ne tantillũ quidẽ attingit. Et hæc dos naturæ inſignis eſt, quã Deus in cœlo medico elargitus eſt, quòd nimiùm medicina in corpore latentẽ tincturã extrahat, non ſecus ac magnes ferrum. Iam hoc ſi fit, omne in ſtomacho ſitum eſt. Stomacho autem ſua operatio eſt, vt id expellat. Is autem ſi fors reſtes ac contumax ſit: adhibenda ipſi, vt inſtigetur, ferula eſt. Hæc eſt præcipitatum ex Mercurio non reſoluto, pro ſufficientia adminiſtratum, ſicut ſcire doctoris eſt.

DECLARATIO.

MEdico dignum eſt & conueniens, vt ex naturâ ipſâ loquatur, quæ didicit. Iam verò externus mundus figura hominis eſt. Non figura autem corporis, ſed ipſius hominis. Quicquid ergò in naturâ extra hominem fit: id documento eſt, idem in ipſo quoque fieri: velut ſomnium, quod præludia exhibet, non rem ipſam: & tamen res ita fit. Iſtiuſmodi ergò declarant, cœlum in ſuâ potentiâ conſtitutum. Cœlum enim eſt, quod, vt diximus, tot tantáque miracula in homine operatur. Sicut enim cœlum ex inuiſibili terrâ inuiſibiles: ſic ii vniuerſi quoque in homine inſunt, omniſque ea operatio ſolius Vulcani eſt. In homine ii ſunt inuiſibiles; in terra autem viſibiles. Ideò homo quoque mundus abditus eſt, quia in ipſo, quæ viſibilia ſunt, inuiſibiliter inexiſtunt: quæ ſi viſibilia fiunt, morbi ſunt, non ſanitates. Idem enim eſt Microcoſmus, non mundus. Quapropter eſt opus, vt ipſa quoque cura pro eo inſtituatur, ſicut externi mundi figura oſtendit. Nam vt Saxoniam Arabia, aut Portugallia Carynthiam inficiat, fieri non poteſt: hoc eſt, Fel oculis nocere minimè poteſt, nec naſus pedibus, hoc eſt, occaſus orientem non tangit. Sic etiam Galaxa lactea Granatenſium Lituanicis nihil incommodat, vt nec Lituanorum Granatenſibus, & tamen Galaxa eadem eſt. Ideò opus eſt, vt extinguatur, & abluatur, & elotæ ſordes, ſicut dictum eſt, educantur.

Supra fol 96. Mundus figura hominis

Cœlum mirus opifex.

Fel oculos non lædit. vt nec naſus pedẽ

DE COLICA.

VM ſententiæ de colicâ variæ diuerſæque circumferantur: hinc fit, vt multa quoque & mira nomina eidem indantur, vt ſunt: Tormina, Colica, Matrix, Matricis ſuffocatio &c. Et tamen morbus vnus idémque eſt, ex origine vna, eadémque ſimili enatus. Vnico ergò ipſum

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 638 sur 913

ipsum nomine, scilicet colicæ designati satis est, dum cæteræ appellationes exolescant.

QVID?

COlica ergò est, quod dolor ac tormentum in ventre oboritur, cũ contractione eius, & excrementorum suppressione, significque aliis multis ratione stomachi & membrorũ cęterorũ sientibus. Et tandẽ, si remittere videtur colica, diarrhœę vehemẽtes & vomitiones molestę incidunt: posteà malum transit in membra artusque, in quibus hęrens manus pedesque cõtrahit plus minúsue, provt morbus magnus & materia copiosa fuerit. Porrò cum vi quâdam sese diffundit, & vel acuta vel chronica euadit, provt generationis eius natura est. Tandem sequitur consumptio corporis, mutatio vocis, & totius substantiæ imminutio.

CAVSA.

QVid verò tandem hoc esse dicam, quòd Physici de causis colicæ multa nugentur, cùm tamen ipsius Physicæ fundamentum nullum habeant? Generatio enim colicę est eadem, quæ ventorum, cùm æstate tùm hyeme spirantium, quorum vnus à septentrione, alter à meridie, tertius ab oriente, quartus ab occidente perflat. Hi si geniti sunt, orbem vniuersum transeunt, dum iterum consumantur. Ventorum autem istorum generatio in locis quatuor fit mundi; æqualiter distributis, & ventis suis collateralibus stipatis. Eâdem ratione & homo diuidendus est, velut in quatuor sui orbis partes, ex quibus venti prodeant. Id sin minùs fiat, Medicus, vndenam colica oriatur, scire nunquam poterit.

Colicæ generatio eadẽ quæ ventorum. Ventorũ duo genera ortusque Hominis & mundi scita cõparatio.

Iam verò cœlum est orbis omnium Elementorum & stellarum, quas complectitur. Eandem rationem cutis quoque in homine habet. Et sicut in orbe cœlesti quatuor Elementa cum suis corporibus consistunt: ita pariter etiam in homine. Præterea autem, vbi suam sedem Elementa habent, ibidem cauitas quædam ac inanitas relinquitur, in quâ homo stat, ambulat, habitat. Id vacuum similiter etiam in homine sciendum est. Nam in eo, id est, in cõcauo, in quo chaos situm est, morbus iste fouetur. Iam vero duo corpora simul in vnâ essentiâ subsistere non possunt: ob id, chaos corpus non est, nec locum complet, sed cedit alii, & tamen locum inanem nunquam relinquit. Porrò, vt mundani venti suum egressum, motum, denique consumptionem habent: sic itidem & humani. Iam verò in homine, quàm mundo, plura codsideranda veniunt. In ipso enim obstructiones interdum contingunt, quibus eruptio egressúsque ventorum impeditur. Et hoc demum colicæ principium, hæc causa est. Sine ventis enim nemo est: sine obstructionibus plurimi. Quas qui patiuntur, vt permeare ac transpirare ventus non possit, hi colicis torminibus molestantur. Sic ergò in intestinis propter instrumentorum aptitudinem turbines visibiliter fiunt, qui exterius etiam, at per instrumenta inuisibilia, in rotatum aguntur.

Chaos quid & cuius natura?

Obstructiones causa colicæ.

Iam autem deinceps de ventis 4. secundum orbis distributionem, cum suis collateralibus qui tamen efficaciam insignem non habent, dicemus, quo nempe pacto iidem quoque eodem numero oriantur, & ex quibus locis spirent. Oriens ergo est in fine stomachi, vbi is exoneratur: & ventus eius Eurus est, qui ad Monoculum transpirat extra colon. Vnde veteres etiam hunc ventum colicam vocarunt, quanquam sensu alio. Qui autem in ipso stomacho venti spirant, hi similes sunt illis, qui in mari aut terrâ flant &c. Nam sicut per multas orbis partes venti feruntur, & iam hîc, iam illîc obuia deiiciunt & quatiunt: sic idem in ventre quoque fit, in quo multa perflantur & concutiuntur, quæ huc ad colicam non pertinent. Qui verò intestina huc quoque referũt ceu corpus Elementale, & hinc concludunt, in ventre nihil vacui esse: his respondemus, intestina quid velut superfluum esse, quo magnus mundus careat, ideò, quia non similiter vt homo edit. Hòmini verò quia edendum erat, ideò intestinis quoque opus habebat, quibus bono iure maior mundus destituitur. Et hæc scire multò certiùs & accuratiùs debet Medicus, quàm quæ Philosophia ipsorum tradit.

Oriens corporis extremitas stomachi.

Occasus prodit ex partibus ac regionibus Monoculi, ascendit ad colon, & terminatur iuxta stomachi fundum, vbi consumitur. Sicut enim superior ventus in monoculo consumitur: ita inferior, ezhyrus, in colo. Et hinc suscitantur eructationes, singultus, & similia alia. Boreas autem emergit in media regione spinæ dorsi, & versus ventrem extenditur. In Boreæ opposito, iuxta vmbilicum auster surgit, ad dorsum in partes boreæ progrediens. Hac ex dispositione etiam sequitur, quòd remedia nonnulla colicam curent, si vmbilicus inungatur: quædam si dorsum illinatur: quædam si sedes moueant: nonnullæ si vomitum irritent. Nec enim hæ colicæ curantur alio modo, quàm quo ventis suus exitus procuretur conueniens. Nec enim Eurus per stomacum, nec Zephyrus per secessum, nec Auster Boreásue per duo picta emunctoria euacuari ac educi possunt: sed requirunt vt consumantur, velut ellychnium, sine facto corpore. De colicis enim hoc notandum est, quod corpus non habeant, sed merus ventus sint. Corpora ergò quęrere non debemus, quæ per medicamenta expellamus, dicam vsque hoc vel illud id esse, quod colicam mouerit. Ventus enim inuisibilis licèt, at palpabilis, corpus tamen non habet. Ita ergò constituta esse medicina debet, vt non corpora, hoc est, stercocora & alia similia expellat. Nec enim ea vera colicæ cura est. Hoc ergo modo 4. colicæ cardinales cum suis collateralibus generantur. Colica enim & Iliaca ventus vnus sunt, nisi quod alter lateralis sit: ex quibus tamen ipsi veteres duos diuersos morbos, à diuersis causis genitos, fecerunt: quod cum veritate ipsa minimè conuenit. Omnium enim vna origo, vna causa est: nec inter se, nisi natura hac differunt, quod alius frigidus, alius calidus, vnus humidus, alter siccus sit. Et secundùm hanc quidem naturam ac conditionem ipsi quoque dolores aliter atque aliter apparent, quàm ex se sunt. De quibus lege philosophiam huius generationis.

Occidẽs est Monoculũ.

Boreas est dorsũ.

Auster est vmbilicꝰ.

Colicę cardinales 4.

Colica & Iliaca vnus morbus.

Veruntamen vt rem omnem penitissimè, ac

Corpus ex 3 tribus constat.

ac quasi in vna summa percognitam teneatis, recordari vos velim, corpus ex tribus omninò rebus constare: ex Mercurio, sulphure & sale. Ad quæ consequitur: si venti hi oriuntur, velut Auster & Zephyrus, resolui sal in corporis eâ regione, in quâ continetur. Resolutio autem salis est separatio corporis, ita, vt hæc illa pars suum de se sal det promátque, quod deinde ita resoluatur. Iam autem corpus hoc causa non est, sed ideò separatur à corpore in excrementum & egestum. Id si vident illi, colicam esse sibi persuadent, quod falsum est. Causam enim in istud corporis stercus conferunt, putántque, eiecto stercore colicam subductam & mitigatam esse, non interim cogitantes, id merum excrementum, & haudquaquam ipsam causam existere. Quanquam, sicut sal resolutum in corpore acre & erodens nõ aliter morder, ac sal vulneri iniectum: sic idem similiter etiam in intestinis euenit. Hæc verò affectio colica minimè est, sed torsio à sal. hoc pacto affligitur, huic admodum vtiles purgationes obueniunt cumprimis si causa venti antè remota sit.

Colicę causa excrementa non sint.

Medico verò non ipsa excrementa inquirenda sunt, sed ventorum causa primùm indaganda est. Quâ consumpta, si torsio à sale posteà supersit, debitis ea tollenda est.

Cæterùm, vt longiùs de ventorum causis loquamur, scito, hoc loco de Meteoricis generationibus ita statui debere, quòd, sicut ex stellis Borealibus Septentrio oritur ita ex Euro similiter Eurus. Eodem planè modo, nec aliter, in ipso quoque homine rationes inquire ac tene. Quas enim causas in ventorum externorum generatione videtis, easdem æstimamate etiam in internis secundum numerum, multitudinem, fortitudinem, acutam vel chronicam naturam, vt colicæ, vel maiores, vel minores sint, prout venti suo tempore generantur, & in corporis regiones incumbunt. Illi enim, quam primùm generantur, corpus Elementale inuadunt, idque vel refrigerant, vbi colica adest: vel humectant, & colica oritur: vel exiccant, & colica corripit: vel inflámant, & colica iterum sua sequitur. Sicut enim terra nimium humectatur, resiccatur, refrigeratur, & calefit: ita etiam corpus. Insuper, quia corpus sensu præditum est, ideò doloribus eius certa medicina creata & præstituta est. Ideò tria accidentia, hoc est triplices morbi pet colicam apparent. Morbus vnus est, quando venti per sese furiunt & tumultuantur intus, velut in motu terræ aut cauernis profundis, dum nimirùm consumi non possunt. A quâ commotione, cùm corpus humanum sensile admodum sit, ei certi dolores infliguntur. Morbus alter fit, quando partes Elementales nimium humidæ, madidę, siccæ vel aridæ euadunt. Ea enim alteratio tres istas res, ex quibus homo constitutus est, attingit. Interim partes sesu præditæ dolore vacare minimè possunt. Tertius oritur, quando resoluitur sal, & nonnihil etiam de sulphure. Hæc enim cùm acria & mordacia sint, citra dolorem inesse nequeunt. Sic ergò tres doloris modi sunt: ita triplex iis quoque medicina debetur, quoties colica in exaltationem procedit aut processit.

Colicæ triplex modus.

Dolor spiritum continens.

Hi autem dolores vniuersim omnes tormina vel colicæ nominantur. Ea enim corporis, vbi cauum & inane est, ratio ac natura est, vt doloribus torminosis infestetur, qui se haud quaquam prodant, sicut faciunt, qui in aliis non cauis partibus affligunt. Hoc ergo singulare genus dolorum vni loci naturæ & conditioni imputandum est.

Partibus cauis dolor, singularis inest.

PROCESSVS

CVm homo morti subiectus sit, ac vita eius breuis fluxáq; via ad pauculos annos excurrat: certâ ratione colligi potest, hanc æui breuitatem ex firmamenti ac Elementorum ipsius fragilitate, externarum rerum incurrentium vim ac iniuriam nimis promptè admittente, omninò dependere. Hoc enim ni ita esset, vnâ certe cum mundo ipso vigeret, annúmque Platonis, qui simul cum Sole, Lunáque ac Elementis vniuersis demum finem accipiet, infinitis sæculis felix viueret. Iam verò cùm ipsius caduca ac fluxa sors nimis certa sit: colicæ causa à vobis duplex hic notanda videtur. Prima est, quòd venti eò seipsos ingerant, & colicam concitent, quâ ratione venti externi quoque, vt Boreas, Zephyrus, Auster, Eurus proprio motu suo incumbunt, nobis ad eos ciendos nihil quicquam conferentibus. Altera est, quando nosmetipsi ventos eos prolectamus, vt vel inuiti incumbant, nostrâ scilicet voluntate aut arbitrio acciti. Et de hisce duobus modis iam dicendum est. Quando ergò vẽti hi suo motu ac sponte ingruunt, sui impulsus non hunc finem habent, vt nobis vsui & commodo sint, sed vt corpus nostrum confringant & destruant. Nobis enim istud ferendum omninò est, qui morti subiacemus. Ea quoquo modo insultet, admittenda est. Hoc modo, quæcunque etiam pro nobis faciunt, tandem aduersaria fiunt. Ideò data nobis Medicina est, vt ista talia cognocantur. Isti verò venti, quâ ratione, quóque modo per seipsos adueniant, indagandum Medicinæ Astronomicæ relinquo, velut & Meteoricæ, quæ huiusmodi impressionum principia & causas inquirunt, docentque hoc loco fusius non asserendos. Plus enim hæc quæstio Philosophica quam Medica existit. Porrò pro horum notitiâ firmandâ scitote, quòd frigus & humiditas generationis ventorum nos corripientium causæ sint. Frigus enim ac humiditas in locis & cardinibus ventorum, in illis quandam quasi intumescentiam suscitant. Hâc turgescente instar ventorum naturalium in vẽtre hominis illi perflant & concitantur, sursumque ac deorsum impetum faciunt: dúmque fragilis & caduci corporis poros inuadunt, incitatu suo ipsis substantiam resoluunt: vnde dolores triplices corpori imprimuntur. Porrò autem alia quoque ventorum concitatio est à cibis & potibus. His enim si intemperantiùs vtimur ac copiam eorũ immoderatam ingurgitamus, tunc corporis regionem, in quâ venti iacent, nimiopere humectamus. Hinc ergò venti surgunt ocyus, & cum suis paroxysmis violenter irruunt. Sed & ita ventorum similium genitrix est. Illâ enim incandescente, vniuersum corpus intremiscit, & sedes spirituum incorporeorum quatitur ac disiicitur, hique in locum

Homo ex Elementis suis caducis.

Colicę causa duplex.

Causa prima explicatur.

Ventorũ causa frigiditas & humiditas.

Causa secunda explicatur.

Ira colicę genitrix.

cum extraneum excutiuntur, vbi tandem à calore, quem ira æstuans suscitauit, nimiopere exhaurientur & reficcantur. Ibi ergò venti ex se ficci omnium maximè exiccantur, humidiores autem, vt Zephyrus & Auster, siccioribus æquo & ipsi euadunt. Auster ac Eurus nimium calefiunt, Septentrio denique & Zephyrus in suâ frigiditate nimis langueſcunt. His ergò intemperantiis omnibus dolores ac morbos, vt diximus, accersunt.

Vt Eurus & Septẽtrio.

Colica seu ventus subtilis quomodo in artus erumpat.

Est autem in vento natura adeò subtilis, vt quoties is corpus in resolutionem agit, ipse spiritus quoque salis in ventum abeat, atque ita duo spiritus res vna fiant, sicut ex duobus coloribus in aquam proiectis, vnus color emergit. Postea, si pori recti seu conuenientes non parent, aut ventus in principio non sistitur, tunc is subtilitate suâ poros quoquouersum omnes penetrando & perrumpendo ad artus extremos vsque erumpit, ac concauitates omnes articulorum, iunctuarúmq; peruagans, sedem sibi in illis molitur. Cúmque socium secum ac comitem spiritum salis adduxerit, dolores hic parit, ac cùm synouiam, tùm ipsius spiritum corripit & obsidet. Quocunque enim loco ventus iste steterit, ibi contracturam & spasmos mouet, &c. membra stringit, ipsorumque vires profligat, illáque non secus ac grandem quandam domum deiicit. Si ergò membrorum moles concidit, ac artus natiuo suo robore exuti sunt, venti vi nimis validâ sæuaque prostrati, vbi ne resurgunt quidem deinceps, nisi aut à naturâ ipsâ, aut Medicinâ oppilatrice suffulciantur: adeóque dolores instantes lucinant, donec cum vento spiritus salis aut consumptus, aut viâ aliâ subductus sit. Quicquid verò lapsum est, id iacet.

SIGNA.

Signum quid?

AD ista iam sua sequuntur signa. Nam quid aliud signum est, nisi vestigium ab operatione relictum? Domus ab architecto exstructa, sui opificis signum est. ex quo ars ac operatio eius cognoscitur. Ideò signum est opus ipsum: sic hic quoque. Hi venti (aut quicquid aliud sit) quatuor artus omnes cõtractos reddunt. Id ergo signum vnum est. Posteà vìrtutem ventriculi destruit, ipsúmque in naturam contrariam præcipitat. Hoc signum est secundum. Coarctat porrò organa vocis, & partes illas vicinas. Id signum est tertium. Cohibet sedes, frangit vrinam. Hoc signum quartum est. Sursum deorsum perflangit vrinam. Hoc signum quartum est. Sursum deorsum perflando ventrem turbat distenditque. Signũ hoc quintum. Hæc iam colicæ præsentis signa sunt: hoc est, signa sunt eius, quod malum fecit, scilicet flatus, materia venti, & similiũm. (Ergo domus signũ carpentarii: corpus Christi, domus ouium: in hoc ouile non omnes intramus.)

CVRA.

Cura autem talis intelligenda est.
1. *Serpentina.*
2. *Sibera.*
3. *Vinum Rheticum.*
4. *Opium.*

Cura * scilicet in
- *Loco, vbi est, vt Sibera.*
- *Concauitate contraria, vt opiũ.*

Cura * scilicet
- *Exsiccare corpus humidum nimium.*
- *Humectare corpus siccum nimium.*

Cura * scilicet purgare
- *Excrementa & ea, quæ sunt abrosa.*
- *Salia. sa vel resoluta.*

Contractio quomodo sit curanda.

CONTRARIA

QVia excrementa fluua & acria sunt, ideò dici putaríque possit, fel hunc morbum parere. Tum etiam quòd ira interdum eiusdem causa sit, persuadent sibi nonnulli, quòd ira ex felle sit, ac ob id fel sit colica. Huiusmodi multa obstrepere solent illi. Vobis autem ratum esse debet, fel haudquaquam id esse. Nec enim id tantum ex se ponderis emittit, quantum ipsa excrementa habet. Fel præterea etiam pars corporis est, quæ, sicut os aut aliud membrum simile, vltra proportionem & mensuram suam minimè crescit. Vnde nec tanta moles vel pondus ab eo decedere potest. Porrò verò, cum etiam eius naturæ ac conditionis non sit, vt vẽtos gignat & producat: colicæ causa omnium minimè erit, quod Humoristæ plurimi autumant quidem, sed non demonstrant.

Fel colicæ cur causa non sit?

Sunt etiam venti multi, qui ipsam matricẽ vellicant, vt in suffocatione vteri. Quodcunque verò tandem nomen his detur: morbus ipse non nisi ventus est, ex numero quatuor prædictorum. Iam verò matrix fœminarum est, non virorum. Ideò eodem modo matrix quoq; diuisa est. Quod tamen differo in capitulum proprium. Quanquàm & rapa, & copiosius vinum acidum, cereuisia & aqua, &c. colicam frequenter concitent. Nam dissolutioni omni obnoxii sumus. Quæ cum in hisce rebus posita sit: tunc ea si ingerãtur, simile suo simili iungitur, ac inde veluti vel simul 4. vel 2. 3. provt materię conditio est, oriuntur, & exaltationem suam ingrediuntur. Aliàs enim colica nulla fit quæ ex his 4. non gignatur.

DECLARATIO.

COlicæ ergo quatuor sunt: *Colica*, id est, Euri: *Torsiones*, id est Zephyri, in Monoculo (prima est calida & sicca: secunda frigida & humida: vnde etiam contrariis remediis opus est) *Tormen vmbilici*, id est, Auster, humidus & calidus: & *Passio dorsi*, id est Boreas, qui rarò regione suâ longius excedit, ferméque in illa se continent, & frigidus.

Colicæ curandæ quod arcanum?

Quæ verò harum colica sit, signa loci & excrementorum docent. Quæ ipsa tamen signa cum admodum obscura & confusa sint plerunque, in eâ fidociæ multum ponendum minimè est; sed rectâ in curâ procedendum est hâc methodo, vt venti ipsi consumantur. Nam hoc vnum colicæ arcanum est. Deinde, vt corpus suæ temperaturæ natiuæ restituatur: quod an iusto siccius, vel humidius, frigidius calidúsue sit, ex excrementis dignosci debet. Debent enim excrementa ideo saltem obseruari, vt resolutum sal cum suo sulphure inueniatur: quod omnium postremo faciendum est. Si autem membra seu artus conciderunt, postremi ipsi sint. Debent enim primò interiora omnia suo robori & natiuæ constitutioni reddi. Quâ introductâ, potentia deinceps membris suâ sponte confertur & redditur. Basis enim ac fundamentum, cui incumbunt, intus in corpore figitur

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 641 sur 913

gitur. Eo cadente, ædificia simul omnia concidunt. Cura, vt supra.

DE GVTTA SEV APOPLEXIA.

APOPLEXIA in se morbos multos continet, qui multis nominibus designantur, vt Apoplexia, Paralysis, Lethargus, &c. Quæ omnia vt in vsu seruentur, nihil opus est. Si enim nomina non nisi ex causis procedere debent, multas quidem appellationes exolescere necessum erit. Nomina enim peculiaria, peculiares etiam causas dictant. Apoplexia autem ad causam tantùm vnicam refertur.

QVID?

SI derepente ac subitò sanitas hominis prosternitur, ac ratio perit, & oculi conuelluntur, respiratio dura & laboriosa, suffocatio pulmonis torquet, ac homo intra sese velut mustum in vase obturato æstuat, totumque eius corpus flagrat, cum ratione sensus ac mobilitas tollitur, sermo perit, collum turget & intumescit, auditus fatiscit; insuper & exitus quidam fiunt: vnus scilicet, si in eo statu aliquot diebus æger sine emendatione iacet, tum mors impendet: alter, si æger aliquantulum se recolligit, sermo tamen ac loquela non redit, latus alterum syderatum ac emortuum quasi, aut os distortum redditum est, aut quicquid similiter fit, vel cum spasmo, vel cum tetano, &c. Hæc si vides, Apoplexiam esse dicito: cuius origo ac generatio est, ceu dicetur iam.

CAVSA.

Gutte & fulguris vna scientia.

SCire vos decet, Guttam vel Apoplexiam cum omni suâ naturâ ac proprietate similem esse fulguri cœlesti, tam secundum generationem, quâ operationẽ, & miros effectus. Et qui cognitionem certam fulguris cœlestis habet: is audactet, se Medicum guttæ peritum & conscium esse glorietur. Hic enim Meteorica & Phisyca in concordantiam ac rationem vnam coguntur. Idem practicâ quoque & magnâ experientiâ, cum aliis ex lumine ipsius naturę depromptis clarè demonstratur.

Fulguris mirę vires.

Compertum nempè vobis est, quòd fulgur feriat, sed nihil frangat interdùm; hoc est, penetrat in cistam clausam & obseratam, nec tamen eã comminuit: liquat ferrum, non lędit hominem: frangit gladium, nec adurit vaginam. Huiusmodi miracula plura edit fulgur. Natura similis etiam guttæ est. Hæc in vnam massam cogit ac colliquat, aut cerebrum, aut cor, aut pulmones, non secus, ac cera esset: interim alias corporis partes nullas lędit. Ferit illa & percutit desuper ex capite exteros artus, manus scilicet pedésque, ac inflammat exuritque quicquid intra cutem clauditur, ipsam tamen cutim non violat. Linguæ loquelam extundit, dum quod sermo est, suo æstuoso halitu exurit, & linguam tamen ipsam minimè lædit. Hæc non immeritò ingentia Naturæ miracula dicenda sunt. Tibi verò, Medice, hæc probè noscenda, ipsáque naturæ lux hîc intimè tibi excutiẽda est. Hęc enim Philosophia, hęc Astronomia, hæc Phisyca, hoc loco verissima & penitissima Medicina est. Vtriusque enim rei vna ac similis omninò generatio est: vnius in Mundo externo: alterius in interno. Nam hoc solo inuicem differunt, haud in quoquam alio. Iam ergò si fulgur internum ferit & pulmonem attingit: halitus ipsius pulmonem suffocat. Nec enim pulmo aliud patitur ab eo, quàm quòd ab interno habitu stranguletur, sicut idem foris quoque fieri videmus, vt homines à vicini fulguris halitu suffocentur. Sic si gutta cerebrum ferit, homo emoritur, non aliter ac à fulgure externo cerebrum eius illæso cranio diruptum, comminutum, liquatum aut obtritum esset. Quæcunque enim cerebro accidentia à fulgure externo inuruntur, eadem omnino similia in alteris etiam occisis deprehenduntur.

Fulguris & Apoplexię similis natura. Fulguris mira vis.

Pari ratione si internum fulgur cor tangit, id strangulat & exurit, capsulâ eius integrâ & aquâ cordis saluâ manente. Idem enim hîc fit, quod alias, si nimirum fulgur externum aquam feriens, eandem quidem non subit, pisces tamen in aqua agentes interficit. Hâc ex parte affecti, tremorem cordis habent, & validam eius palpitationem, angustiámque mirificam, & si quæ alia similia cordis grauissimè læsi accidentia numerantur. Quod si hepar percutit, ipsum quidem vstulat, non tamen similiter eius parietes. Huius signa ex locis læsis colligenda sunt. Non ergo de horum saltem membrorum ictu, verùm de cæretis vniuersim omnibus idem similiter sciendum & statuendum est. Cùm ergo fulguris illius, iam huc, iam illuc illóue modo adeò mirabiliter fiat: præuonendi vos estis, quòd in gutta multa variáque signa, ac eadem confusa appareant, iam caduco ssimilia, iam oppressioni & strangulationi æqualia, iam spasmum cùm contrahentem, tùm extendentem exhibentia. Istiusmodi enim, velut & spuma: ex naturâ istorum membrorum emergunt. Quæ de membris superioribus seu primariis diximus, si isto modo feriuntur, mors non procul abest, ac vita præsentaneo periculo versatur. Præter illa verò, interdum percutiuntur etiam aures, oculi lingua & partes reliquæ. Harum læsio non quidem lethalis existit: indè verò ipsarũ priuatim tùm vita tũ vires pereunt, ita vt reparationis tamen earum spes non omnis adempta sit. Nec gutta hîc modo operatur alio, quàm sicut, si fulmem ferit, ab eo lignum incenditur, stramen autem intactum manet. Ignis enim in fulguris halitu mirabilis admodum existit. Is ad incensionem parata incendit minimè: incendit autem quæ incendi ægriùs queunt. Hoc pacto & membra corporis inaccensa manent: conflagrationẽ tamen sustinent ipsorum spiritus. Vnde etiam fit, vt loquela pereat, obtundatur auditus, tollatur visus aut gustus. Quanquam & hoc verum sit, quòd si vel cerebrum, vel cor moriturum sit, hæc omnia nihilominus simul patiantur, ac horum signa similiter se exerant. Idem etiam de pulmone & hepate discrimen tenendum est.

Gutte mirę effectus.

Porrò sicut videtis interdum, fulmen muri

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 642 sur 913

alicuius ſummam extremitatem corripere fiſſuráſque illius ſerie rectâ ita conſectari, vt vndiquaque diuellendo à ſummo ad imum murum findat & laxet: ſic gutta quoque interdum deſuper in vnicam ſaltem partem impingit, à quâ tamen traiectionis principium faciens, velut exempli gratiâ in collo, ductum poſtea continuum vel ligamentorum, vel neruorum ac tendinum ſedulò perſequitur. Quem verò cunque tendinem feriit, eiuſdem lacertum, quo vſque excurrit, etiam ad manus pedéſque exquiſitè traiicit, & peruadit. Et ſi tendinum vnus in brachium, alter in pedes deſinat: tunc fulgur hoc ſe diuidit, ac productu obuio reſoluit vniuerſum latus quod feriit: idque frequentiùs euenit in latere ſiniſtro quàm dextro. Cuius rei ratio eſt, quòd ea natura fulguris ſit, vt latus cordi vicinius ſemper procliuius percutiat. Si verò fulgur, quod rariùs accidit, ſupra collum in occipite diuidatur, tunc ea diſtributio duplex eſt, facta in latus vtrumque, quod vtrumque tunc etiam læditur. Et hoc planè lethale eſt, ſi ſeriò procedat. Quod ſi autem halitus exilis ſit, qui in altero latere deflectat, tunc is conſumeretur & res tutiore in loco eſſet. Provt ergo impingit, ita miris modis operatur, nec damna ac noxæ eius vniuerſæ enumerari queunt. Nam & venarum fibras exurit aut liquefacit, venas tamen ipſas minimè lædit. Ita & ſuccum ligamentorum abſumit, ſubſtantiâ eorum intactâ, & ſic vice conuerſâ. Ipſi enim pori vniuerſi patent, ac idem lacertos omnes pererat, eas diuellit & dirumpit, vnde dolores atroces ſentiuntur. Et quis quæſo vſpiam ſit, qui opera & reſolutiones à fulgure in homine factas, ſermone ſatis explicare queat? Innumera enim fiunt pauciſſima autem nobis manifeſtantur. Et quamvis nos quidem incumbentis fulguris fragorem & inſultum minimè exaudiamus: is tamen, qui, malum patitur, nimis exquiſitè ſentit, quaſi cœlum ipſum ac terra vnâ colliderentur. Nos enim tonitru id ob hanc cauſam non exaudimus, quòd extra illum mundum conſtituti ſumus. Soli hi audiunt, intra illum qui verſatur. Solus autem ac quilibet ſeorſim homo in ipſo eſt. Vnde ſuum quoque quiſque ſeorſim, non alterius cœlum audit. Et quilibet ſui ipſius cœli impreſſionem per ſe ſuſtinet. Eodem modo & illi, qui extra noſtrum orbem habitant, noſtri firmamenti affectiones non ſentiunt. Sic nec nos, quæ apud ipſos fiant, audimus. Sed hæc in Meteoricis.

Iam, quicquid fulgur ad damnum & detrimentum hominis molitur, id deſubitò ac vno quaſi oculi momento perficit, & quicquid ferit, penetratur. Nam ſi membrum vitæ lædit, mortem infert. Quis enim rem exuſtam faciet vt vſta non ſit? aut quis ex cineribus reconcinnare lignum queat. Sic ſi tale quid etiam in corpore fiat, mors præſto eſt. Si autem læſio fiat partium aliarum, quæ vitæ ipſi minimè præſident: tunc ictus is morbum ſaltem, non mortem infert. Provt enim membra nobilia ſunt: ita vel mors, vel morbus, iſque aut grauior aut leuior, tutior ac perieloſior introducitur, provt iſta omnia à Deo prouidè diſpoſita ſunt.

Latus dimidiũ a gutta vt reſoluatur.

Latus vtrumque vt reſoluatur.

Membri vitalis læſio mors.

PROCESSVS.

DExtrè verò ac induſtriè hæc Philoſophia tractãda eſt, ne Meteorica impreſſio extra ſuas metas deriuetur. Id hoc modo fit. Coniunctiones ſtellarum corporalium, genitrices ſunt morborum ex influentiis natorum, quorum genera varia ſunt. Ex horum cenſu hic quoque ex fulgure ortus eſt. Iam verò coniunctiones ipſę effectus ſuos aſſequi non poſſunt, niſi concurrentem quandam ſocietatem habeant, quâ copulentur. Etſi enim vulgò dici ſoleat, quòd coniunctiones pluuiam, grandinem, tempeſtatémque omnem concitent: horum tamen fieri nullum poteſt, niſi cœlum Medium conſentiat. Sic lignum & ignis ſi copulentur & coniungantur, ardent, ob medium præſentem aërem. Niſi enim aër conſentiens adeſſet, arderent minimè. Eadem & coniunctionum ratio. Niſi enim cum illis medium conueniens & conſentiens iungatur, nihil illæ efficiunt. Sic etiam infans in vtero matris gignitur. Semen autem ſi vterum non ingrediatur, infans non naſcitur. Sic Semen plantæ, niſi in aptam & diſpoſitam terram iactetur, nunquam emerget. Ita pariter & fulgur, ſi ſuum Medium non habet, nihil efficiet. Iam verò Medium in cœlo eſt admodum ſubtilis deſtillata humiditas quę ex terrâ non producitur, ſed potius corpus eſt ipſum Medii cœli: ſicut dicecere ſolemus terra eſt corpus fundi &c. Ita & inter cœlum ac terram corpus quoddam eſt, quod corpus eſt quaſi terra, in quâ iſta talia naſcuntur ac producuntur. Hæc iam vt ad Microcoſmum referantur, ſcire fas eſt, quòd in ipſo quoque homine ſimile corpus Medium, ſeu cœlum medium conditum ſit, in quo impreſſiones fiunt. Itaque ſi coniunctiones copulentur, corpúſque id Medium adeò ſubtile ac fœcundum ſit, vt coniunctionem inſeminatam recipiat, ac incremento illius conſentiat: tum demum rei ſeminatæ meſſis ac autumnus inſtat, vt ſcilicet producatur ac fiat id, de quo diximus. Iam verò huis operationis ea diſpotio eſt, vt ſubtiliſſimè ſuum corpus reuerberet & circulet, donec, quò intendit, vis ipſius pertigerit. Nullum enim fulgur exiſtit, quod priuſquam fieret, ſubtilius multò non fuerit, quàm à quoquam cogitari poſſit. Impetus enim ſui admirandam celeritatem à ſolâ exquiſitiſſimâ ſubtilitate conſecutum eſt.

Nihil operatur ſine diſpoſito medio. Lignum ſine aëre non ardet.

Medium cœlum quid?

Fulgur ante Fieri ſubtiliſſimum?

Quanquam ſint etiam nonulla, quæ vltra tempus, hoc eſt, contra tempus talia promoueant & in effectum deducant. Licèt enim cœlum externum quidem incitare ac promouere (impediri tamen id poteſt) nihil poſſit, cum in in manu ac poteſtate noſtra ſitum non ſit: ipſe tamen nihilominus homo in cœlo ſuo fragilis eſt. Is ergo hoc ſecum cogitabit, quòd cœlũ ſuum cùm promoueri tùm impediri queat. Hunc in finem creata Medicina eſt, vt ex eâ tam miſerias noſtras ſolemur, quàm immenſam Dei miſericordiam condignè celebremus. Vt verò promoueatur cauſæ vim

Cœli ad impediri non ſtari poteſt.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 643 sur 913

Cœlum hominis medium quibus promouetur? Quibus repugnat?

vim id habet, si homo subtilibus cibis ac potibus vtatur, qui ab ipso non expellantur, sed in subtilitatem potius redigantur & destillentur. Ita enim iam Medium ipsius cœlum procuratum est. Id Medium cum pingue & adipolum sit, in eo ebullitio ac euaporatio fit, in quâ coniunctio quælibet foueri & exalrari potest. Quòd si verò abstinentiâ corpus tenuetur, tale nihil fit. Etsi enim fors quædam coniunctio illi impenderet, tamen eadem facilè impediri, ac interdum omninò infringi posset. Promouent etiam, non impediunt, mœstitia, gaudium, terror, timor. Ista enim cœlum hominis euertunt, ac extra circulum mensurámque ordinariam ipsum emotant: de quibus lege Theoricam peculiarem. Hæc interim dum prædicto modo in Medio cœlo fiunt geruntúrq;: postea tempus, quod hoc fulgur incendit, vnius tantum minimi momenti existit. Planera enim tandiu corpus ac impressionem præparat ac exaltat, donec ad exquisitissimam summámque subtilitatem reducatur: & prius, quam in fulgur abeat, generationes nouas iamdudum vltra 20. aut 30. sustinuit, Et simile hîc quid fit, quod etiam in vrinâ. Ea cum primò nimis quàm crassa sit, mutationes in corpore plurimas subire cogitur. Iam enim, hoc, iam illud fit, quod anteà minimè fuerat, támque diu istæ mutationes continuantur, donec prioribus formis omnibus exutis, tandem vrina fiat, quæ antea non fuit. Ac per tot intermedias alterationes denique ita subtiliatur ut subtilior reddi non possit. Iam enim Sal fit, iam Alkali, iam Nitrum, iam Spiritus, & quid vltra. Idem similiter in casu quoque proposito statuendum est, quod, si excrementa in corpore retineantur, & subinde magis magisque subtilientur, tandem coniunctionem istam, promouebant. Et quam primùm subtile id planeram in suâ circulatione attingit, aliud omninò nihil sit, quàm si quis ignem in puluerem tormentarium iniiciat. Ignis enim Planetæ loco est: Puluis est cœlum medium. Consequens est id, quod ex duobus illis producitur.

Vrinę varia mutatio antequam vrina fit.

Gutta quando & qui intẽdatur?

DECLARATIO.

Fulguris causæ tres &c.

TRia sunt, quæ fulgur generant: sulphur, sal, ignis firmamenti. Hæc tria vt fulgur, sic & iam tonitrua & cætera efficiunt. Sic ergo Meteorica illa tantùm est sulphur & sal quod per stellas illas sulphureas & salarias in coniunctionem abit, & ab elemento ignis, quem in se cœlum corporaliter habet, incenditur. Nec enim de viribus ac operationibus cœli aliud senties ac statues, quàm quòd sit instar opificis, qui puluerem pyrium præparaturus, res omnes, quæ ad id ei necessariæ sunt, comportat. Idem enim cœlum quoque facit. Postea vt Artifex ignem addit: ita & cœlum, Iam verò ad præparationem & compositionem tornitru, fulguris, ignis &c. quod adest, assumitur: eodem modo & in homine, qui ex iisdem constat. Is enim minor mundus est. Ita ergo ex tribus illis dictis Apoplexia fit; hoc est, tria illa sunt ea materia quæ Apoplexia vocatur, & læsionem illam damnúmque infligit. Iam verò fieri potest, vt materia hæc in homine vnius annis anni spatio congeratur & comportetur, quæ per se vix annis decem aut pluribus alias colligeretur. Est enim ipsius hominis cœlum in hominis manibus ita positum, vt is ipsum vel extendere vel contrahere pro suo motu possit. Cuius hæc causa est, quòd nempe homo fragilitati subiectus sit: vnde vitam vel breuem vel longam, salubrem vel insalubrem habet.

Apoplexię 3. causæ.

Homo fragilis.

CONTRARIA.

MVltos opinio hæc in Medicina ambiguos ac intricatos reddidit, quod putárint, cibum Apoplexiæ materiam existere. Id vero quî fieri possit, satis nondum expeditum est. Idem etiam cœli immemores, pro opinione tantùm suâ rem definiuerunt. Hinc illa quod ebrietas, cibi frigidi &c. apoplexiæ causa sint: cum hæc tamen alia ratione causæ vim non habeant, nisi quantum ipsis cœlum permittit: quod idem in aliis etiam innumeris similiter verum erit. Pauci enim ab ebrietate apoplectici fiunt, sed potius à causis supradictis aliis. Quia autem apoplectici plerumq; pleni sunt: ideò plenitudini causam illi assignant. Eodem etiam modo ipsum sanguinem apoplexiæ causam faciunt. Quod nihilo magis verum est. Ad apoplexiæ siquidem generationem sanguis nimis crassus & ineptus est. Huius generatio nihili est: vt & ipsius plegmatis, quod substantia nimis crassa, viscida & inidonea existit. Idem de cæteris etiam humoribus iudica. Taceo, quòd in horum generatione explicandâ ex Philosophiæ adytis nihil attulerint, ex quo liqueat, quî tandem ex istis rebus apoplexia sucitari queat. Semper enim aliquid ingerunt, quo veritatis sensus obfuscatur. Et licèt quidem istiusmodi plurima admodum speciosè ad rem confirmandam induci queant: tamẽ omnia inania & nugatoria sunt, & talia, quæ nec ad Philosophiâ, nec ad Astronomiam, nec Theoricam aut Physicam quicquam quadrant

(Phlegma excrementum tantum est rerum in capite contentarum. Gutta autem excrementum non est, sed res omnium subtilissima, ex arcanis firmamenti nata. Ipsi verò quales Medici sunt, talia faciunt & loquuntur.)

Apoplexię fotis vis Dei.

Guttæ medicina duplex.

CVRA.

QVid verò nobis moliminis, ac præsidii superet, ad tam violentum impetum ac fortem impressionem reprimendam & infringendam? Hoc nempè si membra vitalia tacta sunt: res Deo vni commendetur. Huius enim potentiæ quis resistet? Vis verò ac potentia Deo est, quando virtutes cœlestes commouentur, vt iam diximus. Quòd si autem membra vitæ ferita non sunt, sed ipsorum tantùm vicinâ, consitium & facile, & tutum, & promptum tale dari potest. Medicinâ omninò duplici opus est. Vnâ confortatiuâ de Essentiâ confortatiuorum ex mineralibus, hoc est, ex summis confortantibus. Huiusmodi enim confortatiua cœlum clarefaciunt, ac nubes, nebulásque eius discutiunt, idque ex turbido lucidum & perspicuum reddunt. Sic ergo à medicinâ excitatus Sol, imbrem quem fudit, siccat & sorbet. Secundâ medicinâ opus

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 644 sur 913

est, quæ operetur in membrũ quæ tactum. Est autẽ Balsamus, qui reficit & reparat quod gutta destruxit. Hoc autem in genere tenete, debere nempe has medicinas, Confortatiuum scilicet & Balsamum ex solâ caliditate esse. Sol enim resarcit, quod cœlum perdidit: cuius damna Sol reparat. Istarum autem Recepta talia sunt:

Confortatiuum.

℞ *Aurum. Perlas. Lapides. Gemmas. Coralios.*

Balsamus.

Castoreum. Lauendula. Lilium Conuallium. Serpentina &c.

DE MANIA.

MAniæ plura nomina cùm à Latinis tùm nationibus aliis indũtur: licet morbus vnicus sit. Cùm verò variorum varij sensus sint: aliæ atque aliæ subinde etiam causæ Maniæ assignatæ fuerunt, quarum tamen nulla cum experientiâ ex ipso naturæ lumine promptâ conuenit.

QVID?

SI homo rationis compos, illâ priuatur & expilatur, nec eam ad fines impendit illos, ad quos creata est, sed furiosè desipit, & inconditè tumultuatur, is iam Maniâ correptus est. Ratione quidem suâ aliàs quoque multi exspoliantur, velut Obsessi, Ebrij, Fatui, Tyranni. Hi tamen ad hanc classem referendi non sunt. Nec enim à morbo, sed ab aliis accidentibus ratio in iis exulat. Hi verò, de quibus hîc agimus, veri morbi sunt, ac ex causis morbificis naturaliter oriuntur.

Maniaci qui sint vere?

CAVSA.

VT verò ad causæ explicationem commodiùs penetremus: sciendum est, Rationem, debere esse puram; mundámque, quale optimum in agro triticum est, lolio omni ac zizania carens. Sicut verò inter triticum lolium seminatum crescit & augescit: ita lolium etiam in intellectu nascitur. Qui si de rebus sententiam laturus procedit, tunc à luxurie zizaniorum, vt viciæ & lolij oppressus, desipit. Ita ergo Mania præsto est. Lolium enim, triticum ipsum vitiauit. Sicut autem rosarum ac liliorum plenam patinam manibus nudis non contingimus, si illis vnicum saltem vrticæ manipulum commixtum videmus, quia scilicet vrticæ rosas & lilia manúsque pungunt: sic lolium quoque rationem pungit, & illam de naturâ suâ deiicit. Quod si enim vrticæ inter rosas nascantur, hoc est, feritas in ratione, tunc hæc inflammata furit rabitque, ac similis fit spinis rosarum; quas vt nemo manibus contrectat, ita nec furiens illa ratio cuiquam quicquam commodat, sed pungit feritque, quicunque eius vsum & perfruitionem querunt.

Rationis integritas in puritate consistit.

Naturali autem modo Mania ita fit. Res nempè quælibet, si vltra vires ac naturam intendatur, frangitur. Sic oculi visus in Solem directus perit. Cuilibet enim membro sua destinata meta, suũ officium assignatum est quod sine damno non transilitur. Sic oculi officium est, videre quam potest, non, quæ assequi nequit. Sicut enim oculus à splendore Solis, qui & ipse oculus exiſtit, excœcatur: sic ratio quoque peruertitur ab iis, quę cum illâ sese habent sicut se Sol habet cum oculo. Cum enim vocatio homini cuilibet sua definita & ordinaria sit: ad eius dignam administrationem necessariæ quoque rationis dimensum accepit. Altiùs enim pro captu humano speculari, est rationem ipsam infringere & deiicere. Sicut enim vnus homo alio plùs fortitudinis ac roboris accepit, ac grauiora administranda habet: ita vnius etiam rationi plùs quàm alterius mandatum est. Cuilibet ergò summum suum noscendum & intelligendum, nec pluribus aut sublimioribus animus aggrauandus est, ne ratio nostra contra se habeat, sicut se habent oculi nostri contra oculos cœli. Sed hæc de ratione nimium intensâ & elatâ sufficiant.

Oculi officium videre conuenient.

Rationis dimensũ cuilibet suum.

Præterea autem Mania quoque alia est, quæ ex Elementis procedẽs, rationem nostram elidit, non secus, ac videtis ignem in Elemento aquæ feruere & furere, & ex eo bullas, spumam vaporem per concitatam ebullitionem iactare. Est enim ratio nostra quoddam ceu liquidum, adeòque id Elementum, in quo ignis vim suam exercet. A quo verò hoc elementum frangitur? A solo nimirùm Igne. Si ergo, quod frangit, ignis est: aqua erit, quod frangitur. Sic ergo corpus nostræ rationis aqua euolans est, cuius summa subtilitas estros ebulliens. Itaque igne accedente, operationes tales fiunt, quales ab igne & aquâ. Et hæc ebullitio est columba eorum, qui rationem suam perdunt, aut eius compotes non sunt, sed columba est compos rationis, non aliter ac aqua quæ ebullit, sui iuris non est, sed ignis. Summa ergo Medici ars hæc est, vt sciat ignem exstinguere: quo exstincto ipsa ebullitio morbus est.

Mania Elementaris quæ

Ratio ex quę euolans est.

Multæ quidem, eæque discrepantes, hisce de hominibus opiniones surgunt, quasi non vnica huius mali causa, sed plures omninò concedendæ sint, cum mores eorum valde diuersi notentur: vnúsque mœrorem, alter hilaritatem, tertius iram, quartus aliud quid præ se ferat: cùm tamen vnica istorum omnium elementaris causa sit. Res ita intelligatur. Natura in homine nulla est, ob quam dici possit, hunc esse Melancholicum, illum Cholericum, istum sanguineum aut phlegmaticum. Ista enim talia intra se homo non habet. Hoc tamẽ verum est, & dici potest, hominem habere hoc cœlum, istiusmodi influentiam, talem constellationem, aut coniunctionem, & si quę his similia sunt ab istâ Astronomiâ dictata. Ex his enim iam homo lætus est, iam varius, sibique dissimilis. Talia etenim in se continet cœlum non natura, cum interim naturæ sint Melancholia: phlegma, sanguis, cholera, &c. Res itaque eadem non est. Et quod vinum homini iam lætitiam, iam mœrorem infundat, id â cœli omninò morũ & conditione, non ex naturâ Microcosmi prouenit. Tales ergò homines mores varios exhibent, quia varium ipsorum cœlum est in cursu. Hoc enim illi æmulantur, non ipsam naturam. De hisce verò rebus qui loqui ac disserere possit Medicus, qui ipsum cœlum non cognouit? Hærent ergo Humoristæ in vado.

Manię vnica causa cœlum.

Maniæ causę humores non sunt

Maniacorum mores a cœlo non humoribus.

Immoderationes omnes frangit.

Præter

Præter has dictas iam geminas Maniæ cauſas, vnam ſcilicet nimiam roboris aut virium fiduciam, alteram elemenrorum operationem, poſſent quidem ab aliis plures cauſæ Maniæ addi & enumerari. Sed iſtæ nec in Philoſophiâ, nec Aſtronomiâ ipsâ, in quibus Phyſica fundata eſt, pondus ac locum inuenire poſſunt. Is enim demum Phyſicus eſt qui conſummati Aſtronomi & accurati Philoſophi laudem habet. Iſtorum ergo nugamenta in luto relicta obreruntur. Interim tamen nihilominus Maniæ vnum adhuc genus, quod à datis cibis oritur, expediam. Sicut enim dantur, quæ nos ridere, mœrere, iraſci lætariq; faciunt: ita non minus quædam exiſtunt, quæ rationis vim eſitata excutiunt. Quod ſi enim in vino ea natura eſt, vt hominem totum qui inuertat, córque, animúmque ipſius mirè alteret, ac ad ſummum exaltet, & veluti ab alienet: ita etiam res quædam erunt, quæ hominis ſapientiam ita exaltant, vt cerebrum propter gradus ſublimitatem corrumpatur ac infatuetur. Sicut enim ebrius, quicquid nouit, inconditè effundit: ita ſi per cibum potúmque dominium in rationem ingeratur, idem omnino fit, quod à vino fieri modo diximus. Ex iſto cibo qui vtitur, idem patitur cum eo, qui vinum bibit, vnde inebriatur. Vini natura quidem vobis explorata ſatis eſt. De cibo verò, qui cerebrum in chronicam, acutámque &c. Maniam conijcit, deinceps cauſa reddenda, ipsúmque naturæ arcanum prodendum eſt. Quanquam non deſint, qui iſta explicari poſſe inficientur. Sed iſta dicentes, quæ in rebus ſecreta ſint, planè ignorant. Grana enim Lupina inſaniam infligunt: Zechanu Maniam conciliat: Ruſttall amentiam, Hirbellum furias gignit. Hæc enim omnia à ratione hominem ita deiiciunt, vt ne quidem ſeipſum noſcat: idque præſtant vi non veneficij, non ſuperſtitionis, non malorum ſpirituum, ſed ex intimâ ac propriâ ſuâ naturâ, conditione, virtutéque &c. Sicut vini ſimilitudo id declarat. Quod etſi quidem ſeipſum expellat, deinceps tamen idem in multis non fiet, ſed ex maximâ parte in labores chronicos labentur. Conducit autem ſilere, & horum nihil indicando euulgare. Cauſæ etenim multæ exiſtunt, hîc minimè enarrandæ, quid arcanum cicutæ aut ſimilium ſit. Proprietatis autem ipſius cauſam, cur inſaniam pariat, haud difficulter vobis expediam. Etſi autem vinum quidem huiuſmodi multa indicet, rationem tamen addi melius eſt, idq; propter curam, quæ ſequitur.

Vt ergo in vino ſpiritus quidam peruerſus, rationi noxius & inimicus iacet: ita pariter noſcendum eſt, in cicutâ quoque ſpiritum conditum eſſe, cuius virtus ac proprietas aliter ſe non habeat, quàm vt piper aut zinziber. Ponticitas & acerbitas illa, ſi in cerebrum peruenit, id inſanit & furit. Nec enim cerebrum ferre poteſt id, quod à naturâ ſuâ diuerſum ac alienum exiſtat. Quodcunque ergo in ſpiritu ſuo ponticitatem habet, id cerebrum deſtruit & confringit. Quod autem corporeum in ſe habet, id non deſtruit, velut zinziber & piper. Sola ergo illa, in quibus ponticitas aër eſt, Maniæ concitandæ vim habent. Sic etiam, veluti videtis, quòd omne, quod aridurum facit, aut exareſcere vult, ingentem dolorem moueat: ita pariter ſcire debetis, nonnulla quoque cerebella eſſe, quæ in ſpiritu ſuo cerebrum aridurâ inurant. Iſti ergo homines concutiuntur & Maniaci fiunt, quòd cerebrum dolorem ferre non poſſit. Ideò ſcire debetis, Maniam in cerebro eſſe, & cerebri duas tunicas penetrare. Ob id ſunt ſpiritus. Horum autem multi ſunt, qui tantùm in cerebrum aſcendunt, idéque labefactant & diſſoluunt, ſicut diximus. Ad hæc etiam ſciendum eſt, quod quilibet corporis morbus, ſiue podagra ſit, ſiue caducus, aut colica, qui & ipſi ſpiritus morbi ſunt, huiuſmodi in ſe ponticitatem & acetoſitatem contineat, quæ ſicut in locis aliis morbos parit, ita ſimiliter & in his. Et hi paroxyſmi, ſunt Maniæ paroxyſmi, qui in aliis corporis membris dolorem ſaltem, in cerebro autem Maniam infligunt ac concitant.

Huiuſmodi ſpiritus velut in rebus comeſtibilibus, vt herbis, cerebellis & ſimilibus aliis latent, & homini Maniam conciliant: ita ſimiles ſpiritus in aliis etiam hominis morbis ſurgunt, qui in cerebrum impingentes, id quatiunt & labefactant, ac in Maniam cuniiciunt. Vbi verò hoc modo id diſpoſitum eſt, incipit Lunæ & ſtellis lunaribus ſubiici, tandémque cœlum pro naturâ ac conditione ſua variè ex eo trahit. Iſta verò varietas & differentia cauſam ob id ac materiam aliam non ponit aut probat, vt diximus. Ac diuerſitas iſta ad Medicos Aſtronomos ſpectat accuratiùs examinanda. Simili Maniâ tentantur aliquando etiam homines, qui à conſcientiæ vi opprimuntur, aut qui in ſpiritu, vt vocant, profundiore verſantur, aut qui ſibi ipſis deſperationem incutiunt, & ſi qui ſimiles ſint alij. Nã & hi concitatione iſtâ cerebrum ſuum in Maniam agunt. Horum tamen cauſa abdita & obſcura eſt, quam Medicus Aſtronomúſque tam promptè dignoſcere non poteſt, an à ſpiritu alieno, aut naturâ ipsâ illi dependeat. Hoc tamen certo certius eſt, Maniam eorum, qui ingenij ſui ſubtilitatem vltra modum naturæ intendunt, omninò ex ſpiritibus ſuſcitari per phantaſias ac meditationes profundiores in cerebrum illectatas, non ſecus ac canis odore carnis allicitur. Illos ergo in cerebrum introductos, natura ferre minimè poteſt, non ſecus ac oculus non poteſt ferre Solem, ſed ab eodem excœcatur. Certum enim verúmque eſt, phantaſtas iſtiuſmodi ex ſpiritu perloqui, non ex homine: nec tamen hi à maligno ſpiritu obſeſſi ſunt. Cauſæ verò explicationem differam in caput de *Maiorum ſpiritum obſeſſione*. Illorum ergo cura ambigua eſt. Prout etenim phantaſtici ſpiritus in ipſis habitant, ita in cura quoque procedendum eſt. Interim ſicut cum fatuis ad ſapientiam nihil profici poteſt: ita nec cum ſpiritalibus iſtis hominibus ad ſanitatem quicquam, aut ſanè perminimum attentari ſolet.

Medicus qualis eſſe debeat.

Vinum, animum hominis mutat.

Cicuta rationi noxia.

Piperis aut zinziber. pōticitas cerebrū lœdit.

Cerebri doloris impatiens.

Spiritus acetoſi in aliis membris dolore, in cerebro Maniam faciunt.

Mania ab animi incitatione.

Phantaſiæ ex ſpiritu loquentes.

PROCESSVS.

HVius autem Maniæ, quæ à ratione nimio pere intenſa & aggrauata fit, principium ac modus iſte eſt. Speculationibus nempe extraneis omnibus iſti homines operam dant,

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 646 sur 913

Myrmidones quid?

ac cerebro ſuo omnia ſubiugare aut ſubiicere contendunt. Hæ tales ſpeculationes confertim in caput congeſtæ & collectæ, meritò Myrmidones vocantur. Dum ergo ita vnâ illæ coniunguntur, inter ipſas oritur diſſenſio quædam, vnáque ſubinde contra aliam inſurgente, aut quidam quaſi conflictus committitur: non ſecus ac turba hominum mutuo prælio decertaret: aut chorea, veluti ſi numeroſi homines ſaltarent: aut pœnitentia, quaſi piures de rebus triſtibus colloquerentur, & ſi quæ alia huius generis ſunt, provt cœli aſcendens ſuggerit, aut ſpeculationes ipſæ apprehendunt. Nam ſi cœlum cum iſtiuſmodi aſcendentibus phantaſtam inuadit, iam fatuus illicò paratus & diſpoſitus eſt, qui provt inuaſus eſt, ita operatur ac erumpit. Hæc autem omnia cerebro expedienda ſunt, quod ceu victum ſubiacet, Myrmidones autem ceu victores eminent, & phantaſtam deinceps agunt pelluntque.

Qui vero ab igne incenduntur, his cerebrum ſanum eſt, ac inſtar roris humidum. Id ergo ſi ab Elemento in ebullitionem agitur, facili efferueſcentiâ ratio euaporat & eliditur, non ſecus ac manibus violentis caput comprimeretur. Ea humiditas non niſi aqua eſt. Quæ dum feruet, cum cerebro agitur eodem modo, vt cum fruſto carnis in ollâ poſito. Hæc autem inſania ac Mania ita comparata eſt, vt ægri de doloribus non conquerantur. Rationis enim eliſio grauior eſt doloribus ipſis. Vnde ægri dolores minimè ſentiunt, nec eoſdem ad alios queri poſſunt: ſed paroxyſmum vel magnum, vel paruum, breuem longúmue ſuſtinent pro Elementi ignis maiore vel minore incenſione, aut conſtellationis proprietate.

Maniaci dulores non ſentiunt.

Ponticitatis ſpiritus admodum ſubtilis.

Qui verò à ponticitate, &c. in Maniam aguntur, horum inſania velox & grauis eſt. Vſq; adeò enim acris eſt ponticitas in ſuo ſpiritu, vt à ſtomacho in caput effertur, veluti materia quædam ex phiolâ in Alembicum: nec ſaltem ipſum caput labefactat, ſed & meninges ſimul penetrat. Et dum corripit cerebrum, eadem ſimilitudo eſt, quæ ſpiritus vini, qui inebriat. Ac in hoc tantum differunt, quòd iſte ſpiritus alius ſit, quàm vini. Eſt enim vini ſpiritu tantò ſuperior, quantò vinum aquâ ſuperius exiſtit: quæ ad Philoſophiam remittimus.

Spiritus vtra 1000. miliarib. attrahantur.

Quorum verò phantaſia in fide cerebrum diſlocat, horum ſpiritus omnium ſubtiliſſimi exiſtunt: quorum cognitio deſumenda eſt ex cognitione ſpirituum illorum, qui conſcientiam venantur. Canes enim ſunt, qui hominem inſectantur. Dum ergò homo ſpiritales ſapientias meditatur, & ſpeculationi, qualem ſpiritus habere poteſt, inhiat: tunc phantaſia illa ſpiritum vltra 1000. milliaria diſtantem allicit, & ni deſinat, illum in ſe penitus trahit. Sic ergo ſpiritus iam in hominem illectus, ex corpore eius proloquitur, provt ipſius ſpiritus ſapientia, natura ac proprietas eſt, quæ ad hominem ipſum non facit. Et ſpiritus idem in hominem ingreſſus, rationem illius corripit, vt canis fruſtum carnis prehendit. Iam ergo is cerebrum tuum admordet, túque ceu capra, ore lupi prehenſa clamas, tuámque miſeriam quiritaris. Bonum ergo, quemlibet in vocatione ſuâ perſiſtere. Vocationes enim alienas ſuſcipere ac tueri nec tuæ induſtriæ, nec gratiæ diuinæ eſt, verum iſtorum ſpirituum impulſionis, qui tamen te tandem mordent, id eſt, Maniacum faciunt.

CONTRARIA.

Contraria hîc nulla obiici à quoquam poſſunt. Mania enim hæc nimis ſubtilis eſt illis, qui contraria hoc loco inferre conantur. Etſi verò eodem modo, quo ego, armarent ſeſe: tamen ſic non niſi concordes eſſemus. Maniæ verò cauſam iſtam eſſe, quam ponunt Humoriſtæ, falſum eſt. Ridiculum enim eſt, eos Apoſtema ponere, quod illam moueat. Ac obliti ſunt Apoſtematum proprietatem, ac rerum earum naturam, quæ in capite ſeu in cerebro ſunt. Nec calidum, nec frigidum Apoſtema hoc loco cauſa eſt. Sanguis quidem in Elemento ſuo proceſſum eum tenet, qualem deſcripſimus, & quilibet fumus vaporve eleuatur, quod ipſi Apoſtema vocant quidem, ſed (ſaluâ gratiâ) nunquam viderunt. Et licèt quidem extrinſecus Apoſtema aliquod eſſet, cum quo Mania concurreret, tu tamen caue dicas, Apoſtema illam concitaſſe. Nam cauſa vera iam commemorata eſt. Quanquam & hoc verum ſit, quòd, ſi vel intus, vel foris Apoſtemata naſcantur, ex iiſdem fiât cauſis, ex quibus ipſa quoque Mania generatur quæ modo generatur naturali. Quòd ſi autem Apoſtema factum Mania conſequatur, ita cenſe, id nimirùm, quod Maniam genuit, præcurſorium quoque Apoſtema peperiſſe. Nec ipſum Apoſtema Maniam infert, ſed æquè producitur ab eodem, quod Maniam induxit. Quæ cum ita ſint, quid veſtræ iam nugæ profint de cholerâ rubeâ, ac ridiculâ illâ phantaſiâ de cellis cerebri? Credo equidem & cerebrum veſtrum Myrmidonibus obſeſſum eſſe, dum, quæ extra vocationem ac profeſſionẽ veſtram ſunt, tractatis. Mania ſiue in capite, ſiue alibi fiat, ſiue cum vigiliis aut aliter incidat, à rebus omnino ſit illis, quæ ſupra cerebrũ ſunt. Vnde id ſuâ etiam vi frangunt. Illi autem præter hæc de pluribus aliis quoq; rebus prædicant, quòd Maniam infligant. Quo verò modo id faciant, non explicant. Taceo quòd de cæteris Manię generibus nihil proferant. Niſi enim Humores & Apoſtemata ſcirent: quod tandem proferrent, nihil quicquam haberent. Itaque de cœcis rebus cum cœcis diſſerunt. Inſuper ipſorum Theoricæ cura quoque reſpondet dum: Apoſtemata curant, quæ vim cauſæ non habent, & humores afferunt, qui non adſunt. Hæc & alia ſimilia putam putam ipſorum inſcitiam produnt.

Apoſtema Maniç cauſa non eſt.

Medic. reprehenſio.

SIGNA.

Qui à natura, more ac conſuetudine ſuâ repente degenerant, ac ſecundum animi affectiones mutantur, hos in maniam ruere dicas, maximè, ſi ſui ipſius amplius non ſint compotes, inuidiáque ac odio proſequuntur homines, verberant, clamant, furiunt, & inſana multa agunt. Maniacus autem & iſte eſt, qui taciturnus & quietus muſſitat ſedétque, ratione tamen naturali aberrat. Et ad morum geſtuumq;

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 647 sur 913

gestuúmq; diuersitatem sedulò attendi, ac ascendens cuiuslibet horæ, qui mores indit solus, non illa, quæ in corpore sunt, animaduerti debent.

CVRA.

QVi experienter hunc morbum curare satagit, is missos faciat Syrupos purgationes, & omnem ab istis auctoribus præscriptam dietam: Inter quę sunt illis palmaria Violæ, Rosæ, Chamomilla, Nenufar & similia. Huiusmodi cura adiuratoribus diabolorum familiaris est, dum prætendunt, hominem à Dæmone obsessum esse, quod tamen secus esse probè norunt. Interim ipsi alia remedia adhibent, quibus Maniam propellunt, artis tamen laudem ex eo venantur, quod dęmonem eiecerint, cum saltem curârint Maniam. His dolis homines alliciunt, & sacrificiis suis velificantur, ex quibus plus captant, quàm ex Medicinâ. Adiurationes autem diabolorum hîc missas facio: cum institutum nostrum sit saltem, Maniacos rationi suæ restituere eâ methodo, quam experientia in naturâ docuit & confirmauit. In his ergo, qui peritiam âliquam affectat, is à coniuratoribus illis discat, non dęmones abigere, sed idoneis secretis Maniacos curare,

Arcana Maniæ ab adiuratoribus dæmoniorum discenda.

Ossia cœnobium Carynthia.

In Carynthiæ cœnobio quodam, Ossia dicto, reliquias ostendunt: quibus Maniam, id est, dæmones expellunt. Id verò non nisi remedium est. Et quod hoc in casu prodest, id verè sacramentum est. Non enim à Deo datum est. Ideo ex Medicinis ipsos sacra symbola facere, non immeritò diximus. Sic opem ferunt etiam per Crystallum. Tibi verò cogitandum relinquo, an Crystallus sit vel diuus Petrus, vel Nicolaus. Huiusmodi monasteria passim plurima sunt, quorum sacrificii ac ac Monachi, adiuratores tamen, per Medicinam sua opera perficiunt. In Maniâ verò si diaboli essent, certè ad talium patrum verba minimè fugerent. Et si ipsorum remedia diuorum corpora existerēt, certè è manibus ipsorum euolâssent dudum. Ideò enim data nobis Medicina est, non vt nostra peccata ea irrita faciant, sed tam nequam, quàm probis hominibus in manus data est. Virtus autem, quam præferunt, virum integrum requirit, sicut Apostoli declarant.

Medicina probis & improbis communis

Cura ergo talis est. { *Crystallus.* *Cauteria.* *Actualia.*

DE VERMIBVS.

IAcèt vermium genera multa sint: omnium tamen nomina minimè minimè hîc considerandа sunt: Satis enim est, vno nomine comprehendi omnes in vniuersum. Hoc respectu vna tantum causa, vna Medicina, vnus morbus erit. Nec species ipsę vermium hîc cōsiderandæ sunt, verùm tantùm causa. Ex causâ enim non specie, medicina inuenitur. Species enim à subiecto est. At in subiecto Arcanum non est, sed in causâ efficiente: ex quâ ipsa quoque denominatio quævis sumitur.

QVID?

SI vermes homo vel elabi videt, vel ipsorum signa & vestigia alia deprehendit, iam indicium certum est, eos vel generatos esse. Quæ enim signa in iis, qui vermes habent, apparēt: si eadē in nondum vermiculosis apparent, nihilominus vtrosque vermiculosos dicere potes, illos pefectè quibus vtrisque Medicina vna prodest. Quanquàm nondum vermiculosi sæpiùs icterici, hydropici, colici, aut Apostematosi iudicentur. Qui error ab ignoratione est morbi quibem præsentis, sed non præsentis perfectè. Imperfectus tamen morbus pro perfecto omninò habendus & curandus est.

Vermiculatio, vel est perfecta, vel imperfecta.

CAVSA.

GEnerationis vermium causæ duplices sunt. Prima est sperma: altera est putrefactio. De spermate autem ita intelligeris, quòd ex proprio spermate virorum nihil oriatur in ipsis. Ex eo tamen in fœminis vermes generantur, si sperma in putredinem abit, & ascendenti putrefactionis subiicitur. Indè enim variæ generationes oriuntur, quas satìs admirari non possis. Cœlum enim illud vermes exclusit, in quo sperma fractum putredinem subiit. Sicut enim ascendens cuiuslibet putrefactionis inclinat: ita vermes disponit. Huius ergo generationis iudicium penes Astronomum positum est, si idem sit Medicus. Hæc autem de spermate interno & congenito dicta sint. Dicendum porrò etiam est de spermate externo, & eius generatione, quæ (quod dictu turpe est) ex coniunctione Gomorrhinâ fit. Alia enim est vermium in matrice generatio, quam non cœlum ipsum causatur, sed coniunctio. Ex quâ fœtus tales vel tales gignuntur, iam brutis similes, iam à brutis simules hominibus, &c. Horum causa Gomorrhinæ coniunctiones, quas penitius quilibet secum ipse expendat. Nem quod cœlum per se, sine talium formarum semine & materia, huiusmodi formas producat, id dicere absonum est. Ideò secundum hoc rem iudicate & æstimate. Non tamen inficiamur, fieri quandoque posse, vt sperma tale Gomorrhinum in loca mulibria clam subrepere possit, vnde insciis etiam talia ingenerentur: Quod etsi quidem rariùs eueniat, factum tamen esse, historiæ docent, & fieri vel dum posse, ratio adstipulatur. Sic & vermis in aurem aut os illabi, ac ibidem includi potest. Vbi si semen suum emittat, ex eo monstrum producitur, quia semen in naturali suo vase positum non est. Quicquid enim in vase suo natiuo non concluditur, ex eo generantur monstra. Simili ratione, si suo tempore sperma insectorum in aceratiis, aut hebis coctis per incuriam coquorum relictum edatur: tunc, nisi fortis sit stomachus, qui expellat, vermis ex eo aut mōstrum omninò nascitur. Spermata enim à corporis calore excluduntur, & in finem suum abeunt. Interdum etiam cum aquâ huiusmodi spermata imbibuntur, & monstra demum in corpore euadunt: quæ eiecta tandem, similia sunt insectis externis. Eadem suo veneno interdum etiam homines lædunt, ita vt decolores fiant, & intumescant, non aliter, ac si istorum vermium venenum deuorassent. Quibus demum è signis malum factum etiā patescit. Hâc ratione etiam sperma piscium frequenter ingeritur. Quod nisi a stomacho edomaretur, tale

Vermis generatio ex duobus. Vermes ex spermate.

Comorrhica coniunctio qui vermes gignat.

Vermes quia spermate ingesto, onātur.

Monstra qui gignatur.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 648 sur 913

Vermes à carne tenera.

quid naſceretur in corpore, quale extra corpus à piſce putrefacto, in vermes degenerante. Sic & caro ſimiliter nimis tenera aut iuuencula, atque adhuc ſpermatica, tale quid generat, quale produceret alias putreſcens. Quod enim foris, idem intus quoque in corpore per operationem ſyderum producitur. Niſi enim cibi, eſcæque noſtræ maturæ ſatis & mundæ ſint: omninò generationi huic ſubiiciuntur. Vnde morbi interdum varii conſequuntur, dum ex iis non tantùm vermes emergunt, ſed etiam generationes dimidiæ, quæ plerunque (licet erroneè) febres & appellantur, & tamen vermium cutæ ſubiiciuntur cedúntque. Sed ſatis dictum ſit de his, quæ nimiùm ſpermatica præpropere aſſumuntur, & generationes miras edunt. Cætera natura ipſa planiora facit, quæ cogitanda peritioribus remitto.

Cœlum cauſa vermiũ

Cæterùm de putrefactione, quæ cauſa altera eſt, rem ita accipite, quod cœlum iſtius generationis cauſa ſit hoc modo. Quælibet putrefactio per ſe putrefactio manet, & ſicut putredo abit: ſolum autem cœlum eam in generationem vermium deducit. Quanquam (licet perperam) dici ſoleat, putredinem quamlibet vermium principium exiſtere. Tu adde, ſi cœlum diſponat. Cœlum enim omninò cõſiderandum eſt hîc, ſi deſcripturi ſimus originem vermium, horum ſcilicet, qui non ex ſemine naturali & conſueto naturæ ordine generantur. Nulla etenim putredo vermes dabit, niſi ſeorſim ſperma adſit, & calor ad eorum generationem temperatus ſit. Hoc verum quidem eſt, quod putreſcere ad vermes vult, id opus habere, vt à magno & immoderato calore putreſcat. Quilibet enim calor gradum tranſcendens, putredinem ſuſcitat in iis, quorum gradus immoderatus exiſtit. Secundum hoc exemplum enim res omnes æſtimari & intelligi debent. Sic nempe videtis, caſeos omnes ſub ſtellis calidis in menſe Auguſti & Iulii, &c. vermiculoſos fieri, quod aliis anni temporibus minimè fit. Cuius quidem cauſa cœlum eſt, quod motu ſuo illa producit. Quod ſi ergo iſto modo cœlum in caſeo operatur, operabitur etiam in materia intus in Microcoſmo concluſa, quæ inſtar caſei cœli operationi ſubiacet. Quicquid enim viuit, cœlum habet. Sic etiam quod putreſcit, ſuum cœlum habet, ac in vitam prorumpit, modo vel naturali, vel alio. Sic & alia anni tempora ſunt, in quibus idem euenit. Sed hæc in Aſtronomiâ clariùs docentur, quò vos relegamus. Ex his concluſionem iam talem attendite. Vna quælibet putredo ex immodorato cœleſti & Elementari calore, habilis eſt, vt ſperma fiat vermium, per operationem aſcendentium, qui calorem mouent & inducant, & ſic monſtra ipſa parturiunt. Plura ab Aſtronomis declarantur. Cùm verò aſcendentium multi ſint, hinc fit, vt mirabiles etiam ac plures vermes emergant, vulgares ſcilicet, cogniti, inauditi, quotidiani, &c. Quorum omnium cœlum efficiens cauſa eſt, quod ſicut in mundo exteruo, ita in interno quoque ſimiliter operatur diuerſimodè, ex diuerſitate illâ, quam corpus dat. Huius enim generationis hoc vnicum fundamentum eſt, quòd in Microcoſmo quoque tales conſtellationes ſint. Quod ſi ergò Auguſtus, Iulius, &c. calidiores ſint, & materia ſubiectúmque, quod ignem concipiat, adſit: certò præſagire potes iſtum hominẽ vermium generationem minimè euitare poſſe, ſicut nec caſeus, & ſimilia.

Auguſt. Iulius vermiũ cauſę.

Putredo qui. vermiũ ſit origo.

Calor gradum excedens cauſa putredinis & vermium.

Vita cœlum præſupponit

Vermiũ varietas vnde?

Iſtiuſmodi generationes plures etiam ſunt, velut à Medicinis, ex quarum multis vermes naſcuntur, tam in corpore, quam in vulneribus, ſi nimirum putefactiuæ ac nimis calidæ medicinæ vulneribus applicantur, quæ ab illis velut ſuffocantur, vnde vermes tandem proueniunt. Et ſicut de his Philoſophia rationes dat: ita etiam de cœlo æquè intelligite. Res enim vna eſt, & omnia cœlum vnum. Operationis autem hoc eſt principium, vt ſal ſeparetur ab iis rebus, quæ putredinem ſubiturę ſunt. Sal enim eſt Balſamus rerum in vitâ ſeruandarum. Sal autem, quod corpus ſibi congenitum & vnitum habet, eſt Balſamus ſiue Mumia. Iam uerò ſal externum huic ſimile eſt. Quod Mumia hęc viuum conſeruat: id ſal conſeruat mortuum. Si autem Mumia emoriatur tunc ſal rem illam diutiùs conſetuare non poteſt. Si ergo diutiùs conſeruare nequit: ſequitur, ſal & Mumiam ſecedere. Iam ergo putredo incipit, iam vermes oriuntur. Vnde cibi vermiculoſi inſalubres exiſtunt, quia Mumiâ & ſale carent quæ cibus in iuſtâ concordantia modoque habere debet. Et hic de cauſa multa putreſcunt ac in vermes abeunt, tam in vulneribus, quàm interiùs in corpore. Quæ autem hæ medicinæ ſint, ſuis capitulis definietur. Multa vermes ex homine elidunt, quorum Medicinæ eoſdem genuerunt. Stet ergo res pene veſtrum iudicium ac experientiam.

Salis ſeparatio cauſa putredinis Sal Balſamus vitæ.

Sal putredinẽ arcet.

Cibi vermiculoſi inſalubres

Sed & principium ſæpè eſt vermium ex cõpoſitionibus rerum naturalium. Sic panis & mel vermes gignunt. Huiuſmodi compoſitiones in ipſo quoque homine ſunt. Ac ob id microcoſmus conſiderari debet, non humores. Pari ratione pus etiam quodliber, tã intra quã extra corpus, ſi à medicinâ putrefactiuâ corripiatur, in vermes degenerat. Multùm puris enim in corpore eſt, puris ſpecie egreſſurum alias, quod tamen per inconvenientes Medicinas in vermes redigitur, velut panis & mel. Eodẽ modo vermes etiam generantur ex ſuffocatione aut concluſione ſi aëri egreſſus non datur. Sed hoc tamẽ minimè fit, niſi cœli operatio concurrat. Idcò nonnulli vermes ab obſtructione emergunt. Quæ niſi incidiſſet cœli operatio fruſtranea fuiſſet. De coniunctionibus autem res intellectu facilis eſt. Communiſſima enim vermium generatio talis eſt. Si cibus & ſtomachus infirmus concurrant, ac à naturâ coniungãtur, ita, vt ſtomachus à calore Auguſti aut Iulii imbecillior ſit, ibi vermes fiunt. Sic pariter, ſi cibi putridi, putridæ febrilésq; diſpoſitiones in ſtomacho lateant, & cœlum ſimiliter diſpoſitum ſit, vermes quoque producuntur. Sic iterum, ſi cœlum ſimiliter diſpoſitum ſit, vermes quoque producuntur. Sic iterum, ſi cœlũ ita exaltatum ſit & potus putridus bibatur, & morbus dyſentericus corpus occupauit: iam iterum vermium generatio perficitur. Eodem modo, ſi interius vulnera lateant & potus vel herbæ lactiferæ ingerantur, iam iterum ſuam intentionem cœlum perficit. Ita vulneribus externis

Vermes à medicinis.

Vermes ab obſtructione.

Vermes à coniunctioni. bus.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 649 sur 913

ternis si medicinæ putrefactiuę applicentur, fit, quod diximus. Summa ergò de vermibus hæc sit, requiri omninò materiam ac subiectum aliquod, quod à cœli cursu, qui excedens calor est, ad vermes disponatur.

PROCESSVS.

Cœlum plastes artificiosissimus.

SIcut sculptor serpentem fingit, aut fusor fundit, aere ac industriâ familiari: ita artifices isti illam autem ex se non habent, sed ex cœlo. Si id ex cœlo habent: idem quoque cœlum poterit, & quidem homine dexterius. Hoc si verum est, cœlum omninò sculptor, fusor, aurifaber erit, quod talia fingit artificiosissimè, & suum Magisterium in stercore, lutóque elegantissimè exhibeat. Quis enim alius ex putridis illis ac ineptis rebus aliquid probi educere queat? Homo quid cælaturus, optima metalla ac lignum probum omninò requirit. Cœlum autem, ipsorum artificum parens, res putridas sumit, & tamen ex iis imagines viuentes exstruit, cum quas homines finxerunt, ligna tãtum sint, aut metalla, & colores, haudquaquam viuentes. Istæ autem alteræ viuunt. Cœlum ergo pro maiori moderatore solertissimo censendum est, qui in abdito ita fabricati nouit, vt operantem nemo videat, donec operi extremam manum imposuerit: cui singulari oblectamento est, ex putredine id fingere, quod volupe est. Hinc variæ species & genera vermium, quæ tamen ipsum a cœnum non attinẽt.

Cœlum artificum pater.

CONTRARIA.

Phlegma vermiũ causa nõ est.

POsset hîc obiici nobis, humorem, ceu phlegma, vermium matrem & materiam existere. Nos autem contra dicimus nullum phlegma putrescere putredine verò opus est. Sententia ergo falsa existit. Præterea ex nullo corpore Physico vermis generatur, nisi sperma Physicum in promptu sit. Vitam enim non assequitur, nisi ex materiâ dispositâ. Ex stercoribus idcò vermes nascuntur, quia stercora non sunt sine spermate. Et sperma non ex oleo solo est, sed & in corporis locis aliis fit. Non quòd sperma generationis in solo homine sit, sed & in aliis, ex quo hoc vel illud producitur.

Vermes cur ex stercore?

Scarabei ex stercore equino.

Stercus equinum scarabæos dat: quod sine spermate fieri non potest. Id tamen non est sperma equorum, quamuis ex equo secesserit, Spermatum autem naturam apprimè nouisse decet Medicum, si generationis huius peritum se perhiberi velit. Et licèt quidem nonnulli cibi sint, qui vermes gignant, & materia eorum fiant, sine seminio ipsorum; sine spermate tamen ea generatio minimè fit sed omninò per sperma, quod in herba lateſcens, deinceps in generationem erupit. Talia enim sine spermate nunquam fiunt. De spermate quidem tam apud Philosophos quàm Medicos altum hactenus silentium fuit. Quid tamen sperma sit, Astronomus nouit. Cognitionem enim hanc ei cœlum impertit. Hylam ergo inclamat, qui de phlegmate differit, ac naturam eius otiosè declarat, adeóque de his similibus aliis anxiam disputationem mouet.

Sine spermate nulla generatio.

SIGNA.

Vermes an adsint qui brobetur?

VErmium signa duplicia sunt: manifesta & occulta. Manifesta è prodeuntibus illis sumuntur. Occulta non æquè liquent: ab aliis tamen sic satis tradita & descripta sunt. Multa enim signa à veteribus fideliter obseruata & tradita sunt, de quibus nos latiùs non excurremus, sed lectorem ad fundamenta ipsa reuocabimus. Frequenter tamen accidit, vt ex signis an vermes adsint, vel minus, satis dignosci non possit. Sic vermium quædam signa interdum in intestinis apparent, cùm tamen vermes non sint, quod plerunque in fœminis experimur. Veritatem tamen ipsam hoc modo perscrutaberis. Loco illi signanti impone Geroleam, aut Hypericon, aut postremo centauream, si quæ subdita herbis sint, cedant, nec maneant, vermes esse indubitatè sciro.

Geroleæ &c.

Porrò, si signa vermium interdum sese exhibeant, vermes autem ipsi non adsint: id te nihil offendat. Si enim huiusmodi signa probè obseruaris nihilominus cum a canis contra vermes præcedas. Quod enim vermes tollit, id fomentum quoque eorum nidú nve ac materiam tollit, & fermenti rerum istarum cœlum amolitur, ne Augustus ac Canicularis, similesque alii ascendentes & constellationes in affectum erumpere possint.

DECLARATIO.

HOc autem loco fas est explicari inter cætera etiam vermium loca, in quibus generentur. Loca autem sunt, vbicunq; spiritus salis nõ est acidꝰ. Sic in oculis spiritus acris est. Oculi enim plus Balsami requirũt mẽbris cęteris, vt ab istiusmodi accidentibꝰ præseruẽtur. In auribus autem, etsi sal quidem expurgetur, nihilominus tamen regiones aurium sunt loca vermium, licèt amarissima. Amaritudo enim cœli operationem non impedit. Si enim materiam offendit, altero neglecto suum officium agit. Dentes spiritum salis habent omnium subtilissimum. Ideo ex illo vermis, isque pessimus nascitur. Subtilis enim ipsius natura est, ac ex materiâ subtili oritur. Vermium enim omniũ natura acrimonia, malitia &c. ex isto salis spiritu est. Sed & ipse ventriculus generandis vermibus locum dat: intestina autem triplicem. Sic & regiones aliæ his finitimæ. Quòd si verò & in alio quodam loco dissolutio contingeret, locus vermium ibi fieret, qui antè non fuisset. Vermibus ergo non destinata tantùm loca sunt, sed noua subindè fiunt. Nam multi corpori oberiunt morbi, veluti Dysenteria, Diarrhœa, Hæmoptoica, Rheuma &c. qui omnes ad generationem vermium aliquid conferunt. Horum ergo morborum occasione nouâ loca facilè strui ac parari ad generãdos vermes possũt, semper tamen ratione eâ perstante, quòd canicularis ardor ac Iulii Augustique feruor ista disponat, si cum materia & subiecto coniungantur: qui ardor variè in materiâ ea mouetur, retrogradè & erraticè. Corpus etenim fragile existit. Vnde etiam præter ordinem cursus eos, quibus subiectus est sustinere cogitur.

Loca vermiũ quę?

Oculi cur non vermiosi.

1. Aures.

2. Dentes Dentiũ vermis pessimus

3. Ventriculus. Intestina.

4. Loca nouitet fientia.

CVRA.

DVplex est: scilicet ex sperma primo: & ex sperma secundo. A forma specifica, à fumo Iusquiami, id est Mercurii, itẽ Sulphuris, item Salis. Item Hypericon, item Centaurea. Item de reliquis similibus. Item in pueris hoc nota: Item in prægnantibus, ne concipiant, hoc nota, &c.

DE

DE DIARRHOEA.

DIarrhoeæ multiplices existunt Naturales, non naturales. Non naturales (salubres) vel à Medicinâ, vel à Naturâ. Multæ etiam â resolutione naturæ in suis viribus, aut per medicinam cibi, aut à tempore & similibus concitatæ. Vtcunque verò Diarrhœa accidat, & morbus vnicus & vnica causâ existit, cui etiam arcanum applicandum.

QVID?

CVilibet homini per se notum est, quis naturæ suæ modus ac ratio sit in expellendis sordibus, quæ in homine fiunt? Præter eam consuetudinem quicquid aliud incidit, siue sit suppressio, siue immoderatum profluuium, siue peruersio alia: scito morbum eam Diarrhœâ esse. Iam verò expellendi vnum tantum modum natura familiarem habet, ac vnicum tantùm etiam expellit, hoc est, ciborum reliquias ac fæces. Cùm verò hominis natura fragilis ac caduca sit, virtus eadem non perpetuò sibi cõstat, sed persæpè infringitur & mutatur iam à causis internis, iam externis, vnde naturæ modus ac ordo peruertitur. Est enim in naturâ omni suum constitutum temperamentum: cuius tam excessus quam defectus vitio datur, & pro morbo habetur, qui vel chronicus, vel acutus euadere, & ab vtroque terminari morte potest.

CAVSA.

DIarrhœa quælibet à stomacho oritur, & stomachi culpa fit. Prout enim assumptũ in stomacho alteratur & disponitur, ita vis eius expulsiua sese quoque exerit. Vis enim ea non in ipsius hominis natura condita est, sed in stercore, quod secedit. Aliud enim alio citiùs vel tardiùs deponitur, pro naturæ suæ modo. Similis enim ratio stercorum est cum cane, aut alio quouis animali, quod sponte suâ è stabulo egreditur, nec à stabulo expellitur. Ita & stercus seipsum educit sine omni naturę ac corporis additâ ope & auxilio. Operatur tamen simul etiam tempus, quod virtutem hanc producit, sicut pyrum, quod per se decidit, nec ab arbore decutitur, sed à motu intimo se expedit.

Expulsio est a stercoris vi, nõ intestinorũ

Stercus autem quod eo modo secedit nihil est aliud, quam cibus stomachi. Nihil enim stercus fieri potest, quod prius in stomacho nõ fuerit cibus. Postremò enim stercus fit, quod prius in stomacho cibus exstiterat. Ideoque omnium primò de cibo stomachi differendum est, vt stercus, quod postea morbus vocatur, certiùs cognoscatur. Ratio autem eiusmodi est.

Stercus quid?

Euenire nouistis, vt prægnantes picâ affectæ, iã carbones, iam argillam, iam cinerem, iam cretam, iam alia varia & obsurda edant ac ingerãt. Iam verò is appetitus est, non est indigentia. Indigentia solos familiares ac naturales cibos quærit. Hic autem appetitus immoderatus est, sine vsu & necessitate. Et tamen istâ vice quod editur, per appetitum cibus fit, Eiusmodi appetitus multi etiam in stomacho sunt, vnde cibi ingeruntur præternaturales, quos stomachus assumit. Quanquam homo ipse quoque persæpè, appetitu tali non vrgente, motu arbitrario huiusmodi cibis se oneret & aggrauet. De quâ causâ sentiendum idem est.

Prægnantes absurda vorant

Stomacho quidem certus sum ac definitus, isque nondum mutatus cibus offerendus est. Et in hoc artis summa posita est, vt ventriculo cibi conuenientes ministrentur: quod tamen à scriptoribus veterum neglectum ac omissum est. Is verò modus ac ordo si non seruetur, ventriculi operatio alia sequitur quàm esse debet, vnde morbis origo datur. Idem similiter iudicandum etiam de iis cibis, qui pro arbitrio hominis ingeruntur. Nam & horum conditioni sedum ratio respõdet. Iam verò vt dictum est, stercus quodlibet cibus fuit, & ex cibo prouenit, qui stomacho ingeritur ex exparte vnâ: ex parte alterâ eum stomachus assumit, sine ingestione. Vtut verò ista se habeant: nobis de datione & sumptione ciborum differendum est, vt in quibus sanitas & ægritudo posita videtur. Id priusquam præstetur, stomachus primùm in sui cibi assumptione seu appetitu noscendus est.

Cibi stomachi duplices: Ingesti, non ingesti.

Fames est appetitus assumptionis, & cibationis. Hæc duo morbum pariunt Diarrhœæ. De assumptis scitote, quòd stomachus vim ac naturam in se contineat separandi malum à bono. Iam verò quod bonum est, noxam non cõfert, sed quod malum est. Et hûc referuntur multiplicia venena, laxatiua, res frigidæ, calidę, humidæ, siccæ, item styptica, diaphoretica & similia alia. Nullus enim cibus est, qui venenum non habeat, ac laxatiuæ elementatíue naturæ non sit. Stomachi ergo officium est, ista separare, & in stercus cogere ac expellere. Expulsionis vis autem in rebus his ipsis egerendis consistit. Si verò eueniat, vt stomachus plus digerere conetur, quã à separatione ipsi mãdatũ est, hoc est si oblectationis aut quod aiũt) animi gratia stercus digerere aggrediatur, isto iam molimine corripitur venenum, laxatiua, aut elementum ipsum, quod à cibo separatum est. Hinc ergo iã Diarrhœa oritur, quod signum est, stomachum digerere id, quod digerere non debebat, vnde fluorem illum mouet. Hæc autem digestio similis est esitationi laxatiuorum aut venenorum. Ideò duo signa consequũtur: tumor, & circa stomachũ pressio, à cibi veneno: deindè eruptio superne inferneq; facta, à vi laxatiuâ in cibo contentâ Nec enim digestio vlterius progredi debebat. hoc est stomachus venenum, laxatiuum, Elementúmque &c non separare, sed tantùm digerere debebat, & cæterùm relinquere. Si verò is separationem etiam molitur in Essentiis & speciebus, iam, causam Diarrhœæ confert, provt separatio illa instituitur.

Fames quid?

Separandi vis in stomacho insignis

Cibus nullus veneno caret.

Separatio est stomachi: expulsio stercorũ

Diarrœa vt & quando fiat?

Præterea verò persæpè sibiipsi quoque, vt dictum est, appetitum mouet eorum, quæ nõ ingeruntur: veluti si appetat edere id, in quo mediùs iacet, non secus ac equus, qui præsepè admordet. Quod ita se habet. Attrahit nimirum ad sese humores sui corporis ipsius, quos edere appetit. Iam appetitu isto copori insligit morbum. Suum enim corpori nutrimentum subtrahit. Et dum suum ipsius sanguinem absorbere desiderat: iam iterum alium morbum inducit. Corporis enim sanguis cibus non esse debet, sed Elementum corporis, à quo

à quo sustentetur. Sic sæpiùs apperit adipem intestinorum, & res alias omnes in corpore existentes, vt mucum, fluxus, quos ad se trahit ceu cucurbitula sanguinem. Vnde fit, vt sedes iam tales, iam aliæ, iam sanguinolentæ secedant. Quare autem? Quia nempe sedes illæ fuerunt sanguis, & sanguis ille fuit stomachi cibus ac appetitus. Qualis ergo cibus, tale eius egestum. Sic egesta interdum aquosa existunt. Nam à corpore humiditates extraxit. Vnde fit, vt secedentia cibi naturam retineant. Ita pariter egesta non nûquam coloris sût argilacei, quia stomachus pro cibo sibi attraxit rheumata corporis & carnis. Aliquando lutea sunt; attraxit enim fel, quod ea tingit: & sic deinceps. Opus ergo est partes corporis probè cognosci, quomodo se in exaltatione suâ habeant secundum substantiam, colores, & alia. Hoc qui intelligit, is ex stercore diiudicare potest, quidnam ægri stomachus ederit.

Sedum varietas vnde?

Stomachus adultero similis.

Cæterùm de his notabitis, quod instante tali stomachi appetitu nunquam proba digestio fiat. Nec enim ex officio suo agit is: sed euagatur, & appetitui suo indulget. Nec hîc diuersum fit ab adultero, qui cum suam domi vxorem alat, sectatur tamen extraneam, cum tamen vniuersarum res & ratio eadem sit. Hoc modo & stomachus euagatur, suâmque stationem deserit. Quam exorbitationem deinceps sui morbi consequuntur. Medicina ergò omnis in hoc posita est, vt appetitus iste demat & sopiatur, hoc est, vno modo tollatur appetitus separandi stercus in suis speciebus ac partibus: altero caueatur, ne suum ipsius corpus is edere desideret. Et hunc appetitum qui tollit, is profluuia omnia sustulit, ipsámque naturam cum stomacho approbè vniuit. Manet ergo Diarrhœæ causa constans in eo, quod omne, homo quod edit, ac pro cibo ingerit, venenum, laxatiuum, & elementum in se habeat. Stomacho autem virtus data est, res eas à cibo separandi, & venenum, laxatiuum ac elementa citra damnum extra corpus emittêdi. Is autem si separationis voluptate capiatur, quasi scire cupiat, quid præstò sit, & hoc fine seorsim vnum ab altero separet: iam per nimiam illam separationem Diarrhœæ causam ac occasionem ministrat: sicut etiam aliâ ratione, quando sui ipsius corporis edendi desiderio laescitur, morbos modis multis concitat. Medico ergo admodum curiosè & sedulo egesta consideranda sunt, ex quibus conditio stomachi apprimè noscitur. Nulla enim egestio est, quæ stomachi actionem & appetitum non prodat.

Egesta stomachi cõditionem indicant.

Etsi verò interdum stomachus quoque à morbis aliis eò adduci queat, vt Diarrhœas moueat; non ex lasciuiâ quidem propriâ, sed ex vi morbi alterius incitantis: Diarrhœæ tamen nullæ fieri possunt, quin is consentiat. Nam multa sunt passim pathemata, quæ illum impellant, & in talem appetitum coniiciant. Hoc vt intelligatis, scitote, stomachum solerti & industrio artifici similem esse, qui, quicquid obuenit ac offertur, exprimere & æmulari annititur, hoc, vel illo more modóque. Si enim stomacho res inusitatæ, aduersæ, aut incitantes offerantur, multis modis attentat, qui & quid ex illis faciendum ac fabricandum sit. Iam per varia ista tentamina, sedes variæ concitantur. Si quis enim vel febri, vel icteritiâ &c. laboret: tunc de his aliqua portio etiam stomacho offertur edenda. In quo dum is suum magisteriũ exercet, vario se modo applicat. Si enim conueniat ipsi, quod esurus est; tunc is morbum omnem deuorat ac depascitur: sin minus, offenditur quasi ac tingitur. Sic multa ex morbis ipsi obueniunt edenda. Cum verò consumendi omnia quandoque appetitu destituatur: partes interdum quædam relinquuntur, & alius morbus remanet. Omnes enim, quibus homo affligitur, morbos natura in stomacho euincere & expugnare molitur. Et stercora talia ex vnâ concurrente morbo cognoscetis. Quæ si educantur, benè habet stomachus. Si verò morbus primarius non adesset: stomachus solus in culpâ foret: & tunc rés se habet, vt diximus.

Morbos omnes in stomacho vincere natura conatur.

Quoniam ergo stomachus ita mirabiliter species disseparat, ob id tam varias sedes molitur, quæ non omnes recenseri queunt in specie. Sed in genere sunt venenosæ, laxatiuæ, elementares, ex morbis prioribus concitatæ. Nomina ergo sedum considerandarum minimè sût, vt per ea sedes aliæ ab aliis distinguantur, & suæ cuilibet speciei appellationes peculiares designentur. Quis enim species omnes, vt Lienteriam, Diarrhœam, Dysenteriam &c. indagare queat? Sed eadem nec per curam cõprehendet. Cura enim ventriculi vnica est, vt huiusmodi appetitus, & tentamina artificiosa, quibus Diarrhœas adducit, tollantur. Sed Diarrhœas frequenter etiã causantur cibi, vt dictum est, qui naturæ eius aut consuetudini cõuenientes non offeruntur. Illæ enim hoc casu plerumque tamdiu durant, donec multis experimentis stomachus ediscat, quibus artibus cibi illi tractandi sint. Nam simile etiam infantibus accidit. Qui etsi ventriculum habeant: idem tamen cibis domandis nondum aptus existit. Vnde nullum excrementum verum molitur. Si verò per tentationem & experientiam crebram artem separationis didicit, iam quod ingeritur, damnum amplius non facit. Ideò consuetudinem mutari, tutum minimè est. Nã multa sunt, quæ disciplinam nouam ad digerẽdum ventriculo important, quæ sine periculo plerumque non sunt. Sic fructus, lac, cerasa &c. sedes mouent, quia stomachus istis inassuetus est, nec dum separationem eorum debitam didicit. Et donec in solidum assuescat illis, Diarrhœæ non cessant. Sicut enim artifex nullus est, quin artem ex primis rudimentis, & principiis didicerit: sic stomachus etiam constitutus est, qui artes omnes etiam venena & alia edendi nouit, cásque ciborum digestioni impendit. Sed difficiliùs ad consuetudinem hanc ducitur nec nisi per multa tantamina hũc habitum induit. Hinc vos Humoristæ tandem discite.

Consuetudo nõ facile mutanda.

PROCESSVS.

Stomachus est similis Fictori

STatuarius quilibet sua secum instrumenta, ac in cerebro ideã eius imaginis, quam sculpere vult habet. Hoc est, imaginis sculpendæ artem

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 652 sur 913

artem nouit. Eadem & ſtomachi ratio eſt. Is ad operas ſuas procedens, materiam ſolito ac conſueto ſibi more aggreditur tractátque, & à cibo ſeparat, quod cum eo non miſceri debet, ſicut ſtatuarius quoque fragmenta ſuperflua præcidit. Idem ſimiliter & ſtomachus facit. Is

Tinctori. præterea etiam tinctori ſimilis exiſtit: qui pannos multos perdit, dum ipſam tingendi artem rectè comprehenderit. Eodem modo & ventriculus hanc artem habet, quam tamen non niſi per tyrocinium aſſecutus eſt. Multa perdit priuſquàm artem penitus teneat: *licet* magiſtrum, tinctore alio, longè ſolertiorem habeat.

Spagyri. co. Similis idem eſt ſpagyrico, quæ res omne ſubtiliat, ſeparat, mundat, idqué iam hoc modo, iam alio, donec, quod quærit, inueniat. Eadem ratione ſtomachus quoque inquirit hoc illóue modo, donec tranſmutationis artem optimam ſummámque prehenderit: nec à tentando deſiſtit, priuſquam neruum (quod aiunt) ipſum attigerit. Hoc tamen experimentationis tempus multis nimis difficile ac diuturnum obuenit. Ideò ad ſtomachi ſanitatem tuendam, & conſuetudinem priſtinam ſeruandam, periclitationis nocumentum nos omninò adhortari debet. Tempus enim quod ad hanc eius inſtitutionem impendendum eſt, ambiguum ac fallax eſt. & frequenter ſtomachus ipſe deſtruitur, priuſquàm tyrocinium ſuum compleuerit. Idémque hîc fit, quod cummetallario: qui iam perdit, iam lucratur. Omnia enim à naturâ tentantur, non ſecus ab artifice. Et Diarrhœę generationis iſte modus eſt: de quo plura ex iſto lumine naturę.

CONTRARIA.

Ctuditas diarrhœę iam non eſt. OBiici poſſet à quibuſdam, profluuium hoc à cunditatibus oriri præterfluentibus. Sed hi non attendunt, quòd cruda non ſint excrementa. Tum etiam cruda vim expulſiuã non continent. Adde, nihil adeſſe, ex quo ſtomachus ſubſtantiam talem ac corpus facere poſſit, niſi id prius ſeparârit. Nam à ſeparatione, non ante eam Diarrhœa fit. Sunt etiam qui dicant, externum frigus aut aërem gelidum profluuia eiuſmodi parere. Id tamen aliter fieri non poteſt, quàm ſicut aqua ignem extinguit Sic enim per iſta operationes ſtomachi impediuntur, & tamen in ſtercus aut excrementum abeunt, cum hâc tamen mutatione, ſicut opifex verbi gratiâ pictor, qui malis pigmentis pingit, ita, vt nulla res natiuum ſuum coloem adipiſcatur. Humoriſtæ ergo multò magis contrarium inferre poterant. Cùm verò tam Microcoſmus ipſe, quàm natura iſtarum rerũ, de quibus illi nugantur, neſcia ſit: contraria ipſorum non magnifacienda ſunt. Peſſimè enim ventriculi naturam & multò peiùs ipſius morbos deſcripſerunt, ſuiſque receptis ipſimet produnt, quòd tam in principio, quàm fine miſerè errent.

SIGNA.

SI in ſtomacho compreſſiones ardorem, orexen ſentias: dicito ſtomachum pati in ſuâ operatione, & à veneno minimum ſubtiliari. Si verò ſupernè eiiciat, dicito, ipſum Helleboricam naturam à cibo ſeparaſſe, & huic dominium permiſiſſe. Quod ſi infernè excernat, dicito, ipſum Laxatiuum deorſum propuliſſe. Si colica & ſimilia cooriantur: ſuo illa cenſu æſtimentur.

DECLARATIO.

TRium primorum ſpecies in re quâlibet inſunt: quibus genera omnia comprehendũtur, adeò tamen in ſuâ quantitate ſubtilia, vt impoſſibile ſit ea æſtimari aut conſpici. Vt exèpli gratiâ. Caulis Romana ex herbis eſilibus omnium nobiliſſima eſt. Quid verò ſecundum naturam ſuam caulis Romana eſt? Res nimirum eſt compoſita ex omnibus ſpeciebus mineralium, fructuum, Tereniabin, & graduum. In ipſa eſt Arſenicum, Mercurius, Marcaſita, Sal Sulphur & vniuerſæ ſpecies: in ipſa eſt Colocynthis, Scammonea, Turbith, Elleborus, ac omnia Styptica & Diaphoretica, omnia incarnatiua, omnia Mundificatiua, Digeſtiua &c. Et, vt ſummatim dicam, omnes naturæ ſpecies in ipsâ ſunt; hoc eſt, vniuerſæ virtutes in vna herba hâc conditæ ſunt. Non verò tantum inhâc, ſed in rebus omnibus cæteris ſimiliter. Eaautem præcellit reliquis, in hoc, quia cibus eſt. In hâc, quod inutile exiſtit, id ſtomacho ſeparare mandatum eſt, vt à malis natura præſeruetur, non ſecus ac principem ſuos ſubditos tueri fas eſt. Itaque vſque adeò nobilis & induſtrius, ſubtiliſque artem ſuam tractat ſtomachus, vt ſeparandi vi ſuâ ſeorſim helleborum tam exquiſitè trahat, quę in officina ſine omni permixtione purus conderetur. Eâdem ſolertiâ etiam colocynthidem & reliqua ſimilia extrahit. Quod etſi quidem in mãdatis non habeat, feriari tamen à magiſterio ſuo non poteſt. Hunc eius morem vero homo ferre cogitur, vtpote fragilitati ſubiectus. Illud verò pariter etiam artifex nouit, qui ex ſaccharo colocyntidem, & ex colocynthide ſaccharum extrahat. Et hoc non poſſit dexteriùs ipſe ſtomachus? Dum ergo mirabilia huiuſmodi opera exequitur, expectandum eſt, quid boni, quidve mali producat &c. Per hęc autem Deus ſua nobis miracula exhibet in rebus iſtis. Homini autem ferenda omnia, vt cadunt. Ipſius enim hæc omninò conditio eſt, vt caducus ad omnia inclinet. Interim ſtomachus ſuo operi incumbit, ſiue ad bonum, ſiue malum ſit.

Caulis Romanę laus & compoſitio.

Stomachi vis mira.

Colocynthis ex ſaccharo & viciſſim.

Homo fragilis fortis.

CVRA. &c.

DE PODAGRA.

PODagræ nomina quidem multa induntur, quæ tamen non ex ipſius morbi cauſâ ac naturâ deſumuntur, ſed ab eius loco vel ſede. Nihil ergo intereſt, quodcunque nomen retineatur. Nam id ſaltem locum affectum definit, nec aliam vllam notitiam confert. Geminum verò morbi nomen ſynouia eſt. Hoc enim ex morbi cauſa deſumitur.

Synouia eſt podagra.

QVID?

QVemcunque audies ſentire fluxus ad pedes aut manus, aut coxam, aut articulos alios, cute perſiſtente integrâ, dolore verò & tumore, ruboréque gliſcente, cum inappetentiâ, & artuum viciſſitudine: iſtum podagricum vocato. Etſi verò malum non vni, ſed multis partibus ſimul familiare ſit: nihilominus tamẽ is vnus

Podagrici qui dicendi.

is vnus morbus dicendus est. Sic si malum vel frequentiùs, vel rariùs, grauiùs vel leuiùs incumbat, iudicium vnum tamen dandum est, tam de senibus, quàm iuuenibus, & contra.

CAVSA

AD Podagram describendam breuiter, exquisitiore Philosophiâ & Astronomiâ opus est, quàm in vllo alio morbo requiritur. Cum ergo super illis tàm Theorica quàm Physica Medicinæ constituatur: ob hanc difficultatem hactenus admissus error est, qui fecit, vt huc vsque nulla certa podagræ cura indicari potuerit. Quis enim ex veteribus vspiam tantum in Philosophiâ Astronomiâque cognitionis habuit, vt de crisibus doctrinam vel leuiter saltem tenuerit? Primùm ergo de Essentiâ Podagræ ita attendite. Vnicuilibet morbo suus locus est in quo is veluti sedet ac habitat. Pro huius discrimine, diuersum quoque morborum iudicium est. Hic enim oculos tenet, vt cœcitas: ille aures occupat, vt surditas: iste collum obsidet, vt squinantia: alius pectus affligit, vt cancer: alius hepar, alius pulmonem, &c. Hoc pacto Podagra morbus est corporis sedem suam in synouiâ statuens. Cuius autem membri synouia exaltata est, eiusdem quoque Podagra exaltatur: nec præter synouiam locum alium vllum Podagra occupat.

Veteres Philosophiæ & Astronomiæ ignari.

Synouiâ podagræ subiectũ.

Iam verò morbus per se est *Liquor*, cuius natura secus non habet ac salsum minerale aut succus acetosus, veluti de talis genere sunt species hæ, *Alumina, Vitriola, Salia, Calcinata, Alkalia*: aut de acetosis *Acetum Amphora Berberis, Acacia*, & similia. Huiusmodi si in Microcosmo producantur, & in Synouiam, quæ talia auersatur, impingant: tunc, prout talis natura acuta, pontica, acetosa vel Alkalis existit, ita synouia afficitur, & dolorem morbúmque concipit. Istorum enim duorum conuenientia nulla est. Si verò alicubi coniungantur & commisceantur, prout Liquores isti & succi gradantur, præparantúrue, tales existunt. Nonnulli enim veluti destillantur: quidam ceu sublimantur: aliqui tanquam reuerberantur, aut calcinantur, aut dissoluuntur: aut incidunt ceu Liquida, coagulata, resoluta, exiccata, & si quæ huius conditionis sunt.

Podagræ materia liquor salsa quæ?

Horum verò omnium artifex & præparator annus est. Annus verò quid est? Æstas scilicet & Hyems. Hæc autem quid in Physicâ? Hoc nimirùm. Podagra duas naturas habet? Æstatem & Hyemem: hoc est, proprietas æstatis est genus Podagræ vnum: natura verò Hyemis Podagræ genus est alterum. Æstas est calida, humida simul & sicca. Talis ipsius etiam est Podagra. Qualis influentia, talis etiam æstas. Non enim ipsi dies æstas sunt, sed cœlum. Cœlum enim hoc tempore taliter constitutum, æstas est. Vnde fit, vt ipsa quoque podagra mixtim humida & sicca sit, velut æstiuis quibusdam diebus aliquoties pluit. & iterum caliditas & siccitas incidit. Eâ vicissitudine podagra quoque variatur. Idem & Hyems facit. Non dies hyemis Hyems sunt, sed cœlum ipsum ita exortum Hyems putabitur, quæ humida & sicca est. Eodem modo & Podagra eius se habet, quæ frigida, iam secundum humiditatem & siccitatem, instar æstatis enariatur. Hyemis interim alia conditio, quam æstatis. Sic alia etiam in suis impressionibus æstas existit. Opera ergo vobis nauanda est, vt probi Astronomi fitis. Sic enim paroxysmum podagræ explicare poteritis. Cœli cursus duplex est: Brumalis & Æstiualis. Similes cursus etiam podagra habet. Quando que verò euenit, vt stellæ niuales seu brumales in æstate oriantur. Vnde per æstatem copiosa nix decidit, quæ in calidis locis aquæ forma decidit, & tamen nix est. Si talis per æstatem hyems sit: tunc podagra hyemalis est in tempore contrario. Pari ratione & stellæ æstiuales sæpiùs in hyeme oriuntur, ita vt dies æstiuæ admodum calidæ sentiantur. Idem similiter & in podagrâ contingit, vt tempore gelido paroxysmi calidi inuadant. Eâdem ratione calori interdum quoque frigora concurrunt, ex stellarum istarum commixtis paroxysmis. Si enim stella brumalis in Æstatem incidat, frigus inducit: eâ iterum digestâ, sol flagrat. Is ergo calor est, post stellam hybernam ingruens. Sic frigus calórque se inuicem consequuntur, vna stella subindè post alteram occumbentem oriente. Et talis est natura, modúsque ac conditio podagræ omnium ipsius connexarum specierum.

Podagra genus duplex:

Æstiua seu calida.

Hyemalis seu frigida.

Podagræ motus duplex.

Cæterùm hyemis impressiones naturæ peculiaris sunt: velut & peculiaris æstatis. Æstas imbrem humidum fundit, & eundem resiccat. Sic ipsius quoque podagra suum liquidum fundit, & idem rursus absorbet. Hyems suam ponit niuem, suum emittit frigus, &c. & coagulat, ac coagulatum reliquit. Idem eius quoque Podagra facit, quę suum congelat liquidum, & ex eo producit grana & grandines, &c. Nisi verò æstas sequatur & grandines resoluat ceu niuem: tunc coagulatio iugiter constans permanet. Si verò ex tali impressione crystallentur & lapidescant illæ, nunquam deinceps resoluuntur. Hoc fine cœlum æstatem profert, suásque impressiones addit duplices. Cœlum enim feruidum est, & tamen pluit, hoc est, humectat & refrigerat. Ita tamen dispositum sibi ipsi fit Medicus: suum enim ipsius imbrem tollit & consumit. Vnde fit, vt podagræ illę remittant, ægríque vegeti resurgant. Hic autem lucta alia est. Hyems enim, si nimium imprimat & coagulet, non recedit iterum, æstatésque sequuntur breues & stellę æstiuæ efficaces non sunt. Huic podagræ accidit idem, quod montibus, qui niue suâ perpetuò obreguntur.

Grandines non resoluũtur.

Horum verò morborum ac paroxysmorum Naturam conditionémque solus Astronomus cognouit. Qui enim cœlum Æstatis, ipsiúsque stellas, & harum naturam pernouit: qui perspectum habet cœlum hyemis, & eius stellarum vim q; ac conditionem: is iam certò indicare potest, talem vel talem esse podagricum, tales eius fore paroxysmos, &c. Hic enim causa materię alia non est, quã quòd acetosa Hyems sunt, & acetosorum genera sunt species stellarũ hyemalium: & quòd salia sint æstas, ipsorũ autẽ genera sunt stellę æstiuę. Sic nimirum Philosophiam ex Astronomiâ dimanare, & vtraque in vnum confluere dignum est. Res enim

Acetosa hyemẽ: salsa æstatem referunt.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 654 sur 913

Philosophiæ subiectæ, & res, quas tractat Astronomus, conuenire sibi omninò debent, veluti sal vitrioli, & stella Nitiala. Eadem & cæterorum ratio est. Influentia etenim, quæ ex cœlo ducta, salia ac mineralia fecit: eadem & in Microcosmo talia producit. Microcosmus enim iste mundus est. In hoc autem cœlum omnia generare debet, quæ mundus in se continet. Ex quibus quod prædominatur & exaltatur, id morbus est. Et sicut dictitari solet, cœlum hoc loco multum metalli, illo multum lapidum produxisse: sic itidem dicere quoque licet, cœlum hîc salia, illic acetosa genuisse, quæ in manibus ac pedibus dominentur, veluti Metalla in Etschlandiâ & Misniâ: & vinum in Alsatiâ, Franconiáque.

Nitiala stella.

Cœlum omnia producit.

Philosophia hæc in omnibus constans & perpetua est, cœlos duos existere, supernum, infernum. Mirabile autem, cœlum supernum: mirabile etiam infernum. Sicut superius cœlum elementa regit, & in ipsis generat materiam ibi repertam, eò vniuscuiusque regionis subiectum protrahit, & ex eo facit id, quod esse debet: Ita sciendum est, quatuor etiam Elementa inexistere ipsi homini, vtpote Microcosmo. Ergo in hoc quoque subiecta mineralia, quæ omnia in homine sunt, producuntur: quanquam vnum altero magìs minúsve, &c. Ex quo intelligere debetis, quòd homines vniuersi, in rebus omnibus exaltentur, licèt per species, hic in hoc, alius in alio. Et licèt alius quidem Podagram non sentiat: nihilominùs tamen in ipso eius materia condita est. Cœlum autem protraxit aliud, & Podagram in suis subiectis missam fecit. Sic in quibus Podagram produxit, in his reliquit alia. Fas ergo est, Medicum Astronomum agere, vt sciat & dignoscat, quidnam in Microcosmo cœlum protrahat, & quid tandem exaltare velit. Pro eo enim Physicam ac Theoricam suam instituere debet. Si harum autem rerum imperitus Medicus sit, ecquid tandem de morborum substantia, causis, materiâ aut naturis blaterat? Mera enim Sophismata fundit, & exostentatoria illa Humorum iactantia fatiscit.

Cœlum duplex: superius inferius.

Mineralia omnia in homine.

Podagra cur alij tentetur, alij non?

PROCESSVS.

NOtum vobis ac exploratum est, dici passim solere, phitonissam grandinem, tonitru, fulgur, tempestatem, & similia, quæ variè eueniunt, concitasse. Vnde verò ista fiant, multi balbutiunt. Dum verò hîc de Podagrâ loquimur, necessitas est, rem ipsam intelligi, & in nullo hæsitari. Si enim, quod fas est, Podagra noscenda est: veneficarum quoque vim ac potestatem intelligi, res poscit. Procul autem à Medico sit, ita vt intelligitur, veneficium esse. Sit veneficium. Nam de nomine nemo litigat. Tu verò id naturale esse dicito, non præternaturale. Non dicas diabolum ea præstare, sed hominem patrare affirma. Hoc verò nihil est. Multæ artes in Medicinâ à diabolo & spiritibus patefacta sunt. Id verò similiter in phitonissis etiam euenire, quis contradicet? Secundum naturam loquor: cæterum in suo pretio relinquo. Sicut enim ex Cacedonio ignem excutimus, quo lignum incendimus: quis hoc opus veneficium esse criminabitur, cum tamen modo naturali fiat & à nobis dependeat? Quod si ergo tale quoddam ferrum (prout est) similiter existeret, quod niuem & grandinem fabricaret: subiectúmque loco ligni idoneum daretur: cùm sicut ignis generatur, eodem modo generetur etiam tonitru, &c. Quis quæso ista non ratione naturali fieri dicat? Quia verò Magia defuncta est, ideò ignis quoque iste extinctus pariter est, réspue ipsa veneficio imputari cœpit, quæ tamen opus naturale existit. Ignem accendere quid aliud est, quàm Magia? Simile quoque alterum est. Et scire hæc talia æquum est. Vult enim Deus in operibus suis cognosci. In malum autem vsum nihil quicquam impendi debet. Vtrum quæso horum est peius? aut res non eadem est, incendere domum, vicum, ciuitatem? aut grandinem concitare, perdere fruges? Nam vtriusque vna Philosophia, vna potentia est. Aut quid hoc est, quod venenum potandum præbes, & hominem occidis, quæ ipsa quoque Magia est? Vnum supprimitur: alterum manifestatur. Et ista talia consideranda sunt, vt sciatur, nihil veneficij hîc esse, sed mera naturalia. Tale enim est cœlum inferius, quod nobis ignem dat, & pariter dat frigus. Idem etiam Podagram fabrefacit, non aliter, ac si sulphur accenderet, aut Mercurium in niuem conuerteret. Podagra enim quid aliud est, nisi sulphur accensum, in synouiâ sæuiens, ex tribus primis deductum? vel cœlum incendit frigus, hoc est, Mercurium, is producit grandines: & in vtrisque concurrens sal. Sic ergo is, qui in Microcosmo podagram facit, similis est ei, qui ex silice & ferro ignem profert, & lignum accendit, &c. aut similis est phitonissæ, quę ex Siphâ ignem excuteret, & accendat naturale subiectum *Colciuan*, vnde tempestas oriretur. Simili ratione stella Podagræ in corpore naturę vel æstiualis, vel hyemalis naturę est, suum opus confectum dans, ac subiectum suum subtiliter & industriè exaltans. Plùs enim artis ad morbum vnum faciendum requiritur, quàm artes omnes vnquam sub mundo artis habuerunt. Vniuersas autem artes natura in fabricationibus *suis* superat.

Veneficia actiones naturales sunt.

Ex Cacedonio ignis elicitur.

Tonitru concitare & Ædes incendere, vnius artis.

Podagra quid?

Ex Sipha Saga ignē eliciunt. Colcitā.

CONTRARIA.

OGganire hîc *possit* ebrius aliquis Medicus Podagram esse guttam. Sed si gutta esset, tantum potestatis non haberet, vt paroxysmos cieret, & hoc illóue modo se gereret. Nihili ergo est id quod dicunt guttam esse: sed opus insuper est, vt potentia simul addatur, quî illa sit. Ex omnibus verò istorum scriptoribus (plerunque nudis & ieiunis) aliud nihil legendo intelligi potest, quàm guttam esse instar silicis, proiecti, & mortui. Et sicut vim non habet ciendi paroxysmos silex: ita nec in guttâ vis est, quæ probet vnde sit, aut quid sit? An verò aliquis hinc fiat Medicus, quod dicere possit, hinc vel inde hoc oriri, & in id degenerare? Id pol nimis leue & exile est. Hoc enim te ægrotus docet, non tu ipsum. Iam ergo Medicus minimè es. Hoc signum est, te Medicum esse, si rem nouisti ipso

Podagra non est gutta & cur?

ægroto

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 655 sur 913

ægroto exactiùs. Aliud ergo ac sublimius quid speculaberis, quàm guttam. Nec enim velut à tecto decidit, quod vos nugamini. Iam verò quid id est, quod rem in species diuidis, ac dicis, hanc esse Arthriticam, hanc Schiaticam, hanc Chiragram, &c. cum tamen nescias, quid sit, aut quid doleat, aut cur id in hoc, non alio loco sit? De morbo ergo nugaris, quē non cognouisti, nec. vt Doctorem decet, rem ipsam expedis. Quid est, quod auctores & libros allegas, cum ij tamen tui similes sint: & ignorantia eadem vtrisque communis sit? Ridiculum enim est, quempiam de re velle loqui, cuius principia non nôrit. Astronomiam scilicet & Philosophiam. Sola Sophistica vestra gloria est. Ea vobis pro fundamento seruit: vnde Sophistica etiam cura est. In Sophisticâ vestrâ vobis idem solatium, quod *Fortunato* in suo Marsupio. Sicut enim in hoc is inuenit, quicquid libuit: ita & vos in Sophisticâ vestrâ omnia reperitis: hoc est, vtrique nihil. Quid hoc quæso sit, quod dicatis, causas alias esse primitiuas, alias antecedentes, alias coniunctiuas: cum tamen ignoretis, quid materia sit, de quâ loquiminiⁿ Sic enim præposterè omnia facitis: hoc iubetis vt edant, illud vitent, hoc potent, hoc non bibant, nec, quis modus sit, nouistis vel in minimo. Sic & Podagram iam ex Cholerâ, iam ex phlegmate, &c. producitis: idémque fundamentum habetis, quod purgatorium diui Brixi, aut Tundalus. De hoc etiam morbo, quæ signa proditis, nullius artis sunt. Ea vos ægri docere possint, nec propter ista, cerebra vestra rumpi debeant. Sed talia iudicia vobis ipsi firmâstis: vt operis & opificis vna ratio esset. Certo sibilo dignum est, quod dicitis, Eunuchos, calnos, pueros, Mulieres podagra non affici. A scopo aberratum longissimè est. Credidit nimirum auctor, quia id in suo climate tum verum esse nôrit: sic idem quoque similiter confluentia & alibi euenturum necessariò esse. Nugas & deliramenta alia his similia iam omitto. Interim cum ipsorum verba non sint Euangelia, nec res ea fidei sit: suo in loco & pretio illa habeantur, velut Alexandri Metensis Camisia.

Medic. repreh. sio.

Fortunati Marsupium.

Purgatorium. Brixi, &c. Tundalus &c.

Alexander Metensis.

SIGNA.

SIgna sumuntur à locis. Si locum synouiæ nouisti: noueris etiam sedem podagræ. Ante omnia ergo cognitionem synouiæ conquire: & de podagrâ deinde iudicare poteris.

Sic si annuales stellæ temporis paroxysmos in homine mouent, tunc dicere potes, podagram à cœli motu concitatam esse. Et ex hoc fundamento decerne de paroxysmo, eiúsque natura, & complexione, proprietate, &c. non verò ex lotio, pulsu, vultu. Extra hanc enim Astronomiam rem ipsam nunquam intelliges.

Postea signa etiam adhibeto experientiæ, prout illa tibi ab ægrotis proponuntur, non vt eueniunt, in vno, sed in omnibus, non in regione vnâ, sed omnibus, Europâ, Affricâ, &c. Quanquàm monstra in Affricâ adeò formidolosa sint, vt ex sinu matris vix egredi vos ea sinant. Ibi ergo incrementum sumitis Medici in pace & tranquillitate, & auctores obtritos excluditis, ceu Gallina ouum.

DECLARATIO.

MOrbi ergo nostri principium suum ex externis, à quibus reguntur, sumunt. Omnium primò ergo res externæ, non internæ cognoscendæ sunt. Per externa enim interna æquiparanda sunt. Ex quibus consequitur, podagræ omnem notitiam ex externis Elementis, Firmamento, &c. desumi debere. Et qui externorum cognitione caret, is in morbo necessariò aberrat.

Præterea & Mechanicus intelligi debet, non aliter, ac causa ignis & grandinis: idque non sensu Magico, sed naturali, non in spiritibus, sed corporaliter; quòd scilicet similis quoque ratio & coniunctio in morbis existat, sicut Archidoxis suo loco plenius declaratura est.

CVRA { *Diuisa in Anatomiâ.* / *Secundùm fœminas & viros.*

DE CADVCO.

DE nomine Caduci noscendum est, hunc morbum appellationibus variis, à diuersis Medicis designatum esse, secundum cuiuslibet idioma, ac intelligentiam opinionemve. Sed momenti in eo positum nihil est: cum citra causæ intellectum nomina pleraque indita sint. Nomina ergo non nisi ad rem designandam faciant. Germani appellant etiã morbum S. Valentini: sed immeritò: quæ ratio nominum plerorumque cæterorum quoq; est. Nos tamen caduci retinebimus.

QVID.

SI quis homo, iunior seniórve, repente sine intellectu, aut (ceu per iuuentutem, vel morbi principium sit) cum intellectu cadat, & vel amens, vel somno narcotico oppressus tremat, aut spumet, dentibúsque strepat, membris conuellatur, & spasmus oculos, aures, os, collum, pedes, manus distorqueat, lapsúsque velut domus à terræ motu quatiatur, contremiscátque: hunc Caduco correptum esse dicito. Omnes quidem vno modo non inuaduntur. Hic enim cum præhensione quâdam, ille cum paroxysmi aliâ specie, iste rariùs, alter frequentiùs corripitur: in hoc insilit ab vno membro malum in caput, in illo à stomacho, intestinis, &c. Pro conditione sexus, ætatis & cætorum. Tu tamen nihilominus hunc quoque caducum censeto. Nam si nolentes cadunt, ac sine ratione, iacéntque velut dormientes, aut deficientes, omninò is morbus caducus est. Caducus etiam, quando ab alio morbo paroxysmus inducitur. Nõnulli enim morbi mutuò permutantur, sicut Salar in Salmonem. Hi tamen omnes morbi pro vno habendi sunt.

Caducus quid?

Salarabit in Salmonem.

CAVSA.

MOrbus ergo caducus non nisi cerebri & rationis euictio seu expugnatio est. Quoties enim peregrinus fœtor in cerebrum & rationis cellas attollitur, tunc is intellectu hominem exspoliat, & prosternit illum. Non autem odor, sed vnus tantum stupefactiuus is est, sicut multiplicitatem eius in

Stupefactiuus fœtor causa caduci.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 656 sur 913

Vua versa & cicuta rationi nocent.

rebus variis obseruatis. Hic stupefactiuus odor, simul est Inebriatiuus & Mordicatiuus. Tale quid in vua versa & cicuta videtis. Rationem siquidem expilant, cum vim narcoticam in sese habeant. Et quæcunque huiusmodi facultatem continent, ea in Microcosmi corpore morbum hunc producunt, de quo iam differo. Huius speciei sunt etiam Iusquiamus & papauer: non tamen sunt mordicatiui aut inebriatiui: sicut nec Mandragora aut opiū. Cætera verò, præterquàm quòd stupefactiua sint, vim etiam mordicatiuam & inebriatiuam comitem habent, sicut sulphur vitrioli. Quod qui à coniunctionibus astrorum edit vel ingerit, paroxysmo caduci corripitur, velut & animalia, quæ huius naturæ sunt, vt mustelæ, sciuri; Leones. Simplicium autem istorum multa sunt, de quibus si quis gustet, aut fumum eorū hauriat, morbo dicto obruitur. Simplicium istorum furiosorum & somniferorum exactam cognitionem habere debetis. Nam eadem & in corpore sunt.

Iusq. Pap. Mādragora Op. stupefactiua sunt.

Sulph. Vitrioli caducum ciet.

Must. Sciuri. Leones caduco obnoxij.

Cùm ergo homo hoc pacto constitutus sit, vt in se ipso simplicium vim habeat, necesse est simplicia talia esse, ex quibus caducus fiat: veluti si dicam, in corpore sulphur vitrioli existere. Iam verò constat, quòd ex tribus primis, ex quibus homo factus & compositus est, is congenitum sibi sulphur cum sale & Mercurio habeat. Qui si per ascendentem suum exaltetur, iam caduco præparatus is est. Fundamentum siquidem hoc immotum perstat, quod velut extra, sic etiam intra ipsum hominem talia mineralia condita sint. Itaque pro parte altera, si ascendens in istis se oblectet, & ibi coniungatur, prout coniunctio est, ita homo cadit. Materia ergo vel hæc, vel illa in corpore posita est. Prout ergo ascendens nascitur, ita similis morbus fit: is resoluit, is dissoluit, ille adurit, iste exiccat, &c. Hoc respectu morbi omnes diuiduntur ex hac materia, ita vt ascendens morbum faciat, corpus tamen est, quod diximus. Operatio autem hæc hoc solùm docet, quòd homo simplicia talia in se contineat. Et quâ ratione aliquid apud ignem liquatur, & qui huius fumum haurit, is cadit: ita hoc quoque casu ascendens est is, qui incendit, & fumum concitat. Qui si eleuatur in cellas rationis, ac in cerebrum, morbum hunc concitat, sicut omnibus is in propatulo est.

Mineralia omnia in homine.

Materiæ & ascendentis diuersitas variat morbū.

Sed idem hoc etiam modo intelligi debet. Conditio ac natura morbi est in sulphure aut specie illa, quæ huiusmodi parit, nec est in ipso homine. Nec enim ea corporis culpa est. Sicut enim, si à fumo acri oculi stillant, aut à succo cœparum illi illacrymant, ipsorum oculorum id vitium aut culpa non est, sed fumi & cœparum: eodem modo idem hic quoque fit. Materia hac consumpta, paroxysmus cessat, hoc est, oculi pristinæ suæ integritati restituuntur. Iam vero hic nihil est, nisi incensio sulphuris ita ardentis, hac ratione, quòd sicut Meteoricis notum est, quando cœcę pluuię ac tempestates oriuntur, istarum materiæ non in cœlo superiore emergant, sed in inferiore: ignis tamen & coctor in cœlo superiore est. Vnde frequenter, imò semper cæcis illis tempestatibus orituris fumus primum ex terra attollitur, quem deinceps tempestas consequitur. Itaque incensor in cœlo superiore: materia autē in cœlo inferiore est. Ex his duobus tempestas fit, cœca dicta. Sicut autē materia in terrâ inuisibiliter & insensibiliter latet, ita in illis etiam, qui proximi adstant: tamen licèt non videatur, non minùs ad est, ac id quod videtur. Sic sulphur vitrioli, ac ignis ipsius visibiles sunt: nihilominùs tamen eadem quoque ratio cæterorum est, quæ non videntur. Ideòque sicut in terrâ istiusmodi materia iacet, quod Meteorica docet: sic etam in corpore Microcosmus Magicè intelligendus est & cognscendus. Sine Magiâ enim homo suum subiectum minimè intelligit, nec quid manibus suis tractat, compertum habet. Velut ergò Microcosmus suas species habet, sic illis etiam ascendens suus debetur. Quare & ascendens, qui cœcam tempestatem mouet, noscendus est. Iam si præsens ille ascendens materiam vesaniæ corripit, tunc in eâ operatur, prout Magica doctrina tradit de tempestate cœcâ. Hic autem vapor vel fumus morbus est. Et quia ascendit ad caput: ideò statuendum est, materiam in multis corporis locis sitam esse. Vnde fit, vt nonnunquam in stomacho, interdum in ipso cerebro principium & origo morbi sentiatur. Et quâ ratione cœcæ tempestatis fumus in cœlum ascendit, sic hic etiam in caput. Sublimiùs enim euadere non potest. Si is in cerebrum impegit: tamen prout qualitas fumi est, ab hoc vel illo simplici ex pirantis, ita se quoque paroxysmus habet. Si autem ad cerebrum non ascendat, tunc in membro eo, in quo subsistit, spasmus oritur, & syncope, ac casus &c. Quæ tamen mitiora sint, & sine grauioribus paroxysmis. Quotuplices enim res seu odores sunt, qui oculos stillare faciunt? Ex tot speciebus etiam paroxysmi hi mouentur. Omnes tamen vnius tantùm in corpore iacentis simplicis eæ species sunt, sulphuris scilicet ardentis, & Mercurium salémque, subtilissimè præparatum secum habentis. Sulphur illud (quod principale in hoc morbo est) hanc naturam habet, vt quocunque fumus eius pertingit, membrum illud sopiat & obstupefaciat, eique consitam naturam & proprietatem tamdiu adimat, quamdiu fumus prædominatur. Cúmque caput ac cerebrum exquisitiorem sensum habeat, quam partes cæteræ: ideò paroxysmi quoque species ibi manifestiores sunt. Vapores enim isti sunt multiplices: cum multiplicia etiam sint stupefactiua, mordicatiua, inebriatiua &c.

Vaporis epileptici varius motus.

Sulphur in caduci generatione principale.

Caput ad modum sensile.

Fumus & cœpæ oculos mouent.

Hæc verò per se & simpliciter minimè fiunt, sed opus est accedere ebullitionem, quę ea perficiat. Tunc ergo astra se habent, velut eclypsis, quæ obscurat Solem & Lunam, & ita viam suam pergit. Sic hîc quoque sciendum est, quòd materia præsto iaceat, cursus autem ascendentis procedat vel per materiam ipsam mediam, aut eius exteriora, aut iuxta eius latera declinet. Vnde nunc plures vel pauciores morbos parit, prout rectâ transit, vel minus. Velut ergo cursus præsens Eclipsis instar operatur: ita & hoc

Cœca tempestas qui fiat?

casu

casu, vno tempore, momento, horâ &c. materiam velut igne admoto eliquat: quo facto fumus egreditur in altum, sensimque ascendendo eò pergit, donec Eclipsis prætereat. Quamdiu ergò paroxysmus durat, tamdin ascendens in materiâ agit, & versatur, ocyùs seu breuiùs. Et quoties eam ingreditur, toties paroxysmus incipit, qui à Medico prognosticandus est. Opus ergo est, vt Astronomiæ cognitionem habeat. Sin minùs, morbum intuebitur, ceu vitulus comœdum. Interdum tiam fit, imò sæpius, vt ascendens solus non sit, sed socios adiunctos habeat. Perrarò etenim huius conditionis ascendens solitarius est, sed plures pleriúmque complicantur & coniunguntur, velut plaustrum in cœlo, quod in transitu septuplex existit. Sic etiam ascendentes sunt, qui pone se inuicem consequantur, & tamen sub vno nomine includuntur. Quòd si ergo ascendens comitatu tali stipatus incedat paroxysmi, 2. 3. 4. 5. vel 6. &c. sese inuicem consequuntur ex ordine, qui omnes vnius motus & diei sunt. Quandoque id etiam euenit, vt ascendentes eiusmodi velocitet sese inuicem sequantur, quo tempore vnus tantum cieri paroxysmus creditur, multiplicitas autem ex eo dignoscitur, quòd iam declinante vno paroxysmo alter confestim nouâ commotionem moliatur. Huiusmodi cursuũ & Eclipsium naturæ Medico exploratissimæ esse debent. Materia enim, in homine posita, mordificatum scilicet sulphur omninò ipsa Philosophia est: incensor autem est Astronomia. Incensio autem per ascendentem dicto modo fit, & cœcus ille fumus, vel cœca tempestas ascendit, ac impressionem suam molitur, & quicquid in naturâ suâ conditum habet, id perficit in capitibus: eaq; impressio est Magica, quæ materiam suam ex Elementis inferioribus, nec ex seipsâ accipit, adeóque ante oculos nostros abdita est. Magica autem operatio, scientiæ est Gaballiæ Gaballisticæ, quæ non ex spiritibus aut veneficio, sed ex naturali cursu subtilis naturæ procedit. Nec enim hæc cognitio hominum est, nihil de ipsorum abditis ac arcanis nouisse: sed ista potius cognitio est, si homo Microcosmicus vtroque modo, manifestè scilicet & Magicè, visibiliter & inuisibiliter cognoscatur. Morbos enim aliâ ratione non complecteris, nisi te Magica instituat de more, consuetudine & cursu, veluti Gaballiæ modus est. Frustraneum est ergo, caducum pluribus describere ex opinione, aut Anatomicis speculationibus, ex humoribus, aut aliis deductis. Quanquàm interdum etiam timor, ac gaudium, terrorque hunc morbum stimulent. Cum enim fragilitati obnoxii simus, multa passim dissoluuntur, & seperantur, & præparantur, donec constellationi eiusmodi subiiciantur: quod aliàs tamen minimè fieret. Et tamen tum huius, tum aliorum caducorum vnica causa est præsentia sulphuris & ascendentis in hoc impressio, ex quibus duobus paroxysmus iuducitur.

Medicus sine Astronomia nihil.

Caduci descriptio ex Gaballia petenda. Caducus et animi affectib.

PROCESSVS.

QVòd si iam ergò inferioris cœli vapor in firmamentum superius, hoc est, in caput eleuatus est: in regione eâ visibilis fit, ac dum fit, vertigo incipit, & rationis abolitio. Quoque is visibilior redditur, eò plùs morbus augetur, sicut nubes, quæ ad aspectum nostrum primò nihil est: breui tamen momento vsque adeò cumulatur & augescit, vt cœlum omne obumbret. Tales nubes donec in capite sunt, nullus adhuc paroxysmus in suâ exaltatione versatur. Huiusmodi verò vapores in se ventos & contrarietates habent, eius naturę, cuius sunt Anodyna simplicia omnia, sicut de hâc naturâ singularis Herbarius tradit. Hæ ergò generationes dum in effectum abeunt, quędam quasi subitanea tempestas incumbit, cum importunitate & celeritate incredibili, sereno tamen cœlo & astris claris micantibus. Quæ tempestas dum hoc modo ingruit, quod Meteorica clariùs demonstrat: tunc humiditas cerebri suffocatur, & quicquid in potentiâ cerebri situm est. Et quia simul sulphur cum Nitro & Mercurio adest, ideò concutitur æger veluti à terræmotu, donec ascendens transierit, non secus, ac hæc tria in Atharari fixa iacerent, ac Vulcanus ignem incenderet. Quamdiù enim incensio durat, tamdiù Nitrum & Sulphur in Mercurio quatitur & tremit. Ea succussatio paroxysmus est: cuius origo ac causa similis est terræmotui, qui & ipse nihil est aliud, quàm permixtio nitri & sulphuris. Cuiquæ primùm exitus datur paroxysmus desinit in terrâ simul & caduco. Non autem desinit aliter: nisi aut consummatur à seipso, aut ascendens decedat. Quâ de causâ non inconsultò idoneis apertionibus caput recluditur. Si enim huiusmodi impressiones non includantur, tremor fieri non potest. Itaque apertio conueniens singulare arcanum est, & momenti multum habet ad probandam causam huiusce materiæ.

Tremor caducorum qui fiat?

Terræ motus quid?

SIGNA.

OPerationibus dicto modo fientibus, sulphur se prodit in eo loco, vbi latet. Ibidem etiam principium ac egressus transitúsque huius Eclypsis sentitur. Quam postea sequuntur, facultatis cerebri, hoc est, rationis priuatio, syncope, vertigo, sopor, spasmus, spuma, Mania, & alia, quæ quotidie obuia, ac à veteribus satis descripta sunt, hîc minimè reperenda.

Sed & quandoque fit, vt res seu impressiones istæ capitis, interdum in membra inferiora descendant, per distribntionem nempè abundantium vaporum, vt tandem sub finem paroxysmi totum corpus impressione plenum fiat. Vnde etiam fit, vt hoc pacto in membra is distributus, in iisdem non secus ac in capite eiúsq; regionibus operetur. Quod tamen ipsum hâc etiam de causâ euenire potest, quia in istiusmodi corporibus aliquando plures sulphuris loci existant. Vnde plures etiam transitus ascendentium. Hinc fit, vt membrum aliud alio interdum vehementius moueatur, quia scilicet ibidem quoq; ascendens peculiaris transit. Et quoties noua commotio à quiete aliquantula fit, toties nouus ascendens transit. Vnde locus, ac numerus paroxysmorum diligenter æstimandi censendique sunt.

Sulphuris plures loci simul.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 658 sur 913

CONTRARIA.

QVanquàm, quo, ad locum huis morbi, veteres distributionem quandam fecerint: tamen de sede eius, aliter, quàm diximus consideratio instuenda non est. Vbi enim sulphur conditum est, & coniunctio incidit, ibidem etiam morbus est, siue id vno, duobus plurib̃ú́sve locis eueniat. Ideò nec discrimine nec peculiaribus nominibus inditis opus est. Caducus proratione lunæ incidit. Falsum quidẽ non est, quod affirmant, quòd secundum Lunæ faciem paroxysmi cieantur. Hoc tamen illi non ex cognitione cœlestis cursus, sed ex solâ oculorum experientiâ & ægrorum ratione didicerunt. Ob id ista illorum descriptio nimis arida ac insufficiens est. De his quæ Auicenna scribit, vana sunt. Caruit enim eo fundamento, in quo vno stare Medicum fas est. Auicenna taxatur. Nonnulla quidem profert: sed tantùm ex opinione concepta. Ignoratio principi tenebras ei non leues offudit. Sic & alii multas huius morbi causas ponunt. Qui tamen cum in vniuersum Astronomiæ, Philosophiæ & Meteoricæ vacui & imperiti sint, quis commenta & phantasmata ipsorum adeò magnificiat? Iactura autem papyri fieret, ea singula hîc examinari & discuti.

Medic. reprehẽsio. Quanquàm indignè meritò ferendum sit, tot Doctores ac Magistros, fastu ac supercilio tam alitè turgidos, tantum nec didicisse nec sapere, vt mendacium à veritate discernere, ac ægros, tam miserando spectaculo ante ipsos iacentes, sanare ac eripere queant. Et hi quidem, qui me scurram subindè appellant, non putidi hypocritæ sint? Quo nomine an non ipsimet digniores sint, vos ipsi iudicate. Interim tamen, qui poliatri nomine insolens est, & Lectorem se professoremque ordinarium iactat, ei fas ac conueniens esset, nosse ea, quæ ad hæc requiruntur. Hi tamen, cum partim in scholis opputruerint, partim in Rhetoricâ occalluerint, partim in nugis poëticis consenuerint, quid aliud possint sciántque, quàm vt, sicut literas pingunt, ita pro suo quoque arbitratu omnes homines stultos & moriones fingant? Ipsa luminis naturæ cognitio Medicum constituit, si cum experientiâ, cuius ipsi ignari coniungatur. Et propter ignorantiam ipsorum ferendum est, vt, qui istorum periti sunt, per calumniam experimentatores & periclitatores vocitentur. Ego verò hoc propalam dico, quòd de hoc tam graui morbo vniuersi ipsorum libri meræ voces Stentoreæ ac inaniæ sint, solo denario intentæ, non ad sanationem directæ. Et hoc fine Auicennæ Galenóque & Gal. & Auicenna notantur. aliis similibus nugatoribus tantopere patrocinantur. Nec enim veritas, id est, experientia captata & tractata, cum tam blando otio tantum culinis ipsorum prouentum cogere posset. Medic. reprehẽsio. Probrum est ac certum flagitium, te nomẽ tam arrogans à solis nugis, non ægrorum curis imperrare. Et hoc nomen passum id est, quo dolos vestros occulitis, ac fucum facitis ægris, quibus persuasum, cum nomine rem ac artem omninò coniungi. Interim tamen ii à vobis iugulantur, aut ad minimum contracti reddun-tur. Et quamdiù non eò res deducitur, vt sola experientia pro fundamento vnico Medicinæ habeatur, Medicina non nisi mera nequitia, impostura, ac fœdum pecuniarium aucupium erit. Bona ac benigna si aliquando hora ipsis affulgeat, vt quid præstent: per hunc successum posteà omnia ipsorum flagita, toto anni decursu patrata expunguntur & obliterantur. Sed ea fortuna à Satanâ tibi obiicitur, vt te suis pedicis vinctim retineat. Et omni querela dignum est, conscientias vestras ad omnia enormia audenda tantopere occalluisse, cùm tamen prohibitarem ac vestram sapientiam mendaci ore interim omnibus impudenter venditetis.

DECLARATIO.

IN corpore sunt adeò fixæ mineralium partes, vt & flagrent & fument subindè, sine ipsius tamen corporis defluxu. Ideò digestiua & laxatiua in curâ nihil conferunt. Vnum hîc elementum in culpa est. Hoc autem quodnam sit, patùm refert. Curæ enim omnis summa eò dirigi debet, vt tria prima, scilicet Sulphur, Mercurius & Sal in humectatione permaneant, non in oleitate. Eo præstito, cura absoluta est: licèt in hoc valde contrarientur veteres Medici, penes quos nec vlla misericordia, nec fides nec ars est. Solum denarium pro corde habent. Quem dum corrodant, ecquid artis sublimitas profit? Curaque caducit

Sed & hoc verum est, ex caduci classe etiam *Iectigationem* existere, sed is caducus leuior est, nec eius causa latiùs spargitur. Ad eandem etiam pertinet, *Tremor cordis*, quasi in capite consistens, & *incubus & exstasis*. De his scitote, quòd, quę caducum extra interiorem cursum, velut territatio, gaudium, mœror &c. cibus, potus &c. concitant, velut tempestas quædam se habent commota, sicut Magica sola pleniùs docet, profundiùs abstrusa. Causa ergò antecedens, primitiua &c. nihil omnino est, nisi Magica Astronomia in morbis omnibus. Arduares est, de rebus externis, morbum generantibus, differere: quarum explicatio ad solos magos spectat. Exteriora enim debent interna fieri. Hoc si faciendum est, causam certè nulla facultas alia, quàm Magia indicabit & expediet. Ea cum scriptoribus illis incognita fuerit, rem malè tractârunt simul, & simul processum curę mancum & erroneum instituerunt. Cura enim Magicè *instituì* debet, non secundum interpretationem illorum gradationis, *digestionis*, purgationis &c. Ideò in Medicinâ Theorica duplex existit: vna Physica: altera Magica. Illi autem & in Physicâ cœcutiunt, & in Magicâ desipiunt. Hoc saltem illi agunt discúntque, vt Moriones vrbici sint, & adulatores Aulici, & fœneratores. Is illorum Doctoratus, hoc Magisterium est. Iectigatio caduci est leuior: vt & tremor cordis, incubus extasis &c. Theorica Med duplex Magica & Physica.

CVRA &c. MAGICA.

DE FEBRIBVS.

MVLTA febris nomina circumferuntur: licèt impropria. Multa enim nomina de multis causis testantur: sicut etiam liquet, quòd multæ causæ ac origines febribus passim assignentur, cùm tamen vniuersarum vnica tantum Theorica, Physica & ratio

& ratio sit, non plures. Hi ergo, qui plura nomina inuehunt, errores ingerunt. Error enim est hæresis in Medicinâ. Illi autem omnia pro veris & indubitatis venditant. Vndè fit, vt veritati illi similem euentum quoque expectantur.

QVID?

QVi de imbecillitate aliquâ conqueruntur, & sollicitantur tensionibus ac pandiculationibus, oscedine, stomachi & membrorum imbecillitate, coloris natiui peruersione, & definito tempore affligente rigore, tremore, & concussione, quam posteà derepente ardor corporis sequatur, & ad certum tempus duret: hi si postea in quiete aliquandiu sint, & morbus eodem, vt prius, typo redeat, posteà iterum quiescat: Qui inquam, de huiusmodi accidentibus conqueruntur, hos omnes febri correptos esse iudica, licèt quocunque modo paroxysmi euarient. Nam aliis insuper incumbit etiam compressio stomachi, dolórque capitis, aut accidentia alia. Frigus tamen & calor sunt signa palmaria. Etsi verò nonnulli allii quoque morbi cum hisce signis inuadant, ceu apostemata & pestis, quæ fermè in mortem terminantur: de his tamen in hoc capitulo nihil dicam, sed de febribus tantùm chronicis, quæ manifestæ sunt.

CAVSA.

Homo ex 4. Elementis constat.

HOmo ex 4. Elementis compositus est. Et hæc cœlo, quod in corpore est, subiiciuntur. Quatuor hæc Elementa, quatuor sunt corpora & subiecta. In quæ quicquid cœlum operatur, ferendum est. Homo enim dissolutioni obnoxius est. Ad hanc autem dissolutionem quod attinet, homo ei quadantenus obuiare & resistere potest. Nam in suâ manu vicissim cœlum aliud accepit, quod alterius vim retundit & reprimit. Hæc autem hoc modo indicantur, vt sciatur, quod hoc cœlum, & hæc corpora febrem ex se gignant: non tamen ob id varias, quia scilicet 4. corpora sint: sed tantum vnicam. Ista enim corpora ibi res vna sunt. Nam in loco vno non in omnibus principium est, licet radices multæ diffundantur, ex quibus febres oriuntur. Et tamen non solæ radices patiuntur, sed vniuersa simul, quæ præstò sunt. Vt autem febris matricem intelligatis, ad hæc attendite. Res quælibet vel membrum corpori inexistens proprium suum ac peculiarem assidentem habet. Is assidens est ipsius cœlum, quod ei soli seruit, non item membris cæteris. Ex hoc assidente (quem etiam constellationem peculiarem vocare possitis) malum hoc oritur, quando membrum aliquod dislocatum cœlum accipit. Dislocatur autem cœlum, quando in duas partes diuiditur, in frigus & calorem. Ita enim constitutũ id, officium omne deserit, ac naturam ordinémque suum negligit, motúmque ac ordinem nouum molitur. Cœlo enim secundum potentiam suam idem euenit, quod rationi, quæ hodiè illud fingit, cras aliud. Et cum nos cœlumque creatura vna simus: ideò etiam similes existimus. Nec enim intellectus noster plùs est cœlo: nec cœlum plus intellectu. Sic ergò homo ordinem sibi præfigit, vt vult. Sic idem quoque facit cœlum. Homo præmeditatus est est in sua ratione. Cœlum autem præmeditatum non est. In vtrisque tamen vnica potentia, præmeditata & impræmeditata.

Homo in se causâ dissolutionis, extra se conseruationis habet.

Sic ergo præfiguramus nos cœlum, & vicissim cœlum nos refert, dum vtrique in ambages & errores deuoluimur, si fiduciam in nosmet ipsos collocemus. Si enim possibile est, cœlum in errorem agi: idem nostræ etiam rationi accidere poterit. Et sic è cõuerso. Ex quo intelligimus, naturam & causam horum omnium vnicam esse. Hanc vnam nos imitari debemus, minus errantem, non nosmet ipsos. Si enim nos ipsos sequamur, in morbos agemur, sicut & cœlum agitur, si non sit, vt conuenit. Non enim id aliter agit, ac ratione polleret, diceréque: hoc faciam. Id enim ita facit, licèt verbis non exprimat. Sicut etiam Medicina assumpta operationem suam perficit, non aliter ac ita mendaret iuberétque, cùm tamen nec linguam, nec manus, nec motum habeat. Vis tamen eius non leuior est, ac si ratione, & consilio vteretur instar opificis, opus inceptũ perficit. Ita etiam vrit Vrtica & piper, nec tamen ignis aut prunæ adsunt, licèt vis ignea sẽtiatur. Et hæc potentia Magica est. Similiter etiam de cœlo errante intelligendum est.

Cœlum idea hominis, & vicissim.

Cœlum hominis operationi simile.

Morem eundem etiam ascendens tenet, si opus suum aggreditur. Vt enim operarius, quid eo die confectorus sit, sibi proponit: aut vt tignarius secum loquitur, hîc operabor, donec hanc domum confecero, cras aliud præsumam, & vrgebo operas, dum ad finem, quod instituì, perduxero &c. Sic operas sibi etiam disponit ac ordinat ascendens, quasi diceret, hîc in homine hoc membrum habeo, quod meum est: iam ego securis sum, quæ membrum ceu arborem deiicit, exasciat, & id informat, quod volo: ego iste opifex sum: & ceu tignarius, febrem fabricabo: hoc vel illud fingam, hoc ita disponam, vt ars mea ac industria pateat, ac sciatur, hominis contra me molimen nihili esse. sed hàc vel illac omninò mecum concedendum sibi esse. Sicut enim lignum, provt ab opifice collocatur, immotum manere cogitur: ita meum quoque arbitrium immotum manere cogitur: ita meum quoque arbitrium immotum perstabit, adeóque ab opere non desistam priùs, quàm id penitus absoluero, hoc est, hominem aut occidero, aut infirmum ac lassum reddidero. Omnis enim cœli potestas in homine perficitur.

Ascendit suus cuilibet parti proprius.

Cœli diffocatio qualis sit?

Cœli & intellectus partitio.

Tale quid ergo si assidens sibi faciendum proposuit: tunc simul & calor & frigus ipsemet est: nam in temperatura facescit in duo: in frigus & calorem, ac æqualiter diuiditur, velut dies & nox. Si ergo se ipsum ita diuisit, & temperaturam suam dissoluit, & quodlibet seorsim disposuit: res demum aliter se non habet, ac si duo homines incederent, vno alterum sequente, quorum ille frigidus, hic calidus existeret. Eodem enim modo & astra sese consequuntur pone, & quodlibet partem suam peruadit. Assidens itaque si non in temperaturâ, sed fractus ingreditur, instar hyemis frigidus est, & frigus suo membro inducit: à quo deinde vniuersus corporis spiritus patitur, etsi

Modus febrium quis sit?

Frigus qui fiat?

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 660 sur 913

ascendens illum non omninò tangat Tunc ergo à frigore illo, operatione naturali membra contremiscunt. Tremor enim à frigore, nec causâ vllâ aliâ. Frigus autem illud à cœlo descendit, non ex corporibus ipsis. Origo itaque eius in cœlo inquirenda est, quod hoc loco instar rationis est.

Tremoris causa frigus

Calor vt gignatur

Portò autẽ cœlum partẽ suam primã deducit, quasi nuncius transiret aut persuaderet ventus. Plenis autem vestigiis insequitur pars ascendẽtis calida, quæ accendit & exurit, potentiamq; suam tamdiù imprimit, quamdiù currit & mouetur. Vbi pertransiit, calor vanescit. Ita ergo pro hâc vice paroxysmus tàm frigoris quàm caloris finitus est. Provt verò caloris natura est, ita suum quoque membrum incendit. Cúmque membra omnia in se spiritum vitæ contineant, & vim sentiendi cómunem: ob id vnum cum altero necessario patitur. Et sicut hyems æstâsque vniuersum orbem peruadit: sic illa quoque vniuersum corpus pertranseunt, suámque ibi operationem perficiunt, quodlibet pro conditione & natura sua agente. Istis autem hoc modo prætergressis, pro vice primâ morbus desiit, & corpus liberum est. A quo enim corpus affligebatur, id iam recessit, & viribus prioribus suum locum restituit. Interim cœli ea techna ac natura est, vt cùm putet homo sese iam liberum existere, insperato secundo aut tertio quartóve die resultet, & morem antiquum obtineat, similique omninò vicissitudine corpus quatiat. Et ascendens alius ad tot interualla danda paratus est, alius item ad plura vel pauciora, provt cursus sui proprietatem acceperit. Nam discrimen oritur, à numero interuallorum, & à cœli ascendentibus variis, & ab ascendentium propriis ac peculiaribus partibus. Vnde fit, vt febris hæc sit splenis, hęc stomachi, illa cerebri, ista sanguinis, alia hepatis, quædam renum, aliqua liquorum, &c. Sic ergo à varietate ascendentium & diuersitate partium membrorúmque, genera diuersa ac naturæ febrium producuntur. Omnium tamen communis causa ascendens est, & pars, cui is prædominatur. Provt enim membrum aliquod præ aliis peculiare officium accepit, ita secundum illud signa quoq; & prodromi aduentant, nempè, infirmior vel firmior status, syncope, & quicquid huius ex prædictis causis oritur. Etsi verò cœlum homini definitum suum interuallum indulgeat: indies tamen infebricitationis spes magna collocari non potest. Progressu enim temporis refrigerando membrũ suum ita eneruat, vt tandem inde corporis ipsa substantia dissoluatur: sicut fieri etiam videmus, quòd si frigus vinum aut quid simile percussit grauiùs, id resolutum ad priorem bonitatem non redeat, sed corrumpatur, & in aliud peius transeat. Hinc ergo multa accidentia emergunt, quæ quidem ipsæ febres non sunt, sed aliud quid, à febribus tamen progẽitum. Vnde nomen quidem vnum seruant, non eadem tamen causam aut materiam. Pari modo calor quoque, si rem quampiam immoderatè calefecit, ea prioris integritatis non manet. Ita & corpus in suis elementis confringitur, vt aliud acescat, aliud amarescat, aliud putrescat, aliud aliter mutetur. Putrefactionis enim multæ species, naturæ ac proprietates sunt, de quibus hîc pluribus differendum non est, cum ea in Philosophia tradi soleant. Et sic hactenus etiam abundè satis de accidentibus à febribus genitis explicauimus.

Interuallorum in feb. causa.

Febrium differẽt. vnde oriantur?

Iam verò definitus suus cursus cœlo est. Quandiu is durat, durat etiam dolor & febris. Quæ si auertenda est, subiecti officium erit, vt animosiùs ac potentiùs ascendenti resistat & renitatur. Hoc enim si fiat, cursus eius interciditur. Fit autem illud occludendo membrum laborans, veluti fugiens quis frigus æstuario se includit: vitans feruorem, abdit se in cellam. Cæterùm hoc aliter impetrari non potest, quàm per cœlum Magicum, hoc est, per cœlum Medicinæ, quod murum obiicit, etsi lapides nulli conspiciantur: quod tabulis intercludit, etsi ligna non appareant. Interim tamen nihilominùs transitus eius impeditur, vt aut præterire ascendens, aut è latere secedere cogatur. Sicut enim aliàs homo vitare potest, vt nec à frigore aut calore, pluuia aut niue lædi queat: ita medicina quoque similis opifex existit, inuisibilia machinans, vt hominem à malis tueatur. Cœlum autem, nisi ei resistatur, institutum suum opus continuat, donec vel fatigetur spontè, aut consilium aliud capiat, aut in cursum priorem reducatur, aut hominem ipsum frangat & dissoluat, quem sui operis finem habuit.

Cœli motus constans.

PROCESSVS.

QVâ ratione sol radiis suis vitrum penetrat & ignis per fornacem ferream vadit, subiectis ipsis nec fractis nec destructis: sic influentia etiam hæc penetrat hominem, & vnitur cum eo, quod in homine est. Quod si verò accidat in febribus, vt tempore frigoris tremor quidem & stridor dentium affligat, & tamen nihilominùs membra interna caleant: huius causa est, quòd solus spiritus totius corporis patiatur, radix autem frigeat. Sic etiam qui brumali tempore frigent, cutem saltem frigidam habent, internis aut intra cutem positis nõ frigentibus, sed calentibus. Spiritus enim, qui corpore potior est, saltem friget, & tremit, corpúsque vniuersum concutit. Nec eò res redit, vt caro, hoc est, ipsum quoq; corporeum refrigeretur aut exuratur. Quòd si tamen hæc ipsa quoque corripiantur, mors imminet. Ordo itaque huius *influentiæ* & constellationis aliter se non habet, quàm vt æstas hyémsque hominem afficiunt. Planè enim eodem modo influentia quoque hominem tangit. Ars ea cœli est, quòd naturam sibi subditam moderatur, vt vult ac visum est.

Homo cur frigeat foris, intus calens.

CONTRARIA.

VIx nobis papyrus suppeteret, si contraria Sophistarum & imperitorum poliatrorum hîc diluere aggredi vellemus. Qui vniuersi bellum ex eo mouent, quòd nihil intelligant, nihil experti sint, sed mera sua omnia & phantasmata inculcent. Iam enim ipsis cholera, iam sanguis, iam melancholia, &c. in causa est. Modum verò ac causam cur hęc sint, nondum expediuerunt. Id verò satis non est, si stercus croceum aut viride obiectum vides, vt dicas, illius causam esse choleram: sed aliò sermone omninò opus erit, cùm

Medic. reprehensio.

Humores causa febr. non sunt.

cùm à cholera id esse, nondum liquidum feceris. Bilis enim in corpore tantùm non est. Tum nec hæc illi quicquam similis existit. Adeòque tu soli colori inhæres, nec fundamentum certius inquiris, magno probro. Explicandum tibi præcipuè est, vnde fel vnde phlegma tale fiat, &c. Hoc autem minimè poteris, nisi scientiam multò maiorem conquisiueris, quàm ars hactenus prodit. Cœlum enim id facit, quod tu tamen nondum cognouisti: sicut & medicinam profiteris, cuius ignarus omninò es. Itaque in vos bolum istum iactauit Christus de cœco cœcum ducente, & ipsum in foueam præcipitante. Quia verò decrepitis vobis Ludimagistris, Rhetoricisque ac Poëtis simpliciter fides adicitur, ideò vobis accuratiore Philosophiâ minimè opus esse persuasum habetis. Nam semper aliquid de sapientiâ vestrâ redundat, quod suauis vester garritus facit. Ars autem hæc est, vt dicatis, hoc quid sit, quod mutationem & confusionem illam in corpore producat? idque ex fundamento ipso, non ex coloribus.

Bella certe Physica ea est, quòd ex stercore prorumpentes, de coloribus discitis, & isti pileolum imponitis. Poëtas vos esse quidem ferri posset. Sed nimis crassi estis, dum de febre, sine fundamento omni tantas nugas. Non abs re est, febres varias obseruari. Nam & varii ascendentes sunt, & partes multiplices. Vnde variæ quoque naturæ: de quibus multa dictari possent. Cum verò ascendentes ad Astronomum, ac partes ad Philosophum pertineant: rem istis duabus professionibus commendo. Indignum enim est ea hîc recenseri, quæ vos Medicos iam antè scire oportet. Apprimè verò quadrant vestri processus, ornes, causæ, cura, &c. Nullus, arbitror, cantor peiorem cantilenam vnquam cecinit, quàm vos Physicam & curam vestram componitis. Si fors aliquando in cœlum propitium incidistis, plus ægro fauens quam vobis, tunc miraculum vnum editis, quod sequenti toto anno postmodum iactatis, & sic per arrogantiam artes ac scientias vestras authenticas facitis. Et tamen nisi imperitorum fides accederet, quis vos cassâ nuce pluris æstimaret? Sic pariter quod de tempore Febrem quotidianam, tertianam, quartanam facitis: mera prestigia sunt. Vndenam enim iste paroxysmus & materia oritur? Buccas quæso inflate, &, qui quadrent ista, tandem præcinite. Rem enim nondum attigistis, sed à scopo longissimè abestis. Cœlum autem cognoscite, & rhombum attingetis.

(Catera, si qua plura hoc loco ab Auctore scripta sunt de Febribus. & aliis affectibus, imperitorum negligentia perierunt.)

PRIORES QVINQVE TRACTATVS.

De { HYDROPISI. / ARIDVRA. / ICTERITIIS. / COLICA. / APOPLEXIA.

Alio modo ab ipso Auctore, Theophrasto Paracelso, descripti ac depositi.

DE HYDROPISI.

I.

REBVS omnibus nomina indenda talia sunt, quæ ipsarum summam breuiter tradant. Hydropisis autem, appellationes variæ & multiplices sunt: quæ tamen ipsam morbi causam minimè complectuntur, nisi similitudine quâdam, sicut rustici quoque hic quandam cum aquâ similitudinem videre possunt. Vnde veterum negligentia & imperitia liquet. Rustica huiusmodi nomina nobo isti etiam in linguis aliis per inscitiam imposita sunt, ab aqua omnia desumpta. Ex quo linguarum, Philosophia Astronomia, ipsoque adeò naturæ lumine vacuarum mera temeritas & ruditas intelligenda est. Genuinum autem hydropisis nomen est *Resolutio*. Corpus enim, quod in humidum liquidum ex coagulato resoluitur, aqua non est, sed est humidum resolutum. Et hoc est hydropisis.

Hydropisis dicenda est Resolutio.

II.

SIgna autem ex quibus morbus iste in principio cognoscitur, hęc sunt: Decoloratio vultus, qualis est Ictheritiæ, angustia pectoris & spiritus difficultas, cruditas, sitis magna, aut nulla. In tempore medio signa sunt: tumor malleolorum, pedum, sub noctem inuadens, manè vanescens, & signa alia prædicta. In postremo, tumoris & inflationis constantia, sudatióque & vestigiorum impressio à malleolis vsque ad genua, à genubus ad inguina: tumor occupat ventrem, vmbilicum, pudenda, postea rimis cutis diducitur, aqua existillat, ægro interim ad se non redeunte. Sic ergò mors, eáque tarda ac insensilis.

III.

ET si verò huiusmodi alia modis multis fiant, hoc est, plures tumores similiter incidant: tamen ii ab hydropisi discernendi sunt signo Ictheritiæ, quod signum tumores cæteri non habent. Vt verò etiam cautior Medicus sit, sciat, hydropises interdum cum signis dubiis inuadere, nec adeò promptè dignosci posse: donec tandem finis morbum prodat per fissuram cutis & aquæ emanationem. Hæc ergo duo signa indicium præbent nouæ hydropisis, quæ latinè vocatur coagulatio resoluta.

MORBI CAVSA.

DIcemus aliquid de causâ hoc discursu. Quatuor Elementa sunt corpora, quæ non resoluuntur, diuisa. Idem de illis hîc nihil traditur, sed de eo tantum, quod ex Elemento procedit ac crescit, hoc est frangitur. Exempli loco terra indissoluta manet, diuisa. Quod autem ex ipsa enascitur hoc diuisæ dissolutioni obnoxium est. Sic etiam hoc casu Iam vero crescentia quædam non dissoluuntur, vt lapides, ligna, &c. De istis ergò, quæ dissoluuntur

Crescentiũ diuisio.

tur, sermo est: & in illis huius morbi causa inquirenda est. Ideò sequitur, quòd res crescens quælibet in priore exemplo coagulata & in sua dissolutione non eadem sit. Quod ergò dissoluitur, morbum diuidit. Si dissolutio est humida, est id, de quo in hoc capitulo traditur. Sin minus, propositi huius non est. Lignum enim dissoluitur dissolutione diuisa. Si autem putrescat, exemplum dignum est, quod hic præponatur, Coagulatum enim fit humidum, quod est Resolutio.

Cœlum physico duplex considerandum.

Res quæ putrescit, frangitur a contractu. Exemplum. Terrena omnia si in humidum resoluantur, a causa, ipso cœlo, resoluuntur. Sic ergo cœlum resolutionis pater ac genitor est. Id dupliciter physico accipi debet: visibile & inuisibile: hoc est, duo corpora habet, quæ tamen vtraque vnum tantum sunt, quod videtur & non videtur. Videtur hoc, quod

Homo ex Elementis cõstat

terræ res crescentes putrefacit. Quod verò putrefacit hominem, non videtur: vnum tamen cœlum, vnica theorica est. Homo in quatuor Elementa positus est: ex ipsis enim conflatus est. Ex illis ergo si constat, ex iisdem etiam viuet, & in illis ac ex illis morietur, non ex cœlo. Nec enim ab ipso præsto est. Ex quo præsto est, ex eo viuit, moritur, senescit, ægrescit. Et ad hęc rectiùs explicanda, singulari theoricâ opus est, vt Opiniastarum mendacia exstirpentur.

Quatuor interna Elementa quæ dare fructus homini debent, ab externis sustentantur De hac sustentatione dicendum est. Homini cumprimis opus est, vt edat bibátque, quò maneat id, quod creatus est. Est enim cæteris crescentibus imperfectior. Sicut autem hic cibus ac potus visibiles sunt: ita contra inuisibiliter membra cætera omnia edunt ab externis. Sicut enim sol à nobis in altum trahit: sic nos à sole trahimus deorsum. Hæc enim vis est Magnetica, quę in Magnete nobis præfiguratur, vt sciamus; quomodo res visibiles virtute inuisibili attrahat. Sic nostri quoque corporis membra constituuntur, vt attrahant, sibi quod conuenit. Nec enim stomachus solus, sed membrum quodlibet per se, instar stomachi cibatur inuisibiliter, sicut stomachus visibiliter. De inuisibili autem, Medicus plenam scientiã habere debet.

Homo cunutrimento egeat?

Homo cæteris crescẽtibus imperfectior.

Magnetica vis, &c.

Ros & pluuia visibiliter in terram decidunt. Iam quod visibiliter decidit, id stomachi cibo simile fit. Res enim visibiles, quæ terræ præbentur, sunt ab vtroque cœlo cocti cibi potúsque, in stomachum terræ ingesti. Hæc tamen a cognitionem dissolutionis nedum satis faciunt. Multa enim putrescunt & corrumpuntur etiam citra has causas: quod multos Medicos seduxit. Quid vero est, quod dissoluitur, ac simul inuisibile est? Culina nimirum cœli est: ex quâ nostra membra vi magneticâ huiusmodi suum nutrimentum trahunt. Et hæc est causa morbi, si ita coquatur. Nec enim panis tantùm hominis cibus est, sed idem peritur etiam ex hâc culinâ, ipso pane non leuius. Et in hac nascitur pestis, & similes ei morbi. Cognitionem causarum mancam habet, qui inuisibile non cognouit, & inuisibile pro visibili habet. Nam in cœcis rebus Deus est mirabilior, quàm in videntibus aut visibilibus. Sed hęc Astronomica nimis sunt: quâ causâ cætera illi Philosophiæ committo. Huc quæ faciunt, satis declarata iam sunt.

Cibus terrę ros &c.

Culina cœli quid & quę?

MATERIA.

Elementum omne in tribus consistit. Salis solutio hydrops.

COnsistit Elementum quodlibet in tribus: in Mercurio, Sulphure & Sale. Ita sunt 4. Mercurii, 4. Sulphura, 4. Salia. De sale dicemus iã. Id si colliquatur, hydropisis fit. Cętera duo, SS. M. hic omittuntur. Nec enim ad hunc morbum spectant. Iam vero. Sal est corpus corporis, & tertiam corporis Microcosmi partem occupat. Sal id corpus præseruat à putredine, à fœtore, à dissolutione. Is enim est Balsamus, qui corporis Mumiam custodit. Sicut autem vniuersa in homine dissolutioni subiecta sunt, non tamẽ ex seipsis, sed per alia: ita solum sal ad hanc ægritudinem dissolutionem habet, quæ est ab Archeitate cœlesti, hoc est. Coquinâ: id est, si influentia cum concordantiâ Microcosmum, qui hoc tempore subiectum est, tangit, & suam illi impressionem imprimit, impressio autem illa esset Veneris vel Geminorum: tunc qui hâc vice feritur, huius sal resoluitur. Iam ergo hydropisis incipit, prout influentia gradata & in suâ potentiâ exaltata est, Id multorum medicorum oculos perstrinxit. Impressio hæc resoluit sal, sicut Sol niuem. Impressionum enim potentiæ similes sunt soli, corpora autem nostra niui. Sic ergo superiora in inferiora ludunt. Et hîc fundamentum de hydropisi dicendi positum est, nempe de hoc sole, & hâc niue, hoc est, de cœlo, & sale Microcosmi, qui hæc solutio fiat?

Salis vis. Sal Balsamus Mumię.

Hydropisis quando fiat.

FABRICATIO.

Zedos stella hydropica.

HOc ergo modo Sol, hoc est hydropica stella Zedos oritur, & in genera salis ingreditur, ac de iis aufert multum parúmve, prout salia dispositа sunt, vel tenera, vel mollia, &c. hoc est prout ætas, secundum naturam istius Microcosmici salis, in id præparati, suo tempore ex seipsa niuem fecerit. Hæc si à Zedo irradiatur, portio de ipsâ eliquatur aut dissoluitur. Cumq; homo secundum formam suam erectus stet, ideò res eæ per poros carnis deorsum vergunt ac labuntur, & tumorem concitant, prout regiones magis minúsue implentur, ab imis ad summa, donec regionem cordis & centrum vitæ attingant. Cum verò spiritus salis metallorum penetrator sit, & subtilis spiritus vitrioli, aluminisque: regionem vitæ per capsulam cordis, velut Sol per vitrum penetrat, quæ pelluminatio mors est, quam concomitantia mortis signa indicant. Hoc modo Sp. salis vitam hominis iugulat, qui nihil nisi res putrida est. Cum enim inundatio aquæ fiat, & vita in medio hominis condita sit: fit vt aqua locum illum obruat, & vitam suffocet, non secus ac præceps fluctuum cõcitatio domum, & omnes incolas cum eâ obruit & suffocat.

Hydr. vt fiat.

Sp Salis metalla penetrat.

CONTRARIA.

Opiniastræ noua torqs.

MVlta subinde Opiniastis noua incidunt, si inexploratâ & incertâ suâ Philosophiâ de morbis meditationem suscipiunt. Idem etiam

etiam in hydropisi euenit ipsis de quâ laboriosè sese macerantes culpam hepati, intemperatę dięrę & similibus tandem assignarunt. Istorum tamen nullum hydropisis causa sit, nisi prædicta concordantia concurrat. Extra illam enim hydropisis nulla gignitur. Nam si ea causa hydropisis esset, de quâ asserendâ ipsi plenos libros illinunt: morbus certè is canibus variegatis frequentior ac communior foret. Quod cum non fiat, ex eo certè constat, quòd nudis illi opinationibus vacent, quas suis auditoribus persuadere facilè possint.

CVRA.

Hydr. cura in quibus cõsistat.

CVra consistit in Maturatione & Recongelatione. Deinde vt curatum in congelatione seruetur. Huc ergo primò facit scientia Astronomica: deindè Philosophia terræ: tandem præparatio Alchimica, sine qua feliciter nihil impetrati potest.

Maturatio in hydrope quid & qualis?

Maturatio est, vt morbus sit resolutus. Nisi enim resolutus sit, a medicina hydropica non assumitur. Maturationis autem modus est, vt resoluendum primum fiat Mucilago, viscus, Bothin, &c. ab vno transeundo in alterum: deindè vt fiat aqua. Si aqua facta est, iam tempestiuum est, illam inuadi, hoc est, in tumore maximo. Quod ad Recongelationem, si aqua exundauit, & sal congelatur, curandum est, vt in congelatione sua seruetur vsque ad plenam & perfectam exiccationē. Sicut enim ex glacie Berillus nascitur si congelationis terminus finitus sit: sic idem hîc esse debet. Quod autem resolutum est, congelationem denuò non resumit, velut nec resoluta nix, quę denuò non fit, quod fuit antè. Si ergò sal in suam congelationem redire debet, iuxta astronomicam institutionem id faciendum est: velut hodiè nix est, quæ resoluitur. Post annum autem tempus niuis denuò instat. Hoc ergo termino redeunte, aut reducto, hydropisis plenam curam accipit, nec citiùs. Et licèt aquam quidem omnem remouisse: si tamen tempus hoc congelationis nouum sal, sicut nouam niuem funderet, cura certè imperfecta esset. Tempus ergo resolutionis principium dat curationis. Tempus autem nouæ congelationis ab astris curationis finis est. Sic ergò finitum tempus & cura perfecta est vsque ad circuitum naturalem, quem sphæra pro vero cœli motu, non pro imperfectæ medicinæ cursu complectitur.

Reçõgelatio quid in hydrop?

Berillus exglacie.

Resoluta iterũ nõ congelãtur.

Curatio hydr. duplex. Externa per stercora.

Curatio autem duplex existit: vna externa, quæ Mucilaginosum dissoluit, altera interna, quæ expellit. Externa sunt stercora. Et licèt alia quoque adhiberi possint, ea tamen commoda nõ sunt, vt interiorē Medicinam iuuent, sed per se tantum adhiberi debent: id quod curam tamen infirmiorem facit. Semper enim medicina vna alteri consentire, non quæuis seorsim sui capitis esse debet: verum omnes in vnum conspirare fas est. Medicina autem quæ assumitur, Mercurius est. Potens enim ac præstans is est ad resolutum sal extrahendum, & verum genuinúmque reponendum. His adiungitur confortatiuum pro conditione personæ, ætatis, sexus, morbi quantitate & qualitate. Id erit Aurum Diaphoreticum.

Interna per Mercurium.

Aurum diaphoreticum confortatiuum hydr.

De operatione Medicinę autem sciendum est, nihil hîc seorsim considerari debere. Natura enim hominis alio atque alio se modo habet. Ideò in vno multum cibi pellit, quod bonum est: In alio secus: nec enim naturæ Diaphoreticæ est. Sic in vno vomitionem incitat, in altero minus quia naturam vomituam non habet. Et sic de cæteris. Tu ergo Mercurium pro suo more & natura operari finito: Is mouendi hominis eam industriam ac proprietatem habet, quam nosse & expiscari nemo ex vniuersis medicis satis possit. Nugas ergo agunt qui dicunt, ægrum per sudores aut vomitiones curari debere. Hi enim ad multiplicem hominum varietatem non respiciunt, nec cogitant, quòd ea in medicinâ attendi non debeat, sed medicina ipsi Theoricæ demandâda sit.

Medi. re. prichésiw.

Resolutionis natura ita comparata est, vt à stercoribus desumenda sit, quantum tibi ad resolutionem necessarium videbitur. Plùs enim est Rebis, quàm Columbinum: similiter plus est in falsis hydropibus Gallinaceum, quàm cætera. Quare hâc ratione etiam vaccinum, ouinúmque & alia suas differentias habent. Sed hæc ex quotidianâ lectione, no cenda sunt, vbi hæc passim obuia fiunt.

Rebis colũbi. num gallinaceũ vnũ altero potẽtius.

Mercurii præparatio.

Mercurius & arg. viuũ vt differant.

Mercurii conditio est, vt in suâ minerâ præcipitetur, & mortuus ab illa separetur. Sic enim non est argentum viuum, verùm Mercurius. Mortuus enim est Mercurius; viuens est argentum viuum. Si ergo, vt præscriptus est eius præparandi modus, mortificatus sit: Dosis eius est grana duo, obseruato processu, quem schola tradit, nec in textu concludi debet.

Tinct. Martis exiccat

Vsus etiam ac moris est, vt intermedio tẽpore tinctura Martis administretur Anth. SS. S. Hæc enim propter exquisitiorem exiccationē instituuntur. Nec enim aliter ab euacuatione exiccant, quàm Sol lotum linteum siccat. Et iste iam congelationis finis ac verum indicium existit.

Hîc autem vnâ notate, quòd multa alia quoque in hydropisi experimenta præstent, velut Alkali de Helleboro, Quinta Essentia Hellebori &c. Mercurialem enim in se vim quandam, quâ operantur, continent. Hæc tamen omnia in curam integram, hoc est, in Mercurium præcipitatum deduci debent. Experimenta enim, de quibus diximus, congelationem nullam inducunt: vnde non nisi nuda auxilia sunt nisi fors fieret, vt per Martem, Sulphur &c. consequens congelatio inueniretur; quæ tamen semper ambigua reperitur. Itaque arcanum appropriatum hîc à medico præcipuè adhibendum est.

Hell. alkali & ϛ. Ess. prosunt in hydrop.

Iam si falsi imbris seu pluuię, in Microcosmum per vim Eurialem cadentis ea natura est, vt resoluat salia illius partis, in cuius Anatomiam destillat: scitu opus est, quòd hæc impressio attractiua spiritus sit Realgaricus. Is enim est, qui in sal potestatem habet resoluendum. Sicut enim linea lactea ex suâ naturâ hyemes producit: sic morbi quoque ex proprietate dictarum impressionum fiunt, & culpa est coqui cibi, non quidem visibilis, sed corporei inuisibilis cibi, qui æquæ corpus est ac & visibilis cuius corporis ascendens ex Planetis

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 664 sur 913

netis Luna est, vbi zodiaca quiescunt, cùm sensibile tantùm corpus moderentur.

Quare si influentia tali modo cadit, veteres Medici iure dicere possint, hydropisin esse morbũ incurabilem. Nam in alio casu fundamento omni carebant. Vnde sequitur, debere Medicinam huius influentiæ omninò esse, vt influentia vna contra aliam stet in tribus primis, ex vtroque latere. Qui autem humores hîc purgare annitetur, is post festum (quod aiunt) veniet, ac occasionem idoneam è manu mittet, ac tandem directum telum in chalybem impinget. Resolutio enim & coagulatio humores non erunt, sed Monarchiam suam propriam ostendent. Et Luna Mercurii in vtrisque influentiis respicitur. Omnium enim minimum est, Philosophia de complexionibus, quas calidas, frigidas, humidas, siccas, aut mixtas vocitant. Omnium autem maximum est, quod supra id est, scilicet olympus virtutes cœlestes, quæ seruant similem & informem anatomiam in suis sphæris & virtutibus exaltationis, ipsúmque adeò horoscopum, ac diem, horàmque cum ascendentibus omnibus, similiter vt corpus visibile, sed in sua tamen olympietate, & cursu æthereo. Hoc cœlum qui inuenit, is hydropisis curam reperit. Cœlum enim est homo sanus, talis à Medico factus, qui non cœlum supra se positum in manus captat, sed quærit Solem exiccantem, in Matrice, & ei coccurrentem ignem in sulphure. Elementum enim facit Soles: & crocus corporeas operationes dat. Exuperatio autem dissoluti, est expulsio à Mercurio facta, quę cæteris duobus præit: sicut Lucifer præcedit Solem. Vita enim in centro posita ad hanc vsque arefactionem & resiccationem fors durare non posset, si influentia in exaltatione staret, nisi fortassis via antè per præparatiua structa esset: quod à solo Sole fit, sine expulsione Mercuriali. Penes vos autẽ hæc discernendi iudicium sit.

Humorũ philosophia nauci est.

Cœlum medici quid?

Præter superius autem cõmemorata signa Medicus aliud sibi nullum proponat. Quæ enim signa vel mortis vel vitæ in vrina, pulsu aut similibus deprehenduntur, ea nihili facienda sunt. Hoc verum est, quòd morte ante fores stante, & morbo grauiùs inualescente vrina tingatur. Sal enim, quod se à Mercurio & sulphure separat, ruborem dat. Quod cùm frequenter ita euenisset, ac Opinistæ Medici aliud nihil sciuissent, mortemque breui insequentem interdum animaduertissent: pro signo id lethali absolutè duxerunt, quod tamen pro signo vitæ habetur apud eum, qui medicinæ peritus est. Sic in hydropisi ex pulsu etiam multi mortem præsagiunt: quod solos fatuos angere debet. Naturæ enim laborioſus conatus, non mors, pulsus immoderationem patit. Hoc fine Deus medicinam creauit, vt istę res auertantur, nec perpropere in disperationem homines agantur, sed inde ruditatem & imperitiam Medicorum condiscant. Maximum signum mortis est hoc, quod diximus, de spiritu salis, qui capsulam cordis penetrat & perrumpit, sicut ventus parietem perflat. Sed nec disruptio seu fissura in natura ad mortem est per se. Quod enim finditur, nec à morte est, nec à plenitudine, sed à salis acrimoniâ, quæ ex naturæ suæ proprietate exedit. Signa ergo mortis ex mortuis desumi debent, non de rebus viuentibus, hoc est ex viuentium operationibus. Natura enim vbiuis in corpore exitus, viásque ac metas ad conseruationem hominis molitur. Quod verò ea in commodum & salutem hominis architectatur, id vos dicitis ad mortem facere, cùm vitam omninò importet. Quòd si verò & ego diætam præscripturus dicere vellem, hoc ede, vel illud, hoc bibe, illud vita, certam maculam ipsi naturæ inurerem. Qui enim circa arcana versatur & laborat, is diætam imperare pudori ducit. Et diætam hîc præscribere non Medici est, sed ipsius ægri, & huius facultatum. Medicina autem ac arcanum, Medici diætam præscribendam pensitant. Contra, qui diætæ inhæret, is in arte imbecillis est, & ex caule medicinam facit, immemor, quòd ex ea stercus fiat: hoc est, tantum non sapit aut intelligit, quò Medicina in se stercus nullum contineat. Quod stercus habet, id cibus est, & debetur stomacho, morbisque famelicis. Eodem modo nec aëris, ac sex rerum non naturalium ab ipsis vocatarum consideratio in hoc morbo quicquam confert. Corpora enim inuisibilia cum his rebus cognationem nullam habent. Hæc nouit, qui peritus est. Qui verò imperitus est, is pãnos Cannabinos holoseriçis assuit, vt vel ex hoc vno aliquid posse sciréue videatur.

Vrina, pulsus, in hydrope nihil indicant.

Pulsus immoderatio à naturæ conatu non morte.

Cutis fissio ab acrimonia salis.

Naturę studium in expulsione noxiorum

Dieta in hydr. nó præscribenda.

Medicina vera stercora vacat: cibus contra.

DE ARIDVRA.

IGnotatio causæ huius aliorúmque morborum, varias appellationes peperit, omnes tamen à re alienas, & Medicorum inscitiæ indices. Nam aridurę vnica tantum causa est. In quâ tamen, quia signa subindè alia, eáque varia & diuersa, velut & loca diuersa deprehenduntur, ex illis varia quoque nomina ab imperitis huic morbo indita fuerunt: qua occasione etiam factum est, vt pro signorum varietate variæ medicinæ deinceps designarentur, quũ vera causa & morbus nõ vnicus esset. Vndè non potest confusio non oriri: quæ cumprimis in aridura secuta est. Itaque Aridurę vocabulum in hoc capite retinebimus. *Si* qua verò distinctione opus sit, differentia non ex nomine petenda, sed ex *ipso* potiùs loco desumenda est. *Is* curam separat, hoc est, diuidit processum, administrationem, applicationem, & cætera, quæ distinguenda sunt.

Quid verò Aridura sit, & quando, id à signis externis, arte oculorum noscendum est. Alia enim est cognitio internæ, multis incognitæ. Externa cum ipsi ægro, tum familiaribus eius omnibus ac astantibus nota, ac ab his petenda est. Hoc enim externum indicium Medico cuilibet apprimè necessarium est. Externa enim de interioribus testantur, & horum veluti quidam fructus existunt, ex quibus arbor ipsa & eius natura cognoscitur. Huius arboris fructus hi sunt: consumptio carnis, auctio sanguinis, tabefactio surarum, & musculorum brachialium infra & supra cubitum, in pedibus, infra & supra genua tussis arida, vicissitudo caloris & frigoris, si-

Externa sunt internorũ signa.

tis

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 665 sur 913

tis inextinguibilis, fames naturalis, ſudoris ſuppreſſio & vrinæ & deiectionum. Per hanc conſumitur mollis coagulationis proportio, menſura, pondus & diſtantia, in carne, medullis & in omnibus membris externę & internæ regionis, hoc eſt in manibus ac pedibus, ac quæ intra hos continentur. Interdum etiam comitantur ſigna diuerſa, vt valida tuſſis, cum excretis multis, aut copioſa vrina, aut frequens deiectio. Hæc omnia ſunt ſigna peculiaria eorum membrorum, quæ cæteris grauiùs aridurâ affliguntur. Sic tuſſis vehemens cum excretione puris pulmonem hoc malo tentari indicat. Mictio copioſa renes & hepar ſollicitari teſtatur. Punctiones laterum dolorificæ, hepar & ſplenem laborare produnt. Oculorum lachrymæ, vertigo, cardialgia &c. caput. Et huiuſmodi quidem comitantium ſignorum tot ſunt ferè genera quot membra in corpore. Hæc tamen omnia propriè non ſunt ſigna ariduræ, ſed tantùm membrorũ grauiùs laborantiũ, aut ex morbis aliis, cũ aridura cõplicatis, afflictorũ qui iã ſimul per aridurã erũpunt, cùm aliàs diuſuppreſſi latuiſſent. Hîc ergò diligenti cautione opus eſt.

Aridura particul. dolores magis mouet.

Præterea noſcendum etiam eſt, ariduram quandoque particularem fieri, dum vnum tantùm membrum, ſiue internum id ſit ſiue externũ, affligitur. Et huius ſigna multo manifeſtiora ſunt, velut aridurę medullæ, aut glutinis. Hæ enim ſingulares præ cæteris dolores concitant, propter ſenſum peculiarem, in hiſce humiditatibus & aliis vigentem. Alius enim dolor in sãguine exiſtit, alius in medulla, alius in oſſibus, alius in neruis, alius in carne &c. Non autem ex dolore, ſed ex aridura, cauſa quærenda eſt. Dolor verò ſui membri index eſt. Tu verò diſcrimen hoc obſeruabis quod vniuerſalis aridura totum corpus abſumat, ſine dolore: particularis autem dolorem comitem habeat. Et licèt quidem vtriuſque vna cauſa ſit dolores omnes mouens: tamen hîc diſcrimen eſt in dolendo, & non dolendo. In non dolendo cauſa anodyna & ſtupefactiua concurrit: quæ in condolendo abeſt, ſicut ex cauſæ cognitione conſtat.

Aridura vt fiat.

Cauſæ verò ratio talis exiſtit. Videtis nimirum, terram non æquè exiccare ac cœlum, quod Solem dat & ventos. Sunt enim quatuor Elementa inter ſe ita vnita, vt ſeſe mutuò nimirum non onerent. Hoc eſt, aqua, mare & flumina, ſimiles operationes in terram agunt omninò: vt viciſſim terra ſe gerit erga illa. Eodem modo erga hæc eadem aër quoque & ignis ſe habent. Elementa ergo ſibi inuicem morbos infligere magis non poſſunt, quàm domus ex variis & diuerſis rebus conſtructa ſeipſam lædere poteſt, ſi omnia ſuo loco ſeſe contineant. Terra ergo in natiua ſua temperatura manet, quia eandem temperaturam ipſa quoque aqua ſeruat in ſe: & ſic ſimiliter etiam aër, ac ignis. Dum ergo in temperatura ſua permanent, natiuo ſuo robore gaudẽt, nec deficiunt. Quòd verò deficiãt, hoc cœlum cauſatur. Defectum tamen hunc idem cœlum deindè reſarcit pluuiis, rore & ſimilibus.

Elementa inuicem conſentiunt.

Iam verò terra natiuum quendam liquorem, cũmque ſibi proprium habet, ita inhærentem, vt color inhærer rei, qui ab ea ſeparari non poteſt. Videtis tamen corporibus ſuos colores adimi ac extrahi, quod fit per Elementum igneum, ſi in actionem ſuam is prodit. Hæc actio eſt exercitatio quotidiana in firmamẽto, hoc eſt in aſcendente: vt pannus albeſcit in Sole, & flauitiem ſuam perdit: Saturnus in Sole albatur, ac nigrorem ſuum amittit &c. Sicut ergò colores mirabiliter per res inuiſibiles, corporeas tamen, adimuntur & extrahuntur: ita hæc quoque terræ diathesis afficitur, vt liquorem ſuum per firmamentalem vim Solis & ventorum, non per Elementalem virtutem (licèt operatio vniformis ſit) extractum amittat. Ignis enim & corpora & colores frangit. Pari ratione operatio quoque firmamenti hoc corpus & eius liquidum exhaurit frangítque. Vbi enim hoc liquidum terræ non ſupereſt, ibi corpus eius fractum eſt.

Terra liquor &c. ipſius vita.

Terræ diſſolutio eſt liquidi priuatio.

Iam porrò homo ipſe terra eſt. Corpus enim ipſius, ſeu id, quod areſcit, terra eſt. Terra autem in liquido ſuo viuit, ſicut definitam ſuam duritiem habet lapis, ſuam lignum, ſuam herba. Eodem modo & in corpore durities multiplices exiſtunt, cuius tamen pars quælibet ſuum liquorem habet, vel multum vel paucum, prout deberur ipſi gradus duritiei & coagulationis. Ad quæ iam conſequitur, quòd Elementum ignis Microcoſmi liquidum conſumere non poſſit, citra corporis ſolutionem. Si enim Elementaris ignis incenſus, ad liquidi huius conſumptionem ſe accingeret: tunc corpus ſuum perderet non aliter, ac lignum: qui iam ignis foret Perſicus & ſimiles, de quibus hîc tractare non inſtituimus. Diſcrimen ergo in hoc poſitum eſt, quòd ignis elementarius agens, corpus ipſum vnâ cum liquido conficiat & conſumat: conſumptio verò firmamenti in exiccationem & arefactionem tantùm, corpore ipſo relicto, deſinit: quod idem tamen ac mortuum vel diſſolutum eſt, eo interim diſcrimine, quod fecimus, obſeruato. Sol enim ad ſe liquidum attrahit: quod vniuerſum terræ eriperetur, niſi pluuia defectum ſarciret. Pluuia enim, terræ cibus ac potus eſt. Sicut enim hominis ſangnis, ac caro, & adeps à cibo potúque ſuſtentatur, augetur, vel etiam minuitur: ſic iſte quoque liquor terram ſuſtentat, vt qui poteſtatis & incrementi eius ſemen exiſtit. Terra ergo ſi hunc liquorem non accipit; areſcunt & pereunt quæcunque illa habet ac profert. Idem de Microcoſmo quoque iudicandum, qui per exteriorem mundum præfiguratur, quòd cum ipſo ſimilem naturam ac rationem habeat. Homo ergo coagulatæ ſuæ terræ liquorẽ ſuum, in qualibet parte definitum habet, prout ipſius coagulatio requirit. Coagulationis enim illius natura modúſque per proprium liquidum conſeruatur. Hoc autem liquido defluente, aridura ſubit, de qua dicere inſtituimus. Sic ergo corpus tabeſcit vel vniuerſaliter vel particulariter, prout influentia cadit, & corripit. Quia enim homo Microcoſmus eſt: propter ea operatio firmamenti in ipſo alia nõ eſt, quàm exteriùs in terra. Quòd ſi ergo incl - natio influentiæ attractionem moliatur, ad liquidum ex homine expoliandum,

Homo terra.

Liquores in homine qui multiplices?

Ignis Perſicus quid?

Ignis Element. & Firmamenti vt differant.

Pluuia cibus terræ.

Arridura eſt defluxus liquidi.

Homo Microcoſmus.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 666 sur 913

extrahendúmque, & iuxtà pluuia denegetur: tunc ex ſcientiâ Aſtronomiæ & Philoſophiæ audacter affirma aridutam in homine fieri. Homo enim pluuia opus habet, ipſa terrâ haud leuiùs; hoc eſt, pluuiâ inuiſibili Microcoſmum ſuſtentante. Et niſi ipſe Medicus Microcoſmum ſuſtentante. Et niſi ipſe Medicus Microcoſmum intimè ita pernouerit, vt cum cœlo ipſum vnire poſſit, ſicut cum ipſo vnita terra eſt: hoc caſu parùm profecerit. Cura enim ex hâc cognitione omninò dependet. Si enim corpus hâc pluuiâ & liquore potiatur, tum Microcoſmus integer ac incolumis fructus ſanitatis fert, non morbi. Hoc autem ſi præſtari debeat, neceſſe eſt per curam vt impetretur talem, quæ cœlum & ſtellas pluuiales cogere poſſit. Per has enim ſtellas liquor iſte augetur & conſeruatur, quantum quidem terræ ex vſu eſt. Et hæc eſt Philoſophia Aſtrorum cœli inferioris, quod in manu Medici poſitum eſt.

Microcoſmi & Macrocoſmi cognitio Medico valdenecceſſaria.

Si ergo iam dicto modo ſphæra ita dirigeretur, duóque aſcendentes ſe inuicem ferirent; ac fieret, vt & firmamentum ſuas pluuias non promeret, & attractiua ipſius virtus interim operari pergeret: iam neceſſariò homini aridura & ſiccatio impenderet. Iam verò firmamentum (vt ita dicam) pluuiationis, & firmamentum exiccationis duo ſunt. Exiccatio itaque eſt, quando ſuperfluum non manet, ſed à bono ſeparatur: quæ mors eſt ſuperflui. Exempli cauſa, ponamus pluere. Iam pluuia non vniuerſa bona eſt, ſed vix modicum in ea bonum eſt. Quod bonum non eſt, id à ſole exiccatur. Huius exiccatio intelligenda eſt, vt ſtomachi, qui ſtercus à bono ſeparat. Interim dum pluuia non incumbit, Sol nihilominus iugiter & continenter exiccat. Similiter & corpus: ſi homo non edat, digeſtionis vis nihilominus operari pergit. Et ſi extraneum, in quod agat, non habet, tunc digerendo in ſeipſum agit. Ea iam digeſtio eſt operatio. Idem eodem modo Sol quoque firmamentalibus ſuis operationibus imitatur, & continenter exiccat. Quod ſi adſit pluuia, hanc ſubigit. Sin minus, exiccationis vis ob id non ceſſat, ſed venatur omninò liquorem. Is ſi iam euanuit, continuâ operatione agit in id, quod reliquum eſt, dum omne abſorptum & exhauſtum ſit.

Ariduræ cauſæ.

Siccatio mors eſt ſuperflui.

Digeſtionis vis iugis eſt.

Aliud ergò eſt id, quod pluuiam facit. Et hoc in curâ omninò attendi debet, vt cœlum illud in manus noſtras ponamus, hoc eſt cœlum Medium, quod cœlum ſuperius cogere poteſt. Id autem cœlum eſt ars ac poteſtas Medici, non alterius. Et licèt quidem multi hoc cœlum manibus geſtârint: aliter tamen id tractare non potuerunt, quàm tractant ruſtici ſphæram materialem, dum iam illam ſurſum, deorſum, iam prorſum verſum verſant. Vt enim ipſi rem intelligunt, Hieroſolymam ponunt, vbi Granata iacet, & Iudæam locant, vbi Neapolis poſita eſt. Talis ipſorum ſcientia. Cui non erat diſſimilis illa medicorum veterum. Sicut Coſmographia globum terræ proponit: ſic etiam Aſtronomia proponit globum ſcientiæ Medicæ. Rectè ergo dirigendus polus eſt, ſi ab eleuatione non exorbitare velis. Sicut enim auriga currum trahentes equos, quócunque vult, arte ſuâ moderatur: ſic tibi quoque aurigandum eſt, vt ſphæræ tuæ, cuius ſtellis contra cœlum ſuperius vti vis, rationem & ſcientiam poteſtatémque habeas. Hæc enim tibi via ac meta terenda eſt. Et ſicut auriga curru ſuo vepreta & montoſa loca tranſilire non poteſt: ſic nec tu id poteris tuo cum curru. Ideo illa ſcientia eſt, quę ex arte luminis naturæ procedit, non inani ſpeculatione, quæ omnis ſcientiæ ſterilis exiſtit.

Cœlum Medium eſt Medicum.

Ruſtici ſphęræ imperiti.

Sic ergo ex Firmamento creſcit ſuſtentatúrque res quælibet, quam Philoſophia complectitur non tantùm in Macrocoſmo, ſed etiam in Microcoſmo. Itaque ex defectu ipſius pluuiæ, & potentia Aſtronomicæ ſeparationis à Sole factæ, morbus hic oritur. Econtrà etiam fieri morbi queunt ex pluuiâ nimiâ & immoderatâ, dum Solis Firmamentum eas ſatis ſiccare & ſeparare non poteſt. Vnde nimia humiditas ſequitur, velut à contrario immoderata ſiccitas. Hæc immoderata humectatio inflantem quidem tumorem, ſed minimè hydropiſin concitat. A multis autem talis cenſetur. Quanquam huiuſmodi intumeſcentia ex immoderata pluuia inducta, hydropiſis curam etiam admittat. Sedulò tamen attendendum eſt, ne poſt eius expulſionem aridura ſequatur. Ad cuius euitationem opus eſt, vt pluuiam exquiſitè conſumas. Si verò conſumptionis gradum tranſcendas, Soli anſam præbes ad conſumendum liquorem genuinum. Secundum hoc ergo curam moderari debes. Id hîc inculcandum eſt. Nimium enim & minimum morbos pariunt vtraque.

Firmamentum omnia vegetat & conſeruat.

Porrò vnum adhuc hîc ſciendum reſtat, quod pro cauſâ ab aduerſariis fingitur. Iſti verò Opinioniſtę, quid velint, ipſi non intelligũt. Obiiciunt nimirum, Aridurę cauſam eſſe obſtructionem meatuum ſeu viarum, quia nempe per hanc membrorum nutrimentum impeditur, ne tranſire queat. Nos reſpondemus, aridurам quidem aliquam ita fieri. Sed de eâ aridurâ nos hîc non loquimur. Eodem enim modo aridura illa ſe habet, ac ſi membrũ aliquòd aut ligamentum aut arteria &c. ex dimidio detruncatum eſſet, ita vt nutrimentũ ad vlteriores partes meare non poſſet. Hæc autẽ non eſt conſumptio, ſed ariditas, & membrũ vocatur aridum, non conſumptum; nec aliam Philoſophiam habet, quàm oppilationem vel inciſionem, quæ vnum ſunt. Videte verò quantopere cura illa, quæ in vulnere & oppilatione inſtitui debet, à verę conſumptionis curâ abſit. Ideò longis interuallis diſtant. Nec enim ea aridura eſt, vbi propter obſtructionem tranſitus præcluditur: ſed aridura ea dicitur, vbi deeſt, quod tranſire debet.

Oppilatio ariduræ cauſa non eſt.

Cõſumptio & ariditas differũt.

Aridura quę vera dicatur.

Pari ratione ab Humoriſtis illi obiici poſſit, huius morbi cauſam ab humoribus deſcẽdere. Quâ ratione, id patet. Vbi tamẽ erroris manifeſtatio in hoc eſt: quòd, vbi humores tandẽ ſint, ibidẽ quoq; humectatio vigeat: & vbi humectatio, ibi nulla ſiccitas. Hîc autẽ humores ſuperflui ſunt. Valdè optẽ equidem, certũ in humoribus diſcrimen obſeruari: vt vbi ſiccitas ſit, ea

Humores aduræ cauſa nõ ſunt.

ea tollatur: vbi humiditas, ſuo illa modo tractetur, quantum quidem fieri poſſit. Sed vt ex fundamento de humoribus loquamur: Humor nihil eſt aliud, quàm reſoluta aqua, & coagulationem egreſſa, extra corpus pellenda. Ita multò aliter, quàm humor vocaretur: niſi fors attribueretur corpori illi, ex quo reſolutus eſt, quorum plura certè, quàm quatuor ſunt, non ſecundùm complexiones, ſed naturas & proprietates, quæ complexiones minimè reſpiciunt. Ipſi tamen ab Elementis eos deduxerunt. Quàm probè verò cum iſtis ſtent, id ſuo tempore excutietur, vbi errorem hunc exquiſitiùs ventilabimus. Prout enim ipſi ea definiunt, ex illis Marasmus oritur, non conſumptio. Morbi ergò ex cauſis ſuis diſtingui debent, non ex aſpectu. Nec enim oculorum eſt pronuntiare, hoc id, illud aliud eſſe: ſed ſcientia ſola definit, quid res ſit? Oculi ergo ex ſcientiâ procedere debent, non ſcientia ex oculis, quibus plerumque glaucoma obtenditur. De Poëtis dicunt, quòd fingere ſoleant. Ita ſedulò quoque fingunt humoriſtæ noſtri, nec tamen verſus condunt. Cætera nôrunt aliàs omnia. Scilicet.

Humor quid?

Cauſę diſtinguũt morbos, non oculi. Scientia rectrix oculorũ.

Cæterùm aridura ægritudinem etiam inducit, in quâ Febriles aſcendentes tranſitum ſuum facilè impetrare poſſunt & aſſequi. Vndè fit, vt plerunque etiam febrilibus paroxyſmis tententur. De febribus iſtis hîc nihil dicemus. Hic enim morbus alius eſt. Eius cauſa in capitulo de febribus deſcribitur. Aridura interim nihilominùs pergit ac inualeſcit. Et ſi particularis euaſit, doloribus proditur. In vniuerſali dolor non eſt. In hâc enim concurrit ſtupefactiuum. Quælibet autem totius Aridura ſub ſphærâ Saturni poſita eſt, ac ab eodem ſuam quoque conditionem, proprietatem, durationem, naturam & vim deſumit, propriámque ſuam ſphæram, aſcendentem & conſtellationem amittit. Sed propter hoc dicere nullus Medicus poſſit, ægrum talem eſſe frigidum ſiccúmque: hoc enim nimis ruſticum foret: ſed dicite, ipſum eſſe Saturnium: cuius poſtea natura in conditione corporum terrenorum, quantum quidem ad corpus Phyſicum attinet, cognoſcenda & proponenda eſt. Bona illorum conditio eſt, ac ex ſeipſis ſaneſcunt, quorum Saturnus finitus ſeu egreſſus eſt. His enim nouum cœlum exoritur, à quo vitæ diuturnæ introitus eſt. Ab his tamen ægrè Saturnus omninò diſcedit, ſed diu eos macros ac aridos facit ſeruátque. Is enim cibos principij coquit. Cuius ſi non ratio habeatur in porrigendâ ope, alia cura certè nulla adeſt. Is enim ſolus facit id, non humor, non complexio, aut aliud quid ſimile. Ideò curationis viæ duplices ſunt: vna poſita in eo eſt, vt pluuia detur, ex cœlo medio miniſtrata, quam cœlum ſuperius extrahit pro ſimili ſphærâ & concordantiâ. Quod enim Deus Medicum creârit, non perſona ſaltem eius in cauſâ eſt: ſed vt cœlum in ſua manu habeat, quod Medicum perficiat. Quòd ſi illa pluuiæ ſtella cognoſcatur, tum Medicina in promptu eſt. Via altera eſt, vt Saturnus ſuperetur, & à vi eius Microcoſmus eripiatur, iſque in aliam ſphæram ponatur

Arid. particul. & vniuerſ. dolore ſine æternũ.

Ariduræ pœna Saturnus.

Medicus cur creatus?

Ariduræ via duplex.

Quæcunque autem iſtarum geminarum curarum adhibeatur, ea ſola ſufficit ad curationem. Primâ vtitur Aſtronomus olympi inferioris: alterâ Aſtronomus olympi ſuperioris. Quilibet autem ſuæ profeſſionis Philoſophus ſit, & tandem Medicus in illâ fundatus.

Primò, Sol qui exſiccat, tolli & eximi non poteſt: eſt enim ingenitus & implantatus. Itaque pluuia opus eſt. Superius enim cœlum cogi & coerceri non poteſt aliter, niſi ſimile quid ex cœlo inferiore viciſſim reponatur. Sol ergò ſuperioris cœli manet: pluuia autem eſt cœli inferioris. Hęc enim vt ex ſuperiore impetretur, fieri minimè poteſt. De hoc ergo Arcano diſſerendum eſt.

Prima

* Quære ſupra textũ f. 91.

Medicina altera ad Saturnum hominis erigendum & ſubleuandum, ita intelligi debet, vt nimiùm præſtetur, ne is deinceps ſit, qui fuit. Per hoc enim Saturni ſphæræ homo ſubtrahitur, hoc pacto, vt tranſplantatio vnius in alterum fiat, velut Perſici in ſalicem, & ſimiliter. Si ergo homo tranſplantari, vnique Planetæ eximi, ac alteri ſubiici debet; tunc ad hoc perficiendum Antimonium idoneum eſt, quod Saturnum tranſmutat in Venerem. Per hoc arcanum homo redditur Veneriſta, ac aſcendentem alium accipit, quem ſequitur. Ideò Antimonium cura eſt in Ethica, qui ſtellam Saturni tranſplantat in Venerem. Hæc artis abdita ſunt. Et ſicut Bolus ſtellam Mercurij tranſplantat in Saturnum: ſic eodem modo omnes ſtellæ in cœlo medio tranſplantari poſſunt. Et licèt (quòd fieri ſolet) ipſa quidem radix amotæ ſtellæ remaneat: tranſplantatio tamen viget & ſubſiſtet in eo, ex quo homo viuit, non in radice. Fructus enim regunt radices, non hæ illos. Sic ergo in Saturnum implantantur 6. Planetæ, 6. in Venerem, 6. in Mercurium, 6. in Martem, 6. in Lunam. Sol non tranſplantatur, cum ipſo melior naſci non poſſit. Hinc ergo notandum eſt, quòd in omni inſanabili morbo, ſi naturalis ordo, contraria ſcilicet ad contraria, nihil proficiant, cura tranſplantationis proponi & aſſumi debeat. Id faciendum etiam in verâ Morphâ, Leprâ, & ſimilibus. Exemplum ex ipsâ naturâ petamus. Nam ſi animal, velut ſerpens, ſphæræ ſuæ terminum ſuperuixit, mors ei neceſſariò impendet. Cœli enim terminus, terminus eſt vitæ. Si autem animal hoc ex natura propria tranſplantetur, & ſibi Planetam alium, cui ſubiaceat, proſtituat: tunc vita ei prolongatur. Omnium etenim morborum, qui gradus ad mortem deſcendunt, digreſſio eſt tranſplantatio, quæ pro conſideratione primæ Philoſophiæ regeneratio vocatur. Et quia radix manet: meritò tranſplantatio vocatur. Nec enim repueraſcentia ea eſt, ſed noua plantatio in truncum veterem, cuius fructus homini aduerſi ſunt, facta, vt fructus vtiliores proueniant. Huius Medicinę proceſſus, præparationem iſtarum rerum, velut Antimonij & ſimilium deſcribit. Ideò bis eodem loco idem poni, ſuperfluum eſt. Quilibet autem operam det præparationi in lumine & officinis vſitatæ. Vrunt enim locum, velut vrticæ.

Bolus Mercurium tranſp. in Saturnum.

Tranſplãtatio morbi incurabil. cura

Cœli terminus, terminus eſt vitæ.

Tranſplantatio cur vocetur?

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 668 sur 913

DE ICTERITIIS.

ICteritiæ seu morbi tincturæ nomen suum à coloribus desumunt. Si color est citrinus, Aurigo vocatur. Si color est cinereus, niger, viridis, purpureus, &c. nomina singulis coloribus respondent. Genuinum tamen omnium nomen est *Tinctura*. Ipsi colores varij species existunt, omnes sub vnâ causâ comprehensæ. Ipsum ergo nomen vnius rationis est, siue à Græcis, seu Latinis aut Germanis imponatur. Nomen enim quiuis imponere potest: non itidem causam dare. Tum & nomen non nisi res nuda est. Quâ de causâ iure merito de origine inquiri debet: quæ cognita, demum ipsum nomen nulla difficultate promit & expedit.

Nomen est res nuda.

Tinct. morbus quid?

Morbus tincturæ est, quando homo natiuum colorem amittit, non causante morbo alio principali, hoc est, si morbus per se subsistat. Siue enim natiuus color abeat in citrinum, croceum, aureum: siue in nigrum, aut alium qui præter naturam sit: ad Icteritiam omnis refertur. Verum quidem est, quòd etiam per hydropisin, & contracturam ac Apostemata interiora, naturales colores permutentur. In his tamen Ictericus color non adest, sed discrimen hydropicę & Ictericæ flauedinis in gradu colorum consistit, quòd hydropisis color spiceus sit, Icteritię verò saturatè tinctus. Scitote ergo, de solis tinctis coloribus hîc agi. Qui quousque effunduntur, eousque tingunt faciem, oculos, aures, brachia, vngues, digitos, &c. Cæteri colores non tincti vlterius non tingunt, nisi in facie & ore. Latiorem enim Anatomiam non habent. Tincti autem colores peruadere & penetrare possunt, quâcunque corpus patet: siquidem tinctura existunt, Vnde meritò morbi tincti vocantur.

Colores tincti & non tincti vt differant.

Tincturæ procedunt ex mortificatione corporis, in quo colores conduntur, sicut enim in semine conditi sunt colores virides, crocei, nigri, cærulei, purpurei, &c. quos tamen nemo videt, donec semen in terrâ emoriatur, & Sol eos præparet, proferátque, vt sensibiles iam sint, qui fuerunt ante insensibiles: ita hîc quoque sciendum est, in corpore semina latere, hoc est, partes inexistere, in quibus homo consistat: quarum si moriatur vna vel plures, tunc earum mors, genitrix colorum fit. Iam ergo color in Anatomiam suam erumpit, ad conspiciendum id præbet, quod adspectabile prius non fuerat: hoc est, sicut in semine nigro, folium viride ac flos luteus latet, sic pariter in rubeo sanguine cyaneum, viride & luteum, &c. conditum est, quod tamen, cum integrum corpus existit, visibile minimè est sed tantùm quando id emoritur. Scire ergo Medicus debet, quòd semina, quæ Microcosmum constituunt, putrescere non debeant, sed semina omninò manere. Ipsorum verò putrefactio causa est morbi, de quo hîc disserimus. Et huius talia exempla sint. Ictus seu plaga, quæ corpori ingeritur, membrum id mortificat. Id ergo iam putrescit. Hoc modo putrefactio manifestatio est coloris partis eius, quæ percussa est. Sanguis qui phlebotomiâ elicitur, decolor fit, quia dissoluitur & putrescit, velut semen in terrâ. Hac ratione color ipsius erumpit. Et hęc exempla data sint de coloribus rudi modo fientibus. Icteritia autem eodem modo non fit, sed ratione aliâ, vt tradetur.

Mors tincturarũ mater.

Colores vniti sint rebus.

Putredo causa morb. tinctorũ.

Si ergo morbus tinctus, emortuum corpus est, quod corpus mater illius morbi existit: scire deinceps conuenit, quæ ratio generationis sit? vt in homine ista tinctura fiat, quæ hominem in aliis corporis partibus quocunq; incidit, tingat. Tinctura autem plùs est, quàm colores illi qui ex exemplo intelliguntur. Hi enim emoriuntur; illi autem emortui, à morte resurgunt, & in generationem aliam contendunt. Inde color viuificatur. Porrò autem res quælibet emortua (quæ tamen semen sit) cœlo subiecta est, si in terra, hoc est, in Elemento iaceat. Quod autem in terrâ conditum non iacet, cœlo quoque (de semine loquimur) non subiicitur, & putrescit ac emoritur. Iam si sanguis aut aliud in corpore hominis dissoluatur, id in homine iacet, & cute integitur, hoc est, iacet in terrâ. Ex hoc ergo morbus enascitur, velut herba ex terra: non ipsa quidem forma eius, sed tantùm colores. Hinc fit, quòd sectio istius venæ ac loci, huiusmodi morbum tollat. Nam in ipsâ iacebat: sicut pluribus in curâ traditur. Si ergo corpus, hoc est, sanguis, medulla, succus, mucilago, synouia, aut quidquis aliud in corpore, ita emortuum est: tunc cœlum imminens operatur in ipso. Iam verò semina inter se diuersa sunt. Quæ ex carne aut substantia proueniunt, in nullum tincturæ colorem abeunt, sed in suis locis manent, & ibi putrescunt. Hinc oriuntur vlcera, de quibus hîc nihil agitur. Si autem corporis succi putrescant, ex illis fiunt tincturæ hæ, quibus corpus coloratur. Sic ergo tinctorum morborum duo corpora existunt: succus scilicet, & substantia. Succus est liquor. Substantia est os, sanguis, caro, adeps, &c. Insuper & varij sunt succi in corpore. Hic enim est mucilago, ille est Bitumen, is est oleosus, iste vndosus, hic talis, ille alius. Pro cuiuslibet autem conditione gradâtur etiam colores, & in quod propendent, in id vi cœli ducuntur: *hic* in Lepram, ille in Morpheam, *iste in* guttam Rosaceam, alter in pruritum, &c. quo pertinent etiam, qui cutem, ossa & carnes exedunt. Quia enim tincturæ sunt, ob id sunt etiam corrosiua propter vim salis. Horum tamen morborum hîc mentio non fit. Tractamus saltem de tinctis morbis, in corpore manentibus, qui ipsi tamen etiam prædictis externis morbis similes existunt. Intrinsecus enim membra & ligamenta &c. quoque exedunt & erodunt, licèt abditè & inuisibiliter.

Semina tincturæ vt diuersa sint.

Tincturę vel sunt substantiæ vel succi.

Succi corporis quotuplices.

Tincturę sunt corrosiuæ.

Quâ verò ratione Artista in Metallis laborans, eadem in colores alios transformat (nec verò in metallis tantùm, sed & in aliis mineralibus) ita hoc casu Artistam cœlum agit. Ab vtriúsque autem vna eadémque ars seu operatio imponitur. Sicut enim Artista per Vulcanum, hoc est, per igneum Elementum illa excoquit: sic cœlũ coquit per solẽ, Sol enim Vulcanus est

Artista & cœlum vt similes.

Sol Vulcanus cœli.

cœli

Plumbo albū flauum & rubrum inest.

cœli, in terra coquentis. Quodnam verò. Artistę officium ac labor est? vt in plumbo scilicet albedinem, flauedinem & rubedinem quærat ac inueniat. Si ergo hi quoque Artistæ cœli, Saturninias partes in Microcosmo tractēt, tunc per operationem eorum fit, vt huiusmodi colores producantur, sed ad morbum hominis. Nam si iidem in metallis quoque quærantur & mineralibus, is eorum morbus existit: Metallum enim ipsum quoque similiter in sua operatione dissoluitur. Artista in Venere quærit viride & lazurium. Si ergò Venerei Artistæ, Venereas partes in homine apprehendant, vt per transmutationem illam colores quærant & eliciant: iam morbus tinctus præstò est. Et nisi partes Planetarum exactè noueris: fieri non potest, quin in cura longè aberres. Hìc enim basis sita est. Eadem ratione in Marte Artista quęrit colorem rubeum, violaceum, & croceum. Similiter & Artistæ Martiales in homine eosdem quærunt ac operantur etiā colores, vtcunque aut in morbum corporis, aut vulnus abeant. Ita Mercurius promit Lazurium & rubeum, & flauum. Similia & artifices Mercuriales in homine fabricant, si in Microcosmo mineram arripiant & Athanar, Vulcanius autem ignis ipsorum Sol existit. Luna candidum, cyaneum, & nigrum dat. Hæc eadem in ipsa quærit etiam Artista. Sic eadem Luna quoque fabricat, si in homine Alchimica euadit. Sol Amethystinum, Violaceum, purpureum promit, & cæteris æqualiter operatur. At hæc est Physica, & Philosophia & Theorica, quibus morborum tinctorum origo cognosci debet. Cholera cognitionem nullam præbet. Itaque deinceps oculos aperite pleniùs.

Colores qui? in quibus Planetis? scilicet in Venere.

Marte.

Mercurio.

Luna?

Sole.

Colera non est causa tincturę

Hoc nihil obstare debet, quòd res inuisibiliter fiat vel eueniat. Inuisibile enim peritum doctúmque artificem reddit: non item visibile. Pictor vel aurifex florem facit visibiliter. Eundem Sol etiam profert, sed aliter. Vter verò horum artifex videtur vobis optimus? An non Sol? Imò. Huius ergò licet operantes manus non videas: ex operibus tamen, quæ promit, eas æstimare & potes & debes. Operibus enim credi par est: hoc est, res facta persuadet ipsam ita fieri debuisse. Pari ratione Metalla quoque & mineralia vides, & tangis: non tamen similiter etiam in homine. Et tamen nihilominus in homine in existere, opera restantur, quæ prodeunt. Hęc nimirum germana ac vera est Theorica, hęc Physica: in his Medicus suum lumen adipiscitur. Microcosmus enim minor mundus est, in hoc præcipuè, quòd omnes in se mundi partes complectatur. Hinc creatura est omnium nobilissima. Et quis credere possit, in semine Euphragiæ latere talem colorem, formam, folium, &c. Nemo certè, nisi qui videat, illa ex eo enasci. Opera faciunt, vt ea credantur. Manifestant enim, quę latebant. Ad Medicum ergo spectat, res inuisibiles ipsis visibiliùs non incertiùs cognitas ac perspectas habere. Qui verò visibilia non cognouit, is qui sciet inuisibilia? qui istis credet? Opera & experientia vt credantur illa, faciunt. Penes imperitos credulitas nulla est. Credunt autem peritis. Peritum ergo esse Medicum conuenit vt sciat, quod credere debebat. Credere enim in Medicina aliud non est, quàm scire rerum inuisibilium opera, exitus, naturas, proprietatésque, non secus ac ipsarum visibilium. Sicut enim homo florem ex argento facit, & Artista colorem extrahit, & separat; sic eandem in homine quoque naturam existere, & talia opera perficere Medicus persuasum habeat: discriménque in solâ formâ est, quod vnumquodlibet suo modo se habet, prout habere debet. Et tamen omnia res vna sunt, nec differunt nisi in eo, sicut vna viriditas omnes formas dat, & tamen vnicus tantùm color est. Eadem etiam hìc ratio est.

Sol peritissimus artifex.

Mineralia omnia homini insunt.

Homo nobilissima creatura.

Medicus inuisibilium peritus sit. Credere in Medicina est scire.

Quòd si ergo tinctura, quo modo dictum est, ex suo corpore fabricata est: tunc color bonus adest tincturæ eius, quam summus Artista è suâ Minerâ in Microcosmo præparauit & extraxit. Tunc ergo tinctura in suo liquido iacet, ac colores distribuuntur à virtute penetratiuâ, quæ cuilibet Tincturæ inest: velut crocus, in aquam coniectus eam tingit. Tingit is autem multo magis, ac aquam multò exquisitiùs penetrat, si aqua cum ipso ebulliat. Et talis natura ebulliens in ipsis quoque corporis liquoribus existit. In quibus, si iam colores iacent ebullitio illa facit, vt ii expellantur & distribuantur, quousque Anatomia pertingit. Feruoris ergò & tincturæ natura in causa est, vt color omnes poros peruadat, qua quidem liquidum extenditur. Et cùm humida omnia sint, ideò erumpit is ad cutem. Cúmque Alchimicam Diaphinitatem & pelluciditatem habeat, ideò substantiam cutis, ossium, cartilaginum ligamentorum, &c. penetrat, quousque potest. Quilibet enim tincturæ liquor minera existit. Et vicissim, quælibet minera est Mercurius, sulphur & sal. Ex his color ille extrahitur, & subtilissimè præparatur. Hæc enim corpora si prępararentur, ex seipsis subtilia fiunt ceu sublimata, calcinata, reuerberata, destillatáque. Fiunt enim hìc opera inuisibilia more visibilium, ipsaque subtiliata corpora tinguntur velut pannus à tinctore. Hoc autem loco attendite, tincturam quamlibet suum corpus aliàs ita inficere, vt color fixus & constans inhæreat. Sic enim & à panno colores non eluuntur, aut color Orichalci, fundendo non decedit. Hìc autem colores iterum eximi & elui queunt. Pannorum autem colores ideò non eluuntur, quia nudâ aquâ, quę nimis inualida existit, tantùm tractantur. Quòd si verò capitella alborum Alkali adhiberentur, colores vniuersi eximi, & pannus natiuo suo colori reddi posset. Huius ergo morbi medicinam instar alborum Alkali esse oportet: aliàs color non eluetur. Hac ratione etiam ex Orichalco tinctura cadmiæ eximitur, & cuprum profertur. Per idem impeditur etiam probatio auri creati, quia scilicet lotio nimis exquisitè eluit, & rem in statum pristinum reducit. Et veluti fulmen argentum aurúmue eluit: ita æquè & colores ex corpore eluuntur, ratione pari.

Tinctura omnis est penetratiua.

Capitella alb. Alkali colores eluunt.

Fulmen metralla eluit

Sic ergo cœlum in homine laborator existit, res multas miraculosè aliàs quoque

Cœlum laborator mirabilis.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 670 sur 913

producens in iis rebus, quæ faciant vel ad vitæ longæuitatem, vel ad sanitatem, vel ad morbos, vel ad mortem. Sicut enim foris nascuntur iam violæ, iam Betonica, iam Flammula, iam Rosa, iam colchicum sub autumnum: ita natura quoque subindè operatur, ac vnum post alterum producit, vt cuilibet tempori sua iusta fiant. Pari vicissitudine cœlum quoque in homine varia operatur ac producit vnum post alterum, quæ omnia ad hominis, vel sanitatem, vel morbum mortémque vergunt, prout laborantis constellatio se habet. Nisi enim quotidiè huiusmodi in corpore flores renouentur, in eo non spes vitæ, sed metus mortis instat. Et hæc summa quidem Philosophia est quæ medicum format: quam): (è libris pleniùs petetis. Sic ergo cœlum circa res has versatur.

k (Supra fol. 94. * Quære suprafol. 94.

CONTRARIA SIGNA.

NOn pauca etiam de signis, quæ proferuntur, hic recensenda sunt. Signa autem ipsa Medicum quidem scire fas est, sed non, vt vulgus solet, verum ex fundamento Astronomico. Cùm enim morbus sit Astronomicus, aut Astronomiæ subiectus: ex hâc omninò necessaria cognoscenda sunt. Quanquàm autem tinctura quoque signa exhibeat: ipsa tamen pro fundamento habenda minimè sunt, sed tantùm iam factam operationem indicant. Futuræ autem operationis signa ex Astronomia desumi debent, sine quâ fieri nihil potest. Is enim demum verus est Medicus, qui operationes futuras indicare nouit. Præsentes enim ipsis oculis patescunt. Quæ autem in oculos incurrunt, ea pridem prædici & prognosticari decebat. Nam hoc verè ad Medicũ pertinet. Hâc ergò ratione, si vomitus, pectoris angustia, & signa similia alia in membris acciderẽt, hæc te non moueant, vt aliam morbi causam inducas. Id enim sic huius vel illius natura fert, quæ aut propensa est, ad vomitum, ad angustiam, ad plenitudinem, ad contracturam, ad fluxum, ad oppilationem, &c. vbi licèt quidem varia eáque diuersa signa exhibeantur: ipsius tamen morbi ea culpa non est, sed naturę & proprietatis ægri. Sic & alius ignis est in ligno, alius in resina, alius in oleo, &c. & tamen vnum Elementum ignis est. Alterum discrimen ex ipso corpore oritur. Sic hoc quoque loco. Signa ergo ista ad aliud non conferunt, nisi vt discrimẽ corporum prodant. Quod autem attinet ad morbi Planetam, ascendentem, constellationem, quæ hoc in casu scire Medico dignum est: id ex Astronomia petendum est. Id nisi fiat, Medicus in Chronico, Acutóque, ac in causa, & cura, facilè aberrabit, vt quid agat nesciat. Futuri ergo Medici ad Astronomiam diuertite. Quod si autem non Medici, sed auari esse malitis: quid huius sciatis tandem, nihil intererit. Interim, qui ignis vim & artem non nouit, is morbos hos cognoscere & curare minimè poterit. Quicquid enim agatur de morbo: gratias agere debet Deo, rem peius non cecidisse. Iam ad curam. Quoniam, &c. Quære]: [vsque ad finem curæ.

Medicus sit Astronomus & Prognosticus.

Cœlum Planeta, ascendẽs cõstellatio, &c vnum.

]: [Supra fol. 97.

DE COLICA.

CVm diuersæ opiniones ac sententiæ variæ de Colica passim iactarentur, factum est vt hinc diuersa quoq; eidem nomina inderentur. Sua enim peculiaria habent, Germani, Latini, Græci, &c. De nominum verò varietate difficultas Medico oboriri nulla debet: sed omnium vna omninò causa putanda est. A quâ ipsa etiam prouenit, vt Colica vel grauiùs affligat, vel leuiùs idque ex differentiâ motionis. Interdum enim à potu, interdũ à frigore, iam hinc, iam aliunde eadem exoritur. Et tamen hæc omnis varietas vno nomine cõprehenditur, videlicet Colica vel torsione. De quâ hoc capitulo pluribus differemus.

Colica quid: & quæ eius causæ?

Quælibet Colica est ventris ventus seu turbo, vndecunque concitatus, à cibo potue, à peregrinatione nocturnâ, à somni interruptione, à refrigeratione pedum, aut quâcunq; aliâ mutatione, à calculo vesicæ à per frigeratione ventris & alui obstructione, à retentione mensium, &c. Ex his enim omnibus colica nascitur, quæ tandem vel ex seipsâ desinit, vel tollitur remediis, vel terminatur in Paralysin. Eius ratio talis est. Dolor & torsio in ventre oboritur, intestina contrahuntur, & intorquentur, perit appetitus, sequitur vomitus ructúsque, vrina fit cruenta aut aliàs rubra, corporis calor comitatur, & similia multa eueniunt, quæ hic non omnia describi queunt. Istis apparentibus, colica intẽditur pro ventorũ copia ac vehementia, ac salis intestinorum resolutione. Ex his enim eadem vel breuior fit aut longior, vel lenior aut acutior. Ista plerunque sequitur membrorum resolutio & contractura, aut alia accidentia, vel acuta, vel chronica, interdum in mortem ducentia, prout turbinis ratio fuerit. Quæ omnia ex sequenti causarum enumeratione pleniùs cognoscenda sunt. Licèt enim ipse morbus quidẽ vnicus sit; multa tamẽ ac diuersa sunt, ad generationẽ ei⁹, quæ conspirant. Refert ergo hîc recensere ea, quæ causæ alicuius vim præstant, & cum primis causam palmariam ipsam, quę nihil est aliud quàm ventus intorquens se & conuoluens, sicut turbo in superficie terræ puluerem rapit, aut in vndis vorticem concitat. Fas autem est, hoc loco Theoricam omnem ac causarum explicationem, à veteribus in hoc morbo, quem in Iliacam, Colicam, Tenasmum &c. distribuerunt, definiendo traditam deseri, causamque omninò aliam, in ipsa scilicet naturæ luce fundatam, quòd nempè homo magno mundo similis sit, nec peculiare quicquam habeat, erui producique. Ipsius enim mundi ac hominis cum ratio tum cognitio vna eademque esse debet. Hinc ergò consequitur, colicam esse ventum, ex superiori sphęrâ incumbentem, & in 4. mundi partes exspirantem. His iam generatis & perflantibus, colica instat. Res autem hoc pacto intelligi debet. Compertum nimirùm vobis est, ventos quatuor in mundo sibi oppositos perflare: ac ex Meteorica didicistis, quî fiat, vt illi interdum spirent, interdum minùs, interdum inciatiùs com-

Colica vt terminari soleat Colicæ signa quæ?

Colicæ causa quę?

Hominis & mundi vna ratio.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 671 sur 913

commoti turbines euadant, omnia quatiant & arbores deiiciãt, hoc illóue vel loco vel tẽpore magis minúsue. Huiusmodi generatio quædam etiam in corpore humano fit, ac in ventre proditur. Venter enim chaos est, hoc est, est regio illa seu concauitas, intra cœlum terrámque ac mare relicta. Sicut ergò per chaos hoc venti tum terram, tum aquam transpirant: ita in ventre etiam iidem iam sursum, iam deorsum perspirant: quam flatulentiam colica sequitur. Iam verò globuli seu orbis ventris partes quatuor sunt: Meridies, Septentrio, Oriens, Occidens. Meridies vmbilicum occupat: eius ventus est AVSTER. Hæc colica Australis vocaretur, si colicæ nomen genuinum esset. Spiratio ab vmbilico est ad dorsum. In dorso viget BOREAS, indè versùs vmbilicum transpirans. Hi venti sibi inuicem oppositi sunt calidus nempe ac humidus, & frigidus siccúsque: & vterque peculiaris naturæ conditionisque colicam suscitat. In regione superiori, ex fundo stomachi EVRVS oritur, & versus occasum, nempè ad anum perspirat. Ex ano emergit ZEPHYRVS, flans ad regionem Euri. Vndè iam iterum duæ diuersæ colicæ, vna calida & sicca, altera frigida & humida generantur. Et hæc illa quatuor colicæ genera cum suis collateralibus ventis existunt.

Venter chaos hominis.

Ventris partes 4. sunt: & totidem colicæ. Vmbilicus est meridies & Auster. Dorsum est Septẽtrio & Boreas.

Stomachus est &c. Anus est &c.

Principium autem ac generatio ventorum ex naturâ congenita est. Sicut enim suo tempore æstas ac hyems oriuntur: ita venti quoque Euri, Zephyri, Septentrionis, Austriq; e statuto suo tempore incumbunt. Et veluti spirationis suæ tempus ordinarium iidem habent ita etiam quietis & tranquillitatis vicissitudinem experiuntur. Præterea autem duo quoque tempora ventris notanda ac scienda sunt, Æstas nimirum ac Hyems. In his enim vel magis vel minùs venti incumbunt. Et sic colica vel est æstiua vel est hyemalis. Pro his vt constellatio fit in homine, ita colicæ ille subiicitur. Colica enim pro ventorum generationis modo se habet, Qui si Meteoricè producantur, colica insultat. Colica autem præ ventis externis peculiaria duo experitur: primò, quod constellatio ipsius ventum gignens, per exteriora mouetur. Secundò, quòd venti illi cum dolore grassentur, cùm in abdomine incluſi eruptionis portam non habeant propter varia obiecta corpora. Et his præcipuè duobus peculiaribus homo à maiore mundo differt. Sicut ergo quotidiè in mundo venti spirant: ita similiter etiam in homine: qui tamen similiter in mundo plerumque consumuntur ita vt non ad modùm sentiantur. Nihilominùs tamen indies iidem producuntur. Hi huc non faciunt. Isti enim tantùm hîc explicantur, qui manifesti sunt & morbos pariunt, vt sunt procellæ, grandines, pruinæ, tempestatésque similes aliæ, quæ productæ in ventre eodem modo ceu in chao furiunt & grassantur. Quia autem venter intestinis plenus, ac insuper sensu acuto præditus est: ideò ventorum molestiâ & dolore torquetur, donec eos aut consumat, aut elidat excutiátque. Quâcunque ergo ex parte hi venti in ventrem incumbant dolorem modo prædicto concitant quem veteres Colicam & Iliacam vocitarunt, intestinorum quidem, non autem ipsius Philosophiæ ratione attendentes.

Ventris tempora duo.

Homo vt differat à mundo in colica.

Colica à loco ita dicitur.

Porrò autem de accidentibus colicæ ita attendite. Homo ex tribus constitutus est: Mercurio, Sale, Sulphure. Hæc iam sunt ipsius sanguis, caro, ossa, tendines &c. Venti autem dum perflant, ipsum corpus, hoc est, intestina ac regiones eorum corripiunt, veluti foris turbo domũ deiicit ac sternit, aut nimbum aliudve simile inuehit. Hæc dum fiunt ventus tria illa inuadit, & cum ipsis quasi conseritur vniturque. Per hanc permixtionem sal resoluitur, & in intestina defluit. Quod cum mordax, acutum, ac variis qualitatibus præditum intestina sensibilia inuadit ac vellicat, iam dolore venter lancinatur, sicut vulnus, quod sale conspersum mordicatur. Si verò venti sal non inuadunt, tunc confertim vnâ omnes foràs erumpunt. Vbi autem Sal resoluitur, dolor illicò vrget, non cessans priùs, quam sal pacatum & domitum sit. Quanquam dolores etiam inferantur à Zephyralibus ac Borealibus ventis, dum aut frigore percutiunt, aut vehementiâ impetúque labefactant. Cum quibus tamen si sal vnâ concurrat resolutum, dolores atrociores omninò & periculosiores corripiunt. Ex his liquet, colicæ curam pro ventis 4. quadruplicem existere. Tum etiam cura peculiaris debetur resolutioni salis si à Mercurio & sulphure separatum sit: velut alia etiam ratio est, si alia quædam incidant. Nam & venti constipant, laxántque, ac interdum supernè eructant, interdum in concauitatibus suis fluctuant. Cura ergo in genere duplex est: vna contra ventos; altera contra materiam, quam post se ventus relinquit. Nisi enim sedula cura ipsis ventis, ac resoluto sali impendatur: colicæ sanatio nulla impetrari poterit, nisi natura Microcosmi ipsamet aduersa consumat & tollat.

Homo ex tribus constat.

Salis resolutio colicæ causa.

Colicæ curaquotuplex?

Venti prædicti siue ex seipsis oriantur: siue ab hominibus producantur, subtiles adeò ac tenues existunt, vt omnes totius corporis lacertos ac poros peruadant, velut ventus parietem penetrat. Quâ alteratione membra omninò deiiciuntur & infringuntur. Cum his si sal resolutum concurrat, spiritus eius ventis adeò exquisitè permiscetur, vt cum his ad extremos vsque artus peruagetur. Itaque eruptionis impetu semel facto, mixtim illi duo perfluunt, dum exteriora membra proximè obsederint. Quo facto dolor ventris ipse quoque in membra effunditur. Huic vento & spiritui salis, quia membra resistere non possunt, ideò concidunt velut domus à vento strata; quam deiectionem contractura postmodum grauior leuióve sequitur, prout venti illi leuiùs vel concitatiùs impegerint. Nam pro naturâ Microcosmi & venti conditione ista omnia eueniunt.

Colica venti subtiles.

Colica vt in artus trãsferatur.

Pro conclusione ergo hoc tenendum est (*Quare* ***) quatuor dictos ventos definitas suas complexiones habere, nempe immoderatum calorem, frigúsque aut humiditatem, siccitatémque, quas deinde sequuntur trium primorum in suis Elementis resolutiones & coagulationes: pro quarum commoderatione sub-

*** supra fol. tot.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 672 sur 913

tilitas etiam penetrantium ſpirituum oritur. Membra enim alia reſoluũtur à frigore Boreæ, alia humiditate Zephyri, alia ab Euri ſiccitate, alia à calore Auſtri. Cura ergò contracturæ cuiuſlibet pro hiſce cauſis temperanda eſt, non tam propter ipſos ventos, quàm ſpiritum ſalis reſolutum. Cuius vnica hæc cura eſt, vt, quemadmodum lapſæ domus remedium vnicum eſt erectio, ſic hîc quoque contractum membrum erigatur. Singularis ergo cura eſt euacuatio ventris: ſingularis itidem erectio membrorum.

CONTRARIA.

Quære ¶. vſque ad finem 2. parag.

¶. ſupra fol. 104.

HIs hactenùs præmiſſis, iam deinceps in confeſſo apud omnes ſanos eſt, pro lunæ facie, ſeu ea recens ſit, ſeu plena, ſeu augeſcens, in homine hoc malum omninò concitari ſentiriq́ue. Quod cum, vt eſt, verum ſit: origo ac cauſa omninò noſcenda eſt. Cauſa verò hæc eſt, quòd homo intra ſe quoque, velut extra ſe, peculiare ſuum cœlum, ſimilémque conſtellationem habeat. Vnde fit, vt temporis euariationem ſentiat, non externo, ſed interiore. Nec enim cœli planeta vel me: vel te gubernat, ſed tantùm qui in corpore eſt. Et Aſtronomus, qui ex planetis externis de natiuitatibus iudicat, is hâc de causâ errat, quia iſti in hominis corpore nihil operantur, ſed tantùm internum cœlum ac planetæ id moderantur. Cœlum autem externum interni tantum index exiſtit. Homo enim ſe habet, vt craſſum ac ruſticum hoc exemplum docet. Suis vel porci eadem eſt anatomia quæ hominis. Ita viciſſim hominis eadem, quæ cœli. Sic intra nos quoque fiunt pluuiæ, tempeſtatúmque euariationes. Quę cauſa? Quòd eædem intra nos matrices, quæ extra, exiſtant. Hinc earum impreſſiones ſentiunt, qui vnius concordantiæ & conſtellationis cum ipſis ſunt. His iam conſtitutis, colicæ (antiquitùs ita vocatæ) cognitio ea tenenda eſt, quòd ipſius venti, quatuor orbis partium venti exiſtant, qui pro diſpoſitionis ſuæ conditione tormina & dolores cieant. Cœli ergò vim vt in colicâ, ſentimus adeò certò, vt verè dicere poſſimus, hominem hunc in hoc illóue ſigno, aut hac Lunæ facie moriturum eſſe: non vt Lunam exteriorem intelligas, ſed interiorem. Hanc enim tu ſentis, & ab iſtâ occideris. Interim negligentiùs id obſeruas, quia non, vt ventus externus interna operatio ſubindè ſentitur. Qui ſententiam hanc in ore habent, quòd Aſtra inclinent, non neceſſitent: hi malè ſentiunt & loquuntur. Nihil enim illa inclinant, cùm ad cœlum tantùm externum dirigantur, quod nobiſcum nihil quicquam commertii habet, niſi ratione præfigurationis tantùm. Ideò nihil quicquam etiam in nobis inclinat. Itaque otioſè id addunt, quod idem nihil neceſſitet. Quid enim cogat, cum in nobis non ſit? A ſuis aſtris cogitur homo, non à mundi aſtris. Aſtra enim hominis, ipſe homo ſunt. Et quod homo eſt, id aſtrum eſt, non ſupernum, ſed infernum, cuius præfiguratio tantùm in ſuperno exhibetur obiter. Niſi ergo inſitus rationi noſtræ ſpiritus corpus moderetur: tunc dominium in nobis exercet cœlum, quod in nobis conditum eſt, velut ventus in colicâ, qui flatus eſt omninò, non humor. Loquamur ergo de internis, & in hominum extranea non inuehamus, aut de iiſdem cogitationes otioſas ſubeamus, quod factitare Humoriſtæ ſolent.

Colica pro lunę facie fit:

Cœlum hominis hominẽ regit

Cœlum externũ hominẽ nõ regit. Suis & hominis anatomia vna.

Cœlum externũ non inclinat.

Aſtra hominum homo ſunt.

Sic ergo ipſa opera de rebus teſtantur, velut imago picta ſui prototypi cognitionem exhibet. Eadem etiam ratione domus teſtatur, ſe dominum eſſe, & quod teſtatur, idipſum exiſtere, nec aliud eſſe à ſe diuerſum. Et hoc pacto res ipſæ intelligendæ propriè ſunt, non extraneè, veluti ſi quis crucem geſtet, vt indè intelligatur, hominem illum huius vel illius ſectæ aut ordinis eſſe: ſed in ſigno ipſo acquieſcendum eſt, & dicendum, id eſſe linteum pannúmue, ad crucis formam ſartum aut diſpoſitum. Nam eodem modo & ventus ventris, ſigno ſuo, quod exhibet, hoc eſt, vento, deſignat, quòd ventus ſit. De vento ergò, non de aliis diſſerendum eſt. Iam autem quid ventus eſt? Id diſcitur ex magni mundi ortu, cauſiſque ac generationis modo & proprietatibus; demonſtratúrque, hominem ipſum Microcoſmum eſſe, ex 4. omnibus Elementorum creaturis conſtantem. Vnum ergò cum altero omninò conferendum ac explicandum eſt, ac Phyſica ipſa in hoc cogenda, vt Theorica ſimilis omninò inſtituatur in cauſis morbi conſtituendis, & his applicanda ipſa cura ſeu medicina, quæ ex Theoricâ dimanet. Hoc iam modo, quo ſigna ſe produnt; ea ipſa quoque Medicum, qualem ſeſe gerere debeat, inſtituunt. Qui enim magnum mundum creauit is poſtremò ex limbo ipſum quoque hominem architectatus eſt. Et ſic ab eodem auctore vterque mundus conditus eſt. Qui ergò ventos Solémque & Lunam, cœlo externo indidit: is eadem homini quoque ingeſſit, & dixit *hoc eſto*. Ex quo omnipotentis creatoris mira bonitas elucet. Quid enim quæſo mundus uniuerſus teſtatur aut loquitur, quàm quòd Dei, ſui creatoris, ſit? Sicut enim ſtatua ſui ſculptoris aut plaſtis ſignum exiſtit: ita vniuerſæ Dei creaturæ quoque indicant, ſe Dei opera eſſe. Porrò autem Macrocoſmus viſibilis eſt: non itidem Microcoſmus, niſi in figura imaginis diuinæ. Cætera enim in nobis abcondita latent. Eodem enim modo ipſe quoque Chriſtus in perſona viſibilis fuit, ſicut Macrocoſmus oculis nobis conſpicitur. Et tamen viciſſim idem in forma alia inuiſibilis eſt, qui ne quidem id eſt, quod eſt. Ita & homo mundus eſt, nec, quòd is mũdus ſit videtur, ſed mundi ſignũ eſt: ſignum autem, non quòd homo fecerit: ſed qui hominem ipſum fecit, is & ſignum fecit. Cum ergò ita ſe habeat, ſignum eſt, quod opus Dei ſit, non hominis. Eadem & ventris & colicæ ratio eſt. Venti nimirùm præſtò ſunt & ſignum ſunt, quod non homo, ſed Deus eos fecerit, ſimiliter ac in magno mundo. Indignum ergò fuerit, ex ipſis homines humores facere, aut quid aliud de iis ſpeculari. Id enim non opus hominis, ſed Dei eſt. Et in id opus dirigendus omninò noſter animus eſt, ac ex eo Theorica ipſa conſtituenda.

Opera cauſis ſtantur.

Microcoſmus ex macrocoſmo noſcendus.

Homo ex limbo factus

Mundus de creatore ſuo teſtatur,

Chriſtus in perſona viſibilis fuit.

Et talem ſcitote curam.

Quantum

Colicę cõtraqrę?

QVantum ad curationis modum attinet: sciendum est, vnum dirigi ad 4 ventos, si in chronicum tempus vergere pergant: alterum resolutioni salis impendi. Sed quod tertiò contracturas ipsas attinet, harum cuilibet sua peculiaris cura applicanda est. In curâ primâ attendendum est ad 4. ventos cardinales; sub quorum quolibet sui collaterales comprehenduntur. Cura ergò vmblici posita est in *Sibeta & Egeso*: spinæ dorsi in *Sacernola* Orientis in *Falerno cum oleo*: occidentis in *Papauere* &c. Orientis colicæ hausus calidus vnus debetur: & duo item alii collateralibus. Meridianæ colicæ debetur inunctio calida partium priorum. Septentrionali illinitio dorsi. Et hâc ratione venti expugnantur, non clysteribus aut purgationibus adhibitis, aut concitato vomitu, aut admotis balneis albòque Græco.

Sibeta & Egesus curant colicam vmbilici.

Sacernol spinæ.

Ad sal autem (quæ cura grauior est & laboriosior) eiiciendum opus est, vt post ventorum discussionem, enolam campanam administres, idque sensim, nec præcipitanter ad Rhabarbarum, colocynthidémue & similia diuertas. Sal enim vim nullam fert: & iam per se in viis exitûs hæret. Expulsionem ergò illius si moliaris iis remediis quæ aliud nihil, quàm sal pellant, non malè succedet molimen. Si verò vnâ cum sale alia quoque pellas, nihil admodum proficies. Sal enim à stercoribus & alis reiectaneis, eductioni ineptius redditur. Itaque syncerum relinquendum est, & à cæteris sordibus separatum, vt à suis purgantibus commodiùs eliciatur. Quando autem tractum & euacuatum satis sit, id sanitatis signa expedient.

Sal in colica purũ extrahẽdum.

Tandem ipsa contractura per confortiua ita adimenda est, vt virtus ac robur sustinens partes intrinsecus foràs egeratur & diffundatur. Confortatiuum id est, *Aurum solutum in vino centrato correcto.* Quòd si verò membris conueniens humiditas deficeret, eam Balsamus cum Galbano aut oleum vulpinum cum vino correcto sarciet. His omnibus præstantius est oleum serpentinæ, quod membra ipsa non saltem expedit, verùm insuper etiam sine auro perfectè sanat.

Aurum solutum membra roborat. Balsc̃um Galbano & ol. vulpinum cõtracturã curat. Ol. serpentinæ &c.

Cætera autem ab ipsâ experientiâ prompta remedia hîc quidem non elimino, sed suam cuilibet laudem integram relinquo. Hoc saltem moneo, vt ordo iste triplex studiosè obseruetur, & suo conuenienti experimentum quoduis administretur, ne & medicinæ simul certa macula inuratur, & ægri status in peius subindè deducatur. Remedia ergò quilibet ex suæ conscientiæ scrinio proferat. Penes me enim vniuersa non sunt. Noui multa, quæ aliis proba habentur. Sunt etiam, quæ ne quidem vnquam noui. Itaque vt optima vndecunque seligantur, hîc monere volui.

PARALYSIS.

Fulgura qui in terra coquantur?

TEmpestates omnes ac fulgura ex cœlo incumbentia, in terrâ præparantur & coquuntur. Quod enim fulgur est, id ex terrâ desumitur. Huius ergo generationem ita attendite. Quâ ratione terra à cœlo sumit folia frondes & gramina, nimirum ex ipsius pluuiâ & rore &c. sic vicissim cœlum, quo alitur & nutritur liquido, id ex terrâ desumit. Et sicut terra naturâ suâ nihilo mutata, gramen fit ac folium, nemine id quidem vidente: sic cœlum quoque suam naturam continuat, nemine adspiciente. Nemo desiderat aut videt in terrâ id, quod in cœlum euoluit. Hoc autem in terrâ coquit terra, in cœlo coquit cœlum: hoc est, quod cœlum terræ dat, id coquit terra: & quod terrâ cœlo mittit, id coquit cœlum.

Cœlum ex terra, hęc ex illo suum liquidũ trahit. Simile v. trobique est in cœlo & terra.

Coctionis autem illius hæc ratio est, quod scilicet Sol, ac Planeta quiuis, & quælibet stella suum ex terrâ liquidum in sublime attrahat, vnus nempe hoc, alius aliud. Sic arbor florida suos flores, saluia suam saluiam, viride virorem, rubeum roborẽ à cœlo desumit. Vice versa idem etiam cœlo ac stellis singulis attribui debet. Sic enim & in cœlo quid est? quod suum simile in terrâ habet, & in terrâ est, cuius simile in cœlo viget. Aliàs enim fieri minimè posset, vt Saturnus in terra regnaret, si in hâc similis Saturnus non existeret, & suam exaltationem vtrique in eodem loco haberent. Interim Saturni duo minimè sunt, sed vnus. Hinc fit, vt terrestris nutrimento sit cœlesti, & hic vicissim illi.

Fulguris causa & ortus.

Quod ergò iam in terra planetas attingit, ex eo generatur fulgur non pluuia. Quod enim in terra terræ cibus est, id in terrâ nunquam fuit, sed recens ex cœlo natum est. Ideò pluuia, ros &c. cibus terræ est, nec in terrâ prius fuit: cibus inquam terræ est, non cœli. Quod ergò alterius cibus est; ab eodem non prodit. Fulgur autem cibus non est; ideò ex cœlo non descendit. Descendit quidem ex cœlo, sed ex terra in cœlum primò ascendit. Sic ergo velut contrarium quoddam & causa morbi in terram, hoc est, in corpus descendit instar paralysis, quæ corpus infirmat. Hoc enim sensile est, adeóque ipsemet homo. Terra verò homo non est, non est sensilis: ideò non morbus est. De fulgure ergo scire debetis, quòd è terrâ egrediatur, & Planetarum nutrimentum sit. In his fulgur euadit, hoc est, Medicè Paralysis, Astronomicè Fulgur.

Defectus duarum (vt puto) paginarum.

Creauit ergo Medicum, & huius manibus cœlum indidit. Si ergò manibus tenere cœlum is debet: necesse est etiam vt sciat ipsum Alchimistam cum omnibus eius arcanis. Quid enim Alchimia aliud est, quam cœlum inferius, separare sciens Solem à Luna, diem à nocte, medicinam à veneno, vtile à stercore: & hoc facto iubere potens, hoc fac tu, tu illud age. Qui enim principia ignorat, quid is sit in fine vel suis operibus? Codrus nempè erit, egeno egentior, & suismet nugis se exatians. Quæcunque homo facit, eadem isti quoque Planetæ faciunt, sensu tamen procellúque Alchimistico. Sicut ergo Alchimista quærit sal petræ in nitro, Mercurium in stercore, sulphur in igne: sic idem quærit etiam Firmamentum, quòd Vulcanus est inuisibilis. Hoc si tria corpora conquisiuit & comparauit, ictus oritur, quem cœlum fulgur Alchimista autem Bombardam vocat. Nam & hic fulguris producendi professatem habet: de quo in Magiâ, quæ Alchimiæ. Philo-

Alchimia quid?

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 674 sur 913

Magia Alchimiæ Philosophia est. Alchimia cur Nigromantia dicta?

losophia est. Ex cuius arcanis prodierunt vesani illi, qui illam Nigromantiam vocitarunt. Verè autem Nigromantia dicitur, quæ à primis incunabulis Alchimia fuit: & nomen à nigrore deductum est, quod instar carbonariorum mystæ eius incesserint. Nigromantici enim omnes sunt, qui Vulcano deseruiunt. Ex imperitiâ ergò & inscitiâ illi superstitiones Nigromanticas, & artem furiosi exercitus vocitârunt, de quibus plura hoc loco non disseremus.

Quare contraria ☽ ☾ Vsque ad finem. ☽☾ supra fol. 111.

Item quare curam.

Quòd si cerebrum, pulmóque ac cor &c. feriantur: quis damnum sarciet? Quis virtutum cœli, in vitam ipsam impressas noxas emendabit? Id tamen cœlum alterum prestare potest, vt, velut aqua ignem, sic id paralysin auertat à membro, quod corpus suum nondum perdidit, hoc est, si domus nondum vniuersa conflagrauit. Id autem ita fieri ac esse debet. *Quare ♈ ♈.* ♈♈ supra fol. 151.

LIBER
DE PODAGRICIS SEV EIVS SPECIEBVS ET MORBIS ANNEXIS.

THEOPHRASTO AVCTORE.

LIBER I.

Ad Lectorem.

Auctor, qua pulsus causa de podagr. scribat?

EQuæ verò mea temeritas ac fiducia est, quòd de podagrâ scribere audeo, quæ tamen à nemine Medicorum verè aut descripta aut curata vnquam est? Multi enim garritus, pauca eorum opera fuerunt. Hæc nimirùm mei ausus causa est, quòd videam, aduersarios meos tantis encomiis & honoribus onerari ac cumulari, tantúmque in ipsos spei ac fiduciæ poni, quasi ipsi soli veritatis oracula funderent, ac verba eorum mera Euangelica essent, cum tamen inscitiâ fœdâ & putidis nugis omnia ipsorum verba & iudicia polluta sint. Hoc inquam est, quod dolorem mihi incutit, quia nempè videre cogor, mendacia publicè, ab omnibus certatim, iunioribus & senioribus tanti æstimari colique, adeóque rem eò rediisse, vt contra iactatorum illorum imperitiam, stultitiam, erroresque ac assentationes nemini ne quidem hiscere licitum sit, Nam si quis contra ista, obloquatur, vel obiter, hunc expeditâ sententiâ ad extremos vsque carceres illicò damnant & exportant, vt nimirùm hoc pacto Satanæ ac ipsius filiis suum regnum saluum & internum perstet.

Quæ verò, ô Principes ac patriæ antistites, quæ inquam vestra ea cura est? quòd tam oscitanter salutem tam vestram, quàm plebis & vestrorum subditorum satagitis, dùm persuasum habetis, eos Medicos probos peritosque esse, ac fuco omni carere, qui tamen non nisi suos vermes nocentissimos vbique excludunt & intrudunt, iisque malis Rempubl. modò non miserè opprimunt? An non, quod censura cumprimis acri dignum erat, supinè negligitis, & leui pede transilitis? Quod minimum est, id censetis, ac ex cumino (quod aiunt) vectigal paratis. Quod maximum autem & grauissimum, in id curâ nullâ animaduertitis. Nam quia conscientia vos exstirpatores & excisores malorum omnium prædicabitis, cùm tamen fraudem summam pictorum medicorum istorum tam patienter toleretis? Quæ enim vspiam facultas dãnosior hodiè & flagitiosior existit illâ, quæ corporis adeóque ipsius rationis, ac vitæ huius curam prætendit? quæ inquã ars nequitiâ cumulatiore turgida & conferta est? Verè enim ac ex animo dico, nullã ex omnibus huic similẽ vspiam reperiri. Et nemone tandem attendet, quàm flagitiosam vitam agant hi, qui Doctores creantur, nec tamen vllum vnquam ægrum sanitati restituerunt? Quo quæso in censu habẽtur ipsi, quos carnifices, monachiq, ac Moniales tamen arte ac successu longo superant, suámque ordinem factitando Medicinam laudatius tuentur? Quo tandem quæso iure, quo prætextu, quoue animo huiusmodi homines extollere audetis, quorum tamen facultas, mera opinio, putum somnium, ac labyrinthus inextricabilis existit? Et quæ ea vestra excæcatio & insania est, quòd dicentibus illis, Podagræ nullam curam aut medicinam esse, astipulemini: cùm tamen id commentum tantùm sit eorum, quorum cerebrum asininum, sanius nihil & conuenientius promere didicit? Et hoc idem delirium cum ipsis deliravit hactenus tot sæculis medicorum pars maxima, quorum mens sanior suis Coryphæis non existit: adeóque coruus coruum longa successionis serie progenuit. Quæ autem ea fraus ac iactura est, tam nobilem ac humano generi præstabilem facultatem, támque insignem eius laudem & vtilitatem à torpidis istis Academiarum alumnis obscurari, reprimi, pessundari? Et parùm id quidem sit, ad tot cædes & latrocinia vos prouinciarum Rectores tantopere conniuere? Nec enim de Podagrâ saltem hîc loquor, sed de morbis etiam cæteris omnibus vniuersim, in quibus ipsi aut canes muti sunt, aut conquisitis vndecunque verborum fucis, vos ipsos ac vestras vxores, liberósque, & subditos bonis, corpore, ipsaque vitâ nefariè mulctant. Et cur ipsarum Academiarum pompa fastusque tam insolens vos admiratores tam diu detinet? Nec enim hæ aliud, quam mendacii velum ac ornamentum testimoniúmque emptitium obtendunt. Itaque oculos tandem aperite, ac inanibus titulis vobis deinceps imponi minimè finite. Fieri enim potest promptissimè vt Doctor simul morionem præstet. In morione verò etiam nequam locum inueniat. An verò ad testimonium id non satis est, quòd, dum morbos vestros tractant, integris diebus ac noctibus nihil

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 675 sur 913

nihil quicquam proficiant, sed meros fumos, ac suaues nugas, & ænigmata cæca subinde iactent & venditent, & insuper ex vobis ipsis expiscentur, quod te docere debebant? Nam in te primùm suæ illi experimenta faciunt. Et quà quæso cum fronte te iis committere ausis Doctoribus atque Magistris qui studiis suis diffidentes, quod scire iam pridem oportuit, ex te primum scisciantur & percontantur Adeóque à te primum Doctores ac Magistri fiunt? Interim, quod probos ab istis temerariis iugulari censes? Et hi ludi aut ioci sint? Tu Cæsar attende. Nisi enim tu solus, quod debes, in hæc animaduerteris: homicidium nullo vindice designabitur. Passim enim numerosis affinitatibus, ac amicitiis, patrociniisque frequentibus se illi ita muniunt, vt obloqui aut contradicere ipsis nemo audeat, nisi tu hoc Cæsar facias, qui sanguinis illorum te reum non facis.

Cur verò hæc commottore animo scribam, id iudica Lector, Facilè enim diuinare potes, quòd quæ hic loquor, ad multos pertineant. Ac cur de Podagrâ edens, talia præcipuè obiiciam, causa hæc non leuis est: quòd, vbicunque vocatus consilium ac artem meam impendo, ipsi præsentiam meam indigne ferant, suisque me passim nugis ac assentationibus apud credulos inuisum reddant, ac nescio quæ argumentorum fulmina detonando suam Medicinam omnibus impudenter venditent, meúmque curandi processum quem tamen ne ex extremo quidem apice intelligunt, aspernentur & eleuent. Multis verò machinis opus est, ad mendacium, quod notorium est, velandum. Itaq; & ipsi tandem pudefient, suámq; in me exagitando artem prodent, mihiq; admoto semel aratro agrũ suum latius vertendi & vastandi occasionẽ dabunt, vt is deinceps purũ triticum ferat, quem alias ipsi lolio mero & zizania conserere sueuerunt. Theoph. cur Medicis aduersetur?

Quæ ergò ad te scribo & emitto Lector, lege & euolue. Non enim tuo illa saltem desiderio facient satis, sed mea insuper cum illorum scriptis conferendi ansam tibi fidissimam porrigent. Interim in proposito meo pergere, & scripta illorum contraria præstolari mihi præpositum est. Datum, &c.

NARRATIO
LIBRI.

ARGVMENTVM.

Theophrasto Auctore.

DE Podagrâ tractare hic meum institutum est: quæ morbus est, occupans capitis iuncturas, seu commissuras duorum ossium coeuntium, Cartilagine aut medio alio iunctorum, veluti os est nasi & frontis: item quod Galaxicis poris diuiditur, item ossa ceruicis, maxillarum, amigdalarum, menti, regionis aurium, oculorum, & horum orbitæ. Tandem vbicunque in capite huiusmodi coalitus & diuisio ossiũ aut porosa Galaxa apparet, ibi sedes podagræ esse potest. Podagræ quę loca sint?

Sic pariter a collo per vniuersam spinam, & omnia ossa axillarum, humerorum, furcularum, ac spondylos omnes vsque ad coccygis os, vbicunque articuli intercurrunt qualescunque ibi Podagra sedem figere potest. Similiter & in costarum exordiis, ac terminis, vbi vbi cartilaginibus ossa vniuntur: in thorace itidem ac omni pectore, vbicunque duo se inuicem ossa contingunt, podagræ matrices existere queunt. Eodem modo & in præcordiis, ac supernis furculis, & virorum craniis. Est enim caput compositum ex multis cartilaginibus, in quibus iacet podagra tantùm, sic itidem & in articulis, vbi duo ossa iunguntur, aut se mutuò ingrediuntur, vt in coxa & femore & osse sacro, & genubus, ac genuũ poris seu spongiis, & extremitate infernâ cruris, ac malleolis ac cæteris omnibus ossium coniuncturis Nam in his vniuersis Podagra sibi sedem figere solet. Præterea etiam, superiùs in brachiis, vbi os humero inseritur, in cubito ipso, & eius omni ambitu, in carpo, & omnibus eius inanitatibus, in manibus, digitisque tam pedum quàm manuum, atque in rasletu omnibus, vbi duo ossa vniuntur, tam internis quam externis, secundùm longum, latum & transuersum. Item sub vnguibus manuum pedúmque, in vola & planta, foris & intùs. In his enim locis podagræ ferè grauius affligunt, quod osiculorum ibi certus numerus congestus sit. Et hæc præcipua Podagræ loca sunt.

Similiter sciendum est, Podagram etiam in vesicâ, in renibus, in virga ac partibus similibus aliis consistere, vt quæ cum prædictis ossibus quadamtenùs cohæreant & familiaritate ipsis iungantur. Illis enim patientibus, hæc quoque affligi frequenter solent, non quòd Podagram propriam sentiant, sed quòd huius aliunde incumbentes dolores confertionis ratione suscipiant. Tales etiam in calce ac articulis similibus aliis deprehenduntur, ob ossium eo loco sitorum coniunctionem. Podagræ quę consensũ, in quibus partibus?

Dolores porrò Podagrici ita obueniunt. Quo loco mali radix condita est, ibi concitatur dolor, interdum à cibo potúque, interdum a periodis Lunæ & tempestatum, aliquando à nocte, idque cum tumore, calore, frigore, rubore. Tandem ac nouissimè materiæ magna induratio consequitur, qua artus à se inuicem diducuntur, & distrahuntur, ipsaque proportio membrorum Geometrica peruertitur, distorquetur, articuli occollascunt, indurantur, nodis & tuberibus asperantur, ac immobiles redduntur, nec flecti queunt: vbi omniũ postremò grana salis adeò magna & valida in articulis nascuntur, vt propter nimium eorum augmentum ægris pereundum & occumbendum sit. Podagræ signa quæ?

Hoc malo affectis varia quoque dolorum genera, varius signis se prodentia, obueniunt, eáque ferè dissimilia, nec semper imò rarissimè sibi consentientia. Ex quo censu id quoque est, quòd si medicina non idonea adhibeatur, sed experimenta applicentur, morbus se aliter non exhibeat, ac si Medicinæ simul ac ipsi Medico illuderet. Resque ferè eadem est, ac si quis infanti pomum ostenderet, non tamen porrigeret. Ita enim & morbus Medico imponit. Dum enim iam remisisse videtur, è vestigio cũ doloribus multò atrocioribus restlit. Sic ergo morbus iste omnium est nequissimus & versutissimus, qui Medicum ludos facit non aliter, ac si conceptis verbis doliisque ipsum bolo tangeret. Idemque hic ferè accidit, quod Domino cum morione suo colludenti: Podagra morbus dolosus, & nequã

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 676 sur 913

denti vbi morio Medicus eſt, Dominus autem morbus.

Morbus hic vel ſolitariè, vel cum morbis aliis affligit, abit, reditque, & vel vaneſcens adhuc præſens eſt. Neminem autem interficit, niſi in obſtructionem incidat, hoc eſt, ſi in ſuam deduci Anatomiam non poſſit. Tunc enim vitam expilat. Sed hoc inſtituti mei enarratorium iam finiamus. Deinceps autem trademus & deſcribemus: 1. Huius morbi cauſam. 2. Coniunctionem. 3. Paroxyſmum. Poſtremò horum omnium curam ad methodum primorum artificum ſeu Magiſtrorum, qui adhuc in viuis ſunt: quòd attendetis. Dolores ergo hoc modo diſtribuuntur, vt iam hoc, iam illo loco graſſentur, non vno loco concluſi, ſed variis miriſque modis diſſeminati & diſiecti.

LIBER
DE INVENTORE ARTIVM

VObis omnibus in confeſſo eſt, conuenire omninò ac decere, vt homo ſermonis ſui magiſtrum, ac ſcriptionis auctorem non diſſimulet. De parre enim ac matre ſuâ quid quæſo homo accepit, ob quod ſe iis ſimilem prędicare poſſit, niſi famelicum ſtomachum, ac rudem nudúmque animum, aut naturam, quæ nihil niſi nuda imago, morti ſimilis exiſtat? Ex ſe ergo quid faciet tandem homo, aut quouſque penetrabit, cùm niſi nudum & mutum hominis ſimulacrum is nihil ſit? Niſi enim aliundè quid datum promtúmq; accipiat, ex ſe domi nihil promere poteſt. Id verò, quod intrò in ipſum ingeritur ac infunditur, hoc nouit, & eſt. Priuſquam ergò ad capituli incepti deductionem vlteriùs progrediar, definiendum & conſtituendum eſſe videtur, quiſnam is ſit, ex quo homo diſcat, & tam arduis rebus informetur.

Homo imago nuda inſtitutione opus habens.

Multipliciter verò intelligi poteſt, quid id ſit, quod nos diſcere iubeat, hoc eſt, quod nos diſcenda doceat. Qui ignorans & imperitus eſt, is obuio cuilibet credit. Admiratio enim apud ſimplices adeò procliuis & expedita eſt, vt vel eruditulum quemuis facilè ſuſpiciant ac in pretio habeant. Ex quo ergo diſcendum nobis ſit, id omnium primò expediendum & conſtituendum videtur. Si enim ad placitum ac inſtitutum Auicennæ, Galeni, Hippocratis, &c. loquar ſcribámque: idem cum ipſis omninò manſero. Vnde, cùm ipſi nihil præſtiterint, nec me ipſum quoque præſturum quid præſtantius eſſe, conſentaneum videtur. Non ergo ex illis modò dictis, ſed ex vero genuinóque Magiſtro diſcendum eſt. Ex his enim ſaniora multò præcepta hauriuntur, quam ex illis, à quibus ſcholaſtici prænominati inſtituti ſunt. Ex illo ergo liquet, ipſos probos & frugi ſcholaſticos minimè ſe præſtitiſſe, ſed præmatur nimis fœdâ Apoſtaſiâ defeciſſe, ac ſcientiam omnem conſpurcaſſe, eidémque defectioni ſuos omnes poſteros quoque inuoluiſſe.

Admiratoribus omnia magna.

MEDICO vnde diſcendũ ſit, & ex quibus magiſtris?

Et hæc iſto fine indicanda ſunt, vt ſciamus, quibus tandem auctoribus fidem dare, vel minùs debeamus, ne fors incauti à præceptis eorum in errorem abripiamur. Multi enim ex inſtinctione cœli loquuntur. Et horum ſcripta mera verba ſunt, vſu ac commoditate omni carentia. Doli enim, ac impoſturæ, nimiſque reconditæ ſubtilitates ad Medicum minimè pertinent. Sed nec innata eruditio Medico vſui eſt. Ea enim Magiſter non eſt, in quem ſuum Medicus fundamentum locare poſſit. Multi ſunt etiam, qui ex experientiâ propria commentantur & ſcribunt. Hi, ſi experientiam nudam ponant iacténtque, tantum quidem commodant, quantum in hoc illóue morbo experiétiæ habent. Cuilibet enim experientiæ ſua definita meta eſt, vltra quam ea nõ extenditur. Itaque hæc Medico ſatis non eſt.

Auctores ac magiſtri tripli. ces.

Philoſophi & Aſtron. veri magiſtri diſcentium.

Cùm ergo iam dicta tria non ſufficiant Medico, quæ tamen oculis noſtris magna arduáque ac omni defectu carentia apparent: opus eſt, nos Magiſtrum certiorem & perfectiorem illis præferre, qui omni maculâ & defectu careat. Is autem ſunt res eæ, quas Philoſophia & Aſtronomia vtriuſque globuli tractant. Hæ enim Medicum conſtituunt, integrant, & perficiunt. Characteres autem ac literæ earum ſunt Chiromantia, Geomantia: Pyromantia, &c.

DE LIMBO.

Limbus eſt ónia.

REs vniuerſę inuiſibiles fuerunt apud Deum, quæ iam viſibiles exiſtunt. Eæ omnes, quales fuerunt, in limbum vnum comprehenſæ ſunt, hoc eſt, in vnum corpus viſibile. Corpus hoc magnus mundus factum eſt: & ex hoc deinceps homo conditus. Ex quo ſequitur, hominem nihil poſſe, niſi quod priùs fuit. Hinc etiam liquet, Angelos omnium hominũ artes & neceſſitates nouiſſe, velut & diabolos. Sunt enim ex Limbo illo, ex quo homo cõſtitutus eſt. Ideò boni ſimul malique homines, veraces ac mendaces, humiles ac faſtuoſi in terrâ agunt. Simile enim ſimile producit.

Mundus ex Limbo.

Angeli cur naturę abdita ſciant?

Limbi primi parentes &c.

Porrò autem ad hæc conſequitur, quòd patres primi Limbi ex ſeipſis nihil didicerint, ſed ſine medio à Deo omnia, tam bona quàm mala propoſita acceperint, in quibus tamen ſeducti, ſeipſos Diabolos fecerunt, dum ſe Deo veraciores præſtare voluerunt. Ad hæc ergo ſequitur altera creatio Cœli & Terræ, Aëris & Aquæ. Ea ex his facta ſunt: & quod *in ſpiritu*, in naturâ Angelicâ, &c. habuerunt, id in hunc globulum ac ſphæram diſtributum eſt. Sicut enim regnum cœlorum in ſeipſo, in ſuis virtutibus: ita etiam cœlum in diuiſionẽ deductum eſt corporaliter, ab Angelico ſumptum.

Aſtra in mundo Angelico nulla.

Aſtra eſſentias Angelorum & Diabolorũ præſtant.

Angelica natura hominis, vnde Hominis Angelici quanta præſtantia.

Iam autem apud Angelos aſtrum nullum eſt, ſed ſolus Deus, in quem omnia procedunt, & ex quo creaturis omnibus ſuum neceſſarium affluit. Sed apud homines aſtra ſunt. Aſtra Deum non indicant, ſed naturam Angelorum. Et bona, angelos bonos, mala verò malos denotant. Hoc pacto Angelicam naturam homo ex cœlo aſſumit, & cœlo ſimilis fit. Qui nouit Angelos, nouit etiam aſtra. Qui aſtra nouit, & ſcit Horoſcopum, is ſcit nouitque vniuerſum mundum, is nouit ipſum hominem & Angelum componere, is eſt Lucifer in terrâ, is eſt Iupiter in cœlo & ſic de reliquis.

Sed ne non dicenda patefaciam hoc loco rem ita concludo, quòd homo ſit, qualẽ prædiximus, & quòd omnia creatura vnica ſint, quodlibet

Omnia sūt creatura vna

libet cum quolibet conferendo, ac sola mortalitate excepta. Quæ causa est, cur hic hoc, ille aliud nosca sciátque. De iis loquor, qui sine mortalibus præceptoribus discunt, & magistros suos caducos exsuperant. Qui enim à magistro caduco discit, is magis ac aliter quàm pro naturâ suâ Angelicâ discit. Et qui ita ex seipso proficit & progreditur, hunc iudicate eius esse Angeli, qui similis in ipso cœlo sit. Sic ergo nomina eruditorum in regno cœlorum ac Satanæ descripta sunt, prout quisque est. Hoc numero impleto, si Angeli omnes nati fuerint, dies extrema instabit.

Angelis omnibus natis erit dies nouissima. præceptores hominis duo.

Magister ergo, de quo dicere instituí, ex his duplex intelligendus est; Angelicus & Mortalis. Mortalis verò quid docet aliud, quàm quod primò dixi, meros errores scilicet, nihil perfectum? Quid enim in regno caduco boni sit? Et hinc procedunt etiam emergúntq; Doctores falsi, qui me ad scribendū irritant. Nisi enim præsto sit Angelus in cœlo, & hominis Doctor, ac robur sit; tùm nihil quicquam ab eo accipiendum est. Doctrina ergò vera sine præceptore caduco hauritur. Quæ si in discipulis fidis & constantibus ita viget: illos vos, qui ex caduco prodiistis, longissimis metis præcellere mirum non est. Nullus enim solidè ac verè doctus ex præceptore caduco emergit: sed omnes desuper ex alto gignimur, non ex nobismet ipsis. Et qui, vt diximus, desuper ita nascitur, is discipulos habet, qui suos & ipsi discipulos post se relinquunt. Iam ergo in his diuersitas est. Discipuli enim ex variis stellis ac Angelis nati sunt, quos suo modulo quiuis censet.

Doctrina vera vnde?

Sed vt ad Medicinam digrediar, idem eodē eodem modo tenete. Nisi enim, cœlū, ipsúmq; solum, Medicum gignat; quis vel minimam doloris dentium cognitionem habebit? Nemo. Et licèt homo quidem, qui illius Angeli non sit, consentaneum quid de illo meditetur ac proferat: quis in phantastam illum fiduciam collocabit vllam? Abscondita enim homini minimè patent, nisi quæ per sensus quinque ipsi offeruntur, quorum tamen nec semper is compos est, nec illi promiscuè omnia comprehendunt. Et aliud quidem de natiuitate supernâ homo sibi minimè persuadeat. Huius enim si particeps non sit, ne quidem tantillum sciuerit ac sapuerit. A mortali enim suo præceptore eò nunquam prouehetur, vt auctoris in loco aliquo ac gradu sit. Et licèt quidem sui præceptoris vim ac industriam vniuersam effusam hauserit ac doctrinam omnem subtilitatemque cum vniuersâ Rhetoricâ Sophisticâ ad vnguem didicerit: sortis tamen melioris non erit, quàm est spina iuxta rosas, quàm nemo attingit. Sicut enim flores campi enascuntur: talem hanc quoque enascentiam esse oportet. Nulla vrtica rosas gignit. Nulla rosa lilia fert. Suum genus quodlibet seruat seorsim.

Medicus sine cœlo nauci.

Homo non mutabilis aut simplex.

Quantò ergo certiùs lilium lilium, & rosa rosa manet: tantò ægriùs ipse etiam homo mutabitur aut alius educabitur. Hoc enim multò expeditiùs Saluia in Rutam conuerti possit. Quòd si quidem mutationem eius summis quibuscunque machinationibus molitus, meliorem ipsum redditum fors credas: videbis tamen ipsum ceu statuam, aut imaginem parieti astare, quæ nec loqui aut canere, nec ridere aut dolere, nec benè tandem nec malè olere sciat.

Et in hoc Naturæ ipsius lumen omninò positum est, in hoc id eluceſcit, quòd tales nimirum crescere, non ex nobis fingi debeamus. Et si hoc modo crescamus: semen huius crescentis rei in duo diuiditur: vnum in gustu ac spicis suis manet: alterum fit lolium. Id autem homo est, qui plurimi haberi vult, nec tamen quicquam pretij habet, extra hanc liliorum conditionem productus, & cum lumine mortis implicatus. Lumē enim ipsius naturæ æternum est quia ex Angelis descēdit, & in animâ, quæ morte caret, manet. Mortale autē lumen emoritur. Et hoc est caducus præceptor. Nec enim vel ars Mechanica, vel Musica omnis, vel omnis Geometria & Astronomia ac Philosophia emorientur: sed à morte suâ in illo lumine perpetuæ stabunt, & Angelorum instar perfectè in eo peritæ erunt. Quia enim Angeli Doctores, Magistri, Mechanici, &c. sunt artifices, &c. non est quòd animam pudeat ipsis similem existere, & perpetuò id manere. Ideò nos opera nostra sequentur, hoc est, in iis florebimus & crescemus ceu semen sinapis, in terrâ quidem humiles: sed in cœlo Angeli nostri in nobis habitabunt.

Lumen naturæ æternū.

Iam autem dicam de eo, quod in Medicinâ mihi obstat, nempè, lucem mortalem tanto nisu suas fraudes intrudere & disseminare. Taceo enim hoc loco Auctoritatem sublimiorem, de quâ mentio plenior alibi fiet. Nec enim vos per ista hoc loco confundere constitui. Et tamen hîc præceptorem meum indicare volo, num tantoperè vos illud mordicet, quòd à nullo præceptore informatus, sim Academiarum perduellis, vagantum crux, experimentatorum diabolus, &c. qualem me passim vos decantare soletis. Et scripta quidem vestra, deinceps contra me laboréſq; meos edenda seu proditura iam antè memoriter quidem teneo. Et tamen de me vos non triumphabitis: sed ego de vobis certum trophæum statuam. Interim hæ meæ præfationes, sub formâ capitulorum conscriptæ, nemini tædio sint. Proponent enim illæ vobis genuinum præceptorem, & in longè alias vos deducent scholas, quàm sunt illæ, in quibus merè coronati Beani sedent. Tu verò quidnam ex Asino finges tandem? Huic quicquid imponas, asini tamen more subindè rudere perget, sicut coruus crocitat, cuculúsque cuculat Sic ergo tiarati illi Beani instar coronatarum ciconiarum incedunt.

Theophr Epitheta ab aduersariis ingesta.

MECHANICA.

PRimi nostri instituti est, hoc loco describere morborum causam, & distributionem. Iam verò accretio est morborum Theorica. Nullus autem hominum adeò industriùs ex seipso Medicus est, qui gloriari possit, quod introspiciat ipsum morbi corpus, & eius materiam, incrementúmq;, ac denique penitam illius essentiam. Hæc quidem scire illos medicos decebat: sed tamen istorum imperiti omninò & ignari sunt. Si ergo scitu illa omninò necessaria sunt, opus certè est, longè aliud

Med. humores euacuātur.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 678 sur 913

fundamentum teneri ponique, quam (quos ij obiiciunt) quatuor humores: quos ipsi non tumidiùs fingunt, ac suis ipsismet oculis eosdem vidissent: & iuxtà velut lyncei obseruâssent, quid & quantum singulis momentis illi agant, quid rerum gerant, quî alterentur, &c. Cùm tamen ista omnia oculis penitus abdita & absconditа sint. Sed huius frontis sunt pleraque ipsorum mendacia.

Si ergò à me hoc capite rem ac fundamentum ipsum podagræ tradi postuletis, eius equidem Theoricam ita vobis propositurus sum, vt non ipsam quidem paroxysmi rationem attingam, sed Theoricæ rhombum exempli specie vobis obiiciam. Quod exemplum qui intelligit, huic omnium morborum causa ac origo explorata est. Est autem exemplum hoc, vt scilicet materiam corpúsq; &c. morbi aliter non æstimetis, quàm vt crescentia terræ & elementorum indicant ac exhibent. Illa si nouistis: morbum etiam iam cognouistis. In hoc anatomia condita est: ex hoc depromitur ipsa Medicina. Crescit enim medicina veluti ipse morbus. Simile verò alterius similis certa perpetuò Theorica est.

Similesimilis alterius Theorica est

Sæpiùs autem hactenus ac præcipuè in libro de caduco morbo: de Architecto cœlorum, (ibi de cunctis ædificijs cœli quid constituant) & de horum operationibus verba feci, sensu nimirùm ac fine isto, ne sapientiam vestram intendatis vltrà, quàm Philosophia ipsa docet. Hoc idem est, ac si dicam, proponite vobis fagum aut quercum, qui crescat. Tantundem enim, nec quid vlterius de ipso etiam morbo vobis sciendum ac intelligendum est, quantum fieri potest. Vna enim vtriusque incrementi ratio est. Quòusque verò arbores ac herbæ intelligi possunt: eòusque etiam de morbis inquirere licitum est, nec quicquam vltrà. Si verò vlterius, quàm ad hanc constitutam metam transeas: quem tandem te fore arbitraberis? Nihil certè, quàm Medicinæ impostorem, & veritatis practicæ temerarium violatorem.

Genera morborum tot quotspecies crescentiũ.

ANATOMIA.

ALiud hoc loco constituere non possum, quàm vt de corporibus istarum rerum tantum iniquiratis, quantum de crescentibus intelligere potestis. Ideò in Anatomiam penitiùs penetrate, vt ex opposito naturam illam quoque videatis, quæ huic morbo similis est ac quadrat. Vtriusque enim cœlum res vna est. Et sicut Mechanicum suum homo habet? ita suum habet etiam morbus, suum sanitas &c. Itaque quot Mechanici, tot homines.

Homosimilis creatæ naturæ.

Iam verò ad quem finem alium creata natura est, quàm vt in ipsâ homo consistat? Sic quos in vsus lignum & ignis condita sunt, quàm ad calefaciendum hominem, & ei paranda necessaria? & hinc iam liquet, Anatomiam eandem esse frigoris ac ligni, velut & artis coquendi & artis ignis. Cocus ipse nihil coquit: sed coquit solus ignis. Cœlum ergo vnum est in igne, & vnum in cibo. Duo hæc cœlum vnum sunt, & vnius Anatomiæ. Sic ignis consumptio est rerum, & tale eiusdem quoque cœlum: sic ei simile est cœlum: rerum ab ipso consumendarum. Per ignem autem intelligimus vim ipsius proprietatis. Per id quod comburitur, intelligimus potestatem eius, quod igni subiacet. Vtriusque tamen eadem Anatomia est, sicut præceptoris & discipuli. Præceptori opus est, vt Anatomiam habeat eandem, quam habet discipulus. Aliàs enim docere ille, & hic discere minimè poterit. Natura enim non assumit, nisi à naturâ sibi simili procedens. Videtis nimirum, lapidis & ligni coniunctionem nullam esse. Nec enim vna eadémque Anatomia vtriusque est: sed duo præsto sunt cœli cum suis Elementis. Sic nec ferrum ac cera iungitur, ex causâ eâdem. Contrà, quod ferrum domat, ferri Anatomiam habet. Quod ceræ conuenit ac quadrat, eiusdem Anatomiæ est cum cerâ. Et in hisce vnum subinde per alterum cognoscitur. Cera enim si in ignem indatur, perit. Si autem in Anatomiam morborum veniat, tum cera ignis morborum est, & consumit similiter. Qualis enim rerum exteriorum ad se conuenientia est, talis est etiam ad hominem, & in homine. (Quid domat ferrum? Solum ferrum, hoc est malleus: Item ignis, hoc est sua anatomia. Quid domat lignum? Culter. Quid lapidem? Securis. Quid consumit omninò? Ignis.)

Rerũ similiũ Anatomia vna est.

Natura assumit sibi simile.

Ferrum domatur ferro & igne.

Ad hæc ergo scitote, rosas esse Anatomiam sui morbi. Et sicut ignis rosas consumit: sic rosæ ignis itidem sunt, consumúntque morbos, quorum ipsæ Anatomiam ferunt. Ex Anatomiâ enim cognoscenda est potentia, vt sine quâ cognitio nulla existat. Potentia enim sita est in Anatomiâ morborum, & illorum medicinæ. Ideò species terræ sunt species morborum. Non ergo 70. sunt febres: sed quot species contra febres sunt, totidem quoque febres. Genera nimirum dant genera diuisionis. In illis sunt etiam diuisiones morborum, vnus nempe numerus, vna operatio. Et veluti tignarius facilè dispicit, quibus opus habeat, quidue huc, quid illuc quadret, vt rerum illarum Anatomia integretur: ita opifici illi similem etiam oportet esse Medicum. Domum enim exstruere Anatomia est integrationis seu perfectionis domus illius. Hominem facere, est Anatomia integrationis hominis. Sicut ergo homo hominem integrat ac perficit, nescius interim, vnde vel brachia, vel manus pedésue sumat: ita medicum quoque tale sperma habere decet, non membrum quodlibet, vt membrum. Et hoc pacto erit Anatomicus.

Anatomia docet potestiam rerum.

Febres tot quot species contra febres.

PHYSIONOMIA.

QVi res crescentes cognoscere satagit, is hanc operam dabit, vt cognoscat quod minimè videt. Nam quod & quantum videt, id nomine omne pensatur. Nomen nihil est. Sic nihil etiam est, quod videtur. Oculi enim externum tantum distinguunt. Externum verò nullum existit, quod interni non sit index. Sic nigri pili enati, similem naturam in homine inesse testantur. Sic rubri itidem rubram indicant. Rem enim oportet ex eo omninò

Nomen nihil est. Externa de internis testatur.

omninò prouenire, cuius ea est. Ita pyrum suam arborem indicat.

Corpus, propriũ vniuersa habet.

Iam verò rerum naturæ abditarum in arcanis ac proprietatibus vniuersis nihil est, quod proprium sum corpus non habeat. Ita homo ad furtum procliuis, corpus suum proprium habet, separatum ac diuersum ab eo, qui ad furtum minimè propendet. Et discrimen hîc idem est, quod albi nigrique. Quotiescunque enim dat mysterium aut arcanum, toties etiam peculiare corpus, & suum in isto corpore singulare signum. Corpus autem indicium præbet arcanorum & mysteriorum, in se conditorum. Sicut enim lignum se ipsum proponit & indicat, quod debeatur igni: sic quodlibet etiam per se corpus ac forma indicat, quò referri debeat. Et hoc in scholâ terendum erat, non Humores, Cholera, Melancholia, Sanguis, aut Phlegma,

Myste riorum numerus corporũ index.

Morbo cuilibet suus pe culiaris color.

Videtis scilicet vniuersi, ipsos morbos suam secum Physionomiam, ac colores, formámq; in generibus omnibus ferre. Sic in Ictericiâ color citrinus corporis morbum prodit, Ac vt cum hâc comparatum est: sic omnibus morbis suus peculiaris in facie color efflorescit, nullo excepto. Et hæc eò dicuntur, vt gradus colorum accuratè noscatis. Quos si distinguitis, iam ex solo etiam intuitu noscetis, in corpore quid lateat. Et veluti videtis, in Elephantiâ membrum adeò increscere & augeri, vt impossibile sit, id ex formâ cognosci: pari ratione nullum quoque morbum esse putabitis, quin is tale corpus, ac talem formam, magis minusue det: ea ratione, quòd omnis morbus ipsi corpori, extra quidem spermaticam formationem, formam aliam indat. (Formella id est, formam morbi & herbæ, secundum Physionomiam æquans vt Chelidonia.) Quod si ergò forma ac colores extrorsum abeunt, non ex naturâ spermaticæ, sed ex corporibus morbidis: æquum omninò est, id eo loco animaduerti & cognosci. Ex forma enim cognoscitur homo, & cætera ex colore Æthiops & Germanus ac similes alij. Eadẽ cognitionis ratio præualere similiter debet inomnibus Physionomicis punctis, quæ professio tota complectitur: cuius doctrinæ sunt, vt discas hæc signa rectè denominare. Febrem quidem ex rigore & tremore quiuis etiam rusticus cognoscit. Huius autem cognitionis medicum ipsum pudet. Nam cum notitiâ sublimiore incedit, cætera vulgatiora sibi probro ducens, si illis exquisitiora & magis ardua non nouerit.

Formel. formam morbi & herbęcõ cordat.

Medici cognitio sublimior est cognitio rustici.

Hæc omnia hoc fine recenseo, vt, si cum veritate & laude in hâc professione stare velitis, ratum habeatis, ex quo tandem fundamento deducendam esse putetis Theoricam, tam in cognoscendis morborum causis, quàm ipsâ medicinæ methodo cum certitudine constituendâ. Nihil enim est, quod non probetur. Sicut enim opifex quilibet per opera suam artem probat: sic res quælibet per formam, suam naturam testatur. Calix de sui opificis industriâ testatur. Vt ergò hîc de fabricatore suo testimonium dat: sic herba quælibet indicat suum creatorem. Is est Medicina simul & arcanum & mysterium. Non quòd calicis forma sola magni æstimetur: sed quòd per ipsum indicetur fabricator simul: vt hunc, qui calices quærunt, inuenire & indagare possint. Veluti ergo quodlibet opus suum artificem manifestat: sic pariter hic quoque forma ac color solus sui opificis opus existunt. Et talis est rerum cognitio, Medico cumprimis tenenda.

Opus testatur de artifice.

Forma & color opificis corporis notæ.

CHIROMANTIA.

Chiromantiæ laus.

MEdicinæ non est eadem ratio, quæ argutiarum sophisticarum. Ex prædicto enim naturæ lumine omnia defluere debent. Ex illorum ordine ars quoque manuum numeratur. Est enim ea testificatrix eorum, quæ ipsa Physionomia non demonstrat, hoc est, vitæ & huic adhærentium iudicium largitur ex iis, quæ in suâ naturâ & proprietate versantur. Sicut enim in Physionomiâ de coloribus ac formis audiuistis: ita præter eas hîc quoque effigiatio quædam est, vitam ac ipsius naturam exprimens, quæ ipsa quoque ex Angelicâ naturâ descendit, per medium medij astri ita formata & expressa. Qui enim non signatas manus habet, is in astris non est magnus, hoc est, multiplex, sed notatus tantùm ex parte aliquâ est, prout res ipsa indicat.

Chiromantiæ quid & vnde?

Porrò autem in istâ re gradus punctorum, magnitudinis scilicet & paruitatis &c. adeò subtilis considerationis est, vt satis perueſtigari, ipsâque periodus accuratè impetrari ægrè possit. Tramitis tamen notitia facilior est. Medici verò propositum est, non ipsam quidem Chiromantiam assequi prædictæ periodi, ipsam vitæ naturam attinentis, quæ nihil est aliud, quàm vitæ honor: sed omissâ illâ, probitatem & nequitiam naturæ totius corporis expiscari, id scilicet Medici subiectum est. Ea autem inuestigatio eiusmodi est, quòd ex Chiromantiâ producatur similitudo formæ in rebus naturalibus: quia scilicet nihil est in rebus crescentibus, cuius lineam homo sibi impressam non habeat. Quicquid enim viuit, id suum signum habet. Et hæc vulgari sensu *Signa Chiromantica* vocantur. Ista autem ad hunc vsum faciunt, vt per chiromantiam cognoscatur ratio vitæ & morum hominis, veluti prædiximus. Cum ergo homo ex limbo conditus sit, necessarium est, vt limbum quoq; quærat, hoc est, vt vestigium, quod in manu fert in eo loco, in quo est, inuenire sciat. Hæc enim vestigia sunt Medicamina, quorum vsus est. Et concordantia ista si non inueniatur, compositа vniuersa irrita erunt. Rerum enim omnium principium ac fundamentum hîc positum latet. Sicut autem videtis, per instrumenta sua opifices vniuersos suæ artis documenta præstare: ita ratione pari ipsa quoque Medicina per istiusmodi vestigia ac Philosophiam probari ac stabiliri debet. Sophista tamen hanc probationem detrectat ac auersatur, quam compositum eius non suffert: adeóque ipsius artificis sapientiaper hanc probationem exoleſcit & denigratur.

Chiromantia qui consideretur à Medico.

Manum intuemini. In hac est radix linea-

Lineæ crescentiũ omnium homini insunt.

Chiromantiæ vsus.

Homo ex limbo.

Chiromantiæ dignitas

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 680 sur 913

Chiromantiæ subiectũ manus.

rum ac rerum istarum, quas Chiromantia tractat. Non verò, quòd ex in solâ manu terminentur, sed ad vlteriores etiam corporis partes exundent. Easdem similiter & in crescentium manibus quærite: & ibi radicem earum, per corpus reliquum quoque sparsarum, inuenietis. Iam verò similis chiromantia, similem naturam indicat: veluti similis Physionomia, similem essentiam notabat. Et circa similem hanc naturam essentiámque Medicus probè versari, ac ex iis compositionem suam desumere debet. Limbi enim ea ratio est, quòd suam essentiam ac formam in creaturis omnibus, nullo mutato aut conuerso, seruauerit: vt scilicet ex ipso homo videat, ac inueniat id, quod, cũ deficiat, necessario sibi reponendũ sit.

Limbus naturam in omnib. seruauit.

CONCLVSIO.

QVæ hactenus à me proposita sunt, eò faciunt vniuersa, vt cognoscatis, de quonam tandem Medicum loqui, ac sua probare oporteat. Huius enim officium est, nihil ex seipso desumere, nihil non probare, ac cùm Theoricam tùm practicam suam instituere quouis tignario dexteriùs & accuratius, qui tamen ad oculorum exquisitissimam censuram omnia exquisitissimè vnit aptatq;. Nec enim ipsis hoc hîc diuerticulum proderit, vt dicant, Medicum nullum perfectum esse posse. Ista enim qui ita causantur Medici minimè sunt, sed Medicinæ potius errones & expositij existunt. Cogitate quæso apud animum vestrum, ô Medici, quæ ratio sit fabri, viatoris, & pictoris &c. In quibus licèt momenti adeò multum positum non sit: nihilominùs tamen ipsos integros & perfectos Deus creauit. Quanto verò id magis præstabit in Medico, ex quo corpus ac vita ipsa dependet, vt taceam alia his non ignobiliora? Quòd si ergò Medicus in schola suâ frequentior, ac in operis elimandis atentior probum pectus simul afferret, ac fabro ipso non ignauiùs in sua arte proficeret: his prætextis certè mendacijs vt suam inscitiam velaret, minimè opus haberet. Qui tamen interim à suis complicibus, ac rudibus rusticis ob notorias istas nugas nihilo improbior haberi solet. Quicunque certè aliquo Medicinæ defectu laborat: huic omninò deest, id quod iam à me propositum est. Vniuersa siquidem, quæ homo potest ac nouit, ex prænominato præceptore dimanare debent. Nam quid quæso aliud in homine inest, quam quod desuper in ipso crescit? Nihil certè quicquam. Nisi enim is prædictâ ratione se gerat in omnibus: nihili quidem erit, quicquid iactet. An verò doctrina ista ac ars Medicinæ magna non sit, quam cœlum docet ipsum? quam dictat ipsa terra? quam præcipit Chiromantia, Physionomia, & aliæ plures similes? Nam hæc ista naturæ lumina sunt, ex quibus discere & sapere fas est. Contrà autem, quæ illa tandem cæcitas, quæ seductio est? cerebrum at opinionem propriam sequi, quæ tamen solida haudquaquam magistra est. Magistra veritatis sola naturæ lux est, non cerebrum, non sensus nostri. Cùm ergò in viribus ac intellectu nostro momenti nihil positum sit: cur quæso illis tam obstinatè innitimur ac argutiis nostris fidem tribuimus, quasi ratio nostra Doctrix & Magistra absoluta esset, cùm tamen illam perpetuò tyronem & discipulam esse oporteat?

Medicũ Deus perfectum voluit.

Naturæ luxmagistra veritatis.

Hoc autem loco paucissima horum enumero. Legite, quæ traduntur de natis prophetis omnium ordinum, facultatum, belli, pacis. Inde cognoscetis, quâ ratione homo artibus & intellectu suo vtatur. Ex iisdem etiam patebit, quisnam in iis genuinus vel adulterinus sit, quæ cuiuslibet natura sit, & ex quo quisquam loquatur agátue. Ac vt rectiùs à vobis intelligar, solidè ac semper persuasum vobis sit, quòd optimi & veracissimi sint illi, qui nec cum Astronomis, nec cum Geomanticis naturalibus quicquam implicantur. Et hoc vobis memori in mente sset. Nam hîc quæcunque dissero, hùc faciunt, ex iis vt cognoscatur, vndenam homo loquatur & viuat? Ex isto enim cognito, quæ deinceps scribo, intelligentur plenius, non ex memet. Itaque etsi quidem in personam meam (quod existimo) odium aliquod coniecerit is: id tamen scriptis meis damno non erit. Et vestra repudiatio in ipsum vestrum caput recidet, ac agrorum culpa vobis, non veris ac genuinis Medicis imputabitur.

Natiprophetæ hoc est natura generat suos

LIBER SECVNDVS.

Materiæ, id est, Corporis Descriptio.

PROLOGVS.

Morbus est inuisibilis. corpus eius contra.

CVm iam deinceps de corpore podagræ dicendum sit: in præfationis huius vestibulo vos scire velim, quòd res omnes, quæ nobis vel benè, vel malefaciunt, lædúntque, non ipso quidem corpore suo, sed tamen in corpore opus suum perficiant. Morbus enim ipse inuisibilis existit, nec vnquam à quoquam oculis conspectus est. Corpus verò eius omninò visibile, id nimirùm est, quod nos cruciat, de quo querimur. Porrò ergò iam explicandum mihi incumbit, quâ ratione ex visibili inuisibile, hoc est, morbus cognosci debeat. Vt autem nulla vnquam perspicacitate ac oculorum intentione fabrum illum videre possumus, qui Lauendulam, Rosam, Lilium fabricet, vt Rosa, Lilium &c. sit: tantò minùs ipsum quoque videre oculis morbum possumus. Morbus enim per se solus faber est. Faber iste quod fabricat opus, hoc mihi hîc explicandum sumo.

Morbus faber est

Pulcrade fabro & operibus eius.

De corpore autem hoc constat, quòd corpus vnumquodlibet, nihil aliud, quàm res ac fabricatum opus sit. Quod à fabro exit, id caducum est. In ipso autem fabro mors non est, sed in eius tantùm opere, seu re fabrefactâ. Nam si faber fabricationem suam omittat: cessat etiam protectio à morte. Hæc enim finem tantùm & absolutionem rei sequitur. Labor autem, operis decentiam respicit. Sic cyathus, è quo bibitur, cauus esse debet. In hoc ergò officium, in hunc vsum ita fabricandus est. Sic Lilium in lilium fabricari debet alias arcanum ipsius deerit. Sicut enim homo fabricatur in conuenientem formam suam, propter animam: sic pariter rerum vniuersarũ ratio est. Corpus enim ac officiũ seu vsus res vna est: & sine corporis formatione

Forma rerũ propter vsũ Corpus ac officiũ vnũ sunt.

arcana

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 681 sur 913

Arcana ac mysteria esse non possunt. Forma etenim corporis procedit ex formâ arcanorum. Rem ita accipite. Cogitat nimirum faber, hoc vel illud, fieri debere ferrum. Iam forma in ipso est. Hæc indenda in ferrum. Donec ergò ferrum non est aut fit id, quod faber vult: tamdiu officium non est in ferro. Sicut ergo in rebus naturalibus fabricatio instituitur, & per fabricationem corpus emergit: ita pari modo etiam in hoc secundo de Podagrâ libro, corpus ipsum fabri, ex quo podagra fabricatur, indicandum & explicandum restat. De causâ enim & generatione huius morbi, nisi per dictam similitudinem, res explicari aut intelligi minimè poterit. Nullus enim vsquam est morbus sine suâ formâ. Quæ vtraque etsi quidem inuisibilia existant: suum tamen nihilominus sibi corpus cudunt. Et hoc est id corpus, quod Medici oculis ac manibus obijcitur. Persuasum enim vniuersis esse debet, quòd Deus in morbis, ac mirabilibus eorum operibus celebrari ac laudari minùs non velit, quam in floribus campi. Licèt illi homini aduersi sint. Videte tamen vicissim, hanc Dei omninò laudem esse, quòd volucres vniuersas is creârit, velut & vermes, araneas, basiliscos. Hæ enim bestiæ ipsi Deo laudi ac gloriæ minori non sunt, quam luscinia, vel pauo. Idem Deus creauit aurum, margaritas, gemmas: sed & vicissim venena, vt Arsenicum, Mercurium &c. Vtraque enim ipsi laudi sunt. Sic etiam laudi Deo est, quod sanitatem nobis largitus optatam est. Laudi tamen etiam sunt, quos immisit morbos. Vnum enim est magisterium vtrinque, fabricatio floris ac morbi: & vtriusque vnus ordo, vna ratio. Et sicut creauit Deus res sanitatem violantes: ita vicissim condidit etiam frangentes ægritudinem. Et sicut id admirationi esse non debet, cur homo à basiliſci intuitu moriatur: ita nec hoc, quòd ager ab vna medicinæ gutta sanetur & conualescat. Vtrobiq; enim magisterium vnicum est in frangendo & integrando. Et hyems in suis operibus quidem ipsa æstate non minùs laudabilis est, cùm ad Diuinorum operum illustrationem consideratio vtriusque apprimè faciat.

Morbus nullius sua formacaret.

Varietas creaturarum laudem Dei ampliat.

Basiliscus alia inter ſicit.

Hoc sine considerandâ hyeme est, vt Medicus in describendo suo morbo ordinem illum obseruet, quem tenet Philosophus in describenda generatione crescentium. Qui enim de generatione rerum naturalium tractat: idem tradit etiam de generatione morborum. Eadem ratione Medicus quoque morbum suum describens, docet ac indicat generationem rerum in terra & aqua. Solus enim Philosophus est, qui scribit & in suis scriptis non tradit, quæ ad Medicum pertinent: Et Medicus iste malè scribit, qui in suis operibus non ipsas horas ac minutias &c. omnium crescentium naturalium indicat.

Philosophus & Medicus quo differant.

Cùm ergò de Formatione corpus omninò considerandum sit, ac podagra ipsa vnum ex corporibus numeretur, de quâ re multa tradi possunt: ideò quod maximè necessarium est, primò aggrediemur, & ad describenda corpora descendemus. Corpora ipsa enim nobis suam sitim ac desiderium indicant produntque. Itaque cùm hoc ex Medico considerandus summum sit: diuisionem corporis faciam in naturas duas: nempe in Astralem, *hoc est, quomodo in Astris generetur corpus (Omnis enim formatio primùm est in astris, non aliter ac ferrum in imaginatione fabri)* & in Terrenam. *Videtis enim omnia opera astralia terram fieri. Terra autem est, quicquid dissoluitur & interit, vt Terra, Aqua, Lapis, Metallum &c. Ad hanc ergo corporum diuisionem sedulò animum aduertite. Genera enim sunt varia & multiplicia terræ, lapidum, metallorum: adeóq; multiplicia corpora, & formæ variæ. Quantum verò ad podagram hic requiretur, plenè enumeraturus omnia sum. Quam tamen propositam Theoricam vos morbis etiam cæteris applicabitis. Nec enim volo propositi saltem morbi istam rationem esse: verùm & aliorum omnium. Vale.*

Corpora vel sunt Astralia, vel Terrena.

Terra quid?

PYROMANTIA.

Pyromantia est Astronomia.

QVam hic Pyromantiam voco, ea recentioribus vocatur Astronomia cum suis cognatis omnibus. Astronomia enim secundum Philosophiam Pyromantia dicitur. Astrum enim cœli, est astrum ignis. Ideò sola hæc ignea Astronomia ars Pyromantica est, à veteribus Magis inuenta & producta.

Pyromantiæ ortus quis.

Cum verò in præfatione distributio corporum in morbis facta sit: eorum descriptio explicationi huius morbi iam proximè subnectenda est. Podagra enim est corpus summum inter omnes morbos, ex quo quod tractare instituì, omnium facillimè intelligi poterit. Quod verò in hoc morbo verum est: idem similiter & de cæterorum omnium generatione censendum est.

Omne, quod astrum est, corpus habet intuisibile, & tamen aliter se non habet, ac corpus, quod visibile existit. Ignem enim videmus, etiã ipsius corpus, quod lignum est. Hoc oculis nostris aspectabile est. Tale & astrum ignis est, licèt inuisibile: & tamen corpus existit.

Omne est corpus inuisibile.

Ignũ est corpus ignis.

Iam verò quæ ista similitudo est, quòd ignem ac astrum cœli confero? Ea vos nihil intricet: sed ad corpus morborum intelligendum vobis faciat. Videtis nimirum, aquas, nec præterea corpus habere aliud, veluti nec pluuia, &c. Interim tamen ex Elemento illo, quod aqua in se continet, fit corpus, hoc est, generantur lapides metalla, &c. Id & de cæteris similiter verum est, de quibus seorsim in suis capitulis.

Ex aquâ lapides, metalla.

Hîc iam de igneo astro attendite. In sole nihil est, nisi aridus fulgor seu radius. Is autem corpus habet, quod ratione nostrâ assequi possimus. Iam verò, quid assecutio seu comprehensio nostra est? Nihil, merè nihil. Hoc quidem verum est, nos in Solis splendore corpus non deprehendere: corpus tamen videmus in ipso, hoc est, ex ipso:

Solis splendor quid.

Vndè decidunt lapides? Ex cœlo: non quòd ij ex terrâ attollantur ac per aërem in cœlum euehantur, ibique in generatione suâ perficiantur. Hæc enim omnia vana. Terra ipsa & mare generationem suam seruant omninò. Nec quicquam aliud indè fit, quàm quod generant ipsa, vndè decidunt lapides ferrum, &c. Eadem Solis, aut ipsius Planetæ ratio est. Is generationem illam in se perficit in ipso id situm est, veluti istarum rerum proprietas docet.

Lapidũ cœlestiũ quæ generatio.

Similiter & corpus in Podagrâ fit, prout istæ generationes se habent. Non enim ex cursu motúue corporum, corpus Podagræ fit, sed ex

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 682 sur 913

Corpus podagræ vnde. Medicus pyromantiæ peritus sit Lapis & ferrum ex aqua: & hæc iterum ex illis.

cursu potiùs inuisibilium astrorum corporum corpora illa generantur. Et quot Planetæ, tot metalla,&c. Quanquàm hæc difficiliùs capiantur ab iis, qui Pyromantiæ gnari & periti non sunt. Et tamen, nisi Medicus approbè sciat & intelligat, quo modo ex splendore Solis corpus producatur, haud vnquam corpora morborum satis assequi poterit. Nec enim minùs ex aquâ lapis fit, quàm ex lapide aqua: non minùs ex aqua ferrum generatur, quàm ex ferro aqua. Et eadem cæterarum rerum omnium ratio est.

Corpora sunt duplicia.

Præterea, si arida terra flores suos campis extrudere potest: consentaneum est, ficca quoque astra idem non ignauiùs præstare posse. Peculiare enim corpus est ab Astris: & peculiare iterum à corporeis terris, quod deinceps deducetur planiùs. Ex his intelligi potest, quòd corpora morborum modo ac ratione astrali fiant: veluti, si Sol corpus generat, vbi corpus antè non fuit. Nisi enim ipsa astra faciant corpora, morbus nullus generabitur. Et licèt quidem id corpus non ex ipsis astris sit, sed ab alio corpore transmutatum: nihilominus tamen ipsum corpus Astrale morborum causa existit.

Corpora morbotũ astrali more generãtur.

NECROMANTIA.

Necrom. &c.

EXempla & similitudines per Necromantiam videte. Non enim inconuenienter ea hîc introducuntur. Quod enim de astris externis, idem etiam de Microcosmicis intelligendum est. Astralia enim corpora sunt Podagrica corpora. Et quod in pyromanticâ declaratione obseruastis: idem similiter & in Necromantia tenete, quòd scilicet sint duplicia ferra, duplicia aliorum omnium corpora: nempè vnum ex confluentiâ & parentali coniunctione iuxta naturam seminis productam: & aliud, sine parentali naturâ generatum. Et hoc corpus id est, de quo loquor. Non quidem quod hîc in podagrâ causa parentalis constituenda sit: sed omninò ponenda est extranea contra omnem coniunctionem, confluentiam, constellationem, Naturam, cursum, & similia alia, veluti & modo cursúque legitimo vnum ex alio nascitur, vnum aliud gignit. Hæc non parentalis conditio est ista, vel est istud corpus, quod hîc mihi tractandum proposui, ac ex parte aliquâ iam antè in Pyromantiâ explicaui. Iam enim deinceps id corpus planiore sensu definietur, vt notitiam certam hauriatis eorum corpora, quæ non parentalia sint.

Corpora astralia sunt corpora podagrica.

Corpus vel est parẽtale, vel non parẽtale.

Interstitium medio miræ generationis causa. Necrocosmicæ quid? & quæ earũ generatio?

Videte verò mirabilem naturam eorum, quæ ex Mediis interstitiis oriuntur contra omnem generationem & natiuitatem: veluti exemplum Necrocomiarum, quæ variè cadunt, indicat. Nec enim ex patre aut matre nascuntur: sed res sunt, sine patre ac matre omni, quarum nec materia iam vsque à primordio vnquam exstitit. Ac vt similitudine aliquâ vos de iis instituam, res alia non est, quàm si mutus aliquis verbum quoddam enuntiaret ore suo, quod ab ipso nunquam fuisset auditum, nec is id vnquam ex alijs audiuisset aut didicisset, sed is mutus esset, & tamen verbum pronuntiasset, antè & pòst, quam tamen pronuntiationem idem etiam nihil quicquam sciret amplius.

Sic ergo Necrocomicum hoc est: in cœlo sunt imagines, figuræ, & similia alia, quorum principium, *pater & mater*, nihil est; sed res supra & vltra paternam ac maternam generationem. Nec verò hæc in cœlo tantùm, sed in dimidio medio cœli sunt: & insuper nec in istis tantùm interstitiis sunt, sed deorsum etiam in terram decidunt, super herbas, folia, &c. arborum & similium. Et sic vel cum rore, vel sine ipso suo tempore multæ figuræ, formæque ac concomica signa reperiuntur, quæ & ipsa cum superioribus eodem ortu proueniunt, ac frequenter super homines, in eiusmodi lineâ ambulantes, decidunt. Sic qui sub nubibus ambulat, ab iis faciliùs corripitur altero, ibi non ambulante. Eodem modo sæpè etiam super vestibus reperiuntur varia signa, & multiplices figuræ, iam magis, iam minùs conspicuæ, iam obscuriores, & si quæ alia indies decidunt, minimè tamen visibiles.

Cocomica signa inhærẽtia & homines quos cadant?

Ita verò & Podagra Necrocomicum corpus est. Quâ enim ratione Necrocomicæ formæ cadunt seu fiunt: eadem etiam Necroastralia in corpore formas eiusmodi gignunt, minimè parentales, sed non parentales ex natura Cocomica. Secundum hæc ergò in omni Theorica, fundamentum est hæc Meteorica: nec Theorica Medica aliter institui potest, nisi Astralis philosophus pro natura Pyromantiæ & huic similis Astronomiæ eam dirigat. In hac etenim Theorica, cum parentalis minimè sit, Necrocomica saltem Meteorica præpollebit: in qua tamen noscenda ac æstimanda neminem moueat aut offendat crassa illa & immatura rerum cœlestium descriptio, ab Aristotele & Alberto nugatoribus relicta, qui auctores rerum istarum studiosos intricant pariter, ac genuinum cursum artémque obscurant ac præstringunt suis argutiis, quas non addicto ipsius naturæ lumine illustrant, sed ex fanatico suo cerebro extrahunt, ac sui similibus easdem mira iactantia suspiciendas obtrudunt.

Podagra corpus est Necrocomicum.

Aristoteles & Albertus notatur.

Cæterùm, de isto non parentali corpore (quod & in Pyromantia fit; cui facultati rem longiùs deducendam relinquo) porrò etiam sciendum est, quòd habeantur ceu *corpora præsagia*, quæ iuxta veram Necromantiam vocantur, *Corpora Erodenia*. De quibus instructionem hanc tenete, quòd præsagia Erodenia sint. Quotiescunque autem hoc præsagium cadit, toties sequitur sua Historia Erodenia (veluti de Troia traditum scimus) Iam verò ipsa quoque podagra itidem corpus Erodenium est. Indicat enim historiam Necrocomicorum corporum, & sic hoc simile confert ad simile illud, & aliud ad hoc, ceu præsagium & historia. Sic ergo ipsa Erodenium etiam corpus est, aut forma, vel index, vel prænuntius illius membri aut corporis naturæ ac proprietatis.

Corpora præsagia & Erodenia quid.

Troiæ historia Erodenia est.

Podagra corpus Erodeniũ est.

Quod vt rectè intelligatis, sciendum est, Erodenium esse indicem proprietatis, more Necrocomico ita vocatum. Cùm verò Erodenium à rusticis non intelligatur, & deinceps historia sequatur: ideò præsagium vocatur, quod præsagium tamen non est. Præsagium enim est, indicare rem ex eo, quod id non

Erodeniũ quid?

Præsagiũ.

prognosticatio & Erodenium differãt. Locusta gũmata quid? Botothinũ est flos morbi.

non est: prognosticatio autem est indicatio ex inuisibilibus ad visibilia. Sed *Erodenium* est indicatio suiipsius corporis, & est flos sui fructus. Pro philosophia enim Tellurica, est *Locusta gummata*. Nam locusta gummata & Erodenium res vna est. Et hoc modo Necromantiæ canonem intelligere debetis. Podagra est Erodenium, & locusta gummata botothina. Et tamen Botothinum morbus ipse non est, sed morbi flos, hoc est, Dolor est Erodenium, & est corpus, vt diximus.

GEOMANTIA.

Geomãt. &c. fulmen quale corpus.

VT autem similitudo ipsius compleatur; qualisnam eius dolor sit? demonstrat astrum Geomanticum in fulmine. Nam & fulmen eodem modo corpus est, quale est non parentale, quod iam definiuimus. Hoc fulmen etiam est concomicum corpus, & concomicum terræ, nec apparet aliter, quàm flamma cuius speciem exprimitur longiùs coruscante fulgure. De huius loco iam notate, quòd Anatomiam Podagræ imaginis, omnemque eius naturam, conditionem ac proprietatem complectatur.

Concomi cum corpus.

Iam verò nullibi sentitur, nisi vbi figura podagrica iacet: veluti videtis, podagram peculiarem omnino locum & corpus sibi destinare. Corpus autem in sua constellatione versari debet. Sic, nullibi fulmen est, nisi vbi corpus luxum præsto est. Vbi corpus luxum deest, ibi fulmen abest.

Corpus luxum quid.

Corpus autem luxum nihil est, nisi corpus lasciuum, non perfectum, hoc est, videtis homines frequenter leprosos nasci, iam hoc, iam illo modo, prout istarum rerum natura se habet. Hæ autem omnes in imagine seminis, quod tale ante natiuitatem exstitit, latent. Id quale fuit, tale in agro suo emersit & pullulauit.

Leprosi: in semi nis natu. rales.

Pro his iam notate, quòd ita luxum corpus nihil sit aliud, quàm putum merúmque sperma, quod haud fixum, aut in sua proportione rectè dispositum, sed imperfectum exístat: & tamen interim corpus est, sed luxum, quale in lepra intelligere potestis. Hoc luxum corpus est corpus podagræ, ac, hoc loco, Flamen terrenum. Est enim tantùm luxus spirans, quod est flamen Geomanticum & concomicum terræ. Velut ergò luxus spirans est corpus flaminis terræ, & ex eo oritur: sic etiam ex Geomantico astro Microcosmi idem intelligi debet.

Luxum corpus, corpus podagræ est flam terrenũ &c. lux spirans, &c flamen Geomãt. &c.

Vt autem secundum Theoricam philosophicam vos instituam, & rem in essentia practicæ proponam: scire vos velim, luxa corpora spirantia Anatomiam esse Erodeniorum corporum. Nisi enim illa spirans terra luxa sit, tum eo loco flamen non fiet. Iam, sicut homini adhærent bona & mala: sic duplicia quoque perfecta corpora & imperfecta. In perfectis nihil huius est. Sed in imperfectis est luxum. Summatim, sperma ex nulla parentali natura crescit. Causa est, quia luxum parentale non est. Nam aliud corpus est luxum. Interim tamen verum corpus indicat: & sine hoc tale existere non potest. Ex suo autem semine, seu ex ipso nihil producit. Et si flamen exoritur ascenditque supra terram, non aliter ac flamen Aetnæ: tum scabies & aspredo fit terræ, quæ in corpore indicat luxitatem. Itidem & hoc casu. Nam hîc est corpus pruriens, & corpus non pruriens.

Corpora hominis perfecta, & imperfecta.

Flamen Ætnæ, &c.

Sic ergo ex Geomantica natura, astróque intelligite; quòd luxum corpus stet in corpore perfecto. Id visibile non est. Et sicut constellatio huius flaminis se habet aut exerit: sic hoc quoque scire & intelligere fas est, quòd podagræ (si in suum corpus assumi, ac in suam Anatomiam proprietatésque formari debeat) corpus, id corpus non sit, quod à patre & matre genitum est: sed nec quicquam etiam cum ipso commercii habeat. Nam flamen quidem ascendere videmus: non autem videmus eius corpus ex quo progreditur. Eadem ratione dolor etiã sentitur quidem: sed corpus eius nemo conspicit. Secundum hanc considerationem ergo, fundamentum cognoscendæ Podagræ aliud constitui debet. Anatomia enim eius cæteris omnibus præire debet. Et qui huius morbi Anatomiam non nouit: is Medicus esse dicique nullo pacto potest. Ita citra omnem iniuriam testari possim equidem, Medicos eos vniuersos, qui cadauerum Anatomiam tractant, planè imperitos & inconditos existere. Cadauer enim veram Anatomiam non exhibet, sed tantum ossa; & his finitima alia spectanda offert. Interim morbi ipsius nulla inspectio datur. Ergo enim de Anatomia morborum, non corporum differo. Itaque rectiùs ego hîc astra pro indicio Anatomiæ morborum induco, quod in Medico quolibet summum & maximum esse duco. Sine hac Anatomia nihil quicquam vnquam verè solidéque scriptum aut traditum est. Hinc ergò vide, & ipse iudica, quæ scriptorum tuorum vtilitas sit? quæ huiusce Anatomiæ mentionem ne quidem vno verbo fecerunt, sed in meris localibus occupantur.

Podagræ dolor sẽtitur, nõ corpus.

Anatomia cadauerũ est imperitia Anatomia morborum non corporũ ad Medicũ spectat.

HYDROMANTIA.

Hydromãt. &c.

CVm hîc vnum solúmque corpus cum sua Anatomia proponatur: conuenit, vt hactenus tribus corporib. indicatis & traditis, deinceps etiam quartum intelligatur, secundum astra Hydromantica, hoc modo. Nisi enim peregrinum corpus adsit, Podagra nulla gignetur. Hactenus autem tria corpora descripta sunt. Hîc tradetur quartum. Compertũ nempè vobis est, quòd ex aqua etiam corpus procedat, quod ad similitudinem corporis podagrici cognoscendum est. Podagricum enim corpus illud non est, quod aut in hydropisi, aut in Paralysi, aut Ictericia, aut Febribus ac similibus habemus: sed corpus omninò longéque aliud est. Et quî quæso Medicus de morbo differre possit? qui tamen corporum in Microcosmo notitiam non habeat, nec sciat, quæ & qualia corpora in eo sint, & quos morbos corpus quodlibet sustineat? Hydromantia ergò ad corporum illorum cognitionem nos satis deducit. Nec enim dicendum est, quatuor humores quatuor morbos parere, &c. sed ita potiùs: Quatuor insunt in homine corpora principalia, & quodlibet

Corpus aquę, &c.

Corpus Podagræ à cæteris diuersũ.

Corpora principalia in homine 4

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 684 sur 913

suas species habet, ac peculiare corpus. Sicut enim corpus aliud est lapis, sic pariter aliud est corpus metallum, aliud vitriola, & similia, ceu in aquâ declaratur. Huiusmodi ergo genera in homine insunt. In quolibet autem genere tales corporum species latent: & corpus quodlibet suum morbum patitur. Nec enim humores corpus vllum ingenerant, sed corpora alia, alij morbi. Nec hic differendum est de rebus, quæ operantur ad morbum; nam id Mechanicum est: sed iis dicendum est, quæ corpus habent. In metallis enim est rubigo: in ligno vermes: nec horum causa duplex humor est. Res vna est, quæ hæc vtraque operatur, Hæc autem sunt duo corpora. Et sic de cæteris omnibus. Perpetuò enim hoc vobis in mente sit, quod corpora causentur morbos, non ea, de quibus vos nugamini. Rem enim si penitùs in vobisinet ipsis pensitetis, operâ facili videbitis, vana & inania omnia esse, de humoribus quæ prodidistis. Nec vllâ ratione bonus ac generosus Medicus euadet, qui animum ad discrimen corporum non applicabit. Nec enim, quia cute vnicâ homo integitur, od id corpus is vnum est: sed in quatuor corporibus primariis omninò consistit. Corpora hæc quatuor palmaria quatuor morbos inferunt, exceptis speciebus cæteris. Et quot species vnius, totidem etiam alterius. Quidquid ergo horum morbus sit, id est fabricator Mechanicus, qui se habet instar pictoris, imaginem sine pigmentis nudâ cretâ adumbrantis aut fingentis. Hîc ergo vt pigmentorum causas, ac virtutes nihil attendit: ita nec hoc casu faciendum est. Quòd si vos cretam pro materiâ peccante habituri sitis: hoc vobis obstabit illicò, quòd imaginis alia ratio non sit, quàm si frameâ acúue descripta sit. Frameâ hâc remotâ, imago remanet tamen: vt dicere iam non possis, si color dematur, aut creta abstergatur, tunc imaginem extinctum iri ipsam. Quin imò contrarium tecum ita loqueris: color non adest, non adest creta, nec adestis, qui imaginem fecit, nec id adest, quò imago facta est. Quid ergò tandem est, quod imaginem constituit? Eam nempè impressio fabricat. Similis etiam morborum ratio est. Solum corpus cognosce, & iam ipsum morbum cognoueris. Id enim, quod morbum facit, ausugit, & instrumentum, quo vsus est, vnà secum abripit. Frustra ergò quæres, quod abiit. Pestilentiam etiam considerate. Hanc quis facit? Mechanicus Astralis. Illam si fecit, is abscedit, opus suum relinquit, ac instrumentum, secum aufert. Iam autem hunc nemo vidit: nemo quicquam aliud relictum inuenit, quàm quod is fecit, quod fabricauit: non fecus, ac tignarius, ferram, asciam, dolabram secum ausert, exstructam domum solam relinquens. Tignarius autem domum illam ex humoribus non exstruxit, sed ex corporibus. Et quid sapit hoc vobis? Ita Latomus non ex humoribus, sed lapidibus domum erigit, ac mera corpora manibus suis tractat. Corpora autem non humores faciunt. Vt verò rubigo in lapide nunquam est, nec caries in ferro: ita nec in hoc tu casu vnquam de Humoribus iure dicere potes.

Corpora morbos faciunt, non humores.

Morbi primarij 4.

Morbus vt pictor est.

Corpus morbi vt eximagine noscendum

Quæ certè omnia testantur de errore cognitionis podagricæ, extra huiusmodi corporum considerationem admisso. Itaque hoc loco astra hydromantica indicant, quòd omnia sua corpora, quæ, vt patet, multiplicia existunt, præfigurationi sint, quòd similia etiam in corpore corpora existant, & naturam podagricam habeant. Id quod ex exemplo sequenti planiùs intelligite. Videtis nimirum corpus aquæ esse ferrum, esse lapidem, esse Metallum, esse Sal, esse Vitriolum, Alumen, &c. quæ omnia sub nomine mineralium includo. Cadunt autem hæc corpora pro modo ac ratione suæ dispositionis & Anatomici ordinis. Idem eodem modo etiam in numero Microcosmi accidit. Et sicut hæc mineralia cadendo distribuuntur in Ylech: sic cadit itidem Podagra. Hic autem attende ad dispositionem salium. Hoc enim loco corpus erit salium, quæ materia est & Essentia Podagricorum morborum. Pro speciebus ergò salium, species morborum & corporum iudicate. Podagræ enim morbus, nihil est, quàm salium corpus. Et prout salia diuiduntur in sua genera: ita distribuuntur etiam genera & species, &c. podagræ. Alius est dolor salis, alius aluminis, alius petræ, alius vitrioli, &c.

Hydromantiæ vsus

Corpus aquæ est ferrum, &c.

Podagra est corpus salium. Differét. Podagræ vnde cõstituéda.

DISPOSITIO.

Sic ergò deinceps de fabricatione, quæ Mechanica est, dicendum restat. Id fiet per tractationem dispositionis. Sub hac autem dispositione comprehenduntur etiam signa. Specierum namque descriptio est descriptio signorum. Res ita ponenda est. Quid podagræ corpus est aliud, quàm corpus salium? Quid aliud est, quàm gluten, quàm synouia? Iam ergò ibi tantùm podagra iacet, vbi viget gluten, nec extra hoc. Quod extra fit, podagra non est, sed accidens eius. Iam autem salia sunt gluten. Hîc est sal fontium: istic sal congelatum: illic sal aluminis, sal vitrioli, sal petræ, & si quæ genera alia sunt. Dolor alius est in sale fontis, alius in sale petræ, alius in alumine, &c. & sic consequenter. Et hæc signa quis describere queat? Solus nimirum Naturalis, per indicium experientiæ. Non autem oscitanter ac supinè Medicis considerandum erat, quid tandem sit illud, quod tam atroces & exquisitos dolores ciere possit. Certum enim est, nec choleram, nec phlegma, &c. istos mouere posse. Itaque omninò aliud in causa sit oportet. Ad cuius notitiam & cognitionem tamen facilè penetrare possent, si tantum sibi otij & temporis sumerent. Sed impingunt illi illicò in principiis: ne quid de medio & fine dicam. Declarandi ergo doloris ratio longè alia est, qui illum concitet. Nimirum hîc est salitas, & non alibi: hîc est vitriolitas, nec alibi. Idem & in homine accidit. Iam verò homo est Microcosmus, sensu præditus. Necesse ergò est, vt sentiat, quod in ipso est. Insuper mineralia omnia sensibilia sunt, nec vllum insensibile: omnisque sensibilitas bona, mala, &c. mineralis est, & ipsam causatur. Iam vero vt de

Corpus salium est Podagra. Salia sũt gluten.

Salis diuersitas causæ diuersæ podagræ. Doloris podagræ quæ causa.

Homo Microcosmus est sensibus præditus. Mineralia sensibilia.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 685 sur 913

de commotione & sensione morborum quid dicam: sciendum est, fabricationem suam non habere Podagram, vt habet eam gramen campi ipsa enim materia quiescit, eo modo, quem Hydromantia docet. Nisi enim quæratur, non adest. Si quæratur, inuenitur. Sic metallum nihil commodat, nisi fabricetur. Puteus Sal non dat, nisi excoquatur. Idem & de Podagrâ sentiendum. Si enim hydromanticâ subtilitate plantetur, nulla inuenietur. Hæc verò plantatio in hoc tantùm consistit, vt quæratur, vt ædificetur, & ad id deducatur, ad quod deducendum est. Iam autem id sola inuentio est, per Anatomiam cæterorum corporum, ipsorum Elementorum: vt in igne iacent sălia, etiam in Aëre; etiam in Terrâ. Pro captu huius ad exemplum attendite Anatomiæ vini. Vinum in se habet Astralem Anatomiam sălium, & săl id est, quod hîc in Elemento aquæ sălinum vocatur. Non autem in vino solo, sed & in animalibus dispositio Salina latet. Et vna alterius inuentrix est. Ita enim quis aurum inuenire nouit, quàm metallarius? Quare autem? Etsi enim ipse quidem aurum non sit, auri tamen domitor est, ac eiusdem habet cognitionem, scitque ipsius naturam & proprietatem. Idèo ipsi conuenit ac quadrat. Homo enim in suis cogitationibus similis est omnibus creaturis, secundum naturam suarum artium. Ars vna in homine est materia eius, de quâ ars tractat, non quidem materialiter aut visibiliter: & tamen est vnius conditio, quæ alterius. Iam si fossor, huius rei peritus, aurum quærit, & id inuenit, tunc idem præparat, & separat, ac conficit, &c. Eodem modo etiam corpora morborum inquiri volunt à suis corporibus. Sic Anatomia vini & Anatomia cibi ex animalibus, in quibus fons sălium iacet, in suo corpore Microcosmi fontem sălium quærit: non quod vinum podagra sit, sed iam ea antè in homine latet, velut metallum in monte: sed vinum est Mechanicus secundus, ita, vt eam quærat & separet à glutine, sicut fossor metallum à monte extrahit. Et sicut id in monte manifestum non est: sic nec manifesta est Podagra, donec omninò pertrudatur. Id faciunt inuentores in vino, & similibus animalibus, piscibus & carnibus. Et hanc quidem inuentionem si rectè intelligatis: tum non huius saltem morbi, sed cæterorum vniuersorum causam ac originem plenè cognoueritis. Nec enim semper ac in omnibus morbis causa cibis & potibus assignanda est, vt ex iis corpus aut materia deducatur: sed sinite eos inuentores esse, & vobiscum reputate pro ipsius Philosophiæ ductu, quòd mineralia sua Microcosmus subindè secum circumferat.

Dolores podagrici quid noceat?

Vini Anatomia? it. săl sălinum &c.

Homo est omnia secundum artes suas.

Vinum Podagrã latêtem vt proferat.

Inuentores ciborum

Cibi &c. inuentores.

CONIVNCTIO.

IAm autem porrò, quî ea inuentio procedat? cognoscite. Quòd enim videtis, industrios ac solertes Mechanicos opificia sua inuenire, & opera sua conficere: id omne ex ipso naturæ lumine profluere debet. Iam verò ars nihil est, nisi lumen naturæ: Idèo duplex est: vna, quam ipsa in ratione ponit, vt ea operetur ac laboret per industriam sensuum, artisque. Altera est, quam administrat ipsamet, nec solertiæ humanæ ipsam relinquit. Ita operatur herbas, arbores, ferrum. Operatur ergo natura in duplici lumine; quod lumen tamen vnicum est. Vnum ipsamet perficit, & materiem eam manibus subiicit. Ex hâc vt fiat, quod debet, & ad quod à naturâ destinatum est; iam id luminis Microcosmi est, quo vtitur is, qui porrò illam tractat & perficit. Ad præscriptum hoc intellige, quod eadem similiter etiam in morbis hunc morem teneat, hoc est, ipsamet id faciat contra artificem Mechanicum, id est, Medicum, qui eam iterum sanare debet. Iste medicus comparatur Messori vel Sectori, qui pratorum gramina præsecat. Quod enim natura produxit, id ille demetit. Medicus ergo talis morborum Messor esse debet. Illi enim eodem modo in corpore crescunt, ceu gramen in campis. Et quod falx est in manu messoris: id Medicina esse debet in manu Medici. Cùm verò dicendum iam vnicum hoc restet, de Inuentrice, quî scilicet podagra in vino & animalibus, podagra in homine inueniat: id deinceps enarrare aggrediemur. Reducam autem exemplum de fossore metallario. Is quia in seipso aurum est, ideo aurum quærit. Ita etiam vina & animalia sălium, podagra ipsa existunt, non tamen respectu alio, quàm vt fossores aurum sunt: hoc est, in quærendo sunt metallo similes. Si ergo vinum, quod podagra est, in corpus, in quo minera podagræ iacet, descendit, tunc illam inuenit. Sicut enim qui metallum quærit & inuenit: sic naturaliter hîc quoque vnum alterum inuenit. Simile inuenit suum simile. Ita vinum est quæsitor. Si corpus attingit, in quo podagra iacet: tunc illud protrahit, ac in vstrinam indit, hoc est, in operationem suam producit. Et quâ ratione præparari metalla solent: eadem vinum quoque suam mineram præparat & tractat. Nec verò id vinum solum facit, sed & animalia eiusdem naturæ. Hanc autem quæsitionem, & inuentionem ac separationem rerum istarum incredulus nemo admirari debet. Sicut enim videtis, ex rebus nigris rubras, ex rubris atras, ex albis nigras, ex nigris albas produci: eodem sensu naturam quoque Mechanicam intelligere debetis. Quid enim colores in homine aut rebus aliis sunt, quàm productio reconditorum corporum, in illis obliteratorum? Vbi ergò huiusmodi corpora conduntur, ibidem etiam morbi alii latent. Et quemadmodùm natura in illis operatur: ita etiam morbi vtrobique res inuisibiliter agitur. Quis enim hanc inuentionem esse inficiabitur, si quis ex plumbo per naturam candorem, & postea ruborem producat? Id homo quidem non facit. Nec enim is colores vel dare vel auferre potest, nisi natura consentiat & opituletur. Eâ consentiente, colores ille promptos habet, non per suam ipsius vim, sed solius naturæ potestatem, quæ recondita & occulta corpora ibi manifestat. Sicut ergo hæc inuentrix est: ita per lumen naturæ manifestũ est, quod homo etiam

Medicus artifex Mechanicus Medicus, messor & falx medicina.

Vinum podagræ quæsitor.

Colores quid?

Colores homo nec dat, nec aufert sine natura

Lumen naturæ ars duplex

Explumbo molybditis cerussa &c.

etiam per naturam, & in naturâ idem inueniat. Ita etiam quærit morbos, per se absconditos. Cibum verò ac potum, inuenienda podagræ artem aliam non esse censete, quàm si plumbum in ignem ponatis, & ex eodem producatis molybditem, cerussam, minium, aut ex argento lazurium. Ea non editis. Debentur enim parietibus, non corpori. Debentur autem corpori illa, cibus & potus. Hæc si per artem vestram naturæ offeratis, tunc eadem illa assumit, & confert, quò debet. Si ista in stomachum ingeratis, ars alia non est, ac si Antimonium in ignem coniiciatis. Eo facto, natura laborare & in eo operari incipit, quærens tamdiu, donec rubedinem ipsius extraxerit. Et talis eius quæsitio est. Eodem ingenio ipsi etiam morbi quæruntur.

MATERIA.

VT vero tandem materiam tam inuentoris huius, quàm ipsius inuenti vna cum processu ac ordine suo omninò intelligatis: statuendum est, hoc loco solum sal morbos parere. Prout ergo genera salium se habent: ita pro ipsorum ratione podagræ species oriuntur. Quòd si ergò signa, ac accidentia, & quæ alia hûc spectant, scire desideratis: tunc illa ex naturâ & proprietate salium desumite, quorum mihi nota hæc sunt: 16. salia fontium: 5. salia montium, & præterea genera maris, prout regio quælibet in suis liquoribus constituta est. Insuper autem genera petræ, quorum sunt 8. genera fluminis 5. genera plumosi 4. genera boracis 2. genera vitrioli 43. genera calcis natæ 46. Taceo, quæ mihi cognita non sunt. Nec obloqui possim meis aduersariis, si pro diuisione climatum, & altitudinis, ex consideratione Cosmographicâ & Astronomicâ, ac Physicâ multò plures salis species constituant. Sed quod hîc transilio, id in Archidoxis plenius ac ex fundamento disquiretur & enumerabitur.

Salium genera species podagræ sunt Species salis 125. Theoph. notæ.

Hîc hoc saltem tenete, quòd istis omnibus consideratis minimè opus sit. Cura enim ipsa tantùm genera respicit, nec speciebus omnibus attentis opus est. Hæc ergò materia grauiùs vos ac vlterius non angat, nisi quantùm Philosophiæ, Astronomiæ & Cosmographiæ animi gratiâ indulgetis. Medicum enim ista quidem exornant. Sed vos ægris ipsis seruire studeatis potiùs. Hi enim minutiarum harum nullam curam habent. Iam autem cuilibet Medico hæc hactenus dicta ad podagrici morbi cognitionem sufficant. Quòd si verò videatur vobis, Theoricam hanc nimis angustam esse: hoc agite quæso, vt eam probè intelligatis: defectus in nullo erit. Cognoscite vero ac discite etiam sequentia. Sic enim vnum per alterum explicatis. Dura autem ac difficilis prouincia vobis erit, si in hisce non probè versati & intelligentes fueritis. Nam extra cognitionem hanc defectus in omnibus apparebit. Omnino enim fundamentum ipsum ex Philosophiâ, Astronomiâ, ac artibus aliis hinc enatis, promanat. Tandem ad practicam etiam attendite, quæ secundum naturam inuentricis Medicinæ constituta est, non ad arbitrium & opinionem scriptorum veterum, sed ad normam 64 primariarũ partium, ex quibus Medicina oritur. Diligentiam itaque & fidem nauissimam constantissimámque impendite. Ita res poscit.

Cura podagræ generalis tantum spectat.

SECVNDI LIBRI FINIS.

Hæc quæ de curâ Podagræ hîc sequuntur, præcedentibus duobus libris non erant annexa, sed duobus solis separatim inscripserat Auctor &c. Hactenus non edita.

CVRA.

A Calumniis, sat scio, tutus non ero, quòd me à solitâ Medicorum cura, cumprimis verò ac maximè in podagrâ, quodam quasi diuortio separo. Attamen quî possim non repudiare curas eiusmodi ridiculas, quas isti hactenus tanto probro agitauerunt? Aut quî quæso imitari eadem possim, cum iam etiam in rusticorum prouerbium abierit, solos Diuos signa operari? Extra hæc enim quis ipsis credet? Persuadebunt nimirum mihi, si miracula edant. Alias operam suam de me omnem ludent. Quod tamen pridem occœptum est, laruas suas virulentas iidem in me conuertent haud segniter. Nec enim hoc primum scriptum ipsorum offensionis causa erit. Hoc enim iam dudum eructant odiosè, me Physicæ rudem & ignarum omnino existere: at in chirurgiâ Rabbinum præstare: non quòd seriò hanc mihi laudem conferant, sed vt per contemptum ac contumeliam me ex omni Medicorum ordine excludant. Et de Physicâ quidem quid obiiciant? Cum hanc equidem ipsos doceam: ipsíq; adeò de me discant, non ego de ipsis?

Soli Diui miracula edunt

Theoph. in Physica rudis: in chirurgia Rabbi dicitur.

Quæ verò causa est, in Physica quòd me tam odiosè repudiant? Hæc sola scilicet, quòd nec Medicinam ipsi nôrint, nec eius distributionem didicerint. Medicina enim duplex est: Physica & Chirurgica. Physica morborum omnium cognitionem: chirurgia autem eorundem curationem docet. Hæc genuina Medicinæ diuisio est. Ipsi autem plano ac manifesto errore diuisionem faciunt in Medicinam seu curam corporis & vulnerum. Vulnerariæ autem medicinæ mentio nunquam facta est, sed tantum chirurgiæ, quæ ipsa practica est.

Medicina est duplex

Medicinæ mala diuisio: & cur?

Respondete mihi verò: Ecquæ tandem est vulneraria Medicina, quæ in suo morbo Physicum non requirat? Aut quæ Physica est, quæ per chirurgicum sanari non debeat? Tales ergò vos medicos esse proditis, qui, quid Medicus sit, & in quo consistat ne quidem hoc ipso momento sciunt. Physica nihil aliud quicquam est, quàm morborum omnium, qualescunque sint, cognitio. Nec chirurgia aliud est, quam morborum omnium curatio. Sicut enim lignarius manibus suũ opus conficit: ita & Medicus. Aude aliquid, & sine manibus id conare vel præsta. Tua ergò cœcitas in propatulo est, quòd nescias, in quo tandem Doctor sis.

Physica quid? Chirurgia quid?

Vide verò, quàm stes egregiè in morbis, quos chirurgicos vocas, vt sunt, Herysipela, Cancrena, Estiomena &c. Hos curas ex practicâ, hoc est,

est, ex chirurgiâ. Quod si verò non simul sis Physicus Medicus, ecquid hoc casu scies ac medeberis? Nihil. Porro si scientiam ac fundamentum in omnibus curandis vulneribus ex Physicâ desumere cogeris: quî quæso ex eâ facultatem ac professionem aliam condere ausis? Apage verò lignarios istos Doctores ac Moriones A primo & principali nomen procedit, non ab vltimo. Nominanda ergò Physica est, quæ dignoscit morborum causas: nominanda chirurgica est, quæ practicam machinatur. In iudicando enim Physicus es, & in curando chirurgus.

Physica & chirurgia quid proprie sit.

Sic etiam ab explicatâ Theoricâ, iure bono practicam, hoc est chirurgiam aggredior. Omninò enim Chirurgiam non Physicam poscit ægrotus. Physicam autem expetit ipse Medicus. Hoc est idem ac si dicam Nullus chirurgus sine Physico consistit; ex hoc enim iste nascitur: chirurgus autem Physicum probat. Physicus enim probam aliam non habet, quâ in suis operibus cognosci & iudicari queat. Nisi enim is simul chirurgus sit, instar statuæ aut pictæ simiæ omninò adstabit ægroto.

Et quamuis equidé curam ad exitum ducam, ita vt putare ij possint, me singulariter hîc chirurgũ esse, quòd exitum proponam & ad illum ducã: (ita enim docet Theorica, ita Anatomia, ita Manualis, ita Cõfluentia) tamen ad obiectionẽ hanc responsionem breuem hanc notate, nullum insignem morbum corporis seu Physicum sine Chirurgiâ sanescere posse, sed oportere illum omninò (vt vocant) in vulnerariam medicinam reduci. Et quia chirurgia in vulnerariam incidit: ideò chirurgum putant Doctore Crepitario Lipsensi inferiorem & ignobiliorem esse. At si vosmet ipsos intus in cute nosseti: fore non dubitem, quin nasos vobismet ipsis præmorsuri sitis.

An verò medicina vulneraria ac alia professio hæc sit ideò, quia cura per apertionem instituitur? O fanaticos. Ecquid verò discitis tandem, aut quid comptuli ac polituli vestri vos Beani docuerunt, quòd nedum quidem, Medicina sit, exploratum habeatis? Hoc verò notate, & viuido pectore reuoluite: nisi exitus fiat in morbis astralibus, ægrum certè nullum vnquam sanabitis. Et hîc diuidite astrum ac corpus, cœlum ac materiam: hîc medicinam duplicem facite, & alteram omittite. Attamen duas chirurgias facite, non duas vulnerarias. Non enim vulnerarij, sed chirurgi esse debemus. An verò dedecus non sit ac infamia, tot támque illustres Academias cum Italiæ tum Germaniæ tot asinos ac archibeanos fouere?

Med. & Academiarum reprehẽsio.

Hoc coronidis loco notate. Quicunque curare podagram tentat, hunc opus est ad normam Microcosmicæ Anatomiæ operando procedere. Hoc si factu opus est, certè chirurgia modis multis requiritur, in vulneribus, in vrendo, in exedendo, in cauterisando, in purgando, in minuendo &c. Quis verò ob id practicam hanc manualem in facultates plures diuersásque dirimet, ita, vt vna alterâ præstantior sit, vna præferenda, altera ceu inutilis & sordida reiicienda? Satis est, practicam manualem ita institui, vt æger à morbo conualescat & sanetur.

Interim autem nec istis impostoribus patrocinor, qui nihil nisi linimenta, vnguenta, suffitus, ligna &c. sciunt callentque: sed horum potius causam tueor, qui morbos ipsos cognouerunt ad præscriptum Anatomiæ & Microcosmicæ, naturæ & ad documentum mundi externi, vt suam practicam pro rei exigentiâ informare queant. Nec enim istiusmodi cognitio Medico vel probro, vel impedimento, vel læsioni, sed potius summæ laudi esse debet, quòd tantam scientiam in Microcosmo & vtroque globo Philosophiæ ac Astronomiæ sibi conquisiuerit. Interim vos vitularij Doctores, si ex Academiis erumpitis, huiusmodi mysteria & arcana sublimia illicò reiicitis ac annihilatis: & tamen veritatem ipsam producturi, non nisi meras nugas ac commenta ebuccinatis, quæ vobis dedecori, alijs inexpiabili damno sunt.

Porrò etiam ad curam attendite. Hanc, vt libet, vocare licet. Nam citra calumniam vestram res non decidetur. Cuius enim infamia maturuit, is seipsum tandem prodit & concutit. Testimonium enim suum cuilibet de se est, hoc est, homo ipse testatur, qualis intus sit. Vos verò, qui inuictæ veritati adstipulamini, ad practicam attendite ipsam, nec longiùs deductum meum processum, aut per (vt videbitur) auia introductam methodum despicite. Et longè ex animis vestris persuasio ista exulet, quasi is ego sim, qui nouum quid & alienum moliri satagam. Hoc enim consilium apud me nunquam concepi: sed sobrio instituto id meum semper meditatus & annisus sum, quâ ratione vos omnium solidissimè instituere, ac practicam veram producendo, méque & vos ex obiectis pedicis promptissimè expedire valeam. Cognoscite & intelligite, quæ partis vtriusque iudicandæ causa sit? & iudices æquos syncerósq; agite.

Theophi quod in stituti.

II.

IN descriptione curæ notate: quot species morborum, tot practicæ & peculiares curæ. Nullus ergò singularis ac vnicus processus tenendus est: sed velut is, qui pallium manibus amplexus, illud pro venti incubitu moderatur ac prætendit: ita medicina quoque in manu esse posita Medici debet. Cum ergò Medicina tanto iudicio in manibus Medici posita sit: quis practicam ex eâ vnicam tantùm faciet? Quis in capitulum vnum eam coget? Nemo quidem. Tantò minùs quatuor humoribus eadem includetur, vt qui omni cognitionis fundamento carent. Itaque non de solâ podagrâ illud intelligi debet, sed & de morbis primariis omnibus, hoc est vehementibus & seriis. Diuisio ergò practicæ ex Theoricâ, & iis omnibus, de quibus dixi, desumenda est. Quam verò practicam instituo, eam non more vulnerario, sed Medico, vobis digno, explicabo. Diuisi enim Medici, hoc est, sectæ Medicorum, Medicinæ euersores existunt. Hic enim hoc, ille aliud: nouit: & notitia tamen hæc omnis nihili est. Qui enim particulam saltem vnam tenet, is nihil tenet, nec, quid teneat, ipse scit, &c.

Plura

Plura de Podagræ curâ in præcedentibus non scripsit Auctor. In medio enim paginæ scriptionem intermisit. Quæ igitur ad huius ægritudinis curationem requiruntur, ex aliis auctoris libris petantur.

SEQVVNTVR

DVO ALII LIBRI DE PODAGRICIS MORBIS.

Liber autem secundus (sub titulo, Liber Secundus: *Communis Interpretatio Morborum &c.) apud iam sequentem inuentus non est: quæ sors aliorum quoque plurium librorum fuit, vt ad diuersa loca distraherentur, nec iuncti manerent. Et licèt ipse quidem auctor in titulo non annotet, qnod sit* Liber Secundus de Podagrâ: *ipsa tamen illius verba clarè testantur, quòd is vnus sit ex libris de Podagrâ, vt cum paulò ante finem capitis de Physionomiâ dicat: (Quantùm opus est ad cognitionem in Podagrâ, tantùm propono &c. Idem pariter liquet ex fine libri primi, & principio secundi, quòd iungendi sibi sint. Quod hîc indico hâc de causâ, quia sunt, qui librum secundum ad Paramirum pertinere arbitrati fuerunt &c.*

DE PODAGRICIS MORBIS ET HIS AGNATIS: THEOPHRASTI HOHENHEIMII, vtriusque Medicinæ Doctoris.

DOCTOR THEOPHRASTVS,

Ad Lectorem.

Quærent haud dubio non pauci, quæ mei animi hæc obstinatio ac temeritas sit, quòd asserenda & defendenda equidem suscipiam ea, in quibus mihi passim Medici omnes contrarientur, sententiæq; meæ conceptæ ex imo animi zelo contradicant. Horum rogatui responso tali obuiandum esse censeo. Si mihi cor erga ægros non erectius & beneuolentius ad ista calcar adderet, quàm pectus aduersariorum mihi procliue esse comperi: huic certè me oneri subducere possem quàm facillime.

Auicēna Galenus notantur.

Iam verò, cum nugarum Auicennicarum iugum subire, & commentis inanibus Galeni adstipulari citra probrum euidens non possim, vt qui ex intimo pectore ægrorum curam nunquam susceperunt: audendum omninò ratus sum, vt me sterili ipsorum cùm Theoricæ tùm Practicæ subducerem, & ad adyta ista diuerterem, ex quibus vnumquemque solidum Medicum nasci & procedere necesse est. Interim silentio transilire pacto nullo possum malorum Iliadem, quam in artem ac facultatem inuexerunt Medicam, dùm vim ac virtutem omnem, quam in remediis penitus ab ipsâ naturâ inclusam scimus, suâ negligentiâ intercidere ac obliterari passi sunt. Nec enim seipsos tantùm suis somniis misere defraudârunt hactenus, Sed ad omnem vsque posteritatem opinionum suarum segetem magno fœnore propagârunt. Vndè factum est, vt hoc sæculo consuetudini illi malæ passim ab omnibus patrocinium tam obstinatum impendatur, vt enorme illico flagitium admitti putent, si quis quicquam contra vetera illa lumina moliatur aut attentet: interìm animo suo id non cogitantes, quod asinus quidem auito & antiquo suo gradu incedat perpetuò, sed hunc tamen generosior equus multis parasangis anteuertat: & tamen equus applausum, asinus plagas à suo domino auferat. An verò mihi fas non sit contra medicinam mendacem scribere, & impostoriæ fucataeq; consuetudini opponere doctrinam veram, ex ipso naturæ lumine depromptam, & stabilitam per astra, per Philosophiam vtriusque scientiæ, cœli terræq;, his omnibus adstipulante ipsorum 4. Elementorum concordantiâ? Nam in hoc mihi asylum omne positum est, quòd Theoricam meam ipsis latiùs & altiùs extendam? Nam & qui aliàs in astris, in mari, ac in practicâ rudes & imperiti sunt, præstantiores tamen his sunt, qui practicam suam ex Theoricâ desumunt. Quid verò id tandem est, quod me absterrere & mouere possit, vt à Mechanicâ Anatomiâ disceßionem faciam? Aut quanti est id, de quo ipsi tantopere intumescunt & sese iactant, quòd scilicet in aulis agunt principum ac regum? quòd versentur cum consiliariis Metropolitanarum vrbium? quòd in sinu ac oculis hæreant illorum, quos tamen omnes equidem ne quidem transuersâ salutatione dignos iudico? Quid verò id tandem præuaricationis est, quòd principes vos, ac vos consules præsidésque prouinciarum, tam vestra quàm subditorum vestrorum corpora ac salutem in tam fœdum ergastulum intruditis, & temerariam consuetudinem ob antiquitatem, quodam quasi promulgato edicto pro arte haberi mandatis? Quid verò ab antiquis antiquius habemus aut accepimus, quàm hoc, quòd, quæ edimus, omnia per aluum egeramus? Et hoc antiquum, quid tandem ad Lumen internum facit aut spectat? An æquius non esset, hos iudices oculos suos ad diei duodecim horas torquere & indè discere, vt de die crastino soliciti non sint? Et hoc commonstrat, id, quod hîc tango, non ex naturâ procedere, hoc est, non ex lumine ventris, me decimas captare, quod hactenus

Vetera nō il ico ccu opti ma admittenda.

ab

ab aliis factitatum est, qui, quodartem parit, deseruerunt. Quis verò Deum misericordem esse, suámque ceu basim in misericordiam posuisse dicere posit, qui non item credat, quod a Deo necessaria omnia suppeditare sibi ac refundi queant, in morbis, in lepra, in mortuis ex morte, per misericordiam ad vitam longæuam & vegetam resuscitandis. Hic ergo iam iterum vobis, ô Iudices ac Præsides inculco, quæróque, quid animi ac causæ habeatis, quod artem præstantem a tumultuaria consuetudine opprimi sinatis, & ad errores illos nimis procliuiter connitentis, quos tamen vel simplicissimus quisque notare, ac videre potest, certa iniuria Medicinæ confusionem solido eius fundamento longè anteponi? Vos tamen nihilominus vestram hanc antiquam regulam subindè tenetis & ruminatis: filiola nostra, quæ fecit, facta benè sunt. Itane verò? Si ergo benè sunt indiscrete omnia, filia vestra quæ facit: agite & hoc benè factum sit, si eadem in lupanari Venetiis se meritoriam exponat. Nemone verò serio secum tandem pensitabit, quanta cum paralethria Medicorum fraudibus vniuersa hactenus Europa contaminetur? quòd sectæ passim erumpant, qualibet opinionem nouam, monstrosámque concipiente & mordicus tenente? Illas enim vniuersas quis enumerabit? cum fanatici spiritus quadam quasi ex lerna passim euolarint, & confertim in homines irruperint, vt suam iam insaniam eructare propalam cuiuis liberum sit? Interim quò erroneis istis spiritibus, obuiam iri queat, cum, quorum interest, non vel per insomnium meditentur: silent etiam ij, qui per se honestati dediti, eandem de aliis quoque spem concipiunt fouentque. Sed quorsum hæc honestatis persuasio? quorsum ista tolerantia? Confidentiam imò & desperationem videte tot prevaricatorum, qui certatim omnes in Medicos erumpunt. Quæ verò & qualis ista tandem ars erit? Nam statuum omnium si Hypocritas dispicatis: numerum certè comprehendetis multò vberiorem, quàm vel ego vel mei successores ac posteri aut sperare aut tolerare velimus. Attamen nec hoc indignè ferrem equidem, cùm vinci expugnarique possint facilè omnes, si modo æquâ lance vtrique trutinaremur, & superpondio suus valor ac pretium relinqueretur. Donec verò id fieri video, vt opiniones ac phantasmata ipsi Naturæ lumini præferantur: quæ futuro seculo atrocia schismata in Medicinam illapsura sint, ominari nullo labore possum. Vis assecutionis seu Philautiæ.

Quis verò in fide vos adeò desperatos facit: cum tamen illa in se solidè ac simpliciter complectatur perfectionem Dei, qua is præsidij nobis nihil denegat, sed opem ac auxilium modis infinitis plenissimam vbinis ferat? Et in hanc vos fiduciam non [illegible]etis? Auxilium verò Medicinæ quid tandem aliud est, quàm charitas ipsa? Sed ea non ex homine: verùm ex Deo. Et in charitatem hanc vos spem ac fiduciam non collocabitis? Sic ergò fides vestra, quam res imperfecta quid aliud est?

Quæso autem vos, ô iudices ac principes, rem tandem penitius vobiscum euoluatis. Nec enim hoc saltem mandatum vobis est, vt, qui heri fur crumenam præcidit, hodie in crucem a vobis agatur: sed pœnâ eadem omninò etiam dignus censendus est, qui furtum per dolum ac fraudem quocunque modo admisit. Ad vindicem gladium culpa communis & vna est, membrum pro membro, pro corpore, corpus. An verò id gladius non est, quod iugulat, & hominem vita exuit? Quod licet quidem ferreum non sit, non sit polstum: per id tamen pauciora homicidia non patrantur, quàm per ferrum ipsissimum. Sed cur hæc vobis otiosè ita recenseo, quæ tamen omnibus notoria & manifesta sunt? Aut quid id tandem est, quod moueamini tantoperè ab iis, quos vobis fucum & glaucoma obtendere, tam serio scriptis meis omnibus clamo & vociferor? Magna certè cognitio ea est, ex speculo videre, quid ibi sit? quod speculum exhibet: hoc est splendor, qui ex homine emicat, id non est, quod in homine conditur. Sed quid & quò hæc extendo, cùm sciam ea nulli accepta fore? Spem mihi tamen facio certissimam, quod hi, meos quos sectatores vocatis, in hoc fundamento fixas radices acturi sint: & quòd filij ipsorum cum principum liberis, principes ac Doctores alios progenituri ac producturi sint, qui Codices priscos simul & hos nouitios contra nos præliantes sparsim colligent, & vindice animo Vulcano eos omnes consecrabunt. Quis enim spirauit vnquam Boreas, cui Vulturnus splendorem gratum & iucundum non superinduxerit? Quorsum autem hæc agito? Vtinam, sub Borea qui habitant, hunc Vulturnum acciperent. Sed ipsis expectandum est tempus benignius.

Cognosce verò, candide Lector, an ad stomachosius scribendum satis mihi causæ non sit. Quæ enim commemorauí hactenus, non morbum saltem illum attinent, quem hic describendum proposui: sed negotium ad ipsam professionem omninò spectat. Interim tamen cuilibet morbo suum capitulum suus locus assignetur. Hic de Podagra tractare instituí. Morbi enim palmarij quatuor existunt, tres scilicet, præter tractandam Podagram. Quos si vobis explicuero: plane confido, vos animo alacri inconcussoque quoscunque ægros adituros esse.

Id verò, Lector, offendiculo tibi non sit, quòd Podagram curabilem esse ponam, cùm aduersarij tamen mei id inficientur. Nec de me desperes, etsi ex ipsorum codicibus remedia nulla peram. Sed nec ob id me auersare, quod obiiciant, ter me in carceres abductum esse, multa me bella confectatum esse, multos me grauiter verberasse, &c. Nulla enim à me malè locata plaga est, quàm quæ cutem non penetrauit. Sed propter facta verbera indignari haudquaquam debebant: modo finis eorum inflictorum apud illos obtineri potuisset. Sic enim a Deo omnia in bonum conuersa essent.

Tu, Lector, quæ hic propono tibi, accipe, & quæ in præfatione monui, reuolue. Sic fiet, vt ista legendo discas, quæ & tibi & aliis vsui esse possint.

Hanc autem tractationem ad obiectionem triplicem accommodato. Primo ad tradendam Medicinam me inepcum esse. Hoc tibi iudicandum relinquo. Secundo, me nihil noui moliri debere, & doctrinæ veteri acquiescendum esse. Hoc ipsum quoq; iudicio tuo mando. Tertio, duos plura scire vno. Tu & hoc æstima, ac tecum ipse cogita, quos duos putent, aut quem vnum intelligant. His præfationem finio; certam spem habens, Deum Opt. Max. mihiq; tibiq; finem optatum concessurum esse.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 690 sur 913

LIBRI NARRATIO.

DE Podragrâ tractaturo, hoc ante omnia incumbit, vt principio declaret, quid deinceps traditurus sit. De doloribus autem morborum, ac horum signis seu indiciis tradi nihil potest. Insultatio enim morbi cum concurrentibus signis, & horum naturâ moribúsque, mutæ literæ committi ac concredi non debent, vt putetis, vos indè abundè satis exsatiari posse. Hæc enim in multiplici experientia posita sût ac exercitatione, quæ à quouis Medico requiritur. Ab breuem tamen dicendorum comprehensionem hoc opus est, vt locorum huius morbi plenam ac sufficientem notitiam teneatis.

LOCA PODAGRÆ.

Podagræ quę loca

LOca capitis ista sunt: si cranium linea lactea perreptet, cuiuscunque ea, vel modi, vel figuræ sit, Podagræ ea omninò subiecta est. Sic pariter vbicunque cranii aut compositio incidit, aut vbi ossium iuncturę per interiectam cartilaginem; velut bitumen committũtur, aut vbi ossa alia cranio annascuntur, veluti nasus, mentum, ceruix & similia: item loca oculi, aurium, dentium: hæc omnia podagræ sedem locúmque præbent.

Porrò à ceruice per spinam dorsi vsque ad anum, vbicunque vertebra seu articulus, ibi sedes Podagræ. Sic & in humeris, vbicunque os ossi committitur. Similiter etiam in costis vbi eæ dorso infiguntur, ac in thorace coëunt à iugulo vsque ad præcordia: velut etiam in ossibus omnibus, in quibus medulla continetur. Sic & in coxendice, vbicunque articulus commissura, porusque visitur, ibidem podagræ etiam diuerticulum datur. Sic & in illo coalitu iuncturarum, vbi femoris os ossi sacro inseritur, item vbi pudendorum ossa interiecta cartilagine vniuntur, tam in viris quàm in fœminis. Nec minùs in patella ac concauitatibus genuum omnibus, & in ista regione, vbi crus imo pedi committitur, iuxta malleolos, & loca finitima spongiosa cætera.

Eadem ratio est humerorum quoque, & brachii iuncturarum, & cubiti ac radii, vbi interiecta cartilagine vniuntur; nec minùs, vbi brachiũ manui conferitur, iuxta nodũ carpi, & prominentiã apud digitorũ radices conspicuã.

Præterea in omnibus manuum pedúmque locis: in quibus quot squamæ seu commissuræ, tot podagræ sedes, quæ intercurrunt à radicibus digitorum vsque ad vngues: idque tàm in manibus quàm pedibus.

Sed & interiùs in corpore quędam Podagrę loca abdita sunt, scil. quàntum vesica, aut Ramex cũ suis ligamentis cõprehendit. Hîc enim quot costarum insertiones, tot Podagræ sedes.

Quanquàm etiam alia loca Podagræ numerentur, velut in calce, surâ & similibus partibus aliis. Quæ tamen istius morbi propriè loca non sunt, sed obstructio tantùm transitus illos mouet.

Vt verò, quod tracto, planiùs intelligatis, signa quædam & exempla vobis proponam, ex quibus de cæteris facere iudicium queatis. Exemplo autem vobis sit, species peripneumoniæ, item rheuma, quod scapulas ac humeros occupare solet, nec citra diaphragma transit. Similiter, si dolores aurium, dentium, oculorúmque concurrant, incipientis Podagræ signa sunt: velut & tumores articulorum, multis pollutionibus iuncti & stipati.

Præsens Podagra his etiam ex signis noscitur. Dolor eius à vi cœli dependet, ac pro tempestatum Lunæque ratione mouetur. Concitatur etiam à potu, à cibo, à Venereo exercitio, ab ira Martiali. Ab his enim ferè paroxysmi inducuntur, velut & à cæteris, quæ extrinsecus morbum hunc incendunt. Hoc modo Podagræ loco iam constituto ac confirmato, postea in Geometriam illa abit, & lineam proportionis variat seu permutat, vt articuli disiungantur & diducantur, quæ dislocatio dolores aliter non mouet, quàm si fidiculâ membra distrahantur. Materia autem influens locum medium occupat, ac ibidem coagulatur granulatúrque instar grandinis, varióque modo alteratur: cuius mutationis mysteria Medico approbè cognita esse debent. Quis enim literis satis tradere possit, quæ sæuientis podagręin distrahendis & diuellendis articulis natura modúsque sit?

Sed hæc iam pro narratione sufficiant. Quâ librum ipsum quidem minimè finio, sed ad deinceps dicenda viam præstruo, quæ nimirum attinet ad causam, generationem ac naturam huius morbi. Vos autem scriptionis meæ modum haud admiremini. Ita enim ipsa explicandi morbi ratio ac natura poscit. Sed nec hoc vobis admirationi sit, cur causam ac curationem morbi huius illicò non aggrediar. Conuenit enim vt de Matrice Medicinæ omniũ primò dicatur: vt sciatur, ex quibusnã principiis tractatio hæc dimanet. Forè autem spero, vt hęc mea doctrina apud vos eò promptius locum inueniat, quò fundamẽto certiori ac stabiliori ea superinstruitur ac defigitur.

De Origine Artis.

CVm varij passim spiritus varia scribant ac commententur: scire vos ante omnia debetis, quòd ex fundamento ac principiis veris eorum doctrina non dimanet: sed quòd ex longè diuersa cognitione veritas erui debeat. Quid enim quæso vspiam à patre ac matre accepit homo, ex quo vel minimùm corporis humani morbum describere possit? Aut quis vspiam præceptor reperitur, qui ex te vel me *Medicum* facere queat? Nam etsi is quidem rerum multarum peritiam habeat: tamen quid id tandem ad vel meum vel tuum commodum conferat? In isto enim operatur *Lumen*, quod is in me téque intrudere aut infundere non potest. Nam nec ipsi quidem ex scholis aut institutione eâdem hauserunt. Nisi enim ipsum Naturæ lumen Medicum formet ac fingat, fragmenta certè passim collecta non nisi purum putúmque experimentatorem reddent, qui ad Medicinam nunquam vtilis futurus sit. Cùm ergò citra dotes eiusmodi homo nec in aliis professionibus clarere ac excellere possit, vt qui ex seipso nihil quicquam habet, sed ab extraneo præceptore omnia haurire cogitur: cuiuis cumprimis scire conuenit, ex quo quisque fundamento scribat

Lumen naturæ solum Medicũ gignit.

bat docéatque, ne quâ fors lector in errores præceps agatur, aut vt, quod plùs est, eundem lector cum Auctore sensum, idem principium teneat ac assequatur. Quandiu enim discipulus profectum eiusmodi non assecutus sit, vt à Naturali suo magistro ad supernaturalem transcendat: tamdiu fundamentum verum attigisse nondũ putandus est. Nam veluti meministis in scriptura tradi, discipulum non supra suũ magistrum esse, sed ipsum ei æqualẽ esse sufficere: id sensu genuino ad inuisibilem omninò magistrũ torqueri debet, quòd scil. visibiles perpetuo discipuli sint manéntq; quãdiu ex suis vibus & animi sensu proprio loquantur ac scribant.

Discipuli non supra Magistrum.

Cùm ergò nostramet eruditio seu informatio nihil sit, paulò penitiùs certè intelligendum est, quidnam id sit? quod nos instituat ac doceat. Sic autem statuendum vobis est, ipsum Naturæ lumen cuiuslibet professionis fundamentum ac scientiam largiri. Quo dato iam concessóque, impossibile esse consequetur, vt ex doctrinâ Auicennæ, Galeni, ac Hippocratis solidus quis ac doctus Medicus nascatur. Ipsius enim temporis veritas euincit, ipsos putos esse discipulos, taceo vt magisterium certum in iis quæri debeat. Adeóque hoc immotum axioma vobis sit, quòd, nisi ex solo Naturæ ipsius lumine vos prodeatis, generosi ac laude digni Medici esse haud quaquam possitis. Aliàs enim laus ac honor vester omnis ab inani & arido experimentorum honore promanabit. Experimenta ipsa quidem Medicum minimè faciunt: sed hunc constituit sola lux Naturæ. Et, sicut, qui oculis varias terras descriptas peragatur, ob id tamen peregrinatoris nomen iniustè sibi vendicat: sic nec ab experimentis se quisquam medicum venditare iustè possit. Sed ne æquo longiùs vos detinendo tædium vobis ingeram: breuiter recensebo tandem ea, quæ cuilibet Medico suam scientiam largiuntur. Sunt autem quatuor Philosophiæ, & quatuor Astronomiæ, ex quibus ceu speculo quodam promuntur & desumuntur ea omnia, quæ Medicum complere & perficere queant. Extra has octo matres quis Medicum genuinum esse prædicare possit? Sicut enim impossibile est, infantem citra patris ac matris coniunctionem nasci: sic nec suæ scientiæ simili conceptione seu generatione carere Medicus potest. Ac ab hominibus ipsis quidem plura quærere aut sperare non debet, quàm membrorum suorum commodam proportionem. Alterum verò, quod corpus ipsum quasi viuificat, id ex lumine procedit naturæ, veluti iam dictum est. Dum autem de Matribus octo, ex quibus scientia dimanat, disseró: vnà interim quoque attendite, quænam doceat nos Naturalis Geometria, ac Chiromantia & Physionomia? Hæ enim illi libri sunt, ex quibus nobis discendum esse putabimus. Et si enim, quæ charta continet, approbè quidem intelligantur, sic tamen ipse Medicinæ liber nondum inceptus est. Medicinæ liber ipsa Natura est. Et sicut in speculo te ipsum contueris: sic in hoc Naturæ speculo tuas scientias omnes ad vnguem peruidere debes, nihilo incertius, quàm faciem tuam cognoscis in speculo externo.

Lumen naturæ vnicus magister

Auicenna, Gal. Hippoc. discipuli tantùm sunt, nõ Magistri.

Medici qui præceptores sint?

Corpus ex homine est: scientia ex lumine Nat.

Natura est liber Medicinæ.

Multi quidem sunt, qui ex experientiâ suâ scribant. De hâc quid sentiendum sit, attendite. Experientia quidem vni cuiuis conferri potest: vis tamen ac operatio ipsius ab vno in alterum derivari non potest. Vera autem experientia secundum sensum Philosophicum & Astronomicum hæc est, vt res quælibet in suâ inuisibilitate cogoscatur. Sic & dissolutiorem quarumlibet extra hanc cognitionem, vera ac genuina experientia est. Quod heri expertum est: quid id commodat diei hodiernæ aut hodierna experientia quid confert diei crastinæ? Hodierna enim experientia crastinæ similis non est, ideo, quia coniunctio constans non manet, sed modò recens, iam iterum recentior subinde ac assiduò renouatur. cùm tamen experientia ipsa in eadẽ ætate, sibíq; simili perpetuò consistat. Vt autem fundamentum ex quo scribendũ sit, exactiùs teneatis intelligá q; deincepsex ordine, quantum quidem cuilibet scitu opus est, trademus, ex quonã tandẽ scripta vel mea vel aliorũ procedere ac defluere debeant.

Experientia ab vno in alterũ non transcendit.

Experientia quid?

DE LIMBO.

DE Limbo cur ante omnia tractem, causa non obscura est. In hoc enim octo illæ matres, de quibus dixi, latent ac comprehenduntur. Vestrũ autem nemini incompertum esse reor, quòd homo nihil aliud quàm ipse limbus sit. Et cum limbus duplex sit: homo ceu limbus minor, ex maiore productus ac factus est. Limbus autem per se est semen, ex quo creaturę quælibet enascuntur crescúnq; velut ex semine nascitur arbor. Horum hoc discrimen est, quòd Limbus suam terram habuit in verbo Dei, quod in altero semen per mediũ ad finem sui fructus dat. Sic ergo Limbus maior semen est, ex quo creaturę vniuersę prodierũt. Limbus autem minor est creatura vltima, in quam limbus maior abit. Cum enim homo ex limbo conderetur, in eo creaturarum vniuersa inexstiterunt. Ex isto autem velut ex spermate homo, qui iam limbus minor est, sumptus ac constitutus est. Sicut filius à suo patre nascitur: sic limbus minor ex maiore productus est. Et sicut filius parentis sui omnia membra exhibet: sic homo quoque creaturas vniuersas in sese continet. Cùm ergò omnium primò mundus maior ex limbo constitutus sit, & post creaturas omnes ipse tandem homo: ideò sciendum est, creaturarum vniuersarum, quas quidem omnis mundus nouit, naturam, essentiam & proprietatem omnem in limbum vnum denuò quoque congestam & ordinatam fuisse. Iste autem limbus homo factus est. Ex his consequitur, quòd omnes artes, omnes scientiæ, & quicquid in homine est, aut in hominem ingeritur, in cognitione creaturarum omnium maioris mundi versentur & subsistant. Nec enim homo quicquam nouit vel potest, quod ex limbo ipsi implantatum non sit: nec quicquam is altius ac sublimius ipso naturæ lumine habet. Cuius linea prout in ipsum cadit, sic ipse naturam capit intelligítque. Vnde verè ac constanter dicere possim: quòd, nisi Medicus artem suam sciat habeátque sicut suum cantum alauda, & pauo pennas pictas, nihil aliunde in ipsum ingeri possit aliàs, si non assiduò sine medio in illam lineam se permisceat & inserat.

Homo est limbus minor. Limbus duplex est limbus quid?

Limbus minor ex maiore natus.

Homo creaturarum vniuersarum ideam continet

Medici artis debet se habere vt cãrus alaudæ.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 692 sur 913

Sic iam ex hoc consequitur, quòd homines scire ac indagare possint omnem scientiam Angelorum ac spirituum, ac impetrare valeant omnem naturam in creaturis reliquis. Ex ipsis enim cum homo conditus sit, potestatem certè ac hereditatem habet sciendi vniuersa, quæ in cœlo ac terra sunt: & sicut infans à suis parentibus sermonem discit hauritque: sic nobis quoque discendum est ex illis, ex quibus prognati sumus. Parentes enim infantem docent omnia, quæ sciunt. Similiter & creaturæ nos docent omnia, quæ ipsæ sciunt: saltem nos hoc euitemus, vt extraneum parentem non quæramus, vndè discamus. Cum itaque ratione dicta homo ex limbo formatus sit: Limbus autem creaturas vniuersas cœli terræque complectatur: ex eo patet, nemini admirationi esse debere hominum vel sapientiam, vel stoliditatẽ, vel spiritualitatẽ, vel brutalitatem. Ex quali enim is natus est, talis necessariò fit, nec ortus ac parentis sui conditionem effugere potest. Vndè fit, vt naturam alij asini, alij falconis habeant.

Limbus causa vnica varietatis hominũ.

Ex his arbitror equidem (quod & vobis ipsis ita videre debet) quæri & indagari oportere id, quod de homine sciendum est. Si enim natura eius ac ingenium, tam in bonis, quàm malis describendum est: idem priùs ex magno Limbo intelligi debet. Et pro Cosmographia ista, hominis natura, quæ diuersa est, censeri ac æstimari debet, ita vt natura pecudis simul intellecta, ac in suam Cosmographiam posita, intelligatur tandem, quodnam pecus, & quis homo conueniant? Et hæc iam Cosmographia vna est. Altera est, vt cosmographicentur Angeli & homo in sua ratione. Et tunc per istam Cosmographiam facultas nobis dabitur sciendi cognoscendique, quânam scientia aut sapientia quilibet dotatus sit? Præterea Cosmographia tertia est, vt spiritus maioris Limbi & spiritus hominis, limbi minoris, conferantur. Hâc ratione ipsa spirituum diuisio ac distributio patebit. Hinc enim est, quòd homines alii sint dociles, alij rudes, alii pecuini, alii humani, alii boni, alii mali. Hinc etiam inuenietis homines, qui miracula edant, qui spiritibus ac Angelis imperent. Réstque hæc aliter se non habet, ac si filius patrem superaret, cogerétque, vt pater arbitrio filij obsequeretur. Ex istis enim, qui eiusmodi potestatem habent, homo ille natus est. Et nisi per patrem ipsum id præstetur: homo certè huius ex sese vim nullam habet.

Cosmographia triplex est.

Hominũ varietas vnde?

Sic, qui Angelis obsequitur, is parenti suo obsecundat. Ex spiritibus qui discit, is discit à patre suo. Qui pecudes cognoscit, is cognoscit seipsum. Qui Elementa intelligit, is, qui Microcosmus creatus sit, nouit. Sic enim subindè vnum ex altero procedit. Sed vt ad instituti mei continuationem, hisce iam dictis ad Philosophiam relegatis, pergam: intelligere vos velim, quo fine hanc de Limbo dissertionem adduxerim. Is autem non est aliud, quàm Podagra, per quam alij quoque in genere morbi intelligendi veniũt. De quâ hoc præcipuè notandum est, quòd in mortuos Magistros fiduciæ nihil ponere debeamus, sed ad solos immortales præceptores attendere fas sit. Mortui enim magistri ratio alia non est, quàm panni in aquâ madefacti. Humidus enim quidem pannus est, ac idem aquam refert, & aqua etiam ei inest: nemo autem ex ipso largiùs bibere potest, quàm vt linguam modicè parumque refrigeret. Sicut ergò ex fonte ipso potat homo, non ex panno: sic nos quoque scientiam nostram haurimus ab angelis, non à mortalibus, qui vix ad solem leuiter aquâ tincti & imbuti sunt. Et hi, quem tandem exsatiare queant, cùm ipsimet aquæ penuriam habeant?

Magistris mortuis nihil tribuendũ.

In prægresso quidem capitulo docui, medicum eo modo crescere non debere. Iam verò, qui hoc modo fiunt, omnium doctissimi sunt. Hîc enim fortuna posita est, ita, vt Medicus, qui prædicto modo desuper natus est, multa miracula edat, & concursũ successúmque, aliis multò feliciorem habeat. Hi enim hominis signa & miracula tanta operantur, vt cæteri, qui extra hanc influentiam positi sunt, ipsos modo non pro diis diuisque habeãt ac venerentur, adeóque promptè à Deo vero deficiant. Veruntamen, vt portò iam ad principium huius versalis reuertar, conueniens est, vt Medicus in fortunam non confidat, aut stellis fortunatis aliquid tribuat: sed ars ipsius, fortunam veluti per vim cogere & allicere debet. Ideò sese exercere debere Medicum vos dicitis, ne in volubili fortunæ rota consistat. Spiritus enim volatiles seu fugaces sunt: cum econtrà ars minimè fugax sit, sed solido pede constans tibi maneat. Hinc artem vt possideas, via te docebit ea, quam monstro. Ita autem doctrina tibi confertur ex limbo, hoc est, ex tertio corpore, animalium scilicet & rerum crescentium. Hæc enim similitudinem habent cum corpore hominis, quia eandem rationem habent cum illis corporibus, in quibus morbi, quorum podagra palmarius quidam est, latent ac conduntur. Quod autem in vestibulo proposui, etsi id ad Medicinam necessarium non sit: tamen præfationis loco facere eò potest, vt veram veri medici cognitionem habeas, & illorum Medicorum vanitatem censeas, qui extra hanc artem tam arrogantes triumphos sibi decernunt. Qui tamen vniuersi cùm à me, tùm vobis alio loco poni æstimarique non debent, quàm Diui, qui miracula edunt non in nomine Domini, sed in virtute natiuitatis suæ, in quâ nimium iubilando se efferunt. Sed ne sic quidem hoc genus reiicio aut repudio; hoc saltem iubeo, vt rosæ vrticis præferantur, & suus locus his, suus etiam locus carduis relinquatur. Iam verò cùm hactenus dicta ad institutionem Medici percursoriam faciant: hîc tamen simul id quoque tenendum est, quæ tam cognoscendorum morborum præcipuè ratio sit. Morbi etenim omnes, qui animalium sunt, velut & horum omnes complexiones, qualitates & similia, in ipso quoque homine insunt. Hinc etiam Medicorum principium ac scientia eodem modo procedit. Si Medicus de animalibus nihil intelligit: ecquid tandem sciet de homine? In animalibus sunt species: in homine sunt vniuersalia. In hoc enim cõgrediuntur morborum coniunctiones. Sed quod in specie

Fortuna Medico non attendenda.

Podagra est morbus palmarius.

Animalium omnia sunt in homine.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 693 sur 913

noſcendum eſt primum, id non ex homine deſumitur, ſed indè, vndè deſumi iam diximus. Ex his itaque iam liquet, rationes, cauſas, & ſimilia vniuerſa de quibus Medici tradunt, mera commenta eſſe. Ipſi enim ab homine diſcere incipiunt, qui tamen doctrinæ finis exiſtit. Et extra ipſum hominem, principiũ ſumi debet: & externum id in ipſo intus inueniendum eſt. Et hi illi Medicinæ Hæreſiarchę ſunt, qui intus ex homine diſcere ſatagunt, quod extra hominem quærendum eſt. In aperto ergò errore verſantur, qui hominis deſcribendi modum inquirunt, & interim ipſius limbi ignari ſunt. Limbum diſcite, & ſic, quę in homine ſunt, cognoſcetis. Qui non ex limbo, ſed ex ipſo homine diſcit, hic nihil aliud diſcit, quàm latrocinari mentirique, adeoq; meris ſophiſmatis ac omnifariæ nequitiæ idem velificatur.

Limbus eſt diſcendi hominis.

DE MECHANICO.

IN more hactenus vſúque non citra euidentem cauſam poſitum, vt morborum omniũ deſcriptio à generatione ipſorum deduceretur. Quod equidem cur diſputando altiùs hîc ventilem: cum, quæ hactenus tradita ſunt, ad meam ſententiam minimè faciant? Nihilominus tamen ad vrgendum meum inſtitutum, conuenit, vt hoc loco præſentem morbum cum aliis ac curatiùs explicem, quo declaratio vniuerſalis, de morbi fabro, apertior & intelligibilior fiat. Cùm verò nemo adeò certus Medicus non ſit, vt gloriari poſſit, ſe ſuis oculis corpus ipſum morbi contueri: multò certè profundiùs occuletur faber, qui corpus ad morbum cudit. Hoc iam explicatiùs definire mei inſtituti eſt: vt habeant Academiæ, cur de cauſis morborum alia ac diuerſa minimè tradant.

Corpus morbi oculis inaſpectabile.

Cùmergò humanis oculis hoc in caſu nihil pateat, ſed ab oculis ipſius naturæ omnia dependeant: æquum omninò erit, vt viſibiles Mechanicos opifices relinquam, & in ipſo naturæ ordine exponendo pergam. Interim tamen viſibile ipſum hic minimè excludo, ad cuius normam inuiſibile operatur. Ex viſibili enim inuiſibile cognoſcendum eſt. Ita Theorica eſt inuiſibilis, Mechanica autem eſt viſibilis, licèt vtraque res vna ſit. Cur autem id inuiſibile dicam, cauſa hæc eſt, quòd inuiſibilia non conſpiciantur. Sed quid de iſtis hîc dicam? Conſilium nempè meum eſt, ipſum fieri ſeu generationem morbi explicare, vt penitiùs tandem intelligatis, quonam modo morbi ipſi gignantur. In his autem eadem ratio eſt, quæ tignarii, ſecuris, & ligni, quæ in fines multiplices abeunt, modique multis adhibentur, ad domos, ad ſtabula, ad horrea. Quis hîc tignarius modum ita arctabit, vt Geometriam ſaltem vnam ſeruet? nec plures? Tu inſuper, quot capita, tot ſenſus facis, ne vnico quidem ad alterum ſimpliciter quadrãte, ac conueniente. Quibus hoc à me confectum eſſe arbitror, impoſſibile ſcilicet eſſe, proceſſum vnum teneri obſeruarique, ex quo diſcedere non liceat. Sicut enim opifex quotidie noua, eaque diuerſa opificia exercet: ſic varius etiam ac diuerſus iſte eſt faber, qui cudit podagram. Et quis cuilibet quotidianum horoſcopum denuntiare poſſit? Non autem poſſum, quin in riſum effundar, quòd videam ſophiſtas morbos ſuos adeò in numerato habere. De 4. ipſorum humoribus loquor. Quid verò dicam ipſos de ligno loqui, cùm tamen lignum non ſit, ac ipſi interim ipſius fabri mentionem non faciant? Maximè, cum morbus quilibet non ex materia creſcat, ſed ex magiſtro fabróue gignatur, cuius ipſi ne verbo quidem meminêrunt. Iam verò humor plùs non eſt, quàm lignum. Quis ergò vidit, lignum ſeipſum vnquam in domum formaſſe & erexiſſe? Tantò minùs ipſi etiam humores per ſeſe morbi fieri poſſunt. Nam quid morbus eſt aliud, quàm exſtructum ædificium? Cochleam videte: hanc quis docuit ſuam ſibi domum exſtruere? Ex arte nempè inſita domum ſibi illa ædificat. Sic pariter quiuis etiã morbus peculiaris formæ opifex ac ſtructor eſt. Morbi enim omnes ad Geometriam aptãtur. Hoc eodem ſenſu ipſa quoque morborum ædificia cognoſcenda ſunt. Fabricator enim, qui morbos cudit, inuiſibilis eſt. Et hîc renouandus eſt non ipſum lignum. Attendite mihi verò Humoriſtæ. An non ex ligno fabricato potiùs, quàm putrido, fracto, cario óq; domus exſtruuntur? Et has quis conſtruit? Nemo niſi faber aut opifex. Hanc ergo fabricatam materiam prehendite, & iuncturas diuellendo ſtructuram ipſam frangite, ac è manibus opifici ſecurim excutite. Sic demum fiet, vt ædificium corruat, & nouum à fabricatore demò non erigatur. Hic opifex, qui lignum perdit, ac ſuum ſibi domicilium exſtruit, omninò adeundus & exigendus eſt. Iam verò penſitate vobiſcum, an poſitis quaternis numerum iſtum ita comprehendatis, vt nihil omittatis. Si enim de morbis adeò affirmatèl diſſerere velitis, quàm certò vos rem introſpicere gloriamini: ſpiritũ ipſum multò altiùs, ad viſibile ei iungendum, aggredi debebatis, ne vobis veſtra fides excuti poſſet. Multa vobis largior, ad naturam Microcoſmi, cuius ignari & imperiti eſtis, reſpiciens. Quid verò recenſebo tandem, vt breuiter intelligatis, qui morbus gignatur in Mechanica, hoc eſt, à ſecreto & abdito tignario, quem oculis non aſpicimus? Certè, velut humana ratio modis multis ad fines varios operatur: ita fabricatorem quoque Mechanicum omninò ſe habere noſſe debetis. Cui ſi rationem ac ſenſum ſeu ſapientiam humanam detrahere velitis, araneis ipſum iungite, ac operas arcnearum cum textoris ſerici induſtriã conferte, & locum ipſi cedite. Sin minus, ac ab eodem operationem animalem auferre malitis, ſpinam ſeu carduũ, in campo naſcentem vobis ob oculos ponite. In eo quantum rationis ineſt? quid ex ipſo enaſcitur? vt hortus variis herbis enatis floridus: ita ſimilis hortus homo eſt. Quòd ſi verò nec per hæc Mechanicum iſtum intelligitis, vobiſcum quæſo ipſi æſtimate, qui rineæ enaſcantur ac vermiculi. Ex ſeipſis enim non producuntur, niſi a ſuo opifice ac fabro proferãtur. Quòd ſi nec hoc exemplũ vobis ſatis ſit, ſed generationẽ hanc putredini acceptam ferre velitis: tamen hoc obſtat, quòd putredo per ſeipſã nihil ſit, nec quicquã etiam faciat producatue,

Humores à vetilantur.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 694 sur 913

Putredo quid sit?

nisi in aliud quid cudatur & reducatur. Quid enim putredo est aliud, quàm res, suam naturam egressa, aut rei illius mors? De hac ergò scribere ad Medicum nihil pertinet. Itaque causam cognoscite, cur vobis Mechanicum hunc expediam, nimirum vt illum domare ac coërcere discatis. Sicut enim in semine totam exscindere potestis arborem: sic idem hîc quoque præstari potest. Qua enim ratione pyrum in radice, non in ramo crescit, quia scilicet faber pyri in radice, non in ramo habitat: sic hîc etiam opifici, non ligno res ac generatio ea ascribi debet. Et hisce hactenus traditis, generationem morbi vobis satis explicatam esse arbitror. De qua quæ penitiùs ex Philosophia & Astronomia erui possunt, sua serie prolixiùs in Archidoxis traditurus sum.

LIBER SECVNDVS.

Communis Interpretatio Morborum, de Inuentione causarum, Curæ, & Qualitates Rerum.

Nihil sua concordante forma caret.

COnfectum hactenus & demonstratum est, res crescentes omnes, adeóque vniuersa in formam reduci vnam debere, ac nihil sine formâ suâ subsistere, quod in concordantiam suam non formetur. Ponamus exemplum. Vir à fabro Mechanicho in virum cusus seu fabricatus est. Iam verò hoc opus nondum integrum est, ac tale, quale esse debet, sed fabricatione adhuc vlteriore, vt planè integretur, opus est, nempe fœminæ quæ ad viri similitudinem cuditur, & opus id perficit. Istiusmodi hominem vobis proponite; qui etsi hoc modo fabrefactus iam sit, integer tamen nedum est, cum sanitati ipsius aliquid decedat ac deficiat, non secus ac viro deficit fœmina, qui defectus per accessum fœminæ sarcitur & reponitur. Ita pariter hoc quoque loco homo (siue fœmina siue vir sit) integer minimè est, sed perfectio & integratio seu complementum eius in Elementis cusum latet. In his homo suam concordantiam inuenit, cuius coniunctione integratur & perficitur. Attendite autem, me hîc de sanitate loqui. Secundum hanc enim homo integer minimè est, hoc est, in sanitate cuilibet homini aliquid deest. Hic defectus à vobis ita æstimetur, quasi deficeret fœmina sanitatis, quæ condita lateret in herbis, in radicibus, in lapidibus. Iam ergò instituti mei est, vt illa (intelligatur fœmina) cognoscatur & inueniatur in ipsis 4. Elementis, in quibus conditur, sicut liber tertius explicabit. Hoc enim ante omnia ita credendum est, virum sine fœmina integrum non esse: esse autem integrum cum ipsa. Iam fœmina ex terra est. Ex terra etiam vir est; adeóque ex terra vtrique sunt, & vtrique vnum fiunt integrum, hoc est, ex terra vna. Sic etiam Homo & Medicina, vtrique ex vna terra sunt & hominem integrum, hoc est, vnum constituunt.

Vir sine fœmina integer non est.

Homo sine sanitate non est integer.

Fœmina sanitatis &c.

Hom & Medicina vnũ sunt.

Cæterùm ex his intelligi velim, me de personâ, hoc est, de fœmina, cuius forma formæ conuenire debet, loqui, vt sciatur, quidnam defectum alterius sarcire debeat? Itaque formam præsto adesse oportet: nec sine forma quicquam est. Sic nimirum fœmina ac vir non saltem res vna sunt, sed vna etiam imago. Hoc enim ita poscit defectus viri, fœminęq; ipsius, quæ ne ipsa quidem sine viro integra existit, vt scilicet non minùs forma adsit, quàm proprietas, nec minùs proprietas, quàm ipsa forma, adeóque vtraque res vna fiant. Hoc autém sic accipi volo. Nisi forma ipsa inueniatur, fundamentum proprietatis certè, quam hîc inculco, nunquam reperietur. Et quicunque de proprietate loqui statuit, is de ipsa quoque forma, hoc est, de eadem Anatomia disseret. Anatomia enim vna est, vir ac fœmina. Simili ratione morbus quoque & ipsius remedium Anatomia vna sunt. Vna Anatomia, est vna res, quæ in forma & proprietate res vna est. Morbi cuduntur & fabricantur, vt ipse homo. Ideò quilibet morbus homo est, hoc est, in proprietate & forma vnius hominis. Similiter ipsa quoque Medicina. Ex his iam liquet, morbum poscere suam fœminam, hoc est, Medicinam. Hîc iam reperienda est concordantia morborum, hoc est, vtriusque coniunctio in Anatomia vna, velut viri & fœminæ. Eâ inuentâ, medicus integer & perfectus est. Ad hoc ergò, quod indico, iam deinceps requiritur, vt in sequentibus artes eas vobis explicem, ex quibus concordantiam hanc inuenire & intelligere queatis. Citra harum enim cognitionem Anatomia inueniri minimè potest. Id verò quid tandem est, quod nudum hominem, & ipsius membra tam curiosè dispicitis? Ecquid in eo obseruatis autem, ex quo ad curam instructiores & aptiores euadere possitis? Ne tantillum quidem. De ossibus tantùm ac corporis substantiâ ibi laboratur: cùm tamen opus sit, vt in ipsam morborum Anatomiam penetretis. Nihil enim ipsis membris deest: quibus vos tamen nec addere nec demere aliquidex vobis potestis.

Forma proprietates inueniuntur rerum.

Anatomia vna quid?

Morbus est homo.

Anatomia medico quę noscęda?

Cùm ergò Medicis nobis vniuersis incumbat, vt artis nostræ rationem rogati, de omnibus reddere sciamus; ideò si quis rogitet, ex quonam hoc vel illud habeamus? satis haud quaquam id est, si respondeamus, hunc aut illum id ita tradidisse. Istam enim veritatem infringit tempus, tanto interuallo illapsum: infringit eandem scriba incautus: infringit illam discrepans sententia nostra illorúmque, ita vt in sententia vna conuenire minimè possimus. Vbi hoc iuxtà grauissimum est, quòd illorum auctorum (Hippocratem ac Apollinem excipio) fundamentum aliud non deprehendatur, quàm quod in nudis illorum opinionibus & imaginationibus, quibus citra labem credere nemo quisquam possit, consistat. Pari ausu multi quoque ex quotidiana experientia sua scribunt ac commentantur: cum tamen eadem incerta, ac extra genuinam experientiæ matrem concepta sit. Quæ certè non nisi merũ nudúmque adminiculum est, aliud non præstans, quàm vt inconstantis fortunæ gratiam stipuletur. Quę enim tandem experientia sit illa, quã aut cœli status annihilet, aut infringat

Hippocr. & Apollinis laus.

ratio

ratio terræ, aut violet potus, aut eludat cibus; Nam qui experientiam talem, ſine vera experientiæ matre firmatam, adminiculantem habent, hi, quò minùs ſucceſſus optatus aſpiret, facilè reprimuntur & euincuntur. Mater enim experientiæ eſt, quæ experientiæ dat viam, modum, ordinem, artémque, ſine quibus Medicina nihili eſt. Meritò autem, qui Medicus non eſt, Medicinam dicit nihil, niſi experientiam eſſe, hoc eſt, non eſſe artem. Nam quod experientia quotidana cuilibet confert, id ipſius ars eſt. Quod verè quadrat in eos, qui experientiæ matrem non cognouerunt. Ego autem contrà ita ſentio, ad principia omninò ac fundamenta ipſa deſcendendum eſſe, ac ex imis cauſis cognoſcendum, à quonam patre vnumquodlibet procedat. Hoc enim accuratè comprehenſo, nullo dubio cognita ſunt omnia, quæ cognoſci debent. Sicut enim eques calceationem equi à fabro ferrario petit: & faber viciſſim ferrum ab ærario: ærarius à fodinis, & ſic conſequenter, quolibet ex experientia ſua ita agente: ſic nobis quoque rerò cogitandum eſt, nec in officina fabri ſubſiſtendum, ita, vt factas tantùm ſeu productas iam herbas aſpiciamus: ſed retrò ad ipſum principium pergendum eſt, quales illæ ſint, antequam fiant, ante ſeminis ſui productionem, dùm adhuc metalli ſint. Hinc inquam nobis ſtudioſè diſcendum eſt.

Experientiæ mater quæ?

Huius verò omnis inſtitutionis hic rhombus eſt, vt Anatomiæ periti & gnari ſimus, hoc eſt, ſciamus concordantias eorum, quæ iungenda ſunt. Hæc etiam coniunctio artis vocatur. Quæ enim natura ipſa coniungit, ea coniunctio naturalis eſt. Quæ coniungit homo, coniunctio artis dicitur. De arte loquor, quæ producenda eſt. Quæ ſi inueniri debet: neceſſe eſt, Phyſionomiam particulam eſſe, quæ nos inuentionem doceat. Nec enim in ſubtilibus capitibus noſtris quicquam præſidii locare, ſed omnia per ſolam naturam probare debemus. Vt enim ratio noſtra ne minimum quidem gramen facere poteſt: ſic pariter nos quoque caſu iſto ne tãtillum efficere poſſumus. Et ſicut quæ in nobis habitat ratio, naturam ſequi, hoc eſt ſerere ac plantare ad naturæ morem debet: ſic eandem ſequi debet & Medicina. Itaque Phyſionomia ex iis, quæ nos docent, vna eſt. Sic vna eſt etiam, quæ nos doceat, Chiromantia. Vna eſt etiam Anatomia, quæ tandem ex dictis duabus progreditur. Harum verò quis proceſſus ſit, ſedulò attendite? Nam ſi dicamus, hoc ad illud vtile eſt &c. res certè non per literam probanda eſt, ſed per artem noſtram, quæ literam ipſam infringit. Sicut enim nec in S. Scriptura literæ locus eſt, verùm ſpiritui & fidei: ita pariter nec in hac arte. Si ergò ars omninò requiritur ad probandam rem; patet ſanè literam ipſam deſerendam, nec rem probandam aliter nobis eſſe, quàm veluti faber probat ſuum opificium: hoc eſt ſcire debemus opificium anatomiæ, coniunctionis, & concordantiæ: quo ceu regulæ quædam faciunt ac ducunt nos Phyſionomia ac Chiromantia, per quas Anatomia ipſa probatur: ex qua deinceps ars ipſa Medicina confirmatur, vt iã, nos Medicos eſſe, audacter dicere poſſim*. Cuius vt certus ſis, tẽ apprehẽde: nec libros perlege. Faber enim ac tignarius ex ſcriptura nihil perficiunt aut integrant, ſed ex ſcientia. Iam autem Medicina quoque ſcientia eſt. Ergo concedet etiam, quòd concedit Mechanicus, quem etiam penitus intelligit, nec vertiginoſum ſuum cerebrum ſectabitur, ex cuius inuentis viginti, vix vnum probè cadit, & tamen nec hoc quidem ſemper. His ergò hactenus comprehenſis, iam deinceps attendite, quid Phyſionomia & Chiromantia ſit, quãue ratione diſcendum Medico ſit. Nam citra hanc viam eruditio eius vniuerſa nihil eſt.

Coniunctio vel eſt naturalis, vel artis.

Phyſionomia mater inuentionis.

Item Chiromãtia & Anatomia.

Licra nullius momenti.

Anatomia per Phyſ. & Chirom. probatur.

PHYSIONOMIA.

PRius, quàm de Phyſionomia tradam: in veſtibulo vos ſcire velim, morbum quemlibet eſſe hominem integrum, & corpus habere inuiſibile, adeóque corpus eſſe Microcoſmi & Microcoſmũ ipſum. Vt autem quod intendo, aſſequamini, exemplum hoc attendite, ex quo formam Microcoſmi morbi cognoſcatis. Proponite vobis Icteritiam. Hęc ex corporis centro hoc eſt ex felle, oritur. Hæc autem noxam nullam infligit, antequam homo totus ex ea creuerit, hoc eſt antequam Icteritia homo totus facta ſit, aut in finibus eius conſiſtat. Hinc ſequitur iam, totum corpus Icteritiæ extendi, quouſque vniuerſus Microcoſmus extenditur & terminatur hoc eſt in manus, pedes, aures, oculos & vniuerſos corporis fines ac metas. Hoc pacto corpore eo completo, incrementum ſuum illa attigit, ac membra omnia habet, quæ habere homo debet. Membrum ergò membro vbique reſpondet, in proportione vna, & diſtantia ſimili. Vndè iterum patet, quod manus manuales, pedes pedales, oculi oculares, ſtomachi ſtomachales, inteſtina inteſtinales &c. morbos pariant. Vnde mala illa experientia emerſit ſecretorum Icteritiæ, dum alius remedium ſtomachale aduerſus Icteritiæ ſtomachum, alius aduerſus eius oculos &c. nouiſſe gloriatur: quę tamen verę Medicinæ artes haudquaquam ſunt ſed tantum experimenta, quę citra iudicium ac rationem omnem adhibentur. Microcoſmus ergò in morbo iſtiuſmodi iam duplex eſt, & duplex corpus habet, licèt homo vnus: quũ duo corpora aliter ſibi non complicantur aut conſeruntur, quàm ſi aquam cineribus, in vaſe concluſis, infundas. Vtcunque enim liquoris multùm infundas, cinis ob id non intumeſcit, non ſpatium maius occupat, ſed cineris ſimul & aquæ idem, qui prius locus, perſtat, nec diſtantia in coniunctione duplex paratur. Simili ratione morbum quoque in ſua forma intelligere debetis. Porrò iam attendite ad Phyſionomiam hominis, hoc eſt, ipſius morbi, quem hoc loco hominem voco hac de cauſa, quia non morbus ſaltem prædictus, ſed inſuper quilibet alius etiam cum homine ſimiliter creſcit, & viget, priuſquàm moriatur aut aboleatur. Quòd ſi ergo morbus homo eſt, licèt inuiſibilis: Phyſionomia eius vtique ita, vt oſtenditur, accipi debet, & poſtmodùm cum Medicina ita conferri, vt vtrobique Phyſionomia vna ſubſiſtat. Et ad hanc cumprimis non ipſius corporis Phyſionomiam reſpiciendum eſt: licèt vtriuſque ratio ac proceſſus prope ſimillimus

Morbus quilibet eſt homo, & microcoſmus.

Icteritia excentro corporis oritur.

Icteritia quando & quomodo corpus fiat?

Corpora duo morbi & hominis, quę ſimul ſint?

Morbus cur homo vocetur?

millimus existat.

Medicina est fœmina morbi.

Eodem etiam modo de Medicinâ sciendũ est, quòd ea fœmina sit formæ, sicut superiùs dictum est. In omnibus ergò crescentibus, à naturâ productis satagendum est, vt sciatur similiter, id, quod coniunx intrinsecus est, formam existere Medicinæ, quæ ex virtute & specie suâ similem Physionomiam indicet. Morbus enim, sicut audiuistis, hominem internum fabricat. Is homo moritur, non externus. Idem etiam externum regit. Nec enim in externo homine mors est, sed in interno. Nec externus putrescit. Pro his ergò ei homini suã in medicinâ coniugem debetis. Sicut enim homo morbi in corpore iacet ac existit: ita similis etiam homo est in medicinâ, manus suas, pedésque ac caput & oculos, & ventrem, & omnia habens. Et qualis homo internus est: talis ipsius etiam coniunx est.

Homo morbi & medicina sibi non similes.

Sed hîc notabitis, quòd homo morbi vnum membrum alio manifestius (prout nobis videtur) aut grauius tangat. Sic enim is in hoc mẽbro magis, in alio minùs sentitur. Et tamen non nisi vnicus homo est, in membris omnibus integer, & mortem similem membris omnibus inducens. Et hâc omnino ratione & Physionomiâ tali Medicina ipsa cognosci & erui debet. Quam si ita non cognoscatis: idem vobis accidet, quod fatuo qui fœminam speciosam spectans, cur & quo fine ipsa fœmina sit? ignorat, ac pro fœminâ frustum panis arripit. Quandiu autem Physionomiam interiorum hominum non calletis: tamdiu, vt hominem externum, qualis sit, cognoscatis, impossibile vobis erit. Medicè verò minùs vos ita Medicos profiteri poteritis, cùm vere artis ignari sitis. Ideóque doctrina vestra scientia non est, sed mera experimentorum farrago, quæ in promptu etiam rudi esse rustico possint. Et propter hæc leuia necesse non erat, vos Doctores creari, aut in Academiâ Lipsensi vel Ingolstadianâ ætatem obterere. Ars huiusmodi (modo ars dici debeat) apud vetulas, Monachosque ac moniales aptiùs conquiri potest. Interim, dùm vobis huiusmodi iure obiecto, ferendum est, vt à vobis magus, delirus ac fanaticus vbique decanter. Quòd si verò inscitiam ac mendacia vestra tuendi facultatem ac robur certius nõ habetis, quàm vt me subindè magum, impostorem, ludionem inclametis: vos ipsi deinceps, ceu hactenus nequam & impostores manebitis, qui, quod didicistis, non temerè deseratis. Satis mihi interim id est, quòd exploratum passim vniuersis sit, vos aliud nihil scire ac tenere, quàm periclitari, sollicitare fortunam, proponere ænigmata, & verborum lenocinia omnibus venditare: quod graphicum Hypocritarum signum est.

Medic. reprehẽsio.

Iam verò si rem assecuti estis, & propositæ doctrinæ de duobus hominibus, morbi, scilicet & Medicinæ, intrinsecus absconditis astipulamini: deinceps hoc quoque attendite, quòd, etsi homo iste quidem abscondatur, visibilis tamen nihilominus sit idem, velut vmbra, aut Iris seu Arcus cœlestis, impressioneíque aliæ. Huiusmodi enim impressiones, ac Irides, & apparentiæ cœli aliæ nec ipsæ quidem aliud sunt, quàm sui corporis figura interior. Sicut ergò hęc in cœlo: sic impressio illa etiam in homine se habet. Hanc autem Medicina iugiter ac perpetuò in sese habet. Homo contrà tum demum, quando ægrotat. Sicut ergò illam in cœlo impressionem factam vides: sic permides etiam factam in homine. Vnde futurus Medicus, necessariò Astronomus esse debet. Sine Astronomiâ enim te Medicum fieri posse, impossibile est. Duas porrò personas istas, (quas velut impressionem oculis intueberis) considerabis & inspicies eodẽ modo, quo aspicis hominem externum, & cognitâ Physionomiâ dicis, hic homo furtiuus ille mendax, iste rapax, &c. est. Quod si enim id foris pores: disces etiam interiùs. Quid externa ista sunt? Cœlum nempe Phisionomiam illam imprimit, ex quâ diuinas. Simili planè modo internis etiam cœlum dat, quod dat externis. Interna ergò externis non pigriùs inspicienda sunt. Quòd si enim complexionem Martis exterius in vultu Martiali dignoscis: complexionem hominis internam quoque diiudicare poteris, an Mars Saturnúsue Physionomiam illam impresserit. Et internus quidem homo ægrotat, non externus, quem vides. Externus vincitur seu superatur. Victus autem tibi curæ non sit: sed de eo loquaris, qui illum vincit. Notum vniuersis rusticis est, quod barba rubra vestiti, infideliores seu fraudulentiores sint nigris barbatis; quódque hi vicissim illis iracundiores existant. Quæ verò hæc ars in Doctore sit? Compertum etiam passim omnibus est, oculos cæsios nigris esse saniores, & caluos meliores aut saniores esse in fronte villosis. Sic acutus nasus obtuso iracundior censetur. Sed quid id ad gloriam ac ornamentum Doctoris? Intra in ipsum corpus, penetra, ac id dispice, non externum. Species externi qualiscunque tandem sit, ex ipso nihil, quod tibi vsui sit, notabis aliud, quàm quod deforme ac morbosum sit. Sed quid ipsum læsit? quis infirmauit eum? Hoc nimirum tibi dispiciendum est.

Physionomiam cœlum imprimit.

Physionomia complexionis index.

Barba rubrado. loſior atra.

Oculi cæſii nigris meliores

Calui villoſis meliores. Nares acutæ iracũdiores preſſis.

Cum ergò Natura internum hominem det monstrétque, isque sit de quo hîc differo: ideò ex hoc præcipuè dispiciendum est, quænam membra in ipso ægra sint? Eadem enim & in corpore Microcosmi laborant dolentque. Iam qui de loco queritur, is non id indicat, quod dolorem concitat, sed tantùm quod dolet aut dolorem sentit. Interior autem homo nihil dolet: dolet tamen exterior. Qui verò non dolet, is considerari debet. Quod si tu intendas in id, quod doloré sentit: ecce quæso, quid facias. Adhibes nimirum Narcotica. Hæc enim rua in carne Medicina sunt. Bellam vero Medicinam, bellam doctrinam! Tandem enim etiam erosiua additis. O verò erosores lepidos! Non mirum verò, quod Medici estis, prout rem inielligitis. Istis enim præmissis poste à purgas choleram, vbi nulla adest: purgas Melancholiam, quam omni vitæ tuæ tempore non vidisti, &c. Ex quibus omnibus euidẽs est, te, quid morbus sit? haudquaquam cognouisse. Hinc enim fit, quòd externis medicinis instas, & internas, quæ Medicum cõstituunt, omittis. Sicut ergò incepimus de Physionomiâ ex fundamẽto capiendâ tradere; ita

Homo morbi qui visibilis sit.

Homo exter. nus dolet, non internus.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 697 sur 913

ita opus est, vt oculos, aurésque ac nasum interni hominis videas, & ad hanc Physionomiam suam coniugem expedias, cuius tamen ipsius quoque Physionomiam nihilo incertiùs cognouisse debes. Nam quis herbarum virtutes primus indicauit? Solus nimirum ille, qui hæc talia explorata habuit. Has enim à facie exteriore nemo cognoscere potuit. Tum nec ex gustu aut odoratu idem manauit. Itaque per solam Physionomiæ artem eæ vires exploratæ fuerunt. Ars verò, quæ ista inuenit, aut inuenire docuit, obliuione postea obliterata est: fragmenta autem, ac micæ, ab ore eius defluentes, collectæ & asseruatæ fuerunt. Ex fragmentis illis hoc quoque est, quod scitis, ex pyrulâ potionem vulnerariam parati. Quas verò virtutes plures habeat id haudquaquam vobis compertum est. Sic etiam de consolidâ nouistis, quòd sanet & consolidet. Quid verò consolidet, minimè nouistis. Sic & simul aliquid, & simul nihil nouistis, nec ad cognitionem veram penetrastis. Et horum medicamentorum respectu vestri eadem ratio est quę fœminæ vel virginis. Hanc, quod muliebri ingenio & animo sit, videtis quidem: sed cuinam amorem suum addixerit, id non videtis: in quo tamen omnis cognitionis basis latet. Nam si eam alii iungas, cui non cordicitùs fauet, litem & rixas meras moueas. Eadem est ratio ipsius quoque Medicinæ, si simili modo ipsam iungas ac copules.

Cùm ergò Medicina in morborum cognitione & curatione, verum, genuinum, ac fundamentalem Physiomistam requirat, non ignarum ac imperitum rerum, qui vetularum quisquilias conuertat, quod Doctores nostri & his similes faciunt, quià libris otiantes, piscariarum anuum secreta, experimentáque ac collectas triuiales, & varia *Vade mecum* emendicant: ecquos tandem dicemus esse Magistros septem artium liberalium? Cúrue eos ad Medicinam aptiores esse opinabimur? De hisce enim cum septem ipsorum artes liberales ne quidem tamentum tradant: quosdam tàdem fructus ex Medicinâ capiet Poëta, cuius ars merum figmentum est, cuius artifex non nisi ad captandos hominum risus natus est, ex quibus tamen paulò sanior alius, nec calidum, nec frigidum, nec dulce, nec acidum quicquam percipit: adeóque subsanatores isti seipsos omnium maximè titillant. Et tamen deridiculi isti se eos iactant, qui soli facultati Medicæ præsideant, eámque sceptro suo moderentur. Hi ad Medicinâ quadrant, velut pugno ad oculũ. Interim, qui facultatis tãpræstãtis patrocinium seriò sumunt, hi illicò Magi & venefici proclamantur: porrò etiã Geomantici, Pyromantici, Hydromantici, Chaomãtici, sensu tamen multò nequiore & asperiore, quàm res est. Nam si ipsi harum quatuor artium peritiam haberent, cognouissent certè vniuersa, quæ cognouisse Medicum oportebat. Sed, vt in prouerbio est, canis vetulus haud facilè assuescit loro. Hoc querebatur quidam, qui in Misnię ciuitate, Academia suâ celebri consulem agebat, indignè ferens, dolos ac fraudes suas in apricum proferri. Mirum verò est, quantopere plebem illam, cui talis præfectus consul est, videre gestiam. Credibile tamen est, labra similes lactucas habere. Interim haud immeritò quis admiretur, Beanum huiusmodi, vagantem, ac Medicinæ Hypocritam ad tantos honores extolli. Meliorum credo ibi virorum penuriam esse. Quod si ita est: nonum nec hoc est, inter cœcos luscum regnare. Probis interim ac cordatis Medicis ratum esse debet, morbum ipsum dare Medicinæ principium, ex quo scientia dimanat: cuius pars vna est Physionomia, vna est Chiromantia, & si quæ aliæ hîc recenseri non possunt, aut debent. Nam hoc loco saltem adducuntur illa, quæ ad cognitionem Podagræ requiruntur. Quòd si sint, qui hæc aut nimis pauca, aut minùs plana tradita esse censeant: hi cæteros quoque nostros libros euoluant. Defectus enim vnius per alterum sarcitur, ita vt in diuersis plenè omnia tradantur. Hoc autem antè omnia cumprimis necessarium est, vt inuentricem Medicinæ exploratam & familiarem habeatis. Sine hâc enim verè Doctor nemo salutari potest. Aliàs quod nomen profitetur, minimè nouerit. Gradus ergo, ac Excellentia, &c. vestra, ad nihil facit aliud, quàm ad velandâ hypocrisin, & ad commendandam magis vestram assentationem, blandimenta, gesticulationes, ac imposturas, donec pecunia ipsos ægrotos emunxeritis.

Physionomię gratia.

Pyrula herba vulneraria.

Consolida herba vulneraria.

Medic. reprehẽsio.

Consulis cuiusdã preuersium.

CHIROMANTIA.

Chiromantia quid?

QVi Chiromantiam ad solas manus dirigi ac intendere arbitrantur, hi in aperto errore versantur. Nec enim solæ manuum, verùm totius insuper corporis lineæ ad Chiromantiam spectant. A potiore autem ars dicitur, quia lineæ manuum omnium euidentissimæ sunt. Ars ergo non in solâ manu, sed etiam in caudice exerceri debet. Sic, quæ crescit herba, folia profert. Ea suam Chiromantiam habent. Folium enim quodlibet sui corporis manus est. Manus homò geminas habet, Herbæ plures pauciorésue. Et tamen quodliber folium cuiuslibet manus instar est, ac manualem Antomiam suam habet. Præterea formis duabus lineæ exhibentur: muliebriter & viriliter: suum enim mulierum & virorum discrimen est. Sicut autem variæ in variis foliis lineæ exhibentur: sic pariter & in homine. Quoduis enim peculiare sua peculiaria signa monstrat. Porrò autem nec sola folia, sed corpus etiam seu truncus secundum lineas suas considerari debet, velut in fraxino, fago abiete, qui trunci ipsam chiromantiam exhibẽt. Quę enim istorum ratio: eadem & hominis: cuius caudex seu truncus est longitudo corporis.

Manus homini duæ herbę plures.

Lineę Chiromanticæ sunt duplices.

Hanc autem Chiromantiam si non cognouistis, Medici haudquaquam estis, sed micarum & fragmentorum collectores. Canum enim more, quæ aliis excidunt, vos corraditis. Iam ista verò chiromantię cognitio talis est, vt *lineas Architectas* in manu discernatis & comprehendatis. Quas qui habet, ex colica obit ac emoritur. Itaque linea architecta foliorum, colicę istius remedium est. Sic *Linea ancora* linea est Apoplexis. Quare & linea ancora in Acoro Apoplexis medicinæ est: & sic in aliis consequenter. Medicina

Linęę Architectę quid notent?

Linea Ancorę signum & vsus.

cina enim ex chiromantiâ depromi oportet. Quod si extra Physionomiam & Chiromantiam recepta componas, in omni certè arte longè aberrabis. Pari omninò ratione in Podagra quoque Physionomia suum corpus habet: hoc est, nisi Physionomia ipsa corpus podagræ det, podagra non adest. Corpus enim adsit oportet. Sic & in caduco suum adesse corpus decet: alias caducus nullus generabitur. Eadem morborum cæterorum quoque ratio est. Iam si corpora adesse oportet, & citra corpora nihil fit: singularia corpora, singulares omninò morbos, hoc est singularia etiam signa habebunt. Et de his signis equidem loquor, ex quibus Medico discendum omninò esse asserimus. Sine signis enim quis quicquam discit? Signa scilicet artificem testantur. Ex signis, quid res sit, noscendum est. Sine his, cognosci nihil potest. Iure ergò in Chiromantiam & Physionomiam vos equidem duco. Hæ enim signa promunt morborum futurorum omnium. Iam sicut corpus virum, hoc est morbum designat: sic Natura etiam ipsius fœminam, hoc est Medicinam eodem signo designauit. Quæ si vos synagogistæ Medici ignoratis, rerum omnium ignari estis.

Morbus nullus sine corpore. Signorũ Chiromãticorum necessitas. Vsus.

Hìc autem non de Chiromantiâ externâ saltem loquor, verùm etiam de internâ. Sicut enim Physionomia extrinsecus foràs egreditur: sic pariter intúsque ac foràs cognoscenda est. Eadem etiam chiromantiæ ratio est. Non externa tantùm, sed externa simul ac interna noscenda sunt. Iam si quædam chiromantia etiam interna est, fas est eam desumi ab externâ, quæ de interiore testatur. Sic ramus & folium arboris, de radice eiusdem testantur, nihilò incertius, ac si ipsis oculis eam conspiceremus. Chiromãtiæ ergò, velut & physionomiæ ratio hæc est, vt de externâ internam sciamus ac æstimemus, adeóque ex vtrisque omnem totius corporis statum cognoscamus. Si enim externam cognitam habeamus, ac homo is moriatur, nò que eum in Anatomiam deducamus: intus certè omnia reperiemus, quæ foràs conspecta indicauimus. Ista enim ante omnia cognita opus est. Morbi enim interiùs absconditi latent. Simili sensus & cognitionis ratione ipsorum quoque fœmina, hoc est medicina cognoscenda est. Morbus enim quiuis de suo corpore est genitus: corpus autem eius, quod genitum est, disposita & ordinata signa fert. Hinc eliciendum id arcanum est. Similis ordo ac dispositio ipsi quoque Medicinæ inest: cuius finis is est, vt ex illâ Medicus discat & experiatur: non vt delirum suum cerebrum sequatur, sed vt verum magistrum ex iam dictis consulat, nec quicquam nisi ex prægressa tali cognitione ordiatur ac incipiat. Quisquis enim Doctorum ac Magistrorum non ex Naturæ schola prodiit, is merus impostor ac seductor est. Quod si aliquando quid dextrè ipsis cadit, id fortunæ adscribi debet, non ipsorum scientiæ: idémque iis accidit, quod cœco, qui fortuito numum inuenit.

Chiromantia est vel externa vel interna.

Morbus omnis ex suo corpore natus.

Sequitur in copia, summula reliqua post Chiromantiam. Post Chiromantiam habetur aliquid de physionomia, colligatur pro fine huius libri. Item Anatomia prostpredicta.

ANATOMIA.

Hæc ita in ipso habentur Autographo: vlterius enim in his paginis scribendo non est progressus. Quæ verò iã sequuntur, aliis duabus paginis seorsim inscripta, inter schedas & fragmenta reperiebantur, ante hac non edita.

I.

CVm Medicus ex se ipso nihil sciat ac possit sed ex rebus extraneis omnino discere cogatur: vna præ cæteris ANATOMIA fundamentum ac scientiam ipsi suppeditat. Iam verò Anatomia ars est, docens cognoscere formam rei cuiuslibet, quî se illa habeat, quî constituta & composita sit? quam conditionem statúmque teneat? idque in homine, in ligno, in arbore.

Anatomia quid doceat.

De formâ autem loquimur, quæ Medico scitu necessaria est. Anatomia enim formæ cognitionem præbet proprietates istarum rerum. Videtis enim sine suâ formâ nihil subsistere. Sic nec morbi ipsi informes sunt, sed omninò formati. Ideóque Anatomiam suam & vt ita dicam, hominem peculiarem habent. Anatomiæ verò in morbis hæc est forma, vt ex dolore, ex colore, ex loco, illi omninò cognoscantur & explorentur. Color indicat, quid & quis morbus sit? sic & morbi locus. Hi duo, morbi ipsius Anatomiam demonstrant.

Forma Anatomiæ vnde noscenda?

His cognitis, facienda eodem modo etiam est Anatomia herbarum & rerum crescentium: vt scilicet hoc pacto Anatomiam herbarum, & huic similem morborum in ordinem vnum cogatis & reducatis. Hæc enim similitudo cognitionem dat curationis in quâ pergendum & procedendum sit?

Cur enim Chelidonia Medicina est in Ictericiâ. Nempe propter suam Anatomiam. Sic & centaurea, sic scarabæus, sic pediculi, &c. Iam quotuplices in Ictericia Medicinæ sunt: tot species etiam existunt Ictericiæ: & totidem etiam Anatomias, hoc est, cognitiones earum in differentiis morborum habere debetis. Eadem differentia est *in iis* etiam morbis, quos extra Anatomiam inuenire non potestis.

Chelid. centaurea pediculi Ictericię remedia.

Sic cur membra similia, similia alia confortant? Ideò quia eandē Anatomiam habent. Idem in aliis etiam verum est, in quibus formæ ac essentię similes Medicinę & morborum manifestè conueniunt.

Istarum ergo rerum cognitio data est, vt Medicum certiùs instituant. Hi enim eius libri sunt, non nuæ literæ. Ista enim si nouit, necessaria omnia cognouit. Sin minùs, certè inscitiâ plenus totus est. Et huic qui se credit & committit, is desperatus ac vanus est.

De Anatomiâ autem, hîc ita differere placuit, vt de podagrâ cognosceretis, ex quo principio, & quo cum fine illa describenda sit. Cui rei si ante me veteres, quod decuit, fidam operam nauassent: hęc mea scriptio iam su-

perua-

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 699 sur 913

perua canea foret,

II.

QVandoquidem res quælibet ſeipſam prodat, veluti vos dicere ſoletis, hunc faciem ac oculos furtiuos habere, cui nihil fidendum ſit: (Phyſionomia enim exterior de interiore ſemper teſtatur.) Ideò artis eſt, primum externum hominem nouiſſe. Hoc ductu Phyſionomiam meam inſtituo, vt ſciatis, ex quo tandem fundamento mea ſcriptio procedat.

Phyſ. eſt pars Anatomię.

Iam verò Phyſionomia pars eſt Anatomiæ. Suum enim indicium habet, quod aridum eſt, quod eſt nodoſum, quod eſt rimoſum, quod tale vel tale eſt. Et ſemper forma indicat, ad quid faciat ſeu proſit. Eufragia prodeſt oculis. Cur? Quia Anatomiam oculorum habet. Nulla enim nubecula nulla forma in oculo eſt, quæ in flore Eufragiæ non contineatur. *Tormentilla* ſiſtit ſanguinem. Quare? Eius enim Anatomia ſanguini ſimilis exiſtit. Sic & Carniola, ſic Hæmatites, ſic Choralli: quorũ quodlibet ſuũ ſanguinem, cuius Anatomiam fert, cohibet.

Eufragia oculis prodeſt.

Tormentilla tam. Hæmat. Coral. ſiſtũt ſanguinem.

Quod autem ad hæc attinet, de iſtis omnibus, vt de & morbis, ſingularis liber cõdendus eſt, vt Anatomia referatur ad Anatomiam, Phyſionomia ad Phyſionomiam, ars ad artem, Chiromantia ad Chiromantiam. Quæ artes vniuerſę homini datæ ſunt, vt ab ipſo cognoſcantur, diſcantúrque: ſine quarum notitiâ doctrina ipſius nihili eſt.

Probatio autem hæc vana eſt, ſi Medicus dicat, choleram purgandam eſſe cum Colocynthide, aut phlegma cum Turbith ac ſimilibus. Hi enim meri Sophiſtæ ſunt, quorum aſylum opinio eſt. Probatio contra hęc demũ vera & genuina eſt, ſi referatur Anatomia ad Anatomiam, & Phyſionomia ad Phyſionomiã, ac chiromantia ad chiromantiam. Sic enim legitimam concordantiam, quæ vobis nimimè imponat, habebitis.

Quòd ſi ergò iſtarum rerum Natura, morborum eiuſmodi expugnatrix eſt: Medico ea omninò explorata eſſe debet. Explorata autem ei ſit, ſi huius artis gnatus ac peritus eſt. Cognitio enim hæc eadẽ eſt cum illâ, quâ cognitum eſt lignum & ferrum vnius Anatomiæ eſſe in ſuâ Eſſentiâ. Ferrum enim ſcindit ſecátque lignum. Et vicißim lignum eſt Anatomia ferri: Quâ cauſa? Quia lignum comburit ferrum, & ipſum acuit.

Et niſi res Medica eò deducatur, vt ars ea æquè certa ſit, quàm certa & manifeſta eſt ars opificum ſeu Mechanicorum, qui ſuam artem ipſi probant: certè Medicina omnis, merus fucus ac impoſtura iure cenſenda eſt.

Si quæ ſunt alia, ad hos de Podagra libros pertinentia in promptu iam non fuerunt.

PHILIPI THEOPHRASTI PARACELSI LIBER DE CADVCIS.

PARAGRAPHVS I.

IN veſtibulo ardui huius operis ac laboris, quem de Caduco explicando mihi ſumpſi, primò omniũ opus eſt, vt de Miſericordia, quæ Medico innata eſſe debet, aliquid diſſeram. Rem enim ſi prorſum vorſum euoluam, paſſim apud omnes Medicos dolendam immiſericordiam cluere animaduerto. Hæc teſtatur de ipſis, quòd nullam erga ægros charitatem gerãt. Vbi autem exulat charitas, ibi nec prompta ars eſt.

Charitas eſt radix Medicinę.

Cùm ergo Medicina præſides eiuſmodi habeat, qui nec ſeipſos, nec ægrum diligant, non poſſum, quin in tam ſontico morbo ipſos alloquar, atque vt à ſomno expergiſcantur tãdem, inclamem. In ſopere enim ac ſterrore quaſi ſepulti iacent: cùm tamen harum artium, quarum Theoricam ac Practicam hîc propono, cura Medico omninò curę cordíque eſſe debeat. Hoc facturus, præfationem neceſſariam hanc omittere non volui. In hac enim tractandorum argumentum enumeratur: & ſimul à ſomno excitantur, qui hactenus tam ſæuum morbum, tantâ oſcitantiâ & negligentiâ tractandum ſibi ſumpſerunt. Et fas hîc quidem eſſet, vt multis ſeriiſque querelis ſolitam Medicorum incuriam proſequerer, qui morborum tantum leuiorum, eorundémque paucorum admodum ſanationem ſuſceperunt. Quod euidenti documento eſt, ipſos haud-quaquam ex imo pectore ſalutem ægrorum quæſiuiſſe: ſed tranquillitatem potius ac vtilitatem priuatam multò anhelantius effectaſſe. Quod ni feciſſent, nauiorem pòſt curam ægris impendiſſent, ac in condendis congerendiſque ſuis libris, experientiam maiorem, & fundamentum longè certius ac conſtantius ad publicam vniuerſorum ſalutem adhibuiſſent. Sed defectus ipſorum nimis magnus fuit. Adeóque de vero Medico, quòd hîc explicationem ſuſcipio, credo me rem neceſſariam omnino ac vtilem moliri: ſperóque id mihi laudi à ſanioribus datum iri, quod, quidnam Medicus, & qualis Medicina eſſe debeat, apertiùs hoc loco ediſſero. Nec enim vel Medicus vel Medicina quicquam aliud eſt, quàm indigentibus à Deo data & oblata miſericordia. Itaque de miſericordia hîc tractari fuſiùs, loci & rei vſus poſcit. Ipſa enim opus eſt charitatis, ex quâ ars, quam propalam Medicus oſtendere debet, ceu fonte quodam dimanat. Cùm ergo miſericordia in Medico abundare debeat, iſque nihil aliud ſit, quàm huius œconomus & ſequeſter (de eâ miſericordia loquor, quæ ex Deo in hominem profluit) conuenit omnino ac fas eſt, vt idem Medicus charitate & miſericordiam non minore, quàm qualem Deus erga hominem exerit, inſtructus ſit. Quod ſi autem Medicus charitatem & miſericordiam hanc, cuius Dei vice ac loco executor eſſe debet, erga ægros non exerceat: quî quæſo deinceps charitatem eam, quam ad placitum Dei non diſpenſat, Deus ipſi commitere ac mandare poſſit? Hoc enim ſolo fine Medicus ac Medicinæ creati ſunt, vt per ipſos ægri dilectionem & miſericordiam Dei erga ſe manifeſtè ſentiant intelligántque. Ad quas virtutes ſi Medicus procliuis non eſt: à Deo orbatur etiam atque expilatur iis, quæ medico ſcitu cumprimis digna ac neceſſaria ſunt. Qua enim

Medicus & medicina quid.

Miſericordia quid.

Medicus cur creatus.

ratione

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 700 sur 913

Panis quotidianus est, munus Dei, non meritum hominis.

ratione oramus, ac orare à Christo iubemur, vt panis nobis detur quotidianus: ita per id testificamur, quòd nullâ iustitiâ ipsum poscamus, aut quòd de iure illum nobis Deus debeat, sed quòd potius eo ita indigni simus, vt momentis singulis idem à Deo nobis subtrahi possit ac debeat: & tandem, quòd quantumcumque eius accipimus, id omne ex charitate ac misericordia diuina nobis porrigatur. Iam, si panis in misericordiam Dei positus est, & haudquaquam in nostrum ius aut meritum: multò magis idem de medicinâ quoque similiter persuasum habere debemus.

Panis quotidianus duplex.

Vt enim ille panis, est panis nutritionis: sic iste panis est sanitatis & valetudinis. Et vterque iste panis sub petitione eadem includitur: quo, vt fames compescitur sanorum, sic pariter membra eodem refocillantur ægrotorum.

Misericordia Medici præceptor.

Hactenus autem de Misericordia, velut de Præceptore Medicorum differui, hoc fine, vt notum fiat, eos vniuersos misericordes nasci debere, vt ex hoc insigni seipsis doctiores & excellentiores euadant. Ex misericordia enim Deus sibi eligit Medicum, quem creauit. Ab aliis enim mundi essentiis Medicus in eo differt, quòd cætera ad nutrienda seipsa faciant: Medicus autem non ad seipsum, sed ad alios.

Medicus vt à reb. aliis differt.

Iam autem Medici officium aliud non est, quàm misericordiam aliis distribuere. Hæc autem ipsius non est: nec ipsius est operatio Medicinæ. Cùm ergò, quod suum sit, nihil habeat: & tamen per ipsum, ceu per proprium illa perficiantur: opus eius certè non erit, homicidium, perditio, iugulatio, distortio: sed restitutio ægrotorum per eandem misericordiam & charitatem, quali Deus erga homines affectus est. Ea autem grauis immisericordia est, si quis sui officij ignorans, eum destituit, quem curæ suæ mandatum accepit.

Medici quod officium?

Quæ enim à Deo mandata officia alia sunt, quàm voluntatis diuinæ impletio? Officia enim eius ex gratia misericordiæ sunt. Ob id vult Deus, vt per officia ista defectuum nostrorum exsatiationem seu pensationem accipiamus. Nemo enim exemptus est, quin sub Dei ministeriis viuat: ego sub domino, dominus sub me: ego sub ipso extra meum officium: ipse sub me, extra suum officium. Sic vnus subindè sub alterius officio agit, ac in charitate mutua quilibet alij subditus est.

Medico omnes homines subditi.

Hoc modo sub misericordiam Medici subditi sunt vniuersi homines. Non quòd homo ipse misericordia sit, sed medium, per quod natura in effectum deducatur. Iam quis contradicat aut cui displiceat, si hoc modo Medicum describam, cum de isto orare ipsius Christi mandatum sit? Etsi enim Medicina quidem inexorata per se crescat, & ex terra erumpat nobis nihil quicquam sollicitantibus: ad quid tamen eadem, si in solo ster, conducet, si eam nos ignoremus? Aut quid iuuerit ipsa, si quidem manibus eam teneamus, nec quò ponamus, compertum habeamus? Ideò orandum nobis est. Si facimus secus: ex nulla iustitia nostra eandem discemus vnquam. Si eam hoc modo non discamus: per ipsam etiam nullum vnquam ægrum restituemus.

Medicina dos Dei.

Gentes quidem, ac Tartari, Mahumetaniq́ &c. se eam iure hæreditationis possidere autumant: cum ratio brutalis id aliter dictare non videatur.

Gentiũ de Medicina opinio.

Medicina ministerio dia is.

Qui verò Christo nomen dedimus, damnatis illis, liberè profitemur, quòd Medicinam omninò ex misericordia, haud quaquam ex iustitia possideamus. Et Gentes quidem gentiliter sentiunt, persuasum habentes, ea omninò ex inuiolabili naturæ constitutione ac ordine ita euenire, quæ ex dilectione singulari Deus disposuit & indulsit. Christiani autem Christianiùs sapiunt, dum fatentur, ipsam quidem naturam non iuuare, nec homini in ipsam imperium esse, sed Deum Opt. Max. ex misericordia singulari in naturam dotem eiusmodi congessisse, adeóque artem ac præcepto, em non hominem, sed ipsum esse Deum, qui ex charitate ac misericordia sua immensa Medicinam omnibus præbeat & largiatur.

Si iam ex Deo ipsam defluere agnoscimus & profitemur, quis quæso contradicat, quin deceat, nos eandem non saltem ingenti cum affectu, ac charitate acceptare, sed & cum eâdem dilectione & misericordiâ, quâ nos respexit Deus, ipsam dispensare & in proximum distribuere. Sicut enim misericordia ac gratia Dei nunquam otiatur, sed iugiter ac perpetuò in charitatis operibus operatur: sic nos quoque vestigia diuina omni Rheno ac Nilo rapidiùs tenere ac sequi omninò fas piúmque est. Ac velut ignis in ligno operatur: sic in rebus istis nos quoque indesinenter operari, adeóque curiosè omnia dispicere & cognoscere per omnia conuenit. Adeóque in id conferantur omnia, vt putemus, nihil ex ipso homine præstò esse. Quod enim Medicus facit: id Medici ipsius opus minimè est. Ipsiq́ adeò incumbit, vt in die iudicii de officio suo exquisitam rationem reddat, an id eadem, quâ accepit, mensurâ distribuerit. De talento enim accepto suum cuilibet refundendum fœnus erit.

Medici officium graue.

Huius artis exercitatio in corde sita est. Si cor tuum fraudulentum: fraudulenta icidem tua Medicina est. Si rectum cor: recta etiam Medicina. Et sors hîc Medicorum eadem est, quæ Prophetarum, quorum pars vera, altera adulterina. Fideliter omnino ages *in officiis* à Deo acceptis. Quæ verò ex *teipso* habes, in iis te gere ad tuum arbitrium. Iam autem officiũ tuum est, vt *scias vniuersos* morbos cum ipsorum *accidẽtibus* omnibus. Hic autem morbum vnicum tantùm propono, nempè *Caducum*, obquem cognoscendum & curandum, à flexis genubus nunquam surgere debebamus. Quæ verò ea fraus ac insania est nostra in medicina, quòd istos plerumque morbos, qui grauissimi ac difficillimi sunt, omnium minimè cognoscamus: cum è contrà illos, qui ex se saneścunt, curiosiùs ac arrogantius tractemus, ac de iis curatis elogiorum satis spargere non possimus? Interim de quibus Dei gloria prædicanda erat, hos ne in minimo intelligimus, vt sunt febres seu deliria epidemica, & similes, in quibus plerumque ad mendacia diuertimus, dum eos incurabiles esse deprædicamus: cùm tamen hoc verbo non nisi nostra mendacia & opprobria

Medicina Medici cordi æqualis.

Medici officium quid?

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 701 sur 913

bria euulgemus.

Misericordiæ effectus qui.

Cæterùm hoc loco de Misericordia hæc clausula tenenda est. Si misericordes & exanimo procliues in ægros fuerimus: per dilectionem istam & charitatem omninò discimus ac proficimus. Si istæ exulent: nihil quicquam discimus. Et licèt quidem aui proauíque nostri per charitatem istam didicerint, ac profectum suum in libros consignârint: nec de his ipsis tamen nos gaudere poterimus, quia in manu Dei vniuersa adhuc constituta sunt. Et licèt equidem vniuersas totius mundi artes comprehendissem, & earum opera vniuersa comsummassem, eadémque præcisè omnia in librum aut volumen descripsissem: tamen ne sic quidem quenquam quicquam docuerim, aut quisquam vestrûm, quæ ego præstititi, confecerit. Cum ergò Medicinæ Magister non homo sit: isto te quidem effugio saluare minimè poteris, si dicas, Nemo me ista docuit, nullibi illud legi, nusquam de his traditum ac scriptum est. Hoc enim se prætextu Ethnici quoque velant. Christiano autem compertum

Misericordia Medicus ipse est.

est, ista ex misericordia omnino defluere: adeóque misericordiam Medicum ipsum existere. Hæc si magna est: magnus etiam est Medicus. Si magna est charitas: magnum etiam Medici opus est.

Si ergo dilectio ac misericordia Medicum industrium faciunt (siquidem istæ ignis in ligno operãtur, & tam artem, quàm experiẽtiam, & vtrique necessaria alia largiuntur) faciet omnino Medicus, vt per vim ac nisũ ad charitatem se ingerat intrudátque. Quo cõsilio dato iã ipsi morbum hunc, (*Caducum*,) propono deinceps, vt commoueatur & flectatur ab eo, qui spectaculum adeò triste ac miserandum oculis ipsius exhibet: ac suum intra se officium consideret, quòd teneatur sanare & restituere istũ, quem Deus ipsius aspectu sontici obiecit, vt per hanc scilicet restitutionem laus & gloria Dei cumuletur & latiùs spargatur. Non vt cum lurido Sathanâ dicat Medicus, *Impossibile est*: sed vt fiduciam in Deum maiorem ac certiorem ponat, sciátque Deum morbis omnibus & singulis suas medicinas condidisse & præstituisse,

Morbis omnibus sua sunt remedia.

quas eo modo, quo dixim⁹ indagare & cognoscere tuum est. Quòd si cor tuum rectum ac fidele esset: priùs certè, quàm ob imperitiam tuã tibi artes deficerent, ipsæ herbæ ac radices illæ vltrò se tibi offerrent, ac tecum colloquerẽtur, in quibus virtutes, quibus opus habes, laterent. Si verò in desperationem actus, ac ex prædicta schola transfuga factus fiduciam tuam ac præsidium in institutionem humanam collocabis: tunc obtumescent etiam, quæ in

Morbi etiã crudelissimi à Medico inuadẽdi.

manu profers. Etsi enim arduum quid & triste sit, quòd Deus adeò formidabilem nobis morbum infligat: tamen ne sic quidem ad occursum eius Medico desperandum est.

Videtis nimirùm hinc, Lectores beneuoli, quæ Præfationis huius meæ ratio ac finis sit: nempè vt cum indignatione & commiseratione iustâ vobis quiriter, quòd à tot iam retrò actis sęculis, tantum in Deum fiduciæ speique, tantum in proximum charitatis ac fidelitatis apud Medicos in vniuersum omnes non viguerit, vt tam grauem atrocémque morbum apud animum suum acriùs pensitarent, & cum veritate ac seueritate maiore ipsum aut describerent, aut verò curarent. Quæ verò & quanta toti facultati Medicæ macula inuritur per id, quòd (taceo iam ve-

Medic. repichẽsio.

hementem illum morbum, caducum) hactenus in arte ac veritate ne quidem progressus tantos fecerunt, vt vel veras doloris dentium causas indagare, vel malum id adeò frequens remediis idoneis curare potuerint? De quo quid dicemus aliud? quàm quòd pessimo exemplo hoc vnum affectârint, vt mendaciis suis fœcundum culinis prouentum accurarent, aut phaleratis nugis consultorum omnium mentes ac oculos præstringerent. Ex quibus iam Lector sole meridiano clariùs tibi liquet, quo cum fructu ac emolumento tuo ad te accersas Medicos hos, qui tot assutis prætextibus ac verborum machinamentis, desperatam suam inscitiam simul & nequitiam propalam produnt. Debent enim hæc omnia vero genuinóque Medico citra omnem dubitationem certa, comperta & explorata esse. De

Medicus qualis.

conuiuio enim illo gustauit Medicus, ad quod vocati hospites non comparuerunt. Caue ergo dicas, te iugum boum emisse: caue dicas, negotium tibi in tuo pago incumbere. His enim excusationibus ii tantùm vtuntur, qui parato conuiuio digni non sunt, dum dicunt, se nihil horum legisse, nihil de his vel illis scriptum esse.

Huiusmodi diuerticula impostorii Medici passim quirítant, prætendendo, se in libris de hoc aut illo traditum nihil reperire: cùm tamen libri cremabiles sint, non item veri Medici. Illorum ergo sors eadem est, quæ virginum istarum, quæ suum oleum profuderant. Iam verò Lector, saxeum id ac ferreum esse oportet cor, quod ad conspectum ægri vsque adeò miserabilis, siue is Iudæus siue Turca sit, de præstandâ ope ac auxilio seriam cogitationem minimè suscipiat. Hi tamen desperabundi spectaculo tali ne quidem tantillũ flectuntur aut moliuntur. Cęterum quæcunque hoc loco fusius explico, ea omnia hoc fine præscribo, vt studeatis syncerè ac cum veritate vestrum officium administrare, & vt sciatis possitisque, quæ vocationis vestræ propria sũt, ac in morbis grauissimis, quorum causâ à Deo Medicus præcipuè creatus est, ope ac scientiâ minimè deficiatis, sed promptâ validaque manu ægrorum angustias solemini ac mulceatis.

Morbis iam grauissimis sua creata remedia.

Nec enim tussi saltem, aut febri, vel catharro, verùm etiam caduco & morbis sæuioribus aliis sua à Deo remedia omnino constituta & aptata sunt. Nulla ergo cum fronte aut conscientia dicere Medicus possit, hunc morbum esse incurabilem. Istiusmodi enim oratio testis est, præuaricatorem istiusmodi tam Deum, creatorẽ nostrum, quàm ipsam creaturam in omnibus suis virtutibus atrociter calumniari, adeóque ipsum non nisi purum purum Medicum culinarium esse, qui insolescat ob curatos morbos eos, qui aliàs sponte sua ac vltro, sine vlla addita medicina remissuri fuerant.

Ex qub⁹ omnib⁹ videre tandẽ debetis Medici,

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 702 sur 913

Medicina cur creata?

quòd Medicina non propter veſtrã auaritiã, faſtum, inſolentiã, propter veſtras veneres ac nepotulos &c. creata ſit, ſed potius propter ſalutem procurandam ægrorum. Quis autem vſpiam ægrior ac afflictior eſt, aut quis vnquam Medicinæ ope magis indiget? quàm qui caduco aut morbo ſimili percellitur. Nec enim de præſenti tantùm morbo hîc loquor, verùm & de cæteris, qui cum hoc farinæ eiuſdem ſunt. Quò enim grauior ac vehementior morbus: eò medicinæ maior neceſſitas. Interim de iſtiuſmodi morbis hanc vos hederam veſtris ædibus appenditis, eos lethales eſſe, eos eſſe incurabiles. Quo verbo quid aliud, quàm magna naturæ arcana, & miſteria creaturarum calumniamini? Quinimò hoc certò ſciat quiuis Medicus, quòd in ſubitaneis morbis, vt in apoplexiâ, caduco & ſimilibus, Medicina proſtet nihilo infirmior, quàm in dolore dentium, ac morbis aliis leuibus, quos ſolos vos artifices aggredi ſuſtinetis. Et tamen ex ſonticorum morborum curatione laus & gloria Dei magis inualeſcit, quàm ex ſanatione leuiſſimorum. Nec enim vllus vſque adeò ſæuus & immanis morbus eſt, cui oppoſitam medicinam Deus non ſtatuerit, vt magnalia ipſius inde eò clariùs eniteſcant. Ideò animum minimè deſpondete, ſed morbos quoicunque intrepido pectore inuadite, ſecus quàm præſtitiſtis hactenus. Doceri ergò vos ſinite: agite vt diſcatis: & nec res vobis nimis ludicra ſit, nec de perceptione Medicinæ etiam deſperetis Sicut enim ex abdito morbi: ita pariter & ipſa remedia emergunt ac oriuntur. Scriptura verò nemo confidat nimium: vt quæ non imperfecta ſaltem eſt, ſed occaſionem etiam miniſtrat ad deſperationem omnifariam, excogitatam nimirum à Sathana, non Deo.

Morbi nulli incurabiles?

Gloria Dei ex arduis.

Scripturmedicorũ quales & vnde?

Inficiari equidem minimè poſſum, multa Recepta tam compoſita quàm ſimplicia conſcripta eſſe, quorum arcana ac myſteria improbare non auſim. Vtinam verò eadem in Auicennæ, aut Galeni, Rhaſiſue ac Meſuæ ſtylum malo ſuo fato nunquam incidiſſent, ſed qualia à naturâ prodierunt, ita per ſe manſiſſent. Sic demum fieret, vt caducorum afflictio non adeò violenta incumberet. Satanas autem ac Leuiathan ea adulterauit, ac per falſos Medicos ipſa in lumina apothecariorum intruſit. Apage verò iſta lumina. Cui enim effoſſi oculi ſunt; is oculis ipſorum pharmacopœorum tamen multò acutiùs peruidet. Interim iſta artis præcluſio eſt, quò ſ rentur, Spiritum ſanctum in ſolâ Auicennâ, Galeno, Meſuë, &c. viguiſſe, nec eundem in Medicis etiam alliis vim ſuam exerere poſſe. Hi nimirum deteſtandi ſunt illi apoſtatę & præuaricatores. Narrate mihi verò tandem ô Auicenniſtæ & Galeniſtæ! &c. quâ in lineâ, quo in Recepto vſpiam auctorum illorum, Spiritus S. veſtigia deprehendatis? O fanaticos! Hæc verò diſcernendi Spiritus S. veſtra induſtria eſt, vt prætervolantem coruum putetis eſſe columbam? Imò ex hiſce S. Spiritus ſcriptutam cognoſcite: *Aegri ſanantur, cæci vident, claudi ambulant leproſi mundantur, caduci reſurgunt.* Audete verò aliquid, & & iſta talia ex ſcriptorum veſtrorum doctrinâ æmulemini, ſi poreſtis. Quid verò miſer poſſis? ne tantum quidem, vt ex ventre crepitum elicere, aut dolorem dentis ſedare, aut lippientem oculum ſanare valeas: & interim neſcio quas pompaticas conciones de grauioribus detonas. Hîc nimirũ iſte S. Spiritus eſt, quo regeris. Dicam vno verbo: veſtra arrogantia omnis deſperatio mera eſt, ac ſeductio ab artibus veris quas cœlitùs nobis Deus largitus eſt. Nec enim propter odontalgiam tuam, ac ſaccum clyſtericũ, aut pilulas Deus Medicũ condidit, ſed multò magis propter epilepticum, propter leproſum, ac his ſimiles alios. Ecquid verò hic vobis ſapit bolus?

Spiritus S. non in vno tantùm effi eax.

Nota s. ſpiritus preſentis. Medic. reprehenſio aëris

Progredere verò tandem laruate Medice, ac te ſpectandum exhibe. Tu quis enim es perfideliſſime Iuda? quòd per Baptiſmum ſacrum renatus extra virtutem eius excidis nempè extra Spiritum S. quaſi is totus emortuus ſit; & medicinæ reliquum nihil habeat? Satius tibi multò eſſet lapidem molarem à collo catenis tibi reuinci, & profundiùs, quàm ipſa *Candia* ſidit, demergi, quàm vt arcana naturæ tam fœdè putidis tuis nugis contamines, & inopiam atteſteris, vbi ſumma copia glocit. Quia verò tute Idiota iſta ignoras: an ob id fas eſſe putes, vt eadem etiam ignorent cæteri, tibique ſimpliciter credant, & veritatem per ſe vlcerius non indagẽt? Iam verò videte & aduertite Lectores in vniuerſum omnes, quantam ſæuiens Diabolus per hos tyrannidem exerceat, dum præfractè adeò obſtant, ne ſalutem ſuam miſeri ægroti, latiùs quam ipſorum mendacia indulgent ac permittunt, quærant ac venentur? Iam, ſi pro noſtræ miſericordiæ ac charitatis menſura Deus nobis retribuere debeat: quî quæſo impoſtoribus hiſce artem largiri poſſit? Quin potius Deus eoſdem manifeſtè charitatis ſuę gratiâ orbat, vt iam præter fraudes ac impoſturas *reliquum nihil* habeant: licèt veræ artis ac experientiæ ignari vtcunque ab imperitis honorentur. Chriſtiano animo, non Ethnico, medicina omnino tractanda eſt. Et ſic euades doctus. Quòd autem Deus Ethnicis quoque ſcientiam quandoque largiatur: quis nouit, quos & vbi is ſuos habeat? Is ipſe charitatem implet, vt *in* Sole euidens eſt, qui hoſtibus ſimul & *amicis*, ſaluandis ac vnà damnandis ſine reſpectu fulget. Tu verò impoſtor ſi cognitionem artemque impetraſti: *ipſam* exerces more tuo, *hoc eſt nundinatoriè*, fraudéſque tuas illi immiſces, ac fuco rem ita exornas, qui merum aurum proferres, cùm tamen interim nihil niſi adulteratum zinziber ac crocum venditeS. Patere ergo, vt hanc tibi veritatem occinam.

Sat equidem ſcio, multis te hîc argumentis aduerſari ſatagere. Sed locum tamen ea non inuenient. Vides nimirum, Baptiſmum à Deo nemini negari, ſed egentibus vniuerſis conferri, vt qui ad beatã vitam verus introitus exiſtit. Si ergo, quæ ad æternum ſpectant, omnibus offert: cur egẽtibus nõ etiam corporalia æquè ac baptiſmũ largiatur? quę æternis ipſis leuiora ſũt, Et de hiſce quid tãdẽ videtur vobis, ô impoſtores & deſperatores! An nõ etiam Deus ipſe tali Baptiſmo baptiſet? aut homo ſol° baptiſãdi vim habeat? Nec Deus poteſtatẽ ſibi vllã reſeruârit?

Deus dona indiſcretè dat.

Deus baptiſat s. Spiritus.

Ecquem

Ecquem verò baptisare putatis cum spiritu sãcto? Nempè Deus id facit. Is ergo si cum S. Spiritu baptisat,& nec numerum, nec modum ponit, neminem excipit, sed egentes omnes respicit: quis quæso, cogitare aut dicere ausit? Medicinam iam omnem proditam & effusam esse, & quę scriptis nondum tradita sunt, ea nunquam inuentum iri? Hæc enim desperatio est ac ignoratio virtutis Dei qui Solem hodiè occumbentem cras iterum exoriri nobis facit: qui æstatem, sub autumnum occidentem, vere sequente læto nobis reducit, ac per ipsam cibos ac potus largitur. Et huic tam fideli promo nos tantùm non fidamus, quod similiter etiã necessariã Medicinã nobis prospectur° sit, qui tamẽ ipsã pane nõ min°, quotidiè creat, & de hoc pane quotidiano nos seriò sollicitare iubet? Et nos tamen porrò edamus id, quod per intestina pridẽ egestum est, O præuaricatores.

Samaritani exẽplũ quid indicet?

Non quidem, vt glorier ego vt suspicari posses. Sed de hoc glorior, quòd cognoui ac expertus sum, ac tam manifestos quàm occultos Christianos prædico, siue ii in mediis gentibus, siue in Christianis versentur. Quod mihi vos crimini non dabitis. Quem enim putabitis esse intellectum à Christo propositi exempli de Samaritano, qui vulnerato in Iericho opem attulit, ac ipsius proximus factus est, non verò Sacerdos, non Leuita? Non ergò penes istum, quem homo proponit, Medicina sita est, sed penes hunc, quem proponit. Is solus cor Medici nouit ac peruidet, nec respicit ad ipsius gradum, vel dignitatem ac pompam, aut celebre nomen, aut testimonia & sigilla: sed animum intendit ad ipsius misericordiam, cui soli Medicinam impendit ac largitur. Nam quis tandem Medicinam, quantum quidem eius ad nos corriuatum est, inuenit? Haudquaquam certè improbi, sed beati, quos Deus elegit, non homo. Et in hoc gloriari debemus, quòd Medicinam acceperimus ab electis, non à sophistis Academiarum. Ab illis etiam, quod deest, subindè impetramus. Si enim crastinæ diei sua relinquenda cura est: quid ante actus labor quæso est aliud, quàm diei crastinæ præteritæ indicium? Ita & successor de die futuro suo sollicitus sit, Deúmque de istius diei pane roget, vt ægrorum morbos auertere possit. Hæc enim omnia charitas docet.

Misericordi soli medicina datur.

Medicina à beatis inuẽta.

Sed quæ hactenus dixi, eò spectant vniuersa, vt sciatur, Medico fundamentum omninò aliud quærendum esse, artémque ac experientiam longè aliundè discendam, quàm hactenus vsitatum fuit. Itaque cum hîc præcipuè de morbo caduco tractem, seriò ac sedulò attendetis, non mei commodi gratiã, sed ægrorum salutis causã. Debet enim Medicus ita instructus esse, vt opitulatorem præstet in morbis vrgentibus omnibus, non fœdo inspiciendo lotio, & ex eo vatum more hariolando, non tangendo pultu, non opinãdo, non ministrando pultem ex auena aquamue ex hordeo, aut condita, aut laxatiua (nam ista nec Medicum faciunt, nec probant, cùm vetularum propria sint) sed extra inanitates istas practicam instituendo per eas Medicinas, in quibus arcana latent, Medici laudem & Dei, gloriam demonstrantia. Nec enim per inspectionem lotii, aut pulsus tactum, sed per arcana Deus celebratur: vt in extremo Medicorum iudicio probitatis suæ conscius Medicus ita dicere possit: *Tu Iudex*, ita me docuisti, non homo: tuum ego opus, non meum, confeci: ex te operatus non ex me sum. Ideo ad misericordiam, quæ charitatis mater est proclines simus: sic pro cordis nostri desiderio omnia nobis necessaria adiicientur. Artes enim medicinæ iam dormiunt. Quas nisi nos suscitemus: per se illæ quidem nunquam expergiscẽtur. Ad eas ergo excitandas omni nisu laborandum est.

Medicina quibus instituenda.

PARAGRAPHVS II.

DE funesto ac atroce hoc caduco morbo id cumprimis tenẽdum est, cur Deus per ipsum nos affligat, ac tam miserè excruciet. De hâc quæstione varii varia proferunt, quolibet suę professionis institutum tenente. Interim ex veritatis fundamento non omnia depromuntur. Causãmque hanc rectiùs nemo expedire potest, quàm Medicus. Quòd autem quis dicat, *Deum per hunc morbum nos commonefacere, qui & quales quibúsue malis obnoxii simus*? id extra rhombum est. Nec enim de istis loqui ad quendam pertinet, nisi is ex Medicina natus prodierit. Causam aliam promere iurista possit, *hanc* nimirum *pœnam meritã à Deo illatã esse eorum, quos pœna meritæ non subiiciat cæsar*. Sed nec hoc vero consentaneum est. Alia alii etiam prętendere queant: quę tamen omnia merę sunt opiniones & somnia hominum otiosorum & imperitorũ De hoc sibi etiam sumunt iudicium Naturales, partim Philosophi, partim Medici: qui tamen ipsi quoque non nisi impertinẽtia & à veritate aliena proferunt. Hac de causa, quidem hoc de morbo tandem sentiendum sit, id ante omnia consideratu dignũ est. Interim cęteris professoribus, cuiusuis facultatis, Iurisprudẽtiæ, Poëtices, Historiarum, Philosophię, &c. fides danda non est, vt nec Medicis, de quibus paulò antè dictum est. Hi enim vniuersi seductores & corruptores genuinę Medicinę ac veritatis sũt qui de creaturis Dei iam dum desperârũt. Vos interim denuò adhortor, qui frugi esse Medici vultis, vt veritatẽ ipsam mordicus teneatis, ac methodum legitimã sectantes, tristẽ horum ęgrorum sortem profundius pensitetis, ac misericordia potius quàm lucri cupiditate ducti, prouinciã vestrã deinceps naui° administretis.

Caduci quę causa?

Ergò, vt causã huiusce morbi exactiùs intelligatis, memori mente vobis cum reputabitis, quòd homo mundus minor sit, ac ob id, quicquid magnus in se mundus complectitur, vniuersum contineat. Iam ergo mundus externus ipsius hominis speculũ ac Theorica est, & Anatomia: ita, vt per externum mundũ omnia, quę hominis sunt, cognoscantur. Ex ipso enim homine creationis eius prętantia & eminentia, quę Medico noscenda est, satis pervestigari non potest. Itaque in describendo isto morbo, Naturã magni mundi sibi Medic° proponet, & eã explicabit. Eâ accuratè & sufficienter declaratâ, id quoq; satis patebit & exploratũ cõstabit, quod id homine inuenitur ac videtur. Quam inuestigãdi rationem dùm considero, non possum nõ damnare libellos vniuersos, qui de hoc morbo tam à Neotericis quàm

Homo. Microcosmus.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 704 sur 913

priſcis ſcripti ac euulgati vnquam ſunt Nihil enim quicquam illi habent, quod ex fudamento naturæ, ex quo omnis morborum cognitio manare debet, promptum ſit. Nemo ergo illorum reprehenſionem mihi vitio dabit, cùm nec principia Medicinæ, nec *ipſius* modum in minimo quidem cognouerint. Quod reſtabitur mecum, qui ſcriptos ab ipſis libros diligentiùs euoluet. Interim parum id curandum eſt ſi per hæc offendâ eos, quorũ libri omnifariâ impoſturâ referti ſunt.

Morbi qua ratione cognoſcendi?

Morbi ſunt duplices

Mundus ergo omnino conſiderandus eſt, ſecundum 4. ſua Elementa, non ſecundum complexiones: non ſecundum complexionales, ſed Elementares virtutes & operationes. Duplices enim morbi ſunt: ab Elementis, à complexionibus. Quantum ergo ad caducum, Elementa ipſa videamus. Priùs verò, quàm id præſtemus, faceſſant procul & explodantur humores, de quibus imperiti Medici nugantur; aliàs enim ad intimam huius morbi cognitionem penetrare minimè poteritis. Ex quatuor enim iſtis humoribus errores multi emerſerunt, ſicut in libris aliis planiùs demonſtratur. Iſtâ ergo vertigine excuſſâ, ſcitote, magnum *Mundum* in duas partes diuidi: *in cœlum*, *in terram*. Sub *cœli* vocabulo intelligite duo Elementa, *Ignem* & *Aërem*. Sic & ſub *terra* duo, *Terrã* ſcilicet & *Aquam*. Et in his tractandi morbi cauſa continetur.

Mundi partes duæ.

Elementi cuiuſlibet natura duplex.

Fructus qui quorum Element.

Manna & Tereniabin duo ſũt.

De quolibet autem Elemento duo, ſeu naturas duas cognoſcite: vna eſt ipſius *Fructus*: altera eius eſt *Impreſſio*. Fructus hoc ſe modo habet. Fructus terræ ſunt, omnes herbæ, arbores, gramina. Aquæ fructus ſunt, metalla, lapides, ſilices. Aëris fructus ſunt, Ros, Manna & Tereniabin (quæ duo non vnum ſunt) Ignis fructus ſunt pluuia, nix, pruina. Hi 4. Elementorum fructus ſunt: de quibus hoc loco nihil dicemus: vt ex quorum nullo caducus generetur. Et licet ex fructibus quidem (ſi Medicè loquamur) cauſæ ipſorum inueſtigari queant: probatio tamen in partem alteram incidit, quæ hoc modo conſideranda eſt. Videtis nimirum cœlum ex elemento ſuo tonitru promere. Tonitru autem cœli fructus non eſt: ſed fructus eiuſdem eſt pluuia, ex ipſo generata. Hîc ergò conſiderandum tonitru eſt, non pluuia. Ex pluuiâ autem cognoſcitur, quòd Medicina ex Eleméto iſto fructus ſit. Tonitru autem cognitionem cauſæ caduci præbet. Naturaliter enim præſciri poteſt, quando tonitru incubiturum ſit. Et qui tonitru prædicendi ſcientiam habet, is pariter (ita natiuitates & indicia facitis) prædicere poteſt, an homo ex iſto morbo caſurus ſit, nec ne? Et hoc qui nouit, hunc de morbo diſſerentem audi. Hoc enim ipsâ veritate verius eſt, quòd Elementa externa totum hominem præfigurent. Ideò, qui Elementa probè cognouit, is probè etiam hominem cognouerit. Itaque optimo iure reprehendo Aſtronomum, qui ſe ipſum iactans obliuiſcitur Anatomiam morborum Elementarium. Qui enim Medicus non cognouit mundum, is adeò Medicus non eſt vt purus putus ſit erro ac nugator. His ergo rectè acceptis ſcitote, tonitru ipſum, hoc eſt tonitrus materiam, hunc morbum exiſtere. Porrò, vt planiùs rem noſcatis, ſcire debetis, tonitrus cauſam triplicem eſſe: Mercurium, ſulphur, ſal. Hæc tria ſunt corpora tonitrus. Iſta ſimiliter etiam homini inſunt. Ex ſulphure enim, ſale ac Mercurio homo cõpoſitus eſt. Hæc illius corpus ſunt. Miſſis autẽ hîc tribus his corporibus: de effectu ſeu operatione eorum dicendum eſt. Tonitru autem deſcribo in Meteoricis meis, quæ Medico, artem ingreſſuro omninò legenda ſunt. Quod autem ad effectum, tria hæc *impetum* illum producunt. Impetus autem iſte in corpore ſe habet, quaſi cortice quodam aut cute ſuperinducta incluſus lateret. Quamdiù corpus integrum manet, tamdiù tonitru non erumpit. Si verò, Mercurius, ſulphur & ſal maturationem adipiſcuntur, tunc paroxyſmus tonitru inuadit, qui violenter concutit, & corticem, in quo iacet, diſrumpit. Hoc modo tonitru, & id, quod tonitru peperit, præſto eſt. Tonitrus autem qui mos ac ratio ſit, vobis cõpertum eſt. Idem omnino etiam iudicium eſt de morbo caduco, ſecundum omnes partes, quoad materiam ac corpus Mercurii, Sulphuris, Saliſque. Sicut autem tonitru inuoluitur includiturque, veluti ventus in veſicà: ita de generatione quoque caduci ſentiendum eſt, qui ab Elemento ignis producitur. Eadem enim caduci morbi cauſa exiſtit. Ex his iam, quod in paragraphi veſtibulo moui, quæ nimirùm diuinæ huius afflictionis cauſa ſit, colligere poteſtis, eiuſdem cauſam aliam non eſſe, quàm quòd homo Microcoſmus ſit, adeóque neceſſariò patiatur eadem, quæ in maiore mũdo fieri ſolent. Caducus ergo in homine tonitru eſt: ſi quod etiam per curam eiuſdẽ probatur. Quâ enim ratione tonitru conſumitur, eadem etiam caducus conſumi debet.

Tonitru quid?

Tonitru, & caduc. ignis

Tonitru eſt Anatomia caduci

Elementa hominem totum præfigurant.

Tonitru ex tribus fit.

Homo cõſtat ex ſulphã. &c.

Tonitru vt fiat.

Tonitrus & caduci compara tio

Caducus eſt tonitru.

Non verò ſatis eſt, hoc in Elemento ignis tantùm demonſtrari: ſed idem etiam de terra ſciendum eſt. Quod vt commodiùs explicare poſſimus: ſcire debetis, ipſam non minùs ſuum Aſtrum habere quàm Elementum ignis. Quod enim elementum eſt, idem etiam Aſtrum eſt. Sine aſtro enim Elementa viuere ſeu vigere non poſſunt. (Hæc Generationibus & proprietatibus rerum.) Vt verò de Aſtro terræ verba faciamus, notandum eſt, quòd *in ipſo* operationes cœleſtes omnes vigeant. Aſtrum enim reconditum eſt. Corpora autẽ manifeſtè patent. De corporibus autem hîc nihil tractabimus. *Sermo enim de ipſis inſtitutus ad morbum hunc nihil facit.* Sed de aſtris. Hoc autem loco exemplum vobis proponite de Tetræmotu. Hunc aduerſarii mei aiunt fieri à vento in tetræ cataractis circa aquas, incluſo. Quam rem explicationibus aut interpretationibus multis additis cumulant. Quæ tamẽ ipſorum ſentẽtia nihili, contra Philoſophiã omnem pugnat. Huius autem quæ veritas ſit, ſuo loco ſeorſim de Aſtris explicabitur. Hûc quod ſpectat, ita ſe habet. Terræ motꝰ oritur ex aſtro terræ ſimili planè modo ac ratione, quâ tonitru in cœlo. Differunt ſola operatione & apparitione, quatenus quidẽ forma Elementaris cõprehendit. Terræmotꝰ ergo cõſiderãdus eſt nõ à mari, nõ à vento &c. ſed ab ipſa terra. Hortator autem vobis ſum, vt ſi fors ad manus veſtras iſti libri mei perueniant, eoſdem legatis & euoluatis. Hîc iam,

Elementa ſine Aſtro nõ viuunt.

Aſtrum terræ &c.

Terræmotus quid?

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 705 sur 913

Terræmotꝰ vt fiat.

iam, vt de exemplo hoc clariùs disseram, sciendum est, Astrum terræ per suum Mercurium, sulphur & sal, non aliter ac in igne, primò sibi ouum, hoc est, corticem ac putamen condere, in quo dicta materia iaceat, & sicut tonitru in cœlo maturescat. Maturatione autem perfectâ, destructio seu disruptio eius cum tonitru terreno incipit. Hoc tonitru terram iactat & concutit (lege meum Meteororum) Hinc fit, quòd Astronomus Terræmotus tempus ad horam prænuntiare potest. Oritur enim à causâ naturali, non à ventro, cuius introitus aut exitus nemini notus ac exploratus est. Sic morbus Caducus alter recensitus est, qui ex Astro terræ oritur, sicut Medicus Astronomicus demonstrat. Vt enim quatuor, sunt Elementa: ita quatuor etiam morbi. In homine enim sunt Astra quatuor, cum is minor mundus sit.

Tonitru & Caducus aquæ.

Cum ergò ex quatuor Elementis caducus cognoscendus sit, exemplum ac modum etiam tertii caduci morbi, ex Elemento aquæ orti, expendemus. Sicut autem priùs de Astris quatuor Elementorum facta est mentio: sic hîc repetendum est, quòd etiam in Aquâ astrum sit, quòd eadem, sicut ignis, coniunctiones habet, Planetásque ac astra cætera. Ex astris enim huiusmodi, prodierunt Hydromantici, sicut ex igne Astronomi. Vtrique autem sunt Astronomi. Doctores naturales ac prognosticatores. Eodem modo & Geomantia ex astris terræ nata est. Hæ tamen postmodum adulteratæ, in Augurium aut sortilegium desciuerunt. De peruersis istis artibus modum hunc vobis præscribo, vt ipsi principio quidem non credatis, sed tamen processui. Naturali enim modo Natiuitates ac iudicia rerum naturalium facta sunt. Similiter & ex astris Aëris Astronomia naturalis defluxit, quæ deinceps in Berillos ac vngues transmutata sunt: à veteribus Necromantia vocata. Hæc autem hoc loco ideò indico, vt sciatis, quatuor Elementa, quatuor Astra habere. Quatuor autem astra quatuor habent Astronomos, & Astronomia vna ac similis tamen est. Ex his ergo Astris quadruplex *Caducus* oritur, scilicet ex ipsorum coniunctionibus, veluti de tonitru recensui.

Hydromantici quis? Astronomi quis? Geomantici quis? Necromantia quid? Caduci species 4.

Cæterùm vt de aquâ hîc loquar, scitote, *Lorindum* strepitum siue susurrum esse aquæ, in stagnis scilicet aut lacubus quietis, cum quodam quasi motu & tremore. Iste Lorindus tonitru est aquæ, ex sulphure, Mercurio ac sale per præparationem & coniunctionem astri aquei productum. Quàm primùm enim astralis operatio incipit, præsto etiam illicò est concussa testa siue vesica, in quo tonitru hoc maturatur, sicut traditum est. Hinc Lorindus cum suis signis erumpit. Hoc verò tonitru in hyeme frequentius est, quàm in æstate. Hæc enim Astri Elementi aquæ natura est. Similiter & terræ tonitru non pro astri ignis ratione mouetur, sed pro conditione propriâ ipsius terræ. Hinc ergò sunt Geomantici, non ex Geomantiâ punctorum, sed ex Astronomiâ terræ. Hinc Hydromantici, non sortilegi ex aquâ, sed Astronomi aquæ. Quæ omnia eo fine latiùs propono, vt per res mundi externas, hominem ipsum noscatis per *Geomantiam*, *Hydromantiam*, *Pyromantiam* & *Necromantiam*. Harum enim periti sunt isti, qui iam Astronomi vocari solent: hoc est qui motus cœli ex ipso naturæ luminis fundamento, explicare nôrunt. Ita enim Naturæ lumen requirit, vt Medicus quadruplex sit Astronomus, qui in mundum minorem cogere & inducere sciat illa, quæ in mundo maiore existunt; Aliàs enim ex ipso fundamento nihil cognosci poterit.

Lorind. quid? & quo fiat?

Lorind. cur frequentior in hyeme.

Homo vt noscatur per Geomantiâ hydr. &c.

Medicus Astrono. musquadruplex

Exemplum hactenus tertium explicatum est de caduco, cuius causa ea percepta est, quòd homo minor mundus sit, iis omnibus obnoxius, quæ in mundo fiunt maiore. Post hæc deinceps tradendum, quòd tonitru quoddam etiam in aëre fit, ex astro Aëreo enatum, quod cum tonitru ignis magnam affinitatem habeat. Diuersitas in eo est, quòd non cum pluuiâ fiat, sed cum aëre claro & cœlo lucido eueniat, coruscationibus ac similibus aliis conspicuum, non autem cum fulgure, grandine aut pluuia incidens. Oritur persæpè noctu: aliquando etiam in hyeme, &c. sicut de astris pluras huiusmodi leges. Tonitru hoc quoque Mercurii est, ac sulphuris, salísque, pro conditione Elementi aëris; sibi ipsi domum seu conceptaculum instar conchæ vel nucis cortice inductæ fingens. Sicut enim in rebus vniuersis videtis nihil produci sine suâ domo ac tunicâ: ita idem de astris quoque sentiendum est. Sic suam habet pelliculam cerasum, suam pyrum, &c. Ad horum exemplum sciat Medicus, has quoque, de quibus tracto res, suâ pariter cute includi. Et tonitru aëris excluditur, velut Embryo, ex secundina, de qua re alibi plura.

Tonitru. & caducus Aëris.

Caducus quid?

Hoc ergo modo caducum cognoscere, ac doloris magnitudinem serio animo expendere debetis: nempè, quòd *Caducus* sit, morbus, ex astris minoris mundi enatus ratione non alia, quàm quatuor tonitrua in 4. Elementis generari docuimus. Quòd si verò superstitiosius quid hic traditum vobis videatur: agite, proponite vobis magnum simul & paruum mundum, & quid vterque sit, cognoscite, eósque inter sese comparate, ac sensum legitimum in omnibus tenete: ita notum ac planum vobis fiet, quosnam errores inuexerint scriptores veteres, dũ causas mobi alias præscribendo, curam ipsam obscurârunt, acægris sanitatem suam præcluserunt. Ex his etiam modus curationis intelligi debet. Quicquid enim tonitru dissoluit: idem hunc quoque dissoluit morbũ. Id quî fiat ex curatione pete. Vt autem hoc loco morbum hunc plenè integréque describam: deinceps tradetur, quis ordo ac processus in eo teneatur. Ex quo patebit, quî nempè tonitru & caducus sint res vna, vna vtriusque causa, essentia, & materia, sicut iam ante ex parte aliqua traditum est.

Medic veteres i reprehẽduntur.

Tonitru. causa cõtrarietas est.

Contrarietas Mercurii, sulphuris & salis, causa est tonitrus, vt in Meteoricis docetur. Iam in hoc etiã est præparatio per operationẽ Martis, & alia pura, non focus, ac si quis ignem Persicum ex arte præparet. Artes enim hominum sunt naturæ Planetarum & Astrorum. Nec in artibus

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 706 sur 913

Artes omnes in Planetis.

quicquam reperitur, quod in naturâ Planetarum ſimiliter non inuentatur. Horum enim Natura artes nobis ſuppeditat. Vnde ars quælibet meritò ſuo Planetæ aſcribitur, ac res vna, vna materia cenſetur: hoc ſolo diſtans, vt diſtat mundus minor à maiore, vt alibi planiùs docetur. Hîc quantum ad cognitionem caduci opus eſt, operam dabitis, vt Tonitrus Naturam, cauſam ac eſſentiam, &c. probè noſcatis, ad meorum Meteororum præſcriptum. Ex illis hîc iam noſcite, corpus vtrobique vnum eſſe, vnam naturam, vnam eſſentiam, niſi quòd arcana vtriuſque mundi differant in formâ & manifeſtatione, interim vnâ ſemper re, vnâ eſſentiâ manente. Sicut enim cœlum ac terra ex nihilo creata ſunt, & tamen in tria toties dicta, nempe Mercurium, ſulphur, ſalémque diſpoſita: ita in his tribus ſunt Planetæ omnes & omnia aſtra: nec aſtra tantùm, verùm etiam vniuerſa corpora, quę ex ipſis naſcuntur & oriuntur. Iam ſi magnus mundus hoc eſt, & tres iſtæ materiæ, prout propoſitæ ſunt, à nemine negari poſſunt: certè, cum homo ex magno mundo conſtitutus ſit, in ſe habebit omnia, quæ mundus habet magnus. Hoc pacto homo nihil eſt, niſi Mercurius, ſulphur & ſal. Vbi autem hæc tria ſunt, ibi etiam aſtrum eſt. Et vnumquodlibet eſt quadruplex. Et ſic in magno & paruo mundo vnũ corpus eſt ſolo oculorũ iudicio differens.

Homo omnia mũdi habet.

Breuitati hîc modis omnibus ſtudeo, vt in legendâ noſtrâ Philoſophiâ vos pertæſos non faciam, adeóque, vt caducorum cura tardetur, vobis in cauſa non ſim. Vt verò hîc aliquo modo incredulis ſatisfaciam (licèt hîc omnia non finiam, ſed pleraque in libro de Generationibus compleam) attendite, hos requirere vt ſoli oculi ac aures ipſis impleantur, hoc eſt, poſcunt, vt tonitru auribus audiant, & fulgur, coruſcationémque ac nubes oculis videant. Sic enim demum credere tutum arbitrantur. Quorum certè intellectus adeò imbecillis eſt ac languidus, vt ne viſa quidem ac audita intelligant. Quò ergò conducer, oculos ac aures ipſorum ſatiari? Sed ne hęc mea verba pro excuſatione aut perplexatione diſſament: quà potero breuiſſimè, proceſſum caduci deinceps deſcribendum aggrediar, prout Microcoſmi ratio expoſcit. Si quæ autem ad rem neceſſaria deficere hîc videbuntur, ea in Meteoricis noſtris libris ſupplebuntur, ſicut & in Lib. de *Generat.* magni & paruí mundi: vbi longâ verborum ſerie quodlibet ſuo ſeorſim loco tradetur.

Caducus quo modo gengitur?

Naturam autem ac conditionem aſtrorum hîc omittam, de quibus vobis antè conſtare confido. Loquor ſaltem de Generatione. Sed nec materias ipſas, vt ſulphur, mercurium, & ſal, hîc tracto. Quæ cum in Philoſophiâ deſcribantur, otioſè omninò à me hîc explicarentur. De Generatione autem ita attendite. Si corpora ipſa adſint, & coniunctiones Aſtrorum concurrant, omnium primò mutatio tempeſtatis incidit. Sic & in tonitru futuro obſeruatis primò tempeſtatem mutari, aërémque æſtuoſiorem fieri, ita vt volucres muſcęque hanc mutationem ſentiant. Sic pariter in corpore paroxyſmo inuadente, prodromus ægritudinis eſt mutatio rationis. Tempeſtas enim quælibet brutalem rationem mutat & eneruat. Mutationem illam in aëre volucres ac pecudes produnt clamore, furoréque, veluti gallinæ, muſcęque, quæ morſionibus infeſtioribus homines inſectantur. Eodem modo iuſultum ſuum homo præſentit, iſque intra ſe totus mutatur, & à priore naturâ deiicitur. Sic ergò principium ac prodromus paroxyſmi in Caduco, generationi tonitrui in pleriſque reſpondet. Quæ enim hoc loco de tonitru igneo dicuntur, exempli tantùm vice afferuntur, quod idem eodem modo etiam in aliis eueniat, ſolo diſcrimine formæ ac peculiaris Elementorum Naturæ interueniente. Sicut autem videtis, quod à tali principio nubes coëant, quæ tamen veræ materiæ pars non ſunt: ſic etiam in homine nebulæ oculis oboriuntur, incidit vertigo & viſus obſcuratio, & ſomnus profundus. Hæc omnia à nebulâ illâ proueniunt, quæ ſoporem & grauitatem animi inducit. Quare ſi vtrobique vnum nomen eſt, vna vtriuſque etiam materia, vna ratio exiſtit. Hæc prægreſſa ventus inſequitur, nihil ſuo loco relinquens, obuia omnia commouens & conturbans. Similis ventus etiam corpus corripit, hominem ita conturbans & concitans vt nullo loco quietus eſſe queat, ſed prorſum verſum ſubiectetur. Hæc iactatio à ſolo vento diſcenda & cognoſcenda eſt. Qui, etſi in Microcoſmo viſibilis non ſit: ex internâ tamen concitatione is manifeſtè ſentitur, dùm venter collũque inflantur, ac vento implentur, prout loci cuiuſlibet ratio fert. Spero autem per hæc vos adductum iri, vt huiuſmodi ægros intentis oculis aſpiciatis, nec aſpectum ipſorum detrectetis: quò ſcilicet veritatem meorum dictorum certiùs teſtari, & ſanationem faciliùs diſcere queatis. Cor veſtrum adeò durum nõ ſit, ſed miſericordiâ erga ægros flectamini, cum ad hoc officium omnino vocati ſitis. Miſereat vos ipſorũ afflictorum, nec rem contemptui habeatis, verùm profundè ac penitè veritatem ſcriptorum meorum, & ſanitatis ęgrorum iudicate. Sed, vt ad propoſitum redeam, ſi venti iſtiuſmodi quoquò verſum perflârint, tum demum horrendus tonitrus fragor perſtrepit, quo videtis cœlum ac terram commoueri. Eodem modo & in homine veſicâ *tonitrus ruptâ*, totum corpus quatitur & iactatur, & ita vt interiora vniuerſa tremant, *ſicut à tonitru externo terra concutitur, donec materia abſumatur.* Tonitru *hoc* cauſa eſt ſpaſmi. Spaſmus enim in hoc morbo quid eſt aliud, quam eruptio violenta & vẽtus fortiter incluſus? Is conuellit, extendit & rigefacit mẽbra omnia. Et ſicut cum tonitru coruſcationes incidunt: ita ægris quoque oculi coruſcãt, vt flammæ meræ oculis obuerſent. Et vt tonitru ſequitur imber: ſic ægrorũ iactationem etiam ſpuma ſequitur. Et hæc vobis Medicis de morbo iſto ſedulò cogitanda ſunt, vt in cõmiſerationem dignam trahamini, nec meam doctrinam aſpernemini. Adite ægros, aſpicite eos, & videte, quàm aptè omnia quadrent, quæ à me hactenus dicta ſunt. Ne me verò inſimuletis arrogantiæ. Id enim de me frugi & candidus Medicus nullus teſtabitur. Cui verò vel vna ſanguinis fidelis

Tonitrus & caduci qui prodromi?

gutta

gutta ineſt, quę benè velit ægris: is opera mea de *Generat. cœli & terræ*, ac Microcoſmi legat velut & Archidoxes, quas curâ ſingulari conſcripſi. Ibi multis voluminibus traduntur, quæ hîc, tædium ac offenſionem veſtram declinans, vix arctis aliquot foliis comprehendo.

Archidoxes autor curas ſingulari conſcripſit.

Sed pergamus. Notum nimirùm vobis eſt, quòd tonitru nonnunquam grando, fulgur, &c. ſequantur. Idem in homine qnoque fieri ſimiliter comperimus. Fulmen, ex Mercurio, ſulphure & ſale conſtitutum corpus eſt, quod de Generatione eius traditur. In homine caduco idem hoc modo fit. Si aſtrum morbum ſuum produxit, tum peculiarem locum non habet alium, quàm qualem habent Planetæ in motu ſuo. Vbi ergò aſtri locus incidit, ibidem centrum quoque & radix morbi conſtituitur. Si autem in fulmen vertitur, tunc materia eius fit compacta ſine corpore: veluti ſi homo præſtare poſſet, vt plurimum aërem ſeu ventum contruderet, & in oui teſtam vnam cogeret, id quod tonitru perficere poteſt: tum ventus iſte inuiſibilis compactus foret. Huiuſmodi iam compactio perrumpit muros, poros omnes peruadit, & omnia diſiicit. Similis etiam in corpore fit compactio, quæ ex centro ſeu radice in locum vnum erumpit, prout meatum corripit, quem ſequitur. Hinc ergò fit, quòd per morbum hunc membra diuelluntur & diſrumpuntur, ac ita percutiuntur, vt contrahantur & diſſoluantur. Quæ omnia intra concluſam cutem eueniunt. Sicut enim tonitru extra quatuor Elementorum teſtas percutere nō poteſt, ſed intra putamen ſuum impetum omnem perficit: ita in ipſo quoque Microcoſmo tonitru intra teſtam ſeu cutem manet, velut tonitru ignis. Si verò, prout particulatim hactenus recenſuimus, paroxyſmus tandem finitus eſt, tempeſtas ſerena ſequitur, veluti poſt tonitru ignis. Et quemadmodum videtis, poſt tonitru illud terram madefactam, & vias lutoſas redditas eſſe, ita vt aliquanto tempore opus ſit, donec ad priorem ſtatum reuertantur: ita etiam in homine ratio, membráque ac corpus, ſenſus, viſus, auditus, &c. aliquandiu quieſcunt, donec Sol Microcoſmi illapſam mutationem redintegret, & hominem in ſtatum priſtinum reponat. Cæterùm, prout exemplum hoc vobis propoſui, ita totum hominem ad mundum maiorem conferre debetis. Ex quo cum homo conditus ſit, eius quoque ſimilitudinem habeat neceſſe eſt. Sicut autem regio vna alterâ frequentiùs tonitrua ſentit: idem eodem modo etiam de homine intelligi debet. Vnus enim alio hoc morbo magis minúſue feritur. Et ſi verò de hiſce hactenus abundè ſatis pertractâſſe videri poſſim: nihilo minùs tamen, propter turbam hanc, quæ momentis ſingulis ægrorum ſanitatem impedit, opus erit, vt ipſius quoque curationis tractationem attentem Hæc enim iſta omnia præuertit tollitque. Ad hanc ergo ſedulò attendite, ad capitulum id peruentum fuerit.

Fulmen quid?

PARAGRAPHVS III.

CAduci morbi ſigna euidentia ex ſe ſunt. Itaque hoc loco Aſtrorum ſaltem ſigna recenſebo, ex quo Aſtro morbus procedat. De hoc vobis id conſtare debet, quòd ſoli gradus huius morbi conſiderandi veniant. Hi enim paroxyſmum cient. Is autem robur ſuum ex ſuis aſtris accipit. Paroxyſmi grauiſſimi, maximi & intenſiſſimi, igni aſcribuntur. Ignis enim rerum omnium vehementiſſimum eſt, ac dolores ab eodem atrociſſimi infliguntur. Hîc ergò ad gradum ſummum dolorum attendi debet. Dolorem poſtea à grauiſſimo proximum aſtro terreo imputa. Ea enim cauſa doloris ſecunda eſt. Hinc ad dolorem tertium diuerte, intra duos ſummos & vnum infimum medium. Hunc Elemento Aquæ imputa & eius Aſtro. Paroxyſmus omnium leuiſſimus aëri adiudicatur. Hoc enim modo diſtinctio facienda eſt. Signa ſi quidem aliunde deſumi non poſſunt, quàm à dolorum multitudine.

Signa paroxyſmi. IGNIS

Ignis res vehemẽtiſſima.

TERRÆ.

AQVÆ.

AERIS.

Iam verò perſæpè gradatio incidit, à minimo nempè intenſio ad maximum, & contra, remiſſio à maximo ad minimum. Et hæc eſt mutatio ab Elemento vno ad alterum. Frequenter enim euenit, vt Elementa, duo, tria interdum ſimul omnia patiantur. Quin etiam inter ſe paroxyſmi implicantur nonnunquam & permiſcentur. Tùm & mutatio ſæpè talis eſt, vt hodie paroxyſmus ignis, cras aquæ &c. incumbat: quæ ſigna grauis & diuturnæ manſionis ſunt morborum in aſtris omnibus. Vſus autem ſignorum huiuſmodi à doloribus ſumptorum is eſt, vt curationis viam nobis expeditiorem reddant, ſicut ſuo loco tradetur. Multa hîc etiam de conditionibus paroxyſmorum aliis, ac de ipſarum apparitionibus tradi poſſent; quę tamẽ ceu manifeſta & conſpicua hoc loco intermittemus. Superfluum enim eſt, Medicum Medico explicare, quod oculi ipſi teſtantur & dictitant. Videat & audiat quilibet, quod obuium eſt. Si enim eò res Medici redacta ſit, vt non niſi alienis ſcriptis fulciri velit: ab hoc nihil expectari poteſt, quod ad ſalutem ægri faciat. Iſta ergo penes Medici cuiuſuis experientiam poſita ſunt.

Tempus autem caduci incipientis ex quatuor Aſtronomis petendum eſt, ita vt Aſtronomus partem ſuam iudicet, ſic ſuam etiam Geomanticus, & alii. Ex his enim intelligitur, quî prognoſticationes faciendę ſint de tempore & horâ paroxyſmi. Medicum ergo 4. has Aſtronomias exactè nouiſſe, fas eſt. De quibus tamen hoc loco non diſſero: cùm non de Aſtris, ſed de morbis, & quæ ad hos requiruntur, tractare inſtituerim. Hæc ergo de cauſis & ſignis huius morbi hactenus ſufficiant.

Tempus caduci vnde noſcendum?

Medicus ſit Aſtronomus quadruplex.

Reliqua eſt cura membrorum. Aſtris enim ipſis aliter reſiſtere non poſſumus, quàm vt ſubiectum illis adimamus, in quod operantur. Hunc ergo morbum curaturus per ſubiectum id impetrare cogitur. Quis enim Soli adimere ſplendorem poteſt? Quis Martem frangere? quis Saturnum regere? quis Venerem domare nouit? Nemo. Et quantò minùs ſtatum ac faciem Lunæ mutare (ſiue enim ipſa noua, ſiue plena, ſiue vetus ſit, id nobis ita omnino ferendũ eſt:) poſſumus: tantò minùs hîc quoque aſtra infringere valemus.

Cura caduci in quo conſiſtat?

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 708 sur 913

Cura ergo vlterior in eo posita est, vt astris subtrahere corpora sciamus. Hæc autem corpora sunt Microcosmica.

Metalla lapides ex aqua.

Dictum iam passim ac multoties est, ex Elemento Aquæ nasci metalla, lapides &c. Nos verò ad hoc opus quid conferimus? Ne tantillum quidem. Siquidem etiam sine nostrâ operâ crescunt illa. Ex simili planè virtute morbi quoque astrorum crescunt. Iam si auersio aliqua fieri posset, in vno vtique fieret ea non minùs ac in altero. Si enim auertere possis, ne lapides, ne metalla enascantur: auertere etiam poteris, ne morbi ab astris nascantur. Quòd si verò non potes illud: multò minùs poteris etiam hoc. Nimirùm vt vides crescere fruges & gramina, ac eadem incorporari: ita etiam incorporantur morbi. Vbi primùm verò incorporatio facta est: ibi sanatio nulla proderit. Sensus ergo ac ratio hîc duplex est: Curatio nimirum *Incorporationis*, & Curatio *Messis*. Si quid intereà curæ incidat, vera cura ea minimè est, cùm non ipsam radicem penetret, sed tantùm circa præsectos truncos versetur. In perfecta autem curatione non ambitus, sed messis seu principium ipsius inuadi debet. Firmiter ergo credendum est, quod hîc sola corpora remoueri & separari ab astris debeant, veluti, si quis ex horto herbam auferat, ne crescat, aut si quis corpora Mineralium ex manu Astri Aquei remoueat, & ita crescere mineralia prohibeat. Nisi enim Medicus autumnum messémque morbi tàm probè nouerit, quàm probè vinitor vineam, aut agricola agrum suum nouit: in curatione certè vtilitatis ne quidem tantillum præstabit. Et in hoc puncto momentum vniuersum positum est: quod tamen veteres ne per insomnium quidem considerârunt vnquam. Huius enim farinæ Medici ad suum tantùm commodum intendunt, non ægrorum, nec vocationis suæ dignitatem æquâ experientiâ pendunt, ac probè curata omnia putant, dummodò ex libris opiniones suas, siue eæ bonæ siue nocentes sint, stabilire queant, ac multa lotia inspicere, Receptáque frequentia cumulare sciant, vtcunque aliàs res cadat quadrétue.

Curatio caduci duplex.

Principium autem curationis hoc esse oportet, vt corpora astri diuidamus, & vnum cuilibet astro suum corpus, ac cuiuis corpori suum astrum assignemus. Quod priusquam fiat, scitu opus est, qui astrum cum corporibus in morbo conueniat, hoc scilicet modo. Quodlibet semen incrementum suum inchoare debet in genuino astri motu cursúque. Si fiat secus, ea crescentis peruersio est. Nisi enim astrum simili positu ipsi semini conueniat, ac vtriusque vna natura sit: non fiet id, quod omninò fieri debebat. Hinc enim oriuntur morbi astrales, qualis est *Caducus*. Sed de conceptione notate, eam fieri nullo modo posse, nisi vna omnium concordantia sit. Et nisi 4. astra in suo vere stent, conceptio nulla fiet. Nam ex vtriusque concordantia fœtus concipitur. Procedet autem commodè conceptio, si seges in suo astro rectè consistat, hoc est si non in hyeme aut pluuioso tempore seminatio facta sit, sed ad morem

Morbi astrales vt fiant.

Ver seminationi aptum.

Astronomicum inuenire, quod serendis rebus omnibus commodum ac aptum est. Præterea sciendum etiam est, quòd astra in morbis omnibus concurrant, & qui morbi astrales sunt, si se permiscent & vnâ succrescunt vsque ad tempus suæ maturationis. Horum ergo maturatio similis est metallis. Nec enim instar pyrorum decidunt, sed more lapidum iacent & quiescunt in loco. Quanquàm (si declarandus paroxysmus sit) hæc generatio arbor est, vndè paroxysmi procedunt, non secus ac crocus, qui hodiè decerpitur, & cras alius renascitur. Paroxysmus enim quilibet, & quilibet crocus, quoad ortum ac generationem, vnius rationis ac scientiæ existit.

Maturatio morborum qualis.

Crocus quotidie crescit.

Hoc modo si corpus creuit, aut, si cum morbo seminatum corpus incrementum sumpsit: iam in cura omninò prouidendum est, vt arbor hæc ex potestate astri eximatur, ita vt operatio eius deinceps in naturam nunquam abeat. Id impetratur per hoc, vt vnum quodlibet maneat sine suiipsius dissolutione in sola coniunctione separatum. Hîc enim nullus ex astro morbus seorsim crescit, nisi corpora & astra vnà ac simul illum constituant, ex coniunctione vel conueniente vel inconueniente. Ita videris omninò, quòd, nisi oleum & aqua coniungantur & aptentur in igne, stridor & motus nullus emergat. Vtraque ergò, oleum nempè & aquam, simul esse oportet, nec iis nos carere possumus. Omni tamen cauere studio debemus, ne in operatione astri coëant seu coniungantur. Qualis enim ignis: tale astrum. Si autem oleum & aqua coniungantur, iam vtrobique ratio vna est, quòd ibi producti astralis morbi principium sit. Ratum enim ac certum hoc est, quòd, si in conceptione cœlũ coincidat cum Rubeo & cum Leone & simul se impressio aquarii inserat, tunc eodem loco principium caduci emergat, erumpentis & se proferentis ex cursu sui ipsius horoscopi, qualem concordantia astrorum quatuor constituit. Viciſſim autem obliuioni dandum non est, vt dies Ægyptiacas (magicè hîc non loquor, sed vt Astronomus) vobis explicem aut adducam.

Oleum & aqua iunctim stridorem in igne cient.

Dies Ægyptiacæ &c.

Earum cognitionem nullam habemus ex arte scriptorum veterum Ægyptiorum. Quam tamen si haberemus, euidens certè foret, quòd quatuor astra illi rectè intellexerint. Quantum autem de *diebus Ægyptiacis* nobis constat, ex testimoniis saltem ac ipsorum indiciis scimus, ipsos hanc rem rectè cognouisse & intellexisse. Quæ tamen ars ex sensu probo postea in Magicam ac præstigiatricem naturam versa & transmutata est, ita vt hodie illi fidere tutum non sit. Nec enim illa talis est, qualis esse debebat. Respexit autem Deus ad id, quod istiusmodi concordantiæ cognitionem nullam habeamus, nec habere admodum desideremus. Ideò huius loco Medicinam nobis condidit. Quòd si conceptionem ad præscriptum veterum ac primarum illarum Astronomicarum rerum seruaremus: tunc morbis nullis affligeremur. Cùm verò in scortatione gignamur: ideò omnib⁹ miseriis subiicimur. Libido ac lasciuia hodie conceptionem moderatur, non tempus, maturum

Ægyptiacarum rerum cognitio hodie adulterata.

Homines scortando hodie gignuntur.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 709 sur 913

maturum ac electum. Si verò longæuitas altè veréque considerari debet, primum omninò eius fundamentum in conceptione ponendum est: Deinde alterú in imperium Astri. Sed ne propositi textus limites egrediar, initium caduci, quantum ad curam attinet, dicto modo omnino intelligere debetis: nimirum, vt corpora à se inuicem separentur. Iam verò, si duo corpora in huiusmodi effectu & operatione versantur, ea separari inuicem impossibile est: hoc est, fieri minimè potest, vt quodlibet seorsim ab altero, in proprium suum locum disponatur. Quis enim oleum & aquam ex igne auferet? Nemo arbitror. Hoc vt præstare nostrûm nemo potest: ita minùs impossibile non est, in Vulcanicâ operatione corpora separare ac ditimere. Itaque vos me ita intelligere velim, quòd per solum *Athanar* aqua à quolibet oleo separari possit, & non per manus. Loquor de arcanis spagyricis, non de opificiis. De quare deinceps plura.

Caduci cura in quo posita.

Athanar aquam à oleo separat.

Cardo ergò in hoc vertitur, vt sciatur, quî permixta duo corpora separari queant, citra tamen manuum opem. Quæ enim manus ignem sufferet? Eadem etiam ratione cum Astris in corpore procedendum est. Id per ignem eius proprium perficiendum est, hoc est, per Elementum ignis, qui à se expellat, quod ad locum illum non pertinet. Videtis enim rerum omnium separationem ab igne & per ignem fieri. Si ergo per ignem id omninò perficiendum est, tunc ignis, morbis illis astralibus conueniens, est ignis Leonis. Notandum enim est, quòd prænominata concordantia vtrinque fixa sit. Non ergo tentandum est, vt infixum à fixo, sed fixum à fixo omnino separetur, vnúmque fixum volatile fiat, nec tamen frangatur, aut aliter separetur, quàm vt in suâ Anatomiâ maneat. *Si* enim in Anatomiâ spiritus dilabitur ac corruit, nec suum locum tenet: tunc, vt dictum est, morbi causam scitis. Iam verò separatio taliter non fit, vt ex vno scoria, ex altero aurum proferatur, sed, vt nihil corrumpatur, nihil comburatur, & vnum quoduis in locum sibi conuenientem deducatur. De separatione loquor eiusmodi, vt simile ad suum simile deducatur, ac vt spiritus & corpora in simili ac vno consistant. Id si fiat, nihil aliud scitote, quàm quòd nihil frangatur per huiusmodi Vulcanium Athanar: non tamẽ itidem per lignum, ignem, aut fornacem laterinum. Intelligite rem, vt ab arte traditur. Rogo autem, vt, quod ignoratis, vos discere non pudeat. Id honestius erit multò quàm non discendo, vos asinos ac anferes manere &c.

Ignis Leonis corpora illustria extrase. runt.

Athanar &c.

Potrò autem vt cogitationibus multis satisfaciam, tandem hîc curationem perficiendo de artibus tractabo: vt hinc, causa ac origo morbi planiùs intelligatur. Hinc enim cognoscetis, quâ serie artes in hisce morbis procedant, ne postmodum causari audeatis, Diabolum ex Theophrasto loqui, aut ipsum talia ex Nigromantiâ aut Astoroth &c. promere: ipsum incantationibus plenum ac summum Magum esse. Quanquam hæc omnia non mentiamini, Theophrastum talia nosse, & in his vobis omnibus profundiùs sapere. Quod tamen vos blateratis, id omne non largitur ac concedit. Generis enim vos fœminei estis, qui omnia in peius, non melius vertitis, iis, qui vestro ornatui tributum non conferunt. Quantum verò ad inuentionem artium attinet, quid de earum impetratione sentiam? deinceps enumerabo. Vos iudicate, qualis in his sim probus an malus. Artium autem origo ea est, quòd eæ ab no ad alterum descendant vsque ad me ad te: & quod non dum manifestatum est, id adhuc deinceps manifestabitur. Magister enim ac præceptor Medicinæ ad diem vsque nouissimum viuit, velut & ipsius discipuli. Vos autẽ Magistros creatis, nec raccordamini, quòd ipsimet adhuc tyrones, ac patres quouis fimo putidiores, ac Beanismo toti turgidi sitis. Itaque attendite, quomodo ad nos Medicina perringat, quâ curam complemus. Primò: quis hominum rationem reddet, quî artem colendi agri, vineæ, aut faciendi caseum butyrum &c. didicerit? Nemo certè, nisi qui digitum intendat ad suum Magistrum. Hic magister ad suum iterum magistrum intendet, & sic consequenter vsque ad primum. Quem autem indicabit omnium primus? Neminem alium, quàm qui hominem ipsum creauit. Idem creauit etiam ipsius scientiam. Quid enim vspiam haberent homines, nisi laborarent? Semel enim promulgatum mandatum est: *In sudore vultus tui vives.* Hoc enim veluti noua quædam creatio est. Dixerat enim Deus, *Fiat*: & factum omne est. Non autem facta est ars, non lumen naturæ. Cùm verò Adam extra paradysum eiiceretur, creauit ipsi Deus lumen naturæ, dùm mandauit, vt ex laboribus manuum viueret. Creauit verò ipsi etiam Euæ suum lumen, cum dixit, *cum dolore paries liberos tuos.* Istic ergo creaturæ planè humanæ & terrenæ factæ sunt, quæ antea velut Angelicæ fuerant. Hinc Eua didicit educare liberos: hinc cunæ, hinc lactatio inuentæ sunt. Sicut enim per verbum factæ sunt creaturæ: sic per idem verbum, factum etiam est lumen, quod homini necessarium fuerat. Adeóque ipsius intellectus non minùs est necessarius ipso corpore. Ideò interior homo secutus est ex secundâ creatione, postquam ex paradyso excesserat.

Theophr. excusio.

Attium Doctor & discipuli æterni.

Attium creator Deus.

Lumen naturæ. quando & a quo creatum?

Nihil ergò vltetius sciendum est, quàm hoc quî scilicet membra omnia ex creatione prima acceperimus? & postcà, quàm benè omnia facta sint? Notitia autem seu cognitio, quæ homini necessaria erat, nondum in Adamo vigebat. Accepit autem eam, dum eiiceretur ex paradyso, ab Angelo. Accepit autem non omnia, sed ipse ac eius filii, sua successione lumen naturæ vsurpârunt, discendi, quod in rebus omnibus inest & proferendi, quod abditum in illis & occultum est. Simul ergo & semel homo totus factus est, ratione corporis; non ratione artium. Et artes ei omnes datæ quidem sunt, non cognitæ & perceptæ, sed discendo cognoscendæ. De hoc autem pluribus disseremus, quî discamus scilicet, quod ante scimus. Nullus enim est rusticus, qui non omnes artes sciat in suo lumine: quod ipse tamen obtenebrat, ne luceat. Lux autem ea quomodo proferatur; hîc portò attendite, quantum quidem ad cognoscendum hunc morbum requiritur.

Adam artes ab Angelo accepit.

Artes quomodo acceperit Adam.

Herba

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 710 sur 913

Herba nimirùm in hortis non prouenit, nisi per seminationem & plantationem. Quæ si non fiat, nihil crescit. tamen id, quod seminamus, nihil est quàm terra. Id terræ mandamus: & ex terrâ iterum protrahimus. Ita etiam se habet in nobis ars, quæ in nos ingeritur & impellitur. Hoc is demonstrat, qui me docet. Is illud ex lumine naturæ habet. Ex eodem ego non minùs id habeo. Sed tamen infundendũ id & impellendum est. Fieri verò solet, vt multæ crescant herbæ, quæ non seminantur, & optimæ sunt. Sic dociles naturæ multæ sunt, quæ non seminantur, sublimiores iis, quæ seminantur. Talis est virtus terræ, tale est lumen naturæ, vt vtrinque non cessent aut ferientur. Tu interim tui horti tantùm rationem ac curam habe. Solerter enim internus homo factus est. Qui si cum externo sedulò agat & mutuas operas tradat, tunc certè ex se discet ipso, quod docere eum nemo potuisset, adeò, vt admirationi omnibus futurus sit. Hoc modo initium suum sumunt artes operum naturalium.

Hortus artium internus.

Iam verò quis Medico patefecit, quòd plantago Menstruum sistat, cum tamen in illâ id non videatur? quis huius vsum ipsi persuasit? solus scilicet creator. Is Medico hanc cognitionem dedit, vt discat, & tamen, quid discat, nesciat, adeóque ex vi discat creationis secundæ quæ ipsa est lux naturæ. Porrò autem refert, quî id cognoscatur & manifestetur? Viæ nempè septem sunt, quibus artifices euadimus.

Plantago menses combet.

Artium viæ septem.

Harum prima est: quòd vt sæpius fit ac arcana ipsa monstrant, spiritus ac angeli artes docuerint vel doceant. Horum verò doctrina alia non fuit, quàm sicut Magister in puerum ingerit, quod in ipso ante est. Sic illi artem manifestârunt. Frequenter autem in necessitatibus id hominibus accidit.

1. Per spiritus & angelos.

Secundò, homo sæpiùs homini consilium dedit aptum & idoneum, quod tamen non intellexit ipsemet dator. Hoc enim in casu lumen naturæ in altero efficaciter operatum, & quod benè vel malè cessit, annotatum est. Leuiathan enim nunquam feriatus est, sed suum malum subindè etiam in medium iactauit.

2. Per cõsilia hominum.

Tertiò multæ artes nobis reuelatæ sunt per experientiam fortuitam, dum nimirùm pro opinione sua quis quid tentauit, quod ita successit. Id ergo lumen naturæ ita præparauit, & ægrum eò deduxit, qui tamen antea idem neglexit, & pro nihilo habuit. Ita natura ex suo lumine id tandem ita produxit.

3. Per experientiã fortuitã.

Quartò, Multi etiam Magi artes assecuti sunt, velut Nigromantici, Necromantici, Pyromantici, Geomantici (Pyromantiam & Geomantiam astralem non intelligo, sed quæ in sortilegiis versantur) & Hydromantici. Hi vniuersi per artem diuinationis & alias artes multas patefecerunt: non quidem ex vi artis quod arbitrati sunt, sed lumen naturæ ita illa patefecit, cum fuco & dolo, ex vi ipsorum cupiditatis. Sic enim lumen naturæ cum homine ludit. Quòd si artes ex suâ virtute id præstitissent, res certè hodiè adhuc multis ignauis eodem modo succederet. Artes enim hoc modo impetrare non licet, sine fide vehementi, in lumen cum cupiditate igneâ intentâ & directâ. Multa tamen in sortilegia tandem desciuerunt.

4. Per sortilegia.

Quintò, multæ etiam artes productę sunt per Chiromantiam, dum nimirùm chiromantia manuum, & chiromantia herbarum seu ligni, chiromanticum solertem ac artificiosum fecerunt. Nec enim immeritò apud veteres chiromantia in tantâ dignitate fuit. Quanquam nos eam hodie ad diuinationes tantùm impendamus, quam tamen veteres ad indagandas artes exercuerunt. Hanc chiromantiam nec ego quidem repudiabo, sed pro inuentrice artium omninò habebo.

5. Per chiromantiam.

Sextò, Artes multæ etiam per Physionomiam inuentæ sunt. Physionomia verò ars est, quæ indicat essentias intrinsecus absconditas, non in homine tantùm, sed in rebus etiam crescentibus, in quibus omnibus per exteriora interna cognscuntur. Hoc modo vniuersa ferè Archelaica secreta inuenta sunt.

6. Per Physionomiam Physionomia quid?

Arche. laica secreta &c.

Septimò exploratæ etiam artes sunt per formam, dum forma formam indicauit, ita vt simile simili responderet, cancer cancro, forma formæ &c. velut & serpentina veneno serpentum, & similia plura.

7 per formam.

Huiusmodi inuentiones artium plures quoque sunt, vt quæ fiunt per Astronomiam, per Philosopiam, per scientiam herbarum & rerum naturalium, de quibus omnibus peculiarem libellum condam, ex quo omnia faciliùs ac planiùs intelligere poteritis.

Alchimię laus.

Plurimum etiã tribuo experientię, quâ quis sibi aliquid proponit, velut in Alchimiis, vbi inaudita & minimè credibilia multa producuntur, ex quibus fœcunda scientia, & in lumine naturæ insignis experientia colligitur. Et deierare equidem ausim, quod experientia illa summum & subtilissimum in Medicinâ fundamentum prodiderit. Extra illam etenim quis tandem Medicus erit, aut quicquam sciet intelligétue?

Iam verò ex hisce deliberate vos, an nouum ego aliquid scribam, ex quo scribam, & vndè id desumam. Non enim ex vestris libris: quos vnâ vobiscum rectâ ad Vulcanum. Et iudicate tandem, an, vt scribam equidem, mihi permitti nõ debeat, vobis etiam cane peius ringentibus,

Sed vt hæc hîc abrumpam, & ad describendum caducum redeam, arbitror equidem, eius causam, originem, ac signa satis accuratè tradita esse, vt iam sola curandi ratio proponenda reliqua sit, quò, quod incepimus, tandem ad calcem perducamus. Vos autem in vniuersum omnes, pui vel Medicos agitis, vel hæc mea opera legetis, valdè rogatos volo, ne iudicium de me nimis præceps feratis, sed ad finem tractationis illud omnino suspẽdatis. Nec vobis offendiculo sit numerosa caterua eorum, qui se mihi opponunt. Et cogitate, plus vtilitatis ferre lapidem molarem vnum, quàm omnia in montibus abdita saxa. Sicut enim molaris lapidis ea conditio est, id officium, vt nũquam quiescat, sed semper rotetur & molã versetur; sic iugiter etiam exerceri medicinam fas est.

Lumen naturæ sine vlu pisci.

est. Cautes quidem etiam in monte abdita lapis est: sed cui commodat? Sine vsu, sine motu stat. Lumen autem naturæ subindè agitetur, ac mola hæc nunquam quiescat. Aliàs intercidet & morietur.

PARAGRAPHVS IV.

IN distributione curæ, fas esse videtur, vt teneam processum artium, prout inueniuntur ceu tradidimus. Maioris autem perspicuitatis gratiâ ordinem ita constituemus, vt cura canonica procedat, & deindè sequantur arcana, vnum quodlibet pro suo processu, prout ad nos pertigerunt. Etsi verò hic non vniuersa, quæ professionis sunt, inducam: ea tamen cuiuslibet experientiæ non minùs, quàm meæmet committo. Nihil tamen hîc omittitur ne vel litera quidem minima, quę ad hanc materiam requiretur. Sed & alii à nobis libri aliàs congesti sunt, in quibus seorsim ac præcipuè iuxta modum Anatomiæ de Caduco traditur. Horum lectionem his conferre licet. Idem enim bis dicere ac tractare non soleo: Et in de *Phlebotomiâ* quidem ordinem reperietis, qualis in hoc morbo sectio venæ iustitui debeat. Sic & in modo *Pharmacâdi* purgationes aliquot inuenietis, in caduco vtiles. Quæ omnia hîc omitto: & saltem processum curæ debitũ propono. Cætera pro varietate rerum vel vsurpari, vel excludi debent, quod perito cuilibet Medico committimus.

Cura caduci duplex.

Cura Canonica.

Primùm autem, quantum ad curam Canonicam, regula ita habet, vt calidis frigida, frigidis calida pellantur. Hæc verò hîc non valebit, nec in hoc morbo vsui erit. Eius enim causa nec calor est, nec frigus, nec humiditas nec siccitas: sed potius permixtio corporum, sibi inuicem aduersorum, proponenda est, non complexiones, non qualitates, non humores. Videtis nimirùm, hanc contrarietatem seu pugnam maximam esse, si duo Martes, qui vnius Naturæ sunt, sese inuicem sibi opponant, aut etiam duo Saturni, eo modo quo diximus. Huiusmodi contrarietas scienda vobis & adeunda est, non calidum aut frigidum. Si aqua *in feruens* butyrum infundatur, quæ causa est huius stridoris & crepitationis? Non certè qualitas, non conplexio, non humor, sed ipsum corpus. Duo enim ista corpora in actione ignis simul subsistere non possunt. Et de hâc actione in Caduci curâ omnino *differendum* est. Cura ergo Canonica, prout intelligitur, hîc locum minimè habebit.

Aquæ butyro feruido insita cur separi?

Præterea autem aduersarii mei imperant etiam purgationes, Syrupos, confortationes. Hanc curam vocant regularem. Iam verò post peractam curam vos omnes iudicate, an ea regularis vel irregularis dicenda sit. Mihi omninino irregularis videtur: nihil enim prodest iuuát que. Ideo processus etiam isti, vel nihil, vel minimum commodant. Quamquam curam arcanorum etiam illi alteri commiscuerint Per ea si quid præstatur, id Recepto imputant, quod tamen potiùs obstat, quàm commodat. Basis enim compositionis Receptorum in arcanis consistit. Illi autem vim omnem ponunt in Laxatiuis & colocynthide. Hoc fundamentum quale sit vos? omnes arbitremini.

Compositionis arcanorum in Recipro conuitia.

Quod verò medicamen Canonicum, aut remedium Regulare sit, id arbitror ratione aliâ inquiri non posse, quàm vt deinceps proponemus. Fas enim est, processum teneri illum, quem ex ipsis fundamentis haustum accepimus, spretis receptis omnibus Doctorum istorum Cacatilium, qui cacando omnia perficere tentant, non considerato eo, quòd stercus ibi in causâ non sit. Quòd si verò stercus causa foret, tũ in ipso haud dubio Regulares & canonici forent.

Canonica cura quæ sit.

Cùm verò cura quælibet, quæ ægrum sanat, Canonica sit: quæ autem non sanat, nec Canonica, nec Regularis dici queat: primò Canonicam medicinam illam assumemus, quæ prodita est per doctrinam vel (vt vocare possitis) spirituum, vel Angelorum, Vbi, quantũ mea ars instruit quidem, nihil superstitiosi concurrere video. Huius enim quicquid est, id proditum est per similitudinem eius, quod in natura fuit. Et mihi quidem ea stat sententia, Chiromantiam, Physionomiam, Anatomiam, Nigromantiam, Astronomiámque, &c. hoc potissimùm fine emersisse, vt per eas ad artem ipsam penetraremus, vnus quidem hoc modo, alter alio, omnes autem per Deum. Iam verò vel Angelus, vel spiritus mihi videtur satis idoneus, qui loco Magistri in naturalibus rebus me instituat. Nam quid vspiam in Naturâ est, quod ipsos fugiat, quod ignorent? Homini autẽ discendũ omnino est ab eo, qui rem non nouit, potius, quàm ab eo, qui rem non nouit. A peritis enim periti & sapientes reddimur: contra, ab imperitis. Medicum facere, Deus solus potest. Medicum docere, varia possunt. Quod Deus confert, nemo contemnit aut repudiat hominum. Nemo enim hominum est, qui nos doceat, aut qui herbas ex seipso nouerit? Necesse est id emanare ab aliis, qui alii aut plùs sint, quàm homines. Medicorum verò hoc cumprimis interest, vt discant certam & compertam veritatem. Ab huiusmodi autem nemo vnquam Medicus quicquam falsi edoctus est. Multi tamen cum his falsi irruperunt Medici, qui legitimi Magistri doctrinam contaminauerunt, & super columnas mendaces Medicinam collocârunt.

Spiritus omnia naturalia nôrunt.

Medicus à quo doceatur.

Velut, exempli loco, primò Ars quædam sumpta est *à visco quercino*, qui Caduci medicina est, si caducum habeamus, qui cadat ac laboret instar illius, cui remedium id manifestatum est. Hoc autem Medici neglexerunt, & morbi indicium obliti sunt, ac errorem inuexerunt, vt fides, hoc est Arcanum visco inexistens, obliteraretur. Iam verò Caducos ego quatuor indicaui. Hanc partitionem hîc sequemur, enumeratam quidem seriem hîc non obseruantes, sed in Arcanis mentionem facientes ad quod genus quodlibet faciat. De visco ergo hoc loco notate, quòd vtilis sit in caduco aquoso, seu eo, qui ex Astris Elementi aquæ genitus est. Prodest autem peculiariter in moribus, & disseparat coniunctionem caducã Veneris & Lunæ & luna Saturnique, & Saturni ac Veneris. Processus eius ita se habet.

Viscus quercinus caduci medicina.

Visc. quercinus cui caduco & cui ęta ti vtilis.

habet. Accipite viſcum in aſcendentibus ſignis huius fabricationis, & contuſum in potu date pondere ſemunciæ, vſque ad gradum tertium, itera denuò ac tertiò & ſanabitur. Simplicitatem autem & breuitatem huius Medicinæ admirari poſſis in morbo tam longo & graui. Sed quid videtur tibi de horâ & tempore quid præſtent? Hæc ipſa quoque indicata & prodita ſunt ægro: ſed obſeruationi non ſunt mandata. Notata quidem Medicina fuit non autem ſimiliter Aſcendens. An verò ridere mihi non integrum ſit, quòd videam, tot ſcholas & Academias circa viſcum laboraſſe & tamen nihil effeciſſe? Apage iſtos Doctores Ne ſemel enim Aſcendentem ipſum conſiderârunt, quem Magnum Ylech ego voco, ſine cuius cognitione Medicus totus rudis eſt. In artibus ergo ſuſurrabundi obuolitauerunt, velut crabro in ocreâ. Quid mirum, vos ſanare neminem poſſe, cum Ylechi omninò ignari ſitis? Quis ergo in Doctoratus ſtatum vos euexit?

Ylech magnus quid?

Ars alia etiam prodita eſt tempore Tirioſonis, ſuadens, vt æger bibat ſanguinem hominis decollati. Quo facto, æger conualuit. Hinc quid concludes aliud, quàm veritatem artis, ità ratione, quòd tum temporis facta ſit concordantia Aſtrorum. Niſi enim aſtra vincantur ac ſuperentur, aliàs horum nihil fiet. Vos autem Medici bibendum ſanguinem exhibetis ſine præuiſione Aſtrorum: quo remedio plures occiditis, quàm ſanatis. Proceſſus autem eius in hoc conſiſtit, vt in conunctionibus Leonis, Tauri, Arietis, Scorpionis, velut & Martis, Iouis, Mercurii, Solis, illum adminiſtres calidum, & feſtinanter, caducis nimirum illis, qui illorum Aſtrorum exaltationem ferunt: idque hâc de causâ, quia Aſtra in ſanguine tota manent, donec is refrigeſcat. Maturo ergo iudicio ſanguinem iudicabis, ne is ab Aſtris infectus ſit. Qui ſi infectus ſit, non bibatur, ſed bibatur ſanus ſanguis. Hauſto facto, aliud non fit, quàm quòd Aſtra in ægroto renouentur, & ſanum vincat ægrum in omnibus morbis, ſi in ſuo Ylech miniſtretur. Et hæc ſunt Arcana ex Aſtris, de quibus *in modo de præparationibus* plura ſcripta reperiuntur, quod obiter Lectori indicatum volo.

Tirioſonis cura tio caducis.

Sanguis humanus cura caduci.

Et hiſce adductis tempeſtiuum videtur claudi artes quæ per os inuiſibile proditæ & manifeſtatæ ſunt. Illis autem Auctoribus hoc tribuo, quòd huiuſmodi artes innumeras comprehenſas habeant. Cognitionem enim habent plenam Aſtrorum, & eorum qui Aſtris præſunt, quorum nobis vſus eſt. Itaque Medici diſcite, diſcite.

Spiritus innumeras artes tenent.

Sicut ergò per ſpiritus, vel Angelos tam malos (vt vultis) quàm bonos artes proditæ ſunt, quod tamen ſolus Medicus iudicare poteſt: ſic eodem modo etiam per inſomnia artes inuentæ & productæ ſunt, quando ſcilicet homines de his inuocauerunt Deos, aut, vt nonnulli volunt, etiam diuos, aut, quod aliis videtur, Deum ſolum & vnicum. Hi per ſomnum petitionis ſuæ compotes facti ſunt, ac per inſomnia ipſis oblata eſt ſanitas, hoc eſt, medicina idonea, quâ ſanitati reſtituerentur.

Artes ab in ſomniis inuentio.

Euenit autem hoc non Chriſtianis tantùm, ſed & Turcis, Ethnicis, Saracenis, Iudæis, Amalucis, Perſis, Ægyptiis & ſimilibus. Credere autem minimè poſſum, has patefactiones ex cœlo deſcendiſſe, cùm Deus tantum vnicus ſit. Sic tamen ſtatuo, diſcipulis his ipſam Naturæ lucem iſta tradidiſſe. Quæ cùm ſermonis expers ſit, idonea per ſomnum præfigurat vi verbi, quo Deus iateriorem hominem in lumen Naturæ conſtituit. Hâc enim à virtute ipſi docentur. Interim in hoc errant, quòd pro Magiſtris habuerunt alios, qui tales non fuerunt.

Luminis naturæ vis.

Cùm autem Naturæ lumen tanta nobis per ſui cognitionem bona conferat, æquum eſt vt hoc loco Medicinam indicem ex cranio deſumptam, quod caducis miniſtratur hoc modo. Os hoc capitis ipſiſſimum centrum eſt. Quod ſi potetur, homo ſaneſcit. Eius autem proceſſus longè eſt alius, quàm fictitii illi Medici conſtituerunt. Limauerunt enim ipſi omnia crania, & ea potanda dederunt In quo nauci ſuum antiquum morem tenuerunt. Officulum hoc crucigeri (numiſmatis genus eſt) latitudinem non excedit, ac angulare eſt, pone fiſſum, nec in omnibus reperitur craniis, verùm in aliquibus tantùm. Aſtra enim illud findunt, non corpora aut natiuitas. Huius officuli limaturæ pro vnâ vice potate tantùm: quantum eius eſt, in paroxyſmi principio, ſub exaltatione Lunæ. Ita hauſtus illicò primus iuuerit. Ipſa enim experientia teſtatur, per hoc coniunctionem morbi ſeparati ita, vt vtrinque nullus denuò fiat congreſſus. Hanc Naturæ lucem ſolertiſſimam omnium Magiſtram iure merito vocare poſſis. Nam quis hominum hoc ex ſeipſo ſcire vel inuenire poturiſſet?

Craniũ humanũ caduci remedium.

Officuli cranii quę figurâ?

Os cranii non in omnibus reperitur.

Lumen Nat. Magiſter ſolertiſſimus. Artes à cõſiliis imprudentibus.

Præterea etiam accidit, vt conſilia quandoque dentur ab his, qui rem ipſi nec nôrunt, nec experti ſunt. Quod ipſum quoque per lumen Naturæ fit, homines inſtigans ſubindè, vt arcana continere non queant, ſed omninò prodere cogantur. Sicut enim flos in campo ex terrâ erumpit, non in ſui ipſius commodum, ſed vt pecori pro cibo ſit: ita eodem fine ipſa quoque Arcana Natura extrudit, quæ deindè proba *inueniuntur*. Hoc modo ſemina Pœoniæ *in principio* ſuaſa & conſulta ſunt, *quia* pulcra & ſcitè colorata *fuerunt*, vt ſcilicet adhiberetur mirum mito. Et natura talia multis modis reuelat, dum res miniſtrantur & propinantur, aut ob raritatem, aut charitatem, aut famam, in quibus deindè virtutes ſimul aliæ quoque latere deprehenduntur. Seminis ergo Pœoniæ magnus honor & exiſtimatio eſſe debet, non prout veteres eo vſi fuerunt, ſed ſi adhibeatur proceſſu legitimo. Vis eius enim eſt, aſtra pacare & cohibere, ne in paroxyſmum efferantur, dum exaltatio fabricatur ex terreno aſtro, Saturno & Lunâ, & partim ipſo Ioue, & plerunque in pluribus etiam caducorum morbis. Beatus enim eſt ſpagyricus, qui Aſtra Pœoniæ concordare ad Aſtra terræ, & eadem in ſuâ exaltatione miniſtrare poteſt. Et

Semen pœoniæ caduci remedium.

correctio

correctio eius in hoc posita est, vt propinetur ad præscriptum coniunctionis, ac ita ministretur, ne ipsius Astrum in corpore secedat aut consumatur, sed Pœonia semper Rectrix sit, & corpus sanum tueatur.

Amet ab experientia fracentu.

Sed Medicinas etiam depromit experientia. Ita Antimonium per transmutationes rerum præparatum est, eóque, redactum, vt in dulcedinem abierit. Hæc ab infantibus lincta, caducum quendam sanauit forte fortunâ in illorum numero versatum. Iam quis Antimonij vsum dissuadeat, aut non vehementer amet, cuius vis postmodum tot casibus mirè profuit? Et inuentio hæc pluris non sit vniuersâ ipsius Auicennæ doctrinâ? Cæterùm in Antimonio vis ac Arcanum tam potens latet, vt paroxysmum etiam vehementissimum, hoc est, igneum tollat. Et talem inuentionem quis aspernetur? quis reiiciat? ob id scilicet, quia in libris ac lyra Galenica non continetur? Qui tamen vniuersi, si ad hoc Arcanum conferantur, nihili quicquam sunt. Huius autem præparatio de *Floribus Antimonij* albis descripta est in modo de *præparationibus*. Ideò illam hîc repeti otiosum sit: maximè cùm peritis omnibus de illa satis constet. Ordo eius hic est vt grana nouem ante paroxysmum præbeantur: in medio autem paroxysmo grana octodecim in os ingerantur, quacunque arte possunt: & post horam vnam à somno iterum nouem grana. Id repetatur, quoties opus est, vsque ad paroxysmum tertium, qui postremus erit.

Antimonij caduci remedium

Gal eluitur.

Porrò autem artes etiam inuentæ sunt per *Nigromantiam* & *Necromantiam*, ad Caducum salutares, nempe ex Auro & Corallis. Aliæ per pyromanticum sortilegium, ex Crystallo, vnguibus, visione: aliæ per Geomantiam literariam, cum compassis, plumbeis imaginibus, cera, virgulis, candelis, &c. Sicut sortilegia explicant. Sic ars Vulturini fellis per Pyromantiam inuenta est. Vtraque tamen est cum sortilegiis. Interim tamen naturæ lumen artem hanc probauit, non ex vi artis potentis, sed ex fidelitate inuentoris. Huius artis præparatio talis est.

Artes inuentæ per Nigrom. & Necrom. &c.

Vulturium fel per Pyromantiam inuentū.

DE AVRO.

Auri cū caduco præparatio.

PRæparatio auri pro inuentione Nigromantiæ est, vt sumas illud per Antimonium, ad summum finitum, & in laminas reductum. Has cementa, *cum laminis Saturni* obtectas ad horarum quatuordecim spatium. Postea fiat separatio, & in vino ardente probè alcolisato instituatur digestio in fornace idonea ad dies viginti circiter. Separetur in Balneo lenissimè, & liquor asseruetur. Huius dosis ☽ j. sexies, horâ vnâ ante paroxysmum, & intra ipsos paroxysmos, manè & serò similiter ☽ ß. donec paroxysmus sextus transierit. Licèt autem exaltationem astrorum hoc loco Nigromantia non indicet: obseruatur tamen in eo, quòd in paroxysmi principio dari iubetur. Medicinæ enim omnes, quæ ad paroxysmum ita referuntur, originem suam ex astris sumũt. Quod licèt Medicorum multi non intelligant, ac modis aliis explicent: nihilominùs tamen ipse morbus & eius causa docent, quòd astra moueantur, & non corpora.

DE CORALLIS.

Coralli ad caduc. cum præparatio.

COrallorum pro Necromantiæ ratione is modus est, vt subtilissimè terantur, & per Alcool vini tamdiù mittantur, donec rubor omnis à corpore eorum abeat. Id digere, donec liquefiat. Huius dosis est ʒ ß. quouis manè, vsque ad quartam coniunctionem & motum.

Duo hæc remedia conueniunt caducis, si exaltentur in Leone, Sole, & Marte: & respiciunt cumprimis igneam complexionem Astrorum. Et licèt nec hic quidem astra secundum suum motum proponantur: attamen administratio quotidiana, quotidianam naturam Astrorum vincit. Eadem etiam ex vi arcanorum Naturam astrorum expellit, vt obmutescant in suo motu, & morbum minimè suscitent.

Artes ex Pyromantia.

Huiusmodi artes multæ expromptæ sunt ex pyromãtia, quæ per sortilegiũ administrata est ac inuenta, veluti per Berillos, Crystallos, & alia, vt professio docet. Artes enim tales innumeræ sunt. Ex istis autem nonnullæ excellentes admodùm & eximiæ sunt, velut *Vnicornu*, quod per se quidem præparatum optimè est, sed attendendum tamen ad astra est, vt in Elemento aquæ versentur, & in signis aqueis exaltentur. Nec alia vlla ibi signa opus est obseruari, quàm principium concussionis seu *Lorindi*. Tum enim Vnicornu administra ponderе granorum 15. nouies vel pluries, prout astra aquosa incidunt.

Vnicor. nuremedium caduci.

Istorum autem arcanorum ac artium omnium hæc natura est, vt vel simplicia ac solitaria sine Receptorum congestione adhibeantur. Qui enim eadem præceptores tradunt, hi secreta summa tractant, nec vt homines, de Receptis sine cognitionis fundamento blaterant. Et licèt non in solo Vnicornu hæc virtus lateat, sed in aliis etiam plurib̃: sic tamen pyromanticis magistris visum est, vt hic hoc alius aliud reuelaret, ex vno tamen doctrinæ fonte omnibus productis, ac in sola rerum cognitione distantibus.

Artes ex Geomãt

Eâdem fœcunditate artes multas *Geomantia* quoque prodidit, nempe *Camphoram*, *Mumiam*, *Spodium*, & alias similes. In hisce autem propinandis ratio alia tenenda non est, nisi vt dentur, quales per se sunt. De his hoc notum Medico sit, quòd Archimagistri, qui per artem hanc discipulis Arcana profitentur, ipsa reuelent prout discipulus in huiusmodi rebus intellectum habet. Is si sublimis ac solers existat, tum arcana ipsi quoque excellentiora communicantur. Sin minùs, minora & vulgatiora: ne fors arcana accipiat, quæ non intelligat. Geomantici ergò hi de Camphora, Mumia & Spodio, &c. artes inuenerunt tantùm, quia doctiores non erant. Itaque spiritus Geomanticus maiora arcana ipsis non suggessit: & tamen est vna omnium inspiratio, pro conditione, vt diximus Astrorum, non pro respectu corporis.

Camph. Mumia, Spod. caduci remedia

Arcana quibus maiora vel minora dãtur?

Huius etiam generis sunt Arcana illa, quæ vel solis infantibus, vel solis adultis commoda sunt, velut & seorsim quædam mulieribus, quędam virginibus. Cùm enim Arcana pro solis infantibus quęrerentur, sola ea inuenta fuerũt. De iis ergo profundiùs inquiri nõ debet, quàm

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 714 sur 913

prout data ſunt. Quod Sophiſtæ Medici non intelligunt, qui plura ſubindè ex te quærunt, quàm habentur. Cuius conatus hæc cauſa eſt, quòd artis ortum ac metam ignorant.

Plantago. Chiromantia multarũ artium inuentrix.

Ex arcanis per Chiromantiam inuentis vnum eſt *Plantago*. Eadem verò multarum aliarum etiam artium inuentrix eſt. Nihil autem ſe iactet Medicus, qui artes veras inuenire non poteſt, ſed in ſolis picturis obteritur. Quis enim Medicum illum celebret, qui artem ſuam probare neſciat? Sed veſtri in meis libris immemor non ero: & in ſcholas vos multò celebriores deducam quàm rubri veſtri Doctores faciunt: meri nimirum Beani. Is enim βeanus eſt, qui tumultuabundus ſuam artem quærit, & diſcurſat, velut qui ſenſus quinque omnes exceptis quatuor habet.

Artes ex Chiromantia.

Vt verò arcana ex Chiromantiâ, quæ non ex ſpiritibus aut ſortilegiis manat, ſed ex ipsâ naturâ & inuentione Naturali oritur, explicem: ſciendum eſt, chiromantiam plantaginis, & chiromãtiã caduci aëris, chiromantiã & formationem vnam eſſe. Plantago itaque tota, cum foliis & radicibus in aſcendentis aſcenſu danda eſt. Hoc ſi ter repetas, paroxyſmum nullum deinceps ſenties. Aſcendens enim iſte huius chiromantiæ vna ſimilitudo eſt. Ecquid tibi verò Receptarie & ſyrupipota de arcanis his videtur? Quòd ſi cognoſcendæ Naturæ operam impenderetis, tunc ex facie eius externâ ſciretis, quæ intus laterent in Natura. Quî verò, cùm adeò imperiti ſitis, artes inuenire queatis? Quòd ſi Auicenna veſter, Galenúſque ac Vigo, &c. in podicẽ Diaboli inuolaturi ſunt: quò tandem quæſo veſtræ artes erumpent? Vniuerſæ ad orcum.

Plantago caduci remedium.

Ex chiromantia ſimplicia plurima ſumuntur quæ tamen ob multitudinem hîc omnia recenſeri non poſſunt. Plura in meo Herbario, vbi explicatione vberiore hæc omnia definiam Nec enim parùm in hoc ſitum eſt, iſta perſpicuè & dilucidè enarrari, vt ratio teneatur, quî artes ad nos deſcendant, & quo ſenſu modóque intelligi debeant, vt etiam Medici imperiti iſta comprehendere poſſint, qui aliàs vt cæci de coloribus loquuntur & iudicant.

Artes ex Phyſion. Phyſiognomia quæ?

De Medicina autem hominum ipſa quoque Phyſionomia docet. Ex Phyſionomia enim morbi deſumitur Phyſionomia herbarum, &c. Sic enim ſimili aptari docetur. Doceri nos aliunde, omninò op⁹ eſt. Noſtræ enim Academiæ veritatis nihil profitentur.

Hirundo papauer, Cryſtal Tereniabin. 4. El. Caducorũ remedia.

Sic in caduco ignis eſt Arcanũ Hirundinis: in Caduco terræ, papauer: in Caduco Aquę, Cryſtallus: in Caduco Aëris, Tereniabin. Hęc autem adminiſtranda ſunt gradibus aſcendentibus, à 10. vſque ad 60. vel 70. pro initio aſcendentium.

Brunſuigæ.

De his autem per inuentionem naturalem Arcanorum reuelationibus tenendum eſt, quòd præſidium magnum in ea collocari debeat. Natura enim vos nihil mali aut fraudis docet. Quæ ſicut hominem vnum alteri ſimilem produxit, ſic ſimilem quoque morbo Medicinam ipſam fecit & faciet. Et hîc ars ſita eſt, quam quærit Medicus, non Brunſuigæ, non in Serapione, &c. Illius enim ipſe quoque Dioſcorides diſcipulus eſſe cogitur. Hanc niſi ſectemini, Medici haudquaquam eritis, ſed meri vagantes erroneſque.

Artes ex Anatom.

Similiter artes etiam ex Anatomiâ profluxerunt, dùm forma formæ coniungitur, indicans id, ad quod occulta ſeu abſcondita virtus ſub forma, conducit. Euidentiſſima hæc res eſt in Acoro, cuius Anatomia non in forma tantùm, verùm etiam in colore, in natura in aſtro, &c. ſimilis eſt caduco Elementi Aquæ & Aëris. Scire ergo debetis, Acorum adminiſtrandum eſſe non conditum, non diſſolutum in ſuâ Anatomia, pro ratione ſui aſtri. Forma enim vellicat ac monet omnes Medicos, vt diſcant hinc Recepta ita concinnare, vt ſi Anatomiæ decedat pes, pes reponatur: ſi deficiat oculus, oculus reſarciatur, ſi dens abſit, dens inſeratur, & ſic cum membris omnibus, vſque dum homo integer fiat. Ab integro enim homine homo ſanatur, & non à mutilo, aut diſſoluto. Quandiù enim Medicina integrum Microcoſmum inuiſibiliter in ſua Anatomia non habeat, tamdiù manca eſt ſanitas, & imperfecta Medicina. Ideò non ex Saluia, Lauendula, Maiorana receptum integratur, ſed ex membris, quæ tamen in Academiis conſiderata aut explicata nunquam fuerunt, quarum Antiſtites meras ſutelas tractârunt, applicantes calidum frigido, conſtrictiua laxatiuis, per quas nugas nemo quiſquam vnquam ad ſolidam Medicinę cognitionem penetrare poſſit.

Acorus caduci Aquæ & Aëris remedia.

Artes ex Aſtrono. mia.

Portò verò ipſa quoque Aſtronomia cœli & trium elementorum reliquorum cognitionem morborum omnium docet traditque. Morbo cognito, iam iudicatu facile eſt, quòd quæ aſtrum dedit, per aſtrum iterum auferri debeat. Hinc ſurgit ars phlebotomandi. Quam quia in ſuis propriis libris explicui, hîc non attingam. Quiſquis verò Medicorum Aſtrorum imperitus aſt, is Medicus non eſt, ſed tentator. Iam verò flagitioſius facinus nullum eſt, quàm tentare in iis rebus, quæ corpus ac vitam attinent. Et hoc eſt, quod nos orare Chriſtus docuit, ne in tentationem inducamur. Tentare enim quid aliud eſt, quàm imprudenter & incertò agendo, vitam ac corpus lædere? Quicquid enim agimus, *id cum intellectu* pleno agere debemus. *Nec enim ſuper nobis Deo* benè placitum *eſt, ſi in inſcitia* & vanitate ambulemus. Nec ea nobis excuſationi erit. Orandum eſt ergo ne pœna tentationis nos obruat. Non enim *tentare* ſed *ſcire* Medici eſt. Vbiuis autem Magiſtri ſupperunt, à quibus Medicus doceatur. Hi non in Academiis quærendi. Iſtic enim qui agunt, non niſi priuilegiati moriones ſunt, qui bullas & priuilegia impetrarunt, ac præſtito iuramento ſibi cauerunt, ne quâ doctiores reddi debeant.

Artes ex Philoſoph. Philoſophia mater ſcientiarum omnium.

Ex Philoſophia ſcientiæ omnes dimanant. Prædictæ enim artes omnem Philoſophiam conſtituunt, quæ per illas inuenitur. Nec enim ea ex opinione ac phantaſia procedit, ſed ex probatis ac ſcientificis Magiſtris, quos nec Ariſtoteles, nec Plinius, nec Dioſcorides &c. vnquam nouit aut habuit. Cum his ergo frugi ſe Medicus non facilè

facilè conferat. Neceſſe enim eſt, ſeduci quemcunque Medicum, qui ſectari vult eos, qui nunquam didicerunt. Veritatem enim ac artem vllam quis nouit ſine Magiſtro? Nemo. Veritatem animæ noſtræ ex Deo ſcimus. Aliàs de eâ nihil nobis conſtaret. Sic veritatem Philoſophiæ ex naturâ hauſimus, quam ea nos docuit citra otioſas phantaſias. Nimium enim ſpeculari idem eſt quod nimium nugari, aut orare. Et ſicut Chriſtus ſeipſum in perſonâ hominum oculis exhibuit: ſic in naturâ quoque perſonales Magiſtros habemus, ex quibus Philoſophi naſcendi ſunt, non nihil videndo, ſed videndo omnia. Viſus enim & tactus, veritatem teſtantur. Multæ verò nugæ & precationes nihil impetrant. Sedulò ergo vobis hortator ſum, vt Philoſophiam minimè deſpicatui habeatis, ſed eius plenam poſſeſſionem vobis vendicetis. Sic fiet, vt genuinum Medicinæ fundamentum attingatis,

Artes Alchimiæ.

Iam verò Alchimia eximia & ſublimia arcana multa in lucem extulit: non quæſita quidem, & tamen inuenta. Quare Alchimia cuius magna & venerabilis ſit. Arcanorum autē multa ſunt in Tartaro, in Iunipero, in Meliſſa, in Tinctura, in Vitriolo, in Sale, in Alumine, in Luna, in Sole: Quæ tamen hîc vitandæ prolixitatis gratiâ omittuntur. Ex vniuerſis tamen mihi notis ſelegi vnicum de vitriolo, quod vobis explicaturus ſum. Quo arbitror me plus profecturū eſſe, quàm ſi cætera omnia longâ ſerie exponam.

Vitriolū aduci quod.

In vitriolo autem eſt arcanum de caduco quidem: ſed apud paucos proficit. Error autem ex eo eſt, quòd imperiti, dum res meliorare ſtudent, eaſdem plerumque peiores faciant, immemotes, ſe ſtultos eſſe. Hoc modo ipſum quoque vitriolum correxerunt, & arcanum eius profuderunt, eo rem redigentes, vt oleū vitrioli vſurpetur, cum tamē in oleo arcanum iſtud, quo in caduco opus eſt, non inſit. Interim, quod Stentorum iſtorum proprium eſt, clamore ſuo euicerunt, vt oleum præferatur & extollatur, quod tamen ad caducum minimè vtile eſt: Velim me rectè intelligi.

Vitrioli volatilitas non oleum aducū facit.

Hoc autem verum eſt, quòd volatilitas vitrioli caducum etiam in adultis curet, non oleum. Quod ipſi effundunt, id non nouerūt. Sic arti imponunt, & fraudem ſuam produnt. Quin & in oleo ipſo, ſine volatilitate, operatio nulla vnquam obſeruata eſt. Interim ad mendacia illi non depudeſcunt. Vos autem omni ſtudio id annitamini, vt in omnibus veſtris artibus veritati operam detis. Et cùm omninò inſtitutum vobis ſit, opem ferre ægrotis: id quæſo facite ex certa peritia. Nihil corrigite, ne peius reddatis. Bonum aſſumite interim, dum melius inueniatis. Propter melioris autē inueſtigationem, bonum perire aut obliterari ne ſinatis. Suo loco & cenſu quælibet habeantur. Si mēlius datur: vetus remouete. Sin minus, idem tenete.

Oleum vitrioli vt volatile fiat.

De vitriolo autem, quod indicandum cenſeo, hoc eſt, vt volatile eius ad ſummum intendatis & concludatis, & vice tertiâ depuretis magno igne, ſenſim aucto & degradato ſubinde. Ita oleum in volatilitatem reducetur. Hoc nimirum eſt id volatile, quod perire non ſinetis. In hoc virtus eſt ſanandi caducum. Adminiſtratur ſecundum aſtra & eorum exaltationes. Nihil deſpera. Inſta & vrge. Sola enim volatilia aſtris imperant. Oleum autem mittite, niſi volatile ſit, aut volatile ſecum habeat. Potentius autem & vtilius ſecundum vires ſuas fit, ſi pellicanetur aut retorteturad ſuum menſem.

Volatilia ſola aſtris imperant.

Quæ autem hactenus de caduci cauſa, & cura, quoad genus primum tradidimus, ea euoluite. Deinceps fauente gratiâ diuinâ de genere etiam altero trademus. Amanter verò etiam atq; etiam vos adhortor, ne quicquam deſpiciatis. Nec hoc vos offendat, quòd conductum ac ſtipendium publicum nullum ad docendum & profitendum accipiam. Nec vos quoque abſterreant obtrectatores mei, qui confertim in me irruunt. Hos pungunt culices, qui breui morionem ſuum pariturī foras ſunt. Multa autem alia quoque arcana in hoc morbo ſunt, quorum hîc mentionem non facio. Quod ſi verò ſtudio veſtro ac amore, & ſedulâ lectione me flexeritis: illorum nihil vobis ſupprimam, ſed deinceps librum integrum edam, ex quo de omnibus guſtum plenū ſumere poteritis. Quæ quidem iam ſimul his quoque appoſuiſſem, cùm ſperem, vos deſiderio & affectu maximo hęc omnia lecturos eſſe, ſed prælum mihi anſer quidam intercipit, qui auenam ſolus vorat. Putant nimirum, ſi mihi prælum negent, ſe cætera vniuerſa iam exantlaſſe. Et tamen ſuo tempore roſæ quoque proferentur.

Mihiipſi verò in confeſſo eſt, quòd ante ſuum tempus nihil producatur. Et feſtinatio ad excluſionem fœtus nihil confert. Si verò feſtinando aliquid maturari poſſet, ipſorum certè aſinina capita per me iam dudum omnibus ſatis prodita forent.

Tractatus verò huius introitus ita conſtitutus fuit, vt vos Medicos ad miſericordiam flecterem: cùm viderim, ſaccum pecuniæ apud vos præpollere ſeu perpendere. Ineo verò ars alia nulla condita eſt, quàm quæ per nugas pecuniam ab hominibus emungat. Hâc arte autē ægris nihil commodatum eſt: ac Medicina inſuper ipſa per huiuſmodi obſcuratur & contaminatur Medicos. Quare vel iam nouiſſimè ad miſericordiam vos reuoco. Sic enim charitas ea vos adiget ad lumen naturæ, ad chiromantiam, ad Geomantiam &c. vt in illis periti & ſolertes fiatis. Ita fiet, vt pluribus etiam artibus nitidi & conſpicui deinceps prodeatis, quàm factum hactenus eſt. Quòd ſi verò ad miſericordiam vos non flectet morbus hic adeò funeſtus & miſerabilis: ad charitatem certè nullus vſquam alius vos vnquā compellere poterit. Vnà autem hîc vobis etiam tradidi non pauca de vero Medicinæ Doctore, vt tandem à fanaticis illis priſtinis deficeretis. In explicatione enim iſtâ fundamentum ſingulare repetietis, ex quo ſtoliditas veſtra iudicari poteſt: licèt eā rubeis pileis vtcunq; integatis. A legendis autē ſcriptis meis nunquā deſiſtite: ſed in euoluendis illis ſtrenuè pergite, ac tū vos, tum me illis ſyncerè tandem cognoſcite. Quā operā veſtrā id apud me impetrabitis, vt viciſſim ego quoq; ſcripta veſtra ſedulò perlegam.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 716 sur 913

DE CADVCIS
LIBER SECVNDVS.
Nempe.
DE CADVCO MATRICIS.

IN varia illa ac multiplici librorum copia, qui passim de Medicina conscripti circumferuntur, Lector, perpetua hæc legendi regula esse debet, vt lectio eorum omnis vtilitatem spectet, ac ad ægrorum salutem referatur. Cùm verò omnia iudicare ad te pertineat Lector, necessarium maximè est, vt Receptorum illorum, ac Theoricarum practicarúmue, in quibus versaris, cognitionem & intellectum certum habeas, adeoq; iudicare possis, an auctor verax vel mendax sit. Hoc si tu iudicio instructus non es: quid ex lectione quæso eiusmodi te haurire putas? certè omnia praua. Fidem enim in ea ponis, quæ tamen, an vera vel falsa sint, nondum exploratum habes. Iam verò primum omnium est, vt veritatem ipsam cognitam habeas, & extra ipsam nihil legas. Hoc si non facias, Doctoribus omninò istis similis fies, qui mentiendo, opinando, augurandoq; victum sibi amictúmq; quæritant. Quare non immeritò suadeo, vt apud te ipsam certam & indubiam Medicinæ cognitionem habeas priùs, quam ad facultatum scripta ac libros legendos diuertas. Scitum enim vobis est, in ore versari omnium hanc opinionem, quod promotus Magister ad discendam Medicinam aptior sit, quam alius non Magister existens. Idem tu quoq; fateris, ad intellectum seu aptitudinem medicinæ faciliùs capiendæ respiciens. Iam verò in septem liberalibus artibus præsidium aut fundamentum nullum est, ex quo rectius iudicium de medicina formare possis. Ea enim te non docent aliud, quam vt auctorem ipsum non violes, ac eidem, siue vera siue mendacia dicat, adstipuleris. Si ergò iudicandæ Medicinæ fundamentum in septem liberalibus artibus non continetur; certè priusquam in medicinam introeas, omninò aliud quid disces, & curabis, vt in Philosophia & Astronomia Magister sis. Si Magister in his es: iam pleno cardine tibi professio illa patet, ac ex teipso promere iudicium potes, an auctor vera vel falsa proponat. Vt ergo tali præsidio instructus adsis Lector, hunc tibi de caduco meum librum legendum commendo, rogoq; vt non ex cæteris auctoribus liberalium artium me iudices, sed ad eapiendam, vt aiunt, probam in ignem, in quo aurum & argentũ probatur, me deducas. De Caduco quidem etiam Basileæ legi seu professus sum: sed ita, prout auditores nactus eram. Si auditores mihi obtigissent taly: aliæ meæ etiam Lectiones fuissent. Isti ergo ac alij auditores hæc mea præsentia probè cognoscant, nec leuiter censeant id, quod vitæ periculum concernit. Non culinæ prouentus quærendus est a Medico, sed ipsius Medicinæ laus, ac gloria honorq; Dei: Iuxta autem etiam considerandum est &c.

Reliqua huius Præfationis desiderantur.

DE CADVCO MATRICIS MVLIERVM MORBO PROPRIO.

Theophr. Hohenheimij, vtriusque Med. Doctoris.

PARAGRAPHVS I.

DE morbo caduco iam antè quidẽ libellum in lucem in edidi. Is verò generalis est tractatio, genera omnia continens vsitatiora. Præter hæc autem genus quoddã peculiare est, quod nec secundum causam, nec curam prioribus simile est, adeóq; nec ad illa referri debet. Hoc autem genus est caduci mulierum, ex vtero enati. De hoc non immeritò liber peculiaris conditur, sub parte duplici. Prima aget de discrimine caduci matricis, & caducorum aliorum extra matricem. Secunda tradet curam, cum requisitis omnibus, quæ huic explicationi debentur.

Diuisio huius libri.

Cùm ergò hoc loco mihi scribendum iterũ sit: denuò compellor ad vos monendos Medicos, vt seriò & sobriè hũc, de quo tracto, morbum expendatis, eiúsq; cognitionẽ ex veris & antiquissimis Magistris petatis, non ex micis, quæ à Sophistis vndecunq; collectæ sunt. Vos de vero conuiuio gustate: ita fatuti discedetis. Amicis enim fatur nemo fiet. Desiderium ergo vobis sit, non in Academiis discendi, sed in ipsa natura, sicut antè satis à me monstratũ est quì & vndè Medico discendũ sit. Cogitate ergo ipsi quanti temporis ea iactura sit, quòd in spatiosis illis commentis *Iacobi de partibus, Gentilũ, Trusiani, Hugonis, Mesuæ, Azaronij, Auicennæ, Galeni, Rasis, Montagnanæ* & aliorum, quorũ & nomina & opera non sine flagitio memorantur, ætatem vestram obteritis? Quid verò etiã hoc sit, quòd tanto feruore Rhetoricis nugis studeatis, quæ tamen Medicũ non faciunt, sed destruunt? Et quid vos in Logica vestra ac Dialectica venamini, quæ non solũ ipsi Medico aduersa est, sed naturæ quoq; lumẽ per vim reprimit & effuscat? Ista enim non natura dat, sed genius ater, qui in vestris oculis conspicu⁹, de fanaticis illis studiis iubilat. Tempus ergo pretiosum vanitatibus istis deinceps minimè impendatis. Ecquid tandẽ verò id sit, si in bonis literis ipsi Vergilio præcellatis? Respõdete mihi, & dicite, an Vergilij opera vniuersa Medico vni æquiparanda sint, si is vnicum quoque tapsum saltem nouerit? Iudica quæso, vter horũ corporis dignior præses sit? Qui autẽ eritis deniq; si meri Lucani, puri Ouidij, puti Horatij fiatis? Vrgente angustiâ, cui quæso, quàm vobismet vsui esse possitis muliebri vestro garritu? Deierare vobis equidem ausim, quòd elũbis Macri, poëtarum omnium minimi, versus pessimus etiam, nobilior multo sit, poëtis vniuersis ipsóq; adeo Homero. Ecquis verò adeò fungus aut stipes sit, qui morbo aliquo detentus, non vniuersum suum poëma, suum Græcum

Rhetorum reprehens.

Logicorum reprehens.

Poetarum reprehens.

Medic. reprehensio.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 717 sur 913

cum, ſuum Hebræum cum minima etiam ſuæ valetudinis cognitione aut reparatione permutaret? Putaſne vero tam Vergilium quam ipſum Horatium ſuæ ſtoliditatis chartis illitæ, ante obitum non pœnituiſſe? Quid verò pœnitere poſſit Medicum? Negry quidem. Ætatem enim ſuam obtriuit in arcanis, vixitque Deo & naturæ veluti Monarcha ſingularis terreni luminis.

Quòd autem faciat noſtra omnis ſagacitas, prudentia, ratio, ſapientia &c. Si eam egenti & neceſſitatibus preſſo noſtro proximo non impendamus? Quis verò lapſorum, clamauit vnquam, *Iuuenalis ſerua*? Clamitant autem vniuerſi, *ſerua Hippocrates*. Huic enim hoc officium deſtinauit Deus. Hic in natura viuit, ac luminis naturæ artifex eſt. Quid Terentius tuus cum Dauo? Nugari, blandiri, aſſentari, opera oris ſunt. At opitulari, prodeſſe, iuuare, munia ſunt cordis. In corde creſcit Medicus, ex Deo is procedit, adeóque luminis naturæ & experientiæ domeſticus eſt. Itaque hoc diſcatis velim, vt ſi ærumna & afflictio premat proximum, eius iuuandi non animum tantùm, ſed & copiam habeatis: non vt nares obturetis, & tranſeatis, ſicut Scribæ ac Leuitæ faciũt, quibus etiam Poëtæ aſſimulantur ac omnes, qui os ſuum pro Deo habent, & opinionem pro cœlo. Ex his nihil impetrari poteſt. Penes Samaritanum autem, hoc eſt, penes naturæ peritum, ſcientia ac auxilium eſt. Hinc intelligite, nihil vnquam vſpiam eſſe, à quo plus fidei opiſque intimæ expectetur, quàm à Medico. In hunc demum vota omnia omnium recidunt, vaneſcente omni hiſtoriâ, Iuriſprudentiáq; id quod vſus & euentus cõprobant. Sanè quidem hæc non concedit. Donec enim inſtar frondis viret, clauа ipſius cæteris ornatior eſt. Idem coma etiam Poëtaſtris familiare eſt.

Vos autem ego Medicos vniuerſos rogo, obteſtórque, vt ad miſericordiam flectamini per id, quòd à Deo vobis ægri commiſſi ſint, vt ipſorum rationem curámque ſedulò agatis. Iudicare enim vel ipſimet poteſtis facilè, quòd Deus Medicum non conſtituerit, vt perdat, ſed vt ſanet: non vt deſperet, ſed vt paſſim ac omnibus intrepidè ſuccurrat. Quem verò in finem nobis data ſpes eſt, niſi vt plùs faciamus, quàm fieri poſſe videatur? Si ergò deprehenditis, ex libris nihil proficuum ac ſalutare à vobis erui poſſe, iam certè vel ipsâ veſtrâ conſcientiâ iudice cognoſcetis, longè alia ac plura, quàm quæ ſcripta ſunt, conſideranda & indaganda eſſe. Medicina enim ne hoc ipſo quidem momento ad ſuum terminum ac fines deducta eſt, ſed aſſiduò plura ſubindè ac maiora diſci ac cognoſci poſſunt.

Cæterùm de hoc caduco hactenus erratum grauiter eſt, tàm quoad cognitionem cauſæ, quàm comprehenſionem curæ. Etſi verò is error piacularis, adeóque manifeſtus ſit: dolendum tamen eſt non deeſſe, qui illum porrò velare ac patrocinio ſuo tueri non ſubuereantur: quaſi verò in chartis illis, quibus aliquot impreſſæ literæ ſunt, ſalus noſtra vniuerſa perſcripta ſit, nóſque cæteris arcanis ac myſteriis naturæ in ſolidum orbati viuamus. Et hoc offendiculum ſoli hi ingerunt, qui ignauiores ſolis præſcriptis & præconceptis opinionibus acquieſcunt, nec reſpiciunt vlterius, an ſalutares illę vel nocentes exiſtant.

De cauſis autem cognoſcite, quod eæ nondum ſatis conſideratę & perueſtigatæ ſint, vt debent, Sic & Receptorum ratio mera confuſio eſt, magno artis detrimento à ſcriptoribus inuecta, vbi nec ad complexiones, nec arcana, nec anatomiam, nec formam, nec membra quicquam reſpectum eſt, adeóq; illa iuxta naturæ ordinem minimè cõpoſita ſunt. Valde autem vos obſtinatæ cœcitatis eſſe oportet, quòd ex parte nulla informari vos patiamini, quæ vera tandem in his ratio ac methodus tenenda ſit, vt tandem lyram antiquam abiiciatis? Nam quæ huius cauſa ſit, dicam? Nimirùm quia Aſtronomi non eſtis. Ita vobis præſecta ala vna eſt. Ita nec Philoſophi eſtis. Cadit ergo ala etiam altera. Taceo, quòd nec artes cognatas alias calleatis. Sic ergo à plumis omnibus nudi, id vnum ſufficere vobis arbitramini, ſi vel Recepta legere tantùm, vel deſcribere, ac deſcripta in officinam mittere poſſitis. Id verò dignum Doctore monumentũ ſit? Nimis fœcundus hic error eſt, qui diſcurſu longo detegi ac manifeſtari poſſet. Quo verò loco modum componendi traditurus ſum, de his volumina plura compleuero. Non poſſum tamen non hîc quoq; inſaniam veſtræ Theoricæ & Practicæ tangere, in qua vtraq; ne quidem artis tantillum impenſum eſt, licèt loco apud omnes ſummo conſtituantur. Mihi ergo vos attendite, quî illas conſtituam. Quem ſi ſectati fueritis cum honore ſummo ſtabitis, aedóq; vos tandem de nouo ipſos conſtringetis, & in ignem vltro coniicietis. Infando mihi vos id crimini datis, quòd auctorem illum culinarium Vulcano exuſſerim. Quid verò id piaculi eſt? Si ad culinas ſpectat: ſpectabit etiã ad rogum. In me veſtros vos defigite oculos: & quod me facere videtis, id vos æmulemini. Cauſarum morborum cognitionem, & Receptorum compoſitionem à me diſcite. Et ſic deinceps ab illuſione ruſticorum ſolita immunes eritis. Facilè enim cogitare mecum poſſum, vobis iam eundem, qui olim mihi fuit, animum omnino eſſe. Donec remediis veſtris vſus fui, idem vobiſcum paſſus ſum. Valdè ſanè id excruciat, ac admodùm infame eſt, ſi ruſticus eludit Doctorem. Et tamen, niſi plebeio cognitionem maiorem & ſublimiorem is ſibi conquirat, iniuriam non patitur, ſed meriti ſui iuſtam omninò pœnam luit.

Rata ergo ſententia noſtra ſtet, vt iam deinceps cauſam & practicam caduci prænominati conſcribamus: non quidem ad normam veterum, ſed ad tenorem ac baſin fundamenti Medici, quod conſiſtit in partibus his palmariis Aſtronomiâ nimirum & Philoſophiâ. Quæ diſcurſu eiuſmodi explicabuntur, vt hîc homo anatomia integra ſit maioris mundi, & vt Coſmographus nõ negligatur, ſed ad conſtituendũ medicum cũ profeſſionibus ſupra dictis omninò coniungatur. Naturales enim artes ac ſcientiæ omnes in Medico exoriuntur & manent. Et ſiquidem ſe omnes inuicem ſepararent, & partitim conciderent ita, vt Coſmographus ad ſuum inſtitutum, ad ſuum itidem Aſtronomus, ac Philoſophus, & Phyſionomus, Chiromanticúſque &c. ſeorſim

Medicinæ quæ alat

Theophraſtus Medicũ libtum exuſſit.

Medicus qualis eſſe & conſiderari debeat?

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 718 sur 913

diuerteret ; tamen coire iterum ac confluere omnes debent, si prodire Medicus velit vel debeat. Sicut enim Romam viæ multæ ducunt, quæ Romæ omnes confluunt: sic viæ omnes etiam, hoc est artes, in Medico iunguntur. Perplexari enim is non potest, quin centrum & punctum circuli sit, in quod lineæ omnes abeunt & tendunt. Hinc ergo intelligatis, quod ex omnibus artibus practicam meam ac Theoricam ita conflem, vt cogatur me laudare Cosmographus, Astrologus, Philosophus, Geomanticus, denique vniuersi naturales. Ex ipsorum enim artibus medicus nascitur: quas idem deinceps vicissim exaltat ac illustrat. Medicus ergo quærendus integer est, non pars eius, sed omnia, quæ ad integrum constituendum requiruntur. Breuem autem hanc tractationem hactenus, boni consulite. Nec enim hîc scribendi finem faciam : sed plures omninò libros proferam.

Medicus artium centrũ.

PARAGRAPHVS II.

PErgamus autem iam pertexere descriptionem morbi caduci, qui solis fœminis familiaris, à Priscis *Suffocatio Matricu*, ac incongruis nominibus aliis vocatus est. Vbi enim error committitur in causâ: ibidem etiam erratur in denominatione & declaratione morbi. Hoc loco indigetabitur *Caducus Matricu*: ideò, quia in sola matrice consistit, & symptomatis iisdem proditur, quibus caducus, scilicet extensione membrorum, spasmo, conuulsione, spuma oris, & similibus aliis signis. De hoc liber peculiaris conscribendus est, quia differt à caduco alio, subiecto, paroxysmo, formâ, essentiâ, specie, personâ & similibus. Cùm verò is Microcosmicæ etiam naturæ sit, & in omnibus ad communem causam (prout in caduco dictum est) conspiret: quæ & qualis eius conditio sit, iam deinceps explicatiùs dicetur. Solis autem fœminis hic morbus competit, non etiam viris, nec ipsis virginibus. Virgines enim illæ sunt, quarum matrices expertes sunt conceptionis, nec ad hanc irritatæ, aut palpatæ sunt. Quæ autem secus sunt; hæ omnes etiam hûc pertinent. Et licèt virginibus rariùs accidat: fit tamẽ is aliquoties in ipsis morbis ex culpa propria, sicut deinceps opera & causas multas recensebimus.

Caducus matricis malè suffocatio matricis dicta.

Signa caduci vteri.

Cad. vteri morb. mulie. bris virgo quæ

Principiò autem docebo de Matrice, eius essentiâ & proprietate: quæ ita se habet. Sicut videtis cœlum & terram sua testa includi: sic conclusa etiam est matrix, & omnia quæ ipsa continet, quæque 4. in se Elementa habent per se, vt taceam de generibus animalium & hominum. Vacua & inanis matrix, in quâ fœtus non continetur, per omnia similis est cœlo, terræq;, in quibus nihil erat rerum viuentium & sensibilium. Et sicut nihilominus Sol, Lunáq;, Arboréq; ac Herbæ, Boreas & Auster, Metalla ac Cachimiæ, cum omnibus operationibus suis etiam citra hominem prodierunt: sic eadem etiam cum homine ratio est. Planè enim eodem modo matrix quoque sua in se astra, & horum corpora continet Cùm ergò homo ex mundo sit, & mundus, hoc est, Microcosmicus mundus esse debeat: tunc ipsũ ex matrice sumit. Velut enim primò ex quatuor mundi partibus creatus est homo; ita creandus similiter perpetuò erat. Cùm verò creator semel tantùm creet & postea desistat: ita hîc quoque cœlos ac terram fecit, & eam in matricem formauit, in quâ homo concipitur, generatur nutritúrque, non secus ac extra matricem, si in auram prodiit. Sic ergò res vna est, viuere in matrice, & viuere extra eam. Fœtus in matrice, viuit in firmamento Matricis. Fœtus extra matricem, viuit in firmamento externo. Ita ergo matrix est mundus minor, conditionem omnem ac naturam in se habens cœlorum & terræ.

Testasua vniuersa includnntur.

Matrix in se astra habet omnia.

Vita vt est hũ & ext. Matrũ.

Matrix est mundus minor.

Cùm ergò matricis dicta conditio sit: necessariò eadem etiam tonitrui, & terræmotui, & ventis, & Lorindis omnibus subiecta erit: hoc saltem discrimine habito, quòd hîc Microcosmi duo sint, Matrix, & homo. Homo ipse Microcosmus est: ideò in se omnes operationes Elementares habet. Sic itidem & in matrice. Cæterùm differentia talis est. Quâ ratione distant à se inuicem, Mũdus & Homo: sic differunt etiam Matrix & Homo. Sicut enim Adam in mundo conceptus & natus est, qui mundus ipsius matricis fuit, in quo iacuit: sic iam deinceps ista matrix amplius est, sed ea fœminæ ingesta & innata est, seruatis tamen naturis ac proprietatibus omnibus matricis eius, in quâ Adam genitus iacuit.

Matrix mundi & hominis vt differant.

Iam verò homo mundus minor est, & naturam matricis, hoc est, magni & parui mundi in se continet, adeó que vniuersas res & operationes naturalium corporum. Præter verò hos duos mundos homo operationem etiam habet sensuum & rationis. Nam herbæ virtutes quidem habent: sed operantur citra rationem ac sensus. Vrticæ vrunt: Ignis comburit, sed citra intellectum. Homo vulnerat, iugulat, &c. at cum ratione. Itaque hîc quoque aliquod discrimen est. Quicquid firmamenta operantur, id simile est arbori, quæ increscit. Hominis autem firmamentum Elementaribus simile aliàs est, nisi quòd per rationem opera sua perficiat, non per impetum. Nam in omnibus rebus operatio vna est: sed hæc sub duplici specie fit: vna est cum sensu: altera sine sensu. Pecora si sitiant, ad cisternam pergunt, & ad satietatem vsque potant: Hoc fit per ipsius sensum ac intellectum. Bibit autem etiam arbor in agro, sed sine sensu: cui pro sensu est vis, humorem attrahens, quem animal cogitur sectari & quærere. Vbi ergò talis vis est, ibi ratio præsto non est. Vbi ratio est, ibi vis ea exulat. Hoc iam ad matricem accommodate. Etsi enim hæc iam adducta ad propositum mihi morbum non conferant: nihilominùs tamen, quia Medicum ex Philosophiâ crescere oportet, res eò facit, vt vnum ex alio intelligatis, & (sicut de Caduco in aliis etiam libris tradidi) causam tonitrus hinc etiam quadantenus æstimetis, eámque materiæ seu instituto nostro accommodetis. Vt verò res adhuc planior fiat: causas iam ipsas explicare aggrediar, vt iis cognitis ad principia vera penetretis, sine quorum cognitione practicam ipsam commodè instituere minimè poteritis. Matricis autem astra ad morbum hunc facientia ita se habent. Principiò sciendum est, quòd astrum ignis tonitru det: Astrum autem terræ, terræmotum: astrum

Ratio Microcosmi est propria.

Operatio duplex est: sine & cũ sensu.

1. Caduci causa tonitrus est.

Astra vteri quadrupliciter proferũt.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 719 sur 913

Astra varii quadruplicia proferunt.

astrum Aëris fragorem: astrum Aquæ mugitum. Eadem in ipsa quoque matrice contingunt hoc modo. Exemplum vobis proponite, quod primò sciendum est. Videtis nimirùm, supra terram nihil fieri, quod non ex ratione quâdam procedat, velut edere, bibere, laborare & similia. Hæc autem ratio vnde venit? Ex astris. Eandem enim ipsa quoque astra habent. Et licèt non loquantur ipsa: instat hominis tamen perficiunt. Et non minùs ipso homine eadem quoque opifices sunt. Quicquid enim facit homo, idem facit etiam cœlum. Non autem cœlum id facit, quasi ab homine discereret: sed discit homo à cœlo. Hæc enim ex cœlo omnia procedunt: & horum omnium cœlum Doctor ac Magister est. Cœlum est Tignarius, & exasciat opus; est faber, qui cudit. Sic itidem & homo est in terrâ. Et nemini admirationi sit quòd cœlum res adeò mirabiles operetur. Ab opificiis enim omnibus instructus est, secumq; artifices omnifarios habet. Vnde fit, vt nobis in terrâ mirabilia multa eueniant: nec de cœlo tantùm, sed & de Elementis ttibus reliquis etiam, per ipsorum astra, potentia talis intelligenda est.

Cœli & hominis una operatio.

Cœlum varios opifices habet.

Pro istorum ratione, iam etiam in matrice processum paroxysmorum cognoscite. Nec verò in matrice tantùm, verùm etiam in magno caduco paroxysmi cudantur, fabricanturq; per huiusmodi coniunctionem. Coniunctio autem aliter intelligi non debet, ac si faber, malleus, ignis & incus conueniant, & ferrum cudant: aut si Tignarius, securis, & lignum adessent, & fabricaretur domus. Similis & huius præsentis coniunctionis cognoscendę ratio est. Et quo ordine, quâ arte, quo modo domus paratur, fabricatur ac erigitur: eodem modo idem de astris etiam intelligi debet.

Processus paroxysmorum.

Coniunctione non est aliter intelligendum.

Porò autem attendite, quòd tria prima, Sulphur, Mercurius & Sal, variè disposita & comparata sint. In aliquibus enim corporibus oculis sunt sensibilia, in aliquibus auribus, in aliquibus voci, in nonnullis rationi. Id faciunt astralia corpora, in quibus iacent, ita, vt aliqui istam operationem videant, veluti in fulgure & coruscatione: alij sentiant, seu tangant, & nec audiant, nec videant, vt in terræmotu: quidam audiant, vt in Lorindo: nonnulli palpent, velut in Aëre. Hæc natura ipsi quoque matrici inest, sed ita, vt sensibilitas potissima sit, & visibilitas proxima, quâ morbus manifestatur. Nam auribus non multum percipitur: plus autem ratione. Iam vero cum, vt audiuistis, Matrix Microcosmus sit, ad naturam alterius Microcosmi & ipsius Macrocosmi facta: tunc eius in his rebus operatio talis est, vt coniunctiones talem morbum fabricent. Causæ vero coniunctionis notitia alia est, nimirum talis. In homine vniuersi iacent morbi, & quicquid bonum malúmue est. Nascitur enim is in hora concordantiæ, nec extra ipsam. Ibi enim astra omnia conceptioni præsentia adstare debent. Et cum gignant bonum, malum: alterum est manifestum, alterum minus, adeóq; potius præpodderat, & rarò, imò vix vnquam vtraque in æquilibrio versantur. Iam autem præponderant astra, vt homo fiat iracundus, fœuus, &c. interdum præponderant mitia & mansueta, iracundis ipsis cedentibus. Vnde fit, vt homo ira carere non possit, nec etiam mansuetudine, licèt sæuissimus sit. Cœlum eius etenim lene & mansuetum non minus in se habet, quàm iracundum, licèt hoc præpolleat. Et hæc causa est varietatis naturarum siue ingeniorum in homine, vt vnus idémq; iam mitis, iam iracundus, iam bonus, iam malus sit, modo viuat iuxta constitutionẽ eam, quam in conceptione sua accepit.

Coniunctio cadeum fabricat.

Homo omnes morbos in se habet &c.

Conceptioni hominis astra omnia cohabitant

Ingenij hominis vnde varium?

Eadem omninò ratio etiam in morbis est. Ibi enim alterutrum præpollet aut sanitas, aut ægritudo, hic aut ille mos, prout superpondiũ cadit. Vnde liquet, quòd homo morbis omnibus expositus, hoc est, ad morbos omnes concipiendos dispositus sit. Et nisi cœlum tale foret: ipse etiam homo ad morbos eos indispositus foret. Sicut autem astralis natura omnis, nempe bonitas, malitia, iracundia, lenitas, &c. in homine habitat: sic omnium quoque morborum dispositiones illi insunt, non quidem iam actuales, sed prout pondus astrorum ingessit. Corpus enim in eiusmodi morbis sibi ipsi Medicum præstat, & sua secum arcana habet. Sic ergò ex pondere inæquali morbus infertur eius naturæ, quæ præponderauit. Id verò, quod præponderat ad morbum caducum tonitru est, & est astrum terræmotus & duo reliqua. Sic ergo homo innatum sibi morbum circunfert, qui vobis intellectu facilis est, si quatuor Elementorum Astronomiam accuratiùs repetatis.

Homo ad omnes morbos dispositus.

Caducus mat. vnde?

Sed præter hanc causa iam etiam alia enarranda est, quæ caducum inferat etiam extra innatam illam, de quâ diximus dispositionem. Etsi enim cœlum ipsum syncerum, æquale, clarum, ad morbum, hoc est effectum & paroxysmos minimè vergat aut declinet: nihilominus tamen id subiectum est rationi, quæ astra gubernat: veluti compertum vobis est, quòd, si cœlum ad furta irritet aut inclinet, ratio resistat & aduersetur. In cœlo enim ac astris sunt Latrones, Fures, proditores, &c. nec quisquam hominum adeò probus est ac ingenuus, quin hæc mala omnia ei insint, veluti isti latroni, qui cras rotæ imponetur. Sicut ergo ratio Astrum moderatur: sic eadem morbo quoque causam ac principium dat, hoc modó. quia ratio & astra in homine omniũ sunt subtilissima, & inuicem cohærent, velut Sol & ipsius splendor. Iam si rationi incidat gaudium, mœrórue, gradum & concordantiam naturalem excedẽs: iam illicò astrum crescens & ascendens incẽdunter, non secus ac si manus ex silice ignem in sulphur aut fomitem alium excuteret.

2 Caduci causa ratio regens astra.

Ratio crescentem Ascendentem accendit.

Porrò verò cibus quoque Astrorum, hoc est, bonitatis ipsorum, destructor est. Quid enim cibi potúsque aliud sunt, quam corpora astrorum? Idcò sunt Medicina, cibus, potus. Nam si homo edit, edit Astrum. Hoc Astrum iam est arcanum, & sanitas, & morbus. In his verò discrimen est, quòd hîc sint cibi boni, hîc mali hîc venenum, istic acidum, illic dulce & similia. Sicut ergò diuersitatem hanc videtis in terrenis Elementis, & ipsorum astris, ac similibus aliis omnibus: sic hîc quoque diuersæ Naturæ ex astris sunt, vt videtis, hâc ratione. In hâc herbâ est hydropisis. Quam qui edit, hy-

3 Caduci causa alimenta.

Cibus est Astrum.

In herba hac est hydrops, in illa ẽ. poplexia.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 720 sur 913

dropisin incurrit. In illa ineſt Icteritia: in iſta Apoplexia, in illa febris, &c.

Eadem etiam in aſtris ratio eſt. Hoc ſuas ſpecies ita diſponit: quòd, qui edit, cibum in ſimili ſpecie retinet, idque propter ipſa aſtra. Si homo præponderat, præponderat ipſum Aſtrum. Hâc præponderatione partem vnam auget, & ponderi eius addit, quale edit vel bibit. Sic ergo is quoque morbus præſto eſt, quia aſtra in ſuis exaltationibus aucta ſunt. Adeóque paroxyſmus prolongatus eſt. Sic etiam de ratione iudicandum, quòd ei aliquid accedat, vnde in effectu aſtrum augeatur. Hæc iam concordantia coniunctio eſt. Coniunctio hæc eſt multiplicatio, & præponderatio pro conditione illius aſtri, quod contingitur. Nam & in ratione Aſtrum eſt conditum, idque ſummum, cuius gratiâ homo conditus eſt.

Aſtrum ſummũ in homine eſt.

Ad audiendum hoc aſtrum aures aperite vos vniuerſi in Facultatibus omnibus Profeſſores. Hinc enim cognoſci poteſt, quâ cum ratione quilibet operetur, an ex ratione Elementarium Aſtrorum, aut ex ratione &c. Et certè ſcire debetis vos Medici, quòd hîc ſita ſit cauſa omnium morborum. Ideò Aſtronomos agite: & ſcietis regimina conſtituere in rebus omnibus. Interim aſinina illa veſtra eſt opinio contraria. Cholera enim hoc non cauſatur, non Melancholia, non ſanguis. &c. Hic metus Beaniſmus eſt. Imò ſic dicendum eſt: Huic aſtro da non, non præbe illi, &c. Quid verò quælibet ſtella eſt? Nihil niſi morbus peculiaris. Si morbum nouiſti hominis: eandem quoque ſtellam noueris. Hanc eandem noſces etiam in cibo, in potu, & ſimiliter in ratione. Secundum hæc ergo Regimen, diætam ac ordinem decernite. Sin minùs, impoſtores in omnibus agitis.

Aſtrum quilibet morbus.

Sed hæc ad explicationem vberiorem Caduci Matricis fœminarum proprij, ſufficiant. Quæ faciunt etiam ad intelligendum planiùs librum de Caduco primum. Hic enim illum probat & elucidat. Meritò ergò, quæ vnius materiæ ſunt, in volumen vnum conferuntur. Quomodò verò (quod hîc omitto) concordantia hæc & coniunctio præponderationem inuicem faciant, donec vel ſanitas vel morbus gignatur: id cum ad Philoſophiam ſpectet, ſeorſim in ſuis libris definietur. Gramen nimirum & vacca, vtraque coniuncta, lac proferunt. Iam verò gramen lac non facit: nec dat id vacca: ſed in natura aſtrum quoddam Mechanicum latet, quod lac producit, vt diximus. Si homo pingere poteſt, hoc atrum, illud candidum facere: poterit idem omninò etiam cœlum. Cœlum enim, hoc eſt, aſtrum, & homo, vtrique ſunt Mechanici. Quid autem Mechanicum ſit? in Philoſophia tradetur. Quæſo verò vos Medicos, vt tandem quiſquilias veſtras euertatis, & vlteriùs, quàm ad humores veſtros reſpiciatis. In his enim meri fatui eſtis. Quilibet enim humor, prout deſcribitis ipſum, merum lutum & ſtercus eſt. Sic ergo merum vos ſtercus & excrementa tractatis. Ex ſtercore quid aliud naſcitur, quàm Scarabæus? O Scarabæos putidos! Nec vos pilo vno digniores eſtis ſtercore equino. Et quicquid ex hoc oritur, id vos eſtis. Vos autem Theologos ac Iure-conſultos, & vniuerſos cæteros, qui in Aſtro ſapientiæ ſublimes ſtatis, ſedulò adhortor, vt hanc rem ipſis Medicis paulò altiùs expendatis, eóſque pœnâ dignâ plectatis, quòd oculos ſuos in res actiùs non intendant. A pecunia enim vrinaria & ſtercoraria diſcedere ipſis admodùm graue obuenit. Quæ licèt grauiter oleat: ex hac tamen ipſi ſuauiter victitant. Et ſi mea admonitio ipſis curæ non eſt: locum tamen inueniat reprehenſio veſtra. Nam quo animo hæc inculcem, attendite: non ex arrogantia, quod illi prætendunt. Superbia enim, nullum doctum, nullam artem vnquam peperit: ſed hos ſæculo omni perdidit & excidit. Et æquum omnino fuerat, hos tam honeſtos viros, quales videri volunt, de hoc Matricis caduco accuratiùs pertractâſſe paulò, quàm vt paucula quædam de *Suffocatione Matricis capitula* obtruderent. Nam hoc teſtor vobis, quòd in ſuffocatione Matricis à primo ad vltimum fœdè omnes mentiantur: cum tamen opinionem ſuam veram & rei conuenientem eſſe ſubinde clamirent. Quâ in re idem cum fure ingenium habent, iam iam ſuſpendendo. Is enim iuraret conceptis verbis, quòd probus eſſet, modò id homines crederent.

Medic reprehenſio.

Suffocatio matricis male tractata.

PARAGRAPHVS III.

QVæri iam deinceps à non nemine poſſit cur hoc funeſto morbo Deus ſolas fœminas, & non etiam viros affligat? Sola autem matrix in cauſa eſt, in qua conceptio fit: qua parte vir deſtituitur. Vult autem Deus hunc morbum in fœmina non relinqui, ſed omninò adimi tollíque, cùm ipſi Naturę ad hunc exigendum neceſſaria contulerit, & nihil ei detraxerit ſeu negârit. Nimirum aſtra cœli videte. Horum influentiam procedere Deus permittit. Sic itidem & in homine. Homo enim & aſtra cœli, res vna, vna natura ſunt: quod iudicium quoque cęterorum eſt. Proceſſus autem cauſę morbi is eſt. Quicquid foris in mundo maiore, in Elementis ac aſtris continetur, id non poteſt ſimiliter non etiam in homine eſſe. Cum enim ex limbo omninò conditus ſit: ex omnibus omninò aſtris ſimiliter conſtabit. Eadem & matricis ratio eſt, quæ mundus minor eſt, & in qua homo eſt. Sicut enim mundi creſcentia vniuerſa cœlo includuntur, adeóque creaturæ vniuerſæ: ſic matrix etiam creaturas omnes includit, & matrix vna eſt, & vna creatura, hoc eſt, homo. Hic iam notate, quòd homo creaturarum omnium volatilium, natatilium, terrenarum, ignearum naturam & proprietatem in ſe habeat. Nihil enim excipere poſſis, quod in ſeipſo non contineat. In ipſo ergo creaturæ omnes inſunt. Et ſic matrix intra ſeſe claudit omnes creaturas, adeóque vas mundi eſt (intellige minoris mundi) & in ſeſe retinet creaturas, hoc eſt hominem. Vnde ſequitur, matricem omni impreſſioni, & generationi 4. Elementorum vernaculæ ſubiici, idque ſecundum diuerſitatem aſtrorum, hoc eſt, ipſorum motus. Nam alia morbi matricis cauſa non eſt, quàm quòd oporteat ipſam ſimiliter cœlo ac terræ conſtitutam eſſe. Hinc oriuntur iam duæ Theoricæ, & duæ practicæ. Vna dirigitur ad mundum hominum: altera ad mundum Microcoſmi. Primus enim mundus

Cad. veteri cur ſolæ fœminæ tententur.

Homoeo limbofactus.

Matrix mundus minor

Matrix creaturas vniuerſas continet

Matrix vas mundi.

Matrix omnium ſuperiorum impreſſionibus ſubiecta.

Aſtrum ſummũ in homine eſt.

Aſtrum quilibet morbus.

Gramen & vacca lac dant.

Cœlum Mechanicũ eſt.

Medici ſunt ſcarabæi.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 721 sur 913

Morborũ causæ generales duæ.

dus imponit homini morbos & sanitates. Secundus mundus eosdem secum quoque fert, extra primum mundum. Sic ergo in genere, morborum causæ duplices sunt, *Conceptionis & Temporis.*

Mechanica Astralis.

Astrũ in morbo duplex considerandum.

Pro curâ autem huiusce caduci clarè intelligendum est, quòd in astris operatio sit non alia, quàm in nobis est, vt ferro fecemus & exsciemus ligna. Hoc verò iam complexio non est, non est Qualitas, non est Humor, sed est ex arte Mechanicâ hoc est Mechanica est astralis. Sic vicissim tenere, quòd operatio eius, in huiusmodi morbum directa, ex alio loco ac fundamento cognosci non debeat. Vnde opus esse videtur, vt astrum duplex cognoscamus, hoc est, præter prænominatum adhuc vnum, vnde morbi generantur. Id verò hoc modo cognoscendum est. Videtis scilicet omnes creaturas quandoque nimis bonas esse, non quidem ex seipsis, sed quòd per præparationem eò deducantur & redigantur. Hæc iam præparatio Astrali more intelligenda est per astrum Mechanicum, ita vt Astralem operationem ad suum effectum referamus. Veluti si ferrum à sua scoria separatur & in securem cuditur, iam id in sua operatione est. Hæc est vis omnis astri Mechanici. Eâdem Mechanicâ ratione curam quoque horum morborum intelligere debetis, non ex natura ac conditione humorali aut cõplexionali, &c. Cœlum enim in huiusmodi operatione Mechanicum est, non complexionatum. Sicut enim tignarius ad fabricandum ferri sui nec calore nec frigore opus habet, sed tantum indiget cote, ascia, regula, &c. ita eodem modo Medicus quoque in Medicina Astrum Mechanicum iudicare debet. Quod hîc explico, vt constellationis certiorem notitiam habeatis, sciatisque, quòd vt dictum est, in rebus omnibus coniuctio & Mechanica considerari debeant: vna quidem, ceu theorica: altera ceu praxis: sine quibus Medicus nihili est. Et hoc facit limbus, qui talem requirit Medicum.

Ex Limbo cognitio Medici petenda.

Nam ex limbo ipso, non extra ipsum cognitio capienda est.

Homo consistit in sanitate & morbo

Cum ergo Deus sanitatem & morbos condiderit, hique ex ea causa oriantur, quòd morti subiecti simus: ideò de Medicinis diligenter inquirendum est, vt occasio omnis tollatur, quantum fieri potest. Nam & aliàs videmus, multa subinde incidere, antequam pyra maturentur, quæ eadem violare possunt: cùm morti & ipsa subiecta sint. Iam ergo homo in his duobus consistit: in sanitate, in morbo. Vtrumque horum autem infinitas in se species iterum continet. Aliter enim est sanitas cordis, aliter hepatis. Sic & vtriusque morbi. Sicut enim videtis in terra cibos plurimos esse, ex quibus tamen cibus vnus fit, aut qui in stomachum vnum conueniunt, & ibi in vnum præparantur: sic multiplices quoque cùm morbi, tùm sanitates existunt. In pane enim sunt creaturæ omnes cum, suis astris: similiter & in carne, & rebus omnibus. Ideò membrum quodlibet ex ipso suam sanitatem simul & ægritudinem desumit. Opus enim habent vt nutriantur, & quoduis quidem suo simili. Et hæc hactenus dicta de matrice id docent, quòd ipsi suus cibus in seipsâ crescat, non ex mundo maiore ingeratur. Sicut enim quatuor Elementa seipsa inuicem alunt & nutriunt, hominis ope ad hoc non indigentia: ita nec matrix, nisi seipsa omninò opus habet. Nam & ipsa mundus est, qui ex suis Elementis viuit, sine auxilio hominis. Hæc cibatio iam Astrum duplex parit: vnum, quod Matricis, vt mundi est: alterum, quod velut cibus, mundo debetur. Videtis enim pruinam, niuem, frigus, calorem, tumorem siccitatem, &c. cibos mundi esse. Qui si concordant iam excedant, tum nimia pruina, nimia humiditas, nimius calor, &c. mundi destructio est, & eiusdem mortificatio, ac instituti ipsius peruersio seu abolitio. Sic impressio similis etiam in matrice, ratione sui ipsius cibi & nutrimenti, latet, ex quâ hic & alij morbi oriũtur. Debent enim Elementa omnia florere, fructũ ferre & in quotidianâ operatione versari. Et circa hæc quæ mundi, eadẽ matricis quoque ratio est. Quæ vt in mundo: ita pariter & in matrice, fiunt. Ideo astrum duplex, vt dixi-mus, cognoscendum est.

Elementa seipsa inuicem cibant. Ita & matrix seipsam.

Sanitas & morbus multiplex.

Sic ergo proponendum nobis id est, quod nos pati facit, non id, quod patitur. Hîc enim circa curam diuersitas quædam est, dum pars nobis aduersa corpus ipsum proponit, vt corpus. cùm tamen corpus per se morbum non faciat, sed tantùm spiritus, qui corpus non est, sed eius est astrum. Iam si Astrum, vt sæpiùs dictum est, cognosci debet: tolluntur Medicinæ, quæ corpus inuadunt, purgantque ac laxant, & similia alia præstant. Et si quidem laxatiuum aut purgatio vtilis foret, tamen in corpore infecto totum operatur, quod tamen id corpus minimè est, non secus ac eductio putredinis. Astrum in sua Medicina similem operationem habet, sicut Corallis rubedo exuitur, corpore eius non dissoluto: aut sicut auro natura aurea, ipso in dissoluto, extrahitur. Idẽ hîc quoque iudicium. Nam vnciæ auri quinque vix drachma auri vnica sunt: & decẽ Coallorũ libræ vix sũt libra vnica. Sic & in mẽbris corpora iacẽt. Ea vera corpora id nõ sunt, quod tu dicis: sed tinctura ipsorũ, quæ parua est seu pauca, mẽbrum illud est. Cæterum autem cadauer est. Sic ergo versatur Anatomia nõ in cognitione cadaueris, sed tincturæ; quã tincturã morbũ arripere, & non cadauer, putandum est. Et est id astrum corporale, ac firmamentum materiale. Cùm ergo haudquaquam cadauer, sed astra tantùm sana & ægra sint, & quæri debeant. iam hîc sciendum est, quòd astra caducum matricis producant, velut ipsius terræmotum, aut fulgur, &c. quod cum altera Microcosmi natura non permiscetur, sed cognitionem suam peculiarem habet, à natura microcosmica omni separatam. Medicus ergo hoc loco, quantum ad matricem attinet, sedulò operam dare debet, vt in omnibus rebus singularem ac propriam Theoricam practicámque ac facultatem constituat. Pilulistis verò illis & cursoribus vniuersa humores esse oportet, non mundum diuisum & triplicem, ita vt alius sit mundus maior, alius minor, vt homo, aliusminimus, vt matrix, &c.

Auri ℥v. vix auri ℥i. continent.

Morbus in tinctura nõ cadauere.

Astra caducum Matricis producunt.

Mundus triplex.

An verò id me reprehensione dignum faciat, quòd de caduco Matricis peculiarem librum conscribam, ac, quòd omnes Matricis morbi rationem longè aliam, quàm ex suo cerebro

Morbi matricis ab aliis diuersi.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 722 sur 913

rebrohomo fingit,habeãt,proponã? Quænim ratione differunt inter ſeſe Macrocoſmus & homo, licèt vnum ſint: ita differunt inuicem etiam homo & matrix. Rationes ergo illæ, quibus homo in ſuis morbis cognoſcitur, rationes ipſius matricis non ſũt. Quodlibet enim in ſe ipſo aliter ſe habet, & omne tamen nihil eſt aliud quàm mundus,orbis,4.elemẽta,aſtrũ, cœlum, terra: ita tamen,vt cuilibet ſua ſimul peculiaris ſit profeſſio, non vna omnibus. Quanquàm hoc quoque verum eſt,quod tonitru ſit caducus, & caducus ſit tonitru, & ſic caducus etiam matricis ſit tonitru. Vnde concluditur,vnam omnino Theoricam ac cauſam eſſe, tres hos mundos in hoc puncto intelligendi:non itidem in ſignis, non in iſtis tribus, Mercurio, Sulphure, & Sale, ſecundum iudicium oculorum. Senſus id dat. Comprehendit enim ſenſus Theoricam: oculi verò practicam. In Theorica ratio vna eſt. Quanquam Theoricæ tres ſint:tres in oculis practicæ. De his loquor, vt ea conſideretis. Ita enim falſa inuenietis eſſe, quæ de his morbis ſcribitis, nempè de præcipitatione matricis, de ſuffocatione, & ſimilibus: vbi eam æquiparaſtis Microcoſmo, cùm Medicina & vis morbi non indicet, matricem alium mundum eſſe,& alio indigere Medico. Quid verò *alius Medicus ſignat*, niſi vt proceſſus alius inſtituatur, & non eadẽ cura in Microcoſmo? ſed potiùs, quemadmodum in Microcoſmo: ita etiam in matrice. Aliud tamen eſt aſtrum arcani: vnum in matrice, & vnum in Microcoſmo. Sic & in mundo medicinæ duo aſtra: vnum in matrice:vnũ in Microcoſmo. Vos ergo hallucinamini,dum aſtrum matricis in mundo non nouiſtis & adhibetis aſtrum Microcoſmi, pro aſtro matricis. Sed diſcite.

Omnia vnum

Senſus theoricã, oculi practicã dant.

De Caduco Matricis ergo hoc teneatur, quòd omnis proceſſus ac ordo, quem Philoſophia & Aſtronomia eius præſcribit, à quatuor elementorum tonitru deſumendus, ac ad præſcriptum Philoſophiæ Aſtronomiæq; accommodandus ſit: oculis interim haudquaquam in practicæ vno modo exſatiatis. Nam, vt ab exemplo rem planiùs intelligatis, imaginemini vobis,quaſi lapides ligni longitudinem haberent & more ligni creſcerent:& eodẽ modo etiam argilla creſceret. Iam ſi ex horum trium quolibet ſeorſim,ſingularis domus exſtruenda ſit,tunc ad hoc ars vna,hoc eſt, vna Geometria requireretur. Et licèt tria quidem diuerſa ante oculos tuos iaceant, ex quorum quolibet fieri debeat id, quod ſit ex altero: tamen opus eſt, vt per artem id fiat vnicam, ſed per tres vias ſeu modos. Via hæc eſt practica. Quæ circa lignum verſatur, ea fabricat partem ſuam, & opus probè ſuccedit. Quæ lapides tractat, ea muros erigit, cui ipſi quoque opus ſimilter ſuccedit, & id tandem ad inſtituti ſui finem pertingit. Quæ circa argillam occupatur, hæc ipſa quoque oblinendo domum, opus ſuum proſperè conficit. Hîc ergo vna ars, & vna artis comprehenſio adeſt: ſed tres ſunt opifices ſeu Magiſtri. Lignarius lignum tractat: lapidarius lapides: lutarius lutum. Quæ ſcientia niſi ſimiliter in his quoque obſeruetur, ita vt Medicus ſciat, quid vbiq; adhiberi debeat: ecquid tandem quæſo applicabit aut miniſtrabit? Hîc enim mundi tres occurrunt, triplicibus ædificiis diſtincti, quorum quodlibet ſuam rationem tueri vult,nec aliud quicquam quærit. Ad hæc ergo Theoricam & practicam veſtram æſtimate & applicate, ne temerariis Receptis pharmacopœos veſtros fors oneretis. Verè enim id equidem teſtari poſſum, quòd vos vniuerſi ne minimum quidem caduco idoneum Receptũ componere adhuc didiceritis, etſi in hâc arte vos ſolos regnare nimis arroganter perſuaſum habeatis. Cum mutis verò tractatio veſtra vobis non difficilis eſt; ſiquidem illi nihil niſi annuere,non obloqui poſſũt.

Cura caduciqua. lis eſſe debeat?

PARAGRAPHVS II.

IN deſcriptione tam prolixa huius morbi caduci, ad ſolas mulieres pertinentis, quæſo vos Lectores, ne tædio afficiamini, quòd rem tam longè ex Philoſophia ac Aſtronomia petitam adducam. Duo enim iſta vniuerſam Theoricam & cognitionem rei largiuntur. Nec enim hic tantùm, verùm paſſim etiam aliàs, vbi de cauſis morborum ago, vos doceo, vt ante omnia rerum naturalium mundi magni cognitionem hauriatis: & deinde etiam mundi minoris. Quis enim minorem mundum ſine magno cognoſcet? Nemo quiſquam. Quid autem ſit is Medicus, qui mundum maiorem non intelligit? Nam, vndenam aliàs cognitionem deſumet ipſius hominis: cuius notitia tam difficilis & profunda exiſtit? Itaque pro comprehenſione hac, etſi hîc quidem caducus vſque adeò frequens minimè ſit:nihilo tamen minus æquum foret, vt ſiquidem vnus tantùm in mundo vniuerſo morbus regnaret, cognitionem eius Medicus exactam ac intimam haberet, etiam tum: ſi ille vnicum ſaltem ex omnibus hominem affligeret. Tanta enim hominis eſt nobilitas, vt eius cura Medico cum interminatione etiam grauiſſima à Deo mandata ſit. Fas ergo eſt Medici ſcientiam magnam ac arduam eſſe, vt nihil in corporis neceſſitatibus accurandis ignoret.

Homo ex naturalibus mundi cognoſcitur.

Cætetùm ſcire vos velim, quòd hîc in magna meâ Theoricâ, prout incepi iam pergam. Nec enim de Philoſophicis & Aſtronomicis naturalibus ſcribere vel dum deſiſtam. Ea enim hominẽ vniuerſum *præfigurant* ac cognoſcendum offerunt: Conſtat enim vobis, etiam *in Hiſtorico* cognitionem talẽ requiri, vt deſcriptionem duplicem ponere ſciat: vnã Theoricam, alteram Practicam. Cognitio eius Theorica talis eſt, vt omnia geſta factaque, ac triumphos &c. primò ex Aſtronomia cognoſcat intelligátque, & ſecundum hanc deinceps hominem deſcribat, ac in ſuam practicam deducat. Et hoc exẽplũ qui rectè aſſequitur, is Theoricam etiam intelligit Medicinæ; velut & practicam, quæ ægris conueniat. Vobis ergo diuidiæ non ſit, quod ex talibus paragraphum hunc quarum compleam. Caducus enim matricis ne ex ipſis quidem mulieribus cognoſcitur: ſed omnino ex Aſtronomia & philoſophia. Hac de cauſa ſimilitudinẽ hîc de Hiſtoriis inducimus. Hę enim qua ratione intelligẽdę ſũt: ſic ſimiliter Theorica quoque morborũ cognoſci debet: vbi reperietis

Hiſtorici cognitio duplex eſt.

Paragraphi huius argumẽtum.

Theotica morborum vt ex hiſtoricis gnoſcatur.

reperietis Theoricam de Microcosmo, quæ sola praxis est, & non Theorica. Vt breuissimè rem dicam: quis *Alexandri Magni* facinora, triumphos, laudes &c. describet, qui cœli nescius & imperitus sit? Solus hoc is potest, qui cœli certam cognitionem habet. Nam si Alexander describatur, quid aliud de ipso scribitur, quàm practica? Nec enim is Theoricam dat. Patrator siquidem & designator est eorum, quæ Theorica complectitur. Practicam autem quis plenè imformabit aut intelliget, qui priùs non sit Theoricus? Alexander est Practica: Cœlum est Theorica. Nam & in cœlo Alexander est, qui in hoc ipsum præcessit, ex quo is natus est, cuius practicam & operationem in terra is perfecit. Ideò fas est, vt Historicus patrem huius filii priùs describat: non patrem, virum suæ matris, sed patrem, quem filii mater nunquam cognouit. Sic enim rectè Theoricam conscribet is, & postea Theoricæ opera, hoc est, practicam complebit. Vt autem breuiùs & planiùs rem intelligatis: scitote, diuersitatem hîc esse in homine, talem, quòd aut ex astris, aut ex Deo, res aut negotium administretur. Si ex Deo tunc Theorica illa non ex cœlo procedit, sed ex Deo desumenda est, veluti ad describendum *Petrum*, *Paulum*, *Andream*, *Salomonem*, *Dauid*, *Ieremiam*, *Ioannem Baptistam* & si qui alii his similes ex Diuorum numero sint: Hîc iam laus ea completur, cuius practicus Deus est. Sic laus Petri, Pauli, Samsonis &c. non ipsorum, sed Dei est. Ex Deo id processit: ideò de Deo Theorica quoque ducenda. Itaque qui hos homines describturus est, quî is illos rectè veréque describere possit, qui Theoricę de Deo peritus non sit? Nemo tandem. Gestor enim seu patrator in terra, Deo suo ascribi debet. Porrò autem sic cœlum quoque pro Deo addicitur iis, qui ex ipso operantur. Sic, quis Alexandrum Magnum describere sciet? qui Astrum ipsius, & natiuitatem Astralem minimè nouit. Nemo quisquam. Admodum enim incongruum & inconueniens est, si quis tantùm Theoricam & Practicam coniungat in homine & extra ipsum, sine cognitione eius, qui in illo operatur. Alexander quidem operatus non est ex seipso, nec sibi ipsimet, nec ipsemet: id cœlum potius præstitit, nec in ipso tantùm, verùm & in Iulio, in Augusto, & similibus aliis. Historico ergo incumbit, vt sciat generationem patris, qui executor ac cõpletor est Theoricæ Astronomicæ. Ita nimirùm exploratum habebit, quod hoc ex *Leone*, *Cancro*, *Saturno*, *Venere*, *Marte*, *Ioue*, *&c.* laudare ac commendare possit debeátque, iuxtaque noscet, quantum & quousque factum id vel laudare, vel vituperre fas sit. Facta enim omnia cœli sunt, non hominis. Ideò cœlum quoque, non homo describi debet.

Si ergo hæc omnia cœlum præcedit aut astrum, ídque Theorica ipsa est: quî quæso ex mulieris caduco, descriptionem illius morbi Medicus desumere possit? Nec enim ipsamet suum sibi morbum peperit, fecítque, sed ipsum hoc fecit, quòd illâ plus est, nempe astrum. Hoc ergo modo, non aliter quàm sub Theoricâ vnâ vtraque comprehenduntur. Quamdiu enim triumphi Cæsaris & morbus sub vnam Theoricam non reducuntur: tamdiu de practica nihil conscribi potest. Et hoc exemplum diligenter attendite. Nec enim res aliter se habet. Facta terrena fiunt in cœlo, antequam in terra designétur: fiuntque simili ratione, quâ quis somniat id, quod cras accidit. Ita enim cœlum præcurrit, & omnia opera facit, quę postea homo in terra perficit. Hîc enim vtrobique vnum astrum est. Astri autem magister per suum opus indicat, quidnam astrum heri in cœlo perfecerit. Sic Astronomus indicat hodie, quod cras euenier, ita homo est, qui practicam facit Astronomię, qui per opus suum præteritum cœli motum indicat. Astronomus est is, qui ipsum indicat post preteritum cœli motum. Sicut ergo Alexander in astro est, & postmodum etiam in terra: ita scire vos decet, quòd quilibet homo in astro designatus & effigiatus sit à natiuitate sua vsque ad mortem. Iste huius descriptionis liber, Theorica est, de qua loquor. Extra quem librum quid nostra vniuersa in terra scriptio?

Non quòd laudem eos, qui secundum hunc librum viuunt & se gerunt: sed eos omnino culpo ac reprehendo. Fiunt enim meri Propheræ falsi, falsi Reges, falsi Regentes. Hæc namque omnia ex Deo exire debent, non ex libro hoc. Vnde illos laudare non possum. Ista tamen indico, vt sciatur, quid naturales tandem scribere deceat, nempè, quòd hæc omnia à Medico considerati, ísque eorum omnino peritus esse debeat. Argumenti verò mei, cuius gratiâ exemplum hoc induxi, summa ista est, quod simili modo caducus quoque in cœlo existat, velut & homo, qui caduco laborat. Homo enim is est, qui postea fert, quod cœlum in ipso lusit, hoc est, Quod imago ipsius in cœlo facit, id facit ipse quoque. Iã verò Ratio Magistra est bellorum, rixarũ &c. ita vt ipsa Medicina sit aduersus cœlum. Sic herbæ Medicinæ sunt aduersus morbum. Iam ergo vna causa, vna Medicina vtrinque est. Hîc enim causa proditur, cur Deus Medicum crearit: nimirùm, vt præuertat, quod cœlum facit, homini non conferens ac salutare. Hunc in vsum etiam rationẽ largitus est. Itaque ad hoc ordinatus est Medicus: ad illud Ratio. Iam verò vtrum in his laude dignum est: an Medicina herbarum aut rationis, aut vtraque, aut is, qui medicina nulla vtitur? Is nimirum laudandus est, qui medicatur, & qui sanatus est. Qui morbum patitur, laudandus non est, cùm nec Deo, nec mundo is placeat. Causa hæc est, quia Deus vult Medicinam factitari. Ideò enim morbus Medico opus habet. Is autem sanus, probéque curatus est, qui rationi suæ medicatur aduersus morbum, quem imago ipsius & astrum in cœlo fecerunt. Sanus autem & iste est, quem cœlum ægrotum fecit, & per herbas, iterum conualuit. Hæc nimirum laude digna sũt.

Itaque porrò de muliere (ne latiùs à proposito meo euager) scitote, quòd eodem modo matrix sua præludia habeat, quæ ferre patique cogitur, hoc est, quæ astrum ipsi infligit. Hoc autem ita intelligite, quòd peculiaris & distinctus mundus sit, quantum

Alex. Magni &c. Historicus nullus sine astronom.

Actiones humanæ aut ex Deo aut ex cœlo

Facta hominum omnia cœli sũt.

Homines ones in astris descripti

Mobi in cœlo sũt

Ratio est Medicina aduersus cœlũ

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 724 sur 913

quārū ad matricē attiner, ſicut comprehēſū eſt. Quòd verò dilucidiꝰ idē hic enarrē, ideò fit vt faciliꝰ intellectu ſit, quid dicatur, & quo ex fūdaméto, qua ex Theorica id dicatur. Quia enim mulieris matrix, eiuſq; nomē, lógitudo, mos ac natura, ſanitas & ægritudo in libro aſtrorū deſcripta ſūt: ideò fas eſt lla ónia conſiderari, & ibidē Theoricā veram quęri. Ex ipſa erī matrice nemo quiſquā quicquā cognoſcet, quia abdita & in corpꝰ abſtruſa eſt. Medico enim quid cōferat, quod occultū eſt? Nemo accendit facē, & illam abſcondit: ſed ideò accendit, vt lumen ea de ſe præbeat, & homines ad ipſam ambulare poſſint. Si iam matrix lumen eſt: certè abſconditum eſt. Quis iuxta illam videbit? Iam verò eadem ſuo lumine non caret. Id autem ex aſtris micat, non in corpore. Penes aſtra videre & ambulare ac diſcere debemus. Exteriora internorum cognitio ſunt. Aliàs, quid opus eſſet Medicina? quid Medico? Iſta enim ni eſſent: quid tandem nobis ſuppeteret? Nihil, quàm alia vita, Cùm verò ſanitas, malum, bonum, morbi, ægroti, & omnia in aſtris iaceant, & ex aſtris in nos deriuentur: iam omnes Medici ſumus. Rationem enim & Medicinam omnes habemus, quib. vti debemus. Quæ ſi non vſurpentur: vobis aliud non perſuadeatis, quàm quòd ſicut miles, mercator, aut ſimilis alius in ſua fortuna aut infortunio aliud nihil eſt, quàm caducus æger: (errant enim in Medicina, eò, quòd non ex aſtro operari volunt, ſed ex ratione) ſimiliter errat etiam infimus, qui ex morbo decumbit, & medicinam non habet. Iam verò Medicina herbarum, hominem in hoc ſanare non poteſt, vt fortunam aut infortunium conferat ad ipſius pugnas, auaritiam, inuidiam &c. ſed horum omnium Medicinam oportet eſſe rationem. Sic viciſſim ratio ſanare eum non poteſt, qui caduco opprimitur &c. ſed neceſſe eſt, id fieri per herbas. Scire vos ergo velim, inſtituti mei hoc eſſe, de Medicina creſcentium naturalium amplius tractare, & materiam hanc pertexere: vt, quod Theorica aſtrorum indicat, idem per naturalem operationem, hoc eſt per rationem herbalem, aut per herbarum ipſarum arcana auferatur. Hæc enim ratio ſeu vis ad morbos, non ineſt homini itidem, vt ineſt ratio morum & virtutum. Nam vna pertinet ad animam, altera ad corpus.

Matrix in cœlo deſcripta

Matricis lumen in aſtris eſt.

Ratio quarum rerum Medicina

Herbæ quos morbos nō ſanēt.

Ratio herbarū homini nō ineſt, vt ratio morum.

Deinceps autem vt practica in terra, quam etiam Theoricam vocare poſſitis, rectè deſcribatur, & nihil neceſſarij omittatur: omnium primò opus eſt deſcribi paroxyſmum, poſtea curam. Deſcriptio autem paroxyſmi procedit ex diuiſis compoſitis geſtibus, ex actis aſtrorum, & ex actis ægroti. Sic ergo duo in vnum componuntur & comprehenduntur. Hæc coniunctio quoque ſigna dat matricis, quodnam aſtri elementum regnet, ignis, terra, aer, aqua? Quæ etſi quidem habeas: attamen ſaltem aſtrum cognitum habes: non itidem patrem. Et qua alia de cauſa indignior equidem, quàm quòd Medici Humorales elementum ignis humorem vocent, non attendentes tamen, quòd non ipſum elementum, ſed ipſius aſtrum operetur? Si ergo dicto modo aſtrum habes, non itidem patrem: tum quære, quænam ibi coniunctio ſit, quid ſit ea, & quomodo in aſtro poſita ſit, vt taliter in iſto morbo operetur. Ex ratione ſi patrem etiam inueniſti dicere non potes ac debes, hanc eſſe Melancholiam, illam choleram, hunc ſanguinem, iſtud phlegma. Nullum enim horum conſiderandum eſt. Sicut enim pictor, qui album vel nigrum depingit, ne vel in minimo quidem angitur de iſto, quid in pigmento ſit, vtrum cholera, vel phlegma &c. ſed rectà pigmentum ipſum aggreditur tractatque ſic hic quoque nihil aliud, niſi potentiæ conſiderari debent. Potentia autem eſt, *quod cum robore agitur vel agit*. In phlegmate autem & cholera, ac ſanguine, Melancholiáque robur poſitum nullum eſt. Hoc quærendum eſt *in Leone, in Marte &c.* Hic cauſa morbi quærenda eſt.

Hæres in quā deriuā.

Potentia quid?

Et his breuiter quidem, ſed ſufficienter Theorica tractata ſit, quænam illa ſit, ex qua Medicum procedere conueniat. Si autem nouiſtis iam, quænam ea ſit: conſequens eſt, vt vt ſciatur etiam, quî & qualiter eadem cognoſci debeat. Id autem deinceps plus Philoſophicum & Aſtronomicum, quàm Medicum erit. Quâ cauſâ iam in iſta declaratione ſubſiſto, & rem duabus profeſſionibus illis, Aſtronomiæ & Philoſophiæ committo. Vnde videtis omnino neceſſarium eſſe, vt Medicus Philoſophiæ & Aſtronomiæ minimè ignarus ſit. Cognitio enim hominis ex cognitione parentis procedit, qui ex hiſce duabus profeſſionibus inuenitur. Hunc qui inuenit Medicus, is iam nouit, quæ aſtra, quæ conſtellatio, quæ impreſſio ac influentia id faciat: quî homo in cœlo ſit, non nomine tantùm, ſed & vitâ, moribus, geſtibus, corpore, figurâ: ſolam animam excipio. Hoc ſine Medicus in illis regionibus peregrinabitur, & ſuos morbos indagabit: tum demum non infeliciter in optatum littus Theoricæ & practicæ appellet. Et cùm ſine hac experientia nihil vſpiam integrum ſit; peregrinari autem in huiuſmodi nemo Medicorum audeat, ſed plerique omnes in humoribus iſtis perire & ſuffocari malint: quis tandem quæſo apud huiuſmodi deſides ſanitatem ſuam quærere auſit? Nemo, qui ſapiat. Quicunque enim fundamentum ſuum in hos humores collocant, errones ac phantaſtæ meri ſunt, nec cum probabilitate vlla veritatem aſſerere nōrunt: adeóque meram nequitiam & opera phariſaica exercent.

Patris cognitio vnde petenda.

Med. Humoriſtę quales.

PARAGRAPHVS V.

QVæ ergo morborum veſtrorum ratio ſit? deinceps vos ipſæ mulieres attendite. Ex iis vnicum tantùm hîc quidem propono, ſed tamen grauiſſimum vobis & periculoſiſſimum. Quem non medicè ſaltem deſcribo: ſed inſuper alia neceſſaria vos quoque moneo: vt intelligatis ex me, quòd Microcoſmum vos duplicem circumferatis: corpus ſcilicet, ſimile vitrorum corporibus: & mundum generationis humanę, de quo mundo & eius paroxyſmo tractationem hanc inſtituo. Liber enim hic tradit de Morbo mulierum, cuius vi cadunt ac ſternuntur, & extra rationem locantur, conuelluntur; ac ſimilia his alia patiuntur. Tractatur a. de huius morbi *ſignis, ordine, & eſſentiâ*. Ideò animum aduertite. Signa enim vos docebunt, de quo ſcribam, quod planiùs exprimere nominum varietate

Mulier mundū duplicē habet.

Nomina sunt ambigua.

varietate nolo, Nomina enim ambigua & fraudulenta sunt. Nec fieri possit aliter, quin qui morbum non cognouit, falsum ipsi nomen indat. In hac autem tractatione excutio & repudio scriptorum veterum omnium auctoritatem & præsidium, per quos hîc nihil tuebor aut demonstrabo. Qui licèt sibi quidem viam rectam terere videantur: deceptio tamen eorum plusquam misera est, qui etsi se tantùm opinari vident, opinionibus tamen nihilominus præfractè incumbunt, & in practicâ se totos eludi quàm sapere malunt.

Matricis & Solis compatatio.

Matrix ergo se habet in corpore, sicut Sol, qui massa vna & vnum corpus est, se habet in globo, spatium minimum terræ cœlique occupans. Matrix enim in toto Microcosmo plùs non occupat, quàm occupat Sol in suâ Geometria, respectu magnitudinis 4. Elementorum. Porrò autem Sol in vniuerso mundo, in omnibus Elementis existit. Et licèt ipsum quidem corpus non adsit: Sol tamen adest. Nec enim corpus Sol est. Quod Sol est, id corpori inest: veluti homo putatur hominis esse corpus, quod tamen non est. Homo autem est, quod corpus non est. Quid Sol est? Quid visus est? Non corpus, sed aliquid, plus corpore. Sic Sol hominũ, hominũ visus est, non lingua, non oculi. Hæc enim cadauer sunt. Idem etiam de fœminis intellige. Ipsarum pudendum seu matrix fœmina est: eadem ratione, sicut linũ lumen non est, sed flamma est lumen. Et sicut lumen lino adhæret: sic Sol etiam: hoc est corpus est linum, splendor est Sol. Similiter & matrix se habet. Corpus enim non est matrix, etsi ita nominetur. Ita enim demonstrat centrum. Res enim omnes à centro denominari debent. Ideò matrix secundum centrum manet matrix, sed in anatomia tamen matrix non est, sed tantùm corpus. Conuenit ergo, vt matricis descripturus morbum, eiusdem quoq; anatomiam expediam propter paroxysmum.

Sol est in vniuersi. Solquid.

Homo quid. Visus Solhominis.

Matrix quæ. & quid sit.

Centrũ rebus no mẽ dat.

Matrix est homo: & in vniuerso corpore.

Notandum autem est, matricem per vniuersum corpus fœminæ iacere, & esse hominem. Nec enim aliam, quàm homo, rationem habet. Quũ generari possit homo ex re, quæ homo, non est. Nam sicut pater & mater sibi simile progenerant: sic etiam matricis simile est in ipsius anatomiâ, & plus est, quàm eius anatomia. Ratio est, quòd in matricis anatomia fiat, vt si in membro eius aliquo defectus sit, idem vestigium in membro quoque fœtus appareat. Sic ergo nihil situm est in membris, patre & matre; sedmo mentum omne positum est in membris matricis. Quæ si deformatione laboret: eandem etiam exhibebit omnino infans. Cùm ergo matrix corpus vniuersum occupet, sicut Sol occupat cœlum, terram, mare, aërem: conuenit, nos anatomiam eius ita intelligere, vt intelligimus, vmbrã esse hominem, aut spititũ, qui hominis ritu & more ingrediatur, & tamen corpus non habet. Splendor Solis est corpus? lumen est corpus Corpora autem hæc non sunt tangibilia, & tamen corporea. Nihil enim caducum aut mortale est, quod corpus non habeat. In solo enim corpore mors est. Quia verò illud in nobis tangibile non est, ideò dico, quòd duo corpora sint, quoad iudicium nostrũ. Opus ergo est, vt anatomiam corporum impalpabilium, cognoscamus ac intelligamus. Eo facto, Medicus iam describere nouerit Microcosmum matricis, de quo breuem anatomiam instituam. Integram enim ac prolixiorem matricis anatomiam suo loco plenè traditurus sum.

Fœtus matricis, vestigia habet

Splẽdor & lumẽ qualia sint corpora. Mortale quid.

Pro breui autem matricis anatomiæ descriptione, quatuor distributiones in 4. Elementa notabitis. Solem enim videtis in sua operatione non simplicem, sed quadruplicem existere. At ex operatione desumitur Anatomia, non ex oculis aut manibus. Sol operatur in cœlo. Est enim in Marte, in Ariete, in Galaxà, in astris omnibus; quæ sine ipsius splendore vigere non possunt: non quia splendor, sed quia splendor iste corpus est, & in corpore operatio. Ideò ista eo opus habẽt. Sine operatione quis quicquam faciet? Deinde operatur etiam in aëre. Nec enim vel Manna vel Tereniabin fit, si corporeus splendor Solis non operetur. In creaturis etenim morti obnoxiis operationes omnes fiunt corporaliter: velut & in homine, cuius corpus laborare & operari cogitur, quod tamen corpus non est homo. Tum & in terrâ idem similiter operatur. In hâc enim nisi Sol corporaliter inesset, nihil produceretur. Denique & in mari. Sine eo enim piscis nullus viuus maneret &c. Iam verò sicut multiplices sunt partes terræ; ita multiplicia quoque sunt corpora Solis. Vnde homo in quatuor anatomias incidit, & tamen vnum eius corpus est. Quatuor autem ideò, quia corpus in quatuor partes diuisum est, in terram, quæ caro est, in Aquam, quæ sanguis est, in Aërem, qui chaos est, in ignem hoc est, in gradus,

Anatomia rerũ ex operatione sumitur. Sol. vt quadruplex

Manna & Tereniabin vnde.

Hominis anatomiæ 4 ob 4 eius partes.

Secundum hæc ergò, caduci Matricis quatuor sunt: Terræ, Aëris, Ignis, Aquæ. Quatuor hos caducos cognoscite ex Anatomiâ, cuius descriptio talis est. Si Matrix ex caduco laborat, & à centro in has partes digreditur: tunc si incidit in aquam, caducus est in sanguine. Si incidit in terram, caducus est in carne. Si in aërem: est in chao corporis: si in complexiones: est in igne, &c. Quilibet autem caducus paroxysmos eiusmodi habet, quales in primo libro descripsimus. Iis signis quilibet manifestatur. Iam autem sciendum est, omnia hominem vnum esse in totâ Anatomiâ, qui iacet vbicunque forma suam magnitudinem habet. Transitus autem morbi latior non est, quàm quo Anatomia pertingit. Indè totum corpus inuadit eius membri, in quod incidit. Si peruertit oculos, fit illud ex Anatomia Matricis, quæ oculos peruertit, & os, membráque, ac omnia. Corpus autem quod tangibile est non afficitur: afficitur autem Anatomia Matricis. Et qua ratione pyra arborem cogunt quasi & erumpunt ex ligno duro: sic matrix quoque cogit omnia sua membra, cumprimis ea, quæ morbida secum habet. Spasmus ergo caduci Matricis non corporis, sed matricis est. Is tamen, membrum illud, in quo est, eò adigit, vt sese inflectat & incuruet, prout ratio fert. Sicut ergo ignis domat lignum: sic Microcosmus matricis cogit Microcosmum humanum,

Caducĩ matricis 4. sunt:

Sanguin. carn. chaõ ignis.

Quæ verò ista sunt, quæ paroxysmum faciunt? aut quî ille cietur? Id intelligendũ aliter non est, quàm vt tignarius cũ suo ligno agit, do-

Paroxysmi caducĩ qui fiant.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 726 sur 913

nec domus exſtruatur. Nam & in nobis tignarius eſt, qui velut opifex morbos parit ac producit. Iam ergò faber eſt Mars, iam Iupiter, iam Taurus, iam Scorpio. Hi ſunt fabri morbi caduci: hi ſunt, qui in Microcoſmo Matricis cudunt, & Anatomiam ad ſuum opus occupant. Horum verò opificum quot centeni ſſunt, quos nemo niſi Aſtronomus nouit? Nemo niſi Philoſophus? Res hæc incredibilis obuenit Sophiſticis Medicis, quorum ars circa ſtercora, & catarrhos ac humores corporis perpetuò verſatur. Non verò in ſtercore, non in rheumatis, non in humoribus iſta quærenda ſunt, ſed in Planetis ac ſignis. In his fabri illi habitant. Cauſas, originem, naturam, eſſentiam, proprietatem, cognitionem & curationem nolite quæſo deſumere aut augurari ex lotio, ex ſtercore, ex pulſu: ſed potius eadem ex Planetis & opificibus cœleſtibus cognoſcite. Morbus vnuſquilibet enim opus eſt, à ſuo opifice profectum & confectum. In hunc oculos detorquete, & quid ſit, vel non ſit iudicate. Microcoſmi enim ea natura eſt ac conditio, vt cuilibet in aſtro opifici ligna ac lapides neceſſarios aduehat. Vnde fit ſcientias duas in Medico requiri: primam, vt opifici ſuum lignum non creſcat: alteram, vt lignum ei comminuatur aut obteratur.

Fabri caduci non in ſtercore quærendi.

Scientiæ Medici geminæ.

Cæterùm in his mirari aliquis poſſit, quis tandem is locus ſit, in quo incus ad hoc opus cudendum iaceat. Reſponde mihi autem: vbi opifex ille ſedet, qui cudit Roſas, Lilia, &c.? Vbi officinam ſuam habet? quas poſſidet ædes? Nullas. Ita nullæ etiam in homine: & faber tamen locum habet. Hi ſunt Architecti, qui Mechanicis aſſimilantur, ſed in ſuas tribus tamen dirempti. Quæri autem hoc nihil attinet, quo in loco illi operentur, aut quales ſe in ſuis officinis gerant. Satis eſt hoc ſciri de loco, quòd Planeta caducus ſuam poſſeſſionem in Anatomia ſpirirus ſenſibilitatis habeat, & per eius radices in ſpiritum ſenſitiuum excidat non aliter, ac Sol per vitrum penetrat. Et paroxyſmus in corpore, hoc eſt, in carne, manifeſtatur ita, velut calor vitri à ſole oritur. Sic enim hic quoque ſpiritus morbus eſt in corpore, hoc eſt in carne. Porrò autem quæ cauſa eſt, quòd talis ſpiritus corpus in tantum paroxyſmum coniiciat? Quod horum opificum ingenium eſt? Concordantia nimirùm iſta dat: veluti lutum & figulus dant ollam: carbonarius & lignum dant carbones. Hæc explicare aliter non poſſum, quàm vt indicem, quòd ex tali coniunctione omnia proueniant, vt, ſi Mars ac ſuperiora capita vtriuſque Anatomiæ, Matricis & Microcoſmi concurrant, ita vt furioſa ac ſæuiens natura procedat, nihil aliud quam generatio caduci inſtet. De his autem ſcitote, quòd Planeta Mars opifex ſit, Planeta autem Mercurius ſit ſubiectum. Medicus autem effectum, exaltationem, coniunctionem aut operationem aliter intelligere non debet, quàm cognoſcit Mechanicus. Vnum enim alteri præfiguratio eſt, ac ſimilis ſocietas & vmbra. Adeóq; ex hiſce, vtrique Philoſophi ſcilicet & Aſtronomi ſcire poſſunt horum Architectorum ſtatum, quo tempore, quo die, qua hora operas aggrediantue, quid arte ſua conficiant, quàm multum præſtent, quo robore inſtent, & ſi quæ alia his ſimilia ſint, prout concordantia conſentit & confertur. Hoc enim caſu ſimilitudo alia nulla Medico proponi poteſt, quàm diſtributio Coſmographiæ, hoc eſt omnium regionum conditio, quid quælibet terra habeat ſingulare in ſua regione? ac ita inſtituatur concordantia vna cum aſtris, matricib. animalibus, creſcentibus: & illorum ſingulares coniunctiones inueniantur, quib. homines coguntur, ſingularia opera pro ducere patrare & admittere. Eodem planè modo homo quoq? Microcoſmus diſtributus, & in ſuam concordantiam ac coniunctionem poſitus eſt. Quæ prout cadit, ita matrix quoque cauſam ſortitur. Ea enim eſt mundus alter, & Microcoſmus eſt mundus tertius. Et ſiunt hæc omnia per Planetas ac aſtrales naturas, quæ prodeunt ex Mercurio, ſulphure & ſale. Ex hiſce enim tribus defluunt omnes proprietates, naturæ, eſſentiæ, cauſæ ac ſimilia. Et quilibet docetur Medicus, vt horum trium operationem ipſis oculis diſpiciat. Sic fiet, vt vna quoque ipſum inuiſibile intelligat. Dixi autem de illapſu in Anatomiam ſpiritus ſenſitiui ex Planeta cæterorum Matricis ſpirituum facto. Is hoc modo intelligi ac explicari debet, quòd ſpiritus ſenſitiuus ſuam Anatomiam habeat, quouſque corpus totum extenditur. Spiritus autem ſenſitiuus is eſt, qui corpus eſt rationis. Nam ſpiritus rationis corporalis eſt, velut & ſenſitiuus iſte. Sic ergò vtriuſque Sp. diatheſis vna eſt, & quod vni adhæret, idem alteri quoque adiacet, reſpectu ſenſibilitatis. Iam verò conſtellationes Caduci, naturæ aſtralis ſunt, vt ſpiritum alium nullum inuadant, quàm iſtum, de quo iam diximus. Vnde fit, vt duæ coiũctiones ſimul paroxyſmum corpori inducant. Ideò ſpiritum iſtorum (qui meritò aſtrales vocari debent, cùm aſtra ſint, non ſpiritus) Anatomia noſcenda eſt. Veteres autem ſcriptores ipſos non intellexerunt: ſed quia impalpabiles eſſent, eoſdem præ populari ſuo iudicio ſpiritus vocitarunt. Sed quod ad horum attinet Anatomiam, ſcitote, ipſos, non aliter in corpore, ac in globulo iacere, hoc eſt Planeta Caduci globulus eſt, ac radios habet, ac Anatomia eius tractat de radiis. Ita aſtrum ſenſitiuum globulum habet, & ſuos emittit radios, *in quibus* eiuſdem etiam Anatomia verſatur. *In* iſtiuſmodi Anatomia *fit coniunctio* & concordantia conſtellationis. Pro his iam porrò intelligite Anatomiæ huius proprium eſſe, vt etſi quidem membrum aliquod detruncetur, inde tamen ipſis aſtris damnum non inferatur, dum globulus non tangitur, nec in hoc ſolùm, verùm & in aſtris cæteris omnibus.

Spiritus ſẽſitiuus in caduco pãtitur.

Concordantia coniun. ctionem: coniunctio multiplicationem dat.

Cosmographiæ exemplum.

Matrix eſt mundus alter.

Spiritus ſẽſitiuus quid. Sp. rationis corporalis eſt.

Sp. ſenſitiui inſtar globuli ſunt in Corpore.

Sed hæc de Microcoſmica Natura Matricis hactenus dicta ſufficiant: quam ſcire fas eſt Medicum, qui paroxyſmum cognoſcere velit. Iam deinceps autem paragraphum alium aggrediar, in quod tractaturus ſum de paroxyſmo, quid oculi videant aut comprehendant in ægrotis? Etſi verò illud admodùm breuibus verbis conficiam: labor tamen is pro concluſione ſufficiet Aſtronomo ac Philoſopho, qui profeſſionem Medicam ingreſſurus eſt, ne quis per Humoralem Theoricam ac Practi-

cam

cam seducatur. Omni enim studio cauendum est Medico, ne causam ac generationem morbi decerpat ex phanaticis illis medicinis & theoricis, quas veteres commenti sunt. Si enim verè, adeóque ex ipsius Naturæ lumine consideretis, quanta hominis nobilitas sit, & quàm sublimis collocatus loco sit, & vndenam tandem factus sit? inuenietis post haud difficulter, vana & inania ea omnia esse, quæ extra mundum magnum, extra astra & corpora Elementorum, & eorum operationes expenduntur & considerantur. Hinc enim omnia dimanare & desumi oportet. Sed cum hoc loco de his satis pro cuiusque spe & desiderio non tradatur: legite insuper etiam nostras Archidoxes, quas studio exquisito & singulari condidi. Ex iis. planè eruetis & intelligetis opifices, qui morbum hunc cudunt: vbi Theorica etiam, huc faciens, planè satis ac perspicuè tradita est.

Hmoi-no nobi-litas.

PARAGRAPHVS VI.

Mẽstruũ non est causa caduci. Cad. Matricis ex astro est, non humoribus.

QVi hoc loco mulieris menstruum pro causa huius morbi expediunt, hi manifesto errori implicantur: Hic enim caducus ex Astro gignitur, non ex re vlla, quæ ab Astris non regitur. Tum & corporeis rebus huiusmodi paroxysmi adscribi non possun. Opus enim est ad hunc morbum astrali quadam ac Mechanica fabricatione, quæ æquiparetur opifici, qui format omnia crescentia terræ, aquæque, ac aëris & ignis, Ex tali operatione causa huius morbi prodit. Ideò, ad paroxysmum attendite, quo modo ac ratione is inuadat. Sicut fulgur, quicquid cœlesti sua potentia corripit, deiicit & in terram profligat: ita astrum quoque deiicit, quod ad Anatomiam eius pertinet. Et licèt hîc quidem corporeum quoddam videatur aut reperiatur, quod humoribus accensèri queat: id tamen non aliunde, quàm ex afflictione corporis, & virtutum corporis concitatione aut oppressione prodiisse iudicandum est. Nam & aliàs frequenter videtis, quòd per consternationem ac naturæ oppressionem mirabilia & rara subinde multa producantur, quæ ipsi corpori, ac eius potentiæ adscribi minimè possunt, sed Mechanicis omninò ac Astralibus operationibus imputari debent, vt quib. Mechanica corporea omnia opera destruantur, nec quicquam vbique intactum relinquatur: idem etiam ex curâ comprobari potest. Cura enim vniuersa ad solum astrum dirigitur: quod si coërceatur & edometur, tum & commotiones illæ corporis cessant: Et arcana contra ipsa Astra faciunt, non contra corpora naturalia.

Fulgutis vis.

Quando ergo fabricator in Mechanico astro, matricis Mercurium, Sulphur, & Salem in suum liquidum trasmutat, & in vnam permixtionem illa confundit, & accendit ignem Leonis, auxiliante Sole & Marte, & omnia commiscet in vnum: tum demum paroxysmo principipium datur. Hîc enim sibi inuicem contrariantur pingue & humidum, ignis & liquor Mercurij: ipséque ignis naturam Vulcani habet. Vulcanus enim non est fabricator corporalis, sed astralis, qui officinam suam ac opera exequitur ita, vt oculis nostris id non sit conspicuum. Eo agente, paroxysmus introducitur. Primò autem est imbecillitas totius corporis in anatomia matricis adeò obscura latensque, vt ex ea cognosci non possit, quid & à quibus agatur, vtpote simul constante corporis probo colore & habitudine. Quæ ideò persistunt, quia fabricatio istorum trium Mercurij, Sulphuris, & salis nondum finita, sed adhuc in motu ad paroxysmum est. Operatio autem hæc aliquando diebus aliquot continuatur, aliquando citiùs aut tardiùs finitur, pro conditione potentiæ astri. Hæc autem potentia desinente, & fabricatione finita, paroxysmus in naturas aliquot & proprietates singulares se diuidit, prout scilicet Anatomiam Matricis & Microcosmi corripuerit, ad quod attendetis. Si enim confertiùs incidat in Anatomiam oculorum, tum mulieres excæcat, vt nihil videant oculis, donec fabricatio consumatur & auferatur. Et hic paroxysmus diuersus est ab illo paroxysmo, qui spasmum oculis inducit. Is enim ex se iterum vanescit. Cæcitas autem hæc manet & perdurat, vsque ad morbi abolitionem. Sic si Anatomia aurium inuadatur, mulieres surdæ fiunt, quæ priuatio auditus durat, dum morbus vel morte finiatur, vel consumatur à naturâ aut Medicinis. Surditatis hic effectus alius est ab eo, quando paroxysmus solam Anatomiam cordis occupat. Notandum enim est, quòd oculi auréque multa patiantur propter Anatomiam cordis, quæ non aliter apparet, ac si esset Anatomia aurium oculorumque, cùm tamen Anatomia ista inuasa non sit, sed à cordis tantùm commotione cætera quoque vnâ commoueantur: Quòd si verò Planeta & commixtio sulphuris, mercurij, salis iunctim harum Anatomiarum vnam corripit, tunc fiunt, quæ diximus. Eodem modo & loquela tollitur, si Anatomia linguæ feriatur. Indè etiam similiter sensus obstupescit, non secus, ac membrum stupefactiuum, si vratur, erodatur, aut secetur, nihil sentit: quæ stupefactio interdum adeò magna est, vt ne quidem vena cruentet, si secetur.

Caduci quæ ge neratio.

Vulcanus Astralis &c.

Caduci varii paroxysmi vnde.

Cæcitas, &c. ex Cad.

Surditas, ex Cad.

Loquelę priuatio ex Cad.

Quamdiù autem Astralis Mechanicus fabricator in suo Esse seu vigore manet, horum nullum euariat aut mutatur. Sed tamen ob id nemo quæret aut adhibebit medicinas ad oculos, auréue, quibus vim Narcoticam exigat: sed sola coniunctio dirimenda est, & deinceps cætera sponte remittent. Et licèt quidem aliquando oculares Medicinæ adhibeantur: nihil tamen illæ quicquam commodabunt, nisi fabricatio ea transierit, & desierit, quæ non nihil in corde peruertit, ita vt corpus & membra extra suam natiuam Anatomiam abierint. Sicut enim corporaliter membrum vnum ex altero procedere, & ex mutuâ proportione elabi videtis: ita & in astrali opere, hoc est in Anatomiâ interna, huiusmodi dislocatio quoque, ac peruersio inducitur. Ac ob id ars hæc & medicina est localis, veluti signum verorum membrorum ad locum natiuum. Et licèt quidem frequenter accidat, vt cataractæ, ac maculæ, &c. oculos corripiant: hæc tamen

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 728 sur 913

aliud de se iudicium non dant, quàm quòd iam antè eadem in oculo exstiterint. Et cùm in oculis antea iacuerint: iam in suam tantùm intentionem deducta sunt. Quæ ob id cœcitas iam non caducalis est, sed naturalis. Quod iudicium etiam de auribus & lingua similiter faciendum est.

Tremor cordis ex caduco.

Eodem modo, si caducalia sydera Anatomiam cordis feriunt, incidit Tremor cordis, hoc est conuulsio in membris seu resolutio, & iuxta cor palpitatio, adeóque vehemens & violenta impulsio, vt terræmotus, qui vrbes euertit, illi vix comparari queat. Sic enim terræ motus terram attollit & iactat, quatitque: sic corpus quoque iactatur & quoquò versùm diuibratur. Iam verò Anatomia cordis tantam in se latitudinem & potentiam habet ad corpus, vt cum ipso Vicina ac propinqua vniuersa etiam emotentur & contremiscant. Ideò paroxysmus hic validus est, membra vniuersa pertentans, & eodem planè more modóque insultans, quo caducum in libro primo descripsimus. Ex istis signis hæc etiam postrema iudicate.

Sic pariter, si Anatomia cerebri percellatur, tum paroxysmus ibi sæuit, ac cùm caput, tùm capiti cognata omnia quatit. Omne autem principium in cerebro est, ac ex cerebro digreditur. Adeóque nullum in vniuerso corpore membrum est, quod caduco non subjiciatur. Si à syderibus idoneis attingatur, tonitru suum omnino sustinere cogitur. De quibus membris omnib. hîc tradere, nimis longum foret. Ex his enim iam propositis de cæteris omnibus iudicium fieri, ac paroxysmus cuilibet vernaculus æstimari à quouis commodè potest. Prout enim cuiuslibet Anatomia se habet: ita eadem de locis testatur ac corporibus. Et talis est *Caducus intestinorum, diaphragmatis, dentium, manuum, pedum, testiculorum, medullæ, gutturis, &c.* Qui quidem caduci vniuersi ex fonte vno dimanant, ac solâ locali naturâ in Anatomiâ differunt.

Caducorum differentiæ ex Anatomiis partium discēdę.

Discrimen autem, quod inter paroxysmos sit ex hoc cognoscite. Si Anatomiam nouistis membrorum, nouistis etiam qualis paroxysmus quiuis futurus sit, si locetur. Sic colica caduco intestinali adscribitur, alia aliis. Quæ cùm iam antè satis vobis cognita sint: in specie omnia à me percenseri frustraneum sit. Vos saltem ægros aspicite, si in paroxysmo iaceant, nec ipsos deserite, sed misericordiam vestram illis impendite, ad dolorem ipsorum, & angustiam ærumnásque pluspuam miseras oculos defigentes. Sinite vos commoueri: nec despicite quenquam, qui describit aut discit hos morbos, ad inuenienda proximo suo remedia, cùm æger omnis Medico à Deo commendatus sit. Repetite vobiscum, quod Christus ipse testatur, ægros opus habere Medico, non sanos. Cogitate, quòd scientia Medicinæ certa ac verax sit, ac à Deo ipso manârit, vt de ea nimirum Deum quotidie inuocemus, donec is eam largiatur petentibus.

Porrò autem notate, quòd paroxysmi hi etiam instar tonitrus & terræmotus generentur, sola microcosmicâ naturâ differentes. Hoc est, matrix est mundus microcosmi, sicut cœlum terràque matrix Adæ fuit. Et sicut Microcosmus in matrice iacet: sic iacuit Adam in matrice quatuor Elementorũ. Sciendũ ergo est, hîc quoq; Elementa quatuor suũ tremorem habere pro istorum 4. naturâ & conditione: sicut in lib. 1. traditũ est, hûc referendũ. Hîc enim ventus nascitur, qui se diffundit in Aëreum corpus, vt sæpiùs membrum, manus, pésue cõtremiscat & cõcutiatur reliquis quiescentibus & tranquillis. Ventus is in membrum influit, & exitum quærens, non intermittit, donec in suam consummationem deducatur. Hunc ventus posteà alius sequitur, & sic consequenter, ita hîc, iam illic, alius incumbit, sicut is in 4. membris manifestè se exhibet, & stridor dentium, oris, corporis, &c. ex contrarietate oritur corporum, quæ sibi inuicem aduersantur, & corpus occupant, velut fulgur cœlum, cuius tempus etiam ac hora conueniunt cum caducis externis, hoc est cum terræmotu & tonitru. Cùm verò in meo de Meteoris libro processum hunc seorsim describam, additâ collationemicrocosmi; cætera hîc deficientia ibidem legetis, & defectum præsentem ex illâ opulentiâ farcietis.

Matrix est mundus Microcosmi: & cœlum matrix Adæ.

Verùm enim verò de Caduco hoc matricis tenendum est, quòd cum operatione aliâ inuadat, quàm facit caducus alter, de quo in libro 1. tradidi. Hic enim mulierum caducus illo altero vehementiùs affligit ipsas, quia mulieres sunt dimidię tantùm creaturę, hoc est in Microcosmicâ sua natura magna illa potentia, quâ vir habet, orbatæ sunt. Ac ratio hîc eadem est, quæ violarum geminarum, quarum domesticæ fragrant, sylvestres autem seu caninæ nihil olent. Isto enim gradu mulieres orbatæ sunt. Vndè fit, vt potentia dimidia ipsis deficiat. Simile huic quoddam fit, in eo, quando quis nascitur cum membris omnibus, integer, & deinde nascitur alius, qui membra tantùm dimidia habeat. Ipsarum crinis, crinis dimidius est: ipsarum cor, cor dimidium est: adeóque morbi vniuersi, si ad exaltationem dimidiam tantùm ascenderint, fœminis lethales fiunt, qui tamen viro tantùm ex dimidio lethales futuri erant. Ideò mulieres totum morbum tolerare non possunt: sed vbi is ad paroxysmum dimidium ascendit, iam mortuæ sunt. Hæc etiam causa est, cur, si caduco matricis infestentur, adeò promptè moriantur, aut ex eo diutiùs valetudinariæ decumbant, cùm in viro idem similiter non eueniat. In fœminis ægritudo omnia sunt, in viris autem eadem sunt leuitas. Ob id in fœminis ægritudines eæ considerandæ sunt, quæ in viris leuitas & non ægritudo sunt.

Mulier creaturæ est dimidia.

Quanquam hoc etiam altè considerandum sit, quòd duo mundi concludantur in cute vna fœminarum, non item virorum. Vndè fit, vt pluribus etiam ac grauioribus morbis tententur præ viris. Et tamen interim geminorum mundorum istorum potentia ad iustam personæ ac creaturæ mensuram ita constituta est ac ordinata, vt ad communem virorum ætatem ascendere possint, nec isto termini prorogatu priuentur. Per hunc autem Caducum morbum multi

Caducus fœminâ quos latentes morbos suscitet.

multi simul etiam Microcosmi morbi in fœminis suscitantur ac proferuntur, qui priùs abditi in ipsis latebant: huius generis est Apoplexia, subitanea mors, paralysis, spasmus, febris, icteritia, hydropisis. Nemo enim persuaderi sibi patiatur, quòd huiusmodi morbi aut ex ipsa caduci natura oriantur, aut caducus ipse sint. Caduceus enim ipse in se febrem non habet, nō Apoplexiā, non Icteritiam, &c. Qui tamē morbi si cum Caduco erumpant, tunc ex præexistente materiâ caducus eosdem saltem commouit ac protulit. Et licèt quidem extra hanc materiam etiam calor, spuma, suffocatio, &c. forte coniciderent: sciendum tamen est, ista omnia ex naturæ angustatione & violenta concitatione, quæ ex omnium membrorum perculsione oritur, emergere: quæ tamen eadem cum paroxysmo iterum terminantur, nec ad mortem spectant. Et in hisce caduci Matricis accidentibus Medicum singulariter prouidum esse oportet, vt singulariter probè distinguere, & quodlibet ad suam causam scitè aptare possit.

Sed paroxysmi natura ac conditione iam satis explicata, deinceps velim vos etiam intelligere eius signa, cuiusnam Elementi caducus quilibet sit, qua Anatomia inueniatur. Nam & ad curam ipsam cognoscendum signa hæc, quæ duplicia proposui, necessaria omnino sunt. Nam signa alia ad ipsum Elementum referuntur, alia ad Anatomiam faciunt. Cura enim quælibet dupliciter instituenda est, secundum Elementum scil. & Anatomiam. Taceo illa cætera quæ hactenus proposita sunt de caduco, quæ per ipsius paroxysmum conciantur, de quibus singularis experientia & cura canonica tenenda est, hoc discrimine, vt cura ipsius caduci semper præpolleat. Hoc enim si fiat, frustraneum omne erit, quod in cæteris tentas. Præterea ad curam etiam illam attendite, quæ in se Theoricam continet, quæ scilicet praxis est, ipsa quoq; totū corpus attinens. Theorica enim procedit ex practica, non practica ex Theorica manat. Id qua ratione fiat, deinceps accipite.

Signa caduci duplicia.

Theorica ex practica manans certissima.

Quis enim quæso sit, qui Theoricam illam, veram & rectam non putet & accipiat, quæ ex sola practica dimanat & firmatur? Non dico autem de practica experimentationis, sed de practica luminis Naturæ, ex quo penitiora omnia discimus. Vndenam verò Theorica caduci sumitur, nisi ex sola practica maiorum syderum ac astrorum? Et quid practica syderum aliud est, quam rerum naturalium Philosophia? Quis ex suo cerebro disserere potest de coloribus, si idem à nativitate cæcus sit? An non Theorica colorum ab oculis desumitur? An id non practica est, quod oculi vident? Quis voces aut verba intelliget ac interpretabitur, nisi loquens? Nec enim mutus potest: non potest surdus. Quia enim non audit, ideò Theorica illa desumitur, hac causa, quia nō habet practica, ex qua theorica procedit. Hoc modo & ratio nostra muta & cæca est in cognoscendis iis rebus, quas tractare debet, nisi per practicam altius informetur, non per tentationē. Tentare enim minimè practica est, sed scire. Ideò si omnibus cauenda est periclitatio: & contra vera practica semper tenenda. Quam quia tu ignoras, ideò à Medicina abstine: alias in spelunca latrohum versaberis.

Practica syderum quid.

Ratio humana cæca sine lumine Nat. Scire est vera practica.

PARAGRAPHVS VII.

DVm ad morbi huius curam describendam me confero, veterum Scriptorum ordinem deserere omninò cogor, ne in Fen & Distinctiones &c. libros meos dirimam, quod factitare ipsi soliti sunt. Ex illis enim distinctionibus elucet, ipsas non à Medicis, sed à Sophistis in medium coniectas esse. Nihil ergo vobis eiusmodi curæ sint: sed hoc persuasum habeatis, quòd mea cura instituta sit secundum seriem specierum, ita vt arcana scipia distinguant & partiantur secundum naturam morbi, ex qua distinctio omnis.

Hoc loco tot deficiunt lineæ, quot huius chartæ seræ pagina duæ cum dimidia capiunt. Neque sperulla est, hunc defectum restitui vel accitique posse, cùm folia duo magna ex scripto originali cuiusdā prorsum interierint. Idem quoque accidit in fine huius capitis, & post initium oct. aut. vbi asteriscos videbis adnotatos.

Qua autem ratione, in primo libro comprehendrad nos pertingere artes: sic ipsis Medicis scilicet etiam in more est, vt reuelationes eiusmodi sectentur, sed in tota Theorica vacui sint. Nam cùm omnes suæ Theoricæ & canonicæ practicæ rimas pernolitārunt; tandem tamen eas deserere, ac de libris suis desperare, & denique ad experimenta (vt vocant) profugere & diuertere coguntur: quæ tamen experimenta minimè sunt, verùm arcana secundum ordinem Canonicæ Theoricæ & practicæ genuini luminis naturæ. Quæ quia ipsi non intelligunt, ideò eadem experimenta vocant: ac dum omnium profundissimè sapiunt, vocant ea à *Forma Specifica*. Hæc ipsorum comptula Theorica est.

Experimēta & arcana differūt.

Forma specifica &c.

Vos autem quotquot estis Medici, qui veritati dediti estis, cauete quæso, ne ea experimenta vocetis, sed arcana, ad veræ Medicinæ præscriptum. Hos autem nugatores & imperitos arguite, qui versa vice arcana experimenta vocitant. Nec enim quid experimentum sit, aut vnde ea sint, ac ex qua Theorica oriantur nōrunt. Interim nec pudet Italiam, nec Galliam, nec Hispaniam, Germaniamue, nec Hebræos, nec Chaldæos, nec Arabes Græcosue, quòd Theoricam falsam ponendo, ex illa practicam erroneam educant, adeòque pro suo siuu ac arbitratu naturam cogere tentant, quæ tamen tyronum istorum vim ac fastum ne tanti quidem facit. Suam enim illi stultitiam, contra naturam præliantem in eo produnt, quòd in caduco eiusmodi Microcosmum personæ aggrediuntur, mandantque, vt vena pedis secetur, purgentúrue humores, cùm tamen nec venæ nec humores in Microcosmo matricis consistant. Resque hîc perindè est, ac si Margaretha ægrotaret, & medicina adhiberetur Ioannis. Quæ enim corpora ægrotent, ipsi nondum cognouerunt.

Cùm ergo demonstratum sit, quòd oportet quæri medicinas alias alterius mundi, qui complectatur id, quod Microcosmo matricis conueniat, & sic vtriusque mundi anatomia conferri debeat: deinceps regimen tra-

dendum est, quod istiusmodi hominibus commodum sit: quod non dirigendum est ad Microcosmum personæ, sed matricis. Quorum quod discrimen sit, ita aduertite. Veteres siue Scriptores, siue Doctores regimen constituerunt pro suæ voluntatis consilio ad formam rei oculis expositæ seu obiectæ. Ita leporem dixerunt esse Melancholicum, Arietem, Cholericum. Adeóque ex formis seu specieb. in oculos incurrentib. artem ac scientiam condiderunt, ex qua regimen in hoc caduco præscripserunt, quod tamen à vobis nec acceptandum, nec parte vllâ verum censendum est. Hic enim caducus nec ex formâ, nec in formâ est, quam ipsorum oculi contuentur: Ideò nec regimen in formâ positum est oculis conspicua sed quemadmodum ipsos morbus matricis latuit: sic ipsis itidem cura ac regimen eius absconditum est. Sed vniuersam ipsorum stultitiam hîc non enumerabo: verùm quantum opus videtur, vobis saltem occasionem ministrabo errores eorum cognoscendi, ne incauti fors per ipsos decipiamini, quod tanto nisu per Pharisaicas & Hypocriticas suas turmas conantur hactenus. Similis enim simili bellum non mouet: sed vnus alterum subinde tuetur, non habita ratione causæ bonæ malæue. Hæc enim ipsis maxima: Adstipulare mihi: & assentiar equidem tibi vicissim. Vos verò qui incorruptæ sapientiæ religionem puram colitis, à minis illorum non obtundamini. Scripta potius partis vtriusque legite, & iudices æquos agite, ne quo fors fauore decipiamini.

Lepus an Melancholicus: & Arietscholericus.

Similis simili gratus,

De Regimine verò præstituendo modos duos accipite. Vnus respicit complexionem: alter arcana. Prior attinet nutritionem Microcosmi matricis. Nutritur enim ea ex complexione, non ex corporibus. Posterior arcanorum est, quæ cum cibis concurrunt, veluti Sal, quod cum rebus omnibus concurrit. Post hæc duo vlterius cognoscite regimen, & curam etiam regiminis, hoc modo. (De curâ autem verâ hîc nullus sermo est.) Complexiones nutriunt Microcosmum matricis. Quid est complexio? Quod corpus non habet, attamen habet qualitatem. Non quòd qualitas hoc loco regimen sit, sed quòd anatomiam Microcosmi matricis indicet. Ex omnibus enim nutriuntur membra, non ex vno. Tum & ipsa plus non assumunt, quàm digerere possunt, aut egent, aut conuenit ipsis. Iam verò complexio est astrum, quod nemo videt, sicut odor Moschi, qui exspirat, quem nemo videt. Si autem exspirauit, ipsius complexio euanuit. Nec enim complexio corpus est. Quod non per odorem secedit, id viâ aliâ vanescit. Sic enim ex hac virtute mutantur complexiones in præparationibus: alius scilicet odor alius gustus, alij sapores, alia complexio: quæ si in corporibus iacerent, mutari non possent. In corporibus autem non consistunt: ideò vertuntur, & in transmutationem illam faceſsunt. Ideò si regimen vsurpandũ sit, cõcordandæ erunt cõplexiones & arcana, quæ regimen æstimari ac haberi debent.

Complexioquid.

Complexio est astrum.

Est autem regimen, sine corpore, sola essentit rerum non respiciendo ad frigidum aut calidum. sed anatomiam, hoc est, ad medium istarum rerum, quo homo totus in regimine fiat. Nam quid hoc est, quòd procuras in hepate deobstructionem? in pulmonibus expectorationem? in cerebro roborationem? Talia qui faciunt, prævaricatores sunt, non Medici. Pugnat enim hoc institutum cum vniuerso Medicinæ ordine. Omnia enim membra in corpore debent huius regiminis esse propria, non posita in refrigerando, in calefaciendo, in exspuendo, in confortando, sed in virtute, quæ Media est. Ea totum corpus refert & continet, sicut de hac arte constituendi regiminis aliàs traditur, quod hîc breuitatis studio omitto. Cùm ergo regimen oporteat esse totam anatomiam: scire debetis, quòd vnum quodlibet simplex totam ac omnem anatomiam occupet. Iam autem scitote vlterius, non corpus, sed complexionem, in qua robur viget, aut conditur, esse regimen. Vnde sequitur, ipsa ciborum potuúmue corpora, siue calida, siue frigida, humida vel sicca sint, consideranda non esse: sed hoc saltem videndum esse, quid in transformatione sint. Nec enim eadem in corpore manent, quæ foris sunt. Non ergo, quia hoc vel illud in patinâ calidum frigidúmue inuenis, idé necessariò tale etiã in anatomia erit. Nihil ergo cura, aut crede, lactucam esse frigidam, velut & portulacam, aut melissam ocymúmque calidum: sed hoc scire labora qualia in transmutatione sint, quid ex ipsis fiat. Et ex hoc postremo regimen defini. Nam cùm duo mundi sint, matrix & iterum matrix, fœminę scilicet & herbæ: duo etiam Microcosmi erunt sub anatomia vna.

Regimẽ tota anatomia est.

Trãsmutatio regiminis principium.

Duo mũdi, quoad regimẽ.

Quò ergo faciat hoc, quòd refrigerantia & calefacientia &c. in hoc caduco ordines ac propines, cùm tamen non prosint, sed noceant? Quæ causa est? Hæc nimirum, quia ignoras duplicia corpora. Hinc est, quod morbum peiorem facis, Interim id ad tui excusationem satis est, si prætendere possis, ipsum ægrum successum impediuisse, cùm tamen istius mali auctor tutè sis. Itaque, vt rectè sensum meum assequaris, repeto, iubeóque, vt complexionem eam, quæ vltima est, expendas. Talis enim est anatomia vtriusque Microcosmicæ naturæ, matricis in fœmina, & matricis in elementis externis. Ad ista iam sequitur regimen, ac ordo, prout de eo peculiarem librum conscripsi. Nec enim iudicandi saltem, verùm etiam probandi cibi sunt, ne in despectum veniant. Propter vos enim nugaces Medicos loco alio describere cogor, quod ad ægrorum salutem & incolumitatem hoc ipso discursu complecti maluissem. Attamen vt libellum illum rectiùs intelligatis, breuem quandam informationem de discrimine complexionum, in quibus hoc regimen consistit, velut & de arcanis ac similibus aliis, quantum quidem hîc in caduco matricis opus est, attendite. Quæ, etsi versalibus breuibus quidem tradatur, ob id tamen à vobis negligenda non est. Id, quod vos non spero facturos propter illos. ***.

Defectus integræ paginæ cùm aliquot lineis &c.

Astra & Effectum. Ita hîc econtrà, debet astrum reduci ad corpus, quod corpus arcana complectitur. Ibi ergo regimen circulatum

corpus

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 731 sur 913

corpus dare, & Medicinam ad inuisibile corpus dirigere debet. Qui verò cibi alij ac potus his ægris debeantur: id in libro de regimine traditur. Hisce constitutis iam regimen hoc loco finiamus. Plura in aliis libris quære.

PARAGRAPHVS IIX.

SEd vt his missis, ad practicam tandem transcendam, quæ supereſt: conueniens quidem erit, vt non sequar stylum veterum, aut horum opiniones, sed potius ipsi veritati suffragium feram. Imaginando enim & speculando scientia nulla fundatur. Quod dum facere instituo: ad auctoritates iure deflectere nunquam potero, sed necesse erit, vt meæ ipsius auctoritatis adminiculũ arripiã, in eo, dum non phantasiam, non speculationẽ, non sapientiã ac argutias Sophistices adducam, sed rem omnem ex eo demonstrẽ ex quo me & quemlibet Medicum alium probationes desumere fas est. Diuortium enim nostrum in hoc est, quòd alii doctrinas capitum sequantur, alij contrà doctrinas radicum amplectantur: seu quòd alij pro Magistris Medicos agnoscant: alij contra ipsam naturam, ex quorum numero egomet me quoque profiteor. Nam quid quæso me vspiam docere possit homo, cuius ipse imperitus est? quod in ipso situm non est? Medicina enim non in homine fundata est. Et licèt alium quidem alius quid doceat: tamen & hunc à naturâ doctum esse oportet: aliàs doctrina eius nauci erit. Si ergo à naturâ hausit: cum eadem adhuc hodie viuat, is ob id discipulus adhuc erit mecum, & ego cum ipso. Qui tamen iam iterum in hoc distamus, quod ille discipulos alios faciat, & se Magistrum profiteatur: ego verò me discipulum faciam ipsum & meum Magistrum, collegarum meorum præceptorum constituam.

Magister Medicinæ quis verus sit.

Ne verò, dum vos Magistrum meum cognoscere iubeo, timidiores fiatis, adeóque instigatione mihi aduersantium Doctorum moti, à me deficiatis: iam ad ista sequetur definitio seu conclusio, eo modo, qui in Medicinâ vsitatus est, vt sciatis, ægrotum ex omni tradito fundamento ac Theoricâ curare, quæ curatio scientiam cuiusuis Medici claudit & perficit. His ergo vniuersis præfinitis, primò scire vos velim, Medicinam in duobus omninò consistere: vnum est regimen: alterum sunt arcana. Duarum harum operationum discrimen hoc est. Quod in regimine consistit, id quotidianus coactus cursus astri est. Quod in arcanis consistit, id vnicum est & vice vnâ infusum venenum, quod porro à cœlo & astris. ***.

Medicina in duobus consistit.

Hîc rursùm deficit integra pagina.

Sol in 25. & 29. diebus, & horis 7. *Venus* in 18. diebus, & 23. *Luna* in 73. horis: Et sic astra quoque cætera omnia, & ascendentes, qui ascendunt & ingrediuntur, istâ computatione iuxta æthereum cursum finiuntur & mortificantur, quamdiu huiusmodi mortificatio per astri famem fit. Astrum enim ægrotum esse non debet: nec esse debet sanum. Quod verò adest, id sufficit. Eius autem, quod abit, locum, supplet alterum.

Cibus quid &

Ex his iam arcana ciborum & arcana Medicinæ à se inuicem discernite, hoc modo. Quod cum corpore administrandum est, id cibus est, vel potus. Quod sine suo corpore ministratur: id Medicina est. Ideò errores ita committuntur. Medicinæ, quæ cum suis corporibus porriguntur, instar cibi potúsque ad exigentiam famis, ministrari debent vt cibi, non vt Medicina. Et Medicina danda est suâ horâ, ad normam ascendentium ac morbi, non pro fame aut siti. Cuminum est cibus in ventositatibus, non Medicina: ideò vt cibus ministrari debet. Similiter & aromata & herbæ similes plures, admodum efficaces, quæ commodi multum præstant in variis morbis, hâc ratione, quod morbi illi in suis astris ita prætereuntur seu prætercurruntur. Cuminum enim hostis est Boreæ, & ipsius astrum frangit. Hinc conficitur, regiminis cognitionem desumendam esse ex iis rebus, quæ à corporibus suis se separari non sinunt. Hæc enim corpora, & corpora corporis, suam vtrinque confluentiam & concordantiam conserunt. Ideò in his tantùm regimen est, non etiam Medicina. Et quod hinc conualescit, conualescit ex regimine, vi illâ, de qua diximus. Hinc ergò discite regimen ita ordinare, vt conuenit, ne qua fors ab hoc ordine deuietis, quod hactenus Medici fecerunt erronei.

Medicina & quo vtraque distent.

Cuminũ quando cibus &c.

Diæta morbis ex quo fõte præscribenda.

Sic hallucinarer etiam, si definitum regimen conscriberem eo modo, qui hactenus à veteribus obseruatus, & tempore longo continuatus est: quod ita intelligere debetis. Si regimen constituerem, nimirùm pro quarta parte Germaniæ; latiùs aut longiùs pertendere id non possim. Quartæ enim partis regio, cœlum, confluentia, influentia cœli & terræ, in causa essent, cur regimen dictum latiùs, quàm definitum est, extendi non possit. Ex ista enim terra, in qua caducus ortus est, idem cibari & potari vult. Ideò, si regionem mihi propono, probéque considero istius cœlum, terram, omnes eius gradus, essentias, proprietates &c. hîc comprehensas: tunc nec Euroam, nec Alemanniam, nec Italiam, multo minus partes alias, Asiam scilicet & Africam describero. Quare solum regimen summarium suæ Theoricæ præfiguratu. Cætera Medici sunt, vt ex his porrò suam diætam dirigat pro istius climatis ratione: non autem solius climatis, sed & ascendentis totius regionis. Altera enim ordinatio ac diæta Medico reprehensionem afferre non debet. Ita enim cogit magna constellatio, confluentia & proprietas regionum, partium, terrarum, aquarum. In his enim subinde aliæ atque aliæ, ac inter se diuersæ proprietates, essentiæ, naturæ, & si quæ alia hîc consideranda sunt, intercidunt.

Regionũ diuersitas in diæta curiose cõsiderãda.

PARAGRAPHVS IX.

SIc ergò, quod corpori cognatum nõ est, sed arcanũ est sine corpore, id Medicina est. Hoc ita accipe. Illa in principio ab omni suo corpore separãtur & depurãtur, vt medicinæ fiãt, quarũ Physionomia & Chiromantia, forma ac species similes fiant caducis, hoc est, corpori, in quo is iacet, quod matrix est. Sicut enim matrix eo morbo laborat: ita sciendũ est, quòd ipsius Medicina in simili forma iuxta Anatomicã distri-

Arcanũ aut Medicina quid.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 732 sur 913

bitio rem iterum tribuatur. Vnde non iniusta mea haec sententia est, qua dico, Medicum ad diuinandas artes & componenda Recepta praeceptore quotidiano opus habere. Quis enim est, qui sine inuentrice hac anatomia quicquam artis nouit? Nemo. Medicus enim instar canis venatici est: qui ferae vestigium, odoratu semel perceptum, continua indagatione tamdiu sequitur, dum tandem in feram ipsam incidat. Et hoc exemplum eò vobis faciat, vt sicut canis praedam in naso, sic vos arcanum in oculis tenentis, idque per similem formationem Anatomia tam exquisite noscatis, vt vobis elabi non possit. Nam per solam hanc indagationem Recepta ordinare, nec quicquam aliud sequi debetis, quàm quod vestigium id indicat. Sicut enim, etsi fera quidem cursu caeteros praeuertat, post se tamen odorem eiusmodi illa relinquit, vt eius ductu viam omnem canis assequi possit: similiter feris arcana se habent, quae omnes morbos antecurrunt. Quod si quemlibet sedulum Medicus praestet, in vestigia eorum facile incidet, ita, vt herbas, lapides, semina &c. occurrant, ac pro ratione paroxysmi, assendentium, integra constellationis tam astrorum quàm corporum sese exhibeant offerantque. Nam in caelico motum caeli manifestum habetis, vt velut Astronomi ac Philosophi illum prompte expedire queatis. Ita iuxta haec, cursum omnem caeli & terae, hoc est, omnium astrorum in rebus naturae inuentis, quod vna cum paroxysmo ascendant descendantque. Et ista Anatomia qualis est teaq; non hominis sacre paroxysmi, sed & paroxysmorum caeli cum nosse discendis, & hic tanquam similis ad quae accommodandas est. Licet autem hic plene omnia non describam, sed partem maximam adhuc modo componendi reticam: tamen hoc fundo obiter dicere illa utendo, ne per Scripturum veterum Recepta decipiamini. Adiuuantur enim illa inuentrici omnis Medicinae, vniuersum artium, ac tam in anatomia, quam ceteris grauiter hallucinantur: ita ve conceptae ea videantur à cerebro quodam fatuo, qui scientiae sibi plurimum arrogant quidem, eius autem quam minimum habuit, ac de vera parturiam inuentrice vix semel aliquando obiter quid audiunt.

Medicus in indagandis arcanis cani venatico similis. Arcana sunt fera.

Vertista &c. Granagrana &c. ad matricē.

Vertista vnde oriatur. * * *

Anatomia matricis alia sana alia aegra.

Sic ergo inuentrici Receptorum docet, vt ea ducens manu ad aegrum auferatur per Medicinam quam illa indicet, ab vtraque. Penes ipsam enim est vis ac potentia compositionis Receptorum, non penes homines. Ideo ex omnibus hoc iam scitote, quod eadem matricem modis multis praefiguret, iam cum Granagranis. Licet haec quidem forma ad formam matricem omnem aegre difficulter reduci possit: nihilominus tamen forma est. Quamuis enim apparentia duplex sit: altrum tamen in vtroque simile est, & corpora similia sunt corpori, quale in morbo sit. Vertista descendit ex illo sanguine, & est naturalis. Et ex qua illa creuit: existitque ea eodem matrici datur. Idem & cum Granagranis fit. Si paroxysmi vnius elementer ascendant, tum vterinum corpus matricis in formam similem ducant. Ideo est matrix nonnulla, prout in anatomia subsistit: id tu tamen ne cures. Sana enim matrici anatomiam ducit non habet. Sed si egritudinem anatomia illam, Medicina similem promit, verum dictum est. Cuius quidem Medicinae processus ordo in tenuis satis explanatus est, nec latius cum duabus locis patitur. In libro de Virtutibus simplicium tum hoc, tum alia plura explicationis sedonius.

Posteriora haec in fragmenta quadam, Paracelsi Autographo, aliter ita habebantur.

IDem & cum Granagranis fit. Si paroxysmi vehementius augeantur, facimus vt postremum corpus matricis simile fiat Granagranis. Ideoque, etsi matrix non inuenitur in natura, qualis in anatomia consistit: id tu nihil cures. Sana enim matrici nihil datum est. Sed prout ipsa morbum in formam cogit: ita vos illius eius tu vestigia sequaris. Tandem enim matrix eo redit, vt in talem corporalem Physonomiam, Chiromantiam &c. reducatur. Quare vos merito in hanc artem peritando. In hac enim solum Medicus subsistit. Haec autem si non noueritis, frustraneum est, quicquid tentaris. Ideo haec hic dicta sufficiant, donec, volente Deo, simplicia & arcana ipsa nominem, ac in suis locis pactaciam.

CONCLVSIO VLTIMI LIBRI.

Sic ergo finitus est liber suffocationis siue praecipitationis matricis, quam ergo eiusdem reducam, apello. Caetera enim, & morbus matricis, causae, ortus & essentia non differunt, sed eadem continentur. Qui vero differentiae sint, rationes eorum ab ea recte cognosci. Quae siquidem Philosophia & Astronomia ignaris minime clara & dilucida videantur, quae alia ratione tradi non possunt, nisi postremo in cura, de Verustis & Granagranis. Ista enim duo summa sunt arcana quae in hoc morbo adhiberi possunt, quae rebus naturae ceteris vniuersis praeferuntur. Processus quidem pleni sunt. De quibus nos iudicamus, in libro de simplicibus, nec hic longiora verba facimus. Experientia enim ipsam per se manifestat. Quod in natura manifestum per se est, id explicari ac doceri non conuenit. Ex eo enim fiunt Medici pueri, crassi, ignari: qui praeiudicium omne in suis libris habent, & de veritate fidem solos consulunt. Haec autem cognitio ex libris manare non debuit, sed ex vsu experientia & oculata informatione. Haec enim veram praxin docet. Ideo in practica hic pacti arenibi molior. Manifestum enim scribendum non est, sed per vsum probandum. Quod si non fiat, de isto Medico bene nihil quicquam aut sperari potest, aut quaeri debet. Prudens igitur Medicus haec praesertim caute & reprehensione digna, de quibus traditum satis est, in quibus rebus virtus ipsa sita sit & ad vsum experientiam oculatam se recipiat. Sine qua artes inconsultae omnes pereunt, & diuinum inferunt opus. Simplicia vero post modum ad vsum, experientiamque translata, longo tempore instando, non post fornacem parcendo, persuadendo, qui nos proprius academiarum est.

Verrusta & Granagrana summa in caduco arcana.

SEQVVNTVR

SEQVVNTVR

FRAGMENTA NONNVLLA MEDICA, ad Tomum quartum operum Theophrasti spectantia.

AD LECTOREM.

ET si sciam equidē Lector, aduersarijs meis hæc mea non admodùm probatū iri, vt quæ erronea & incondita ipsis vniuersa videantur: tamē, quod quærunt, ne dùm quidē inueniēt ac obtinebūt. Hi enim sunt, qui cū cōplicibus suis omnibus manifesto errori implicantur: id quod prolixiùs hīc demōstrare operosius videtur. Si Paramirū nostrū edidero plenè planéq; tradetur de Theoricâ, & cæteris, quæ scire illi expetunt. Quæ etsi quidem non ab omnibus probabuntur, hi tamen, quibus illa probantur, operam suam haud malè locabunt. Quâ enim ratione de nonnullis morbis doceam: id seorsim ex singulis capitulis patet, quantum nimirum ad vsum practicum confert. Basilea me quidem audiuit: sed operam meam, non vt debuit, accepit. Et discipulorum arrogantia profectui ipsorum obfuit. Tabescunt enim & emoriuntur in libris illis Medicis, quos nullo iudicio ac prudentiâ vndecunque conquirunt & colligunt: ex quorum tamen lectitatione quam parùm vtilitatis hauriant, dolendum est, quòd non videant. Et passim multi noui ab ipsis libri prouolant eduntúrque, quorum tamen Auctores, quod scribunt, experientiâ nullâ vnquam probarunt. Id licèt probro non careat: ipsi tamen rem magni non æstimant. Morbos à capite ad calcem describunt. In hunc ordinem cogunt ac congerunt, quoscunque Medicina morbos nouit, siue ij ipsis cogniti sint, seu minùs. Nam ignominiosum putant, quicquam omittere. Et ignorantis rebus eiusmodi plerunque colores illinunt, in quibus corporis ac ipsius vitæ periculum euidens sæpè versatur. Et hæc causa fuit, cur Auctorum istorum libros primùm sedulò euoluens ac sectatus, postea aperto diuortio ab ipsis defecerim & discesserim. Nec solus ego quidem, verùm & plures alij. Fas autē erat, veritatē ex longè aliis principijs ac operibus erui, nec antiqua indiscretè pro Euangelijs acceptari, quæ pro Euangelijs nunquā vendita sunt. Experientia ipsa, rerum magistra & probatrix est. Hanc qui sequitur ac seruat, is multos errores ac mendacia veterū deprehēdit Medicorū. Quanquā ista Neotericis nimis suauiter arrideant. Vtinam verò conscientia recta quemlibet ita moderetur, vt cum sobrio & sincero affectu tùm scripta mea, tùm veterum expendātur & iudicentur. Sed Ludimagistri veteres & Apothecarij ad veram scholam se ægrè reuocari patiuntur, Vale.

Theoph. Basileæ professus est.

Theoph. cur à veterib Medicis discessionē fecerit.

Fragmentum de Hydropisi.

CAP. I.

PRimò sciendum est, hydropisin nihil esse aliud, quàm superfluam humiditatem corporis, vbicunque contentam. Humiditas ea in poris carnis & lacertorum concauitatibus hæret: & tandem poros cutis occupat, postquam cauitates omnes ac lacertos impleuit. Signis aliis nullis proditur, quàm tumore, & relictis à pressione vestigijs, & compressione cordis, &c. Si autē supra cor quid exhibeatur vel non exhibeatur, perindè est. Quod enim infra est: idem etiam supra: & sic econtrà. In cura varietatem id nullam facit. Nec in practica te destineat hepar vel splen, &c. sed ad solam humiditatem respice.

Cura hydrop. qualis.

Porrò in cura hydropisis tria considera: *Cælū, Terram, & Lunam*, hoc est, Astronomiam, Philosophiam, & Microcosmum. Terra est subiectum: cœlum est effectus. Microcosmus est patiens.

Mercurialis cura hydrop.

Ideò amoliendæ aquæ ante omnia operanda; posteà temperandæ Naturæ, eique confortandę incumbe. Vnum enim sine altero mors est. Expulsio instituenda est per Mercurium. Ei enim vis inest solius purgandæ aquæ. Exiccatio facienda est per Elementum ignis. Quibus enim humiditas probè verèque exiccatur, eorum descriptio talis est.

1. *Mercurij præparatio.*
2. *Sulphuris præparatio.*

EXPVLSIO.

MErcurij vis ac qualitas, Medicina ac arcanum tale est quod huius morbi humiditatem ad exquisitum pondus vsque educit. Nec enim id præstat Colocynthis, Hermodact. Turbith, &c. Nec enim in poros ingressum vllum habent in quibus illa excedens humiditas iacet. Nec spiritus alius vllus præter spiritum Mercurij loca ista penetrare potest. Cætera ergò Medicinæ intestina nimium vacuando labefactant, & bonum cum malo tollunt.

IGNIS.

ITaque ignis est, Crocus Martis, Sulphur, &c. quæ ad loca illa, in quibus humiditas conditur, penetrare queunt. Sed sublimari & reuerberari debent. Isto enim modo post separationem trium reliquorum Elementorum ignis fiunt.

Aliud ad Hydropisin.

Diacuminum in Tabulis.
Purgatio cum præcipitato.
Oleum Tapsi.
Emplastrum cum fimo columbino.
Item Regimen cum cibis & potibus.

Aliud de Hydropisi.

De Nomine.

1. De nomine hydropisis quod apud Latinos accepit, laborandum non est: nec de eius Etymologia inuenienda cuique suum cerebrum rumpatur. Et de nominibus ludunt Græci, Hebræi, Latinique pusiones, quorum intellectus ad grauiora non sufficit.

Quid Hydrops sit Declaratio?

2. *Primò, &c. Cùm ergo pluuia, &c.*

3. *In*

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 734 sur 913

3. *In cura, &c.*
4. *Interpretatio.*

Declaratio.

SIcut cœlum ex terra extrudit gramina & folia, quæ ex ſuis pluuiis cœlum profert: ita in ſe quoque pluuiam inuiſibilem habet. Hæc pluuia cauſa fit hydropiſis. Terra eſt corpus Sicut enim pluuia in terra operatur, ſic eodem modo etiam in homine, vt dictum eſt. Itaque omnium primò corpus homini cognoſcendum eſt. Eo cognito, iam, ſemen eius etiam, nouerit, ſciueritque, an id, quod deſuper de cœlo in corpus incidit, nimium ſit vel minimum, & an terra, hoc eſt corpus id omne ad ſe attrahere poſſit, aut an nimis parum illud ſit. Vberior enim pluuiæ copia hydropiſis eſt. Minor autem æquo humiditas, aridura eſt. De hydrope autem hoc capite tractatur. Temperaturæ ergo in homine lex ea eſt, vt cœlum impreſſiones æquales & conuenientes det, quantum ad corporis conſtitutionem requiritur. Ex pluuiarum abundantia, hydropiſis oritur.

Contraria.

QVi nimium potat, & in bibendo luxuriat, is hydropem ſibi aliter non affert, quàm vt ruſticus ſuum pratum nimiâ alluuione offundit, & huic irrigationi imber cœli accedit, quibus vtriſque pratum agérue nimiopere humectatur, & quibus ſuffocatur, Cœlum autem eſt hydrops, non imbibita aqua. Id demonſtrat incrementum morbi. Illa ergo ex cœlo oritur, non ex terra.

Indicia.

Cætera deſunt.

Fragmentum de Aridura.

ARidura incipiens, membrum interdum vnum, interdum plura, nonunquâ omnia inuadit, & totum corpus occupat, ita vt tabeſcat ſanguis, hepar, cor, venæ & cætera omnia: ſola oſſa, & cartilagines ac ligamenta, &c. excipio. Siccantur autem iſta, velut gramé areſcit in campo. Sicut enim videtis, gramen ſua humiditate orbatum, reſiccari & areſcere: ita ſimiliter idem quoque corpori accidit. Corpus verò, quod iuſtam ſuam humiditatem habet; id pingue, ſolidum ac vegetum exiſtit, &c.

Iam verò corpus, quod ſua humiditate eget, de cœlo eſt, non de ſeipſo. De terra quidem eſt ſecundũ corpus: ſed ex illâ tamen non viuit, verùm ex cœlo. Ideò cœlum id humectat. Quod homo edit, id ſui corporis ſemen eſt, quod in homine continenter creſcit. Crementum hoc ab alimento eſt, quod de cœlo datur. Si autem à cœli impreſſione humiditas ſubtrahatur, homo areſcit & exiccatur. Multæ autem ſtellæ ac multæ partes in homine faciunt, vt aridura iam hoc, iam illud membrum, iam vnum, iam plura, iam omnia occupet. Et ſumma hæc eſt. Cuicunque corporis parti iuſto parcior pluuia datur, ea aridurâ affligitur.

Cura.

Cum rebus deſtillatis & ſublimatis, id eſt, cum aquâ argenti.

Declaratio.

Cur Febris hyems facit paroxyſmum.

Item Saturnus facit. Item inæqualis pluuia, frigida & niuoſa pluuiâ dolores nouos cient.

Signa.

Cur Tuſſis, quia ſiccitas, &c.

Cur anhelitus, quia ſiccitas extinguit partes corporis.

Alia ſchedula De Aridurâ.

VIdete verò, vt gramen creſcat? Ita ſimiliter ſerenda aqua eſt, vt incrementum fiat. Aquâ eſt Arcanum ſeu cœlum in Medicinâ. Id verò quod aquam ſeminat, ſemen eſt de Perlis, non Margaritæ. Generat hoc in mammis mulierum lac. Id enim quid aliud eſt, quàm in Maraſmo creſcens pluuia & ros, in quo Sol Microcoſmi lætatur. De huius præparatione ita finiam: reſolue in Elixir, vt ſit fermẽtum. Corpus enim dat reliquum, quo opus eſt. Doſis eſt pro tempore ſeminationis, hoc eſt, Vere & Autumno. Hoc quid aliud eſt, quã Solis ortus & occubitus?

Fragmentum de Morbis tincturæ;

COlores omnes abditi deliteſcunt. Ars verò eſt, quæ eos proferat. Ibi ergo Archeus eſt, qui tincturas facit. Idem has deinceps emittit & effundit, quouſque corpus extenditur aut eius Anatomia pertinet,

Cura.

Eſt ablutio, vt color ab aquâ de panno.

Item ablutio morborum, quæ colorem ſumit, qui fæces ſumunt.

Contraria.

Sicut color fit ex quampluribus. id eſt, atramentum ex duobus, &c. Ita ſpecies, huiuſmodi etiam in corpore ſunt. Quæ ſi coniungantur: ex iis morbi fiunt tales.

Concluſio.

Si tibi mea Theorica non probatur. Saltem placeat mea practica, quæ tibi plus vtilitatis conferet, quàm ſcriptores veteres vniuerſi.

De Colicâ.

SEd ego dico, quòd Colica ſit prima materia generationis ventorũ. Quòd ſi venti fuerint facti, emittuntur cũ ſuâ proprietate. Quòd non tãtũ ſtercus generatur, & vẽtus in eo cõſumitur.

Vtpote de *Tonitu & ventris.*

Vtpote de *pluuia ſine vento.*

Nunc notandũ, quid ſit vẽtorũ generatio?

De Paralyſi, Apoplexiâ.

SEd ego dico, quòd Paralyſis ſit, &c. Paralyſis dicitur Autumnus vel vindemiæ oppilatio.

Nam ſi corpus vindemiare debet, nihil adeſt. In corpore hoc eſt, in Microcoſmicâ vindemia, ſpiritus calcant fructus corporis, & in id ſuum dolium aſſeruant. Dolium eſt corpus liberum. Quod ſi nimis calidum probè non efferueſcat aut deſpumetur, tunc aſſurgit, & operculũ ſurſũ ad cor, pulmones, cerebrũ, &c. iactat ſeu extrudit. Et ſicut doliũ, quod reſeratur, ſe habet: ita homo quoq; Nec enim aërẽ admittere debet. Aër autẽ ingreditur, ſi doliũ ſeipſum rumpat. Hęc diruptio nõ eſt niſi nimius calor factus in corpore, ſi nimirum dolium nimis calidè aſſeruetur, & vincula arctè non conſerta ſint.

De Manià.

De Maniâ.

COelum ergò Amentium numerum promit, qui omnes describi non possunt. Nam & quos sapientes facit, hi stulti sunt. Huius enim mundi sapientia nihil est nisi stultitia. Pro his autem cum sua medicina non excreuerit, ideò de ipsis hîc silebimus. De cæteris autem, qui ad Medicinam pertinent, ita notate. Per res naturales vt franguntur: ita per Medicinas naturales iterum curantur. Quod verò Amentiam pellit, id rationem habet duplicem: vnam ex Astris sanguinis: alteram ex administratione rerum eiusmodi, quæ intellectum excedunt. Quæ ex sanguine, sunt sydera sanguinis, quæ præcellunt. Quæ ex administratione, sunt instar seminis vticæ quod inter brassicam conseritur, aut instar sinapis, quod totum cerebrum mouet. Istiusmodi enim res cerebrum attingunt. Dici solet, hunc vel illum in quodam morbo maniacum esse factum. Et rectè id dicitur. Sic enim coniunctio syderum coincidit. Ita etiam dicunt: hic vel ille id edit. Quod nec ipsum malè dicitur. Sunt enim quædam, quæ cerebrum excedunt: vbi duorum vnum alterum dissoluit. Pariter etiam dicunt, hunc amentem esse ex intentiore meditatione, aut studiis nimiis. Quod non malè ita statuitur. Nec enim cerebrum vltra suas vires agi aut intendi debet. Nimia enim eius intensio, proprietatum ac totum ipsius dissolutio est.

Quod cerebrum dissoluit, id aut in complexione nimis exaltatum est, aut cerebro nimis subtile occurrit, aut corpus est, quod ipsum quoque rationem seu intellectum habet. Quod cõplexionis nimium habet, ex sydere est. Quod nimis subtile existit, id ex proprietate Naturæ est. Quod ex intellectu est, id coniunctionem aliam habet. Quantum ad complexionem attinet: nimius calor, frigusue, aut humiditas, &c. Ignis facit Maniam. velut & cerebrum felis, item Cicutæ, item Galitæ.

Desunt cærera.

Aliud de Maniâ.

RAtioni autem cœlum peculiare est. Quot enim stellæ in cœlo: tot cogitatus & inconstantiæ in homine. Si ergo cœlum in seipso errat, errat etiam homo. Huius erroris modi ac genera varia sunt quæ non omnia enarrari queunt. Varietas enim stellarum varietatem hanc in homine facit. Ita etiam stulti cognoscendi sunt, & multæ maniæ in homine, quæ admodum multiplices ac variæ existunt. De his verò stultis aut Maniacis, quas rationes alias scrutari quæritis? Cogita ac expende, quid homo sit, & ibi, hoc est, in cœlo, quiesce.

Plura in ista pagina non scripsit auctor.

Aliud Fragmentum de Maniâ.

SYdera errantia, memoriæ, prudentiæ, sapientiæ, scientiæ.

Item si vticæ inter sapientiam emergunt, tunc illam eæ vrunt, &c. faciunt calidam causam.

Item, si Nenuphar, frigidam causam facit. Item, si Mars, si Saturnus, &c.

Conclusio Libri.

IAm verò videte experientiam, quid conferat. Ante paucos annos id nondum sciui, quod iam scio. Itaque iam demum scribo, quod scripsisse pridem debueram. Quarum enim rerum probam inueni, de iis tracto tradóque. De cæteris autem mihi nondum comperis, scribere erubesco. Ecquid videor vobis?

7. Huius generis est cicuta, &c. cerebrum felis, &c.

8. Item, nota de Anabaptistis, & de spiritibus profundis, & cæteris stultis spiritualibus

Cura.

IN hisce rebus tenenda est Cura Ossiæ. Item vbi dæmones coniurantur ibi tales nugæ adhibentur. Neque id in intellectu habent, itaq; ita manet. Et de his sumuntur Recepta, non de floribus Violarum, Nenuphar, Rosis, &c. Discenda ea sunt à Monachis & adiuratoribus, &c.

De Vermibus.

VErmes etsi quidem multiplices sint: ipsorum tamen omnium vnicum saltem nomen & vna causa est. Diuersitatem ipsorum parit materia, ex quâ generantur. Hæc autem qualiscunque sit, medicinam saltem vnam requirit, quæ vermibus omnibus generalis est.

Quid?

Si vermes, &c.

Causa.

Vermium causa duplex: putredo, & sperma. Spermatis hæc ratio est. Si sperma, quoddam vermium, &c. corpus ingrediatur, & non digeratur, tunc à calore naturali mutatur in vermes, seu monstrum vermium. Quare? Quia non est in loco suo, id est, in Matrice. Ergo monstrum fit, vt homo generat Gnomos, item Gigantes, &c. Vermiũ causa duplex.

Causa altera est putredo. Putredo autem quæuis vermes producit, si secundùm cœlum ac Lunam se habeat: aliàs minimè. Ita qui Casei in Augusto & Iulio conficiuntur, hi omnes putrescunt. Similes menses alii quoque sunt in anno. Ideo generatio vermium est putrefactio cœlica. Casei in Augusto facti putrescibiles?

Similiter & ex magno calore vermes generantur. Sic in æstate plurima putrescere videtis, ex calore vberiore. Quòd si ergo etiam in corpore Augustus, Iunius, caniculares, &c. dominentur, tum partes corporis putrescent, ex quibus deindè vermes producuntur.

Totius enim Microcosmi & eius partium ea natura est.

DE LOCO.

DE loco verò vbi generentur, sciatis, ibi saltem vermes oriri, vbi putredo esse potest;

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 736 sur 913

teſt; vt in auribus, dentibus, inteſtinis, ſtomacho, matrice: alibi non, niſi curſus cœli mirè exorbitaret.

In dentibus ſunt tales: in auribus tales.

His etiam ſciendum eſt, cœlum putredinem facere motu ſuo, velut in vulneribus, &c.

Sic multa alia etiam ſunt, quæ vermes gignunt, ſi coniungantur: velut mel & panis, putrefaciētes Medicinæ, & pus vulnerum, &c. ſuffocatio & ſtrangulatio, &c. Caſeus è Syluâ Martiâ allatus. Tres hæ quoque cauſæ ſedulò ita cognoſcendæ ſunt.

Mel & panis comeſi vermes quando pariat.

Coniunctio à { *Cibo & humore febrili non vero.* / *Potu & humore dyſenterico non vero.*

Coniunctio à { *Vulnere interno, & cibo lacticiniorum.* / *Vulnere interno & potu incongruo.*

Oppilatio in talibus generationibus ea omnia promouet, quæ aliàs citra damnum abirent. Oppilatio, hoc eſt, priuatio aëris, ea excludit, velut gallina oua. Sic & generationes omnes fiunt ex calore, qui vermes excludit. Gallina enim & fœmina æquo calidiores, fœtus ſanos non proferunt, ſed omnes ad vermes diſpoſitos,

Vlcera ſordida, &c.

Sal de cœlo ſeparatur

℥. *Oleum de ſpicâ, Vulpis.*

℥. *De Cinnamomo.* Ex eo, quod de ſperma te ſunt, vitam accipiunt: ſperma verè Phyſicum eſt, ſed cœlum Matrix, digeſtio.

Aliud de Vermibus.

1. *Luna facit.*
2. *Axis eſt poſita.*
3. *Item putrefactio Lunaris facit omnia.*

4. Item, *Omnis vermis habet ſperma vermium, ſed vnde ſymptomata?*

Fragmentum De Diarrhœâ,

Quem altus citatior vrgeu, &c. is Diarrhœâ laborat,

Cauſa,

Naturæ purgatio quotidiana quomodo.
Quomodo Natura ſeipſam purget.
Quomodo cibi purgent & potus.
Quomodo Medicina purget.
Quomodo Natura machinetur in peius per ſedes, id eſt, corrumpatur.
Quomodo à medicamentis corrumpatur.
Quomodo cœlum ſit cauſa harum rerum.
Illi cum medicinis ſuis ſe habent, ſicut Fortunatus cum ſuo marſupio.

Quæ materia ſit { Lienteriæ, Diarrhœæ, Fluxus } Merdum non, ſed hoc corpus (comedit) ſeipſum. Ergo *ſeipſum in talo merdum diſponit.*

Non inuitus hîc contraria quoque deſcripſiſſem. Sed quòd rem hîc abrumpo & breuiùs trado, cauſa hæc eſt, quia expecto, quid obiecturi mihi aduerſarii ſint. Dico de Aſinis Apothecariis: & de ſeductoribus, ſeu elumbibus Medicis, qui tentare omnia ſuſtinent, vtcunq; cadant.

Cùm ergo hæc adeò ſubtilia ſint, & ex iis facile quid peius fiat, ea diſſimulare hîc volui. Sapientibus & doctis dictum ſatis eſt. Indoctis hoc ſcire non conuenit: quia ea non ad probitatem impendunt.

Caput de Caduco.

SOmno nihil detrahendum eſt &c. hoc eſt, dormi, quando voles, non ſecundum diem aut noctem. Dies nóxque herbis ac gramini conſtitutæ ſunt, non tibi. Tu vigiles &c. quando opus eſt &c.

Si ex ſalare ſalmo fieri poteſt &c. poterit etiam ex ægritudine hominis vnâ produci alia, hoc eſt, ex tremore caducus, ex caduco &c. quæ Philoſophia vnica eſt.

Caduco etiam ſciuri &c. laborant. Quare? Quia nempe eandem naturam participant.

Caducum etiam fœtor ciet, non tamen quiuis: ſed tantùm Sulphur, Mercurius & Sal, hanc vim habent.

Eſt ignis fixus, qui non ardet, niſi ignem habeat. Quamdiu ignis durat, eſt ignis Perſicus.

Fumus de Salepetræ, Sulphure & Mercurio cadere facit, flāmeo ardore cerebrū concutions. Ignis eſt Mars) tamdiù vrens donec tranſeat. Exemplum: vt Eclipſis pertranſit Solem, ita & Mars hunc ignem more Ecliptico.

Locus eius eſt in multis corporis membris, nec vbique cognoſci poteſt: ſcilicet in ſtomacho, ſanguine, venis, hîc, iſtic, illic &c. Si verò ab igne exardeſcit, tum quoquò verſum penetrando, certis meatibus in cerebrum pertingit, & furere facit, Idem ſimiliter etiam in cerebro ipſo incipit,

Eodem etiam modo inſilit tremor cordis, incubus, ſuccubus, iectigatio: licet à generatione horum cerebrum non occupetur: quia ſatis fumorum non habet, ac propter oppilationum exiguitatem in ſuo loco manet.

Generatione inſtante, paroxyſmus oritur. Illa autem vel æqualis eſt, vel inæqualis. Et hæ veræ Aſtronomicæ ſunt ſubtilitates, ad rerum iſtarum cognitionem facientes. Vbi ſolidus Aſtronomus is eſt, qui non conſiderat Hypocriſin tempeſtatis, ſed coniunctiones morborum. Et hâc de causâ Aſtronomus creatus eſt.

Alia Schedula.

Ego miror, quòd tantas rationes oſtendunt auctores de caduco, & non eſt neceſſe. Saltem vide hoc, quòd ſpiritus cerebri in ſpaſmum paroxyſmalem vertitur. Si ſcis curam ſpaſmi cerebri, paratus es in caduco, & in omnibus ſimilibus. Indignum eſt facinus, quòd Auditores veſtros tam turpiter ſeducatis.

S.P.D.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 737 sur 913

S. P. D. Theophraſt.

QVis vſpiam eſt, qui cum veritate aſſerere poſsit, quod experientia apud ſe terminetur? Nemo. Sic verè quoque nemo dixerit, eandem in auctoribus veteribus completam fuiſſe. Aequum ergo eſt, vt quod finem non habet aſsiduè vlterius inquiratur. Eadem etiã Medicinæ ſors eſt, quæ fines ſuos nondũ aſſecuta eſt. Quis enim laudet fundamẽtum illud, cui inſtiterunt hactenus anteceſſores, cum, quod in ipſo ſummum eſt, nõdum comprehenſum aut indicatum ſit? Dico de proprietatibus. Nam quis mihi non credat, hactenus in officinis meras quiſquilias venditas fuiſſe? Si rem ad viuum reſecemus, Hippocrates certè præparator fuit acerrimus & exquiſitiſsimus. Auicenna autem huic aduerſus fuit. Nam quid ipſe tandem cum ſuis præſtat? Et non riſu id quidem dignum ſit, tot Medicos Aſtronomiam præteriſſe, cùm tamen ſine ea Medicina nullius momenti ſit? Taceo hoc, quòd nec climatũ, aut Coſmographiæ, aut Geographiæ diſcrimen vllum tenuerunt: nec tempus præteritum ab inſtanti aut futuro diſtinxerunt. Et quis hæc non admodum neceſſaria arbitretur? Et Theophraſtum terrefaciat Merdicus (Medicus dicere volebam) qui nec ſit Coſmographus, nec Geographus, nec Aſtronomus, nec Philoſophus? Id quidem nunquam fiet. Tum nec cogi poſsit ad laudandos eos, qui columnis Medicinæ carent. Et hi qui quæſo pede ſuo monoculo & claudicante Theophraſtum anteuertent? An vero æquum ac decens ſit, medicinam in ipsa præparatione mortificari? Et peritos imperitis propter fauorem, gratiam ac cognationem poſtponi? Quam verò inconcinnum eſt id Receptum. ℞ Turbith, ſenæ &c. fiat &c. contra podagram, ſi conferas cum hoc: ℔ Auri eſſent. An verò ſtercus, in quo nec elementa, nec arcana, aut virtutes proprietateſue inſunt, ſeparari, & præpollere debeat? Hippocrates acutiſ. præpãrator.

Itaque hæc conſiderata omnia, ſpem mihi faciunt firmam, fore, vt patres, ſenioreſue, qui exſcholis Medici euadere volunt, haud ita ſerio deiiciantur & proculcentur. Nec dubito quin officinarum, & horum remediorum ſeu receptorum vſus ipſis magis quadret, quàm hæc ars adeò ſubtilis. Nec enim vlterius ſuam prouexerunt eruditionem: & quantum eius habent, tantum tuentur. Longè autem fundamento alio opus eſt, quam hoc quod patres illi tuentur. Ipſorum enim ars merè otioſa eſt, quam iam cum tædio deinceps diſcunt. Experientiæ in ea ſatis parũ eſt: nec arrogantia eos exquiſitiora diſcere permittit &c.

CAP. I.

IAm verò præter experientiam ſuam illi nihil quicquam crepant. Cur ergo mihi quoque experientia mea minimè conceſſa & libera ſit? Quid enim Medicina eſt aliud, quàm experientia? Et hæc mihi æquè familiaris, ac ipſis eſt. Et quis experientiæ propriæ alienum certum facere queat? Nemo quidem. Cur ergo ſequaces vos, aut illis, aut mihi ſuper incumbitis? Quilibet ſmò ſuæ arti ac experientiæ innitatur. Rei enim cuiuslibet cognitio per experientiam eſt. Quiuis ergo ſibi operam det: experientia mea mihi prodeſt, non tibi: Quod ſi tibi de experientia mea quid largior, tunc fas eſt, te idem ipſum quoque experiri: & ſic mihi ſimilis fies.

De Matrice.

VEterum ſcriptorum lectio quò facit? Tu verò omnes ſingulatim morbos mulierum curare vis, & lac proferre, menſtruum ciere vel cohibere, fœcundas facere &c. Hoc vnum age, vt reducas in temperaturam, fortitudinem, virtutem, temperamentum, id eſt, ad ſuum eſſe. Quod ſi feceris: quid præterea defuerit? Nihil: Ita omnia præſtò erunt.

Certũ quidẽ eſt, dari reſtrictiones, prouocationes, laxationes &c. Sed quid iſta ad te? Multę etiã ſuperſtitiones gliſcũt. Quorsũ autẽ iſta omnia? Tu idẽ ne facias. Vnus Deus, vna Medicina.

Quis omnia neceſſaria ſpeculari queat, ſi pũctatim rem agamus. Non ita, non ϑ, ſed ℔. Hoc eſt, vnam viam inquire, non plures ambages.

Reliqua deficiunt.

PRÆFATIO.

Doctoris Theophraſti ſuper morbos podagricos & his cognatos alios.

MVltis meis per Europæ fines peregrinationibus didici ac cognoui, hoc noſtro ſeculo podagram multo familiariorem factam eſſe, quam ab exordio mundi fuit. Id enim ex ipſis libris coniicitur, qui de podagra parùm admodùm tradunt. Tum & podagram infrequentem fuiſſe, id teſtatur, quod veteres de ea curanda non admodùm laborarint. Hoc enim fieri ſubinde ſolet, vt vſitatioribus & frequentioribus morbis plura & paratiora remedia inueniantur, quam non frequentibus, ſed raris. Tandem etiam præſentes podagræ, ſi ad veteres conferantur, non ſecus ſe habent, ac nigrum ad album. Hodiernæ enim podagræ adeò difficiles, contumaces & rebelles exiſtunt, vt ad has collatæ veteres quaſi ludus ſint, quæ tardius affixerunt, grauius nõ lancinarunt, citò deſierunt, & leuibus remediis facilè domitæ ſunt. Hæc iam ad ſummum gradum omnia conſcenderunt, nec vel in priſtino loco vel modo manſerunt, ſed membra hodie etiam ea inuaſerunt, quæ prioribus ætatibus ijs minimè ſubiiciebantur.

Ac ob id neceſſarium etiam eſt, eaſdem à modernis Medicis longè accuratiùs conſiderari, quàm à Medicis antiquis factitatum eſt. Nam & alias nobis conſtat, quòd morbi omnes ſenſim incipiant, & cum tempore ſubindè magis magiſq; inualeſcant ac augeatur. Sicut enim ex ſemine vno integer hortus conſeminatur: ſic etiam per propagationem humanam dolores quoque ſubinde magis inualeſcunt ac augentur. Et veluti arbor creſcens primo contractior, poſt ramis ſubindè latioribus & numeroſioribus diffunditur & expanditur: ita podagrã quoque in corpore extenditur, ſuis ramis ſubindè ſeſe magis dilatans, ac radices profundiùs agens. Seipſam enim ſeminando iugiter excreſcit, ac ſubindè latius diducitur. Subticere autem hic non poſſum meam antiquam de podagra ſententiam, de qua vetus Theoph. qua occaſione a Medicis veteribus dẽ fecerit.

erum ſcriptis ac traditionibus adeò præfractè aſtipulatus ſum, vt verba ipſorum omnia mihi pro Euangelio

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 738 sur 913

fuerint, quibus meliora vſpiam inueniri poſſe, perſuaderi nunquam poteram. Sed imprudens tum non attendebam, hanc omnem ſententiam ſuper arenam conditam eſſe. Poſtquam verò diligentiùs illorum ſcripta euoluiſſem, temporis proceſſu didici, in illis nullum remedium tradi, quod curando huic morbo ſatis ſit. Itaque à placitis illorum deſciui, & animum ad experientiam certiorem appuli. Vbi eò prouectus ſum cognitionis, vt iam ſcirem, gradus medicinarum omnino podagram ſanare, non recepta Medicorum reliquorum. Graduum ergo per Alchimiam inueniendorum mihi tam neceſſitas incumbebat. Iſta vero doceba t, me remouere & ſeparare ea, quæ gradum obtunderent, & veluti vinctum tenerent. Ibi ergo ſimile ex ſimili ſubindè eliciebatur, ac ipſa experientia docebat, non frigiditate, non calore, non humiditate, non ſiccitate podagram ſanari ſed arcano virtutis. Hoc autem arcanum ac ipſius virtutes docet ipſa Magica, quæ in lumine naturæ doctrix eſt. Per hanc diſcebam ac cognoſcebam vbinam virtutes laterent, & qui purum ab impuro ſeparari debet. Hoc inuento, iam vltrò veterum libris ac nugis valedicebam, quorum ſapientia omnis ex Academiis dimanaret.

* Magica inuentrix curæ & cauſarum.

Quod autem hîc indico, de ſola inuentione Medicinæ intelligi debet. Inſuper autem & cauſæ perueſtigatio ex Magica ſimiliter mihi innotuit, hâc tamen ratione, vt aſtra & 4. cætera Elementa cognoſcerentur, non autem complexiones. Nam vt in ſummam vnam res omnis contrahatur, ex ſolis externis eſſentiis podagra oritur. Ab externis enim in ſubiecta ſua illa deſcendit. Illa enim in ſubiecta ſua ſeſe ſeminauit & congeruit, vt iam deinceps hæreditaria ſeipſam propaget: ſicut clariùs in ſuis capitulis definietur.

Hæc dum paſſim inquirerem & ſeriò perueſtigarem, experientiâ prouehente, eò cognitionis deueni, vt, ſi hoc fundamentum meum ægri ſimul & Medici accipiant, vtrique latum exitum ſenſuri ſint. Sed lubet mihi porrò aliquid de ſtatu meo ac ſorte priſtina recenſere. Quotieſcunque curam podagræ aggrederer, & magnum ægrorum numerum paratum haberem: factum eſt, vt multoties ab imperitis Apothecariis deceptus, ſperatam in medicinis operationem experiri minimè potuerim. Præterquam enim quòd haud obſcurè Quid pro Quo ſubindè permiſcerent, ipſa inſuper remedia ſeu medicamina tam ſpurcè ac nequiter confecerunt, vt, niſi Deus ſingulariter malum auertiſſet, iis ægri citra læſionem vti minimè potuiſſent. Taceo, quòd cum addito Encomio pretium remediorum vſque adeò impudenter auxerint, vt res ea modo omni careret. Itaque deſertionem ab ipſis feci. Hoc pacto, vltro ad me deindè venerunt Empirici, Chirurgi, Tonſores, Alchimiſtæ, &c. humanitatis & obſeruantiæ officia omnia certatim mihi adeò ſtudioſè deferentes, vt viderentur non ſaltem pro omnium doctiſſimo mecolere, ſed & gaudium ſuo accurſu mihi non leue mouerent. Illorum tamen nemo, ne quidem ex omnibus probiſſimus, vltra tres menſes probus manſit: ſed malitiæ virus iam à primo illico initio vniuerſi imbiberant, hoc technis ſuis quærentes, vt per dolum ex me artem diſcerent, & ea perceptæ præceptorem ſuum ingrati exigerent aut expellerent. Nam iam dum patientibus meis perſuaſerant, ſe partem mercedis vnam accipere velle, cùm mihi partes penderentur triplices, & tamen me non tardiùs curam omnem complere velle. Cui rei patientes etiam haud pauci, nullius æquitatis aut honeſtatis reſpectu habito, facilè aſſenſi ſunt. Poſt hos deinceps etiam nonnullos Doctores in diſciplinam meam cooptaui. Sed quanto lucidius rubrum nigro eſt: tanto hi illis peiores exſtiterunt, antè blandientes, ponè mordentes. Itaque vt in ſummam rem conferam, collegam nullum vnquam nactus ſum, qui non me ſimul cum ipſis ægris ſeduxerit. Sed nimis maturè omnes ii euolarunt, cùm virtus nondum inuenta eſſet: adeóque vſque ad finem malitiam ſuam cohibere non potuerunt. Perfectionis ergo nihil adepti ſunt, ſed hoc tantum, vt fucum facere hominibus queant.

Vniuerſos autem qui inter diſcipulos meos ſuum nomen profitentur, ſedulò adhortor, ne ipſos pro perfectis habeant. Nec enim ad diſciplinæ finem pertigerunt.

Vt verò ipſius artis verum principium ac finis cognoſcatur, librum hunc mihi conſcribendum propoſui, in teſtimonium meiipſius, ceu Medici genuini, & aliorum, ceu fucatorum & impoſtorum. De podagræ autem cùm cauſis, tùm curâ tractare inſtitui, diſcurſu perfecto & accurato, vt ex hoc cuilibet ſcriptorum veterum inſcitia pateret. Nam quicquid de podagrâ Academiæ profitentur, docéntue ac declamitant, id fundamento omni caret, ac ad ſolius pecuniæ emunctionem directum ac comparatum eſt.

Virtus quid.

Iuſto autem mihi in omnibus meis ſcriptis dolori eſt, quòd ex omnibus tam Germaniæ, quàm Italiæ Academiis, nullus hactenus vel Medicus vel pharmacopæus prodierit, qui, quid Virtus ſit, compertum in minimo habeat, cùm tamen in Hyppocrate de eius principio legerint. Ignorationis huius hæc cauſa eſt, quòd nempè purum & impurum non intelligant: quid ergò de fundamento cætero cognoſcant? Multò ergo commodiùs ac honeſtiùs Dauentriæ ſcholam (vt vocant) particularem introduxiſſent, quàm pro facultate Medicâ Academiam fundaſſent. Sed tamen vtcunque iſta ſe habeant, tandem tamen aliquid prodibit ac emerget, cùm ſemen ſemel iactum ſit iis, qui laborem meum ſingulari ægrorum commodo impendent. Deinceps ergo iam ſequitur libri huius tractatio, ſuis partibus ac capitulis diſtincta. Tractatus autem bini ſunt: vnus de Cauſis: alter de Cura. Tractatus autem primi capitula ea erunt, quæ iam tradentur. Sic & capitula tractatûs ſecundi.

TRACTATVS I.

Reliqua deſiderantur. Sola enim præfatio hæc inter alia fragmenta reperiebatur.

CVRA.

IN ſuperioribus libris ac capitulis comprehenſum eſt, debere Medicinam conſiderati ſecundum doctrinam ſex profeſſionum, Chiromantiæ, Geomantiæ, Pyromantiæ, Anatomiæ, &c.

Iſtæ

Istæ enim receptorum compositionem docent, non nos.

Cùm ergo senis illis opus sit cognitis: ad præscriptum illorum deinceps mea Recepta omninò informabo, ac Medicorum cæterorum medicamenta similiter ad normam ipsorum expendam ac probabo.

Sequitur dispositio Librorum de Podagrâ.

LIBRE PRIMVS, *de communi omnium origine.*

Tractat prologum. *Personam Morbi.*
Originem artium. *Limbum.*
Mechanicum.

LIBER SECVNDVS, *tractat Notitiam componendi Recepta, & morbi naturam per Anatomiam, Chiromantiam, Phisionomiam.*

Prologus. *Origo Morborum.* *Morbi declaratio.*
Mechanicus. *Limbus.*

I. Illæ artes docent omnium morborum originem, ortum & processum dicunt, & sunt contenta libri primi scilicet.
1. *Prologus, in quo tractat errores, & proprietatem extrinsecam.*
2. *Origo, in qua tractat causas morbi ex vna origine.*
3. *De Limbo, vbi tractat quomodo res vna.*
4. *Mechanica, vbi tractat, quomodo morbi fabricentur.*
5. *Morborum signa, vbi morbi prima notitia declaratur.*

II. Illæ artes docent morbũ cognoscere, cuius generis, & eiusdem generis debent F. Recepta & vnius concordationis.
1. *Prologus.*
2. *Physionomia.*
3 *Anatomia.*
4. *Chiromantia.*
5. *Conclusio.*

III. Illæ docent naturas & mutationes, & ad inuicem regressum & egressum, curam & non curanda
1. *Prologus.*
2. *Pyromantia.*
3. *Geomantia.*
4. *Hydromantia.*
5. *Necromantia.*
6. *Conclusio.*

IV. Cura
1. *Masculi.*
Ergo omnis Anatomia, Astronomia, Hydromantia, Pyromantia, Chiromantia, Geomantia, Physionomia, Necromantia, res duplices in Mundo. id est, *Duplex est*
Anatomia.
Pyromantia.
Chiromantia.
Physionomia.
2. *Fœmellæ.*

Alia Dispositio.

Prologus. *Cur ego ex tanta audacia ausus sum scribere.*
Libri Argumentum. *Narratio.*
Diuersitas id est, *Inuentricis & ipsius morbi.* *Gustus* *Auditus* *Loquelæ* *Tactus*
vbi cuilibet suus peculiaris Gradus & Anatomia est.
Anatomia vini.
Anatomia morbi, quando floreat, ex dimidio, integrè, fœcundè & steriliter, id est,
Accessus, Hora, Dies, Minuta,
Concordantia Planetaria syderum.
De Passionibus Astrorum.
De corpore solari.
Consummatio.

1. Ad Lectorem. 2. Enarratio. 3. Limbus. 4. Mechanicus. 5. Anatomia. 6. Physionomia. 7. Chiromantia.

Apparatus, id est mores.

Elementorum 4. Astrorum nomina appropriata:
1. Pyromantia (tempus.) — Astrologus. Astronomus. Mathematicus.
2. Geomantia. — Philosophus. Naturalis. Rationalis.
3. Hydromantia. — Illæ sunt extinctæ, & primæ in locum positæ.
4. Necromantia.

Hæc omnia procedunt ex natura rei dominantis.

Apparatus, Mores, Tempus, id est, quo tempore.

Et sic quiuis morbus habet suum apparatum, mores, tempus & mutationem & essentiam: natnatura est essentia.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 740 sur 913

Liber materiæ. 1. Prologus. 2. Enarratio ſcilicet paroxiſmi. 3. Pyromantia. 4. Geomantia. 5. Hydromantia. 6. Necromantia. 7. Proceſſus. 8. Apparatus. 9 Signa.
(Anatomia vini, bonorum ciborum.)

Corpora 1. Anatomia 2. Materia 3.
Cauſa 4. Signa 5. Cura 6.

Vinum. Luxus. Cibus. Otium.

Aſtronom. partes. { Prologus. Pyromantia. Geomantia. Hydromantia. Necromantia.

Item, quælibet medicina ſola per ſe gradus omnes habet, ibi, quare non alibi per pluralitatem: quia ſicut vnus morbus in vno corpore gradatus, ita gradus Medicinæ, in vno ſimplici.

Terræ partes. Quomodo 4. Elementa producant quatuor corpora: & quomodo 4. corpora iſta generata producant quadruplicia, forma ſcilicet { 1. Metallina. 2. Herbacea. 3. Niuea. 4. Flata.

Minutio prodeſt Acutis & Chronicis, præter exceptionem de Fractis.

Item vnum corpus mutare in aliud, eſt terrea mutatio.

Tot genera inciduntur, nonnulla hac via:
- Minutio.
- Purgatio.
- Mumia.
- Narcotica { Frigida / Calida — Coagulata. Reſoluta.
- Stupefactiua — Cicatrizantia. Corrodentia.
- Rectificantia — Digeſtionis, hoc ſummum. (ibi principium, Regimen.)
- Confortantia extra naturam.
- Cibi coituſque cohertio.

Fragmentum de Caduco.

* Magis ipſius paſſio, quàm omnium Elementorum paſſio. Quare id? Cur homini ipſi taliter? Ideò, quia, niſi gratia diuina rationem noſtram tueatur, nihil proderit, quicquid agamus aut adhibeamus. Auxilio diuino ſubtracto, toti tremimus & trepidamus, ac conatus noſter omnis fortuitus eſt, ratione, viſu, & auditu carens. Itaque in miſeriam noſtram inſpiciendo, nullo faſtu turgere homines, ſed veluti percuſſi, humilitatem cordis noſtri etiam in ſtatu ſanitatis exercere, ac miſericordiâ mutuam erga alios affectu ſyncero declarare debemus. Cùm ergo in hiſce proximi noſtri ſubleuatio poſita ſit: officii medici ratio in duobus conſiſtere videtur, nempè in pauperum auxilio, & in diligentiâ. Nec enim Medicus pauperi quicquam conferre poteſt aliud, quàm auxilium, idque per officium charitatis. Cognoſcendi autem ac diſcendi auxilii doctrinæ viæque plures ſunt. Hanc alij ſpeculando & ſomniando captant: alij exempla inducendo quærunt: alij naturam indagando venantur: alij modis aliis inquirunt; ſed hi omnes perperam. Fundamentalis ratio cognoſcendi auxilij extra iſta omnia poſita eſt. Fruſtra ergo in illis deſudant Medicinæ ſtudioſi. Et cogitent omnes quàm inani euentu hanc metam terere pergant, & quàm paucis ſtudium eorum tale emolumento ſit. Quin id potius conſideratis, quòd auxilij complexio à nullo ſciri aut perueſtigari queat. In hoc vno cardo omnis verſatur: Videtis nimirum, quòd Deus ferrum condiderit propter ædes, non ædes propter ferrum: ſed vt per hoc lapides & ligna fabricentur. Quis autem indagabit, quid ſit in ferro illud, quod ſcindat? Nemo. Quis cauſam expediet, cur ferrum ſcindat, non ſcindat itidem Marmor? Nemo arbitror. Sic nemo viciſſim cognouerit, cur Medicina hoc vel illud præſtet, in hoc illóue morbo? Quis cauſam reddet, cur ſecuris ſcindat ligna, non etiam lapides? Nemo. Ita ſimiliter iſtæ quoque operationes in natura abſconditæ latent. Et cum de Medicinâ dicendum ſit, ſcire vos velim, in ea fundamentum aliud non dari, quàm experientiam ipſam, per quam faber ac tignarius nouit, quod vis ea è ferro egrediatur, & ferrum cum ligno conueniat. Quæ enim ferri & ligni conuenientia eſt; eadem eſt etiam vnitas Medicinæ & morbi.

Porrò autem (licèt profundior hîc Theorica nulla requiratur) de caducis hoc ſciendum eſt, quòd naturalibus metis Deus omnia includat, & ſecundùm curſum naturalem vniuerſa diſponat. Interim tamen aſſerere nemo queat, morbum iſtum naturalem exiſtere, aut ex causâ naturali emerſiſſe. Nihilominus tamen, dum naturaliter incidit & exhibetur, naturali remedio ipſi obuiandum eſt. Quia enim Deus non vno modo, ſed variis viis morbos infligit: ideò variæ etiam medicinæ viæ ſunt: quæ ob id modis multis proponitur: non quidem, quòd Theoricam vnam omnium condamus, & ſuper vnâ chordâ (quod aiunt) de cauſis, origine, &c. morborum diſquiramus: ſed quòd conſideremus, viam eandem etiam in medicinâ omnino exiſtere. Defectus.

Aliud

Aliud Fragmentum de Caduco.

SIc cum simili omninò fragore hic quoque morbus insultat, non secus ac tonitru, fulgur &c. instar terræmotus, qui omnia loco illi vicina prosternit: aut instar Lorindi, qui suæ aquæ mutationem exclamat; aut velut Manna, quæ sui aëris &c. Sic ergo cùm homo similis mundo sit, nec isto minor, omnem ipsius ideam seruat: ideò similem quoque Lorindum, aut terræmotum, ac fulgur, chaósque sustinere cogitur. Nam in hoc causa hæret: quòd, sicut homo minor mundus est, ita mundi omnia etiam in se is contineat. Hinc tot in homine partes sunt: ex quo etiam causa obsessorum hominum depromitur. Diabolus enim in mundo habitat: vnde etiam habitat in homine. Et sicut intus in homine vermes sunt & nascuntur varii multiplicésque: ita foris etiam in mundo: ac vtrobique eadem diuisionis ratio & natura est.

Cùm ergo, quicquid extra hominem est, idem intus quoque in homine sit, & quod in homine, idem etiam extra hominem: sciendum est, quatuor prædicta, tonitru &c. pro parte ignis: terræmotum pro parte terræ: Lorindum pro parte aquæ: thronum pro parte aëris numerari: & tamen omnes caducus vnus sunt, & secundum huius species diuiduntur. De hâc diuisione seu diuersitate mihi disquirere liberet. Sed sæpiùs adhortatus sum Medicos, vt Philosophos ac Astronomos agant, non nugatores aut somniatores præstent, vt scilicet de morbis cognitionem certiorem haurire possint. Quicquid enim vnquam de hoc morbo illi prodiderunt, mendacium merum est. Quàm graue autem putatis, mendacium in medicinâ struere de morbo aliquo, per quod ægri illi seducantur & eludantur? Id autem hactenus non rarò factitatum est. Oculos aperite tandem, & discite, cognitionem Medicinæ non vsque adeò esse facilem, vt vobis persuadetis ipsimet. Interim putidæ nugæ illæ sunt, quæ de humoribus ebuccinatis, quæ nihil, nisi seductionem & neglectum tum ægrorum, tum morborum inuehunt.

Finis Tomi Quarti.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 742 sur 913

NOBILISSIMI, CLARISSIMI
ac probatißimi Philoſophi & Medici,

D. AVREOLI PHILIPPI

THEOPHRASTI

BOMBAST, AB HOHENHEIM,
DICTI PARACELSI.

Operum Medico-Chimicorum

SIVE

PARADOXORVM

Tomus Genuinus Quintus.

Agens de Libris ad Medicinam Phyſicam ſpectantibus.

Recenter Latinè factus, & in vſum Aſſeclarum Nouæ
& Veteris Philoſophiæ foràs datus.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 744 sur 913

THEOPHRASTVS BOMBAST
EX HOHENHEIM EREMITA,
vtriusque Medicinæ Doctor, ac Professor
Medicæ artis Studiosis S. P.

Vum sola omnium disciplinarum Medicina, tanquam diuinum quoddam munus, tum sacrorum tum prophanorum scriptorum suffragio necessitatis titulo laudetur, atque pauciſsimi doctorum eam fæliciter hodie tractent, visum erat, illam ad pristinam suæ auctoritatis laudem reuocare, & quam quidam à fæce barbarorum, nos ab erroribus grauiſsimis purgabimus. Non veterum addicti præceptis, sed iis duntaxat, quæ partim indicatione rei naturæ, partim nostro Marte inuenimus, & longo rerum vsu atque experientiâ comprobauimus. Quis enim nescit plurimos doctorum hâc tempestate vel summo ægrorum discrimine, fœdiſsimè lapsos? quum nimis anxiè Hippocratis, Galeni & Auicennæ, aliorúmque dictis adhæserint, perinde ac ex tripode Apollinis, hæc veluti oracula, manauerint, à quibus ne digitum latum discedere liceret. His enim auctoribus splendidiſsimi quidem doctores, si dis placet, non autem medici nascuntur. Non titulus, non eloquentia, non linguarum peritia, nec multorum librorum lectio (& si hæc non parum exornent) in medico desideranda, sed summa rerum ac mysteriorum cognitio, quæ vna facilè aliorum omnium vices agit. Rhetoris quidem est disertè posse loqui ac persuadere, atque iudicem in suam sententiam trahere: Medici autem affectuum genera, causſas ac συμπτώματα nouisſe, & iis insuper sagacitate & industriâ pharmaca applicare, atque pro cuiuslibet ingenio ac ratione vel cunctis mederi. Cæterùm vt paucis modum docendi depingam Imprimis igitur quod ad me attinet, ego amplo dominorum Basilienſium stipendio inuitatus, duabus quotidie horis tùm actiuæ tum inspectiuæ Medicinæ, & Physices & Chirurgiæ libros, quorum & ipse auctor, summâ diligentiâ, magnoque auditorum fructu, publicè interpretor: illos tamen non aliorum more; ex Hippocrate, aut Galeno, aut quibuslibet, emendicatus, sed quos summa rerum doctrinæ experientiâ, atque labore assequutus sum. Proinde si quid probaturus, experimenta ac ratio, auctorum loco mihi suffragantur.

Quare optimi lectores, si quem huius Apollineæ artis mysteria oblectant, amor desideriúmque tenent, cupitque breui admodum temporis spacio, quicquid huius disciplinæ est, perdiscere, ad nos è vestigio BASILEAM *se conferat, & longè alia atque maiora, quàm paucis describere possim comperiet. Sed vt nostrum institutum clariùs studioſis innotescat non piget exempli loco subiicere, nos in complexionum ac humorum ratione, veteres nequaquam imitari, qui sanè omnes ægritudines illis falsò acceptas ferunt. Vnde nullis aut certè pauciſsimis doctorum, hodie morbos; causſas, ac decretorios dies exactè nouisſe contingit. Postremò hæc veluti per transennam demonstrata sufficiant, Vobisque tamen de his non nisi audito prius* THEOPHRASTO, *temerè iudicandum permitto. Valete, & hunc nostrum instaurandi medicinam conatum, boni consulite. Datæ Basileæ Nonis Iunij, anno 1527.*

PHILIPPVS

PHILIPPVS
THEOPHRASTVS
BOMBAST
HOHENHEIMENSIS:

SVEVORVM
ex Panegyris Nobilium
ARPINAS:

Confœderatorum Eremi
EREMITA.

PHILOSOPHVS
PARADOXVS

MYSTERIARCHA:
ARTIVM MAGISTER:
MEDICINARVM PROFESSOR:

Muſarum Mechanicarum
TRISMEGISTVS
GERMANVS.

ELENCHVS OMNIVM
LIBRORVM IN QVINTO TOMO OPERVM THEOPHRASTÆORVM COMPREHENSORVM.

I.

Libri tres de morbis metallicis, seu mineralibus & aliis cognatis. I.

II. Figuræ Theoricæ vniuersalium morborum.

1 De Bolo
2 De Podagra
3 De Conuersis
4 De Contractura
5 De Epilentia
6 De Hydrope
7 De Tetano spasmoque
8 De Vermibus, fluxibus, apostematibus, vlceribus, &c.
9 De Febribus.

III. Consilia quædam vtilia ægrotis nonnullis à Theophrasto communicata.

IV. Explicatio 1. sect. aphoris. Hippocratis, nec non 6. primorum secundæ, & 9. posteriorum quartæ sectionis.

V. De Phlebotomia & scarificatione tractatus aliquot.

VI. De Vrinarum ac pulsuum iudiciis libellus.
Item de Physiognomia, quantum medico opus est. Ibid.

VII. In librum de Vrinarum ac pulsuum iudiciis, & de Physiognomia, scholia.

VIII. De modo pharmacandi.

IX. Fragmenta de modo pharmacandi.

X. De Anatomia oculorum.

DE MORBIS

DE MORBIS METALLICIS,

SEV MINERALIBVS, ET ALIIS HIS COGNATIS:

LIBRI TRES.

Summi Philosophi & Medici, Philippi Theophrasti Hohenheimÿ.

LIBER I. continet Tractatus IV.

TRACTATVS PRIMI CAP. I.

Asthmatis & luis metallicæ vna Theoria.

MORBOS Metallicos descripturis, ante omnia opus est, vt ex parte aliqua explicetur vetus & à longo tempore iam notus morbus pulmonis, Asthma dictus, quænam illius generatio sit? Ex eâdem enim Theoriâ cognoscetur etiam origo luis metallicæ. Qui duo morbi re alia non differunt, nisi Elemento & loco: cæteroquin processu vno eodémque fiunt. Iam verò Asthma morbus est pulmonum, & partium similium eidem infectioni obnoxiarum. Talis etiam est lues metallica. Pro hac ergo intentione in primi libri tractatu primo sequitur descriptio Asthmatis, qua ex causa oriatur, quæ breuibus comprehenditur, quantùm ad rem necessariò requiritur. Postea in tractatu secundo proponitur generatio morbi metallici. Cognitionem hanc excipit tractatus tertius de naturâ & essentia externi & interni corporis simul, quî scilicet iste morbus producatur. Tandem tractatu quarto traditur de cura luis metallicæ, de qua necessariæ partes omnes enumerantur.

Asthma quid?

Asthmati & lui metallicæ qui obnoxij?

Est autem Morbus seu lues mineralis aut metallica, quam incurrunt metallarij, fusores, fossoréque, & qui quocunque modo circa metalla occupantur vel lauanda, vel excoquenda, vt sunt argentum, aurum, salia, alumen, sulphur, vitriolum, plumbum, cuprum, ferrum, argentum viuum. Quicunque enim in hisce metallis quid laborant, illi corripiuntur Asthmate, tabe corporis, vomicâ stomachi, & vocantur æroſi, seu lue minerali infecti. De hisce morbis nihil quicquâ à veteribus traditum legitur. Vnde nec ipsorum cura ad hodiernum vsque diem scita est. Cùm verò morborum horum generationis homo inuentor esse queat, si lumine naturæ fretus considerationem ipsorum paulò profundiùs ruminet: nostrarum partium erit, his quatuor sequentibus tractatibus causam ac originem illorum rimari. Quo verò nomine morbus hic verè appellari debeat, id ab aliis prioribus ex fundamento naturæ nondum quidem declaratum est ac traditum. Et licèt prætendant quidem, quòd, quid & qualis iste morbus sit, rationibus non obscuris probari possit: istæ tamen rationes vniuersæ ad veram Philosophiam collatæ ridiculæ admodum deprehenduntur. Itaque scire debetis, quòd origo ac generatio illius ita se habeat, ceu tradetur. Generatio enim luis metallicæ testatur de errore à veteribus in Asthmatis cognitione admisso.

CAP. II.

De Generatione & ortu Asthmatis.

PRopositum autem morbum ita cognoscetis, si expenderitis, quòd aër id corpus sit, ex quo pulmo labem suam contrahat. Extra corporeum enim aërem pulmo re & malo alio nullo contaminatur. Ponamus exemplum. Si quis potet, & à potu pulmoni noxa inferatur: iã noxa ea nõ ab ipso potu est, sed ab aëre in potu illo contento. Is enim à pulmone attrahitur, & ibi consumitur seu excoquitur. Vnumquodlibet enim Elementum proprium suum in corpore stomachum habet; & in stomacho isto vernaculum Elementum consumi debet. Istâ ratione pulmo consumit aërem. Et veluti ventriculus cibum suum digerit, partim in corporis nutrimentum illum vertens, partim reliquias ex corpore exturbans: sic idem etiam de aëre iudicandum est, cuius pars vna digeritur ac consumitur, altera excernitur specie excrementi. Aëris enim & cibi eadem ratio, idem iudicium est. Velut ergo morbi à cibis infligi queunt: ita non minùs etiam ab aëre. Longiùs ergo re adducta opus non est, nisi vt *Chaos* probè ac accuratè declaretur, quod Elementum solùm hîc considerandum est, hoc modo. Notum ac exploratum vniuersis est, quòd intra cœlum ac terram *Chaos* intercedat, quod morbos vniuersos pulmonem

Pulmo à solo aëre contaminatur.

Elementi cuilibet suus peculiaris stomachus.

Chaos quid. Aër solus morbos pulmoni infligit.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 748 sur 913

monem attinentes producit, vt eius febrem, apostema, phthisin, infarctum, tussim, anhelitum, cum speciebus similibus cæteris, Ex Chao enim isto pulmonem hominis nutriri opus est. Iam verò chaos gubernatur à virtute stellarum Illi ergo prout astra dominantur: ita ipsum dispositum est. Et prout disponitur chaos: ita vim illam pulmoni imprimit.

Astra astris regitur.

Aëris varię differentię sunt.

Et hoc iam illud fundamentum est, ex quo Medicus pulmonis morbos cognoscere debet: nempe quòd illi à vi astrorum inuehantur, sicut morbus alius infligitur à cibo. Quæ enim hominem infirment, in chao species pauciores non sunt, quàm numerantur in cibis: nec minùs ipsius quoque excrementa vel bona vel mala sunt, quàm ciborum ipsorum met. Et sicut inquinari aut adulterari cibi possunt: ita æque etiã chaos contaminari potest. Cùm ergo exẽplo proposito doceatur, quòd chaos, intra cœlum terrámque consistens, pulmoni non minùs cibus sit, quàm fructus terræ cibus sunt stomacho, quâ de causa etiam similes omnino fructus supra terram proferuntur iis, qui intra hanc & cœlum habitant: iam intelligendum est, tale quoque chaos in terra existere, quod pulmonem illorum nutriat, qui in montanis aut fodinis habitant. Et sicut, qui supra terrã degunt, ex suo chao asthmatici redduntur: sic pariter asthmatici quoq; fiũt, qui in mõtib. terreno chao subiiciuntur. Diuersitas ergo appellationum à diuersis elementis est: vt asthmatici morbi dicantur, quibus supra terram agentes afficiuntur: & Metallici, quibus infra terram degentes affliguntur. Propter hanc diuersitatem iure merito duplices quoque libri condendi videntur. Cœlum enim superius cum suis astris coquit aërem, quæ inter ipsum & terram medius interiacet. Eodem modo mineralia quoque terræ, sunt cœlum & astra, quæ suum chaos gubernant non leuiùs, quàm suum chaos regit cœlum externum. Ac quâ ratione videtis Arsenicũ hominẽ interimere: eadem omnino stellæ etiam aliquæ eundem occidunt, per introductionem chai. De his autem stellis pluribus differendum est, quo scilicet pacto morbos pulmoni imprimant, quantum quidem aëri suum stomachum inficere possibile est.

Chaos pulmonis cibus.

Morbi Asthmatici & metallici vt differant.

Arsenicũ hominẽ interimit.

CAP. III.

VTverò asthmatis fundamentum ac rationem omnium breuissimè intelligatis, scitote, cœlum esse Elementum Ignis, ac ipsius elementarem motum chaos id, quod hîc tradimus, proferre. Velut enim aqua ab igne efferuescit: ita chaos est id, quod ab elemento cœli excoquitur. Et sicut caro ebulliens vim suam in aquam deponit: ita astra, instar carnis, vim suam in chaos effundunt. Porrò, sicut iusculum illud carnis, homini alimento est: sic chaos quoque, quo de sermo est, alimento est homini. Ac veluti iusculum in stomacho digeritur, per fauces proprias illapsum: ita chaos etiam in pulmone digeritur, per guttur propriũ illapsum. Et sicut res in aquam iniectæ, proprietate suâ homini vel sanitatem vel ægritudinem conferunt: ita stellæ quoque, quæ in chaos imponuntur, instar iusculi vel sanos vel ægros homines reddunt. Hoc enim est iusculum, in quo

Cœlum chaos mutat.

Chai natura vnde

pestis præparatur, quæ per arteriam asperam ingreditur, & hinc porrò ad suam anatomiam pertendit, sicut auis prouolat ad suum nidum. Et nisi à mundi illicò principio DEVS hominẽ conseruari, & liberos, post se relinquere voluisset: ecquis quæso saluus ac viuus mansisset? Ita de Asthmate quoque renendum est, quòd à vi astrorum producatur, per ebullitionem proprietatis ipsorum, quæ tribus modis pulmoni adhæret: primo instar Mercurii, & fumi sublimati, qui se coagulat? deindè instar spiritus salis, qui ex resolutione in coagulationem abit: & tertiò, instar sulphuris, quod per reuerberationem in parietes seu latera illiditur ac impingit. Idemque hic accidit, quod in dolio nouo puróque, omni corporea & tangibili congelatione carente, dum vindemiæ tempore impletur. Hoc enim, si elapso anno iterum depleatur, & vinum emittatur: tunc in ipso tres hæ species, Mercurius, Sulphur, & Sal, quæ Tartarum sunt, omnino adhæresscere deprehendentur. Sicut ergo in vino latet, quod inesse tamen non deprehenditur primum: sic pariter & in chao corpus est, quod pulmoni non secus ac vasi adhæresscit, & instar mucilaginis viscositate suâ bituminatur: vbi tandem coagulatio, quæ materia est Asthmatis, succedit.

Dei prouidentia in seruando humano genere.

Asthma tribus modis pulmoni infertur.

Pulmo dolium Tartaro em.

CAP. IV.

HIsce autem commemoratis, species ipsas Asthmatis descripturus minimè sum: sed quæ hactenus diximus, eò pertinent, vt nos instruant, quod pro cœli & chai modo idem quoque similiter intra terram eueniat. Quanquam hi quoque, qui de Philosophiâ terræ instituuntur, explicationem Asthmatis, hoc est, ortum & causas morbi metallici afferre scient, dum species & generationem Asthmatis expedient. Sic enim subindè vnum per alterum declaratur. Qui enim terreni morbi cognitionẽ assecutus est: idem eandem etiam habebit in firmamento. Et viciſſim, qui verè rectéque describit morbos firmamentales, idé morbos quoque terrenos rectè explicauerit. Qui de terrenis errat: hallucinabitur etiam in cœlestibus. Medicum enim in lumine naturæ ita peritum esse oportet, vt non septem tantum stellas nouerit, sed astra vniuersa, quæ cœlum complectitur. Hæc si nõrit, in illis non subsistet, sed eadem etiam de terrâ inquiret & indagabit, velut etiam de elementis cæteris duobus in sua Astronomiâ & Philosophiâ. Iam ergo pro hâc norma sciendum est: quod, sicut chaos suam generationem habet, ita terra etiam huius generationis cœlum sit. Mineralia enim, quæ in terrâ iacent, firmamentum sunt cœli. Ex hoc Elemento terræ oritur ignis, qui terræ chaos susciat, simile ei, quod est intra cœlum ac terram. Id autem chaos abit in iusculum suorum mineralium, non secus ac chaos externum iusculum est astrorum. Qui ergo homines habitationem sibi sub terrâ quærunt ac moliuntur, his opus est, vt pulmones suos alant ex chao illo, quod intra terram existat. Iam verò quod in isto chao incoctum aut elixatum est, eius impressio mineralis est Tartarus pulmonum, quem hîc morbum metallicum appello. Modus autem generandi in vtroque morbo processus

Asthmatis & morbi metallici vna theoria.

Medici quod officium.

Mineralia terræ sunt firmamentum cœli.

Tartarus pulmonum.

vnius

nius est, qui terminatur in triplices species, Mercurii, sulphuris & salis, retenta proprietate illâ, quæ ex carnis conditione defluxit. Hoc autem punctum sedulò attendi debet. Id enim chaos in duplicibus operatur corporibus. Notum siquidem vobis est, quòd peculiares terræ incolæ conditi sint, sicut nos ex Adamo conditi sumus, vt intra cœlum ac terram in aëre habitaremus: quod etiam de Nymphis vobis compertum est. Ideò chaos terræ pygmæis pro aëre datum est, sicut chaos aquæ Nymphis pro aëre datum est, sicut chaos aquæ Nymphis pro aëre datum est, ex quo viuunt. Hoc iam corpus vnum est pygmæorum, de quibus plura in Archidoxis & Paramiris. Alterum autem corpus est ita intelligendum, si homines se montium incolas faciant, qui tamen pygmæi non sunt. Tunc enim chaos humanum cum ipsis in montes inuehi oportet. Ex suo enim chao, hoc est, ex chao humano ipsorum pulmo sustentatur. Vbi tameu chaos terrenum cum firmamentali permiscetur, & ex duobus vnum fit, veluti per coniugium. Hoc facto, iam homo capax est istius constellationis terræ, ex quâ metallicus morbus suum initium desumit.

Pygmæi propriè chao terræ aluntur.

Homines Adamici dicuntur.

TRACTATVS SECVNDVS.

De Origine & Generatione morbi Metallici.

CAP. I.

PRo comprehensione tractatus secundi, in quo morborum metallicorum causa & origo tractabitur: omnium primò opus est cognitione rerum illarum, quæ ipso oculorum iudicio ac testimonio conuincuntur, quòd tussis, anhelitus ac Asthmatis cum adiunctis cæteris causa sint. Nam secundum cognitionem hanc desumitur Theorica tam Asthmatis, quàm morbi metallici. Sicut enim res eas intelligi oportet, quæ manifesto Asthmati generationem præbere videntur: ita veræ Philosophiæ ductu similes etiam deprehenduntur esse in influentiâ, ceu in tractatu primo docuimus. Videtis enim, quòd in externo chao inter cœlum terrámque generentur nebulæ multis modis, quæ Asthma, tussim & anhelitum concitent. Vbi iam experientiæ nostræ est, cognoscere & credere, quòd nebula istorum malorum causa sit. Sicut ergo nebula ex firmamento oritur: ita similis etiam nebula in montibus fit, ex qua morbi metallici ingenerari queant multo promptiùs & potentiùs, quàm ex chao externo, seu ipsius nebulâ. Huius autem nebulæ causam inquirentibus liquet, quòd ipsa ex sphæra Galaxæ producatur. Hæc efficiens causa etiam intra terram similiter est. Iam ergo Minera istius nebulæ causa est: cuius cognitio, ipsius curæ rationem ac scientiam largitur, non secus ac notitia ignis notitiam præbet eius, quo ignis extingui debeat. Hoc enim processu morbi cognoscendi sunt vniuersi, qui curæ subiiciuntur. Hinc enim mors insanabilis est, tantùm, quia cœlum ipsius constellationis nondum inuentum est. Quod verò de nebulis diximus: idem æquè etiam de pluuiis, pruinis, ac gelu brumali intelligi debet, quòd ex illis quoque Asthma producatur. Quæ vniuersa iam iterum etiam in montibus considerandaveniunt.

Asthm. & morb. Metallici vna Theoria

Nebula causa Asthmatis, &c.

Minera est causa nebulæ terrenæ: sicut Galaxa aëreæ.

Mors cur non curabilis

CAP. II.

ASthma porrò etiam ingenerant frigus calórue. Sic valde calidus pulmo, si repentino frigore restinguatur, in Asthma coniicitur. Idem fit etiam à potibus acetosis & dulcibus. Sicut ergo subitanea perfrigeratio pulmonis, aut aciditas ac dulcedo Asthma proferunt: ita de in montibus agentibus etiam intelligi debet, quod à laboribus pulmo ipsorum incalescat: quem calorem, si confinis illius chai frigiditas insequitur, tunc cessante labore pulmo repentino frigore percellitur. Et si enim manifestè frigus id minimè sentiatur: tamen nihilominus in terrestreitate montium essentialiter inhabitat, ac in operationem abit, non secus ac imbibendo in corpus ingrederetur. Idem similiter etiam de aciditate iudicandum est. Sicut enim nouistis, pruni syluestris aciditatem seu stipticitatem inducta cute includi: ita aciditas quoque montium ob ducta superficie in terrâ constringitur: quam aciditatem sorbent & hauriunt homines, qui in montibus habitationes sibi moliuntur. Aciditas autem alia est ex vitriolatis, alia ex aluminibus, sicut de prunis syluestris & agrestâ etiam intelligi potest. Quando ergo coniuctio horum fieri potest, ita vt aciditas & similia in chao terræ ab auido & calido pulmone attrahantur: iam indè is omnino læditur. Vt enim alium appetitus vellicat edendæ cretæ, alium bibendi aceti, &c. ita hæc diuersitas etiam in pulmone reperitur. Et per appetitum istum pulmo iam attrahit Alumen, iam Vitriolum, iam Salpetræ, &c. cui appetentiæ exsatiandæ, dum ita pulmo studet, idem ferè patitur cum ægro, cuius desiderium in peius vergit. Pari ratione aciditas quoque asperitate pulmonem lancinat, quam dispositionem Asthma insequi potest. Quod de acidis dicimus, idem etiam de dulcibus similiter censendum est. Nam & dulcedo in montibus concluditur, velut foris coërcetur in Ribibus. Dum ergo in montibus ambulamus, non aliter accidit, ac dulcedinem illã ederemus. Res enim terræ eduntur, non secus ac dulcedo in Ribibus, hoc discrimine habito, quòd dulcedo montana cum & in chao assumatur. Vbi, postquam appetitus pulmonem elusit, dulcedo deinceps morbum metallicum infligit, cuius euentus causa alibi planiùs enarratur.

Asthmatis variæ causæ.

Aciditas terræ.

Appetitus pulmonis varij.

Dulcedo terræ &c.

CAP. III.

INter causas externas, quæ raucedine infligãt, nõ postrema etiã est pinguedo. Pulmo enim vbi se oblectat pinguibus, damna subire cogitur, quæ nota sunt. Pinguedines autem multiplices existunt, quas edimus, ab oleo, à carne, à piscibus, visibiles & inuisibiles. Hinc fit, vt etiam Asthmata multiplicia inueniantur, cùm vnus raucus fit ab hac pinguedine,

Pinguedo causa raucedinis. Pinguedinis varię species

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 750 sur 913

alter ab aliâ. Et hæc cum per ipsum oculorum contuitum comprehendantur: ipsa natura dictat, quòd pinguedines istæ in chao etiam sub sole ac intra terram reperiantur. Pinguedo autè quæuis nihil est aliud quàm sulphur modis ac naturis variis diuisum. Ad quę iam consequitur, quòd sydus suam operationem in hac quoque materiâ indicet. Sicut enim flatus intestinorum, qui halitus tantùm est, ab incensione flagrat: eodem modo se chaos quoque habet, cum fixo sulphure vnitum. Quod sulphur si à pulmone hauriatur, tunc id huius parietibus annectitur, non secus ac bitumen vel resina foris arbori adhæresci. Pro varietate autem minerarum variæ etiam resinæ in pulmonibus generantur, quæ morborum metallicorum causæ fiunt. Cur autem chaos in resinam, quæ tamen ipsius non est vltima materia, abeat, causa hæc est, quòd pulmo illam digerere non possit. Sicut enim ex mala digestione stomachi infirmitas cognoscitur, quam mala multa sequi possunt: ita hic quoque idem pulmoni accidit. Vt verò hoc sulphur in chao accuratiùs intelligatis, exemplum tale vobis proponam. Videtis nimirum per tempestates cœlum fulgurare. Isto autem loco sulphur nullum videri potest. Et tamen cum ardeat, id necessario à sole sulphure fit. Et fieri potest. vt ab hâc fulguratione oculi excæcentur seu obtundantur. Et nisi humidum chao congenitum esset, ab ipso domus exurerentur. Iam si, hoc foris fieri posse, oculi testantur: vtique & in montibus huiusmodi coruscationes fieri poterunt, idque vel inuisibiliter, vel visibiliter. Et sicut visibiles damnum certum inferre possunt: ita etiam inuisibiles. Velut enim subitaneus vapor, qui in hominem incidit, pulmonem obbituminare potest: sic à mineris etiam talis halitus produci potest, cuiusmodi plures in cœlo notantur.

Pinguedo terræ, &c. est sulphur

Resinæ pulmonis variç

Sulphur chaï vnde intelligendũ

Sulphur solũ causa incendionis.

CAP. IV.

IAm, sicut horum hæc vnica causa est, quòd sulphur in chao lateat, pulmonem ex dicta causâ oblædens: ita similiter in eodem chao fumus quoque Mercurialis permixtus est, qui chao suam crassitiem dat, & perspicuitatem eius aufert. Fumus is non aliter, ac præceps halitus ab ascendente Mercuriali Arsenico in hominem inuolat. Quilibet enim eiusmodi vapor insignem, eámque perpetuam raucedinem infligit. Huiusmodi vapor, etiam in chao iacet, præter quem sæpe alius etiam insuper generatur. Vt enim in chao mundi, sulphur latet, cui insuper etiam accedit coruscatio, vnde duplex damnum cognoscitur: ita intelligendum etiam est, in terra Mercurium vnum esse fixum, instar Arsenici, perpetuum: & alium incidentem ex quotidiana constellatione. Sunt enim Mineræ instar stellarum in firmamento. Ideóque cognoscite, quæ Minera regionem illam obsideat. Ea tunc influentia est: veluti si cachimia adsit, tum sulpur ex cachimiâ generatum est. Vt enim dicere solemus, hanc regionem sub virgine sitam esse: aut velut Astronomus cognoscit quodnam sydus cuiuslibet capiti impendeat: ita terrenus quoque Philosophus, quid in quouis monte inclinet aut constellationem det, considerat ac intelligit. Hæc enim terra suam Marcasitam, illa Antimonium fert. Et quidquid regio illa continet, id chaos hoc dat, de quo diximus. At velut Astronomus ait, hæc stella dat influentiam: ita vicissim dicit Philosophus, in hac terra viget operimentum. Ex hoc oriuntur influentiæ. Hâc notitiâ instructus Medicus inquit: hic morbus metallicus est Resina, nata ex chao, in quo stella & minera operimenti decocta est. Ex his patet, opus omnino esse, vt vniuersæ minerarum species secundum proprietates suas probè cognoscantur. Est enim sulphur Marcasitarum, album & rubrum: Talki flauum, rubrum & nigrum: cachimiæ purpureum, & nigrum: est sulphur Ogri: est sulphur Cinnabaris: est sulphur Wisemuti: est sulphur Marcasitæ: est sulphur Marmoris: est sulphur Duelech: est sulphur Amethisti: & similia alia plurima, quæ hîc vniuersa recenseri minimè possunt. Veluti autem de generibus sulphuris iam audiuistis: ita etiam habetis Mercurium cupri, plumbaginis, Zineti, Arsenici & similium. Tandem etiã salis eadem est ratio, quæ Sulphuris & Mercurii. Est enim sal Vitrioli, Aluminis, Entali, salis petræ, salis cõmunis, salis geminæ, & complurium aliorum. Hoc Sal, ac Sulphur & Mercurius sunt spiritus, qui chaos ipsum existunt, pro regionis naturâ dispositum & affectum.

Mercurius chaï causa obscuritatis.

Mercurius duplex est.

Mineræ sunt stellæ terræ.

Chaï influentia ex dominante minera cõficienda.

Sulphuris varia genera & species.

Mercurii genera.

Salis genera.

CAP. V.

DE hoc ergo spiritu notate, quòd fuligi-nem Mercurius det. Sicut enim sublimatio vltimam materiam exhibet: ita hic quoque spiritus. Ideò ipsius morbus siccus est & aridus. Spiritus autem sulphuris dat suam resinam: spiritus autem salis suum producit Tartarum. Et hæc tria summa genera morborum metallicorum existunt. Porrò verò, etsi Marcasita vnicum tantùm nomen obtineat, velut & cachimia: illarum tamen genus non vnum tantùm intelligendum est. Mutatio enim terræ, ipsas illas quoque mineras mutat, veluti videtis mutari regiones secundum formas. Et licèt interdum herba quædam, ceu cœpa, vnicum tantùm nomen habeat, nihilominùs tamen, quoties noua regio, noua eius forma est, & tamen cœpa est. Si ergo in hac, forma alia est, ac euariat: de proprietate etiam illâ alterâ sciendum est, quòd eadem in Natura per terrenam virtutem aliter atque aliter mutetur, in proprietatem scilicet partis cuiusdam istius regionis terræ. Vnde fit, vt medicina eiusmodi terræ tutior & vtilior sit, extraneâ & peregrinâ. Debet enim mineris tantum attribui, quantum inest cœlo, quod astra gubernat. Cœlum enim & terra, duo similes cœli suut: ac Minera sydúsque sunt bona similia sydera. Qui in vno peritus est, idem etiam in altero sapit. Ideò principium suum Medicus ex Astronomiâ sumit, & in Philosophia desinit. Astronomia enim docet ipsum de constellatione firmamenti & minerx: Philosophia autem largitur ei proprietatem: quæ vtraque per curam clauduntur. Quia enim homo Microcosmus est, ideò in cognitionem externorum deduci debet: vt nouilunia, exal-

Mercurius fuligines: Sulphur resinam: Sal tartarum dat.

Med. ab Astronomia incipit & in Philosophia desinit.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 751 sur 913

exaltationes & similia, non in Planetis saltem, sed etiam in astro terreno inquirat. Nam si Lunaria secundum cursum Lunæ se exhibet: id certè documento est, Lunarias plures existere: velut etiam res aliæ cognitæ sunt, in quibus manifesto exemplo cursus cœlestis notatur ac animaduertitur.

Lunaria cursum Lunæ observant.

Tractatum ergo hunc iam finiamus postquam tradidimus, quâ ratione morbi metallici ex tribus illis mineralibus generentur, hoc est, ab ipsorum spiritibus, delitescentibus in chao, quod ex mineris veluti vox ex ore egreditur.

TRACTAT. TERTIVS.

De signis & Naturâ externi & interni corporis iunctim, quo pacto morbus producatur.

CAP. I.

HOc in tractatu proponendum est, & tractandum de opere huius morbi: vt gignatur seu fiat. Et cùm homo omnino in fragilitatem vitæ constitutus sit, ita vt à multis occidi ac perimi possit rebus, quas, si ignoret, declinare nequeat: opus est, easdem omnino recenseri, idque à solo Medico, qui hoc in munere suo habet. Is enim à Deo hoc fine creatus est, vt vim lethalem cognosceret, ac declararet, quo pacto Naturæ Natura aduersetur, ac vnum subinde cum altero pugnet, non secus ac animalia in terrâ inuicem concurrunt & præliantur. Nec enim in rebus insensibilibus minor est contrarietas ac hostilitas. Quâ enim ratione Crocodilus hominem afflatu suo perdit & iugulat: ita nos quoque istiusmodi mineralium fuligines occidunt. Cùm verò tam bonum quàm malũ Deus creârit, quæ simul consistere non possunt, & tamen in vno sunt: ideò mandatum datum est Medico, vt fragili ac caduco homini prodat hostem suum, qui eiusdem vitæ & valetudini insidietur, vt ab ipso sibi cauere tempestiuiùs possit. Sicut enim ex Deo procedit doctrina, per quam diabolum, animarum infensissimum hostem, cognoscimus, nempè per Prophetas & Apostolos: sic per lumen naturæ hostem quoque corporis Deus reuelauit, & docuit, quid venenum, quid malignum, quid homini salutare sit, vt vitam ad multos prorogare annos possit. Itaque ne venenum, quod vtili permixtum est, hominis vitam præcidat: Medico potestatem & facultatem dedit Deus, vt bonum simul malúmque in re vnâ intelligeret: cui postea etiam Vulcanum addidit, cuius ope & industria malum à bono separaretur. Illius ars similis est morti, quâ æternum & mortale inuicem separantur. Quæ ars ob id meritò mors rerum vocari debeat. Quod enim inutile existit: id separatur ab eo, quod bonum est. De hisce rebus iure ac necessariò tradendũ est: cũ sine hostili hoc metu nec edere, nec bibere, nec aërem, vel inspirare, vel exspirare, ac nec æstate vel hyeme securi agere possimus: sed vbique in hortis nostris cum cibis ipsa quoq; venena educemus. Tum etiam ad vitæ humanæ commoditates carere non possumus auro, argento, ferro, stanno, cupro, plumbo, hydrargyro & metallis aliis. Et tamen cùm ista tractamus, non nisi ipsissimos vitæ ac valetudinis nostræ hostes tractamus. Adeóque nihil vspiam vsibus nostris aptum ac idoneũ est, quod idem nostrum non simul hostem in sinu suo secum gerat. Cùm ergo in rerum naturalium cognitione tantum positum momenti sit, quas homo ex se scire non potest, sed propter id à Deo Medicus conditus est: conuenit omnino, vt ex luminis Naturæ abditis is bonum proponere, & malum cum bono congregatum, separare, ac vtile in corporis emolumentum impendere sciat. Ac veluti Diabolus ex homine exigitur: ita per exploratas Medicinas Medicus expellere morbos, & malum malo exturbare, bonum autem bono retinere debet.

Contrarietas in rebus naturalibus vniuersis.

Crocodilus hominem afflatu iugulat.

Homo fragilis.

Diabolus hostis animarum.

Venena hostes corporũ.

Vulcani vtilitas. Alchimia mors rerum.

Bonis mala vbique permixta.

Medici præstantia & ars.

CAP. II.

STat ergo sententia, ad morborum metallicorum cognitionem omnino requiri, vt res eæ explicentur, ex quibus illi producantur, sicut antea comprehensum est. Velut ergo in his tribus, Mercurio, sulphure, & sale, medicina nobis propositа est: sic in iisdem etiam nobis venena prostant. In vno enim vtraque consistunt. Per rerum autem mortem inuenimus illud, quod nobis vsui est: quod ipsũ cum illo antea erat, à quo nobis malum inflictum est. Exemplum ponamus. Metallarius quærit argentum, donec inueniat. Id si accepit, iam metallum habet. Dum ergo æs quærit & tractat, morbum suum incurrit. Iam verò morbo affectus, si, quod effodit metallum, ab argento separat: tunc in eo, quod secedit, inuenit id, quod ipsum infirmauit. Sed in eadem separatione reperit etiam hoc, quod ipsum sanare possit. Sciendum itaque est, quòd fuligo, quæ ab ære discedit, vim habeat in se veneni illorũ, quæ in liquando ab argento separantur. Quod si enim rosa odore suo nos recreare simul, & in deliquium animi coniicere potest, corpore interim rosæ ipso nihil læso: vis omnino similis, etiam ex rebus dictis, exspirare & in hominẽ ingeri poterit. Et licèt quidem illius veneni ipsum corpus nos non ingrediatur: vis tamen & malitia eius exspirans ægritudinem similem infligit, ita, vt morbi longo tempore in homine durent, qui breuiores futuri essent, si corpus ipsum adstaret vel ingressum esset. Exemplũ. Ab assumpto arsenico mors præceps & violẽta incũbit. Ipsius verò corpore nõ ingesto, sed spiritu tantùm attracto, tunc morbi hora producitur in annum. Et quod corpus perficit in horis 10. id spiritus in 10. annis exequitur. Et tamen à spiritu tam violẽta & sæua mors non inuadit, qualis inuadit ab ingesto eius corpore. Vbi hoc quoque iuxtà notandũ est, quòd istius corporis celerem morbũ mortemq; cum signis & proprietatibus õnibus, corpus id cõsequẽtibus, scire deceat illũ, qui morborũ metallicorũ certã cognitionẽ tenere volet. Ex illis enim rectè ęstimatis signis de morbo iudicari potest, cuiusnã speciei is sit, aut ex quo corpore spiritus is egressus sit. Signorũ enim cõprehẽsio tali exẽplo docetur. Realgaris assũptio pulmonem ficũ facit, quã exarefactionẽ sequitur mutatio

Tã Medicina quam venena in tribus primis.

Rosa reficit & delinquere facit.

Spiritus metallorum morbos longiores faciunt, quàm corpora.

Realgar pulmonem exsiccat.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 752 sur 913

Realgaris sūpti signa.

spiritus respiratorij, & anhelitus difficultas, & discoloratio faciei, & fissuræ rimæque hepatis, & sitis immodica, & corrosio tunicarum stomachi, vt velut cortex à ramis illæ distringantur: Porrò compressio præcordiorum, & difficilis grauisque digestio, æstus immoderatus, palpitatio cordis, tremor membrorum omnium; tandem prunella, & concomitans phrenesis. Prout ergo huius veneni, cum corpore sumpti, morbi se subitò exerunt prodúntque: ita multis diebus annisque spiritus etiam Realgaris iisdem signis morbisque proditur, quos tandem accidentia eadem sequuntur: & metallarij huiusmodi infecti, leui quâuis ex occasione, aut ex motu cœli externi, in cœlestes omnes morbos coniiciuntur, vt sunt febres, tabes, Maniæ, Prunella.

Metallarij infecti facilè alios morbos incurrūt.

CAP. III.

CVm ergo iam de operatione veneni dictum sit, quî scil. ab ipso morbi inducantur: iam deinceps in hoc tractatu subiungenda esse signa videntur, quæ ex corporibus desumuntur, vt priùs dictum est: quorum numerus tam magnus est, vt ob multitudinem singula recenseri non possint. Hoc in genere teneri velim, quòd sub Realgare Arsenicalia ac operimentiua omnia intelligantur & comprehendantur. Cui verò ætas ac otium suppetit, vt species quaslibet in corporalibus infectionibus experiri longo vsu possit: is spiritus eò certiùs distinguere & diuidere sciet. Quanquam in cura capitulum sub Realgare concludatur: quia scilicet ibi Arcana proponuntur. Quòd si cura particulariùs instituenda foret: conueniret vtique, per species suas omnia definiri & explicari, quod humoristæ factitant. Sicut autem Realgaris species variæ intelliguntur: ita etiam sub Antimonio, omnes Marcasitæ, Cachimiæ, Talka, Ogerta & his similia alia comprehenduntur. Itaque si venenum Antimonij assumitur, tussis arida & sicca oritur, & punctiones laterum, & dolores capitis, suppressio sedum seu exiccatio, apostemata splenis, ardor sanguinis, scabies & fœditas cutis siccatæ, icteritia flaua. In quibus hæc signa apparent, indicant spiritum Antimonij ex prædictis mineralib. illapsum esse. Præterea sciendum etiam est, quòd sub nomine Alkali multa mineralia spiritus suos specie veneni in hominem immittant. Et tamen caput sub nomine Alkali completur, cuius vis mortifera se exhibet, difficili anhelitu, fœtidâ animâ oris, multâ exspuitione, intenso ardore & orexe, petfluuio alui, crebrâ colicâ & torsione ventris, exarefactione pulmonis & stomachi, fissurâ hepatis & splenis, eliquatione renum, acrimoniâ vrinæ, exesione regionis renum, expulsione pollutionum, sanguinis, lotij. Nam & in quibuscunque corporis membris morbi alij hærent, hos profert & manifestat. Ad Alkali referuntur species cœrulei & albi vitrioli. Velut & tres species aluminis, Rochi, sciſſi, plumosi, & species salis, communis, gemmæ, silicis, & si quæ alia his cognata sint. Ex traditis signis, discrimina mineralium iudicanda sunt, & videndum, quodnam id sit. Procedit enim Realgar ex auro, argento, ferro, cupro, stanno, &c. ita & Antimonium, ex auro, argento, ferro, &c. Item Alkali secundum discrimen illud. Quod probè in suis corporibus cognoscendum est propter curam.

Antimonīū, quæ comprehendat. Antimonij sūpti signa.

Alkali quæ cō prehendat.

Alkali minerarū sūpti signa.

Realgar Arsenicalia & operiment. omnia complectitur.

Quò facit etiam natura regionis, secundum quam alia subinde atque alia producuntur. In hisce enim simplicibus oculi ipsi diuersitatem magnam produnt. Regio enim Hungarica ac Stirica indiciis suis dissimiliter cadunt: & ramen similibus metallis tandem clauduntur. Sic & montanorum Et schlandiæ ac Inischburgi vitra diuersa sunt, cum fodinis Misnensibus conferantur. Quod ipsum similiter etiam de cæteris iudicandum est. Quanquam differant etiam in propinquioribus aliis, quàm iam diximus, locis, vt sunt Rauriſſa, Gastenium, Lintzgouia & Cangouia. Quinimò persepè etiã in sibi quàm proximis duobus cuniculis: Quæ omnia ab ipsa experientia petenda sunt, sine qua nulla huiusmodi morborum cognitio captari potest. Vtile autem cumprimis est, vt corpora omnia, ceu in specie reperiuntur, actu ipso introspiciantur & cognoscantur: quâ scilicet ratione venenum ac malitiam suam exerant. Sulphur enim marcasiticum somnum expugnat: contrà verò, sulphur vitriolatum somnum infligit vsque ad mortem. Eodem modo & salia sibi inuicem contraria sunt, velut & Mercurialia: quæ singula tamen cuiusuis experientiæ mando.

Mineralia diuersunt regionib.

Hūgaria Stiria. Eschlād Inischb. Rauriſſa Gastenis. Lintzgou Cangou.

Sulph. Marcasit somnum aufert: vitriolatū eundem intendit.

CAP. IV.

QVanquàm autem multi sint hostes, imò vix eorum numerus à medico sciri possit, tamen id etiam expendi non necesse est. Qui enim ista sigillatim persequeretur, is nimis multos errores introduceret in praxim. Practica enim talis est, vt ex arcanâ vi sit contraria morbis. Quomodo autem arcanum sit intelligendum, ita habete. Scitis, quod ex auro prodeant multa arsenicalia, & similia. Qui iam quamlibet speciem cum suo morbo in medicina conferre vult, is recedit ab arcano, & inclinat in errorem, & difficili semita incedit. Qui verò sibi proponit bonum contra malum, is tendit ad arcanum. Bonum enim curat malum, quod secum fuerat. Exempli gratiâ; quod facit icteritium morbum, idipsum curat icteritium morbum, nempè quia in illa re est bonum & malum. Ex malo oritur *icterus*. Quòd si verò bonum ab illo *ipso malo* separetur, erit arcanum contra *icterum*. *Ideò* accipit nomen arcani, *quòd scilicet* ex malo illo variæ lues oriantur. *Qui* iam quemlibet icterum seorsim *considerare* vult, is nescit quid sit arcanum. Arcanum enim curat omnes illas species. Si medicus particularis cuilibet morbo peculiarem diætam & medicinam inquirere velit, illa inquisitio est nimis longa pro ægroto futura. Ex hoc igitur ordine curæ oritur Laudanum, hoc est, materia perlata, quod idem est, ac si perla extrahatur, & illa curet morbum ex suo malo ortum. Medicina enim, quæ paralysin curare debet, ex eodem fluat necesse est, quod paralysin peperit. Ita proceditur iuxta arcanum, & tollitur respectus multarum specierum morbi illius. Ita intelliguntur etiam mineralium arcana, nempè, quòd & aurum sit medicina omnium illorum morborum, quos fossores eius consequuntur.

Arcana genecialia non specialia sumēda, & quidē ex his quęmorbum pepererūt.

Arcanū quid.

Medicina & morbus ex eodē

Ita

Autum generale arcanū.

Ita & Saturnus ſecum habet ſuum arcanum contra morbos ex plumbo, & ita porro de aliis, vt ſemper nobis ſit in manu medicina contra morbos eorum, quæ tractamus. Et quicquid illa arcana non poſſunt, id porrò impoſſibile ſit. Sicut enim videmus, vulnera & punctiones nobis poſſe contingere lethales, quibus nullum auxilium vel conſilium inueniri poteſt: ita & mineralia penetrant ſæpè membra vitæ, vt fiant ſimilia talibus lethalibus vulneribus & punctionibus. Atque ita concluſum volo iſtum tractatum, in quo ſatis egi de iſtis, de quibus propoſueram. Quare ſic ſatis intelligitur aſthma quomodo oriatur inter cœlum & terram. Deinceps verò quomodo morbus metallicus in terrâ gignatur, & porrò quouſque ſe extendat mixta operatio iſtarum rerum, hîc iſta relinquere, & ad curationem dictorum morborum rectà pergere, ſatiùs eſt.

Morbi incurabiles.

TRACTAT. QVARTVS.

De Curâ morbi metallici.

CAP. I.

POSTHAC igitur mihi non cum doctis & Philoſophis ampliùs loquendum eſt, ſed cum experientiâ: mihiq; vtilitas hominum metallicorum conſideranda eſt, vt ſcilicet ipſis pellam morbum metallicum. Eſt autem cuiuſlibet periti & experti hominis natura & mos, cum experto non multa inania loqui. Apud expertos enim reſpicitur ad curã morbi, idque fit breuibus verbis. Verba enim & ſermones non curant morbos, neque placent ægroto. Præterea ea eſt conditio experientiæ, vt ipſius opera ſine garris & confabulationibus à quolibet intelligantur, & perſpiciantur. Quare ad praxim porrò attendendum eſt, vt ea ſe defendat ſuis operibus, & medicinæ fidem conciliet. Opera enim tam clara ſunt, vt diſputatione minimè indigeant. Qualia autem ea ſint, ſequetur. Attamen cuilibet ſua ſit libera experientia, &c. Quis non poteſt finem medicinæ inuenire, cùm præſertim ſchola medicinæ ſit ex ſuâ creatione infinita?

Opus offendit artificē. Experiētia à nugis abeſt.

Inuentis inuenta non obſtant.

CAP. II.

IN morbis igitur metallicis conſiderandi ſunt iſti articuli & ordine in capita redigendi.

Primò, quomodo præueniatur ſpiritibus illis mineralibus, vt non inficiant ſuum foſſorem metallicum, & quomodo non fiant illis obnoxij foſſores.

Secundò conducit ſcire, quòd progreſſu temporis membra hominis, pulmo, iecur, renes, ventriculus, inteſtina &c. & quotquot partes habet corpus, à venenatis mineralibus ſpiritibus arrodantur, & præſertim princi alia, vnde ad putredinem tendunt. Quæ verò putrefacta ſunt, non ſanari poſſunt reſtitutione & redintegratione partis corruptæ & abſumptæ. Præſeruatiua tamen fieri poſſunt, ne porrò ſerpat malum, ſicut in eſthiomenis & lupinis vlceribus.

Spiritus mineralēs partes principes corrodunt.

Tertiò, præter præſeruatiua ſequitur caput de diætâ, eiúſque ordine, per quam homo ſeipſum cuſtodire debet, ne ſpiritibus mineralibus anſam det ſibi prædominandi.

Quartò ponendæ ſunt curæ phyſicæ & medicinæ pellentes naturale aſthma. Eædem enim ſunt quoque medicinæ morbi metallici, vt ſequitur.

Quintò circa arcanorum tractationem ſequitur, vt dictum eſt, quomodo ſcilicet, quodlibet bonum triplices margaritas gignat ad pellendum triplicia mala.

Sexto ſequitur concluſio libri primi de morbis metallicis.

De Præſeruatiuo iuuentutis.

CAP. III.

ACcipite exemplum, Cœlum eſt, quod nos per aſtrum inficit, quantùm ipſi licet nobis nocere, nec nos ei reſiſtere valemus. Non enim eſt poſitum in noſtrâ manu, id eſt, non poſſumus aut auertere influentias, ſicut enim non poſſumus auertere niuem vel pluuiam: ita etiam liberam nos relinquere oportet ſuam impreſſionem ſpiritibus mineralibus. Attamen pluuiæ obtenditur tectum, Soli vmbraculum: ita & camino inuenitur, per quem impreſſio penetrare nequit, quod ita intelligite. Qui nondum infectus eſt, is præſeruatur ab eſſentia tartari, ſingulis menſibus ſemel ſumptâ & ad ſudorem ciendum adhibitâ: cuius compoſitio talis eſt:

Cœli influentia qui auertatur.

Eſſ. tart. deſcriptio.

Recipe *Liquoris tartari* ℥ ij.
Olei colcotarini ℈ j
Laudani puriſſimi. ʒß.

Miſceantur. Doſis grana tria. Pro ratione tamen ſanę complexionis, propinare ſemel in ſex menſibus etiam ſufficit, quod quidem perito medico perpendendum relinquo. Perlatum autem auri iſta & alia omnia ſuperat.

De Præſeruatiuo altero putrefactionis.

CAP. IV.

ILlis autem, qui in putrefactionem iam inciderunt, ſummoperè prodeſt Manna calabrina perlata. Manna autem eſt dulcedo quæuis quæ ex quâlibet re extrahitur. Eſtque hęc Manna ex ſpeciebus Balſami: quare & hanc vim habet, vt nihil putreſcere ſinat. Per hanc mannam corpus conſeruari neceſſe eſt, ne putreſcat, eáque ſola reſiſtit iſtis putrefactionibus metallicis. Vt autem patefaciamus illam Mannam, ſciendum eſt, vnam eſſe in vitriolo, vnam in vrtica, & vnam in Maguete. Iſtorum trium mannæ ſunt balſami illi, qui hos morbos putredinis præſeruant, vt dictum eſt.

Manna perlata quid? Eius vires.

Mannæ ſpecies.

Manna vitrioli ita fit: Abſtrahatur à vitriolo phlegma ſuum tamdiu, donec fiat, vt mel dulce, & ad purpureum colorem inclinet. Doſis eius eſt gutta vna in aqua Veronicæ quotidiè.

Manna vitrioli.

Deſcriptio mannæ Vrticæ eſt iſta: Alcolizetur vrtica, poſteà in ſua aquoſitate tandiu rectificetur per ventrem equinum, donec oleitas conſpiciatur, quæ ſeparetur à ſuis fæcibus: cuius doſis quotidie quatuor guttæ, vt ſuprà.

1. Manna vrticæ.

Extractio mannæ magnetis, eſt, vt in alcool redigatur, & ſtratificetur cum limatura chalybis in æquali pondere, & in vaſe vitreo luto

3. Manna magnetis.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 754 sur 913

ſanguinis oblito coquatur in oleitate cineris iſatidis ad ſuum menſem: poſteà accipiatur limatura magnetis, & cum vino rectificato digeratur tandiu, donc vinum rubeſcat, denique ſeparetur vinum à rubedine, & remanebit in fundo manna magnetis, quæ nullum membrum principale putreſcere finit, vſurpata vt ſuprà de vitriolo dictum eſt.

De ratione diætæ.
CAP. V.

HActenus mos fuit medicorum, ſummâ diligentiâ cibum & potum præſcribere hominibus. Atque id illis concedendum eſt in illis morbis, quos ipſi intellexerunt; ſed hîc in morbis metallicis id fieri nequit. Aliud enim hîc eſt cœlum, non exterius vel ſuperius, ſed cœlum tale, quod ipſa terra eſt. Quare ſciatis, quodlibet cœlum in ſuo regno poteſtatem habere præſcribendi cibum. Itaque quicquid in planitie eſt, ſuum ſuperius cœlum reſpicit: quicquid autem ſub terreno cœlo cõprehenditur, ſuam diætam, hoc eſt, cibum & potum intra illud ipſum dirigere cogitur. Cùm verò homo non natus ſit ad nutriendum ſe ex terreo cœlo, ſed planitiei ſit propiùs, ſeruat diætam exteriorem, ſéque ab exteriori aſthmate præſeruat, ne interius coniungantur. Quare ſe cuſtodit ab illis rebus, quæ aſthma pariunt, vt in priori tractatu enumeratum eſt. Atque hic nota, quod calor, in cauernis montium reſtinctus per aquam, non exteriorem, ſed interiorem morbum metallicum pariat: ita & de aliis. Dieta verò in montibus, quæ iuxta alteram ſeruari debet, eſt, vt homines metallici ſtudeant, quantùm fieri poteſt, ſuos cibos ſalire illo ſale, quod ex ſale petræ in montibus naſcente, vt vulgare ſal excoquitur & præparatur: ſimiliter loco aromatum vtantur ſale, quod ſimili modo ex alumine coquitur: nihil enim ſalſedinis dat, ſed benè conditos cibos facit: ita tantum innuere volo, quod ſalia & aromata lateant in mineralibus plùs quàm hîc exprimo, quæ quidem perito relinquo, vt meliora inueniat.

Morbus metallicus vt generetur.

Salia & aromata mineralium hominum.

De Curâ aſthmatis ſupra & infra terram.
CAP. VI.

SI igitur natura in his rebus ante omnia conſideranda, & per eam hæc fieri neceſſe eſt, oportet, vt non ſolum ſcriptores & ipſorum gloſſas veriſimiles accipiamus, ſed vt porrò quoque naturam exploremus, ex quâ quidem fluit vera doctrina & inſtructio. Reperimus igitur in aſthmate tantùm arcana conſideranda eſſe, & non compoſitiones. Quare cum homo ſub iſta arcana ordinatus ſit, etiam in morbo metallico iis vtendum erit. Quamuis enim aliud ſit cœlum, attamen quod homo ex mundo ſuperiori ſit, per huiuſmodi arcana ſe homo ita defendete poteſt, vt nec ſpiritus metallici reniri queant, ſi naturale id arcanum ad mineralem conditionem dirigatur, & quanquam mineralia propriam ſuam medicinam habeant, ſicut & planities ſuam propriam habent medicinam: attamen homo vtrinque ſe ſuſtentat, & in vtrunque latus inclinat, quoniam vtrique habitationi ſe inbiicit. Eſt autem aqua panis porcini ſinguiare arcanum, quod omne aſthma non putreſcens corrigit. Nihil enim meliùs cõducit pulmoni, quàm ſi redigatur in naturam diaphoreticam, &c. Ita & de epate, ventriculo, & aliis membris intellige. Nam ſi in diaphoreſi conſeruari poſſunt, non nocebit eis vllus ſpiritus mineralis; & ſi quid damni illatum eſt, illud per vim diaphoreticam expellunt. Quæcunque enim ſudant, iis non adhærebunt mucilago, reſina, vel tartarus, quæ tria vis ſudorifera non fert: atque non ſolùm de dictis membris id verum eſt, ſed & in veſicâ diaphoreticâ, & regione renum diaphoreticâ, nullus calculus, nulla arena colligitur, Iſta vis diaphoretica hîc breuiſſimè comprehenſa aliis in locis latiùs tractatur, & maiora poteſt, vt ſciunt naturæ periti. Satis dictum eſt de curæ inſtitutione, etiamſi practica non ſit expreſſa. Quæ autem porrò in cœlo vel mundo minerali ſcienda ſunt, ſequuntur deinceps.

Cura aſthmatis.

Homo ad arcana vinctus.

Aqua panis porcini diaphoretica.

De curâ trium ſpecierum morbi metallici ex arcanis.
CAP. VII.

SEd vt pergamus ad mineralia interioris terræ, ſimiliter ſciendum eſt, quòd fundamentum ſit vnicum, vt membra laſa reducantur ad potentiam ſudorificam, hoc eſt vt ſudẽt, ſicut cutis in balneo, quæ ſe aperit. Ita enim ſi tartaro ſint incruſtata ſicut vas vini, aut bitumine viſcoſo obducta, aut per alcali indurata, nihil horũ deinceps cuti adhærebit, ſi ab ipſis ſufficiens egrediatur ſudor. Quare hîc ſolummodo conſideranda eſt natura diaphoretica membrorum illorum, quę his tribus, Realgare, Antimonio vel Alcali obducta ſunt. Realgar eſt fuligo. Antimonium eſt mucilago, aut vt meliùs intelligatis, firniſium. Alcali eſt tartarus. Hæc ſunt illa tria, quibus onerantur mẽbra ſpiritualia. Idcircò notate, quod ex metallis triplicia Arcana perlata extrahantur, quorum quodlibet retinet ſuam virtutem diaphoreticã, quæ ſola ad tres dictas ſpecies pertinet, vt ſcilicet membra ſpiritus in ſuam propriam humiditatem perducãtur, per quam ſupra dicta tria abluuntur, & ad exitũ diriguntur, quod fit per emunctoria ſua. Cum igitur Apotheca metallica nullas alias ſpecies habeat niſi ſua metalla, talis cura indè ſumitur. Extrahatur ex auro vitriolum & ſulphur per torcular, eiuſq; prima materia exhibeatur, ſicut argentum vivum liquefactum, coloris purpurei ferè, non madefaciens, donec per ſe in humido reſoluatur.

Sudoris vtilitas in morbis metallicis.

Realgar quid. Antimonium quid.

Reſolutio auri, & aliorũ metallorum in ſua tria prima, quæ ſunt arcana perlata.

Sicut autem de auro audiuiſtis, ita & in reliquis ſex metallis habetis vnicum proceſſum, ſed ſub diuerſis præparationibus, ſicut de morte rerum ſufficienter tractatur. Quapropter non opus eſt ea hîc repetere.

Mors rerum ſeu ars Vulcanica.

Concluſio libri primi de morbo metallico.
CAP. IIX.

VErùm quòd multis Phyſicis priores tractatus difficiles & peregrini obueniãt, in cauſa eſt, quod ipſis quoq; difficiles & peregrinæ ſunt res metallicæ & minerales, morbiq; tales.

Nota ſcribit, ſed metallicis nota.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 755 sur 913

tales. Nihilominùs æquum est, me pergere in mea experientia, & in lumine naturæ. Ex quo vt quælibet doctrina vera proficiscitur: ita etiã medicina, quæ propter morbos creata, & propterea minimè occultanda est. Itaque rectè omnia in tribus primis tractatibus explicata sunt. Ob illa autem quæ in tractatu quarto traduntur, meritò quiritari nonnulli possint, quòd medicina illa non sit iuxta vulgarem rationẽ informata. Illis autem responsum esse ita volumus. Si vulgaris ratio vtilis esset: non hîc fuisset neglecta. Cùm autem morbus iste per illam incuratus maneat, hac mea methodo is indiget, quam quidem ipsa opera vetisimilem faciunt & fide dignam. Præterea non dubito, intellectum, qui ad Recepta mea requiritur, quibusdam nimis difficilem fore: Illi autẽ sint contenti hoc responso, quod hæc pertineãt ad fodinas minerales, & dominos metallicos, aliósque metallicarum rerum peritos. Illis satis dictum est, satísq; euidenter. Si igitur hi rem intelligunt, ad quos pertinet, sufficere id existimo. Quomodo enim Phrygio restiarium cũ suis funiculis docebit acu pingere? Quare cuilibet præponendum est, quod ipsi competit. Ita iste morbus & liber metallicus, fodinis proprius est; ita & apud istos intellectus plenior inquirendus.

Lex naturæ inventrix omnium doctrinarum.

Libri hi ad quos scripti sint

LIBRI SECVNDI
DE MORBIS METALLICIS
Tractatus primus.

De Morbis fusorum, discretorum, argenti purgatorum, & aliorum artificum mineralium.

De rebus, quæ eiusmodi hominibus nocent, ac primùm de fusoribus minerarum. Cap. I.

QVÆVIS res, quę in ignem coniicitur, duplicem in se considerationẽ habet; vnam ratione fixi corporis, alteram ratione fluxi corporis. De fixo corpore hîc nihil opus est dicere. Ex fixis enim corporibus nihil nociui egreditur, imò sine damno hominis laborantis remanent in igne. Sed de corpore fragili, quod semper adiunctum est fixo, huius libri materia & propositum erit, & id quidem solum in igne dignoscitur & reperitur. Per ignem enim fit separatio fugitiui & constantis. Cùm igitur iam homo res istas ad separationem perducat, notanda sunt illa, quæ ei in hoc opere contingunt. Res enim fragiles non sunt absque veneno & malitia. Omnem enim rem bonam, quam consequi volumus, à malo segregari necesse est, eiusq; hæc est conditio, vt feliciter & absq; dolore minimè acquiratur. Tantũ enim valet hostis circa bonum, vt qui bonum nanciscì velit, etiam malum expectare cogatur. Nihilominùs homo tam anxiè metalla inquirit, non habitâ ratione læsionis corporis sui, & tam audacter has res sectatur, vt se quasi in medium hostium coniiciat, ita vt circum circa hostes videat, & tamen permaneat ob bonum illud, quod in illo veneno latet. Quilibet enim, qui mineras liquefacit, fumum minerarum videt & nouit quòd sit venenatus, & quòd sit arsenicum, olfactuq; percipit, quod nihil boni sit, nihilominùs tamen ipse meæ inficit suam sanitatem, quantumuis abhorreat corpus suũ à veneno, non considerans, apertum esse nasum & os suum, quódque halitus ipsum ingreditur, quódq; illa respiratione arsenicũ attrahat, cùm etiam nouerit, quòd processu temporis illud venenum sit mors eius. Sed Deus vult, vt illis non reputatis, thesauri & miracula ipsius, quæ in metalla posuit, inueniantur & inuestigentur. Quare etiam artem contra illũ hostem notam fecit, & præterea separationem mineræ ab argento & auro quantum opus est, patefecit. Quòd si igitur ista fiunt ex ordinatione diuina, & tamen morbos afferunt: sequitur ex hoc, quòd hoc fine creatus sit medicus, vt præueniat & auertat morbos, qui nobis dum iuxta ordinationem diuinam naturam indagamus, incumbunt. Tam benignus enim Deus est, vt nos non deserat. Imò si tantummodò misericordiam ipsius ratam habeamus, tantam in medicina vim vbiuis reperimus, vt ipsius efficaciâ omnia venena superentur & vincantur. De hac diuina misericordia magnæ & inæstimabilis datæ potentiæ medicinę æquum est, me scribere librum & aliquot tractatus, in quibus morbi conditio comprehendatur, vnà cum proprietate & naturâ corporis fragilis. Post quæ sequetur cura & medicina, quam in talibus morbis ista Monarchia introducit.

Fragile corpus in minerarum separatione lædit hominẽ non fixũ.

Ignis fugitiuum separat, à fixo.

Bonum à malo cum periculo elicitur.

Hominũ audacia quanta circa metalla.

Medicina à Deo data.

Deus mire benignus.

Venenis omnibus sua remedia.

Cap. II.

CORpus igitur fragile eius est naturæ, vt tria corpora in se contineat, videlicet Sal, Sulphur & Mercurium. Ista tria in igne segregantur, & quamuis fixum quoque corpus ex iisdem tribus constet: attamen in fixo non separantur. Quando igitur corpus fragile in igne ad separationẽ tendit, pars eius recidit ad Sal, hoc est, cinerem & scoriam. De hoc non est mihi scribere animus. Porrò corpus sulphuris & Mercurij hæc duo sunt propositum huius libri. Corpus verò sulphuris est ignis: aliàs enim nihil flagrat nisi sulphur. Corpus autem Mercurij est fumus, qui ab igne recedit. Hęc duo corpora hominibus ignem tractantibus morbos suos inferunt. Primùm autem hîc considerandum est, quid sit corpus illud, quod in ignem cõiicitur: ex illo enim oriuntur species ignis & fumi. Quoduis enim metallum, suum dat ignem, suum item fumum. Alius enim est fumus Zwitteri, alius lapidis cuprei, alius mineræ plumbi, & quãuis solum sulphur flagret, solus Mercurius fumet: attamẽ variæ sunt eorũ species, ficut & varij cineres & scorię sunt.

Sulphur & Mercurius mixta æri lædũt metallicos.

Corpus sulphuris quid?

Flagratio est à solo sulphure.

Corpus Mercurij quid.

Metallũ quoduis suum fumum & ignẽ dat. Zwitter &c.

Harum verò rerum cognitionem donat experientia & conuersatio. Posthac igitur solummodo illud tractandum est, quod flagrat & quod fumat, hoc modo. Quilibet ignis habet suum aërem, qui ipsi est congenitus, & ex sulphure oritur. Ille aër naturam habet, vt aër in quo est impressio. Hæc impressio oritur ex minerâ sulphureâ. Sicut enim lilium emittit odorem, qui est naturalis impressio, inseparabilis à corpore. Ita similis etiam odor est in sulphure, qui quidem aër vocatur. Ex quo sequitur, quòd & illi, qui in igne laborant, illum aërem, qui ab igne exit, & non illum qui ex mundo est, hauriant, sicut quando nebula surgit, quæ etiam peculiaris aër est.

Sulphuris aër loco vulgaris aeris attrahitur.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 756 sur 913

Salamãdra ab aëre ignis viuit.

Ita scitote ex his, quòd corpora fragilia peculiarem aërem emittant in elemento ignis, ex quo aëre tam benè quis viuere potest, atque ex communi aëre, quod demonstrant Salamãdræ, quæ non ex aëre illo, ex quo viuit homo, sustentãtur, sed potius ex isto aëre, qui ignis proprius est. Et ex virtute Elementi huius respirationem suam habet Salamandra quæ extra ignem vitam nullam habet. Ita intelligite, quòd ex sulphurea minera peculiare elementum aëris gignatur, & quamuis iste aër sit solummodo in igni & non extrà, tamen quando ignis calorem à se spargit, etiam aëris illius proprietatem emittit, sicut lilium suum odorem. Quicquid enim naturaliter de odore lilij dici potest, id & de calore ignis intelligi debet, quantùm ad permixtum elementum aëris.

CAP. III.

Mercurius ignẽ fugit.

SImiliter etiam portò intelligite de corpore Mercurij, qui non manet neque in sulphure, neque in sale, sed fugit ignem. Idcircò scitote quòd quando discedere cupit, fiat fumus. Hoc efficit destructio, quæ fit per ignem. Natura autem Mercurij est, vt ab igne adeò mutetur, vt omnibus ignotus fiat. Hoc fine autẽ hìc de eo agitur, quòd fumus iste se agglomerat. Vndè cognosci potest, quòd non in nihilum redigatur, vel euanescat. Quando enim ignis, sulphur & sal ipsum perdiderunt, tunc confert se ad loca frigidiora & agglutinatur. Ex illa materia agnoscitur cuius sit speciei. Quilibet enim fumus est Mercurius. Cum igitur is agnoscatur & reperiatur & non euanescat, sed maneat; ex ipso etiam agnoscetur, quale id venenum sit: ita varia sunt genera fumi metallicarum tabernarum ex mineris suis assendentis, vt arsenicum, realgar, auripigmentum, & similia multa vnà cum suis speciebus. Postquam verò scimus, quòd iste fumus sit Mercurius, similiter quòd iste Mercurius sit arsenicum, realgar & auripigmentum: sciendum etiã est, quàm mala venena illa sint, & cum quanto periculo vitam nostram quærant, quòd ipsorum halitus sit insalubris. Nam fumus iste antequam adhæreat, non minùs efficax est venenum ac quando adhæsit. Itaque manifestè videmus, quòd aër & fumus vnum fiant, & in indiuisibilẽ mixturam coëant. Cùm verò homo aëre vti cogatur, sine dubio etiam Mercurium assumere cogitur. Hominibus enim impossibile est aërem separare. Imò qualis est in suâ coniunctione, talem etiam ipsum attrahi necesse est.

Fumus omnis est Mercurius.

Fuligines metallorum variæ.

Fumus seu Mercurius mineralis aëri mixtus attrahitur.

Aer, qualis obuius, talis attrahitur.

CAP. IV.

SEd & ista quæstio introducenda est. Quãdo quidem homini impossibile est, aërem separare, & quicquid ignis in aërem expellit, in aëre manet. Aër enim eum fumum non consumit. Cum igitur Mercurius maneat, attrahitur à stellis superioribus, à terrà vsque in superiorem regionem, sicut lingula compassi ad septentrionalem magnetem vertitur. Quando iam sydera illum fugitiuum & ab igne expulsum Mercurium secum habent, quem & iam antequam planè paratus & concoctus esset, secum habuerunt: tunc eum denoò præparant & in constellationem vertunt vnà cum impressione. Ista impressio vel vnio est mater luis febrilis. Sed quoniam institutum meum non est ea hìc declarare, sed tantummodò ista, quæ ad homines ignem tractantes pertinent; suis propriis libris explicationem vberiorem illorum commendo. Porrò cum fumus vnà cum aëre, halitum homini dent, considerandum est malum illud, quod ex tali attracto anhelitu oritur, quod quidem nihil aliud est, quàm Mercurius peccans. Notate igitur hìc bimembrem diuisionem. Verus aër suum conueniens officium conficit non impeditus à Mercurio. Sicut enim si alicui aqua inficiatur, bibatúrq; ad sedandam sitim, suum illa officium implet & sitim sedat, absq; auxilio rei inficientis eam: ita & de isto aëre idem intelligendum est, qui separatur à malo, sed in ipso homine, hoc est, in pulmone. Hæc separatio parit aliquot vltimas materias, hoc est, Mercurius ingreditur, & in pulmone latera & regio pulmonis cum tempore exarescunt: post quam propriam suam exiccationem, Mercurius pulmoni adhæret tandem. Cumque pulmo & ipsius regio ventri equino comparentur in omnibus suis proprietatibus: propterea Mercurium necesse est vi ventris equini in aliam formam transmutari, quam aliàs in taberna fusoriâ assumeret: sicut videtis de cibo, qui pulcher est & amabilis, sed quando in ventriculũ venit, abominandam alterationem acquirit, quod solus venter equinus stomachi perficit, & si porrò in intestina transeat, aliam mutationem assumit, quod causatur venter equinus intestinorũ. Sicut igitur tales digestiones variæ & multiplices sunt in toto corpore, ita etiam in pulmone sua peculiaris existit.

Mercurius attractus digeritur in vltimã aliquam materiã in pulmone.

Venter Equinus est vis digestoria

Venter Equinus res permutat.

CAP. V.

DE his autem plura loqui decet. Postquam igitur Mercurius in pulmonem venit, parietem sibi aliquem ibi eligit, cui adhæreat, prout casus vel ordo tulerit. De loco enim adhæsionis non multum quærendum est. In Anatomiâ verò tales sublimationes multifariè reperiuntur, quas quemlibet medicum discere vtile est. Quandò autem Mercurius pulmonem ingressus est, Venter eius equinus ita operatur. Vnum Mercurium putrefacit in oleitatem vel pinguedinem: alium in spermaticũ viscum: alium in salsam materiam: *alium* in resolutionem tragacanthicam, *alium in* mucilaginem Fœnogræci: *alium in* gluten coriaceum aut corneum, & si quæ sunt similia plura genera. *Sciendum* est igitur, facta tali putrefactione, cognosci debere, in qualem materiam venter equinus pulmonis Mercurium redegerit. Quælibet enim res, quæ in aliquam regionem venit, & illius regionis cibus non est, digeri non potest. Quare consequitur putrefactio ventris equini, siue crassa, siue tenuis, aut quâcunque ea ratione fieri potest.

Quæ sit materia digerata ex Mercurio.

Notandum quoque est, an ista putrefacta resolutio resideat in canna pulmonis vel in ipsius lateribus. Nam in illa regione sæpiùs contingit, vt tales resolutiones sua acredine putrefactionis adeò penetrantes fiant, vt putrefacti liquores poros transeant, & versus regiones renum tendant: ob quam penetrationem ista vltima materia in vrina reperitur aliquando,

Mercurius mineralis ab astris constellatur, & parit febres.

Indigestio est mater putrefactionis.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 757 sur 913

aliquando in formâ oleitatis, aliquando quasi resolutio tragacanthi, aliquando quasi mucilago psyllij, ita vt sæpè videatur ex renum affectione fluere. Similiter & in sudoribus eiusce-modi res inueniuntur. Hæc omnia post subtilem putrefactionem Ventris Equini reperiuntur, in quo magnus Artista latet, &c.

TRACT. SECVNDVS, LIB. II.

De Morbis, quos pariunt tria prima metallorum suis opificibus.

I.

SEd vt inceptas res finiamus, sicut dictum est de fragili corpore, quod in separatione boni à malo obuenit: ita etiam loquendum est de malo, quod in ipso bono eo modo se occultauit & insinuauit, vt separari non possit. Fumus enim metallorum, item eius ignis & scoria, sola sunt tria fragilia corpora, vt dictum est, sed vocantur semifixa, propter fixum corpus, cui vnita sunt. Ita omnibus metallis inest semifixum sal, semifixum sulphur, & semifixus Mercurius. Ex quibus tribus sequitur, quòd metallis omnibus sua fixa natura detrahatur & auferatur, & per ista tria quodlibet metallum consumatur. Ista enim tria sunt mors metallorum. Quod candescit est sulphur: quod fumat est Mercurius, reliquum est scoria. Cùm autem fixationi adeò arctè cognata sint, ideò metallica & quasi fixa consumptione atterũtur, quæ ita fit, vt tria fragilia corpora progressu temporis per ignem metalla absumant. Quanquam autem aurum & argentum non vt reliqua metalla se habeant, hoc est non dent scoriam neque æruginem: nihilominùs scitote, quod etiam si oculi non videant sal auri & argenti, tamen in pondere percipiatur minutio, quæ in cupro & ferro est visibilis, propterea quòd fiat crasso modo. In auro verò & argento subtilis fit subtractio, ad extremum tamen totum hoc modo consumitur. Corpus sulphureum consumitur in igne. Nam flores in cinerítio apparentes & stricturæ siue scintillæ coniuentes, illæ veniunt ex sulphure, quod est in auro & argento, & sunt consumptio metallorum, iuxta quorum sulphuream naturam tales ignei colores apparent. Mercurij corpus fumi more aufugit. Quæuis enim res in igne iacens, dat suum fumum, prout metallicæ fixationis conditio est. Ita scitote, quòd ex metallis dum candefiunt, & in igne tractantur, tales sulphurei & Mercuriales spiritus ab ipsis recedant, sed adeò subtiliter, vt sine diligenti animaduersione ii non sentiantur.

Semifixa corpora quæ?

Metalla iam separata, adhuc tria fragilia corpora ex is præbent.

Aurum argentum quæ scoriam aut æruginem non eiiciunt.

CAP. II.

QVandoquidem igitur fragilitas inest fixis metallis, quæ non adeò leuis est ac prior: scitote, quòd illi, qui metalla elaborant, in eundem hostes incidant, qui quidem subtiliores & penetrantiores sunt, quàm priores. Quare porrò notandum est, quòd ob subtilitatem suam in pulmone non ita cognosci possint, sicut fumi tabernarum metallicarum. Nam quoniam isti spiritus adeò fixationi affines sunt Venter Equinus eo superare nequit. Quare ipsimet sunt vltima materia. Penetrant enim pulmonem, & illas partes sicut tinctura, quæ in corpus illud tota ita absumitur, vt tinctura vnum fiant, & corpus tincturæ proprietatem assumat, sicut cuprum à calaminari colorem accipit: ob quod deinceps etiam à calaminaris proprietate regitur, & cuprum manet cuprum. Calaminaris enim corrodere id nequit. Sed pulmo quando tingitur, tincturæ resistere nequit, sed tinctura corrodit potius eum sensim, sicut aqua fortis infusa linteaminibus, ea absumit. Similiter accidit reliquis membris quæ tincturam concipiunt, nempè circumiacenti regioni pulmonis & ventriculi. Præterea iste spiritus metallicus corpus penetrat, & vbi sedem suam figit, in illis locis operatur, vt supra dixi. Quare hic multi morbi contingunt, qui non aliter recenseri debent, quàm vt dictum est, quòd ex natura corrodente cognosci debeant: habéntque illi varia & mirabilia signa, quæ ob varietatem suam non scribi possunt, & tam multiplices sunt in suis speciebus, vt sola diuturna & magna experientia eos doceat & indicet. Hoc autem medico sciendum est, quòd talium hominum morbi omnes ad naturam metallicam referri debeant. Tinctura enim istorum duorum, sulphuris, & Mercurij est tam sicca & arida, vt omnes naturales Humores, Qualitates & complexiones absumat, & ea omnia in suam naturam tingat, quare medicum tincturæ gnarum esse decet & non Humorum. Nam quamuis variæ ægritudines hîc concurrant, vt hydrops, ictérus, arthritis, febris, &c. tamen omnes à metallicis tincturis gubernantur contra suam natiuam conditionem. Quare hîc opus est, medicum aliquanto esse peritiorem, quàm vulgaris ipsorum consuetudo hactenus fuit. Metallici enim morbi non sunt Humorum morbi, &c.

Quare Spiritus metallici vis & natura.

Morbi varij ex metallorum spiritibus oriuntur.

Tinctura sulphuris & Mercurij qualis.

Medicis tincturarum cognitionem habere decet.

CAP. III.

NOn igitur per hominem isti spiritus separari possunt. Nam dum in aëre versantur etiam in istis spiritibus versantur. Quin etiam non solùm per cannalem pulmonis, sed etiam per nares iste aër attrahitur. Eius verò, qui per nares attrahitur, pars subtilissima non regurgitat in fauces, sed altiora petit & ascendit in cerebrum & ipsius regionem. Hoc enim sciendum vobis est, tam indigere cerebrum aëre quàm pulmonem: & sicut de pulmone dictum est, ita & de cerebro intelligatis. Vndè etiam in cerebro putrefactiones, Tartari, Realgaria, Fuligines, &c. fiunt & generantur. Idcircò enim factæ sunt nares, vt sint cannalis, per quem subtilior aër in cerebrum trãseat. Crassior autem descendit in pulmones. Et licèt nasus obturatus esset, & halitũ non trãsmitteret, tamẽ ex faucibus per interiores nares ascẽderet aër. Hinc igitur oritur Cephalalgia Apostemata capris, Mania, & alij morbi captis, itẽ paralysis, lethargus tortura oris, &c.

Spiritus metallici quot modis attrahãtur.

De morbo metallico.

Cerebrũ aëre indiget.

Metallici spiritus infi-ciunt cerebrũ & veteres morbos tingunt in nouos.

Quanquam

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 758 sur 913

Quanquam autem isti morbi secundum vulgarem descriptionem sese exhibeant & manifestent: attamen sunt quasi cuprum album vel orichalcum, hoc est nisi adesset tinctura, tunc essent vereres illi morbi & communes: sed tinctura, quæ non est separata ab ipsis, dat ipsis aliud nomen: Ideò talis paralysis non simpliciter paralysis, sed paralysis Mineralis vocatur: Ita & de lethargo minerali, & aliis similibus. Quot enim morbi in veteri natura reperiuntur, tot & tincturæ fieri possunt. Quin & non contradici potest, quòd in prioribus spiritibus tabernatum metallicarum similis sit ratio cerebri, ideò quòd inter illos spiritus multi sint subtiles, qui illi aëri subtili commisceri possunt, qui soli cerebro conuenit. Vnde venit brancha, pituita, coryza, catarrhus, & alia. Sicut autem de cerebro & pulmone dictum est, talia opera etiam expectate in ipso ventriculo. Et quamuis multis modis huic rei contradici posset: attamen anatomia ventriculi ocularitèr demonstrat fuliginem, tartarum & realgaria, similiter & bitumina, mucilagines, & alia superiùs enumerata, cum occulto descendente aëre in ventriculum irrumpere. Quæ quidem absque demonstratione difficulter animaduerti, vel à nuda ratione credi possunt.

Paralysis minerales, &c.

Etiam minerales subtiliores spiritus cerebrũ ingrediuntur.

CAP. IV.

SEd vt pergam ista fusiùs declarare, de vno artificio ad alterum veniens, scitote, quodlibet opificium in suum peculiarem metallicum spiritum incidere; vt qui ferrum elaborant in spiritum ferri, qui cuprum candefaciunt, incidunt in spititum cupri, atque ita de aliis: qui in orichalco laborant, incidunt in calaminarem & cupreum spiritum: ita qui in albo & rubeo laborant, in illos spiritus metallicos & tinctuales coniectantur. Porrò non opus est, meliùs istos spiritus describere & declarare. Ad id enim requiritur vlterior experientia & peritia illorum opificiorum, quæ in metallis laborant. Sic qui metallum argenti discernunt, concipiunt fumum argenti & plumbi, eorúmque proprietates, quas habent. Vstulatores argenti solummodo fumum argenti hauriunt. Qui minium conficiunt, fumum plumbi: qui cerussam, acerrimum fumũ plumbi attrahunt. Nam quando metallum destruitur, fortissimum fumum emittit. Qui fundunt antimonium, incidunt in malum sulphureum & Mercurialem fumum: qui zincum seu zinetum fundunt, in quadruplices subtiles fumos cadunt, in cupreum, ferreum, stanneum & immaturi Zvvitteri fumum: qui Lazurium conficiunt, obnoxij sunt acerrimo argenti fumo, vel spiritui mixto cum additionibus. Qui in lithargyrio laborant, in pessimam peripneumoniam incidunt. Qui cinnabarim fodiunt & tractant, incidunt in spiritum argenti viui & sulphuris. Ita porrò intelligite de opificiis metallicis, quomodo suos artifices & famulos Vulcanios inficiant & inuadant, quot modis & viis: & quò meliùs seu exquisitiùs ars excolitur, eò plures species & genera, eò plures hostes, eò plura symptomata fiunt. Nam si igni non subtiliter vtamur, non subtiliter nos inficit. Si autem subtilitates in eo quæramus, tunc ignis multò subtiliora venena contra nos inuenit: Exempli gratia, Stellio repit in cauernam suam & nemini nocet: quòd si verò multa in ipso quærere velimus, oportet nos econtrà multa mala ab eo expectare, & quidem adeò, vt corpus & vita sit in periculo, priusquam id ab eo discamus, quod facit, &c. Ita etiam accidit omnibus illis, qui se in igne oblectant & exhilarant, quod ad extremum omne in luctum vertitur. In his enim rebus accidit idem, quod Epicuri porcis, qui si diutius se edendo & bibendo oblectârint, tandem egestate & morbis perceptam voluptatem expirare coguntur. Ita nulla felicitas est sine luctu, &c.

Quibus fumis quilibet artifices obnoxij sint.

Stellio Alchimistarũ periculũ.

CAP. V.

ITa notate, quòd (vt dictum est) tres sint regiones in corpore, in quibus isti morbi oriuntur, nempè cerebrum, pulmo & ventriculus. Sciendum quoque est, quòd sua mala in se partes illæ non retineant, sed vlteriùs eadem mittant in corpus. Ideò diligentissimè morbi minerales indagari debent. Videtis enim si cerebrum patitur morbum mineralem, quòd totum corpus cum eo patiatur: ea enim est natura spirituum, vt simili modo rodant sicut vermis in digito. Talis enim est vis Mercurialis, vt erodat & lancinet, sicut prunæ ardentes, vbicunque centrum suum habet. Estq; ista vellicatio & arrosio causa multorum symptomatum, vt Maniæ, phrenesis, &c. Ita etiam accidit, vt in pulmone orexis oriatur similis paneritio. Sic & in stomacho, vbi perpetuò Mercurius rodit & mordet circa foueam cordis, perindè ac si vermis mordicans ibi iaceret. Sed & non solùm vellicationes, arrosiones & lancinationes illæ fiunt, verùm multæ aliæ species morborum hinc oriuntur, quorum nomina nondum inuenta sunt, ob quod & hîc eos recensere non est locus. Quilibet autem operam det, vt morbos veteris naturæ probè cognitos habeat. Posteà experientia morbos hos minerales in illis locis, vbi decumbunt, indagare satagat. Ex tali enim exercitatione & experientiâ medicus peritus & doctus euadit. Nam etiamsi omnes morbos hîc ponerem, nullus tamen eos absque dictâ *experientiâ* intelligeret. Quòd si quis hæc *experiri* velit, id faciat apud illos, vbi *hæc sunt, hoc* est, apud minerales ægrotos. *Quis enim* in experientiâ excellens fieret *ex papyro*? Quæ quidem hanc proprietatem vnicam habet, vt pigrum & somnolentum reddat, & tamen arrogantem simul & superbum. Docet enim persuadere sibi ipsi multa, volare sine alis, quæ omnia contraria sunt medico. Quare ad experientiam properate; hæc est, optimum fundamentũ, &c.

Morborum metallicorũ tres sedes.

Cerebrũ pulmo & ventriculus a spiritibus metallicis afficiuntur.

Non ex libris, sed experiẽtia discendum. Experiẽtia veritatis exploratrix.

TRACT. TERTIVS.

LIB. II.

De Morbis Salium natiuorũ & artificialiũ.

CAP. I.

QVONIAM nostri instituti est, omnes morbos minerales & metallicos hic complecti; etiam de mineris Salis necessariò dicendum est. Quæ quidem non intra corpus

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 759 sur 913

pus operantur, cum ſpiritus eorum ſint tantùm vapores, qui in calore reſoluuntur, & quamuis (ſicut fit) humidum aërem faciunt, ac vnà cum cætero aëre ad tria ſupradicta loca veniunt, nempè ad cerebrum, pulmonem & ventriculum: tamen abſque noxà ſunt, imò potiùs ſalubres ſunt, quàm inſalubres. Sunt enim tria genera ſalium, ſub quibus omnes ſpecies ſalium comprehenduntur, nempe Sal, Vitriolum & Alumen. Atque vt probem, quòd intra corpus plus proſint quàm obſint: ſcias de ſale, ſi per ſe in nares intret, tunc ciet ſternutationes. Si non, tunc penetrat ad cerebrum, & reſoluit excrementa, mucum & apoſtemata, ne illa coaceruẽtur, capútque interiùs exiccat, ita vt ſana ſint capita illorum hominum Quod ſi pulmonem attingat, in illo ea reſoluit, quæ tuſſim parerent & anguſtias: præterea tubera incipientia in pulmone auertit, éſtque quaſi balſamus: nihil enim putreſcere ſinit, nihil adhæreſcere, quicquid coagulari & inſpiſſari ſpecie aëris incipit, id iſte aer humidus reſoluit. Ita etiam ſi in ſtomachum deſcendat, eundem mundificat in ſua humiditate, quanquam ea non ſit aliàs natura ſalis, ſi per ſe ſumatur. Harum tamen operationum hæc cauſa eſt, quòd aeri miſcetur eius ſumma eſſentia, quæ in ſale latet, eſtque ſubtiliſſima eſſentia, quæ in aerem redigitur. Similiter ventriculo confert ad coctionem, & cuſtodit eum à phlegmate & pituitâ, conſeruat appetitum, prꝫterquam quòd etiam oculis, auribus & dentibus conducit. Similiter intelligite etiam de vitriolo, ſi ſpiritus ipſius in aërem tranſeat per coctiones vel ſiccas exhalationes. Fit enim ex eo humidus aër, qui eſt ſubtiliſſima eſſentia vitrioli, habétque proprietatem ſalis in cerebro, pulmone & ventriculo. Prꝫter hæc autem occulta arcana ei inſunt contra multa apoſtemata & magnos morbos, vtpote icterum, fellis exundationem, proſtratum appetitum, nimiam pinguedinem. Similiter ex ſtomacho in hepar penetrat & expellit arenam & ſimiles affectus, ſi quis perpetuò in illo aëre habitet. Quin & purgat per ſuperiora & inferiora etiam pulmones, pleuriſin prꝫcauet, item epilepſiam, conuulſiones contracturam, ſpaſmum, &c. Porrò de alumine notate, ſi eo modo, vt dictum, in aërem tranſeat & hauriatur, quòd proprietates ſalis & ipſum habeat, etiam ſi non ſit tam fortè in virtute Balſamicâ: prꝫterea autem conſolidat quicquid ad apertionem tendit. Quin & tollit fluxus eſthiomenos, ne in exteriores ductus deriuentur.

Salium tria genera ſũma. Spiritus ſalis vtilitas intra corpus.

Salis ſpiritus eſt velut balſamus pudendẽ ulcera.

Sp. ſalis eſſentia ſubtiliſſimus. Spiritus vitrioli commoditas.

Vitriolo quę arcana inſint Alumĩs ſpiritus commoditas.

Aluminis ſpiritu commoditas.

Quare ſcitote de dictis tribus Salibus, quòd in aëre ſuo ita ſint affecti, vt potiùs laudem mereantur, quàm damnum inferant &c.

CAP. II.

PORrò verò quando in aërem rediguntur tria iam explicata, etiam exteriùs non nocent, niſi quòd diuturnâ tractatione nimis feruida ſunt oculis, & renibus. Quin potiùs natura ipſorum, ſi iuſto modo & tempore adminiſtrentur, ita comparata eſt, vt multa externa mala curent. Ex tribus enim ſalibus quælibet ſcabies ſanatur, ſi ſeruetur concordantia, quæ eſt inter morbum, & eius medicinam. Aër enim Aluminis ſanat pruritum. Aër vitrioli ſanat alopeciam; Aër ſalis communis ſcabiem. Prꝫterea etiam vlcera curant intus & extra quaſi potio vulneraria, adhibito bono ceroto exteriori, ſi modo illa vlceratio ſit ipſis contraria in ſua diſpoſitione. Non igitur multum de ipſorum veneno ſcribi poteſt. Sunt enim ferè temperatæ naturæ, vt ſal commune, quod omnibus complexionibus, qualitatibus & morbis commodum eſt. Quare etiam de artificiis, quæ ſal tractant, ſcitote, ſi in ſale ſe humectent, lauent, & alio modo exteriùs eo vtantur, quòd mirabiliter omnes fluxiones & ſuperfluas humiditates corporis conſumat. Quin idem accidit aliis etiam opificibus, qui eo vtuntur, vt tinctores, & qui ſaponis coctores & ſimiles. Sunt enim opifices optimè valentes, qui ſine notabili cauſa non ægrotant. Poſtquam autem beneficia dictorum trium ſalium annotauimus: econtrà etiam decet expedire venenum, quod in ipſis deprehenditur: idque hoc modo. Quælibet minera nondum depurata, ſed adhuc in permixtione ſuà poſita, venenum in ſe continet, vt vitriolum in ſuà minerâ facit ſcabioſos & prurientes, & elicit fluxiones eſthiomenas ex corpore. Sal in ſuà permixtione parit ſcabiem ſubtilem, impetiginem, dentes malos. Alumen verò in ſua terra adhuc hærens, omnia ea parit, quæ alumen plumoſum. Intra corpus autem tria illa ſaliâ nihil mali operantur. Tum & morbi, quos exteriùs faciunt, non deſcendunt altiùs in corpus, ita vt interiùs nulla ingeratur malitia ab ipſis ſicut exteriùs. Quamprimùm autem prꝫparata ſunt, nihil mali dant vt ſupra dictum. Hic verò etiam ſcitote, multa eſſe genera ſalium, vt ſalpetræ. &c. Multa genera etiam Vitrioli: ſimiliter & Aluminis. Nihilominùs tamen vnus idémque eſt ſingulorum generum intellectus, nec in alio differunt, niſi in gradu ſuæ naturæ, quæ in vna ſpecie eſt fortior, quàm in altera.

Sal temperatum & omnibus naturis cõueniens eſt.

Sal tractantes opifices ſaniſſimi. Salium damna. Minerę impuræ damnoſæ: depuratæ innoxiæ.

Salia Vitriola, & Alumini vt differant?

CAP. III.

VT autem ea, quæ ad ſalia pertinent, ſufficienter exponantur: dicendum etiam eſt de ſeparationibus. Ea enim, quibus illi vtuntur, ex ſupradictis tribus ſalibus conficiuntur. Loco autem ſalis communis accipiunt Salpetræ, vel potius Sal nitrum, quod ex nitris coquitur & conficitur, & non eſt ſalpetræ, attamen ad genus mineralium deflectit. Quare æquum eſt, vt & ipſius natura etiam explicetur, quòd nempè ſit quaſi Sal. Notandum igitur eſt, quòd ex tribus dictis aut pluribus vel paucioribus, fiant Aquæ fortes, Aquæ gradationis, Aquæ regis, & ſimiles, quarum varia ſunt nomina. Quid autem illæ homini afferant mali, ita intelligite. Compoſitio, quæ ibi fit, frangit naturam ſingulorum, ita vt porro non loquendum ſit de ſingulis ſeparatim, ſed iuxta formam cuiuslibet compoſitionis. Quæ quidem cùm varia ſit, vt Aquæ fortis, quæ fit ex Sale petræ & vitriolo; aut ex Alumine & Sale petræ; aut ex Alumine vſto & Salepetræ: ideò hinc æſtimabitis efficaciã cuiuslibet aquę, cuius vis manat ab ingreſſorũ mineraliũ ſpiritibus. Iã ſubtiliſſimi ſpiritus aëré mutant, quem nos haurimus. Quomo o autẽ in nos illi ingrediãtur, & quid in nobis operen-

Separatio per quæ fiat? Sal petrę non eſt ſal nitrũ. Quid nocent ſpiritus aquarum fortium. Aquę fortes vnde parentur?

Nota.

perentur, ſcitote. Sicut vinum correctum, ſi in Aquam fortem infundatur, ſuos ſpiritus ſubmittit, & præcipitat in formâ coccineâ, & ſeparat inuicem fortitudinem & infirmitatem: ita etiam ſcitote, quamprimùm ſpiritus Aquę fortalis intrat interiorem regionem hominis, ſpiritus ipſius illicò præcipitantur & debilitantur, ita vt non ampliùs in ipſis reperiatur vis illa, quam ex deſtillatione acceperant. Cum igitur iam efficacia ipſorum per humidum naturale diſſoluatur, nihil aliud hîc requiritur, quàm vt ſpirituum depreſſorum conſumptio intelligatur. Nec enim illi putredinis ſortem ſubeunt. Tum & ex propria virtute expulſiuâ ſeſe eiiciunt. Porrò quandoquidem iſtis aquis adiiciuntur res graduantes, vt cinnabaris, plumoſum, viride æris, &c. de illis ſciendum eſt, quòd illæ res non præcipitentur, ſed in ſua nequitiâ maneant, cinnabaris nempè vt ſulphur, plumoſum vt ſal fixum, viride æris vt fixum acetum. Cum igitur fixa maneant, notate, quòd abſque nocumento ex corpore non recedant, imò tam efficaciter penetrant cerebrum, pulmonem & ventriculum, vt à ſuis naturalibus virtutibus deficiant, & digeſtiones & expulſiones ſuas non ampliùs habeant. Quæ autè porrò ex his oriantur, ea experientia docet, & præterea proprietas & conditio rerũ.

Res graduantes. Aqua gradationis.

CAP. IV.

MVlta ſupra dicta, etiam de Aquis Regum intelligenda ſunt. Quoniam autem cum aliis additionibus, vt cum calce ouorum aut albumine ouorum conficiuntur, & ſimilibus, debiliores fiunt, quàm ſuperiores aquæ: attamen ad aquas gradationum pertinent.

Alia opera Alchimiſtica quid nocent. Aq. Regum vt parentur.

Sciendum etiam hîc eſt, quod in deſtillationibus præter Salia, multa ad manum ſumantur, vt correctio mellis, correctio tartari, & ſimilia. Illa igitur eius ſunt naturæ, vt nunquam ſe ab illo loco depellere ſinant, vbi adhæſerunt. Morbi autem quos pariunt, habent ſua peculiaria ſigna & proprietates, quas ipſa experientia notas facit. Similiter etiam de aliis deſtillationibus iudicate iuxta vltimæ materiæ fundamentum, quæ earum vim ſignificat. Ita etiam de alijs ſalibus. & rebus deſtillatis intelligite. Sæpè enim accidit, vt res bona in deſtillatione merum venenum fiat, vt mel & ſal. Sal quidem ſuo fumo illis, qui id tractant (vt fusores, monetarii, Alchimiſtæ, & ſimiles) in reuerberationibus, cementationibus, calcinationibus, & ſimilibus laboribus ſanguinem adurit. Ita etiam agunt ſalia, ſi mineris addantur ab his, qui priuatim liquefaciunt mineras. Similiter euenit etiam vitreariis, & ſimilibus, auriſabris & monetariis, qui tales additiones, fluxiones, gradationes, cementationes, & ſimilia quærunt & faciunt: non ſolùm verò in Regali cemento, ſed etiam in omnibus particularibus, quales etiam ſunt Alchimiſtæ, qui in talibus mineralibus varia quærunt, faciunt & præparant, in vniuerſali, in particulari, & ſimilibus in quibus omnibus ſolummodo noſſe oportet, quas res tractent, iuxta quas agendum erit. Reperiuntur tamen multi Alchimiſtæ, qui longæui fiunt, de quo coniici poſſet, quòd ſpiritus rerum, quas tractant, id efficiant: verùm ego id credere nequeo, imò do hoc abſtinentiæ, fami, exercitationi, peregrinationi, &c. quæ omnia hominem longæuum reddunt per ſe. Quòd ſi iam accedant boni ſpiritus, vt dictum, eò maior eſt ſanitas ipſorum: qui verò in diæta tales non ſunt, vt dictum, illineque ætatis eò perueniunt. Ordo enim & diæta hîc neceſſaria eſt.

Sal, & Mel, bonę res, deſtillãdo malæ fiunt.

Alchimiſtę curiuaces.

Lõgeuitas vnde.

CAP. V.

SEd pergamus loqui de talibus laboratoribus, vt de his, qui ſublimationes tractant, illi abſque nocumento vix eſſe poſſunt. Attamen fames harum rerum optima eſt conſumptio, vt dictum eſt: Scias tamen ſublimationes multas bonas virtutes ſecũ vehere, vt ſublimatio argenti viui habet hanc proprietatem, quòd aër ipſius laxat. Qui iam tali laxatione indiget, illi conducit ſublimatio eius. Similiter ſublimatio Arſenici emittit feruidum ſpiritum in aërem, in quo feruore etiam quartana curatur, & aliquot morbi acuti, quin & fluxiones podagræ, artheticæ, & aliæ, quas & ignis & ligna in aliquo conſumunt.

Fames malorũ mineralium optima cura. Sublimationũ vtilitas. Argenti laxat. Arſenici feruore elidit. Mercurij puſtulas arcet.

In aëre etiam Mercurij omnes virtutes Mercurij latent. Quare illi, qui eius ſublimationem tractant, à puſtulis non infeſtantur. Tales ſunt etiam præcipitationes, reuerberationes, calcinationes, aduſtiones, & ſimiles præparationes multæ, in quibus omnibus ſpiritus aëreus aſcendit, qui illam naturam & proprietatem habet, quam habet illud, ex quo eleuatur. Quomodo autem ille aër & morbus laborantis concordent, id medicis committendum eſt, qui circa eos habitant, & quotidiana experientia vti debent.

Ita iam intelligite ex hoc tractatu, quòd ſalia variis modis vſurpentur. Attamen non cum tantâ malitiâ & infectione, vt metalla. Medicus verò qui iſta bene cognita habere vult, is in hac ſcholâ minerali ſe exerceat experiendo: de quâ nec dicendum neque ſcribendum eſt ſine Magnalium iſtorum oculari teſtimonio; neque etiam de his quicquam diſci poteſt, niſi docentes & diſcentes in mundo minerali educati & verſati ſint, ſine quo impoſſibile eſt, iſta ob oculos poni. Quicquid autem aliàs cognitionis iſtis cœcis datur, nemo negabit, id eſſe tantùm illorum picturam, quæ nunquam id eſt, quod res ipſa, ſed ſemper ſuos defectus & vitia ſua habet, quæ nauſeam alicui pariunt. Homo generatur per hominem & non per pictorem. In ſumma per lectiones & repræſentationes picturales nihil perfecti efficitur, nihil probè traditur, nihil iuſtum eſt, niſi ex fontibus ipſis fluminis ſcaturiat, ex quibus bibunt, qui verè ſitiunt, &c.

Ex natura & experientia non ex libris diſcendum. Experientię vis ad diſciplinas.

Scientib vera ex oculis, non ex libris

TRACTATVS IV.

De Cura.

De Cura morborum mineralium, de quibus in libro ſecundo dictum eſt, dèque præſeruatione eorundem.

CAP. I.

SIcvt in præcedentibus tribus tractatibus de mineralium morborum origine & causâ dixi: ita hîc in quinto tractatu de cura eorundẽ tractandum reſtat. Sed non opus eſt omnes

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 761 sur 913

omnes specialiter declarati. Curam saltem duplicem ponemus: vnam de morbis ex mineralibus; alteram de morbis ex salibus. Sciendum enim est, quod diuersa sint hæc, & singularem vtraque curam requirat, ita vt sit vna descriptio pro metallicis fixis, Sulphure, Sale & Mercurio, & similiter de non fixis, altera verò pro salibus, quę ferè per se sua medicina sunt: attamen, quod ad artifices, qui & ipsi tali fumo inficiuntur, aliquid amplius omnino dicendum est. In quibus tamen omnibus vt dictum est, aliâ ratione curam aggredi nos oportebit, quàm vulgò fit, nempe vt subtiles & fixi spiritus per sua arcana superentur.

Duplex cura libri secũdi.

CAP. II.

VT autem compositiones receptorum edoceamini in morbis, qui ex mineralibus oriuntur: sciendum est primùm, quòd sub aëre, de quo superiùs dictum est, solummodò elementum ignis comprehendi debeat & intelligi, ideò quòd hoc loco elementaris quædam operatio fiat, sicut videtis in flammâ quæ consumit tanquam elementum, & non vt calor, quomodo sol exiccat, non vt ignis, sed vt res calida. Iste calor & ignis sunt diuersa: alterum enim est elementum, alterum qualitas. De qualitate verò hîc non loquimur, sed de Elemento est nostrum propositum. Nam sicut ignis flammæ in ligno operatur; ita etiam isti spiritus operantur in membris, quibus adhæserunt. Et quòd non tam celeriter adurantur vt lignum, in causa est vis viuida, quæ crescentem humiditatem in se continet, per quam igni vis sua debilitatur tamdiu, donec vis illa crescendi absumatur.

Elementũ ignis considerandum in morbis secũdi libri.

Calor & ignis diuersa.

CAP. III.

EX hoc sequitur iam, quod medicina in virtute elementi sit opponenda huic igni, sicut sola aqua ignem restinguit & nihil aliud. Elementa enim efficacia efficacibus elementis vinci oportet. Aliud enim est elementum, aliud qualitas: aliud est calor, aliud ignis. Calor hîc non consideratur, sed ignis. Quare non complexio contra complexionem dirigenda est. Ignis enim à complexione vincitur, sed complexio suum simile vincit, & elementum similiter suum simile. Vt exempli gratia. Sit morbus aliquis per se calidus. Oportet autem iam morbum connatam habere vel humiditatem, vel siccitatem, tanquam suam diathesin, sicut ex libris de Gradibus & compositionibus intelligitur. Ex eo iam consequitur, quòd & medicinam per talem diathesin disponi oporteat. Hîc verò cum agatur de elemento; ista non sunt considerandа. In elemento enim non est diathesis, sed proprietas naturæ vna est domina alterius, vt humiditas aquę dominatur igni, & nec frigidum, nec calidum. Quare aqua humida est, & nec frigida, nec calida. Si autem dicitur aqua frigida, puta, id esse frigus accidentale, quod in operatione humiditatis non permanet, neque eam adiuuat. Frigus enim tam peregrinum est aquæ, quàm calor. Vt enim, si aquam bullire facias super igne; tunc quando ignis non amplius adest, aqua in suam pristinam tẽperaturam redit; ita similiter peregrino frigore ab aquâ recedente, aqua in idem medium redit vt post bullitionem.

Elementum vincit elementũ, complexio complexionem.

Elementum & qualitas differũt.

Simile simili curatur.

Humilitas aquę est cõtraria igni, non frigiditas vel caliditas.

CAP. IV.

ITaque scitote, morbum hunc esse Elementum, & non qualitatem, vel complexionem. Quòd si igitur est elementum, nempè ignis, necesse est etiam, medicinam eo modo constituere & dirigere, vt in ipso insit elementum humiditatis, & nõ cõplexio vel qualitas madida. Aliud enim est esse humidum, & aliud est esse madidũ. Estque hæc differentia; Humidum non consumitur, madidum autem exiccari potest. Quod exiccari potest contra elementum nihil valet, sed quod non consumitur. Illud autem hoc modo agnoscendum est quod coagulationi minimè est obnoxium, illud est humidum. Qui autẽ hæc cognoscere velit, eũ oportet esse peritũ & exercitatũ in transmutationibus & præparationibus Artistarum, quibus hoc loco ista cõmendo. In homine igitur hæc est conditio ignis & humiditatis, quòd humiditas non coagulatur, sicut id quòd madidũ est. Hoc enim si cõtra talem ignem administretur, coagulatur. Itaque iam vna siccitas alteri adiungitur, & igni apponitur lignum. Quod autem humidæ naturæ est, etiam si ab igne in vaporem destilletur, nihilominùs eius elementum incorruptum manet. Redestillatur enim tamdiù, quãdiu homo suum Alembicum suffert.

Morbus metallicus Elementum est, non qualitas.

Humidi & madidi differentiæ.

Quid sit vere humidum?

CAP. V.

SEd vt porrò de medicinâ ista loquamur, scitote aliam vim in ipsa, quam parit vis elementaris in rebus naturalibus: in quâ si erretur incuriâ, & humiditas peccet, nascitur hydrops, quæ ex nulla alia causa oritur. Si siccitas, sequitur Ethica & species ipsius. Si enim dici potest, Tu istũ corrupisti purgando, quod extra elementum factum est, etiam dici poterit. Tu peccasti in elemento ignis & ægrotum ad Marasmum deduxisti. Si erres in elemento aëris, facis ægrotum colicum & contractum: Si in elemento terræ, ægrotum in quartanæ exaltationem deducis. Atque sicut isti morbi quatuor sunt elementares, & non ex humoribus ita etiam eos in hac monarchia describere, & iuxta eam procedere decet. Sicut iam igitur dictum est, Medium omnino hic seruari, & non vlteriùs progredi oportet, ne consequantur dicti morbi. Summa autem hæc est, quòd morbus mineralis sit ignis materialis, sicut mũdus eius & natura specifica indicat. Ideò medicinam quoque materialem humiditatem esse oportebit, talem, qualem supra descripsimus, vt per istum processum medicinæ, humidum radicale conseruetur in sua qualitate. Quod dũ fit, nullus morbus deprehẽdi potest. Huius autem elementaris humiditatis Receptum deinceps sequitur.

In elementari medicina peccari potest.

Hydropis causa.

Hecticæ causa.

Morbi Elementares quatuor

Humidũ radicale vt conseruandum.

CAP. VI.

DEligantur igitur medicinæ, quæ à coagulatione liberę sunt, quale est Alumen, in quo humiditas est & coagulatio simul. Quæ duo si à se inuicẽ separentur, qualitas in vnũ locum cõcedit, & elementũ similiter in alterũ. Elemẽtum autem aluminis proximũ est elemẽto aquę. Elementum enim aquę etiam constitit in sua Hyle, sicut Alumen post excoctionem suam, & postea à suis coagulatis separatũ,

Alumen continet elementarem humiditatem contra ignem microcosmi.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 762 sur 913

Præparatio & administratio alumi-nis.

in purum ac proprium ſuum Elementum abiit, arcanis tamen Medicinalibus ſpoliatum. Priuationem autem hanc Alumen non fert. Aqua enim ſola contra ignem Microcoſmicum medela eſt: Quare in hoc ſita eſt res, vt ſolummodo ab alumine auferatur eius aquoſitas, & eò vſque rectificetur, vt ferè ſaccaro aſſimiletur, cuius bibatur ſcrupulus vnus. Quòd ſi verò denuò ſigna morbi elementaris deprehendantur, denuò reſtinguantur vt antè. Plura ſunt talia arcana, quæ experientiæ ſcholæ Vulcanicæ committo: Hîc enim non fieri poteſt, vt omnia annotentur.

CAP. VII.

PRæter dictum arcanum ſunt quædam ſimplicia, qaæ ſimilia ſunt elemento aquæ, videlicet ſi ipſis adimatur coagulatio. De his dicet præſens caput. Sunt nempè, aqua Marrubii, aqua Barbæ Iouis, Betconicæ & Nenufaris. Cum autem ars eas præparandi non ſit viſitata apothecariis, ſequitur ratio, quomodo præparandæ ſint, vt conſeruentur artifices, qui ab eiuſmodi ſpiritibus inflammati ſunt, ſimiliter Alchimiſtæ, fuſores, & alij, de quibus in iſto tractatu dicitur, vt ſibi ipſi conſulere poſſint. Doctrina autem cocturæ eſt hæc, vt dictæ herbæ aut ipſarum ſimiles contundantur, dum adhuc virent, & cum æquali quantitate cremoris lactis miſceantur & in cantharo coquantur, in balneo maris per vnam horam, & ſic ieiuno ſtomacho comedantur.

Aq. Mar. &c. contra morb. minerał. Præſeruatiuum & conſeruatiuum ex herbis & lactis butyro.

Iſte cibus præſeruat, conſeruat, defendit & curat Alchimiſtas, aurifabros, monetarios, fuſores & reliquos, de quibus in hoc libro dictum eſt. Nota hîc, quod vnâ ex parte hîc corpus ſit butyrum, vel ſaltem lac pinguius, alterâ ex parte herbæ prædictæ, vel ſimiles, aut earundem ſuccus vel liquor. Imò etiam excoqui poſſunt, & poſteà cum lactis cremore decoqui, vt ſupra: extra hunc proceſſum, morbi minerales minimè ſuperantur.

De Morbis Metallicis.

LIBRI TERTII.

Tractatus primus.

De Morbis ab argento viuo.

De Semiperfectione Mercurij, quod ideò ſit bonus & malus.

CAPVT. I.

Argenti viui morbi à cæteris vt differãt.

VT morbi minerales in vnum opus coagmentẽtur, ſequitur iam Liber Tertius: in quo comprehenſi ſunt omnes morbiqui ex argento viuo oriuntur, qui ex ſingulari obſeruatione & experientiâ collecti ſunt. Morbi enim ſupradicti peculiaribus libris ſuis opus habuerunt. Quare in principio huius libri ſcitote, quòd morbi ex argento viuo nihil commune habeant cum morbis ſulphureis & ſalſis, aut Mercurialibus, ſed neque cognati ſint aliis metallis aut mineris. Similiter etiam non conſiderandum hîc eſt id, quod ab argento viuo ſegregatur, quaſi diceretur, malum à bono ſeparatum hîc morbos parere. Argentum enim viuum eiuſmodi eſt, vt bonum & malum ſimul vnita habeat, ita vt non ſeparentur. Quâ de causâ ſequitur, quicquid hîc mali fit, id bono & malo ſimul tribuendum: ſimiliter quicquid boni fit, vtrique bono & malo iterum imputandum eſſe. Exemplo theriacæ intelligere poſſumus, quòd hîc bonum abſque malo nihil valeat. Ita ☿ eſt nata theriaca, cui nihil addendum eſt, neque demendum, ſed tantum modo præparatione in theriacam is tranſmutandus eſt. Itaque ſcitote, Mercuriales infectiones perfectorum metallorum eſſe duram impreſſionem. Quæ enim ex acri & vehementi impreſſione proficiſcuntur, alia in malitia inficiendi ſuperant. Omne enim quod ad perfectionem ſuam venit, eſt ſine veneno, bene temperatum. Quod autem ad perfectionem non peruenit, ſed terminum ſuum nanciſcitur in intermedio tempore, in quo termino perfectio generari non poteſt, id alterius naturæ eſt, quàm perfectum aliquid, magiſque optandum id eſt, in bonis & malis rebus quàm ea, quorũ generatio ad finem producta eſt. Ita etiam Mercurius eſt ſeminaturus fructus, non progreſſus ad ſuam perfectionem, ſed in media generatione acquirit vim illam, quæ ex eo produci debet.

Mercurius viuus bonus & malus.

Mercurius eſt nata theriaca.

Mercurialis infectio eſt grauior.

Perfectũ omne eſt temperatum: contra imperfectum. Mercurij imperfectum metallũ. Mercurius cur admodũ nocens.

CAP. II.

QVòd igitur Mercurius tot damna affert, ſola cauſa eſt, quòd non ſit coagulatus in metallum. Et quoniam coagulatio ipſi deeſt, ideò eſt ſemigeneratum: & quicquid ei ſimile eſt, de eo idem intelligitur, quod de Mercurio. Vnumquodque coagularum metallum in ſe continet naturam Mercurij. Quia verò coagulatum eſt, ideò vis illa non ampliùs adeſt. Nam in dimidia generatione, & vſque ad dimidiam generationem omnia metalla ſunt Mercurius, poſt quæ ſequitur operatio in perfectionem, in qua incipit metallorum diſtributio, quocunque ſingula diriguntur. Hinc conſequitur, quòd ex Mercurio per ignes Vulcani quoduis metallum generari poſſit, ſicut in libro de Generationibus reperitur. Hæc ideo indicãtur, vt diſcrimen Mercurij benè intelligatis, ſcilicet coagulati & non coagulati, quòdque omnes illæ res, quæ non ſunt coagulatæ, & tamen finis eorum & vltima materia eſt coagulatio, omnia genera venenorum & medicinarum in ſe habeant. Iam verò nullum eſt, cuius finis & terminus ſit coagulatio, quodque non eò perductum ſit, niſi ſolus Mercurius. Multa enim ſunt liquida, ſed finalis ipſorum conditio non eſt coagulatio, ſed liquiditas. Quare hîc diſcrimen eſt obſeruandum de Mercurio, cuius natura eſt, vt non perfectus naſcatur, ſed viuus in ſua ſubſtantia contineat proprietates illas, quas metalla habẽt mortua. Aurum enim tantùm eſt Mercurius: quoniam autem coagulatũ eſt, naturam illam nõ ampliùs habet: & quamuis ei Mercurij proprietates inſint, mortuæ tamen ſunt. Ita & de argento, ferro, cupro &c. intelligite, quę omnia Mercurialẽ vim in ſe habent: ſed ſicut aliquis in aqua fluida mergi & ſuffocari poteſt, quãdo autem ea coagulata eſt, non poteſt. Sicut igitur coagulatio aquæ periculum adimit: ita & coagulatio Mercurio ſuam vim aufert.

Omnia metalla fuerunt Mercurius.

Ex Mercurio metalla omnia produci poſſunt.

Coagulatio finis omnium metallorum excepto Mercurio.

Aurum eſt Mercurij coagulatus.

Metalla omnia quomodo Mercurij vim habeant

CAP. III.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 763 sur 913

CAP. III.

In Mercurio omnia metallorum arcana latent. Nota.

QVòd autem iſtud metallum ad ſuam perfectionem non peruenerit, quænam alia cauſa eſſet, quàm quòd medicus in hoc liquido apothecam ſuam quærere debeat? non habita ratione mali, quod inde oritur, ſed potiùs magnæ artis, quæ hîc abſcondita latet, vt illa inueſtigetur, quæ & ſua propria & aliena mala fugat. Si igitur propter artem iſta materia metallorum à natura reſeruatur, ex qua ſex illa perfectiora metalla fieri poſſunt, & præterea Eſſentiæ & Arcana, quæ in ſex metallis abſcondita latent, in eius ſubſtantia reperiri poſſunt; ea hîc omittam ceu nimis prolixa & ſuæ ſcholæ commendabo. Hîc enim id ſolùm mihi propoſitum eſt manifeſtare mala, quæ ex ipſo ☿ oriuntur, ſimiliter & medicinam mali quod ex eo natum eſt. Itaque vt bene intelligatis liquiditatem & coagulationem eius, cogitandum eſt, quòd ex eo, quod coagulari debet, & in via coagulationis eſt, & tamen liquidum manet, ſurgat fumus, quaſi humiditas ex aqua. Et quanquam non videatur eſſe aqua ille fumus, attamen eſt aqua inuiſibilis. Nam quando aqua in vaſe aliquo bullit, donec nihil remaneat, illud quod exhalat non videtur eſſe aqua, ſed ſolummodo vapor, qui tamen in deſtillatorio reſudat in aquam, vt poſtea oculi videant vaporem illum fuiſſe aquam. Ita ſe res habet cum Mercurio, qui ex ſeipſo emittit exhalationem vi ſuperioris firmamenti aquæ inſtar, quæ ab ipſo exiccatur. Hic iam vapor Mercurij tranſit in aërem, & per eum in hominem ingreditur. Ita iam Mercurius in homine eſt, ſicut vapor aliquis aquæ in aëre, qui attrahitur: & ſicut aqua iterum fit aqua, ita Mercurius denuò fit Mercurius. Deſtillatio autem ipſius non ſolùm fit & regitur ab exteriori firmamento, ſed & ex ſeipſo ab igne, quod ſecum gerit. Sicut enim omne liquidum per ſe conſumitur virtute proprij ſui deſtructiui ignis: ita etiam Mercurius ſeipſum impellit & deſtillat in montibus, ſpeluncis & venis terræ, in quibus ipſius fuligines per terram obſtantem confertim erumpere non poſſunt. Vnde fit, vt ij, qui in illa regione terræ habitant, in iſtis vaporibus ſedere cogantur, ſicut quis in hypocauſto balneatorio ſederet. Idemque eſt, ac ſi is totus in ipſo Mercurio ſederet. Qui enim in balneo ſedet, eum vapores madefaciunt non minùs, ac ſi in lauacro aquæ ſederet.

Humiditas nociua vt ex Mercurio exhalat.

Fumus aqua eſt quibus.

CAP. IV.

De vaporibus lapidum, metallorum, liquorum & herbarum.

NOn ſolum autem in Mercurio talis nequitia eſt, quæ hominem adeò malè inficit, ſed & in lapidibus, qui ſi non coagulati eſſent, quis ſine malo in terris viuere poſſet, hoc eſt ſine morbo? Nam ſi eorum Mercurius ita imperfectus maneret, ſicut Mercurius metallorum, illæ certè deſtillationes terram adeò inficerent, vt nihil ſalubre in ea naſceretur. Sed coagulatio lapidis hæc omnia tollit. Sicut enim videtis, fœtorem Rebis eſſe omnium peſſimum & deterrimum, ita vt nemo eum in propinquo ferre poſſit, quem frigus tamen congelat & indurat, per quam coagulationem omnia illa aduerſa amittuntur: ita etiam fit in coagulatione lapidum, quæ nequitiam eorum non dominari ſinit. Atque ſi tantum Mercurij metallorum eſſet, quantum eſt Mercurij lapidum, ac metalla ſimiliter vt lapides in ſuperficie terræ iacerent: tunc certè terra ob deſtillationem vaporum eius nihil quicquam fructuum ferret vtilium, imò & homines inficeret non leuiùs, quàm in ipſa terra. Regiones enim, quæ vicinæ ſunt iſtis Mercurialibus fumis, & præparatores argenti viui, in grauiori periculo morborum degunt, quàm aliæ regiones. Vbi enim Mercurius reſeruatur, illa loca ſunt inſalubria. Sed iuxta hîc etiam intelligite, quòd metalla ſine igne nullum venenum emittant. Ignis enim agit ipſa in ſuum fixum Mercurium. Et quanquam inſalubris ſit ipſorum frigiditas: attamen operatione ſua comparantur aquæ congelatæ. Ita & de lapidibus ſimiliter iudicandum eſt. Sed reliqua generata, quæ non tam vehementer ſunt coagulata, minùs nocent, vt lignum, quod ſuæ primæ materiæ propinquius eſt, quàm metalla. Quare & lignorum fumus non adeò fugiendus eſt, quoniam ipſorum liquida materia non ad firmiſſimam coagulationem perducta eſt. Ita & herbæ adhuc minorem coagulationem habent, quare ipſarum fumus cætera omnia bonitate ſuperat. Idcirco bonam materiam primam habent, quæ non adeò aduerſatur hominibus, ac metalla, &c.

Mercurius plus in lapidibus quàm in metallis.

Metallū ſine igne venenū nō emittit.

Lignorū vapor quanto pere nocius

Herbarū fumus quam nocens.

TRACTATVS II.

Quòd argentum viuum ſit Luna terreſtris, & caput ſtellarum hyemalium in terra.

CAPVT I.

Ed autem iſta ex fundamēto vero, vt fas eſt, intelligi debēt, ſine phyſica Aſtronomica id fieri nequit. Medicus enim addictus eſt omnibus naturalibus artibus & ſcientiis, quas omnes in vnum colligere eum oportet, & poſtquam eas omnes complexus fuerit, tum demum ei licet rem aggredi medicam & adminiſtrationem ægroti. Quare recolite ea, quæ in primo tractatu dicta ſunt de ſemiperfectis generatis naturalibus, inter quæ vnum eſt Mercurius viuus, qui non in compactionem perducitur, ſed in liquiditate relinquitur: præterea ſciendum quamlibet rem naturalem, quæ aperta eſt, vt argentum viuum, eſſe ſimilem domui non clauſæ, in quam quilibet intrare poteſt. Ita etiam Mercurius patet, vt quilibet Medicus ex eo accipere poſſit, quæ velit. Sed de auro, argento, ſtanno, &c. non ita res ſe habet. Illa enim ianua eſt clauſa per coagulationem, donec per artem fiat apertio, diſſolutio, reductio in primam materiam: quæ quidem multa impedimenta habent. Ea autem omnia impedimenta in Mercurio non ſunt. Eſt enim patens, nec alia re indiget, quàm directione in præparationem Vulcaniam. Sed hæc omnia poſthac omittentur, & porrò dicetur de Mercurio, quis ſit in ſuo ſydere terreno. Terra enim cœlū ſuū in ſe cōtinet, & aſtra eius ſūt minetalia. Ita vnum ex aſtris illis eſt argentum viuum. Quale autem id ſit cognoſcite, &c.

Phyſica Aſtronomia Medico neceſſaria.

Mercurius viuus ſemiperfectus.

Mercurius eſt metallū apertum

Metalla in Mercurium redigēda & poſtea præparanda.

Minetalia ſunt aſtra terræ.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 764 sur 913

CAP. II.

Alii 365. Anni quot dies & partes.

NOtum vobis est, annum esse diuisum in 364. dies vnà cum minutis adhærentibus eundémque dimidia ex parte esse æstatem, dimidia ex parte hyemem: atque in hac forma vnus annus alterum insequitur vsque ad finem mundi, ita vt semper & continuò æstas & hyems vna post alteram succedat; sic enim creatus est mundus, & hic est eius ordo, atque hic est mundus, quem homo videt. Iam verò in ipsa terra alius est mundus, habens suas constellationes, suas habitationes, & similia, ita vt sit peculiaris mundus per se, de quo satis. Sciatis autem in illo mundo terræ non esse nisi vnum annum, qui incipit à prima die creationis, & adhuc durat. Ex quo sequitur, quòd iuxta hunc annum res, quæ in terra sunt, crescant, (quicquid enim in superficie terræ nascitur, id non pertinet sub terram) quod ita intelligite. In terram sparsum est semen metallorum, & non ipsa metalla, quæ se manifestàrunt tempore messis & vindemiæ, vnum post aliud, citò vel serò, pro diuinę prouidentię ordinatione, sicut nunc habemus violas, nunc thymum, postea rosas, cerasa, pira, nuces, vuas, &c. donec finitus sit annus, & omnia tamen nascuntur in eodem anno, etiam si vnum seriùs altero prodeat. Ita etiam hîc fit, nunc floret in vna regione aurum, in alia argentum, in alia ferrum, in alia plumbum: hoc præteriit, illud præsens est, alterum futurum est, hoc est huius Ver finitum est, alterius Æstas, alterius Maïus, alterius Iulius. Qui enim in principio mundi vixerunt, ij aurum & argentum veris cum violis consecuti sunt, qui post eos vixerunt cum trifolio & flammula argentum aurúmque adepti sunt, & ita porrò à primo vsque ad vltimum distributum est tempus anni huius. Ita, quicquid decidit, non iterum nascitur, de eo actum est, nullus annus iteratur in terra. Et sicut super terrâ satis nascitur pomorum, graminis, frumenti, &c. ita etiam homini prouisum est de metallis: attamen cum hoc discrimine, quòd hoc metallum natum sit tempore violarum, alterum tempore cyani, tertium tempore cerasorum, pyrorum, frumenti, vuarum, &c. hoc est iuxta tempus huius anni terreni, cuius menses ordine longo complectuntur, multa millia annorum.

Annus est duplex.

Annus mineralium

Annus mineralium vnicus tantùm est.

Pulchra speculatio.

Superficialia ad terram non pertinent.

Semina metallorum terræ indita sunt.

CAP. III.

CVm igitur vnicus sit annus in mundo terræ, cuius est ea distributio, vt antè dictum; necesse est illum annum etiam suam æstatem & suam hyemem habere. Æstas autem super terrâ est sensibilis calor, similiter & hyems sensibile frigus, & vtrumque tamen non tangi potest, sed chaos est. In mundo verò terræ vtraque sunt palpabiliter, essentialiter, nec calida, nec frigida, sed sicut Sol & Luna, idque latenter. Notate igitur explicationem externæ æstatis & hyemis, quæ sic se habent. In cœlo est turba stellarum, quæ æstatem efficiunt, inter quas princeps est Sol, qui tamen per se & solus nullam æstatem efficit, sed cum sua turba coniunctus. Ita etiam hyems conficitur ab agmine suo stellarum, quæ suam exaltationem habent post dominium æstiuarum stellarum. Ita ergo estas est congeries stellarum, velut & hyems, ita ordinatarum, vt se inuicem sequantur. Iam verò viciſſim notate: æstas terræ est cumulus mineralium, quæ in se naturam habent æstiualem. Atque similiter est aceruus minerarum, quæ hyemis naturam habent, & sic in mineris est hyems & æstas, non autem iuxta dies, menses & tempora, sed sicut iuxta se inuicem sunt posita, mons niues gerens, & vallis habens hortos floridos: ita hîc iuxta se inuicem sunt posita æstas & hyems, vt patet in maturatione. Nam si fortè aperiantur tempore ipsius creationis, tum æstas in sua natura reperietur similis esse exteriori ęstati, & hyems in sua natura similis esse exteriori hyemi, ita vt concordent proprietates, qualitates & naturæ, ex qua concordantia Philosophia Physicę, Astronomicę oritur & consequitur.

Anni terræ æstas & hyems quales.

Stellæ æstiuales & stellæ hyemales.

Sol æstatem præcipue facit.

Hyems & æstas in mineris simul

CAP. IV.

ITaque in terra annus est, distinctęque sunt ęstas & hyems, quæ in corporibus suis latent, & non manifestantur, vt in exteriore mundo, in quo illa ita creata sunt, vt ipsorum vis & natura ab ipsis prodeat. In mundo verò terreno ęstas & hyems manent occlusę, nec aliquid sensibile emittunt, neque calidum neque frigidum, sed illæ vires frigoris vel caloris, quæ ex ipsis prodeunt, occultæ manent, sed aliæ proprietates erumpunt: sicut in Luna videtis, quæ occultam naturam emittit debilitandi hominem, prętерquàm quod dominatur frigori vnà cum suis stellis. Ita etiam fit in ista hyeme terræ, quæ quidem nihil aliud est, quàm ipse Mercurius viuus, qui in omnibus suis proprietatibus est Luna terræ, cum omnibus necessariis. In hoc sitæ sunt hyems, stellæ hyemales, & mineræ hyemales, & quæ huc pertinent. Æquum igitur est, agere de hâc natura argenti viui, vt cognoscatis, quæ sit vis & potentia eius, quæ quidem ex prioribus non satis intelligi potuit. Nomen quidem est vsitatum, vt argentum viuum vocetur Mercurius, vt sit sub Mercurio, sicut aurum sub Sole, sed non iuxta naturam ei impositum est, estque insipiens & falsa Philosophica ordinatio. Argentum enim viuum iuxta naturam suam potius vocari debebat, Luna, Hyems, Nix, Frigus, Glacies. Et tamen quoniam non est coagulatum, sed patens metallum, & prima materia omnium metallorum, nomen ipsius maneat. Sed hoc in loco pro Luna accipiatur & hyeme. Argentum autem debet vocari Saturnus: plumbum autem Mercurius, quam appellationem & distributionem astra ipsa probant & natura rerum istarum, sicut testatur experientia, ipsorum proprietas, essentia & qualitas, sine quibus operari vel loqui minimè licet.

Mercurius est Luna, & hyems terræ mineralis.

Argenti viui quæ genuina appellatio.

Mercurius vocatur Mercurius quia est versatilis vt plane ta Mercurius.

Arg. viuũ est Luna.

Plumbũ est Mercurius.

Argẽtũ est Saturnus.

CAP. V.

QVandoquidem igitur indicauimus de argento viuo, quid sit, nempe Planeta terræ, & Luna, &c. sicut etiam demonstrat Astronomia terræ; ideò scitote, hominem huic Planetæ subiectum esse, sicut scitis, quòd Luna potestatem habeat in hominem, & quomodo afficiant hominem hyems, & stellæ hyemales facientes hyemem, quando exaltantur. Ita enim, & de Planetis inferioribus scilicet terræ intelligendum est, quòd similiter in

Argentũ viuum quid.

ter in suis climatibus imprimant suam vim & influentiam, sed non in homimbus. Sunt enim compacta, coagulata, congelata, & indurata. Quare impressiones, quæ in ipsis delitescunt, prodire nequeunt, atque hoc modo homo tutus est ab ipsorum impressione, Quia autem argentum viuum, quod luna est, patens est & non compactum neque induratum: id circò lunares impressiones ex eo prodeunt, sicut ex Lunâ cœli nisi quòd frigus non sit sensibile. Cum igitur argentum viuum suam impressionem exerceat erga homine, sicut luna superior: animaduertite, vt dictum est, quę sit natura & proprietas Lunæ superioris, & quidnam sit. Talis enim etiam est Mercurius viuus, qui est luna terræ, sed cum hâc differentiâ: Lunam nempe cœli in certâ mensurâ & modo ferimus non plus, non minus, iuxta cursum eius & proprietatem. Talis etiam est luna terræ, sed hâc possumus carere prorsus, aut eam copiosè aut parùm habere. Prout igitur nobis adest, ita etiam est expectanda eius impressio. Hæc igitur causa est, quare scribamus de illis, qui læduntur à Lunâ terræ, dum iuxta eam habitant, agunt, versantur, eam tangunt, quod quidem in superiori Lunâ fieri nequit. Dicendum igitur erit de morbis lunatibus, quantum experientiâ mihi compertum est. Quòd si verò fieri posset, vt homo in Luna superiori habitaret, eam tangeret & tractaret, sicut Lunam terrenam, similes morbi inuenirentur in superiori Lunâ & in argento viuo.

Argentũ viuũ in nobis operatur, vt luna cœli, sed hanc fugere non possum' illud verò bene.

Lunę cœli & lunę terrę quod discrimen.

TRACTATVS III.

Quomodo duo contraria argentum viuum & homo possint simul esse.

I.

VT autem proposito nostro satisfaciamus, necesse est scire, contrarietatem argenti viui & hominis, cur hęc duo sibi inuicem repugnent, neque tamen homo aut Lunam aut argentum viuum lædere aut perdere possit. Semper enim illa manent in sua essentia illæsa ab homine. Homo igitur est huius rei causa, quia ex limbo factus est, qui limbus in se complexus est omnia elementa & ipsorum essentias. Quòd si verò talis fuit limbus & homo ex eo factus est: ex hoc sequitur, quòd limbus sit hominis parens, & per consequens, quòd filius patrẽ timere cogitur. & quòd pater imperiũ habeat in filiũ, & hoc iam fit, quòd suffocari, quòd ab astris, quòd ab Elemẽtis inficiamur, & in ipsorũ naturã & essentiã incidere possumus. Nam sicut filius non potest dicere, sanguinis meus non est de meo patre & matre, ita neque nos possumus dicere, quòd absque Elementis viuere possimus. Et sicut filius ex patre & matre nascitur, & quicquid in generatione assumpsit vsque ad mortem retinet, idque ipsum manet; ita & nos agnoscere oportet, quòd simus ex patre limbo, qui quidem indesinenter in nobis regnat, sicut in embryone in vtero materno. Nam nos homines, quantumuis adulti, omnes semper adhuc in matrice sumus, & quicquid in matrice positum est, se sustentare cogitur ex illo, quod matrix subministrat. Ita omnia elementa nos circundant, & nos ambulamus & viuimus in medio ipsorum, sicut pulli gallinacei in testâ oui. Non minus teneri & molles etiam nos sumus, ita vt omnes plagæ ad nos penetrent, & in effectum realem abeant, quæ quidem plagæ Planetarum sunt & limbi, qui semen est: cœlum autem & terra sunt matrix: at vtraque res vna. Homo autem est minima pars, & tamen hæc omnia est.

Homo est microcosmus, propterea toti rerum naturę subiectus & obnoxius.

Homo ex limbo factus.

Limbus in homine continenter dominatur.

CAP. II.

HIc quoque sciendum est, duo contraria Elementa absque mutua læsione simul stare non posse. Oportet enim æstatem cedere hyemi. Iam autem natura ita condita est, vt contraria in se non contineat, hoc est contraria non conueniunt in cursu naturę, sed simile cum simili. Viriditas enim non nocet herbæ frigidæ, aut calidæ fluuedo, rubedo, &c. Elementum quoduis non habita ratione aliorum, manet in sua essentia & statu absque contrarietate, non igitur verum est, quod dicitur tonitru fulgur, niuem, &c. venire ex contrariis rebus, fulmen enim, fulgur, & ignis ille descendit ex sui elementi virtute, & ex propria sua natura, non ex contrarietate. Inspicite enim puluerem bombardarum: sulphur & salpetræ sunt vnius eiusdémque Elementi, & tamen inest eis contrarietas. Quæ quidem contrarietas est proprietas naturæ, quæ existimatur esse contrarietas, non quidem elementi sed liquiditatis. Liquor enim sulphuris & liquor salis petræ non possunt vna esse, tantum ratione liquiditatis, & non ratione elementi. Ita etiam se res habet in generatione fulminis, sicut vir & mulier habent calidam vtrique complexionem: sunt eiusdem naturæ proprietatis, qualitatis, quantùm ad sanguinem, carnem, ossa, &c. quòd autem non possint vna esse aut conuersari, sed se inuicem fugiunt, in causa est non natura elementi, sed natura instar liquiditatis se habens quæ posita est in forma & applicatione. Hæc applicatio est contrarium illud, de quo cogitandum est. Ex tali quoque applicatione maleuoli & contrarii fiunt Planetæ, & similia, quæ aliis libris commendo, &c.

Contrarietas non est elementi ratione, sed proprietatis in eodem elemento.

Cõtraria simul se non ferunt.

Fulgur &c. qui fiat.

Sulphur & Salpetræ qui contraria sint.

CAP. III.

QVomodo autem duo contraria non possint absque eversione mutua esse in suo elemento, ita notate. Homo est calidæ naturæ, in qua qualitate vnus homo alteri similis est, vir & fœmina. Quòd autem dicitur, iste est frigidus, iste est calidus, est erroneũ & falsum. Mulier quoque viri caliditatem habet, neq; frigidior esse reperitur. Cùm igitur homo sit calidæ naturæ, Luna verò frigida, tunc illa duo sunt contraria. Quid autem curat homo frigus Lunæ? Nihil, quia non coniunguntur in idem & copulantur. Quare se inuicem destruere nequeunt. Læsio autem in hoc casu est, quòd hic tinctura quæ iam sit, non quòd ipsúmet elementũ adsit, sed per tincturam in homine operatur: perinde ac si quis venenũ in

Coniunctio hominis & mercurij est morbus.

Mulier viro non est frigidior.

Tinctura facit vt Elementa hominem inficiant.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 766 sur 913

aquam proiiceret, quæ certè non sunt contraria. Aqua enim non est contra venenum: in ipso enim nihil est ei contrarium, sed tolùm calor quidam. Scitote igitur, quòd argentum viuum venenum in se habeat, quod tingendo in hominem emittit, & tinctura illa, quam ipsum aliique planetæ inuisibiliter habent, qualem tinctor visibilem habet, est illa ipsa, quæ naturam debilitat. Quare vanum est dicere, vnum elementum alterum dissoluere. Imò vtrunque manet in suo statu. Ita etiam homo manet calidus, tinctura vero frigida. Dum autem tincturæ externæ frigus in homine latet, durat etiam morbus, qui quidem cum sanitate benè coniunctus esse potest, imò minimè separantur, sed in vno eodémque perfecta manent. Quando autem morbus tollitur, sanitas sola remanet: si verò vnà cum morbo coniuncta sanitas mansisset, æger non sanatus fuisset. Quare commodè simul esse possunt. Quid autem in hoc dominetur, ita discite.

Elementa se inuicem non destruunt.

Sanitas & morbus si mul in eodem.

CAP. IV.

Mercurius se gerit vt hyems in nomine.

QVandoquidem igitur Mercurius viuus ipsa hyems est, etiam se vt hyems gerit. Hyems non expellit ex corpore humano calorem, sed ægrè ipsi facit, eúmque repercutit, ita vt ferre id nolit. Cùm igitur quis frigore perit, non in causa est, quod calor ab ipso receſſit. Adhuc enim in centro ipsius is delitescit, & in vnam compactionem coït. Mors autem indè venit, quòd caliditas nimium inflammauit cor: cùm enim cedit calor, & frigiditati locum & ingressum dat, cor strangulatur, atque ita commiscentur duo diuersa Elementa, calidum & frigidum, & fiunt vnum, perinde ac si vinum & aqua confunderentur. Sicut verò oleum & aqua segregata sunt, ita etiam adest frigus. Ita etiam se res habet cum Lunâ terrenâ, quæ non habet sensibile frigus, sed signa frigoris sensibiliter adsunt. Ob id argentum viuum tremores, stridores dentium, & similia efficit. Quòd si non esset hyems terrena, ea non gigneret. Omnis enim tremor est influentia, quæ imprimitur quasi ex stellis cœlestibus: & quamuis etiam calidum cum calido iunctum tremorem afferat, sicut etiam frigiditas, id tamen non metallico vel terreno modo dicitur. Illæ igitur causæ suo in loco maneant. Hic verò meum propositum est solummodo describere minerales morbos terrenos, ex suis syderibus natos, quod quidem nihil aliud requirit, quàm vt describatur Mercurius eo modo, vt fecimus. Est enim Mercurius Luna terrena, & hyems terrena, atque ita duas habet impressiones in homine, vnam tanquam Luna, si homo se ipsi obnoxium reddat; alteram tanquam hyems, stellæque hyemales, quarum naturam habet. Quomodo autem hæc omnia plenissimè intelligenda sint, non opus est hic describere. Quantum autem ad morbi huius originem demonstrandam necessarium erat, satis dictum est. Posthac igitur nihil nobis propositum est aliud, quàm quomodo ille morbus curetur.

Mors qui hominem inuadat.

Tremor quid.

Mercurius quid.

TRACTATVS IV.

De morbis, quos gignit argentum viuum in homine.

CAP. I.

PRIVSQVAM autem de curâ vos rectè instruamus, scitote, quòd hyems, quæ latet in argento viuo, vnicum morbum gignat, nempe tremorem sine rigore sensibili, vt dictum est, quod quidem hoc modo intelligendum vobis est. Quodlibet gelu morbus est ad mortem, frigus enim vincens, omnem calorem introrsum pellit, atque hoc modo vincit cor & alia membra, quæ afficit rigore. Calor autem à centro fugere nequit, aut aliò cedere. Quare cor comburit, similiter & pulmonem, hepar, stomachum & cerebrum. Quando enim tremunt, tunc calor retrocessit in illud suum centrum, in quo gradus fit nimius, atque ex copiâ caloris & abundantiâ, temperatura corrumpitur, vnde gignitur ignis, qui deuorat omnia, ex sui elementi natura operans. Hinc oritur iam putredo pulmonis, hepatis, ventriculi, cerebri, renum, intestinorum, & alii similes morbi tot, vt enumera i vix omnes queant. Quin & ipsa medulla arefit in ipsis ossibus: venæ & nerui ossium, item sanguis aduruntur: similiter ipsa caro sub cute, cartilagines, & quicquid in homine est. Accedunt etiam alii morbi accidentales, qui quidem de natura & proprietate cuiuslibet membri sunt, vt in pulmone difficultas spirandi, tussis, anhelatio, apostemata, putredines, phthisis: in cerebro mania, phrenesis, cephalalgia, catarrhi, dolores dentium, paralysis, apoplexia, caducus, & similes. Ita de omnibus aliis intelligendum, quæ hîc afficiuntur, quæ non opus est recensere, cum notissimũ sit omnibus medicis, quales morbi ex tali infectione nascãtur & oriãtur.

Gelu quoduis morbus est ad mortem. Frigus mercurii vrget calore hominis vt incendat membra principalia, quibus accidunt etiam sui morbi naturales. Tremor vnde. Morbi proprii. VVLMONIS. CERERI.

CAP. II.

SEd de morbis, quos argentum viuum parit tatione sui frigoris, his qui se obnoxios ei faciunt, & exterius assumunt tanquam impressionem, hoc est, tanquam odorem ex rosa, satis dictum sit. Dicamus porrò de illis morbis, quos affert tanquam Luna, in qua quidem est nouilunium, quadratura & plenilunij. Qualis est ipsius accretio, talis est quoque eiusdem decretio. Habet quidem aliam quoque actionem à natiuitate Adæ vsque ad mediam ætatem humani generis, siue mundi, qua medietate completa, dimidia duratione mundi scilicet plenilunium eius adest, post quod decrescit & sequitur eius altera pars. Qui verò rationem huius Lunæ non intelligit, is indignè loquitur de ætate mũdi, aut de vltima die. Oportet enim hîc quoq; plenilunij & quadraturas cõsiderare. Porrò nouistis quomodo se gerat noua Luna erga hominem, iuxta doctrinã superioris cœli: similiter quomodo sit affecta, dũ crescit vsque ad primã quadraturã, à quadratura vsq; ad plenilunij, à plenilunio ad posteriorẽ quadraturã, ab hac vsq; ad defectũ luminis eius. Sicut igitur ista nouistis ex Astronomica experientia; ita etiã licèt ephemerides minimè haberetis, sed saltẽ ex lunaribꝰ morbis iudicium faceretis, omninò sciretis,

Mercurius in homine sua signa dat nouilunii, quadraturæ & plenilunij.

sciretis, quî se Luna haberet, ex Solis iis signis quæ apud ægrotos vobis innotescunt. Lunares enim ægritudines certissimæ ephemerides Lunæ sunt, ita vt absque calendario cursus eius indè sciri possit. Ita etiã notate porrò, quomodo Mercuriales morbos reperiatis in hominibus metallicis ex signis decrescentiæ, nouilunii & accrescentiæ. Quòd si Deus indulserit & permiserit finitionẽ meæ Archidoxeos, aliter vos naturæ peritos esse oportebit, nempè solidè & fundamentaliter. Hîc aperite oculos, si modò rectè ambulare velitis.

Archidoxa astronomica.

CAP. III.

CVm igitur Luna argenti viui in hominibus morbos impressionis gignat, illorum signa aliqua scitote, hoc modo dicitur vulgo cerebrum esse membrum Lunæ in homine: hoc est, cerebrum esse Lunam microcosmi, & regnare in ipso. Scitote igitur, quod isti sententiæ inhærere minimè debeatis. Luna enim omnibus membris imprimit, non vni solùm; cerebrum quoque est in homine, sicut aliud membrum. Quòd autem cerebrum præcipuè tanquam Lunaticum membrum à vulgo consideratur, in causa est morbus lunaticus. Cùm enim cerebrum ab illo patitur, in ratione illa passio præcipuè deprehẽditur. Ratio enim crescit vel decrescit iuxta Lunam. Cùm igitur tam sensibiliter id deprehendatur, & à vulgo maximè: propterea Luna & cerebrum sibi inuicem correspondere dicuntur. Sciendum igitur est, quòd in omnibus aliis membris talia signa eluceant, vt in ratione, & non solùm in cerebro. Morbi autem lunatici sunt mania, morsus catorũ, chorea Sancti Viti, Epilepsia, & plures alii similes chronici morbi, quando exasperantur, & cum mrotalibus accidentibus ingruut. Atque hi morbi pertinent ad cerebrum. Morbi verò lunatici ad articulos pertinentes sunt paralysis, gutta, arthetica, podagra & ipsius species vnà cum conuulsionibus, fluxibus, destillationibus, & earum speciebus. In hepate sunt febres, ictcrus, & similes. In renibus diabetica passio: & sic de aliis membris. Hęc autem propterea adduxi, quòd argentum viuum iisdem morbis dominetur & præsideat, quibus Luna ipsa cœlestis, prout est ipsius exaltatio, nempè phthisi, hydropi, Ethicæ quartanæ, &c. Fundamentum autem, ex quo ista pleniùs intelliguntur, procedit, ex primâ astronomiâ, de quâ hîc scribere non opus est. Doctis tamen & expertis satis dictum est, quòd hîc de Luna terrestri & non de cœlesti cogitandum sit in cognitione morborum, & eorundem cura aggredienda.

Mercurius vt luna nõ solùm in cerebrũ, sed in õnia etiã membra facit impressiones.
Cerebrũ an Lunæ dicatum.
Ratio secundùm Lunam crescit & minuitur.
Lunatici morbi qui sunt. 1. Capitis Morbi lunatici singulorum membrorum. 2. Articulorũ. 3. Epatis. 4. Renũ.

CAP. IV.

SIcut autem dictum est de morbis externis, quos argentum viuum per impressionem fumi & occulti vaporis conciliare potest: ita scitote, quòd similia operetur etiam in illis, qui illud intra corpus accipiunt, vt in medicina. Quare æquum esset, medicos qui Mercuriales medicinas administrare per vnguenta, fumigationes, præcipitatum, aquas corrosiuas, & similia, aliquantò meliùs Mercurii peritos fieri, ne in imposturas inciderent. Mercurius enim omninò perpetua luna est, in quâ nulla mors est vsque ad diem extremum, siue ingrediatur hominem siue non; simúlque est permanens & fixa hyems, cuius niuem nullus sol liquefacere potest, neque glacies eius recluditur. Quæ cum ita sint, opus est, vt maiori cum intelligentiâ tractetur, quandoquidem manifestum est, quòd homo eum digerere & concoquere nequeat. Mercurij omnia enim metalla concoquuntur, argentum viuum verò non, quod neque homo, neque ipse struthio concoquere potest. In summa argentum viuum manet viuum, & non moritur, & si ponas illud intra corpus, homo Lunam in se habebit, & vnà cum ea omnes Lunæ proprietates. Quin & hoc accedit, quòd Luna superior se associat suo simili, & vna cum ipso finem suum eò alacriùs appetit, atque ita duplicantur morbi. Quæ enim Luna operari potest in omnibus morbis, ea etiam potest argentum viuum: atque hinc sunt errores in difficillimis morbis, qui ex hac applicatione nascuntur. Nisi enim hæc Luna argenti viui pessundetur, omnes morbi illius hominis sunt incurabiles, vera enim & genuina Physica est, vt hæc cognoscantur, & fiant.

Mercurius intra corpus agit vt luna.
Mercurij Luna est perpetua.
Mercurius est perpetua hyems.
Mercurij viuus ab homine digeri non potest sol. Luna, cœlestis adiuuat.
Mercurium intra corpus sumptum.

LECTORI S.

Hoc loco (vt capite sexto sequenti ex verbis ipsius Auctoris videre est) desiderantur TRACTATVS QVINTVS & SEXTVS *cum aliquot capitibus Tractatus Septimi, (aut Libri Quarti:) quæ omnia vel ob inuidorum malitiam, vel imperitorum negligentiam perierunt: Duo autem Capita hæc, quæ mox sequuntur, inter alias Schedulas Fragmentorum sunt reperta: cúmque ad vnum ex Tractatibus his deficientibus pertinere videantur, hoc loco intertexere placuit.*

CAP. II.

IAm, si exteriùs ignes Magici & impressiones similes conspiciuntur: eędem etiam in montibus deprehendentur. Illarum causa ac origo talis est. Si spiritus cuiusquam hominis ingenio & naturæ similis est: tunc idem quoque eiusdem hominis opera omnia exprimere & imitari potest, hoc est, spiritus potest arare, ligna cedere, & humana opera omnia exercere, ipso homine nihilo ineptiùs. Discrimen saltem in hoc positum est, quòd spiritus non naturale lignum cedat, non naturale opificium exerceat &c. sed in rebus supernaturalibus id præstet possitque, in quibus ipsis etiam ligna & opificia suo modo habentur, qualia sunt nostra. Ipsi nimirum spiritus sunt, qui corporei nihil possident: ideò tales etiam sunt ipsorum agri, & ligna. Homo autem cùm naturalis sit: naturalibus quoque instrumentis & subiectis vtitur. Sicut ergo ex rebus naturalibus homo elicere ignem potest naturalem: ita spiritus etiam ex supernaturalibus rebus ignem spiritualem, quales sunt ipsi, facere queunt. Homo enim corporeum ignem facit, quia subiecta ipsius corporea sunt. Ad quæ iam consequitur, spiritus posse gignere rosas, equos, homines, flores &c. sed sibi tamen similes, spirituales scilicet, non corporales. Ipsorum enim & regio & res spirituales sunt: vt mundi & regio & res sunt corporales. Ita volant etiam dracones, & formæ similes aliæ, quæ tamen non sunt naturales. Ita etiam impressiones & similia sus-

Ignes &c. Magici.
Spiritus omnia possunt spiritualiter quæ homo naturaliter Spiritꝰ incorporei
Spiritus ignem equos, homines &c. vt facere queant.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 768 sur 913

Veneficæ obsequio spiritum quid possint.

citantur, quæ tamen naturalia non sunt, vbi ergo huiusmodi phantasia spirituum erumpit: ibi huiusmodi multa fiunt, sicut de illis suo peculiari libro docetur. Præterea frequenter etiam vsu venit, vt veneficæ sægæque huiusmodi res conficiant, dum spiritus, vt fit, sibi obsequentes faciunt: non quòd ipsæmet talia designent, sed quòd designari à se ista arbitrentur: quod omne tamen non nisi spirituale est. Quod quidem prolixiùs disputando hîc non ventilo. Hoc saltem dico, opus esse, vt in practicâ curæ huiusmodi opera, à naturalibus discernantur & internoscantur. Licèt ergo re naturali nullâ eæ vtantur, attamen, quod naturale est, lędunt, hoc est, inficiunt & infirmant, vt foris, sic etiam intus.

Sagæ & spiritus rebus nõ naturalibus, naturales ſædunt.

CAP. III.

INsuper autem iam vobis sciendum restat, quòd in montibus, tonitrua, fulgura, coruscationesque modo naturali producantur: quod meteoricâ explicatione breui definiemus. Coruscatio è nubibus est fuligo sulphurea, ex seipsâ flagrans seu incensa, velut ignis incenditur à speculo ignifero, quod ex fundamentis meteoricis liquet. Fuligo eiusmodi sulphurea etiam in montibus conditur, ex astris terrenis emergens, quæ fuligo ab aëre incendi potest. Alias enim is ignis sopitus & mortuus manet. Si in monte aliquo fuligines sulphureæ existunt, tunc similes eæ suat fumo sulphureo, in sublimatorio quodam suscitato. Qui tamen fumus, cùm ab igne nullo corripi queat, non flagrat aut ardet. Quòd si verò à metallariis, candelæ faceſque ac lucernæ in fodinas importentur, quarum ignis fumos corripiat, tunc illi ardent non secus ac si ignis in sublimatorium cum aëre irrupisset. Id autem cùm aliud nihil sit, quàm fumus, breui momento deflagrat, cuius essentia est instar coruscationis. Omnia enim quæ hoc modo ardent, siue in firmamento terræ sint, siue supra illam, sulphur existunt. Eadem ex causâ etiam fit, quòd sulphura huiusmodi lapides sulphureos gignant, qui lapides per incensionem illam, fixam flammam concipiunt, támque diù ardent, quamdiù fixum sulphur supereſt, siue id terrenum sit, siue lapideum, siue Marcasiticum, aut Talkicum, aut Bisemuticum. Vbi enim minerę istæ non excoctę & in suâ compositione fixæ sint, idem omninò ipsis euenit, quod cumulo carbonum, qui à carbone vnico vniuersus incenditur & comburitur. Eodem modo hîc quoq; se habent vapores in cauernis, meatibus, cuniculis ac cauitatibus mõtium, qui à flammâ semel correpti, tamdiù ardent, donec fuligo omnis consumpta deflagrâtit.

Coruscatio quid. Speculũ igniferum &c. Fuligo sulphurea intra terram &c. à quo incẽdatur.

Cùm ignoretur, an Septem Tractatus Libri Tertij fecerit Auctor, an verò sub Titulo Quarti Libri comprehenderit Capita hæc sequentia: nihil refert quo Titulo appellentur. Conijci tamen ex verbis ipsius Auctoris potest. Capita hæc esse LIBRI QVARTI de Morbis Metallicorum. Tu verò Lector benigne, hæc boni consule nec ob ea, quæ perière, tibique communicari nequeunt, animo sis minus æquo.

De Curâ morborum ex argento viuo.

CAP. VI.

ITa satis dictum est de præseruatiuis, & conseruatiuis: quæ enim præseruant, etiam cõseruãt: & è cõtrà. Porrò loquẽdum est de cura per quam argentũ viuũ ex corpore expellitur, antequam medicina & cura incipiat. Quod si fieri debeat, argentum viuum necesse est viuificari: dum enim non viuit, à corpore separari nequit, id circo summum hoc est, vt viuificetur; deinde, quomodo ex corpore expellatur. Processus autem ita se habet. Pono casum, te habere ægrotum, qui in se certum pondus argenti viui gestaret, idque esset viuum. Dabit igitur sua signa: dentes valdè nigri sunt, membra debilia & rigida, adéstque fluxio erratica nullo certo in loco manens, exerens se primò in articulis & nodis. Ista sunt signa argenti viui, quod plerumque habet fixum locum, quasi durum apostema illic lateret. Quòd si argentum viuum non sit viuum, signa sua exhibet iuxta Lunam in duritie tibiæ, affert etiam tinctam vrinam & maleolentem anhelitum: hoc modo vterque Mercurius agnoscitur & deprehenditur.

Signa Mercurij viui & mortui in corpore.

CAP. VII.

IAm verò decet nos loqui de exitu argenti viui: deinde dicemus quomodo non viuum reddatur viuum, ita vt aptum fiat ad exitum. Notate igitur de exitu Mercurij, quòd quilibet Mercurius se collocet in concauitates nodorum & articulorum, hoc modo: qui nempe si deorsùm tendit, per spinam dorsi, & regiones schiarum, is in genua aut in articulorum acetabula per confinia ligamenta decidit, sicut argentum viuum, si in fossam aquæ ponitur, semper deorsum tendit, donec sedem & cataractam inueniat, in qua consistat. Ita genua etiam sunt cataractæ, similiter & nodorum articuli ac schiæ, ac spinæ dorsi articuli: quin & interdum colligit se in ipsis ligamentis, sæpè in imis plantis quousque cadere potest. Ita etiam sedem suam figit in brachiis, in cataractis humerorum, cubitorum, & porrò in rasteris, etiam in occipite, in concauitate oculorum, ita vt interiores anguli oculorum illud eiiciant: sæpè etiam nates occupat, sæpè per fauces in stomachum decidit & per secessum egreditur: vbi autem positum sit ex signis & certâ experientiâ discendum est.

Loca Mercurij viui in homine.

CAP. IIX.

POstquàm autem cataractam inueneris, in quo & collectum esse animaduertis, etiam si hactenus non creditum sit, posse in tali loco id fieri, appone illi cataractæ, quàm latè patet fundus illius, hoc corrosiuum, nõ curans, quod sit ibi articulus, nec vllo modo abhorrens, quin ipsũ corrosiuum satis forte & crassum facias.

℞ *Realgaris albi* ℥ *j.*
Alcali de calice,
& cineres ſalidis ℥ ß.
Olei rosacei quantum satis est, vt fiat emplastrum supradictum.

Corrosiuum emunctorium faciens Mercurio viuo.

Emplastrum corrosiuum pro Mercurio viuo.

Huius corrosiui natura est, vt vehementer inflammet, in qua inflãmatione membri illius Mercurius commouetur & euaporat per illam cataractam. Sciendum etiam tibi est, quòd longiùs hoc processu vtaris, eò meliùs esse, nempè per duas aut tres septimanas, donec eschara spontè segregetur & Mercurius effluat: postea consolida locum emplastro gummato, donec

coalescat

Eschara est caro erosa.

coalescat caro: deinde cutem inducito croco Martis. Hîc quoque notandum est, cauendum esse ab aliis corrosiuis, nempe à Mercurio sublimato, & quicquid citò aperit cutem.

CAP. IX.

Mercurius mortuus vt viuificetur.

SI autem Mercurium mortuum viuum facere velis, vt per dictũ modum ad exitum perduci posset, ita age. Primum omnium appara balneum forte ex herbis mucilaginosis, & locustis abietum aut fruticum iuniperi, etiã de recentib. conis abietũ, decoctũ, in quo lauet æger pro ratione personæ & roboris, quàm potest ferre calidissimè, quin etiã vtatur thermis Piperinis, Plumbariis, Gasteinẽsib. Dopplizensib. Aquisgranẽsib. Emsẽsib. Goppengensibus, aut factitiis ex sulphure, & similibus. Quando autem ex balneo egreditur, succo flammulæ fricetur, aut oleo de piperibus: post quæ sudor ei cieatur quocunque id modo fieri potest, theriacâ, mithridatico &c. Hoc perpetuò fiat non habitâ ratione dolorum. Inter hæc enim argentum viuum reuiuiscit. Postquam verò ex certâ experientiâ viuere Mercurium compereris, perge, vt suprà dictum Et quoniam sæpè accidit, vt dolor non desinat, ad centrum tende, illudque agnosce & perge. Sæpè enim Mercurius in forma medicinæ administratus, tam fortiter est mortificatus, vt difficulter reuiuiscat; quod pustularij medici sibi laudi & arti ducunt: ego verò pro magna stultitia reputo.

CAP. X.

Contra trepidationem membrorum.

IAm verò de morbis specialiter scribamus. Postquã igitur dicta medicina adhibita est, primùm notate, quid porro agendum sit in tremore membrorum, vt potè manũm, pedum & corporis totius, vbi ita procedendum est: Primùm fac balneum tale.

℞ *Agrimoniam.*
Flores lilii conuallium,
Radices hirundinariæ,
Calcis ouorum partem certam.

In isto balneo lauet æger, post balneum vnge eum isto vnguento:

℞ *Pinguedinis excoctæ ex vulpe* ℔ j
Castorij destillati ʒ v.
Terpentinæ destillatæ cum pipere, cantharidibus & baccis lauri ana ʒ vii ß.

Misceantur ad ignem, & fiat vnguentum. quo melius non inuenies, non solùm in tremoribus Mercurialibus, sed etiam in simili gutta, paralysi, lethargo: & quicquid possibile est in apoplexia, obtinebis per hoc, si modo origo sit ex Mercurio, ita etiã per idem tolles Mercuriale spasmum. Notandum etiam est balneum supradictum melius fieri additione flammulæ & sauenâ riparum, quæ etiam pro tuo iudicio vel prorsus omittere potes, vel addere.

Sauena riparum est hydropi pro. Vide Tractatũ de Persicaria.

CAP. XI.

Icteri mineralis cura. duplex Asula & Rebisola contra morb. metall.

EOdem omnino modo morbus etiam ictericus mineralis, postquam Mercurius deriuatus est, & eiectus, curari debet. Estque ea medicina duplex, Mineralis nempe & Mundana. Vna ex parte sit Asula, altera ex parte Rebisola. Hæc duo administra pondere drachmæ quotidiè manè, donec recedat morbus. Hęc duo superat extractum rhabarbarum sumptum cum liquore tartari, prout experientia suadet & docet. Similiter etiam agendum in Hydrope minerali, in ascite, tympanite, etiam in hernia, bubone &c, vbi etiam adhibendæ sunt exterius medicinæ, quæ simplicibus & naturalibus eiusmodi morbis prosunt. Sciendum hîc quoque est, quòd dicta medicina sit laxatiuum pro fœminis, si ratione matricis in talem morbum mineralem incidat: similiter in febribus & earundem colicis, contracturis & aliis torsionibus. Quicquid enim liquor tartari non perueſtigat, id vix inueniri poterit. Notandum quoque in contractura Mercuriali balneum fieri debere ex Serpentina & Lilio conuallium, & inũgatur patiens perpetuò axũgiâ humanâ medullatâ aut vulpinâ medullatâ, aut similibus, vt de mele vel taxo, ita vt semper caleat, & in fluxu conseruetur. Hoc modo quilibet Mercuriali contractura laborans sanatur: tu modò ne despera de temporis longitudine.

Extractũ Rhabarb. contra morb. metall.

Hydropis mineralis cura.

Morbi mulieb. Contracturæ Mercurialiscũra.

CAP. XII.

SÆuiunt etiam alij accidentales morbi in membris principalibus absque presentia aliorum morborum magnorum, vtpotè vehemens & singularis dolor stomachi, dolor laterum, splenis, hepatis, similiter etiam dolor capitis feruidissimus, & renum dolor ac dorsi: ista inordinẽ Receptorum redigi non possunt, sed magnis illis Arcanis commendanda sunt, vt Laudano, Materię perlatę & similibus. Tam difficulter enim expugnari possunt, vt absque magna illa quinta essẽtia nihil hîc effici possit: hîc enim ita procedi oportet, ac si superfunderetur aqua igni, quæ violenter eum extinguit, vbicunque igitur tali virtute opus; ibi necesse est adhibere tale Arcanum magnum, vt elementum sit contra elementum, gustus contra gustum, & similia.

Arcana contra morbos principaliũ membrorum.

CAP. XIII.

De affectionibus dentium ex Mercurio.

REstant adhuc aliquot affectiones dentium cum multis accidentibus cum doloribus putredine, laxatione, casu, & vehementibus punctionibus & cruciatibus, iactationibus fluxionum. De horum processu notate, quòd quantùm ad dolores, nihil singulare hîc scribi debeat, cum aquæ fortes & pulueres dentales illos tollant, in quibus etiam conquiesco. Quod autem ad putredinem attinet, ita agendum est. Eluantur benè dentes aqua mellis, postea inunge eos melle & aloepatico mixtis per aliquot dies: deniq; in destillata & præparata aqua aluminis pone plantaginem, sal, consolidam, serpentinã, & illã aquã quotidie bis dentes prolue, ita putredo dentiũ desinet. Quod ad dentium vacillationẽ attinet quid superat oleum de croco Martis, si eo inũgãtur? Quod ad casum dentiũ nihil aliud est, q̃ vim Mercurialẽ tollat, quàm oleũ nucis muscatæ. Quod ad cruciatus ex punctionibus, & repentinis fluxionibus, vulgaribus cõpositis non instandũ est, sed Arcanis, vt dictum est de mẽbris principalib. vnà cũ vsu phlebotomię & scarificationũ, sicut cõmunis necessitas requirit.

Dentiũ putredo vt curetur.

Dentiũ vacillatio vt curetur.

Dẽtium casus vt curetur.

Ol nucũ muscat. Vsus in casu dẽtium.

Dentiũ dolor vt curetur.

Contra impressiones metallicarum fodinarum.

CAP. XIV. & vltimum.

DE morbis verò Tempestatum seu Impressionũ, de quibus dictum est, notate, quòd solummodo inflammationi sint similes, nihilque,

nihilque aliud agendum, quàm vt axungia porci, quàm feruidissimè liquefiat, & in succum Barbæ Iouis infundatur, & in emplastrum vel vnguentum redigatur. Similiter vt coquantur contusi cancri in lacte, & ita superponantur loco affecto. Quicquid autem indiget incarnatione & consolidatione cutis, illi adhibeatur vnguentum ouorum, aut puluis exiccatiuus. Hic quoque notate de impressionibus & iaculationibus draconum, vt vocant, quæ fiunt in montibus intimis, quòd his medeatur omnibus AVRICVLA MVRIS; in qua peculiaris proprietas latet ista vincendi & fugandi.

Vng. o. uorum vius

SEQVVNTVR

THEORICAE FIGVRAE
VNIVERSALIVM MORBORVM.

1. De Bolo.
2. De Podagrâ.
3. De Conuersis.
4. De Contracturâ.
5. De Epilentiâ.
6. De Hydrope.
7. De Tetano, Spasmóque.
8. De Vermibus, Fluxibus, Apostematibus, Vlceribus, &c.
9. De Febribus.

TABVLA I.

Generatio Boli.



Spiritus vrinæ duobus modis suum Bolum gignit. Primò, quia vniuersum, quod edimus & bibimus, vrinam præbet. Ea principium sumit in stomacho, & perficitur in renibus. Bolus autem in stomacho genitus, subtilior est eo, qui in mediis renibus generatur, ac euolat sursum in stomacho, affigens sese lateribus, & orificio, fundóq;. Ibi ergo lutiscosatur pro natura sua, & in tartarum abit. In renibus & in viis vrinæ lapillatur, formâ arenarum & lapillorum. Nam in viis vrinalibus digestio fit secunda: ita vt spiritus ab vrinâ se separet, & vrinam dimittat, seq; appendat, priore ideò peior, quia se coagulat, cùm superior tantum lutosetur cum paucis cruciatibus.

Ex hisce notandum est, quemlibet Elementatum spiritum in sese corpus continere, quod materiæ minimè subiectum sit. Ex isto corpore Tartarus & Lithiasis generatur hoc modo. Quando materia hæc cum spiritu diuortium facit, & spiritus, vt potè nimium subtilis & clarus, materiæ sese subducit, tum perreptando latera coagulatur ipsa: spiritus autem vanescit, & corpus ipsius remanet. Hoc ergo in casu vrinam diutiùs continere æquo salubre non est. Tum etiam, si spiritus ita subtilis est, pletunque secedit priùs, quàm natura exitum quærat. Fas ergo est, Medicum quemlibet scire, quòd Tartarus & Lithiasis oriantur à spiritu vrinæ, quæ vrina ex cibo & potu fit, non quidem ex ipsorum naturâ, sed ex naturâ spiritus in vrina, prout volatilis sit vel est. Idem iudicandum etiam de arenâ & lapide.

Spiritus iste duplici colore tinctus est: rubro & albo. Colores enim vnum quodlibet corpus in spiritibus separant. Ideò corpus rubrum suum locum quærit: suum alium locum quærit corpus album. Præterea digestio prima est leuior secundâ. Vnde lapides non producet. Secunda est durior & crassior, vnde lapides & arenas profert, & sui corporis opus duplex exhibet. Arena enim hâc de causâ generatur quòd spiritus æquo citius à suo corpore discedat, & sal coagulet in arenam, & quandam quasi lutositatem, ideò, quia arena digestioni primæ quodammodo æquiparatur. Lapis renum & vesicæ omnium pessimus est: licèt renum lapis vesicæ lapide peior sit. Sic vbiuis locorum primus est optimus, & vltimus est pessimus. Corpus enim primum est lutosum: secundum bolare, & in stomacho iacet: tertium est arenosum, & iacet in renibus: quartum est lapillosum, & in vrinalibus, in renibus & vesicâ & viis horum iacet. Ex his multi obeunt, qui tamen in dissectis non reperiuntur.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 771 sur 913

TABVLA II.

GENERATIO PODAGRÆ.

Qui ſpiritus Bolum, Tartarum, Lithiaſin generat: idem etiam generat Podagram, Chiragram, Genugram, & ſimilia alia: In

- Cõcauitatibus communibus.
- Genubus.
- Manibus.
- Pedibus.

Et hæc paſſiones ſunt Atthetica, quæ hoc modo generantur.

1. Spiritus vrinæ is opifex eſt, qui calculum & eius ſpecies, velut ad podagram generat. Inſigniter ergo errant, qui podagram dicunt eſſe fluxum: cùm ea nihil ſit aliud, quàm Tartareitas, in ſale poſita. Longè autem abeſt à vero, quòd fluxus generare lapillos poſſit. Hi enim ex ſolo ſale generantur, quod in vrinâ continetur.
2. Pro hiſce notandum eſt, quòd in cibis, qui comeduntur, & ſanguis fiunt, ſalis ſpiritus nullus contineatur, & multò minùs in carnibus, quæ menſæ offeruntur. Itaque ſolus ſpiritus vrinæ in coagulatione conſiderandus eſt, non fluxus ſeu Catarrhi. Spiritus enim iſte morbus & morbi cauſa exiſtit.
3. Cur verò ſpiritus vrinæ ad locum iſtum, & ad extremitates ac digitos pertendat, cauſa hæc eſt, quòd humores, qui in corpore per virtutem attractiuam attrahuntur ex cibo, ſimul vnàque etiam ſpiritum vrinæ permixtum quandoque ad ſe attrahant. Iam verò nihil adeò purum ac integrum eſt, quòd immoderatum in ſe quidpiam non habeat. Idem verum etiam eſt in hiſce virtutibus attractiuis, &c. vnde aut nimis calidæ ſunt, aut æquo plùs attrahunt, & ſpiritum vrinæ aſſciſcendo ipſum per corpus tranſuehunt.
4. Hinc ſequitur: ſi ſpiritus iſte vrinę ad regiones illas penetrat, in quibus tranſeundi locum non inuenit: tunc illîc adhæreſcit & coagulatur pro natura ſuæ conditionis. Cur verò alius ſit quàm in hepate, cauſa hæc eſt, quia humores ei illic permiſti ſuut. Sic ergo generatio podagræ in ſolis eſt concauitatibus. Vbi enim illæ abſunt, ſpiritus vrinæ digeri non poteſt. Vbi digeri poteſt, ibi generantur boli, aut podagræ, ſi nimirum ſpiritus expirat & euaporat, remanente corpore.

Boli Tartari, ac Boli Lithiaſis. Podagræ atque ſciaticæ motiones.

Boli & Podagræ ſpiritus vrinæ euaporatio, initium & actus fiunt, ſicut deinceps tradetur.

- Boli.
- Podagræ.

Vtraque motionem ſuam habent ratione temporis, quæ talis eſt. Si ſpiritus vrinæ à cibo eſt, tempus ſuum habet pro ratione pluuiæ, tempeſtatum, frigoris, niuis, & diſpoſitionum ſimilium. Si ſpiritus eſt à potu, commotionem ſuam habet à conſtellationibus, quæ tempus mutant.

Similiter etiam ſciendum eſt, quòd etiam commotio lapillorum & arenæ, &c. vno modo fiat. Alia enim eſt ab Elemento terræ: alia eſt ſimilis Elemento ignis: quædam nonnihil participat de aquæ Elemento: quæ cum cæteris non concordant, niſi Elementum aëris concurrat.

Vndè fit, vt Bolus & Podagra quandoque ex quolibet ſpiritu cibi potúſque fiant: & tunc incluſus regitur ſecundum tempus, tempeſtates & pluuias: & quælibet pro naturæ ſuæ ratione ſe exhibet, Bolus ſcilicet in ſuis locis: in ſuis locis etiam Podagra.

Vbi notandum eſt, quod motiones Boli & Podagræ ſecundum Elementa fiant, hoceſt, velut iſta ſe gerunt, & mouent, in terrâ & in teſtâ, ita ſe mouent etiam in corpore: cùm enim ex ipſis deſcendant, pro modo ipſorum etiam mouentur. Moto enim mobili primo, mouetur etiam ſecundum & finale mobile.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 772 sur 913

TABVLA III.

GENERATIO CONVERSORVM.

Corpus in liquorem versum generat. 4. ægritudines, videlicet.

- Apoplexiam
- Paralyticam
- Lethargicâ
- Paralysim.

Origo huius morbi est, quando humor corporalis resoluitur in liquorem, ita vt corpus fiat resolutus liquor, nec vspiam in toto corpore corporalis est, quà in capite.

Hæc resolutio humorum, si in asperam arteriam, aut in meatus aëreos incidat, tunc suffocationem concitat, quæ Apoplexia vocatur: & nihil est aliud, quàm oppilatio meatuum aëris.

Si verò neruos in Nuchâ petit, vt secundum productionem eorum in corpus excurrit, tunc congelat partes, vt nihil amplius sentiant. Fluxus enim iste est Narcoticus.

Quilibet fluxus Narcoticus stupefacit membrum, in quod incumbit. Itaque si in membrum illabitur id, quod præsidet iudicio, prudentiæ aut sapientiæ: tunc illud stupidum & torpidum reddit: vnde somnus falsus sequitur.

Si autem stupefactiuus ille fluxus paroxysmum facturus est, tunc in latus illud tantum illabitur, quod imbecillius existit, quale est sinistrum. Pars enim seu latus dextrum renititur & excipit illum, quia calor in hoc fortior est, quàm in sinistro. Vndè materia retrò pellitur.

Quælibet abundantia cibi potúsque causa fit huius morbi, hâc ratione. In cibis ac potibus spiritus continetur in vita & vigore suo fortis & validus qui volatilis est. Is si in corpus ac membra, nempè caput, ingeritur, tunc robur suum experitur ac intendit aduersum naturam. Natura enim externa cum interna quasi luctatur, & duo contraria sunt, non quidē in substantia, sed in spiritu. Is si victor euadit, tunc seipsum resoluit in ebullitionem. Huius vi resoluitur, quicquid obuium corripitur, quale est corpus ipsum, quod in liquorem reducitur. Hic liquor est is, qui cadit, & læsionem inducit.

Spiritus nutrimenti est Narcoticus. Somnum enim prouocat non naturalem, si seriùs impellat. Sicut enim somnus naturalis suum progressum habet in homine: sic in nutrimento quoque se habet cum suo spiritu. Is si corpus ingrediatur, confertim & nimis copiosè infusus, pigros homines & somnolentos facit. Ex multitudine enim facultatis Narcoticę, velut per vmbram quandam cietur somnus, sed cum hoc somnus item alius, qui in corpore morbus existit. Nec enim somnus in membris, sed tantùm in occipitio sentiri debet.

Ex conditione vel natura ista multi etiâ alij morbi nascuntur, qui in Practica nominantur.

Spiritus iste frequenter in corpore ita augetur, vt partem radicis eius, ex qua corpus vniuersum producitur, lædat. Sicut enim à radice is egreditur ita similiter ad radicem tendit. Quanto autem magis à putrido corpore vel eius putredine ipsi permittitur, tantò plùs & propmtiùs euincit, facitque, vt quod resoluerit, in morbum totius corporis conuertatur: & sine interno spiritu est externus spiritus, qui corpori extraneam ac Narcoticam vim infligit, quæ limites Naturæ excedit.

Hi autē quatuor sunt principes seu palmarij morbi capitis, sub quibus cæteri omnes comprehenduntur.

Narcotica huiusmodi conditio oritur ex spiritu trium primorum, qui in natura viget, & vim stuporis habet. Ipsi enim sal Vitrioli connatum est. Ex hâc commixturâ spiritus Narcoticus resolutiuus oritur, & ex duobus istis vires duplices asciscit: spiritum nempè Narcoticum: & vim resoluendi substantiam ac corpus.

TABVLA IV.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 773 sur 913

TABVLA IV.

GENERATIO CONTRACTORVM.

In omnibus declarationibus contracturæ & tremoris sciendum est, quòd spiritus contracturæ & tremoris similis sit spiritui Mercurij: hoc est, quòd cum spiritu salis subtilissima natura concurrat de sulphure, quod nunquam sine spiritu Mercurij est. Spiritus iste aliquantò plùs operatur, duobus cæteris: vbi enim tremor est, ibi spiritus Mercurij reliquis vberior adest.

In hisce duobus Morbis, contracturâ scilicet & tremore, Primò intelligenda est Philosophia, hoc est, vinum nihil esse aliud, quàm sulphur, sal & Mercurium. Id, quicquid peccat vinum, hisce tribus imputari debet.

Quâ ratione Mercurius, sal & sulphur exteriùs se in suâ materia exhibent: ita se quoq; exhibet spiritus in specie vini, nempe spiritus Colicæ & Fellis. Medici ergo est, spiritum trium primorum Elementorum cum suis corporibus conferre.

Spiritus sine corpore duas generat ægritudines, videlicet

- TREMOREM
  - Vini * * *
  - Externus: est vel
    - Cibi ¶
- CONTRACTVRAM
  - Spiritus iste salis est duplex
    - Internus: est vel
      - Iræ):(
      - Colicæ ❧

Contracturæ & Tremoris spiritus sine substantia est & corporalitate, spiritus purus & nudus, corpori nulli implicitus. Estque vapor de sale, qui in vino consistit, quem Natura salis suscitauit, & in membra deposuit.

* * * Vini — Qui ex vino producitur, talis est. Si spiritus vini euaporat, ac vinum in sua essentia nimis forte, subtile, penetratiuum, aridum, & in substantia ratione corporalitatis paucum fit: tunc si vinum illud longiùs progreditur quàm debebat, & in membra externa venit, paroxysmum concitat, nempè Tremorem; aut consumit humores, in quibus spiritus motiuus iacet, qui deinde se mouere ampliùs non potest, sed velut emoritur. Membra ergo ceu mortua iacent, & spiritus progressu temporis ita resiccatur, vt ligamenta, venæ, & tendines contrahantur, & membra vnà cum illis contracta fiant.

¶ Cibi — De cibis tenendum est, quòd contracturam ac tremorem non quidem generent, sed tamen confirment. Hi si aduersi ingerantur, tunc quicquid spiritus vini deseruit aut addidit, id sanguis cibi finit ac perficit, & vinum adiuuat in transeundo, & humores corporis consumendo exiccandóq; ac denique in spiritum motiuum adimendo.

):(Iræ — Ita similis est vino in euincendis humorib. naturalibus, in quibus spiritus motiuus iacet. Operatio eius talis est. Si ira in homine efferuescit, nihil est aliud, nisi fel, omnes in vniuerso còrpore humores ad se attrahens, vt interim, dum ira durat, fel ac humores in vna quantitate vnum locum obsideant. Hoc modo dum iam coniunctio fellis & humorum facta est, bilis humores (vt ita loquar) corporat & in furias agit. Postea cessante ira, humores iterum in sua membra effunduntur, vna secum fel ipsum rapientes, & similem spiritum vini in consumptionem naturæ habentes, vbi salis motus est, &c.

❧ Colicæ — Ita etiam, si colica infestet, per accidentia externa vel interna, sine prædicta causa ac origine: hoc est: Per Spiritus venti sui consumit exiccat & similia patrat. Materia enim si in ventre tormina & punctiones excitet, ac insuper ventris intestinis per medicinas vel externas vel internas vis seu robur quoddam inferatur: tunc materia peccans spiritus subtilis fit, qui extra corpus se emouens, in membra irruit. Quæ dùm occupat, supra dictis omninò similem operationem habet, ac contracturas facit, sed tremores non multos, quia nimirum humores nimis citò resiccat & consumit, ac virtutem motiuam prosternit.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 774 sur 913

DE Tremore & contracturâ hoc in genere noſcendum eſt, quòd Natura nullibi in membris per bonitatem facilius corrumpi queat, ac in liquoribus & cerebro. Quod ideò ſit, quia vinum ex optimis illis, quæ homo aſſumere poteſt, non poſtremum eſt. Idem etiam de cibis nobiliſſimis, & optimè præparatis verum eſt. Quæ ſi in corpus ingeruntur, tunc ſubtilitas ipſorum vim Naturæ exuperat, & vincit. Dùm ergo ſpiritus locum ſuum occupauit, & in eo dominatur, ſuo more operatur, hoc eſt, conſumit Naturam, & eius proprietates perficit, ac in ligamentis arteriiſque non minùs aut leuiùs operatur quàm in cerebro, quando nempè ebrios homines facit. Diſcriménque in hoc vno poſitum eſt, quòd cerebrum ſpiritum illum vincat, cùm idem in membris minimè fiat. Morâ ergò ac congeſtione illum vincat, cùm idem in membris minimè fiat. Morâ ergò ac congeſtione ſuâ contracturam ac tremorem inducit. Omne enim externum, quod in corpore dominatur, naturam vincit & diſſoluit, & ipſam ad ſui ſimilitudinem diſponit, hoc eſt corpori ingeritur morbus, ad deſtructionem ſanitatis, à nullâ re promptius, quàm ab optimo, vel cibo vel potu.

Vniuerſum ergo hoc ſciendum eſt, quòd Contractura & Tremores nihil ſint aliud, quàm ſubtilis ſpiritus vini & ciborum, fellis, & colicæ ventorum. Is ſi ad membra externa erumpit, tum peruadit venas, tendines, & quicquid obuium eſt. Interius autem in corpore eadem operari non poteſt, propter nimiam caloris abundantiam. Tum nec ſubiectum interius æquè habile eſt, ac membra externa, quæ multos tendines & ſimilia acceperunt. Inter cauſas verò hæc differentia eſt: quòd nulla contractura leniùs & mitiùs affligat, quàm quæ à cibo & vino. Quæ ex ira & colicâ inſultat, ea graues & atroces corpori dolores ſuſcitat.

TABVLA V.

GENERATIO CADVCORVM.



¶

Horum morborum origo duplex eſt: ſed finis tantùm vnus. Itaque ad vnicam Theoriam reducuntur. Origo eius ex parte eſt ab Elementis. Vnde pro Elementorum ratione morbus etiam infeſtat, externè, prout infectiones ipſorum in corporalia effunduntur. Hoc ergo caſu corpus non peccat, ſed tantùm externa. Et in corpore horum morborum cauſa nulla conſiſtit, ſed tantùm in impreſſionib. Elementorum. Quâ de cauſa etiam de fixis caducis ampliùs hîc nihil theoricamur. Quæ autem elementis imputantur, ea paroxyſmant in cellulis.

Sic etiam non fixa in cellulis finiunt. Hæc ſuam originem ex corpore nanciſcuntur, non ex Elementis, hoc eſt propria natura corporis inſtar Elementi operatur. Quia verò hoc loco Elementaris non eſt natura, ideò paroxyſmi etiam ſimiles Elementis non fiunt. Eodem more finem ſuum etiam accipit. Huiuſmodi enim operatio naturæ ad malum, non durabilis eſt. In ipſa enim nihil durabile eſt, vt in Elementis.

1. Hæc vt fiant, noſcendum eſt, quod externa Elementa 4. Impreſſiones dent, vndè 4. Analentiæ, 4. Catalentiæ, & 4. Epilentiæ oriuntur: ſic & totidem Sypcopes, Maniæ, Phreneſes. Itaq; illorũ ſpecies probè noſcendæ ſunt, propter 4. horũ Elementorum impreſſiones.
2. Rei verò ratio hęc eſt, quòd nẽpe Incorporea Eleméta, ſubſtantiæ ſine corpore, ſint anima externorũ corporaliũ Elementorum. Vnde corpus ad ſe attrahit naturã externorũ, prout illa ſe habẽt aut diſpoſita sũt. Ita ergò Elemẽtaris anima in Phyſico corpore ſe habet, de Elemẽtis & ipſorũ operationibus participãs.
3. Iam ſi hæ impreſſiones mouentur, tunc ſubſtantia Elementaris animæ in corpore ebullit, & volatilis fit, ac in ſublime aſſcẽdit, & in cellulas penetrat. Dum ergò ſpiritus horũ elementorũ in viâ iſtâ ac loco iacet, Dominus cellulæ omnino patitur. Hoc patiente, prædicti morbi generãtur, ſiue fixi ſiue nõ fixi ſint.
4. Generantur autẽ pro tẽpore, horâ & die illi⁹ impreſſionis vtriuſq; generis, & Phyſicũ corpus moderantur, quod in hoc Yliado cõſiſtit ſecundũ naturã & horã ſui paroxyſmi. Quod enĩ ita moueantur, id à naturâ & conditione eſt Elementari. Væ autem homini illi, qui in Yliado iſto generatus eſt In

Conditiones &c.

Conditiones Specierum Morborum in caducis:

In Epilentiâ tres numerantur ſpecies. Vna caput occupat: altera ventrem: tertia membra. Quæ caput obſidet, ea ex duorum elementorum, ignis nempe & aëris impreſſionib. gignitur. Quæ corpus & membra occupat, ex terrâ & aquâ eſt. Quæ autem fortiùs ac grauiùs affligunt, aut diutiùs durant, eæ ex elemento ignis ſunt, ſi membra nihil ſentiant. Si verò ſenſum habeant, & ſenſim lenitérque incidant, ex ex aëre fiunt. Quæ verò ex corpore ſunt: eæ terreæ exiſtunt. Quæ ex membris, aqueæ.

Locum autem ſuum in corpore occupant hâc de causâ, quòd ipſarum ſpiritus & anima, quæ cum ſubſtantia corporaliû elementis ipſis adhæret, peculiarem ſuum in corpore locum habeat. Ipſæ enim vt quadruplices ſunt: ſic quatuor etiam in Phyſico corpore partes ſunt, elementis externis ſimiles. Finiuntur autem hoc pacto, vt in ſuis ſedib. minimè maneant: ſed prout ſpirituales exiſtunt, ita in centrum ſpiritus aſſcendunt, qui ſpiritus in cerebro reſidet, veluti vita centrum ſuum in corde habet. Dum ergo in centrum ſuum irrepit, tum ſpiritus iſte corpori cerebri obluctatur, & illud deiicit. Vnde ſequuntur paroxyſmi pro ſui elementi natura.

Corpus autem quod in ſeipſo quoque ſimile quid molitur, pro Analentia ſyncopen concitat, & pro epilentia phreneſin mouet, nec locum vllum dat, quia locus morbi non manet, ſed volatilis fit, ac ſurſum in caput fertur, deſerto loco proprio, qui etiam deinde non repetitur, cum non fixus ſit. Ita ergò ſyncopis quatuor modis fit, prout corporis phyſici quadruplicis tamen elementaris, ſic etiam quadruplex mania & phreneſis.

Syncopis ſi aſſcendit, interdum ſenſus omnes adimit. Et hæc ex elemento aëris ac ignis eſt: interdum ſenſus non expugnat, interim tamen ſpiritus ligamentorum emotus & quaſi mortuus, corporis nihil mouet. Hæc ex elemento terræ & aquæ eſt. Ex quibus intelligi poteſt, quòd huiuſmodi morbi cum externis elementis facilè vniantur, & ſpiritum elementarem promptè euincant, vt in fixum morbum incidat: vtriſque tamen interim nonnunquam concurrentibus.

Mania, quæ cum ſaltatione & hilaritate coniungitur, ex elementis duobus ſupernis, igne ſcilicet & aëre oritur. Quæ verò cum furiis ſe exhibet, ea ex duobus infernis elementis genita eſt. Saltatio tamen ac hilaritas vtríque generi communis exiſtit, licèt ſub ſpecie duplici.

Phreneſis & ipſa duplex eſt: Mitis & placida ab aëre ac terrâ eſt, velut & ab aquâ. Furioſa autem ab igne oritur.

Harum ergo cauſæ in curâ ſedulò expendendæ ſunt, vt fixum & non fixum probè inter ſe dignoſcatur. Quod enim fixum eſt, in corpore materiam peccantem non habet. Quod fixum non eſt: materiam peccantem in corpore habet. Duæ enim in curâ viæ tantùm ſunt: non pauciores &c.

TABVLA VI.

GENERATIO HYDROPIS

Ex Aqueis Generationibus præter naturam ſeptem morbi oriuntur: vt ſunt

- Tympanites
- Hydrops
- Aſclites
- Spongia

Generatio autem ipſorum talis eſt. Si natura in ſuis operationibus aberrat, & aliud, quàm quod debet, facit: tunc morbi hi fiunt. Hoc modo oritur

Tympanites, qui ventus eſt, ex generatrice naturâ aëris in corpore natus. Corpus enim præter externum tractum aërem alio inſuper eoque proprio interno aëre indiget, quo aëre Phyſica membra interioris Elementi ſuſtentantur. Eo in operationibus ſuis aberrante, tunc veluti abortus quidam inde generatur, qui Tympanites vocatur: aut aliæ etiam inflationes, nimirùm vbi cauitates ſunt, velut in iuncturis, veſicâ &c. Sic alia eſt Tympanites iuncturarum, alia ventris, alia inteſtinorum, quod per curam euidentiùs demonſtratur.

Hydrops oritur ex matrice, quæ generat humores, fluxus, & his cognata alia. Humor iſte ſi generatione mala proueniat: tunc ex eo limoſa quædam aqua fit, loca ac regiones omnes occupans, ad quæ humor iſte pertinet. Quia verò ipſa limoſa exiſtit, ideò à carne non aſſumitur, ſed ipſa potius carnem putrefacit & reſoluit, & limi more augeſcit. Res enim quælibet præternaturalis continenter creſcit, multò quidem vberiùs, quàm genuina & naturalis: cuius cauſa eſt, quòd diſſolutio quælibet in ſua generatione augeſcat. Limoſa hæc aqua grauis eſt & putris, inferius in homine ſubſidens, & poſteà ſurſum ſenſim aſſcendens, prout magis magiſque cumulatur.

Aſclites hydrops eſt ventris, hydropis more ſeſe colligens, niſi quòd particulariter generetur & hydrops particularis ſit. Sic vel ſolum pedem occupare poteſt, vel alium ſeorſum locum membrúmue: interim ab hydrope cauſa & generatione non differens.

Spongia humor eſt, natus ex praua mutatione eius, quod caro aut ſanguis fieri debuit. In cuius alteratione ſi natura aberrat,

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 776 sur 913

** ¶ Gibbus

Tumor

Hernia

& finem inſtitutum non aſſequitur, tunc limo ſimile quid prouenit tàm intra quàm extra corpus, velut glandulæ, claui, hernia carnoſa, verrucæ. Simile quid etiam in vulneribus quandoque oboritur, in quibus natura ad conſuetum ſuum ordinem aut operationem redire non poteſt. Per hanc ergo diſſolutionem ex eo, quod caro & ſanguis fieri debebat, ſpongia enaſcitur, vulneri circumcirca adhærens inſtar vlneæ, ſpongiæue. Et hæ in corpore multiplices exiſtunt, ac magnæ fiunt, velut ſtrumæ & ſimiles, quæ aberratio eſt naturæ, facta in eo, quod caro & ſanguis fieri debebat.

Hernia eſt abortus humoris, qui oſeum & huic affinia ſuſtentare debebat. Oritur autem ex iſtius humoris matrice. Et ſicut nutrimentum ſe habet in oſeo, ſic in illis etiam abortus diuiduntur. Humor vnus eſt oſei, qui Herniam dat. humoralem. Alia caro eſt oſei, vnde ſuam carnem oſeus accipit, hinc oritur Hernia carnoſa. Alia eſt ventoſa. Ventus autem is eſt, qui oſeum in ſua operatione ſuſtentat. Nihil enim ſine aëre eſt.

Tumor eſt collectio, locis omnibus fiens, idque vel vniuerſaliter, vel particulariter, Hoc ita intelligi debet. Si tumor ex materia vniuerſali procedat, tunc vniuerſum corpus occupat. Si autem ex materia particulari fiat, tunc locum ſingularem obſidet: qui, vt iam diximus, triplex exiſtit: humoris, carnis, ventorum. Quod ſi à cauſa externa oriatur: tunc cauſa hæc externa tumorem illum in primo paroxyſmo mouet. Niſi enim fiat, vt paroxyſmus tempus ſuum tranſcendat, vt nulla paralyſis, epilepſia aut punctio ſequatur: tunc externa genarationem mouent interni, vt prædictorum morborum vnus neceſſario ſequatur, vel Hernia, vel potiſſimùm Spongia, prout natura exitum habet, & à virtute generatiua in cute coagulatur. Sic enim & Spongiæ exteriùs à cute pendulæ naſcuntur.

Gibbus & ipſe abortus naturæ eſt. Hic autem tantùm in ſubſtantia ſui corporis naſcitur, dum virtus *creſcitiua* aberrat. Quæ enim vera membra dorſum & oſſa creſcere debebant: ea ex defectu virtutis creſcitiuæ à natura diſſoluuntur, vt nihil ſit, niſi ſpaſmus virtutis creſcitiuæ.

TABVLA VII.

GENERATIO SPASMORVM.

Genera ſpaſmorum generant tales ægritudines, ſcilicet

- Tetanum
- Spaſmum

Ex his 4. morbi oriuntur

1. Vnus ſubſtantiæ corporis — Qui in ſubſtantiam carnis excreſcit, ita ſe habet. Si ſpiritus creſcitiuus operationem ſuam proficere non poteſt propter impedimentum formæ, dum natura ſubiectum, quod formari debet, ſupprimit, & gibbum aut curuaturam facit, tunc membrum ita increſcit, & morbi tales inſtant. — Gib. / Cur. / Mon.

2. Vnus ſpiritus motiui — Si iam natura ſpaſmalis in ſpiritu iacet, & non in virtute creſcitiua, quæ cum corpore in ſuam ſubſtantiam vnita eſt, ſed in venis, arteriis, neruiſq; ac iuncturis iacet: tunc morbi duo indè oriuntur, qui etiam perficiuntur in corpore, hoc eſt, in venis, vt — Teta. / Spaſ.

3. Tetanus ſpaſmalis, & paſſio paroxyſmalis — Ita hîc etiam intelligendum eſt, cui virtuti expulſiuæ aut retentiuæ paroxyſmus incumbit, is paroxyſmus rectà in ſuam naturam abit, & vel extendit, vel contrahit, donec durat. Is Tetanus eſt paroxyſmalis, ſine damno abiens, iacens in venis, arteriis, ac ligamentis ventris, velut etiã in Muſculis, in Nucha &c.

4. Etiam ſpaſmus membri vel tetani — ¶

Gibbus

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 777 sur 913

Gibbus — Si nimirum natura in principio, antè quàm ſpiritus creſcitiuus venit, monſtrum in ſpinâ dorſi & nuchâ conſtituit: tunc id ſecundum formam illam, quam natura delineauit, ita creſcit ac augetur.

Curuitas — Idem ſi in pede fieret, vel breuiore, vel longiore æquo, vel eo diſtorto, ac malè formato: tunc natura membrum illud, prout corruptum eſt, per ſpiritum creſcitiuum, perficit, & ad terminum ſuum perducit.

Monſtroſum — Similiter etiam, ſi natura corpus non rectè diſpoſuit, aut extraneam à corpore formam indidit, tunc ſpiritus creſcitiuus id conformat, & ad finem ſuum prouehit.

Tetanus — Hic Tetanus eſt morbus ſpiritualis, & particulariter iacet in arteriis & ligamentis, in quib. dum operatur, membra contrahit.

Spaſmus — Hic ſpaſmus ſimilis eſt Tetano, ſed cum extenſione, morbus & ipſe ſpiritualis exiſtens, in venis & ligamentis iacens.

Hic Tetanus & ſpaſmus ſimilem operationem habent. Si in potẽte corpore eſt, membra cõtrahit, quæ natura aliter diſpoſuit aut extendit, quæ flexa eſſe debẽt. Et iſte dicitur Tetanus vel ſpaſmus maior.

¶ Poſtea multi etiam morbi ſunt, qui in ſpaſmum aut tetanum abeunt, qui tamen horum principia non habent, nec ab ipſorum membris oriuntur, generantur tamen in ipſis, quia tandem virtus creſcitiua ſpaſmi, & tetani læditur, & ſic ſpaſmus vel tetanus fit, vt in

- Tortura oris.
- Epilepſia.
- Apoplexia.
- Syncope.
- Suffocatione matricis.
- Colica.
- Venenis.
- Alic. &c.

Item ſunt propè curæ mortalium morborum præſentium & futurorum exceptis febribus, quarum in vno gradu multæ ſunt.

¶ Pro his etiam ſciendum eſt, duplicem quoque ſpaſmi naturam exiſtere. Eſt enim ſpaſmus vel

Naturalis — Naturalis ſe habet, veluti dictum eſt de ſpaſmo corporis, qui Gibbum curuitatémque parit. Poſtea naturalis etiam exiſtit, qui Tetanum & ſpaſmum in ſpinali, ac ligamentis arteriiſue inducit. Huius origo ex materia naturalis eſt, hoc eſt, vbi virtutes extenſionis & retentionis ſunt, tunc quæ natura deprauata eſt, ea membrum corrumpit. Sed tamen naturalis eſt.

Præternaturalis — Præteanaturalis eſt, cùm naturalis frangitur, veluti ſi oportet ſpiritum creſcitiuum extenſiuum adeſſe, tunc is frangitur per actiones externas. Vbi ſpiritus curationis vincit & pellit membrum ſeu ſpiritum rectific. qui adeſſe debet, cui ſuccedit ſpiritus extenſiuus, qui membrum extendit. Nam huiuſmodi diſſolutiones multæ contingunt in vtero materno, ab hominibus cauſatæ potiùs, quàm ab extraneis: interdum etiam fiunt, ſi naturæ progreſſus impediatur, vt perfecti fieri non poſſint propter morbos aut ſimilia.

Itaque pro concluſione tenendum eſt, quòd confuſio à nulla re magis emergat, quàm ſi Tetanus in locum ſpaſmi ponatur, & contrà, ſpaſmus in locum Tetani. Idem etiam fit in locandis ſpiritibus, dum in materia per Archeũ traſponũtur. Hinc multa mõſtra, vario modo & ſpecie naſcuntur: quæ de Generationibus animalium &c.

Præterea ſi natura monſtroſa etiam ſit in virtute creſcitiua, quę extẽdere vel retinere debet; tunc, etſi ipſa quidem in ſuo loco maneat, monſtrum tamen nihilominus ipſa pro ſua forma producit, hoc eſt, vel nimiam rectitudinem, vel curuitatẽ, vel deformitatem, præter naturam. Quæ verò longa & parua fiunt, ea à virtute generatiua ita producuntur, de qua plura alibi.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 778 sur 913

TABVLA VIII.

GENERATIO VERMIVM ET APOSTEMATVM.



Videlicet

Videlicet omnes fluxus Vlceratorij in Physico corpore, vt

Fluxus externi

Fluxus interni

Fistulæ

Si iam sal corporis naturam sui loci, velut & nitrum loci penetret & corporetur, & ex se materiam peccantem faciat, tunc intra se ipsum putrescens, cauitatem & vlcusculum in cute facit, quòd aërem ferre nequeat, saltem vt leuiter exeat. Quæ si rumpuntur, lethale est, & est tantùm sal corruptum in virtute internâ.

Fluxus

Si verò Fluxus inde fiat: tum fluxus iste facere potest fluxum ventris, materiam saniei, vbicunq; in corpore iacet, velut & vermes, ceu in cutâ eorum indicatur. Si in partib. auriũ, iacet: fluxus fiunt aurium, & harum etiã vermes. Si iacet in gingiuis, dentes putridi fiunt. Si in oculis: lippitudo oculorum & similia alia apostemata, cum aliis sordibus excitantur, & dolores isti sunt annui, interdum quotidiani.

Apostema

Quod autem adeò durum est, vt non in humidum resoluatur, sed coaguletur iterum, id iugiter in suâ magnitudine & maturatione procedit crescendo, quacunque in parte sit: & est liquor coagulatus ex salibus & sulphuribus corporalibus.

Apostema non naturale

Si verò interiùs in corpore locum non inuenit, sed natura id expellit: tum, si est ex essentiâ Apostematum, cutem primò inficit, & Apostema excitat, quod promptè maturatur. Aër enim & externa accidentia quæ in corpore desunt, maturant illud, supra naturæ vim. Quod si rumpitur, simul dolor cessat. Nisi enim per medicinam fluxus trahatur, id Apostematum naturam non habet: Et hoc dictum esto de Apostematibus ex natura propria corporis.

Fluxus

Si verò non sit ex natura Apostematum, sed fluxus, & emunctorium per seipsum inueniat, hoc est, cutem erodat, & exitum sibi moliatur: tunc id modis seu viis multis fit, hàc ex causâ, quia sal multiplex est, & multiplices etiam eius dissolutiones: vnde fluxus quoque multiplices fiunt, & varia vlcera, quæ variè manant. Hæc cura vlcerum docet: nec opus est, vt prolixiùs hîc indicentur. Hæc fœramina, naturam aliam non habent, quàm fluentem.

Kholerus quid?

Kholerus

Si autem fluxus siccetur, cum multo sale, qui emunctorium per seipsum sibi faciat: tunc oritur Kholer, Escharæ & similia vlcera, quæ circa pectus pessima fiunt, propter materiam lactis, quam viri & fœminæ ibi habent, quæ tota in hanc materiam resoluitur. Vbicunque autem, vel in pedibus, vel oculis, veluti *Noli me tangere*, aut in dorso, ventre, collo, pectore, &c. siue Lupus sit, siue quid aliud, exhibetur: nihil est nisi corporatum sal, quod Natura dissoluit, & expulit à se, ac in cutem deponit. Vlcerum huiusmodi & formarum multa genera sunt in viris pariter ac fœminis, quæ in Theorica hoc loco citra tædium recensèri non possunt.

TABVLA IX.

GENERATIO FEBRIVM.

Febrium genera sunt 5. in genere.

1. Opiaticum.
2. Centaureum.
3. Erroneum.

Causam autem ac principium suum accipiũt, vt sequitur.

Ex ebullitione paroxysmalis spiritus febris oritur, cuius hæc vnica causa est, quòd spiritus furibundi incendantur, per externorum Elementorum accidentia, quæ vicissim per Elementorum reuersionem diuiduntur, & vt opiata operantur. Vnde etiam nomen impetrarunt ab eo, quod eas sanat.

Hæc febris est superfluitas in corpore, ab humoribus genita. Est autem ipsorum stercus, quod aliquandiu colligitur. Quod eiiciendum si egredi non potest, tunc paroxysmos mouet in spiritibus febrilibus. Res ergo illæ, quæ stercus humorum consumunt, eædem etiam has febres tollunt, nomenque ac morbus res vna est.

Febris huius generatio est, si febriles spiritus errent, & extra materiam rapiantur, ac contra motum ordinémque suum agitentur, moueanturque per dissolutionem loci & materiæ, & per accidens.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 780 sur 913

4. Litteriſtum.	Hæc febris eſt præter naturam, hoc eſt ſupra vires naturæ. Et eſt commotio ſimilis febri, non tamen per ſe febris eſt, ac per Litteriſtum tantùm curari debet, non naturaliter.
5. Albugineũ.	Febris hæc partem nullam habet, cum quatuor prædictis communem, ſed ſedem ſuam in centro humorum figit, vndè retropellitur per humorem Albugineum.

I. De Febribus, cuiuſnam naturæ ac proprietatis eæ ſint, cogniturí, primò ſcire debetis, quòd febres & terræmotus ab vno Archeo ſint, & ſuo tempore effectum promant: cuius eſſentiæ fundamentum tale eſt.

II. Neaſtrõ quid. *Neaſtron* eſt commotio Elementorum & Elementatorum; & eſt agitatio facta in illis omnibus, quæ ab Elementis deſcenduint. Diuiſio fit in locuſtas. Quò cadit, ibi ſeſe exeret.

III. Neaſtrũ quadruplex. Pars nonnulla in corpore adhæret Neaſtro ignis, quædam aëris, nonnulla aquæ, aliqua terræ. Secundum hoc ſcire debet Medicus quando vel paroxyſment, vel minùs. Nam in ſuis Elementis cognoſcuntur illæ.

IV. Eſt enim natura congenita, quæ it a in Yliado conſiſtit. Et quâ ratione *Neaſtra* alia erumpunt, ac ſe produnt: eâdem hoc quoq;, nec à corporeo deſiſtit, quamdiu Elementum ipſius illud tenet; & eſt contrarius morbus in Elementis & in corpore.

V. Quo verò modo in Elementis ſit, id philoſophicum eſt. At quâ ratione in corpore ſit, ſciendum eſt, quòd ex virtute temperaturæ in 4. Elementis corporis deſtructiones eueniant: veluti in virtute aëris interni oppilatio in meatibus, facit paroxyſmos, ſi is diſſoluatur: in virtute ignis, ſi pro ſuâ naturâ ebullire non poteſt, & conſtipatur, & in effectu comparatur aëri interno. In virtute aquæ, ſi ea poros corporis penetrare non poteſt. In virtute terræ, ſi in florendo febrem ſibi facit ſecundum ſuam naturam.

VI. Probè autem hæc intelligi debent, hoc modo. Elementum terræ generat ſuos fructus, Sic etiam in corpore, eodem tempore. Ignis generat ſuas ſtellas: ita etiam in corpore. Aqua permeat corpus: Aër perflat corpus: vt exteriùs, ſic etiam interiùs. Vnde febres hæ ſecundum externa Elementa, cognoſcendæ ſunt, quòd ſimiliter etiam in corpore fiant.

VII. Hora & generatio eius incumbit, quando exitus ſiue eruptio fit. Hæc autem fit ſecundum naturam ſui Elementi. Veluti terræ ſunt puncta 4. Ignis, 3. Aëris 2. Aquæ 1. Hoc punctum ſi vaneſcit, tunc exhalatio & virtus expulſiua adſunt, quæ propter eius obſtructionem ad culmen aſcendere nequeunt. Et tunc hora paroxyſmi incipit.

VIII. Vis enim expulſiua in generationibus adeò magna eſt. vt, ſi per loca aut poros patentes exire nequeat, vi perrumpere attentet. Vnde paroxyſmum & ægri motum fieri, Philoſophia pleniùs docet.

IX. Longè à veritate abſunt, quæ de humoribus in antiquorum, Auicennæ ſcilicet & Galeni, &c. libris legitis. Qui verus & genuinus Medicus eſſe velit, is perlegat practicam: & inueniet, quòd genera febrium quinque ſint, 4. ex Elementis, vt dictum eſt, & vnum, quod ex quatuor dictis emergit. Quî autem hæ particulares febres intelligantur, id ex ſuis capitulis deſumendum eſt: vbi, quid Diaria, Quotidiana, Tertiatiana, Quartanaue ſit, ſpecialiter indicatur.

Sequitur alia Tabula de FEBRIBVS.

TABVLA.

Genera febrium ſunt. 4.
- Sanguinis
- Terræ
- Aëris
- Ignis

Quodlibet genus habet 3. potentias in peccante materia: ſc.
- Oppilatum
- Putrefactum
- Superfluum

* Ex ſanguine taliter. ***
Ex terra: ☙
Ex aëre taliter ¶
Ex igne:):(

| Oppilatum; eſt quando ſanguis ſuum greſſum cursumq; non poteſt habere, & eſt oppilatio in venis ex vitio ſanguinis, quando congelatur, vel ſimile.
Putrefactum, eſt quando humor trium primarum, ſequeſtratione factâ, labitur *in putrefactionem*. Hæc putrefactio eſt in loco, vbi dolor eſt.
* *Superfluum*, eſt quando vltra debitum ſanguis abundat in corpore, & auget virtutes ſuas vltra ſuum pondus, & iſta ſuperfluitas eſt generatio Febrium.

Oppilatum. Ex terrâ ſic eſt generatio: ſi terrenus humor in nobis, qui membris innatus eſt & infixus, ſi talis non poteſt liberè ſtare, eſt generatio febris terrenæ.
☙ Putrefactum. Et ſi ille tanquam Elementum non exiſtit, ſed propriâ ex natura ſe tranſmutat, & abſque corruptione: eſt iſta generatio febris terrenæ, ex putrefactione facta ſui Elemẽti.
Superfluũ. Et quod ſi humor ille terren⁹ Elemẽtatus & in hoc mẽbro pro Elemẽto aſſumitur: quãdo vltra gradũ ſuũ apparet & fit, tũc eſt generatio febriũ terrenarũ, ex elemẽto ſuperfluo.

Oppilatum. Et quod ſi aër in nobis, qui tanquam chaos exiſtit, cum oppilatur, non habens regreſſum, generatio eſt febris iſtius.
¶ Putrefactum. Quòd ſi in putrefactionem conuertitur, vti aër externus: nunc eſt febris generatio ex putrefactione aëris, ſcil. interni.
Superfluum. Quod ſi ſuperabundat in ventos quaſi, & vltra ſuum debitum, hæc generatio febris ex ſuperfluitate.

Oppilatum. Et quod ſi ignis in nobis circumflat, non poteſt habere ſuffumigium ſuum. Hæc eſt generatio febris ex oppilatione ignis.
):(Putrefactum. Et ſi in ſeipſo corpus ignis ſua virtute per ſe putrefit, hęc eſt generatio febris ex putrefactione ignis.
Superfluum. Et quod ſi vltra ſuum Elementum igneum abundat, nunc eſt febris ex Elemento ignis, propter ſuperfluitatem ignei caloris.

PRACTICA

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 781 sur 913

THEOPHRASTI HOHENHEMII.

CAP.
1. *De Lithiasi in stomacho.*
2. *De Lithiasi in Renibus.*
3. *De Lithiasi in Venis.*
4. *De Lithiasi in Arundinibus.*
5. *De Lithiasi calculosâ.*
6. *De Lithiasi in concauo.*

CAP I.

De Lithiasi in Stomacho.

Tartarus è vino qui in homine fiat.

SI spiritus vini à suâ corporalitate separatur, & pertransit ad hepar: tunc post se relinquit corpus, quod in se continet Tartarum, crassum, durũ & acutum. Iste iam Tartarus affligitur tunicis stomachi, ibidem perseuerans, locum sibi manentem molitur; vnde morbi nonnulli stomachi oriuntur, videlicet Orexis, cuius generationis hic modus est. Si Tartarus in orificio aut fundo stomachi hæret nondumq; planè coagulatus humiditatem aliquam sentit, tum acetosatur, & in sublime per orificium destillatur spiritus quidam acutus & vehemens, qui solis iis placatur, quibus spiritus salis mortificantur, vt sunt crocus, opium & similia. Quòd si autem venas ex stomacho constipet, appetitum tollit, & alimentorum transitum impedit, quem postea sequitur, Pthisis, consumptio, Ethica diabetes species. Concitat etiam in stomacho dolores, hoc est, in præcordiis ciet compressionem, ardorem, fissuras, vlcerationes. Hæc enim omnia ab acrimonia & naturâ Tartari proueniunt: qui si seipsum calcinet, tunc morbos quadruplo vehementiores reddit, quàm aliàs esse debent.

Orexis causa.

Crocus, opium, orexin curant.

CVRA.

Primùm Tartarus ex stomacho auferendus est. Deinde præseruatiuum constituendum, ne is denuò obnascatur. Id hoc modo fit.

℞. *Essentiæ chantharidum.* ʒj.
De Mercurio præcipitato. ℈ß.
Piperis longi.
Cardamomi. an. ʒß.
Cinnamomi.
Caryophyllorum.
Nucis muscatæ, an. ʒij.

M. F. Puluis. Dosis est ℈ß. *pro vna dosi.* Purgatio ista tartarum à stomacho deliberat & decorticat, aperitque, quod in ipso conclusum est, eundémque ad pristinam suam naturam reducit. Ita dispositio illi, confortatiuum præbendum est tale: ℞ *Opij* ℈ß.

Galangæ ʒß. *F. Tragea pro vsu.*

CAP. II.

De Lithiasi in venis.

FOdem modo Tartarus etiam generatur in venis, hoc est. Quando spiritus vini contiersus est in nutrimentum, & à tartaro non separatur, quem secum rapit: tunc in venas corporis is venit, & sanguis aç thesaurus vitæ fit cum spiritu cibi coniunctus, qui ipse quoque Tartarum secum habet. Tum ergo, si in venis iacens, Tartarus suo more se à sanguine separat, & substãtificat in Tartarum, ac coit in globulos vel grandines, & aut constipat, & amplectitur tunicas venarum, sicut in alijs etiam concauitatibus fieri solet. In illis ergo si consedit, facit puncturas, apostemata, phlegmonas, & morbos similes plures, hoc est, facit vt sanguis putrescat, vias eius occludendo, ne pertransire queat; ciet etiam ictus, & consumptionem particularem in isto membro, & morbos alios plures addit, ex sanguine descendentes, veluti per experientiam illi certiùs cognoscuntur.

CVRA

Principiò medicina talis adhiberi debet, quæ in venas ingrediatur, & in illis Tartarum resoluat. Id per solum spiritum tartari & salis fit, qui per corpus in venas transit, & illum resoluit in aquam. Ideò secandæ illæ venæ sunt, vt sanguis iste effluat. Et si sanguis per vim Tartari coagulatus est, aut exiccatus, vel induratus, aut combustus, tunc is resolui debet per essentiam de sale, quæ sola istum sanguinem resoluendi, & in suâ fragilitate renouandi, & in statum pristinum reducendi vim ac potestatem habet.

Sp. seu Essent. de sale qnæ vis

CAP. III.

De Lithiasi in Arundinibus.

SImiliter & in medullis Tartarus gignitur, qui intus arundinibus adhæresçit, sicut aliàs etiam in carnibus &c. Tartarus hic quoque à nutrimento medullarum fit, & à substantiâ secedit. Hinc oriuntur punctiones intensæ, ictus graues, & medullarum dolores alij, prout in hoc vel illo osse Tartarus magis minúsue adhæsit. Sed propter calorem arundinum omnium minimè sentitur, nisi homo sit adultus, infirmus, frigidus, asthmaticus, consumptus, aut simili alio malo affectus. Hoc enim in casu morbus iste magis sentitur, velut etiam in infantibus.

CVRA.

Cura eius instituenda est per vnguentum de Lachrymis, quo membrum illinendum est, nec quicquam intro assumendum, nisi sit essentia perlarum aut auri, quæ in nutrimentum medullarum penetrant. Hic tartarus resoluitur & euanescit, ac in ossa abit, in quæ consumitur.

Vnguentum de lachrymis. Essentia perlarũ & auri,

Reliqua an ab auctore scripta fuerint, ignoratur.

SEQVVNTVR.

SEQVVNTVR

VTILIA QVÆDAM CONSILIA MEDICA, QVÆ ægrotis nonnullis Theophraſtus Paracelſus communicauit. Etſi verò Recepta ipſa non vbiuis ſimul tradantur aut apponantur: interim tamen aliæ doctrinæ dantur, quas aſpernari minimè fas ſit. Tum & ex illis liquet, quam curandi methodum Theophraſtus ſeruârit, dum medicinas vulgatas adhibuit &c.

CONSILIVM. I.

Ad confortandum cerebrum & ſtomachum, pro deuitandis fluxibus & morbis aliis: ad cruditum virum, Dn. Adamum Reuſnerum, Seniorem, ſcribam in Mundelhemio.

CErebrum ac Stomachus potiſſimùm roborari & confortari debẽt, ne deinceps in ſuâ malitiâ pergant. Ex cerebro enim te affligent Arthetica, vertigo, pleureſis & paralyſis: ex ſtomacho Phthiſis, Hydrops, Febris, Dyſenteria. Quod cibos attinet, cauebis tibi ab aromatis, vino forti & generoſo, vino herbis cõdito, allio, ſinapi, aceto, & piſcibus: idque ſtudio ſummo, cumprimis etiam à coctis.

Abſtinentia hoc caſu ſalutaris eſt, ne tamen torqueat fames ſitiſue: conſuetudo ſeruetur quotidiana, definitis ac ſtatis horis.

Venæ ſectio aut purgatio noxia eſt: Ducit enim te ad paralyſin, ad dolorem capitis, & ad hydropem.

Lauare in thermis, malum eſt. Fluxus enim nimiopere per illas in caput concitantur, laxando & emolliendo neruos: Vnde in Arthetica lapſus procliuior eſt. Iis etiam omnia corporis membra inhabiliora redduntur.

A. Ad caput ex ſequentib. reb. potio facienda eſt, de quâ ſingulis dieb. bis, in aurorâ & ſub noctem bibatur, ad menſem. Per hãc potionem cerebrum ſibi reſtituetur, & ad temperaturam

B. conuenientem reducetur.

Pro confortando ſtomacho ſemper ab ingeſto cibo, manè & veſperi, de hoc electuario aſſumes, quantùm nux media iuglandis æquat. Poſt electuarium ſumptum nihil amplius comedes. Vteris eo ſpatio duorum menſium.

Quòd ſi propter fluxus delapſos laxandum fortè fuerit, accipies frondium tenerarum de ſambuco drachmas duas, cum æquali pondere ſacchari, manè. Per hoc, fluxus, in ſtomachum illapſi tolluntur, nullis aliis ingredientibus additis. Et hoc laxatiuum omni noxâ caret. In anno tamen ſemel duntaxat vſurpetur, nempe in Maio.

Hoc regimen ſex annis integris tibi ſatis erit. Quibus elapſis, de ſtatu morborum amplius conſilia & auxilia petenda erunt.

Potio ad cerebrum. A.

℞ *Rad. Caryophyllatæ.*
Acori an. ℔ ß.
Flores ſambuci. Maiorana an. ℔ ½
Euphragiæ. m ij.

Ponantur omnia in dolium vini triginta menſuras capiens. Vbi octiduum macerata fuerint, de vino bibes, vt diximus. Si vini minor quantitas parari debeat, minùs etiam ingredientium pondus ſumendum eſt.

Electuarium pro ſtomacho. B.

Accipe granorum Iuniperorum libram vnã. Coquantur in aquâ horis duabus: poſtea coctura coletur per pannum & exprimatur, vt pelliculæ & granula ſecedant. Ad id verò, quod per pannum expreſſum eſt, adiice ſaccharum æquali pondere. Miſceatur, & contundendo vnà ſubigantur hæc aromata:

℞ *Zinziberis* ℥ j. *Calami* ʒ ij.
Marcis ʒ ij. *Cubebarum* ʒ j.

Mixta omnia excipiantur vitro, quod exquiſitè obturatum in ſole ſtet ad menſem vnum. De hoc vtere ad normam præſcriptam. Ad roborandum ſtomachum non parùm faciet.

LECTORIS.

COnſilium hoc prægreſſum dedit Theophraſtus Adamo Reuſnero, Mundelhemij ſcribam publicum tum temporis agenti, Anno 1535. fore ſimul promittens vt ſi præſcriptis duobus remediis iſtis ordine modóque definito vtatur, ſenis integris annis nullo alio Medici conſilio opus habiturus ſit. Cum ergo prænominatus Reuſnerus (qui euentum hunc Excellenti Domino Michaeli Toxiti p. m. Memmingæ ante aliquot annos, cum ipſi huius conſilij deſcribendi copiam faceret, ita in coram denarrauit) antea ſemper debilis & fluxionibus obnoxius vixiſſet, & ab vſu remediorum horum commodа deinceps ſanitate ſemper vſus fuiſſet, & pacatum ſenium vltra 70. annos produxiſſet: non potui iſta hic non commemorare aut addere, ne qua fors hoc conſilium à non nemine contemneretur.

Duo autem conſilia ſequentia ad nobilem & excellentem Dominum Franciſcum Bonerum, Polonum, Cracouiæ habitantem Theophraſtus perſcripſit, qui Bonerus eo ſeculo doctorum virorum omnium Mecœnatem ac Patronum ſe præſtabat. Vnde diuinare licet, quanta apud Magnates Theophraſti auctoritas fuerit, cum conſilia eius ex tantis locorum diſtantiis paſſim quæſita & petita ſint.

CONSILIVM

CONSILIVM II. DE HERNIA

Ad dominum Franciſcum Bonerum, Polonum.

THEOPHRASTVS HOHENHEImius, vocatus Paracelſus, artium Liberalium & vtriuſque Medicinæ Doctor, nobiliſſ. & excell. Dn. Franciſco Bonero

S. P. D.

NObiliſſime & ampliſſime Domine: Literas à T. Exc. ad me preſcriptas accepi, legi, relegi. Quantùm ad vſurpatas medicinas, & pericula à T. Exc. exantlata attinet, id abundè intellexi, ſimúlq; Medicorum & Chirurgorum imperitiã, qui rem in principio non intellexerunt, pleniùs cognoui, Defectus autem iſte Medicorum primus haudquaquam leuis eſt, quod morbum primò non cognouerint: cùm tamen ſigna & prognoſticationes morborum præcedant, velut aſcendens coli natiuitatẽ infantis progreditur.

Infans primùm dum ſub metu patris eſt, flecti & corrigi poteſt. Si verò adoleuit, ſæpiùs nec patri, nec carnifici obedit. Eodem planè modo morbi quoq; vniuerſi in principio curari queũt: qui tamen, vbi deinceps morâ inualuerint, curari ægerrimè poſſunt.

Hęc hoc loco indico, vt ſciatur, idem T. quoq; Excell. in dolore ſcroti ſeu pudendorum cueniſſe, cùm iam in Herniam carnoſam degenerauit morbus, qui primò tantùm Napta fuerat. Illa iam propè inſanabilis facta eſt: cum ſpecies quędam Elephantię euaſerit. Vnde mihi non videtur multum admodum noſtro conſilio profectum iri.

Nec enim pro Cracouienſium Medicorum conſilio morbus iſte curari poterit. Adeóq; dementiæ ſit, deſperato malo conſilium decernere. Nec leuiter equidem doleo, T. Excell. per tot interualla diſtantiſſimorum locorum, Cracouiã nempe Salisburgum, nuncium ad me amandaſſe, tam propter ſumptus fruſtrà factos, quàm quòd Cracouienſes Medici de hoc damno non præmonuerint.

CONSILIVM. III.

LEgi equidem, quâ ratione morbus inualuerit, & quòd Medici conſilium ſine iuſta rei cognitione dederint. Sua enĩ illi remedia & regimẽ ex frigidis deſumpſerũt, cùm tamen huiuſmodi morbi per frigida enutriantur. Idẽ iudicãdum etiam de hoc, quòd Narcoticis & Stupefactiuis adhibitis T. Excell. curare aggreſſi ſint, quæ tamen omnia veræ curæ contraria ceſſenda ſunt. Exhorreſco itaq; ad repetitionẽ eorũ, quæ T. Excell. ad me perſcripſit; adeóq; indignum eſt, conſilia iſta citra rationem ac intellectum omnem, vt dixi, data eſſe. Vero enim verius eſt, quòd Narcotica, Stupefactiua & Infrigidãtia, quæplerumque in gradu quarto cõſiſtunt, in prædictis morbis nihil efficere valeant. Qua de cauſa etiã Medici, qui omnium primò de hoc malo conſulti ſunt, morbum incurabilem iudicarunt.

Etſi verò morbus iſti fini iam proximus ſit, adeóque pro incurabili habeatur: mihi tamen adhuc curari poſſe videtur, ideò, quia nõ ſemper Medico conuenit morbum ipſum ad vnguem ſcire aut intelligere, ſed ſatis eſt cauſam præcipuam & fundamentũ eius cognouiſſe. Poſſibile enim eſt, vt inuiſibilia & incluſa cognoſcemus. Nos aliquid in hoc ſcimus, intelligimus & habemus, ſed viſu ipſo caremus.

Morbo huic nomen conueniens dedi, & pro intellectu meo curam eidem licet breuem, deſignaui, vt ſequitur.

Inquire alicubi hominem, qui deſtillandi artis peritiam habeat. Huic Receptum ſequens conficiendum offer.

℞ *Opopanaci, Seravini, Ammoniaci, Galbani an. ℥j. Olei Philoſophorum o. ſ.*

Gummi, vt moris eſt, diſſoluantur in aceto roſaceo, & denuo incoquatur, ac cum prænominato oleo redigantur in formam emplaſtri.

Hoc emplaſtrum toti Herniæ impone tribus vel quatuor ſeptimanis, cuius in loco idoneo tandem Apoſtema colligetur, quod per ſe rumpetur, & ſub emplaſtro hoc reſoluetur. Aperto apoſtemati, emplaſtrum tractatium ex Gummis & Colophonia imponi debet, cuius formæ multæ in meis libris deſcriptæ inueniũtur. Hoc modo materia verè reſoluetur & expelletur. Hic tamen excipio malũ id, quod in corpore fixum eſt & ad elephantiam vergit. Quanquam etſi iam ſpecies elephantiæ ſit, nihilominùs etiam expellatur, & morbus minuatur.

Tum etiam præſeruatiua contra hunc fixum morbum intrò aſſumi nõ debent. Malum enim hoc à ſuo contrario augetur, & in ſtatum priſtinum recidit.

Hoc modo curam Excell. T. morbi definiui & conſtitui, quanquam nec perſonã nec morbum viderim propiùs, quàm quod ex literis T. Excell. intellexi. Si res ita ſe habet, Excell. T. rectè ſcripſit. Sin minùs, rectè ſcriptum non eſt. Ego credo literis: quæ pro conſuetudine Medicorum conceptæ ſunt. Parum autem refert, ſi quis forſan inauditũ hunc meum ordinẽ admiraturus ſit. T. Excell. curet, vt à perito quodĩ emplaſtrum præſcriptum conficiatur: tum ſucceſſus felix non deerit. Munus a T. Excell. miſſitatum, accepi. Hiſce Deo nos commendo. Dat. Salisburgi 5. Auguſti An. 1541.

CONSILIVM IV.

De Maculis vel albuginibus oculorum, ad Excell. Dn. Franc. Bonerum, ipſius filio datum.

SPectatiſſime Domine ſchedulã impoſitã de filij tui morbo legi. Iudico autem hoc oculorum vitiũ ex quodã fluxu cõgenito ortũ eſſe. Adeóq; metus eſt, vt ex hoc vitio malũ grauius emergat.

Conſultum ergo primò foret, hunc adoleſcentem abſtinentiæ operam dare, & ciborum conuenientium delectui ſtudere, ac communi viſitatáque victus ratione vti.

Quantum ad viſum, conſilium meum eſt, vt in initio Octobris manè & veſperi gutta vna olei philoſophorum (quod oleum laterinum, eſt oleum correctũ oleum commune, bis deſtillatum, ſicut chymiæ periti nõrunt) oculis inſtilletur. Hoc oleum maculas, nebulas ac vitia oculorum omnium tollit & conſumit.

DOCT. THEOPHR. HOHENHEIMII *explicatio, qua cum a tractarit Generoſum Dominum, Dominũ Iohannem in Leipnick & Morzano Kromauu, ſupremum Marſchallum hereditarium Regni Bohemiæ &c. An. 1537.*

Adiunctum

Adiunctum est regimen ac ordo, quî se Dominatio ipsius porrò gerere debeat.

CVm Dominatio vestra per Dominum Ioannem de Lottiz Efferdingâ me euocaret & accerseret: is in præsenti Dominationis vestræ morbũ mihi quidem narrauit. Quia verò Medicinæ is imperitus esset, morbum, qualem postea incoram inspexi, expedire accuratè mihi minimè potuit. Alium enim præsens cognoui morbũ, quàm absenti narrabatur. Quem si statim in initio, qualé postea inspexi, cognouissem: corporis certè illius vsq; adeò consumpti, marcidi, & per medicinas deiecti curã nunquã suscepissem. Interea temporis enim multò facilius 50. morbos curassem alios, quos sors vndecunq; mihi obtulisset. Cùm tamen ista fato ita acciderint: iã ipse inficiari minimè possum, quòd tribus integris septimanis in eo morbo explorando laborarim, dum ex ipso fundaméto illum cognoscerẽ penitus. Vnde temporis effluxit nõ parum. Et tamen festinari non potuit plus quã factum est. Cuius rei veritas in propatulo est. Simile tamen periculum deinceps subire diligentiùs cauebo. Quod si protractio illa curæ Dominationi vestræ tædio fuit: etiã me tacente tamen illa facilè iudicare poterit, breuiore tempore rẽ confici non potuisse. Iam autem Dominationi vestræ ex ordine recensebo, quid à me in valetudine eius afflictã præstitum sit. Licèt enim sæpius iam antè de causâ & ratione morbi rogatus sim: intempestiuum tamen visum est, præcipitantiùs quid de illo eloqui.

Morbum autẽ inueni huiusmodi. Primò nẽpè inueni materiam quartanæ, quæ in Dom. vestræ splene nimiopere congesta fuerat. Quæ nisi educta fuisset, quartanam nullo dubio suscitasset: quã deinceps etiam hydrops nullo probibente excepisset. Secundò reperi exundantiam fellis in stomachum factam: ita vt fel ac stomachus omnem natiuam constitutionem ac virtutes naturales exuerint, ac dolorem in præcordiis, velut & grauiora accidentia alia, Dom. vestræ plus satis nota, pepererint: quorum tamẽ materia à nullo Medico aut cognosci vnquam aut adimi potuit, sed subindè vberiùs cumulata est. Huius autem augmentationem excepisset colica ventris resolutio manuum pedúmq;, sicut horum vestigia iamdum sese circa vmbilicum prodiderãt. Tertiò, congesta etiam & collecta materia in intestinis hæsit, quæ ventos flatúsq; peperit, & eosdem ad pudenda detrusit. Quartò hepati oppilatio inerat, quæ lotium mutauit, additis partiũ pũctionibus. Sed de 4. his internis morbis Dom. vestra prolixiùs admonenda non est, quos ipsa nimis verè sensit & experta est. Hæc ergo in genere ratio fuit morborum internorum.

Quod ad membra externa, scilicet manus, brachia, pedésq; attinet, primò podagra illa afflixit, quam Dom. vestra diù perpessa est. Deinde generalis Arthetica neruos vniuersos ac ligaméta tendinésq; vellicauit, à quâ partes pleræq; mirè eneruatæ & prostratæ sunt. Tertiò paralyticus fluxus sinistrum latus occupauit, vndè etiã hoc dextro ignauius & torpidius existit. Et hi sunt morbi, quos in Dom. vestræ corpore deprehendi. Quos vt tractãrim, iam deinceps commemorabo.

Principiò saburram ac sordes corporis educere aggressus sum per iuscula, quæ aliquamdiu Dom. vestræ ingessit & iterauit. Quib. adiunximus etiã pilulas purgatorias ad finẽ eũdem. Adhibui deinde vnguentum pro ventre & parte sinistrâ corporis, cũ sacculo calido imposito, ad quartanæ materiam, & ad fel ac oppilationem hepatis auferendam. His etsi aliquãdiu institerimus, nõ tamen confecimus, quod in votis erat. Itaque pilulis inauratis materiam illandem per superiora educere conatus sum, quorum vsu dies aliquot insumpsimus. His ergo & reliquis dictis remediis interni morbi omnes euicti, ac penitus expulsi sunt.

Præterea etiã potionẽ destillaui. quam Dom. vestra aliquoties cũ theriacâ ebibit, hoc fine, vt interiora omnia probè inquirerẽtur, & apostema nullum occultũ maneret. Addidimus etiam vinũ absinthites, cuius vsũ velut & potu prænominato morbi omnes ex fundaméto euulsi sũt.

Externis morbis hanc curam impendimus. Contra paralysin, podagram, arthetică, catarrhũ &c. vinum illud præstitut, de quo quotidiè D. V. biberet, vt mali origo in capite, vbi quod ex radice emergeret, coërceretur & edomaretur. Hoc facto, vnguenta tria adhibuimus vnum ad artheticam, alterum ad podagram, tertium ad fluxus paralyticos. Quib. cum D. V. aliquandiù, vt constat, inungeretur, cum arthetica simul etiam incrementum paralysis & podagræ in fundamento sublata fuerunt.

Vt verò de internis morbis, quî sese illi iam hoc momento habeant, D. V. pleniùs instituam, eorum nihil quicquam superesse amplius, audacter affirmo. Et purgatio renum, aliquoties per vrinam facta, conspicua erit.

In externis podagra se quidem quodammodo exhibebit, sed remissiùs. Cum enim materiæ nihil amplius superfit, reliquũ per exercitationes consumetur. Nec inficias ire possum, arenulas quoque D. V. infestare. Sed eæ confirmatam essentiam minimè habent: verùm ad exitum vergunt. Consilium ergo meum est, vt illarum expulsio promoueatur.

Imbecillitas corporis & stomachi ex hâc nata causâ est, quòd ob diutinã ægrotationem corpus nimiopere attenuatum & consumptum sit. Et impossibile est, imbecillitatem eam medicinis datis tolli, cũ totius progressu temporis & idoneâ diæta per seipsam tollatur & abeat. Nec dubium vllum est, quin D. V. ad pristinum robur ac virium integritatem antiquã reditura sit. Hũc verò ordinem si D. V. minimè seruabit; ipsa natura quoq; minimè confortabitur, sed imbecillitas augescet, & diuturnior euadet. Qui enim ab ambulatione nimia defatigatus est, hic quiescendo lassitudinem agit, & ad se redit. Si non quiescat, subindè magis magisq; defatigabitur; nec vlla alia medicina plus iuuabit, quã quies & ambulationis intermissio. Eadem ratione D. V. quoq; credendum est, quòd per sequentem ordinem lassitudo, infirmitas & imbecillitas (quę per se morbi non sunt) auferantur & sedentur.

Repetet etiam secum D. V. varias eásq; diuersas & sibi inuicem contrarias medicinas, hactenus à diuersis medicis petitas. & à D. V. aliquãdiu

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 785 sur 913

diu vſurpatas. Quilibet enim ſuum ſeorſim caput ſectatus eſt: ſed veram materiã nemo ex omnib. comprehendit. Inſuper etiam nimis longus ac diuturnus decubitus in lecto, robur corporis attriuit, & vires membrorum effœminauit. Hęc enim infirmitatis præſentis cauſa nõ vltima eſt. Quam tamen ſequens ac nouiter inſtituta exercitatio aut ambulatio commodè iterum emendabit & reſarciet.

Fieri etiam potuit, vt contra obeſitatem Do. V. remedia propinata fuerint, quæ vires corporis nimis ſæuiter deiecerint. Huiuſmodi enim Medicinæ virtutẽ omnem in oſſibus ac mẽbris abſorbent: adeóq; nonnunquam corpus ita obterunt validè, vt ægris poſtea perpetuò in lecto decumbendum ſit, nec quòquam ampliùs progredi queant. Illarum ergo vſum dominatio veſtra deinceps vitabit.

Deniq; haud dubiò ipſa quoq; remedia commodo tempore data non ſunt, ſed horâ intempeſtiuâ & aduerſâ porrecta. Quod ſi fit, natura intus quaſi bello quodã inteſtino laceſſitur, vt nihil niſi infirmitas ac imbecillitas mera ſequatur.

Sequitur ordo ſeu Diæta, quia D. V. deinceps vti debet, vt in poſterum optata valetudine frui queat.

FAs ac æquum erat, vt quo tempore hîc cõmoratus ſum, D. V. cibum potumq; ſolitum ſpectaré. Multa enim ex illis deprehẽdere potuiſſem, D. V. complexionem, morem, naturam ac proprietatẽ: qua cauſa principes ac Domini omnes ſuos ſecum libenter Doctores habent. Id verò cum à D. V. factum non ſit, eò tardiùs ad Naturæ ipſius cognitionẽ penetrare potui. Quãtum verò hactenus ex obuiis cognoſcere potui aliis, cõplexio D. V. naturalis bonáq; exiſtit, ſanguinea ſcilicet cum phlegmate temperatura optima vnita. Quæ etſi talis quidem fuerit: multa tamen ad bonitatis illius deſtructionem concurrerũt: velut inter cætera educatio delicatior, cui poſtea acceſſere cibi craſſiores, complexioni illi noxij. Ex claſſe hac numerantur etiam ſerior decubitus, ſomnus protractior, Venus præmatura, & ſimul nimis frequens, antequam neceſſarium robur corpori adderetur. Defuerunt etiam exercitationes, quibus corpus ſolidum & robuſtum fieret. Iuuentutis enim ſanitas in eo non leuis poſita eſt, ſi ad annum 24. vſq; à fœminis abſtineant, & iugiter quotidiéq; corpus exerceant. Hoc ſi factum non eſt, ſequitur, naturam id euincere non potuiſſe, quod aliàs exercitatio inſtituta extra corpus excutit. Præterea etiam D. V. in aëre prauo educata eſt: vt naturam contraxerit non admodum validam & vegetã. Cui poſtquam acceſſit immoderatus ſomnus, cibus, potus: morbus irrepſit iſte, quem D. V. tãdiu tolerauit. Hoc autem iam ſublato, deinceps neceſſarium erit, vt ordo antiquus mutetur, & in mundo cœlóque nouo deinceps innocentius viuatur. Huius autem mutationis quæ ratio ſit, ac modus porro cõueniẽti ſerie explicaturus sũ.

Primò, nunquam vltra horam nonam ſerotinam vigilabit: nunquã etiam vltra ſextam matutinã in lecto ſe continebit. Sedebit, ſtabit, ambulabit, equitabit, curru vehetur, & exercitia varia machinabitur, Interdiu non dormiet, ſed meridianum ſomnum attentè vitabit, idq; propter fluxum paralyticum.

Secundò Dom. veſtra ante horam 11. prandere: & veſperi dimidiâ 6. cœnare incipiet: & hunc morem cùm in æſtate, tùm hyeme ſeruabit. Interiecto tempore ſi fors ſitis grauior vrgeat, hauſtum vnum faciet, nec plures. Cibi ſint non caro bubula; ſed tenerior & iunior, in quocunque genere: excipio carnes ſuillas & caprillas, ac auium aquaticarum, quæ ſtudioſè vitentur. Cæteræ pleræque D. V. conceſſæ ſunt.

Aromatis cibi non condiantur, cum fel per illa incendatur & exuratur. Conueniunt tamen Crocus, Cinnamomum, Macis, præterea nulla. Sale autem cibi omnes probè condiantur. Sal enim & coctionem promouet, & bonum ſanguinem gignit.

Pro potu faciat vinum vetus, non admodum forte, ſed lene, purum, ſiue rubrum, ſiue flauum ſit. Tardiùs bibatur cereuiſia, imò nunquam, niſi priùs puluis nucis muſcatæ pani toſto affrictus immaceretur,

Singulis diebus 14. ſicco balneo vtetur, per menſes ſex: poſtea corpus abluetur. Singulis etiã menſibus ſcarificatio fiet in humeris, cucurbitis duabus appoſitis. Quotannis autem quater etiam ad ſpinam dorſi ſcarificatio inſtituetur per cucurbitulas quatuor. Fiet id primò in autumno, ſecundò in hyeme, tertiò in verè, quartò in æſtate, deficiente nimirum Lunâ, aut quando D. V. commodiſſimum eſt.

Quotannis etiam bis in pedibus phlebotomia fiet: menſe Maio in venis malleoli, autumno autem in venis dorſi in digitis pedum, ſignis arietis aut libræ micantibus, deficiente Lunâ.

Piſces & cancros D. V. ſtudioſè vitabit quocunque modo coctos paratóſque. Concedũtur tamen Funduli, Lucij minores, Aſchiæ, Auratæ, quos tamen ratiùs comedet, & in minore quantitate. Abſtineat à cibis pinguibus, frixis, & fructibus omnibus horariis.

Et hæc diæta aſſiduò ſedulóque tenenda & continuanda eſt.

Sequuntur iã Medicinæ, quibus D. V. porrò vti debet.

CVm morbi facilè ex quacunq; cauſa oriãtur: conſilium meum eſt, vt duabus potiſſimùm viis occaſio ad morbum D. V. præcludatur. Primò enim ad declinandos morbos internos ſimul & externos præcipuum hoc fundamentum eſt, vt D. V. integro anno, aut ad minimum æſtate ac hyeme à complexu fœminali ſibi temperet. Quòd ſi ſecus fiat, D. V. vires omnes de nouo proſternet, & naturam recentibus damnis ita proculcabit, vt morbi inuaſuri tales ſint, quales aliàs nunquam incubituri fuiſſent.

In futurum ergo medicinæ nonnullæ noſcẽdæ ſunt, veluti vinum, quod D. V. confeci, & vnguentum pro manibus ac pedibus. Præterea autẽ nihil. Ad arenas etiam nonnihil impendi debet: quanquam id priuatim non ſcrupulosè ſeruãdum ſit. Per duo enim annotata ſeruata, ad præſeruationem D. V. ſatis tutò inſtructa erit, nec aliis pluribus indigebit.

Minimè verò D. V. mirabitur, quòd præſeruãdi vim omnẽ in duo iſta collocem. Satis enim illa ſunt, ac probè operabuntur. Recepta autem illorum qui parentur, D. V. conſignabo, vnà cum ordine conuenienti.

Spero autem hiſce D. V. ſatisfactum eſſe. Si D. V. malis etiam grauioribus aliis, hactenus

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 786 sur 913

mihi non patefactis, affligeretur, de iis si doceat, volente Deo omnia præstituam, quæ ad obtundenda illa requiruntur. Clementi etiã dimissione impetratâ, pedem porro proferre iam constitui. Vt enim erga me Vienna affecta esse videtur: ibidem aliquandiu commoratus sum. Interim submissis officiis a D.V. minimè separatus sum.

Aureol. Theophrastus Hohenhemius Vtriusque Med. Doct.

CONSILIVM ALIVD.

Sequens Regimen ac diætam Nobilitas vestra deinceps obseruabit ad præcauendam Podagram, Paralysin, Pleurestin, hoc est, Apostema in pectore. Nulli enim morbi deinceps alij incubituri sunt,

A. 1536. 24. Mart.

PRimò studiosè cauendum est, ne N.V. purgationem vllã assumat, vltra 6. vel 7. sedes cientem. Talibus etiã euacuatoriis non sæpiùs, quàm bis, in anno vtetur, nisi necessitas singularis vrgeat. Et tamen his digestiua aut potiunculę ex syrupis præmitti non debent. Huiusmodi enĩ Medicinis vires naturales nimiopere destruuntur, ac partes medullæq; corporis affliguntur, cientur dolores dorsi, cõsumptio renũ, exiccatio seminis virilis, refrigeratio & eneruatio stomacho inducitur, & siti hepar inuritur, ac fundamentũ futuræ hydropi sternitur: idq; eò magis si purgationes illæ ex Agarico, Esulâ, Hermodactylis & Turbith cõfectæ sint, nisi fortè cõmisceãtur cũ Tragcâ, quam etiã canna adusta ingrediatur. Hoc enĩ pacto nec Turbith nec Hermodactyli lædunt quicquã, si vltra consuetas sedes, plures duabus non moueantur. Et hoc quidem vbiuis sedulò attendi debet, ne vllam medicinam assumatis, quæ plures quàm sex sedes moueat, qualiscunque ea sit.

Diligenter etiam vitari debent omnes thermę feruidę, ex sulphure & similibus. Et hoc casu thermæ Piperinæ & Ferinæ omnium commodissimæ sunt, quibus tamẽ N.V. nõ vtetur priùs, quàm leuiter antè purgata sit, & venam in pede secuerit. Dùm lauatur, studendum est abstinentiæ in cibo & potu, & re Venereâ, quæ aut penitus omittenda, aut parcissimè adhibenda. Et ne quæ fors constipatio incidat, laxatiuum semper aliquod in promptu sit, quod aluũ semel bisue deiiciat: cuius formula in schedula annotata est. Circa, cibum potúmq; is modus tenendus est, vt superfluitas omnis præcidatur, nec vnquam citra famem sitimq; quid edatur bibatúrq;. Potus sit simplex, & vnius generis. Vinum rubrum salubrius albo. Commodant tamen etiam vina albastrina. Vitentur vina saluiæ aromatum, aliter mixta. Cereuisia nõ obest. Fugiatur Melicratũ, & cibi flatulenti, ceu fructus, &c. potatio à cœna. Opera detur omnifariis exercitiis, equitãdo & ambulando. Fugiantur intẽtæ capitis ac cerebri actiones, seriæ cogitationes, scriptiones, &c. Hæ enim ex se nocẽt stomacho, mouent fluxiones capitis, & podagricos humores concitãt, occasionémq; ad paralysin & vertiginem ministrant. Nocent etiam pisces quamuis tosti minùs damnosi sint. Pisces & carnes simul edi non debent. Vitetur caro solida & dura, velut & suilla, fugiantur etiam balnea aquæ dulcis. Conueniũt siccæ, ex Chamomillã, Saluiã, Roremarino, Leuistico, Origano, &c. Vitanda est sectio venarũ capitalium: reliquarum pertusio nihil incommodat. Semel in anno phlebotometur vena respiciens pulmonem in brachio: item quæ splenẽ & hepar euacuant in digitis minimis vtriusq; manus. In his enim vtilitas nõ spernẽda est. Scarificatio continuetur pro cõsuetudine, nec omittatur. Quòd si aliquando aër nebulosus pluuiosusue sit, aut aspectus prauus, veluti in piscibus, geminis, nouilunio incumbat, peruigili studio vitanda sunt omnia, quæ iam prohibuimus. Constitutiones enim illiusmodi corpus validè mouent mutántque. Ideóque ad præcepta illa diligenter attendi debet.

De ordine & præseruatione Apostematis in pectore aut pulmone.

QVotannis post festi Natiuitatis Christi decem vel duodecim dies, de sequente Medicinã manè ac vesperi haustũ vnũ bibet, diebus quatuor continuis instando. Quòd si fiat, eo anno ab omni tali Apostemate N. V. tuta & secura erit: maximè si post potum venam pulmonis tundat, quando commodissimum videbitur. Recepti hæc est descriptio:

℞. *Loch de pulmone vulpis*
pinis.
Sani & experti an. ℥ j.
Syr. de Prasio.
Hyssopo
Liquiritiã. an. ℥ i ß.
Aquarum Cardui Benedicti.
Endiuiæ.
Veronicæ an. ℥ ij.
Succi Liquiritiæ. ℥ iij
Zuccari candi ℥ ß. *misceantur.*

Potio hæc diuidenda est in partes octo vel decem, pro diebus quatuor vel quinq;. Interea abstinendũ est à frixis, ouis, cibis pinguibus. Ita fiet, vt ea in vniuersum consumantur, ex quibus Apostemata nascũtur, eiectis per tussim superfluis. Si autem tussis etiam nimis valida fors incumbat, quæ Apostematis signum est, potionem eandem ad dies decem assumi decet. Quo tempore Apostematosum omne sine noxà elidetur: nec ad apostemata consilium N. V. conducibilius dari potest.

De ordine & præseruatiuo Paralysis.

DIssuasi superiùs immoderatas purgationes. Natura enim V.N. à purgationibus in Paralysin facilè coniici potest. Et *licèt* quidé per illas Podagrici fluxus quodammodo eximantur: nihilominùs tamen Paralysis allicitur emolliẽdo & labefactando neruos. Studendum itaq; est exiccationi fluxuum, & humiditatum consumptioni, per recepta illa, quæ signo W. signata N. V. primò decreui. De quo potu quò bibitur frequentiùs, eò salubrius. Massam autẽ in schedulâ descriptam, à Pharmacopæo repetat N. V. De quâ singulis septimanis pilulã vnam deglutiet, quando commodum est. Id tamen quàuis septimanâ semel fiet, nec vnquam intermittetur. Pilula autem magnitudine pisi sit.

Ad Podagricum fluxum.

VEna poplitis vel malleoli quotannis bis secãda est, semel in æstate, semel in hyeme: nec vnquã negligetur. Et cũ purgationibus N.V. vsq; adeò assueuerit, vt intermittere eas non possit omninò: cõsulo, vt illæ instituantur deinceps

pro

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 787 sur 913

pro primo meo consilio lenes, non violentæ, saltem vt fluxus demantur quotidie sese colligentes, ne illi latiùs emoueantur.

Quòd si insuper vnguento quotânis bis, quinis semper seniſue dieb. à vena secta (quod tempus optimũ est) N.V. vtatur. Podagra inualescere minimè poterit, Simplicia illa apud Simonem pharmacopœum prostant, apud quem etiam recepti descriptio asseruatur, quam schedam N. V. inde repetet.

Laconicum ex herbis suprà scriptis parabit, & ad minimum singulis mensibus, semel deficiente Lunâ in eo sudabit, ante balnei ingressum sale ex sambuco assumpto.

Vtilis etiam est profectio in thermas tertio quouis anno instituta. Piperinæ ad hoc aptissimæ sunt. Sed præmittenda semper venæ sectio est. Sub noctem pedes eâdem aquâ etiam abluẽdi sunt.

Consilium pro N. V. coniuge.

VSus Thermarum futuro mense Maio, medicina ei tutissima & proxima est. Quoties autem balneum ingreditur, toties de permixtis sequẽtibus aquis cochlearia bina hauriet. Tempore balnei discrimen ciborum obseruabit. Vitabit crassos ac dẽsos cibos, tàm ex piscibus, quã carnibus paratos: abstinebit à bis coctis, aut coctis cum vino, nisi hoc vinum bonum & nõ vapidum sit. Acetum in omnibus cibis noxiũ. Fugiet amygdala, & quæ indè confecta sint. Postquam manè lecto surrexit, hora vna aut sesquialtera elapsa post balneum ingredietur, non illicò post exactum somnum. Egressa balneum, post horam demum prandebit. A cibo exactis horis binis, balneum iterum ingredietur, prout tolerare poterit. Vinum bibet lene, temperatũ, album, non rubeũ. Aquæ quæ permisceri debẽt, hæ sunt: Melissæ, pulegij an. Cochlearia decẽ: Arthemisiæ rubeæ cochlear. 20. Veronicæ, Cardobenedicti, Endiuiæ, an. Cochlear. 6. misceantur, & in vitro probè asseruentur, ne euaporent.

Consilium pro Virgine Anna.

LAuabit hæc ipsa quoq; modo præscripto, & simili diætæ studebit. Præterea conduceret, vt de infra scripta Medicina indies manè ac serò aliquantùm gustaret. Sunt autẽ tabulæ, de quibus quauis vice vna deuoranda est. Harum vsu menses ei ciebuntur, iis motis, & in statum pristinum reductis, consultissimum est, vt primo quouis tempore nubat.

℞. *Specier. Diasatyrionis* ʒ *j.*
Croci orientalis ℈ iiij.
Succi sauinæ q. s.
Zuccari fini ʒ j. Misceantur. F. Tabulæ, sine igne, & exiccentur in vmbra.

CONSILIVM, quod Theophrastus patri Sebaldi Treylingij ciui Wolspergensi ordinauit Anno Domini 1538.

THEOPHRASTI PARACELSI consilium: Colicæ & arthritidis ex eâ natæ, vera curatio.

BIs in anno purgetur Colicam habens, in Maio & Autumno, aut pilulis sequẽtibus, aut laxatiuo, aut vino essentiali colicæ.

Pilularum descriptio.

℞. *Serapini* ʒ ß. Dissoluatur per acetum, & coletur, & inspissetur in modum tenacitatis. Cuius.

℞. *q. aderit. Trochisc. Alhand.* ʒ j ß.
Spec. Hieræ picræ ʒ j *spec. Lithontrib.* ℈ j.
Diagridij ℈ j. *gr.* vj. *Salis gemmæ.* Misceantur. F. Massa Pilularum sec. vsum. Formẽtur *pil.* N°. xj. *pro* ʒj. *cum deauratione.* Sumantur pro vna vice tres, nocte ante ingressum lecti.

Aliud Laxatiuum.

℞. *Benedict. Laxatiuæ* ʒ ß.
Vini essentialis colicæ descriptio. Vinum essentiale colicæ.
℞. *Rhabarb.* ʒ ij. *Trochisc. Alhandal* ʒ *j. Diagridij* ℈ ij.
Euphorbij ℈ j. *Bened. Laxat.* ʒ ß. *vini ardẽt.* ʒ vij.

Immittantur in vitrum, & clausum per sex dies ita infusum retineatur. Demum exprime, & serua cautè. Sumatur bis in anno, vt suprà, pro vna vice ʒj. Misceatur & sumatur in sero caprino calefacto. Sumpta vna præcedentium purgationum, si quid reliquiarũ in intestinis vel colone remanserit, ita, vt interdum circa vmbilicum punctio oriatur, post dies duos sequenti clysterio radicitus euacuandum est.

℞. *Iuris Galli Quart. j. id est mensuram.*
Bened. Laxat. ʒ iij *spec. Hieræ picr.* ʒ j.
Ol. decocti cum gran. Iuniperi ℔ ß. M. F. Enema s. vsum. Incipiente vel inualescente dolore colico,

℞. *Ol. communis recentis* ℔ j.
Granorum Iuniper. post contusionem ℔ ½:
Cymini Rom. ʒ ß. *Ostrutij* ʒ ij. Euphorbij ʒ ij.

Conquassentur omnia simul in clauso cãthara, in aqua ebulliente secundum vsum, per 2. vel 3. horas coquãtur, & misceãtur vino Maluatico, vel Renfalio calefacto, & bibatur quoties placuerit.

Insuper ℞. *residentiam vel reliquias, & adde olei Bened.* ʒ ij *vel olei Anethini* ʒ ij. Misce, & tepidè vmbilico superponatur & pectini. Et loca doloris inungantur. Hoc iteretur toties, quoties necesse est, sẽper recalefactis & superpositis.

Si verò dolor colicæ præcedẽtibus potione & inunctione non sedatur, inungantur loca doloris crebrò, præsertim circa vmbilicum calefacto Balsamo, cuius descriptio sequitur.

℞. *Galbani ter destill.* ℔ ¼. *Olei Laurini destill.* ℔ ½.
Ol. Terpet. ter destill. ℔ ß. *Addatur ad placitũ.*
Castorei ʒ ß. *Euphorbij* ʒ iij. M. omnia in vnum, & destillentur cum gummi *hederæ* ʒ j. *& F. Balsc. & vnctio.*

Insuper administretur clysterium sequens communi & consueto vsu.

℞. *Ol. Iunip. prior. descript.* ℔ ¼. *Pingued. Galli* ʒ iij.
Ol. Anethini ʒ j ß. *Ol. Laurini* ʒ ß. *Flor. Cham. My.*

Decoquantur simul clauso cantharo per horam, de qua decoctione Rec. q. s. pro clysteri cum iure galli, vel vino Renfalio, & addatur modicum salis communis, & vtatur.

Aliud Experimentum in principio Colicæ vel paroxysmo præsente.

℞. *Euphorbij in ouo sorbili, vel in hausto calido vini præparati & Cariophyllati,* cuius descriptio sequitur.

Præseruatiuum vel confortatiũ contra Colicã.

℞. *Bened. Caryophyll. Acori. Euphragy an.* Mij.
Ostrutij. Gran. Iuniperi, Cymini Romani,

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 788 sur 913

Equiseti an. ℔ ß. *vel circiter.*
Mustum nouum & bonum. Mensur. xxx.

Imprimantur & ita præseruentur, quoad vinum omninò defecatum fuerit & clarum, quo vino sæpè vtendum est, præsertim manè pro primo haustu in prandio. Vesperi verò eodem, stomachus claudendus est, & potest frigidum vel calefactum sumi ad placitum.

Descriptio Tabul. Diacymini.

Quarum omni mane duæ, & semper post cibum vna sumenda est, ad præseruationem colicæ, & ad expellendas ventositates.

℞. *Spec. veteris descript. Dyacymini* ʒj. *Addatur Baccar. Lauri, Nucleor. gr. Iunip. an.* ʒ ß. *spec. Lithont.* ℈ij. *Zucchari fini q. s. F. Rotulæ s. a.*

In calculo, pro inungendis Renibus.

℞. *Oleum Vrinæ, debito modo factum (vt scis)* Infundatur *Ol. de spicâ ob odorem* Fiat vnctio calido modo, & superpositis panniculis pectini, in spinâ dorsi & lumbis, ac circumquaque, & hoc sæpiùs iteretur.

Ad membra laxa confortanda.

℞. *Olei pinguedinis taxi*, eo modo, quo vulpinum præparatur, q. v. cui addatur, *vinum ardens q. s.* calefactum, & tum inũgantur membra contracta. Reliqua sunt, *oleum Benedictum, Laudanum, Perlarum arcanum, Balsamum.* Iis vtaris, vt dixi.

Vin. Aromatici præparatio, albi, & rubri, pro æstate simul & hyeme, Theophrast.

Facit ad præcauendos omnes fluxus. Eius vsus est, manè & vesperi, haustus vnus. Rubrũ in æstate, album in hyeme conuenit.

Vinum Hyemale.

Vinum Hyemale.

℥ *Stertinum vinum musti albi.*
Acori ℔ ij. *Caryophyllatæ* ℔ iij.
Reupontici ℔ j. *Angelicæ* ʒ j.
Pimpinellæ, Tormentillæ, Diptamni an. ʒ i ß.
Zinzib. ℔ ß. *Galangæ Zedoariæ an.* ʒ ij.
Cinnamomi ʒ i i ß. *Gran. Iuniper. Manip.* v.

Sacculo omnia includantur, & in vinum suspendantur, aut in fundum deponantur. Superinfunde mustum, Despuma supra saccum. Quoties de eo bibis, toties vas iterum adimple.

Vinum æstiuale.

Vinum æstiuale.

℥ *Stertinum dimidium vini rubri.*
Chamædreos, Cichoreæ, Veronicæ, Fumi Terræ, Endiu. Follicul. senæ. Fol. Ellebori nigri, Valerian.
Ircos an. Manip. iiij.

Para, vt præcedens,

Nobili & Strenuo viro, Iacobo Tollingero, Cæsar. Maiestat. Rationum Magistro in Ausee, Domino: & amico meo singulari.

SAlutem & officia mea, nobil. Domine Tollingere &c. Literas tuas accepi. Quibus petis, vt modum tibi explicem, qui pilulis, cum Sixto missitatis, vti debeas. Pro responso itaq; hæc pauca accipe. Si fluxum sentis moueri, quouis mane pilulas duas assumes, velut & sub noctem. Hoc continuandum erit diebus decem. Quibus exactis consuetam phlebotomiam institue. His fluxus anteuertetur &c. Quod si fluxus nimis fortis ac præceps, pilulas prædictas fors sperneret: illarum loco Recepta duo describam.

Consilium ergo meum est, vt in vas purum 8. cantharos vini infundas. In quod iniice *Caryophyllatæ* ℔ ½ *vel* ℔ j. *Zinzib.* ℔ ¼ *Cubebarum* ʒ j. In vase omnia stent & macerentur. Quando ergo aëris cõstitutio humidior & vdior periculum fluxionum minatur, de hoc vino manè, ieiuno stomacho haustus vnus bibatur, cum primis Luna plena aut noua existente, ne vinum bonum pereat &c.

Quòd si pluribus fors medicinis aliquando opus habiturus es, eas lubens ac vltrò communicabo, si admonear. Saluta ex me vxorem ac filiam tuam officiosè. Gratia Dei nobiscum sit. Actum ad Schoberum. mens. 15. April. An. 1541.

Hîc vnà mitto Recepta duo pro pilulis, quas parari curabis, quando voles. Receptum secundum pilulas habet fortiores.

Pilulæ prænominato Dn. Iacobo Tollingero ordinatæ à Theophrast.

Receptum primum.

℥ *Pilularum Aloëphanginarum.*
Cochiarum.
Arabicarum an. ʒ j.
Diagridij ℈ j
M. *Cum aquâ saluiæ. F. Pilulæ* 9. *pro drachmâ*

Receptum secundum.

℥ *Aloepatici* ʒ ij. *Electerij* ʒ j.
Trochiscorum Alhandal. ʒ ß. *Serapini* ʒ j.

Puluerisentur & misceantur in Serapinum dissolutum cum aq. *Saluiæ F. Pilulæ* 12. *pro* ʒ j

DIÆTA.
Quam Theophrastus cuidam præscripsit in Affectibus pulmonum.

REgimen tuum in tria colloco. Primum est, vt Iliastrum pulmonis in suâ essentia contineas. Ethicam enim & peripneumoniam tibi suscitabit.

Suadeo etiam, vt diligentem rationem habeas ligamentorum & arteriarum. Hæc enim desertionem tibi minantur.

Denique vita pinguia, oua, vinum, pisces. Quæ de animalibus recentibus sunt, prosunt.

Cibi tui mixti sint cum Medicina de Brassica & Scabiosa: sal ex dimidio temperetur cum Aloë Succotrino: panis misceatur cum ostrutio proportione partis vigesimæ.

Valdè prodesset vitatio iræ, & si quæ aliæ fellis proprietates sunt. Expugnanda etiam phantasia est: Ex ea enim generatur tremor cordis, cæteris malis omnibus nocentior.

Regimen aliud Theophrasti.

PVlueris in schatula contenti vsus est ad dolorem dorsi, ad arenulas, & lotii citationé Vtendi ratio talis est. Quoties decrescit Luna, toties post vltimum eius quadrantem diebus quinis puluueris ʒß. assumi debet, in vini aromatici mensuram vnam inditi. De hâc mixtura manè & vesperi bibetur, ita, vt in quinque diebus mensura tota ebibatur.

Quòd

Quòd si fors dolores dorsi interea incidāt, vini prædicti haustui vni iniiciatur ʒ j. pulueris prænominati,& bibatur, prius tamen in aquâ feruente calefactum,vt moris est. Spatio autem horarum 24. haustus tres huiusmodi vel quatuor faciendi sunt. Si videtur,dulcorari possunt saccharo ad placitum indito. Vas autem probè subinde agitetur, ne quid pulueris in fundo remaneat. Si obstructio nimis vehemens sit,conuenit balneum in aquâ, cui herba raporum, ac ipsa rapa, aut etiam brassica incocta sint. Et in hoc balneo sedens æger, prædictam mixtam potionem ebibet.

In penuria prescripti superius vini aromatici, sumendum est Melicratum, eique raphanus syluestris incoquendus, vt saporem eius contrahat. Hoc Melicratum vices præscripti vini supplere potest.

Explicatio, quis oleorum vsus sit.

Oleum hoc, quod in vitro,cui schedula verbo Balzimon inscriptæ adhæret,continetur, ita vsurpari debet, contra paralysin, contra spasmum, & similes morbos alios.

Si contra spasmum adhibetur,id ad primum illicò insultum in stannea patella calefaciendū est super prunis, quo ceruix inungatur, quantitate auellanæ vnius vel duarum. Et conuulsio cessabit. Quoties verò malum redit, toties inunctio repetenda est. Prodest etiam impendiò paroxysmis caducorum.

Contra paralysin vsus eius talis est. In præseruanda ea & anteuertenda opus est, vt singulis mensibus semel duæ trésue guttæ calidæ in verticem medium, vbi crucis diductio est, instillentur & post locus fricetur. Tempus autem huius inunctionis optimum est, principium piscium aut aquarij, deficiente Luna.

Si iam paralysis facta sit, æger ponè in vertice inungendus est, quotidie ter, ac de oleo momentum aliquod infricandum est naribus, & pulsibus, prope pollicem. Et licèt quidem status melior appareat, desistendum tamen minimè est, sed in vertice quotidie bis inungendo pergendum est: ac præterea membrum sanum aquâ Lauendulæ aut Spicænardi calidissimè abluendum, læsum verò ac affectum Balsamo prædicto quotidiè semel calidissimè inungendum est, Quód si sensus humanus seu ratio redierit, omittenda est aqua lauendulæ: balsami verò inunctio continuari debet, donec membrum percussum ad statum pristinum redeat.

Aqua illa, quæ in vitro, cuius appensæ schedulæ inscriptum est, *Diaphoreticum* in peracutis, vtilis & peridonea est apostematis internis omnibus pulmonis, hepatis, splenis & pectoris, adeóque facit etiam impendio ad pestem. Vtendi ratio ista est.

Quamprimùm morbus sentitur,ac ex signis suis adesse noscitur, prædictæ aquæ cochlear vnum calidè ebibendum est: æger autem in lectum se recipiet, & probè sudabit. Hoc modo prænominata apostemata omnia dissipabuntur,& per sudorem ac lotium excernentur, nisi in mortem vergant, aut seriùs Medicina propinata sit.

Item si periculosæ pestis signa exhibeantur, dosis illa adhuc semel bibenda est, si fortè prior haustus veneno expellendo non sit sufficiens. Sedulò autem opera danda est abstinentiæ cumprimis in cibo: vbi etiam cauendum est vinum,aqua grauis, asperior aër,& frigus.

Quòd si Theriaca bona in promptu sit,eius drachma vna aquæ dictæ dosi scitæ permiscenda & ebibenda est, eo modo, quo diximus. Quòd si pestis foràs efferatur, ea aperienda, & emplastro idoneo sananda est, quale est hoc, cuius partem aliquam cum Sixto ad te misi taui: Per hoc, venenum ex fundamento extrahitur, nec ante tempus idoneum vlcus consolidat, quod vulgarium chirurgorum medicinæ facere solent. Emplastrum 12. quibusuis horis renouandum & mutandum est.

Præterea N. V. triplicem purgationem ordinaui, propter triplices futuros morbos. Vna formam habet vini ardentis: altera pilularum: tertia electuarij. Vinum ardens ita vsurpandum est. Si catarrhus in pectus delabatur, punctiones laterum, & difficilem respirationem, sitim magnam, inappetentiam, & graueolentiam animæ mouens: de vino isto cochlear medium hodie, & cras iterum tantundem bibendum est. Quòd si cochlear vnum sufficiat ac strenuè operetur, secundum intermittendum, ac purgatio sumenda est, præterea nihil, nisi prodromi prædicti appareant, quocunque id in signo sit, excipio tamen Arietem & Leonem.

Purgatio in formâ electuarij assumenda est,si vomitio ventriculi vrgeat, & dolores dorsi incipiant, & sedes obstruantur, ac colicam suscitent, & lotium permutetur. Assumendi autem electuarij dosis sit ʒ iij. quæ manè ingeratur. Vbi trium horarum ieiunium tuleris,posteà comedes. Si verò vsque ad horam 12. non satis operetur, à cibo sumpto iterum drachmæ iiij. cum vino deglutiantur, siue solitariè: Ita fiet, vt incidentes illi morbi expugnentur. Quòd si etiam febris fors quædam immineret: eadem hoc modo expugnaretur.

Vsurpandarum pilularum hic modus est. Si interius in corpore,siue in pectore, siue intestinis &c. sordes quædam collectæ essent:eæ expellentur, si sub noctem tres pilulæ deglutiantur, & hoc tribus vel quatuor diebus continuetur. Iterari autem hoc potest,quoties in anno sordes huiusmodi congestæ apparebunt. Et prout necessitas postulare videtur,satis est,si noctib° duabus,vel saltē vnicâ præscripta dosis ita assumatur.

Insuper duas alias etiam medicinas N.T. largior,cū instructione, quî vsurpari illæ debeant.

Porrò genus peculiare quoddam pilularum concinnaui, quæ N.T. apprimè proderunt. Et consilium meum esset,has omnium primò vsurpari, & cæteras in casus futuros reseruari.

Misi etiã seorsim in vitro alio oleum,quo cætera permisceantur,maximè autem id, quod ad paralysin facit.Si auxiliis aliis opus sit, mittã, si monear.Item,si colica ventrem torqueat, sumatur oleum,quod N.V.ad me misit in vitro,& calefiat.De eo guttæ aliquot in medium vmbilicum stillétur,ac insuper lana in oleo isto madefacta,calidissimè vmbilico applicetur,& hic vsus quater vel quinquies iteretur,ita malũ cessabit.

Secūdò,si quis obstructus sit, & supernè Medicinas assumere nequeat, nec ferre Elementa possit,de hoc vnguento, quod ex officinâ peten-

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 790 sur 913

dum, plantâ pedis bis terue inungenda est, & aluus citabitur. Vnguentum autem constat ex vnguentum autem constat ex vnguento populeo, cum dimidia quantitate Electuarij permixto. Vtere vt dictum est.

Tertiò, puluis contra arenulas latinè describendus est, quem N. V. ipse traditurus sum.

Quartò, etsi N.V. institutionis satis habeat ad fluxus internos educendos : insuper tamen necessarium erit quotânis ad minimum medianam pertundi circa festum D.Blasii,aut Philippi & Iacobi. Iuuaret etiam non parum, si circa autumnum in latere altero mediana secaretur, aut ad minimum leuiter apperiretur.

Quantum ad obstructionem coniugis,singulis septimanis ter iusculo helleborato,vt dixi, vtetur,& id mense vno continuabit,semper tamen in ariete abstinebit.

De oleo Balsami sub noctem pennâ nares illinet, singulis septimanis bis. Et hoc continuabit vsque ad Maium. In ariete intermittet.

Item quotannis ad minimum semel venam cephalicam pertundet. Primò in manu dextrâ, deindè in sinistrâ.

Regimen aliud Paracelsi.

CONsilium meum de morbo tuo hoc est,vt præseruatiuis vtaris,quamdiù potes, scilicet per trageam laxatiuam & minutiones. Ad fluxiones enim capitis & sanguinis abundantiam mirè procliuis es. Laxatio ista & minutio quotannis quater fieri debet, vt sequens explicatio docebit.

De Recepto isto in schedulâ descripto,& cum litera L. signato, deficiente Lunâ in primis signis purgatoriis, biduò vel triduò sumes ʒ ij.super pane tosto,manè ieiuno stomacho,& ad minimum horis duabus ieiunabis: ita aluus leniter subducetur. Idem secundo die etiam similiter faciendum est : ac dosis ea vel augeri vel minui potest, prout prima vel fortiùs vel ignauiùs operata sit.Ita dies etiam tertia temperabitur. Fieri verò hoc debet sub initium Veris, Æstatis, Autumni, Hyemis, si signa in deficiente Lunâ comprehendantur.

Circa phlebotomiam ita te geres. Præmissâ dicto modo purgatione, proximo sequente nouilunio, in ipso nouilunij puncto primo saluatellam dextram secabis, & sanguinis satis extrahes. Post purgationem secundam saluatellã sinistram pertundes. Post purgationem tertiam,venam interiorem suræ dextræ:post quartam purgationem, venam internam suræ sinistræ secabis, & ita naturam ad consuetudinem duces.

Huiusmodi ordo podagram præseruat, eiusque malitiam & vim retundit. Si verò conseruatio placeat adhuc certior, seorsim in schedula, literâ X. signatâ, trageam aliam descripsi, quâ vteris intermedio tempore, post factam purgationem & venæ sectionem. Vsus eius est, manè & vesperi sumpta ʒ j. super pane tosto, per integrum annum. Per hanc Trageam præseruatur & cõsumitur podagra,vt toto sequenti anno affligere non possit.

Aliud insuper etiam Receptum, litera W. signatum,composui,quod in vinum suspendes, & de eo quotidie binos in mensa haustus bibes. His fluxus in capite consumentur, velut & in articulis, vbicunquè iacent. In schedulâ etiam, descriptum est vnguentum litera S. signatum, quo manus & pedes inungantur triduo post purgationem, quæ inunctio quatuor diebus continuari debet. Vesperi, sub introitum lecti, inunctio fieri debet in loco calido.

Hunc ordinem si tenueris, de infestatione podagræ securus eris. Hoc meum, quoad præseruationem, consilium est. Quantum ad cibos & potus, illorum modum ipse tenes. Imprimis autem quatuor vitabis: vinum forte,tentans caput: cibos fallaces & luxuriosos: iram: & fœminam. Quorum quò abstinentia maior : eò salubrior.

THEOPHRASTI PARACELSI GERMANI,PHILOSOPHI ac medici summi, explicatio primæ sectionis aphorismorũ Hippocratis, nec non sex primorum secundæ & nouem postremorum quartæ sectionis.

Alia item Explicatio primi Aphorismi.

Sectio prima, Aphorismus primus.

Vita breuis,ars longa, tempus acutum , experimentum fallax, iudicium difficile: nec verò satis est suum fecisse officium, nisi suum quoq; ægrotus,suum astantes faciant, sintq; externa rite comparata.

QVOD vita nostra breuis sit, nemo negare potest, etiamsi de quibusdam scriptum sit, quod longissimè vixerint: nempe Mathusalem 900. annos, sed non probatur quod fuerint anni Milesij, imò breuiores fortassis ab ortu ad occasum. Regius enim Propheta Dauid dicit, ætas nostra est octoginta annorum, reliquum labor & miseria est. Hoc dictum loquitur de annis Milesij, & ad nonaginta peruenire potest : ipsemet Dauid tantùm de octoginta annis Milesij, non de 900. testatur. Si igitur tantum 80. anni vita sunt hominum, breuis certè est numerus, quem aues quædam longè superant, quæ tamen viliores sunt homine.Sed sicut Luna si diuturnior esset, nihil boni efficeret, & in vno mense omnia bona perficere potest, & deinde renouatur : ita etiam homo terminum suum habet, quem non excedit. Et quanquam ob vitæ nostræ longitudinem medicina creata sit, vt octoginta annos attingere possemus, & porrò etiam annos laborum & miseriæ : attamen si medicus morbos pellere nequit, qui nobis mortem inferunt; oportet etiam nostram breuem esse, præterquam quod nobis ipsimet vitam abbreuiemus.

Mathusalæ ætas quæ.

Annus Thaletis Milesii fuit 360. dierum: vide aphor. 14. Ætas hominis quæ

Medicinæ finis prorogatio vitæ humanæ.

Christus quoque XXXII. annum ætatis attigit , quantum intellexi , quod sanè tempus breue fuit : ideò nulla vita longa apud nos esse potest, prorsus ea nobis denegata est. Puluis enim sumus nihil aliud, vmbra quotidie transiens, & bulla aquarum. Vita igitur nostra breuis est, si conferatur cum aliis. Autum & argentum manent vsque ad ignem finis seu extremam, nec non mineralia, lapides,

Christi ætas quæsita.

Vita humana quid.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 791 sur 913

lapides, salia, &c. Homo autem non permanet, habétque terminum omnium breuissimum, nullúmque certum tempus mortis, imò quotidie eum finem expectare oportet. Qui enim hominem inuadit clam, reliquis creaturis parcit,

Ars vero longa.

Ars Medica cur longa.

ARtem longam esse, verum est hoc modo. In initio mundi cœpta ea est quæri usque ad meum tempus, nec tamen finis inuentus est. Morbus est celer, ars vero tarda atque ita ægrotus negligitur. Medici enim nondum artis finem assecuti sunt, & ea, quæ habent, adeò tarda sunt, vt morbus artem vincat celeritate. Itaque Hippocrates meritò de eo conquéritur: nam & assectis ipsius idem accidit.

Ars Medica ex quibus conflet.

Ars medica consistit in Philosophiâ, Astronomiâ, Alchimiâ & Physica: merito igitur dici potest, artem esse longam. Multum enim temporis requiritur ad quatuor has columnas medicinæ discendas & perscrutandas. Et sicut volatus absque pennis nullus est, ita & in medicinâ. Priusquam igitur pennæ nascantur, multum temporis elabitur, donec ars perfecta sit. Ægroto ars longa est, tardè enim per eam curatur, Tamè differunt ars & medicina. Ars tarda est, scilicet vt agnoscamus morbos & eorum remedia. Medicina autem est celer: in causâ sunt medicinæ errores & ambages. Sed vt verum dicam, ars breuis est, sed discere longum est. Notacu verò dignum est, errores Hippocratis quoq; temporibus fuisse. Hinc dicit, ars est longa, hoc est, plus adhibetur quã opus est. Ars breuis est: id ostédit notitia veri medici. Ars verò erronea est longa: Huius enim indagatores ad nullum certum terminum vnquam peruenerunt. Quod igitur Hippocrates hoc in loco dixit, non sine causâ dixit. Inquisitio enim apud ipsum fuit, donum autem finis non ei concessum fuit. Ideóque Hippocrates ante artem mortuus est. Ars est longa, vita verò breuis. Vbi autem *donum finis* est, ibi ars est breuis: vita verò longa, si arti conferatur.

Ars & medicina vt differant.

Ars medica per se breuis illis, qui donũ veritatis habent, & non in ambagibus versantur.

Hippocrates qualis in Medicina fuerit.

Tempus acutum.

SIcut hominem nudum tempus affligit, modò hyeme, quæ eum frigore, modò æstate, quæ eum calore vrit: ita modò pluuias, modò niues, modò humiditatem, modò siccitatem tempus affert, modò placidum, modò ventosum aërem efficit. Similiter etiam intus in homine ista operatur influentia. Influentia enim est tempus, & tempus gignit. Influentia autem multiplicis est virtutis in suis radiis & impressionibus, sicut Hippocrates, vt potè peritus Astronomus benè sciuit & considerauit, nempe interiora ab exterioribus regi, ideò tempus acutum est. Omnes enim morbos parit, omnia symptomata, & omnes aduersitates. Vult igitur hoc dictum, medicum debere esse Astronomum, tempúsque obseruare, vt tempus nórit, quomodo scilicet dominetur & dominaturum sit, & per quæ; & non sufficere diem hodiernum contemplari, sed & crastinum, & omnes venturos post eum, à principio vsque ad finem, vt ex tempore medicus colligat, quid sibi faciendum

Influẽtia quid. Influẽtiæ visquanta.

sit nec ita temerè tempus negligat, suamq; insciti detegat. Si enim tẽpus, pluuias & rosas, ac flores, & alia à primo ad vltimũ proferre & perficere nullo prohibente potest: idem etiam morbos iuxta suum placitum finiet. Cum igitur tempus hæc possit, medico certè id considerandum erit, vt quid possibile, quid impossibile sit, sciat, & quid faciendum sibi sit, intelligat, ne ars criminetur, quam Deus creauit, & ægrotus peius habeat id quod Deus minimè cupit. Tempus acutum est: singulis enim horis aliquid noui affert, sicut hominis cogitationes omnibus horis aliæ atque aliæ sunt iuxta duodecim horas diei: nemo scire eas potest, nisi vnus solummodo, ita etiam tempus semper aliquid noui affert. Quis acumen propositum & secretum consilium ipsius animaduertere potest? Ideóque Medicus non sibi nimium attribuat. Is enim superiorem se dominum habet, nempe Tempus, quod cum Medico ludit, vt catus cum mure.

Medicus sit Astronomus.

Tẽporis vis.

Tempus Medici dominatur.

Experimentum fallax.

DIcit Hippocrates, experientiam posse esse fallacem, quasi diceret, ne nimium fidas experientiæ tuæ. Ea enim perinde est in Medici manu, ac cor fœminæ in manu amatoris, qui credit se illud habere, sed sæpè non habet. Nihil enim fidendum est fœminæ, ita nec experimentis. Hæc est sententia Hippocratis. Nihilominùs experientia est ars & auxilium ægrotorum. Non igitur falsam eam, imò certam esse & vsitatam oportet. Nam & ipsa & Medicus à Deo creati sunt. Quòd si autem medicina fallax esset, hoc non commendaret Medicinam, imò esset diminutio existimationis ipsius, atque ita ex medicinâ nullitas efficeretur, quod longè absit. Sicut vxor fideliter debet viuere cum marito suo in coniugio: ita etiam medicina fide connubiali debet esse iuncta medico. Tunc is minimè est fallax. Quid autem coniugium confirmat? Et quid est coniugium? Nil nisi cordis cognitio, hæc est principium & finis. Ita etiam medicus & Medicina se inuicem agnoscere debent. Tunc nihil fallaciarum iis inerit. Vbi autem intellectus non est, ibi vtrinq; dolus & falsitas est. Tempore itaque Hippocratis no ita se habebat in medicinâ: imò colocynthis omnibus equis adhibita fuit, vni profuit, alterum perdidit. Ideò ab eo fallax vocata est: in causâ est, quod mutua vtriusq; notitia defuit. Quin egerunt sicut medici pustularij, qui vnâ vnctione omnes vngunt. De tali dolo Hippocrates hîc loquitur. Hoc modo se habuit medicina in principio, vt nullam theoriam habuerit, sed solùm experientiam, hoc laxare, hoc constipare: quomodo autem & cur, id ignoratũ fuit. Ideò vnus saluatus est, alter perditus. Nunc autẽ cum theoriam habeat medicina, nõ ampliùs ita se habet, imò scientia adest & non ampliùs experimentum fallax est, sed verax, id quod facit theoria medica, quæ quatuor columnis innititur, Philosophiæ, Astronomiæ, Alchimiæ, & Physicæ.

Experiẽtia cur fallax. Fœminarũ fides dubia. Experientia quid.

Coniugiũ Medicinæ & Medici quales. Coniugiũ quid.

Experiẽtia absq; ratione nihil valet.

Iudicium difficile.

SEntentia Hippocratis hæc est. Quando quidem dixit, vitam esse breuem, vt medicus tam citò perfici nequeat in arte suâ:

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 792 sur 913

sed tardiùs veniat, ita vt tempus ei prædominetur, nec certa sit in manu ipsius medicina: hinc iam sequitur, nullum bonum iudicium ferri posse. In omnibus enim principalibus capitibus artis dubiũ est,& non certitudo. Quando autem quatuor supradictæ columnæ alicui benè notæ sunt, tunc longè aliter res se habent. Vita enim longa est, ars breuis, tempus flectitur & regitur, experimentum fræno innexum est, atque hoc modo iudicium ferri potest non dubium,periculosum,aut temerarium, sed certum, quo medicus sanitatem restituere potest.

Medicina ars eſt.

Medicina ars est.Cùm igitur ars sit,tam rotundã eam esse oportet, quàm est circulus, ita vt omnia ea, quæ in circulo consideranda veniunt, etiam in Medicinâ considerentur. Sicut igitur circinus suum opus efficit; ita etiam medicina suum perficere debet. Æqualis enim ipsis inest potentia, sed non similiter discunt. Circinus est visibilis, vt ex opere ipsius patet. Medicina non est visibilis. Hoc suam habet rationem: nihilominùs & circinus & medicina ad opera destinata sunt. Cùm igitur Hippocrates non in animum induxerit circinum, eúmque medicinæ comparârit, sequitur, desperationem in medicinâ esse oportere: Quòd si autem conditio & ratio Medicinæ, qualis est, in Geometriam deduceretur, quis, si modo vellet, errare posset, aut dubius esset? Qui autem circini modo non agunt, ij nolentes quoque errant, sicut lapicidæ, fabri lignarij. Ita etiam medicus in suâ professione.

Medicina tãcerta debet eſſe, quã ſunt Geometrita.

Nec verò sat est, suum fecisse officium,nisi suum quoque ægrotus, suum astantes faciant, sintq; externa ritè comparata.

Vult Hippocrates, vt ægrotus obtemperet, & omnia ea faciat, quæ ei præcipiuntur & præscribuntur à medico. Sed nec ipse solum suum officium facere debet, cùm sit vna tantùm persona, imò alij quoque,qui curam ipsius gerunt, qui ipsi ministrant, coquunt, eum hinc indè portant, lectum sternunt, vt scilicet illi, ægroti cor,animum & desiderium in se habeant, ita vt in vniuersum sit vnum & idem cor. Est autem pium & æquum hoc dictum, iuxta illud: Dilige proximum tuum sicut teipsum. Cum itaque tibi qui ministrat, ægrotus sit proximus:meritò vnum cor cum ipso habere debes, ita vt ægroto ea facias, quæ tibi fieri velles, si tu decumberes. Cuiuis æstimare licet, cur Hippocrates hunc Aphorismum scripserit, nempè ob ea, quæ nunc quoque multis accidunt. Sæpè enim aliquis ægrotat, quem libenter vxor eius mori videret, aut ipse vxorem, seruus dominum, dominus seruum, frater fratrem, sodalis sodalem: Cur? Non opus est enumerare. Quando igitur familia hoc modo aduersatur patrifamilias, quid sperabit ibi Medicus? Etiamsi enim ægroto bene velit, & bona præscribat, vt debent singula fieri: attamen cum illi, dequibus dictum est, aliter sint animati,quàm ægrotus, medici ars confunditur, ægrotus perditur,hæredes gaudent, medicus læditur,ars dehonestatur. Vnum igitur cor esse oportet, tunc ægrotorum salus incipit. Necesse est enim vt auxilium feratur & ministretur egroto ab ipsomet, à medico,& ab his qui in domo ipsius viuunt, qui omnes simili corde præditi esse debent.

Aphorismus secundus.

In turbationibus alui & vomitionibus,quæ sponte fiunt,si qualia oportet purgentur, confert & facilè ferunt, sin minùs contrà sit. Sic & vasorũ inanitio,si qualem fieri oportet fiat, confert, & facilè ferunt, sin minùs, contra accidit. Proinde & regionis,& tẽporis,& ætatis,& morborum habenda est ratio, pro quibus talia vacuari conueniat nec ne.

HIppocratis sententia est,omnia profluuia & vomitus per superiora,quæ per se absq; purgatiuo oboriũtur,cõsiderari debere,an opus sit ea purgari nec ne,& vbi natura nimiũ expellere deprehendatur,vt nõ adiuuetur,sed sistatur. Placet mihi autem hoc dictum.In dysenteriâ enim hâc summa medicina est medicamento vehementi per inferiora deiicere:ita enĩ dysenteria vtilissimè sanatur.Similiter in vomitu vehemẽtissimis vomitiuis rem aggredi decet. Ipsa enim experientia probat in quolibet fluxu per superiora & inferiora,si medicina illi materiæ conueniens administretur, quòd præsens adsit auxilium.Oportet autem in tali curâ magnam cognitionem & obseruationem adesse,vt illud ipsum medicamentum accipiatur,quòd aptum sit fluxum illum expellere,ne aliud expellatur. Aliàs mors importaretur.Nec nõ hoc etiã curandũ est,vt terminus quantitatis nõ excedatur, ita vt dosis par sit morbo in efficaciâ.Notãdũ quoq; est,si signa viriũ nimiùm recessissent, & nõ adessent, sed deficerent,nõ debere tunc seruari hunc processum,imò constipatio fiat & cõstructio citissima.Ideóq;rectè hoc loco Hippocrates dixit, & si ei obtemperes ita esse experieris.Exempli & testimonij gratia hæc affero:*Scamonea* curat dysenteriam:alcali de *Serapino* curat profluuium: *Splen* castrati sistit fluxum menstruum,extractio *Hellebori* vomitum phlegmaticum tollit:atq;hæc omnia per expulsiuam virtutem operantur. Testatur quoq;Hippocrates,si per se omnia sint expurgata vt nihil ampliùs adsit, quòd constipatio fieri debeat. Illa autem fiat per SPIRITVM VINI sumptũ cum fragmentis pretiosis & corallis,qui hæc omnia sistit. Quin & hoc verum est, alia constipantia,quæ tali constructioni minimè adhiberi debent,contra ordinẽ naturæ post suã constipationẽ colicã parere,tumores, hydropẽ, paralysin,& plures similes morbos.Ideò aptissimis constrictiuis vtendum est,vt hæc euitentur.

Dyſſenteriæ cura.

Scamonea, &c. Alkalide Serapino. Splẽ curat. Extractio Hellebori. Spiritus vini cum coralliis cõſtipat.

Sic & vasorum inanitio,,si qualem fieri oportet, fiat,confert,& facilè ferunt,sin minùs cõtra accidit.

Quando in homine inanitio accidit,,quæ quidem tam est possibilis,ac fluxionũ ortus,tunc similiter ac cũ fluxibus procedi debet.nẽpè si aliquid exiccandũ restat,& exhauriendũ,fieri id debet.Sin minùs,impediri id debet.Sæpè enim natura in seipsâ superfluum aliquid inuenit, idq; per se cõsumere nititur & exiccare. Hac autẽ operatione incipiente,ægrotus corpore decrescit, quod non debet fieri. Medicus tamen nõ debet conari, vt hanc consumptionem impediat,imò potius naturam adiuuare debet, vt meliùs propositũ finem assequi possit,atq;ita cõsumptio ista Medicina est,quæ nullo modo impediri debet.

Medicus quando naturam iuuare debeat.

Quòd si autem natura nimia esset in consumendo,tunc auerti,& ab illo proposito in aliud dirigi debet. Hippocrates itaque hoc loco egregiam doctrinam tradit, sed medicamenta huius doctrinæ non adiungit. Ego autem

Natura ẽ forta-tio ab ato.

autem ex medica experientia hoc ei testimonium do, NATVRÆ AVXILIVM IN AVRO, CONSISTERE, SI ILLVD PER PROCESSVM VINI FORTIS IN LIQVOREM REDIGATVR, &c.

Proinde ratio habenda est, & temporis.

Prudẽtia Medici.

In hac autem Medici operatione iuxta doctrinam huius aphorismi, Hippocrates admonitionem suggerit, quid medico considerandum sit, nempe tempus & hora, scilicet quomodo quæuis hora, non vna solùm, per se constituta sit. Mutantur enim quotidie tempora. Expendi etiam debet, quid ferat natura, quid medicina, quid signa, vt iuxta illa se omnimodè Medicus componat, illis resistat vel obsequatur, non temerè, & fortuitò, sed cum prudentia, scientia & bono intellectu veræ & idoneæ Medicinæ.

Et Temporis.

Astra Elemẽto rum.

ASTra tempus regunt: astra autem insunt elementis, & in elementis habitant, sicut anima in carne & sãguine, & sicut spiritus in corpore, & medicina in herba. Herba enim non est Medicina, corpus non est anima, ita nec elementa sunt astra Nihilominus operatio & effectus procedit ex quatuor corporibus elementaribus. Ideò medicum decet esse peritum Astronomum, vt sciat quid tempus ferat, auferat, integret, frangat in rebus naturalibus, vt illi resistere possit.

Et Regiones.

PORrò etiam considerandum medico est, quali in regione ægrotus sit, hoc est, quam singularem proprietatem & naturam regio illa habeat. Vna enim prouincia differt ab alterâ, vna terra ab aliâ: sic & lapides, vina, panis, carnes, &c. hoc est quælibet regio peculiarem naturam & specificam habet vltra generalem proprietatem quam totus mũdus habet. Hanc proprietatem benè considerare debet Medicus. Idcircò etiam Cosmographum & Geographum eum esse oportet, eásque artes optimè nouisse. Quales autem illæ sint & quid doceant, vnà cum Astronomia, non opus est in commentariodescribere. Nã in suis voluminibus hęc quærẽda sũt, quomodo scilicet ad Medicũ pertineãt.

Quælibet regio specifi-cũ aliquid habet. Medicus sit Cosmographus & Geographus.

Et Ætatis.

HVius rei eiusmodi exemplum accipite. Puno casum, puerum laborare febri quartana, similiter adolescentem, virum, senem. Horum quilibet peculiarem curam requirit, cùm tamen cura per se sit vna eademque; nihilominùs discrimina aliqua sunt in addendo vel detrahendo. Medicus igitur distributionem ætatum hominis considerare debet, nec non ætatis medicinæ, ætatis morborum, & ætatis ipsius tẽporis. Cùm enim mundus steterat annos mille: faciliùs curari homines potuerũt: ante duo millia annorum iterùm meliùs: ante tria millia adhuc meliùs, & quò propiùs ad nos acceditur, eò deteriores fiunt morbi. Omnes igitur ætates benè considerari debent, videlicet horarum, tẽporis hominis, mundi, morborum, &c.

Et Morborum.

SImiliter etiam morbus per se considerari debet, quid sit, qualis sit. Atque hæc exactè cognoscantur, non opinando aut putando. Dicit enim ἐπιβάλλειν, id quod Medicè est deliberare, cognoscere, scire, non dubitare, ambigere. Vbi enim non est certitudo hæc, ibi etiam cura incerta est.

ἐπιβάλλειν

Vult autem Hippocrates, medicum ita intelligere supradictos quinq: articulos, non in hoc solùm aphorismo, imò in omnibus aliis morbis isti articuli sunt necessarij. Nôrit igitur medicus vbi diligentiam adhibere debeat, vbi non, quando & quando non, ne diligens & curiosus sit, vbi non opus est, & vbi opus est negligens sit. Talem igitur decet esse Medicum, vt artem suã exerceat cum bonâ & rectâ contemplatione eorum, quæ ad ægrotum pertinent, idq; à studio ægrotum sanandi. Fruetur enim ita contemplatio bono successu: à supremo enim medico regitur, qui eam fortunat, & rectâ semitâ dirigit.

Conclusio.

Aphorismus tertius.

Athletarum plenior corporis habitus, si ad summum sit perductus plenitudinis gradum, lubricus est. Neque enim eodem permanere aut consistere potest: cùm verò non consistat, nec iam possit in melius proficere, supereſt vt recidat in deterius. Quamobre plenior ille corporis habitus haud cunctanter est soluendus, quo corpus nouæ nutricationis initium capiat: non tamen vacuando eò vsque pergi velim, vt vasa in se penitus considant: hoc enim tutum non est, sed quatenus natura ferat, eò progredi oportet. Sic & extremæ vacuationes periculosæ: contráque repletiones extremæ similiter periculosæ sunt.

CVm Hippocrates de morbis loquatur: in hoc aphorismo eorũ morborũ mentioné facit, qui vsq; ad summũ tendunt, & quando in summo gradu sunt, tunc mitescunt & tolerabiles fiunt in speciem, sed fallaces sunt: tandem enim redeunt. Quamuis enĩ eiusmodi ægroti videantur esse hilares, tamen in illâ quiete & lætitia permanere nequeũt, & quies illa, si quę adest, non in bonum cedit, sed in peius. In morbi enim tyrannidem recidunt. Scitote igitur Hippocratem hoc in loco rectè locutum. Quilibet enim grauis morbus, qui alienis signis prędictus est, difficulter curatur. Exempli gratia, epileptici quã primùm incipiunt quiete frui cum læto indicio, tũc citò morbus redit, similiter in morbo S. Viti, quãdo morbus est in supremo gradu, tunc exultant, & sic in aliis morbis plurimis, qui ad mortem tendunt, vbi cũ optimè valent, mors lecto astat. Mors enim & quies sanitatis non possunt simul esse. Quòd autem quies venit, id fit ratione naturæ, quæ existimat se mortem aut morbum superasse, quiescente interim morte vel morbo, & expectante terminũ propositi sui. Cùm autẽ ægrotus lætatur, tunc morbus rursum consurgit, & contra sanitatem pugnat. Quando hoc modo aliquantulum progressus est morbus, tunc iterum quiescit, & videtur adesse bona valetudo, sed fallax ea est. Hi læti habitus, signa sunt morbi diuturni aut mortis.

Grauiũ morborũ quies repentina nõ bona.

Epilepsiæ recidiuæ quod signum. Morbus S. Viti.

Quies in morbis grauibus vnde.

Quamobrem plenior illa corporis habitudo cunctanter est soluenda.

Cura igitur iuxta sententiam Hippocratis est, vt læta illa signa, quæ tam bonæ spei sunt, frangantur, hoc est vt in morbum transmutentur, ita vt nihil læti conspiciatur ampliùs, idque citò faciendum. Siue enim ad mortem, siue ad fixum morbum res inclinata est, properandum est. Quamprimũ enim in fixis morbis signa dimidium annum durant, non ampliùs vulgaribus

ribus medicamentis subiiciuntur. Quod si in morbis letalibus ter redeant, vsque ad mortem durant. Idcircò statim omnia in morbum vnũ sunt conuertenda, qui curæ obsequitur, & alicuius spei est.

Vt corpus nouæ nutricationis initium capiat.

Causa cur properandum sit, est, vt corpus ex naturâ suâ priùs cibum accipiat, quàm morbus accedat, & cibum inficiat, priusquàm fruatur eo. Si enim corpus in cibi sumptione posterius sit, tunc peruersè res agitur ita enim morbus pascet corpus & nõ natura, sicut ordinariè fieri debebat. A morbo autẽ nutriri, totũ corpus infici est.

Non tamen vacuando eò vsque pergi velim, vt vasa in se penitus considant, hoc enim tutum non est, sed quatenus natura ferat, eò vsque progredi oportet. Sic & extremæ vacuationes periculosæ sunt.

Non bonũ est etiam signum, sicut superiora, si cõpressio fiat vel coãgustatio, siue à morbo siue à Medicinâ. Similiter si purgatio fiat propter accidentia, ea quoq; nõ conueniret. Morbus enim vel ad mortem, vel ad fixam naturam dispositus est. Quòd si igitur illa accidentia tollere coneris, ea quæ in toto corpore sunt, ad cor penetrabunt, & res peior erit quàm priùs.

Et contra repletiones, si extremæ fuerint, similiter periculosæ sunt.

Quamuis post sumptam medicinam sanitas aliqua consequeretur, ea tamen non est constãs. Quamprimùm enim aliquod priorum signorum redit, nemo ea iterum delere potest, vt in principio, imò ita rem relinquere & Deo committere oportet. Natura enim hîc atteritur, debilitatur & euanescit, & absque omni auxilio recedit,

Aphorismus quartus.

Victus tenuis & exquisitus in morbis longis semper, in acutis vbi non conuenit, parum tutus est, & rursum victus, qui ad extremam peruenerit tenuitatem, molestus est, si quidem quæ ad summum peruenerint repletiones, molestæ sunt.

Vbid. ęrę studendum sit.

SEntentia Hippocratis est, quòd in difficillimis & maximè diuturnis morbis mediocris & decens diæta seruari debeat. Quòd si id nõ satisfaciat, periculum esse, ne æger difficulter curetur: Quòd si ad extremum diætam adhuc subtiliùs & arctiùs constringere velis, metuendum esse, ne illud quoque frustrà fiat. Et postremò si repletio inducatur, ita vt morbus seipsum repleat, & non diæta, illud quoque malum esse signum. Verum certè est, quemlibet morbum, siue mortalis sit, siue aliàs diuturnus, non indigere peculiari diæta. Natura enim cibum non appetit, imò morbi tota plena est. Idcircò quando diæta mediocris non iuuat, signum est, non diæta, sed medicinâ agendum esse. Vbi enim morbus seipsum pascit, ibi diætâ non opus est, sed sola medicinâ. Morbi enim seipsos replent perindè ac si quis seipsum nimio cibo obrueret, ita etiam morbus saturatur. Hippocrates tamen hoc in loco de nullâ Medicina loquitur, nec morborum nomina apponit, sed solummodo generalem aphorismum facit, qui omnibus morbis conueniat quasi diceret: Si in magnis morbis contingat, diætam nihil proficere, tunc diætæ non est studendum, quin potiùs medicinæ omnis opera impendenda est. Natura enim seipsam pascit adeò, vt & plena sit. Aliud nihil docet hic Aphorismus.

Diæta in nullo morbo vtilis est.

Diæta quando opus sit, & quando minus.

Aphorismus quintus.

In tenui victu peccant ægroti; quò fit, vt magis lædantur, siquidem quoduis peccatum grauius hîc, quàm in paulo pleniore victu esse solet: eadem de causa sanis etiam valdè tenuis statáque & exquisita victus ratio parum tuta: quia errata grauiùs ferunt. Quare tenuis exactúsque victus paulò pleniore existit maxima ex parte periculosior.

VVlt hoc in loco Hippocrates, ægrotos non debere vti seuerâ diætâ, aut multum ei tribuere. Qui verò contrà faciunt, & per diætam multum efficere volunt, ij magis se corrumpunt. Obseruate autem causam, quare dicat: morbus qui tali diætâ curatur, non curatus est. Desinente enim diæta redit morbus & crescet denuò. Non enim diæta, sed Medicina curare debet. Idcirco ægroti in seipsos delinquunt, cùm morbos fame pellere conantur. Morbus enim nulla fame pellitur. Diæta quidem seruari debet, non vt cura, sed vt naturam idoneam conseruet, vt suas actiones eò meliùs perficere possit.

Non fame, sed Medicina morbi curandi.

Diæta vita.

Siquidem quoduis peccatũ grauiùs hîc, quàm in paulo pleniore victu esse solet.

Quando igitur peccatum aliquod committitur in medicina, sicut de diæta dictum est, tunc non parua mala efficiet ipsa, imò magna incommoda inuehet, & maiora quidem, si ægrotus per se subtilis, sit, quàm si crassus sit. Notate igitur, crassum melius esse hîc, quàm subtile. Crassities enim plus roboris habet quàm subtilitas. Vbi igitur robur est, ibi porrigendum est nutrimentum, illúdque minimè denegandum. Si igitur in rapis plus est, quàm in *, tunc rapæ dari debent non *, hoc est, ægrotus non subtilibus diætis sanari debet, sed potius eiusmodi cibis, in quibus plùs virium est.

Vbi diæta liberalior esse debeat. Crassities tutior tenuitate.

* Fruta parui, quæ Zipartlin vocãtur.

* Fruta Sani tenuiter nos rotãtis.

Eadem de causa sanis etiam valdè tenuis, statáq; exquisita victus ratio parum tuta: quia errata grauiùs ferunt.

Quin & hoc nobis pro admonitione accipiendum est, ne sanos homines adeò subtili diæta nutriamus, sed potiùs cibo efficaciori: nec ad amussim seruari diæta aut iuxta numerum dimensum debet, imò varia concedere permittamus, non certa quædam. Quando enim in morbos incidunt, eò meliùs, cibos crassiores ferre possunt, & citiùs sanabuntur, quam subtiles homines. Qualis igitur est cibus, talis etiam fit natura: quæ si à cibo subtili nutrita sit: in medicina parum adiuuat: si verò à cibo robustiori sit pasta, tunc medicinam egregiè subleuat.

Crassiores citius sanãtur gracilibus. Quale alimentum talequod alitur.

Quare tenuis exactúsque victus paulò pleniore existit maxima ex parte periculosior.

Idcircò medicus non multùm studebit diætis subtilibus, nec multũ per eas efficere conabitur, quin potiùs hoc cogitabit, diætas esse fallaces, medicúmque decipere, quando subtiles sunt. Auxilium enim medicinæ debitum negligit. Non igitur docet Hippocrates, vt medicus vel

ægrotus

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 795 sur 913

Diætæ præscribendæ modus quis Medicina sanat, non dieta.

ægrotus diætæ incumbat, & per eam multum efficere conetur, sed vt diætam præscribat, quæ naturæ sit conueniens ad eam roborandã, eáque sit crassior diæta. Studium autem præcipuum collocet in medicinâ, quæ potestatem habet sanandi ægrotum. Hæc ad id creata est, non diæta.

Aphorismus sextus.

Ad extremos morbos extrema exquisitè comparata remedia optima sunt.

Posteriorũ annorũ morbi prioribus peiores.

HOc in loco Hippocrates quandam prophetiam ponit, nempè quòd postremis temporibus extremæ medicinæ adhibebuntur, idque ita intelligendum est. A principio suo vsque ad finem res quælibet semper fit magis magisque adultior, robustior, peruicacior, & quò propior est fini, eò est vehementior. Exempli gratiâ, seritur glans in terram. Illa igitur magis magísque crescit, donec tandem post multos annos magna fiat arbor. Hæc igitur arbor in initio cultro poterat exscindi, nempè cùm adhuc esset ferula: pòst verò magna opus est securi ad eam secandam. In initio puer eam potuisset dissecare; post verò duo vel tres viri adulti satis laboris habent, vt eam exscindant. In initio momento oculi dissisa fuissent: pòst verò vix in aliquot septimanis dissecari & findi potest. Ita etiam se res habet cum morbis, qui incipiunt oboriri leuiusculè, & tandem adeò adolescunt, vt vehementiores magis magisque fiant, donec tandem in *exaltationem* suã deueniant. In principio leuis medicina eos curasset, pòst verò minimè potest. Dicit igitur Hippocrates, medicinã adhiberi debere iuxta gradus, hoc est, morbo

Gradus morborũ & medicinæ sint æquales. Pil. de setapino. & gummis hydropem curant incipientem,

primi gradus, primi gradus medicinæ: medij media: extremi extrema & fortissima medicina debetur. Scitote autẽ gradationem medicinæ iuxta hoc exemplũ debere intelligi, si quis laboraret hydrope, isque esset in initio; hinc sequitur leui & facili viâ eum curandum, nempè per pilulas de Scrapino, de gummis, &c. Quando autem morbus augetur, & ad medium peruenit, tumórque fit maior, tunc medicina prior non ampliùs valet. Oportet igitur aliquid fortiùs adhiberi. Morbus enim est fortior, & præterea aliqua symptomata habet, quę & ipsa resp iciẽda sunt in curâ. Quando autem ad summum gradum peruenit, tunc ægrotus totus tumet, breuis est anhelitus eius, caput & alia membra valdè dolent: hæc omnia simul cõsiderari debent, & ita præparanda est medicina, quæ siti, anhelationi, & omnib. membris conducat, illáque erit extrema medicina.

Morbi ç tatibus differũt.

Differunt itaque medicinæ morborum cùm in principio sunt, ab iis quæ in fine sunt. Aliter enim se habet principium, aliter medium, aliter finis. Scire igitur decet medicum, quomodo medicina eò redigenda sit, vt & in extremis morbis valeat. Exempli gratiâ; pilulæ de serapino & de mezereo iuuant in initio, sed non in fine: si autem eas in quintam essentiam transmutes, & in altiori gradu colloces, tũc & extremo morbo medebuntur. Si enim morbus aliquis vsque ad extremum crescit, & in initio medicinam suam habet naturalem, scitote certò quòd illa medicina per artem etiam exaltari possit, vt semper in pari gradu sit cum morbo. Medicus igitur scire debet id, quod medicina patefacit, sibi imitandum esse, nempè per Alchimiam, quæ ars hæc omnia præparare & perficere docet.

Exaltatio medicamẽtorum.

Alchimia naturæ æmula.

Aphorismus septimus.

Cum itaque morbus peracutus est, extremos protinus labores habet, summeq; tenui victu est vtendum. Cùm verò non est, sed pleniorem victum licet exhibere, tantùm de extrema victus tenuis ratione remittendum est, quantùm morbus extremus est remissior.

In morbis repẽtini & intẽnsis cibus tenuis conuenit.

QVilibet morbus acutus, qui cum summâ angustiâ ingruit quasi mors, qualis est pestis, mania, & alij plures quando inuadit aliquẽ, statim secum inducit extremos languores, summósq; dolores. Exempli gratiâ, febris in principio mitis est; vis autem ipsius magis magisq; augetur, donec tandem pessima fiat: ita de his morbis intelligendum est, quando inuadunt aliquem, tunc statim summi dolores in initio adsunt, ita vt morbus & dolor in initio & fine vnum & idem sint, hoc est, statim cùm principio adest mors cum omnibus suis conditionibus. Dicit igitur Hippocrates, quando eiusmodi acuti morbi incipiunt, qui initio pessimi sunt, tunc cibo tenuissimo & leuissimo pascendus est ægrotus. Causa est, quòd vbi talis morbus est, ibi omnes naturæ vires pugnant cum morbo. Si igitur natura non ordinario cibo & cautè pasceretur, tunc cibus digeri non posset: natura enim ægrotum in pugnâ cum morbo non deserit. Quòd si autem cibus indigestus remaneret in ventriculo, alius indè morbus sequeretur, & morbus ita duplicaretur. Cibus igitur dandus est tenuis & leuis, qui sponte suâ pertranseat, non indigens multâ digestione, quales sunt iuscula & legumina ac pultes, tales naturam in cursu & pugna suâ non impediunt. Si autem non tanta sit vehementia morbi, ibi pro ratione ægroti cibus dari potest liberaliùs. Necesse autẽ est adhuc vnum scire, quanquam eius Hippocrates nullam faciat mentionem, nempè quod in eiusmodi morbis diæta vel cibus debeat simul esse medicina, quæ naturam adiuuet. Exempli gratia: si peste quis correptus esset vel pleuresi, tunc cibũ oportet expellere, vt natura exoneretur & liberetur, idq; fieri debet per *aurum Diaphoreticum*, & per *Tartarum Diaphoreticum*, quanquam hæc medicinæ nõ cibi esse videãtur, sed cibus & potus sunt. Qui enim illis nutritur, non moritur fame etiamsi nihil comedat, quantumuis parum de supradictis accipiat. Sciendum igitur, has esse medicinas simul & nutrimenta, & in tali nutrimento summum arcanum latet.

Cur

Cibi qui leues.

Cibus & potus optimus, qui simul sit medicas.

Aurum Diaphoreticum pro peste. Tartarũ diaphor. &c. Vide Archidoxorum prologum.

Aphorismus octauus.

Cùm morbi vis est maxima, tùm vel tenuissimo victu est vtendum.

QVilibet morbus qui in summo gradu est, tenerrimè tractari in cibo & potu debet, ne scilicet tali ægroto detur cibus, qui corpus penetret aut delectet, quales sũt aromatici, delicati cibi, pisces, gallinæ, &c. Vbi enim tã boni coqui sunt, ibi natura oblectatur & morbũ deserit in suo cõflictu, delitiásq; appetit, atq: ita seducitur. Cibi nõ delicati sunt optimi in hac diæta. Similiter nullum forte & exiliens vinũ dare debet. Sicut enim hoc vinũ cerebrũ inebriat & debilitat, ita omnia quoq; membra eneruat. Ideò dari debet vinũ leue, in quo natura nullũ robur quærere

rere posſit: & quamuis naturæ aliquid boni dare velis, id tamen non sit copiosum. Quin & hoc vobis notandum est, quanquam Hippocrates id non dicat, lacticinia & alios cibos, qui morbum ad se trahunt, morbum tollere, cum eum secum per vrinam & sedes euehunt, vt in icteritio morbo *granum iuniperi* egregius cibus est ad pascendum ægrotum vnà cum aliis cibis, nec non *aqua de cerasis* peculiarem vim habet, si bibatur in alio potu. Medicum igitur ita decet esse prudentem, vt diætam non solùm in certo pondere potûs & cibi constituat, subtilissimósq; cibos deligat, sed vt potiùs cibos illos accipiat, qui simul medicina sunt, illis fruatur ægrotus. Illi conueniunt morbis illis, qui in statu suarum virium sunt.

Cibi debent si mul esse medicina: Granum iuniperi. Aq. de cerasis.

Aphorismus nonus.

Sed & ex ægroto coniecturam facere oportet, an is cum præscripto victu perstet vsqu. ad morbi vigorem, & an prius deficiat, imparq; cum tali victu succumbat prius, quam cedat morbus & obtundatur.

OPortet etiam medicum considerare, vbi diæta aliqua nihil iuuat, ne diutiùs in ea perseueret, sed medicinam admoueat, siue ea cibus sit siue non. Illud enim maximè necessariũ est, quomodòcunque agatur. Cum autem Hippocrates tot verba faciat de diæta, sciendum vobis est, non esse intelligendum solummodo cibum & potum, quib. summoperè studeant medici Italici & Gallici. Imò aliter diæta hîc intelligenda est. Hippocrates enim diætam non solùm ad nutriendum rectè corpus requirit, sed potiùs vt curet. Decet igitur medicum considerare, quæ virtus insit cuilibet cibo, ita vt eos cibos sumat, qui simul & medicina sunt, diætámque ordinet non propter nutritionem, sed potiùs propter medicinam, & vt abstinentia præscribatur tantùm propter medicam vim, quæ cibo inest, non propter repletionem vel abstinẽtiam cibi nutrientis. Exempli gratia laborat aliquis quartana, illi præscribenda est diæta, quæ debet esse & cibus & medicina. Dosin autẽ diætæ & quantum ægrotus edere debeat, colliges in administratione iuxta vires & robur medicinæ, quæ cibo inest, non iuxta nutrimentum, quod inest cibo. Sal igitur quartana laborantis, sit *sal absinthij*, caules ipsius laxent; carnes eius attrahant, digerant, & per aluum purgent. Similiter de potu, vinum eius sit medicina, hoc est, sit præparatum cum illis rebus, quæ morbum istum pellunt. Nihil igitur propinari ægroto debet, cui non insit vis quædam medicinalis.

Diætæ vocabulũ quid significet.

Cibi medicati & eorũ, dosis.

Dosis ciborũ medicamẽto rum vnde æstimanda.

Aphorismus decimus.

Quibus igitur vigor statim futurus est, eos tenuiter statim habere oportet. Quibus autem posterius, & in ipso vigoris tempore, & paulò sub ipsum, de victu demendum est. Antea verò plenius alendi sunt, vt perferre queant.

OPortet etiam medicum scire, quando cibandus & potandus sit ægrotus, idque sumendum ei est ex morbo ipso, prout is fuerit affectus. Hoc ita intelligite, cum nutritio ægrotum non curet, sed sola medicina: in ipsa quoque fundamentum erit diætæ. Ideò Hippocrates vult dicere, quomodo medicina administrãda sit, quibus temporibus, quàm fortis. Non enim semper natura medicinam amplectitur, sed interdum tantùm, interdum verò non, vt iusta hora eligatur, in quâ natura appetit medicinalem potum & cibum. Cùm enim paroxysmus viget & morbus intumuit, tunc natura nullam diætam accipit. Est enim fastidiosa. Vult igitur Hippocrates, medicum debere animaduertere tempus idoneum ad administrandum naturæ. De his loquitur, non an pyra, poma, iuscula, aut alia danda sint.

Aphorismus vndecimus.

In ipsis paroxysmis cibum adimere oportet. Præbere enim noxium est. Et cum per circuitus redeunt morbi, in ipsis accessionibus abstinendum est.

ISte aphorismus, vt superiores, intelligendus est de eo, quando natura recusat, non dandum ei esse cibum, sed tantùm illo tempore, quando ei commodum est. Est enim tempus aduersum, & est tempus constans.

Cùm enim morbus naturã & vim suã exerit, non bonũ est cũ eo agere, sicut, cũ viro irato nihil agi potest. Quando autẽ cum eo aliquid agendũ est, oportet exspectare, donec præterierit ira, tunc est intelligens, vt sermonem & responsa tua percipere possit & alacriter respondere, &c. quæ omnia in irâ naturæ fieri nequeunt. Similiter etiam intelligendum est de morbis exacerbatis. Notate igitur periodos, paroxysmos & accessiones, omnes esse naturæ iram eiusque furorem. Quanquam aliud genus iræ sit periodus, aliud accessio, aliud paroxysmus, aliud exacerbatio; omnia tamen hæc ira naturæ sunt, orta ex offensionibus, quas natura à morbo pati cogitur, aut morbus pati cogitur à naturâ. Vtrinque enim ira oboritur. Sciat igitur medicus iram aliam esse naturæ, aliud quoque eius tempus seu sanitatis aliam verò iram esse morbi, quando ille sẽ ostendit: Hæc respicere decet medicũ, vt videlicet iuxta tempus & horam agat, nihilq; importuno tempore incipiat.

In paroxysmis nihil tẽtandum. Et cur.

Paroxysmus est ira naturæ.

Periodus. accessio, par. &c. diuersa sunt.

Paroxysmus quid sit.

Aphorismus duodecimus.

Accessiones verò & constitutiones morborũ indicabunt, tũ morbi ipsi, tum tempora anni, tum periodorum proportionis inter se obseruatio, siue eæ quotidiè, siue maiore interuallo fiant. Sed & ex iis, quæ postea apparet indicia sumũtur, velut in pleuritide sputũ, si statim initiò appareat, breuẽ fore denũtiat. Si verò posteriùs cõspiciatur, lõgã. Quin etiã vrinæ, alui fæces, sudores, crises difficiles aut faciles, nec nõ breues aut lõgos fore morbos cũ superueniũt, demõstrãt.

VT medicus cognoscat naturæ irã in paroxysmis, cõsistẽtiis, periodis, accessionibus &c. primùm omniũ morbũ sibi proponat, eumque funditùs perscrutetur, quo cognito, horam & diem sciet quãdo naturę ira incipit, aut morbi etiam: & hinc ei notum erit, quomodo ei anteuertendum sit, & quando, ita vt mediante medicinâ vtrâq; ex parte ira euitetur. Non solus autẽ morbus id facit, sed & ipsum tẽpus naturæ & morbi iram significat. Exẽpli gratiâ, nosti aliquem febri laborare, & ex arte & experiẽtiâ agnoscis eam esse tertianã. Iam igitur te scire oportet febris consuetudinem à principio vsq; ad finem, quando quies non sit futura. Similiter si febris accidat in autumno aut hyeme, tunc quartana est, id docet tempus: Ita quilibet morbus suum certum tempus habet, in quo oritur, de

Morbus ipse suas certas accessiones & discrimina habet. Tempus.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 797 sur 913

de menſe ad menſem, ab vnâ Lunâ vſque ad aliam, ab ortu Lunæ vſque ad occaſum eiuſdem, & ſic de omnibus firmamentis, quæ quidem tempus ipſum ſunt. Lux enim & tenebræ tantùm ſunt nox & dies, non tempus ſed tantùm diuiſiones temporis. Firmamentum dat tempora anni. Qui igitur firmamentum nouit, is etiam ſcit quinam morbi ſingulis annis ſint venturi. Hæc decet conſiderare medicum, nec non planetarum circulationes, & progreſſus & egreſſus ſtellarum mobilium, quæ alio atque alio modo ſuum curſum habent, nouáque tempora pariunt, & res augent vel debilitant: quomodò ſcilicet illarum effectus miſceantur. Simili modo ſe habent morbi, qui reguntur ab aſtris, vt ſtultus aliquis: & ſicut aſtra erunt & ſe habent, ita etiam ſtultus cum ſuis rebus hinc indè inconſtanter vagatur, ſemper alius. Tales igitur morbos medicus nouiſſe debet. Hoc enim modo præueniendum erit iræ, ſicut dictum eſt, quòd quotidiè aut tertio quoque die accidere poſſit.

Firmamentum cauſa temporum anni Medico quę ſcitu neceſſaria ſint?

Signatura morborum.

Quin & hoc medico ſciendum eſt, morbos perſeſe ſua ſigna dare ex quibus medicus intelligere poſſit, an diuturni ſint futuri vel non. Nullus enim eſt morbus, qui non ſigna in ſe gerat ſui exitus & mutationis, ex quibus cognoſci poteſt, ſicut natura aliis modis ſe notam facit & deſignat. Eſt enim in morbo ſignatura quædam ſicut in homine, vt dicitur, homines rufi ſunt perfidi; item quò debilior, eò ferocior: Eiuſmodi enim ſigna natura fecit, vt homo innoteſceret. Similiter etiam morbus quilibet ſignatus eſt ſuis ſignis, quæ medicum ſcire decet. Dicit igitur Hippocrates, ſi poſt ſigna non ſtatim morbus veniat, ſignificare morbum breuem; ſin ſtatim, ſignificare morbum diuturnum. Cauſa eſt, quòd maturatio primò, non vltimò fieri debeat. Quod autem maturari debet, breui tempore matureſcere nequit: vis enim maturans in principio ferè eſt efficaciſſima.

Vis maturans in principio potentiſſima.

Vrina quoque denotat quorsũ tendat morbus, nec non ſedes & ſudores. Hæc enim omnia ſunt excrementa earum rerum, quæ ipſe morbus ſunt. Cùm igitur ex morbo ſint, ex ipſis cognoſci etiam poteſt, quid circa morbum, vel ex morbo ſit. Sicut enim tabellarius veniens ex peregrinis regionibus interrogari ſolet, quomodo ſe habeant regiones illæ: ita oportet medicum omnimodè experientiam ſuã habere & obſeruationem, vt gnarus conſiſtat ante ægrotum & non ignarus, & vt morbos auertere poſſit, & vt ſciat an diuturnus vel breuis ſit futurus, ac benè vel malè exitum ſuũ ſit habiturus. Hæc omnia benè didiciſſe debet medicus in omnibus morbis & minimè vti generali conſuetudine, vt vulgus ſolet, quod iuxta ſuas opiniones tantùm loquitur. Medicus autem non debet loqui temerariè, ſed ſcienter & iuxta artem medicam. Tam doctum enim eum eſſe oportet, vt à principio vſque ad finem ſciat, quomodo ſe gerere debeat. In ſumma *ſignaturam morborum* medicum in homine agnoſcere decet, ſimiliter quoque firmamenta, quidnam illa in ipſa tempora infundant. Tunc benè ſe habebit res omnis.

Excrementa, vt de morborum cõditione teſtẽtur.

Medicũ quę noſſe deceat

Medicus a plebeio diuerſus ſit.

Signatura morborum Medico apprimè ſcienda

Signatura morborũ & aſtrorũ influentia medico debent nota eſſe.

Aphoriſmus decimuſtertius.

Ieiunium ſenes non decrepiti ferunt facillimè; ſecundum hos ii, qui conſtantem ætatem agunt; minùs adoleſcentes, minimè omnium pueri, atque inter eos minimè qui acriori ſunt & viuidiori ingenio præditi.

IN hoc aphoriſmo ante omnia hoc exemplũ notate. Arbor tenera in id inclinata eſt, vt creſcat & augeatur. Quòd ſi verò creſcere debet, oportet eam habere aliquid à quo iũuetur in creſcendo, & quòd creſcat: abſque illo enim non fiet ponderoſior. Ex hoc ſequitur, naturam, quæ eſt in potentia creſcendi, illud ipſum, ex quo vegetetur, deſiderare. Oportet igitur iuniores illud habere, quia creſcere eos oportet, donec ad perfectam ſuam ætatem perueniant. Hãc igitur de causã puer plus humoris requirit, quàm aliquis adultus, donec deſinat creſcere, hoc eſt vſque ad vigeſimum quartum annum. Dicit itaque Hippocrates ſeniores meliùs ferre poſſe famem, quàm iuniores. Iuniores enim duplici fame afficiuntur fame ſcilicet creſcendi, & fame ſuſtentandi. Cùm igitur ſeniores non ampliùs creſcant, ideò fame creſcentis potentiæ non ſtimulantur. Iuniores autem fame creſcendi irritantur, ideò ieiunia ferre nequeunt, ſicut ſeniores, qui ſi pro duplici fame comederent, ſeipſos fruſtrà implerent non neceſſariò. Ratione igitur potentiæ creſcendi iuniores fame ſtimulantur, eámque tolerare minimè poſſunt quin potiùs in morbum inciderent. Quando autem deſinũt creſcere, tunc verâ fame afficiuntur, tunc incipiunt apti eſſe ieiuniis. Priùs autem oportet eos comediſſe plus quàm ſeniores, ex hãc causã, quòd natura ipſorum viuidior & ardentior eſt, quàm ſeniorum. Senectus enim magis magíſque faſtidio afficitur & tædio, & natura eorum minùs minúſque deſiderat. Decreſcit enim velut arbor, quæ appropinquante hyeme vnum folium poſt alterum amittit, vnámque virtutem poſt aliam, & quò vicinior eſt autumno, eòminùs alimenti requirit, eóq; meliùs carere poteſt, quàm cùm iunior eſſet, ſcilicet æſtate inſtante.

Duplex fames in iunioribus.

Senectus inuentute ignauior.

Aphoriſmus decimuſquartus.

Qui creſcunt natiui calidi habent plurimum, itaque copioſo cùm egeant alimento, abundè ipſis ſuppeditare oportet, alioqui corpus conſumitur. In ſenibus verò ineſt calidi parum, paucis propterea ſuccendiculis egent, ſiquidem multis extinguitur calidum. Ob eandem cauſam etiã ſenibus non ſunt febres perindè acutæ: frigidum enim eſt corpus eorũ

HOc loco dicit Hippocrates, eos qui creſcũt, abundare calore natiuo, & ideò multo cibo indigere, ieiunióque minus idoneos eſſe. Quod autem potentiam naſcendi vocat caloré natiuum, hanc cauſam habet: ſicut Sol omnes res inſtigat, & omnia per Solẽ creſcunt, & Sol ſummum arcanũ eſt in igne, & puriſſimus ſummúſque gradus elemẽti ignis, ita vt nulla ſpecies in elemẽto ignis, ſit adeò clarificata & præparata vt Sol, ideóque omnia per Solẽ maximè creſcunt: ita etiam ſe habet *calor innatus* in homine, qui in microcoſmo eſt Sol elementi ignis. Per hũc Solẽ creſcit homo. Vbi igitur Sol iſte fortis tis eſt, & efficaciter terrã ferit, ibi oportet multas

Sol arcanum naturæ.

Calor natiuus eſt ſicut ſol in mundo.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 798 sur 913

Sol Microcosmi.

esse humectationes, pluuias: rores. Similiter in homine cuoque accidit dum crescit. Nam & microcosmi Solem multas humiditates, videlicet pluuiam & rores, hoc est, cibum & potum copiosum habere oportet. Hinc est dictum illud, Sol & homo generant hominem, ita vt homo sit pater, ex quo semen est: Sol verò vt vis crescendi in quantitate & robore. Semini igitur humano nutrimentum suum dandum est. Exiccatur enim sicut arbor, quæ siccitatis causâ arescit, & humido destituitur. Quare senes non aliter Solem habent, quàm hyems habet; & sicut Sol in hyeme terram frigescri sinit: ita etiam facit Sol microcosmi in senectute. Senectus est frigida, sicut autumnus: indè malè cum eâ etiam agitur: & sicut in hyeme & autumno natura Solem fecit, ita etiam in senectute comparatum est. Hyems non eget multâ pluuiâ vel rore: non enim ea consumere potest. Sic etiam senectus, si multũ cibi ei daretur, omne id congelaret in glaciem, hoc est, mortem. Cùm igitur senes ex vere in hyemem trasierint, non ampliùs verni vel æstiuales sunt, non ampliùs caniculares: sed autumnales Octobri & Nouembri similes &c. fiunt & manent, ideóque frigidis temporibus non vernis, æstiualibus aut Augustalibus temporibus æquiparantur, &c.

Sol & homo generãt hominẽ.

Senectus est frigida vt hyems.

Senes cur aliméntis multis non egeant.

Aphorismus decimus quintus.

Ventres hyeme ac vere natura calidissimi, & somni longissimi. Per ea igitur tempora plùs cibi dare oportet, siquidem plùs natiui caloris habent, quòsit vt copiosiore alimento egeant. Argumento sunt ætates & athletæ.

Ventres cur hyeme pinguiores.

CVr ventres in hyeme & vere sint pinguiores hanc causam naturalem scitote. Sol quò altior est, eò magis frigefacit copora, hâc de causâ, quòd velut Magnes attrahat ad se sui simile, hoc est, hominis microcosmi Solem. Simile enim simili associatur. Cùm igitur Sol exterior interiore fortior sit, hunc is omnino ex homine attrahit. Exempli gratiâ, Luna dominatur Lunæ hominis, quæ in cerebro est, ita vt homo Lunæ actiones in cerebro sentiat. Ita etiam de Sole intelligendum est, quòd Solem suum homini is extrahat, hoc est, calorem adimat, vt non tam efficax sit per gradus aliquot, & per tot gradus Sol in homine frigefit. In hyeme verò Sol non est tam efficax in terris, sed multò debilior, ideò nihil ex homine trahit. Ex hoc sequitur, quòd Sol microcosmi totus in ipso maneat, cum toto suo calore, naturâ & viribus. Ideò homo in hyeme fortior est quàm in æstate. Quin & omnia membra corporis illo sole gaudent adueniente hyeme, cùm integer cum omni & perfectâ suâ efficaciâ Sol adsit corpori. Huic igitur Soli per hyemem satis ciborum dandum est; sat potus: Sol enim iste ea omnia absumit, sicut sol exterior aquam ex lacunâ; aut foueâ aliquâ exhaurit.

Sol exterior solẽ interiorem hominis in æstate debilitat attrahẽdo.

Luna cerebro dominatur.

Animaduertendæ etiam sunt hominum ætates & dispositiones corporum. Discrimen enim est inter iuuenes, iuniores & maximè iuuenes. Similiter etiam inter adultos, seniores & summè senes, planè decrepitos & planè pueros. Pro ratione enim ætatis plùs etiam Sol ille interior operatur, & ideò plus alimenti expetit. Quin & Athletica corpora hâc obseruatione indigent: prout enim pinguia aut macilenta sunt. Sol etiam eorum fortis & efficax est.

Iuuenes iuniores maximè iuuenes vt differant.

Aphorismus decimus sextus.

Victus humidus cùm febricantibus omnibus vtilis est, tum maximè pueris & illis, qui tali victu vti consueuere.

CAlor, quem habent omnes febres, non habet ferè nomen, & non est ex Sole hominis, sed est alius calor, multò voracior & insatiabilior, quàm lupus, si homini conferatur. Omnis autem calor febrilis igni similis est. Et sicut calor ab igne diuersus est: ita etiam calor ille febrilis diuersus est à calore naturali. Ex hoc sequitur, quòd calor febrilis sit sicut lupus vorax, consumens & deglutiens omnia, & sola humiditate pascitur. Scitote igitur febricitantibus multos humidos cibos dandos esse, ne ignis ille febrilis naturale humidum inuadat, illúdque exiccet, etiam medullam ossium & membrorum, &c. sicut ignis lignorum, qui consumit omnia quæ adsunt, nihil relinquens nisi carbones & cineres. Medicum igitur considerare decet gradus ignis iuxta iuuentutem & senectutem prout opus erit, sicut sanè gradus sunt caliditatum in vna complexione plùs, quàm in alia, in pueris & iunioribus maiores quàm in senioribus.

CalorFebrilis quis sit?

CalorFebrilis & nat. vt differãt.

Febricitantibus cur cibus humidus dandus sit?

Aphorismus decimus septimus.

Videndum etiam quibus semel, quibus bis, plus minúsue & gradatim sit cibus dandus. Dandum vere aliquid tempori, regioni, ætati & consuetudini.

VVlt Hippocrates in diæta non solum considerandum esse morbum, vt ægroto iuxta tempus morbi in die semel, bis aut ter, plùs minúsue cibus detur, prout fert ratio: sed & ætatis exigentia inspicienda, & pro ea diæta ordinanda: & præter senectutem vel iuuentutem, etiam regionis conditiones, proprietates, natura & essentia considerari debent, & pro iis etiã cibus & diæta constituenda sunt. Regionis enim natura & consuetudo spectanda & sequenda est, & non frangenda in delectu cibi & potus, & quoties natura appetit, dandum. Nec non tempus est obseruandum. Diætæ enim æstatis nihil valent in hyeme, nec hyemales in æstate. Quælibet habet suum tempus: quod igitur illi tempori vsitatum est, in diæta seruetur, nec misceatur aliquid peregrini. Hoc modo regimina diætetica ægrotorũ constituenda sunt, sicut Hippocrates docet, & non introducendum est aliquid contra hunc aphorismum. Hippocrates enim hoc in loco sincerum medicinæ spiritum habuit. Medici autem illi nostri arguti ex Germania Italiam facere volũt, id quod tantùm ex mera superbia faciunt, non cogitantes, quid sit Medicina, aliàs Hippocratis doctrinam meliùs seruarent.

Quæ in cibo dãdo spectanda sint.

Diæta hyemis non cõuenit æstatis.

Hyppocratis laus de synceritate.

Aphorismus decimus octauus.

AEstate & autumno cibi copiam ferunt difficillimè, hyeme facillimè, Vere minùs.

QVòd æstas & autumnus cibũ omniũ difficillimè digerũt, in causa est, quòd sol suus homini

Coctiones estate & autumno cur pessimæ.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 799 sur 913

homini detrahitur, qui in hyeme & Vere nondum exaltatus est. Vbi enim non est Sol, ibi nec digestio est bona. Non enim adest calor, non adest ignis Vulcani appetens, coquens & præparans cibos. Si igitur multum commeditur, multum indigesti cibi in homine remanet, ex quo putrefactio nascitur, vndè veniunt morbi, scilicet vermes, apostemata, & alia similia incommoda.

Aphorismus decimus nonus.

Iis quibus per flatos circuitus accessiones fiunt, nihil dandum, nec cogendi sunt: sed demendum ante crises.

Naturæ inuitęcibus, præsertim ante crises cum periculo obtruditur. Appetitus quantę vis. Immoderatum naturę inimicũ.

SI quis laboret morbo per circuitus redeunte, ita vt dubiâ mente expectandus sit morbus, illi nullum cibum dari vult Hippocrates, nec eum ad cibum cogi. Natura enim nauseabunda accipit cibum, & quod inuita accipit, pro hoste habet, contràque illud pugnat, nec illud digerere vult. Ideò cauendum est, ne natura inimicis oneretur, sed vt iuxta suam voluntatem agat. Quin & hoc verum est, si cibus vltra modum sumatur, tunc natura eum non digerit, imò perpetuò illum ceu suum hostem impedit, ex quo sequitur, ipsum quoque cibum vicissim lædere naturam. Cibus enim in stomacho esse cupit, stomachus autem eum respuit: cibus vult digeri, natura autem digerere non vult: ita cibus vexat naturam, & sic multò fit miserior. Quòd si id iam fiat, quando morbus suam periodum accelerat aut paroxysmum, scitote nihil aliud nisi magnum infortunium ibi expectandum. Ieiunando igitur nihil peccatur, sed pascendo, etiam si bono animo & per bonum cibum id fiat, nihilominùs tunc temporis mortis causa esse potest. Tutiori igitur & certiori potius obsequendum.

Ieiunando nihil corrumpitur sed nimium cibando.

Aphorismus vigesimus.

Quæ iudicantur vel iudicata sunt, in iis nihil innouandum, vel medicamentis vel aliis irritamentis, sed sinenda sunt.

Naturę tendenti ad victoriam nõ est medicinis importunis succurrendum

QVando in morbo incidit *Crisis*, tunc Medicus videre & cognoscere debet, an illa crisis cœperit, aut prorsus perfecta sit, & an crisis non sit deterior ipso statu, sed in æquilibrio. Tunc enim Medicus nihil incipere, nec suis medicinis vti, nihilque rerum nouarum introducere, sed soli naturæ labores committere debet. Cùm enim victoriam obtinuerit: & crisis sit æquilibris, sperandum est, naturã deinceps quoque superiorem fore. Quod si igitur mutaretur aut peruerteretur, tunc suâ prærogatiua excideret, atque ita labyrinthus fieret, morbusque denuò vires sumeret, & peius aliquid, quàm prior morbus fuisset nasceretur. Medico igitur hoc notandum est. Nam & ipsa natura medicus est, habens suas medicinas & suam apothecam, eam medicus non impedire debet, sed adiuuare. Duplex enim est Medicina, duplex apotheca, duplex Medicus, in naturâ scilicet vnus, alter verò extra naturam, hoc est in ipso homine vnus, & extra hominem alius. Exteriot indulgere debet interiori, nisi videat opus esse vt interiori succuratur. Arx enim interiori concessa est, vt se ibi teneat & muniat: exterior autẽ ei auxiliari debet.

Natura Medicus est.

Medicina & Medicus duplex.

Aphorismus vigesimus primus.

Si quid expellendum est, ea via expellatur, ad quam maximè tendit & per loca competentia.

Expulsionis noxiorũ vię quot.

HOc in loco Hippocrates bonum consiliũ dat, quomodò expellenda sint ea, quæ naturæ non conueniunt. Aliqui enim omnia, quę naturæ aduersa sunt, per aluum expellere volunt; alij per vomitus; alij per vrinam; alij per sudorem, &c. quæ omnia fieri non debebant. Relinquendæ enim sunt istæ cogitationes quę non sunt medicinales. Scitote igitur medicum primò omnium cognoscere debere: quò natura tendat, Illa enim prior est Medicus, homo autem posterior & secundarius. Vbi igitur natura incipit, ibi Medicus ei succurrere debet, hoc est, *Natura melior est Medicus, optimè sciens vbi querendus sit exitus commodissimus.* Si igitur natura per sudores expellere vult, & tu signa sudoris in virtute expulsiuâ inuenis, tunc iuua vt per sudorem expulsio fiat. Pleuritis enim & pestis non per anum, vrinam, vomitum, oculos, aures, aut os expelluntur, sed commodissimè per sudores. Hi igitur promouendi sunt: per sudorem enim horum morborum emũctorium est, vt per poros secẽdant. Quæ igitur ad sudores pertinent, ea per sudores educi debent: & similiter quæ per aluum expelli debent, per eam deriuentur, & sic de vrinâ.

Natura Medicus prior est: homo posterior Pestis & pleuritis per sudorem curandæ.

Habet autem natura sua vestigia; quæ sicubi repereris, illâc expelle nec aliam viam instituas. Quòd si in aliquo loco dolorem sentis, ibi scito naturam emunctorium velle habere. Quòd si nondum à natura ipsa factum est, tu illud fac. Naturam enim illud eo in loco habere necesse erit: ita natura ad emunctorium solum properabit. Quamuis enim nulla emunctoria aperta alicubi essent, cùm tamen videas, naturã eò tendere & congregare, & exitum quærere, tu alacriter aperi & naturæ exitum illo in loco relinque, vbi vult. Vide igitur vt promptus sis ad faciendum emunctorium pro rei conditione, per corrosiua in podagra, ischiade, arthritide, &c. Penè enim tertiam medicinæ partem obtinet medicus, qui virtutem expulsiuam iuxta naturæ voluntatem dirigere nouit. Sæpè etiam superfluitas adest, vt in hydrope, vbi in principio quidem aliquid iuuat, si emunctoria fiant, sed cùm nimia est superfluitas, non ampliùs prodest: natura enim rem relinquit, vt est, ideò nullum signum exitus ostendit. Quãdo igitur nullum signum dat, nullum emunctoriũ fieri debet. Si enim emunctoria fiant absque naturæ indicio & voluntate, tunc morbi lethales oriuntur, aut morbi diuturni & durabiles. Scitote igitur, magnam stultitiam esse corrosiua adhibere ibi, vbi non quærit exitum natura, quæ in alio loco exitum fieri vellet, sed isti eam regere volunt, cùm tamen ipsa sit dominus, Medicus autem seruus. Etquidem natura tantus dominus est, vt nõ cedat seruo vlli, ideò frustrà hæc tentantur. Quilibet igitur medicus consideret, quò natura tendat, ibi expellat & expulsionem adiuuet. Qui harum rerum peritus & gnarus est, is perfectè tertiã partẽ Medicinæ nouit, nec pudeat eũ dici medicũ. Meritò enim & honestè is esse potest. Quin &

Vbi natura expulsiua virtuto signum dat ibi morbo emunctorium faciendum.

Corrosiuorum abusus.

Natura admodũ imperiosa est.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 800 sur 913

hoc nota, etiam si medico videatur alicubi emunctorium esse nihilominùs obedire debet naturæ. Non enim rem perdet, præterquam quòd naturam aliter deducere nequit, nisi maioribus sudoribus', & similibus. Sunt autem præposteri illi Medici, qui vnicum tantùm emunctorium quærunt, vel solos sudores, vel solas sedes, vel solum vomitum. Quod enim natura vult, id etiam Medicus velle debet.

Aphorismus vigesimus secundus.

Concocta & matura medicari ac moueri decet non cruda, neque id faciendum per initia: nisi suopte cieantur impetu, id quod perrarò fieri solet.

Immatura minimè tractabilia.

REimmaturâ nemo vti potest. Quid enim prodest immaturum pomum vel pyrum? Ita etiam nihil incipi potest cum morbo immaturo. Apostema nisi prius matureſcat, nullam Medicinam accipit. Maturatione autem præcedente, sequitur eius cura, &c. Ita etiam in toto corpore accidit. Si quis enim apostema aperiret nondum maturum, id non fieret sine magno damno & dolore, præterquàm quòd multa mala postmodum metuenda essent. Ita etiam in toto corpore accideret. Ideò Hippocrates bene dicit, sola ea, quæ matura sunt, expelli debere: non immatura. Porrò autem sciendum est: id quod non est maturum, maturari debere. Quomodo autem id fiat, ita intelligite.

Maturatio per quę facienda.

Ars quædam nouit *Attractiua*, quæ clauos, &c. extrahunt. Hæc maturare possunt ea, quæ alias in duobus vel tribus mensibus vix matureſcerent. Quidam etiam morbi in hora suæ stellæ matureſcunt, ita vt in quatuor vel sex horis maturi sint. Talia multa naturæ possibilia sunt, quæ medicus nouisse debet, vt hoc modo ipse quoque morbos maturare possit, vt acceleretur expulsio. Est & alia via maturationis morborũ, vtscilicet *Durum molleſcat*, hoc est, induratum resoluatur in aquam, sicut ferrum in aquã resoluitur, quæ quidem destructiones sunt naturarum, vt ex duritie in mollitiem tendant, sicut in homine fit, & ea postea per sudorem expelluntur, aut per vrinam, per sedes, prout morbo conuenit suum emunctorium. Talis corruptio quidem bona est & vtilis, si rectè intelligatur, vt vera maturatio, quæ certè per syrupos non potest fieri. Non enim resoluunt in suâ corruptione, ideóque de illis hic non est dicendum.

Maturatio quotuplex.

Syrupi ad maturationem nihil cõferunt.

Duplices etiam morbos Hippocrates hîc ponit, sæuos & iracundos, & non sæuos. Per sæuos autem illos intelligit, qui punctiones & dolores coniunctos habent, hoc est, loquitur de morbis (non in hoc aphorismo tantùm, sed & in aliis) induratis non furiosis, vt sunt pestis, pleuritis, podagra, qui omnes excepti sunt. Qui autem non tam sęui sunt & dolorosi, illi maturandi sunt, & postea pellendi. In furiosis autem morbis pergendum est qualescunque sint, prout se ostendunt. Ferè enim per se maturi sunt, nec ad maturationem suam vllâ indigent medicinâ.

Morbi duplices sunt.

Vbi non sit expectanda maturatio.

Aphorismus vigesimus tertius.

Quæ euacuantur, non ex multitudine æstimanda sunt, sed an ea quæ debebant, euacuata sint, & an ægroti facile ferant: & ficubi vsque ad animi deliquium expellendum sit, id faciendum est, si modò ægrotus proferre queat.

NOn considerandа est quantitas excrementorum, vrinæ, sudoris, &c. imò potiùs videndum, an illæ egestiones sint conuenientes & debitæ. Si enim multum egrediatur, & egestiones non sint debitæ, tunc peculiares morbi adsunt, nempe fluxus ventris, dysenteria, diarrhœa, &c. Scitote igitur, si egestiones sint debitæ & conuenientes, & opus sit, tunc in expulsione pergendum est, & proderit. Si autem egestiones illæ non sint iustæ, cessandum est ab expulsione. Si igitur sedes veræ sint, tunc strenuè aqua expellenda est, vt æger diligenter perquiratur, si modò ferre id possit. Et quamuis aliqua debilitas accedat, non curandum est. Magna enim sanitas eam consequetur. Non igitur glorietur medicus de multitudine sedium, sed potius de verâ egestione. Sunt enim laxatiua quædam, quæ & bona & mala simul expellunt: alia verò quæ sola bona & nulla mala egerunt: magna igitur discretione opus est, vt accipiatur conueniens & non inconueniens. Exemplum sumite in dysenteriâ, vbi si debita fiat purgatio, quæ veram causam peccantem inueniat, tunc ægrotus statim sanatur. Sin inconueniens arripiat, ægroti mors præsens est. In purgationibus igitur debita simplicia & composita ægroto propinanda sunt, quæ materiam veram & non falsam commoueant. Sed stultitia & insciția Medicorum tanta est, vt hunc aphorismum non intelligant, & tamen quotidiè de eo se iactitent. Dicunt enim, quomodo potest iste ægrotare, cũ tamẽ toties purgatus sit, tot clysteres hauserit, & tot sedes habuerit, &c. Qualis autẽ est hęc oratio? Nempe de proprio dedecore vestro gloriamini, quòd rem non intelligatis, & interim sedibus operam detis, non veræ agnitioni morbi, ex quâ pendet, quid conueniat, quid non? Itaque multi, si iure publico cum ipsis ageretur, perfidi esse conuincerentur.

Laxatiua sunt duplicia.

Medic. veteres iactabundi.

Aphorismus vigesimus quartus.

In morbis acutis rarò, & per initia medicamento vtendum est, idque cum diligenti circumspectione faciendum.

IN peste, in punctionibus, & similibus morbis repentinis, in principio non est purgandum. Causa enim materialis non est in ventriculo. Quod autem in ventriculo non est positum, sed alio in loco, id non debet purgari. Purgatio enim non est emunctorium eius: & sic purgatio fieret illo in loco, vbi non delitesceret morbus, & morbus potius confortaretur hoc modo. Interdum tamen purgatio etiam in his morbis conuenit, vt in peste, & aliquot aliis, vbi plerunque etiam ventriculus plenus est cruditatibus, si igitur materia illa superflua se morbo coniungere & associare vellet, colluuiem illam auferas, non tamen ratione ipsius morbi, sed potiùs propter sordes. Cum morbo autem aliter procede.

Aphorismus vigesimus quintus & vltimus primæ sectionis.

Si qualia debent, purgentur, confert & facilè ferunt, sin contra, difficulter.

MEdicũ discretè morbos cognoscere decet, nec id solum, imò morbũ per se in sua

suâ essentiâ & proprietate nosse debet. Quin etiam præterea, si quid in corpore sit, considerare debet, quod ægroto nocere posset, sicut dictum est de stomacho: ita etiam impedimentum ab vrina incidere potest, nec non à sudore, ab oppilatione, & aliis rebus pluribus, quæ morbum ad perniciem inclinare possent. Hæc omnia auertenda sunt. Si autem ea perferre nequeant, ibi labor & miseria est. Morbus enim principalis, & alij secundarij, qui iam antea adfuerunt, ad mortem tendunt, aut ad aliud malum. Medicum igitur vigilem & circumspectum esse decet, vt bonâ conscientiâ sciat, quid in his agat.

Finis explicationis primæ sectionis aphorismorum.

THEOPHR. PARACELSI GERMANI IN SECVNDAM Aphorismorum sectionem commentarij fragmentum explicans primos sex aphorismos.

SECTIO SECVNDA.

Aphorismus primus.

Si in morbo aliquo somnus molestus sit, mortiferum est, sin vtilis, minimè lethale est.

HOc in loco Hippocrates omnes morbos simul, nullo excluso, complectitur, dicens: Si in quocunque morbo somnus morbo conueniens malè cedat, ægrotum debilitet aut infirmet, signum esse mortis. Quòd si hæc non faciat, sed benefaciat ægroto, nullum esse periculum. Causa huius rei est, quòd somno indigeamus, quo in xxiiij. horis semel nos frui oportet, plerunque per horas sex. Ille somnus quietem reddit corpori, adimitque ei laboris tædium & defatigationem, illudque recreat, vt denuò labori sufficere possit. Præter hunc alij quoque somni sunt, qui non sunt de natura & societate somni iam dicti naturalis, sed homini aliunde superueniunt, nempe primùm per cibum & potum: secundò per morbos, ita vt ægroto concilientur à natura & proprietate ipsorum morborum: tertiò per tempus & astra, quæ & ipsa somnum inducere possunt, & hominem alieno & inusitato somno onerare: quartò per certas medicinas, qualia sunt somnifera, narcotica, stupefactiua, &c. de quibus omnibus non opus est dicere. Vos igitur hoc in loco Hippocratem ita intelligite, quòd somnus, qui vnà cum morbo irrepit, in ægrotis ostendat, quid morbi sit propositum, suumque signum det, vel ad mortem, vel ad salutem, idq; per propriam naturam. Expellit enim somnum naturalem quieti debitum, & succedit ei. Pulso autem verò somno ipse dominium obtinet. Sunt autem in somno astrorum, morborum, cibi & potus, & medicinæ duæ proprietates, vna bona & prospera, significans bonam valetudinem: altera infortunata, hora & tempus, somnúsque ad mortem. Has duas Medicus ex signis suis discernet. Nam & ei qui se cibo & potu non mediocri replet, superueniens somnus, bonus vel malus esse potest, vt sc. gutta, paralysis vel contractura ineum ingruat, aut etiam is exhilaretur & excitetur. Si igitur non commodat ei, sed officit, ab eo abstineat. Similiter etiam in vino grauis somnus delitescit, quod si ægroto dolores pariat, vitet eum, nec bibat, ne superueniat somnus. Sin benè tibi faciat, non opus est, vt illum somnum fugias. Ita etiam medicinæ quædam sunt, quæ in se somnum continent, si eas rectè vsurpes iuxta proprietatem suam. Qui si tibi conducit, tunc medicina bona est. Sin minus, omitte eam, aliàs te occidet. Dicit igitur Hippocrates de somno, eum esse rem cæcam & obscuram, ideóque tantùm signa eius considerandà, qualia sint & quò tendant.

Somnus homini necessarius.

Sex horas dormiendum

Causæ & genera somni

Somnus vt de morbo testetur.

Somnus res cæca & obscura.

Aphorismus Secundus.

Si somnus delirium sedet, bonum est.

PErgit Hippocrates de somno dicere & affirmare, si in morbo aliquo maniaco, aut alio rationem perturbante, somnus remedio sit, delirium que sedet, bonum signum esse. Si autem per somnum morbus augeatur, non bonum esse. Ita igitur intelligite Hippocratem: corpus hominis temperaturam suam habet, quam retinere debet, ita vt quodvis membrum suum officium exequatur, suámque proprietatem habeat. Quando hoc fit, tunc homo viribus suis pollet & sanus est. In cerebro itaque etiam quædam vis imperans est, quæ rationem & cogitationem hominis conseruat. Hæc quando interturbatur, & dissidium inter vim illam & rationem incidit, tunc ratio perturbatur, & ita homo delirat: sicut, si duo vnanimes sint, & vnius propositi & consilij, tunc res, quam volunt, perficitur. Quando autem dissident, & quilibet suum modulum seruare vult, tunc perturbatio sequitur, quæ ex vesana quadam vtriusque libidine fluit. Quando itaq; hi duo per vicinorum interlocutiones sedantur & conciliantur, ita vt res tandem obliuioni tradatur, tunc bene se res habet. Quando autem illæ conciliationes nihil efficiunt, tunc illi duo hostes manent vsque ad mortem. Simili modo hoc in loco Hippocratem intelligite; si talis furor in cerebro oriatur, nulla conciliatio iuuat, nihilque aliud conducet nisi somnus. Si is conciliator esse possit, is optimus est, vt qui solus curare valeat. Quòd si somnus nihil efficiat, tunc signum est fixæ & perpetuæ insaniæ, cui frustrà resistitur. De somno igitur scitote, medico summam diligentiam adhibendam, vt industriè, artificiosè & peritè cum eo agere possit. SOMNVS enim tantum arcanum est in Medicina, vt libenter ex aliquo scire velim, (absit dicto error) an & quæ Medicina sit? quæ in omnibus morbis tam præsens & repentinum sit auxilium, adeóque corpori ad sanitatem conducat æquè ac somnus. Somnifera igitur (quomodocunque ea vocentur) à quolibet Medico summopere considerandà sunt. Somnus enim medicina est superans omnia arcana gemmarum & lapillorum pretiosorum. Qui Naturæ ARCANVM SOMNIFERVM ex conuenienti essentia desumptum, rectè applicare nouit, is magni apud ægrotos faciendus est. Non igitur solùm de somnis naturalibus Hippocrates hîc loquitur, sed oportet vt eum intelligatis sicut Medicum expertum, qui ex spiritu medicinæ locu-

Temperies causa naturalium actionũ.

Non caret effectu vel uere duo

Somnus est mirũ arcanum

Somni & somniferorũ laus.

Somnifera Medici diligenter cognoscenda.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 802 sur 913

Humoristæ taxãtur.

tus est,non vt Humorista, qui ignorat quid sit somniferum,sed vt artifex.

Aphorismus tertius.

Et somnus & vigilia si modum excedant, mala sunt.

Somnus est medicina.

HIppocrates pergit de somno, & simul de vigilia,quæ somno contraria est,quorum vtrumque si plus,quàm opus sit,vsurpetur,nocet. Hoc ita intelligite, quasi diceret: Somnus est medicina,siue ex vino, siue ex pane,siue ex medicina, &c. oriatur, & ad sanitatem ægroti confert,si non sit nimius;hoc est,ægrotus bene perpendere debet sufficientiam rei cuiusque. Summum enim in medicina est, sufficientiam scire. Non enim hoc solùm medico conuenit scire,quantum ægrotus comederit aut biberit, sed etiam vt sciat,quantum excernatur, quantum in corpore remaneat, ne nimium fiat. Si enim medicina morbum expellere debet, & nullus morbus adest,non manet inefficax, imò aliud quid aggreditur,cum quo non consonat, illúdque perdit, & hinc morbus oritur. Ita etiam de somno intelligendum est, si modum & necessitatem excedat, quod homini noceat, membrorum officium impediat, & naturam perturbet. De nimia autem vigilia scito, medium debere tenere hominem in omnibus,ita vt de quolibet parum sumat, vsque ad suum terminum, quo præterito, cessandum est. Homo itaque vigilare debet *ab hora quarta matutina, vsque ad horam octauam vespertinam*, plus minúsue, pro cuiuslibet complexionis exigentia. Quòd si homo id non faciat, sed surgat non horâ quartâ,sed horâ decimâ primùm, torámq; noctem insomnem agat,tunc ordo verus & naturalis rumpitur. Sol enim vigiliam requirit, dum calefacit, quo occidente, tunc & homo decumbat, & cum sole iterum surgat & decumbat.

Somni immodici damna.

Quãdiu dormiẽdum?

Sol vigilias, nox somnum poscit.

Hoc ordine omnia regimina constitui debent, quæ ad somnum & vigiliam spectant. Quòd si contrà fiat, ibi morbi peregrini oboriuntur,qui non iuxta ordinem naturę,sed contrà se habent. Ex quo sequitur etiam naturalem medicinę ordinem non prodesse:morbus enim non ortus est naturali modo,cùm omnia suum ordinem habeant.Exempli gratiâ,hydrops suo modo oritur, febris suo. Idcirco etiam medicina hydropis talis est,&c.ita vt omnia suum ordinem habeant.

Incommoda peruersi somni & vigiliæ.

Vt morborum: ita medicinarũ suus ordo est.

Cùm igitur hoc loco nullus seruetur ordo, sequitur etiam medicinam esse inordinatam, errabundam & incertam,cui minimè confidere quis possit. Natura enim destructa est, & absque suo ordine vagatur.Dicit igitur Hippocrates,malum esse, si nimium fiat, siue in somno siue in vigilia, ita vt morsinde oriri possit, aut morbus perpetuus, quem nemo curare possit,aut audacter aggredi ausit.Ipsa enim natura in eiusmodi hominibus irregularibus contremiscit.

Nimium omne malum.

Aphorismus quartus.

Neque satietas,neque fames,nec aliud quicquam,quod naturæ nimium sit, bonum est.

HOc loco Hippocrates vult,in toto hominis corpore nihil iniquè geri debere,imò omnia debere esse certa & stata, modúmque non excedere. Et quidem bene rem cogitauit, quòd dicit, æquabilitatem esse debere, nihílq; nimium. Deus enim ita omnia creauit, vt naturam suam nihil egrediatur, nihilque nimium sit contra creationis suæ ordinem; & naturam, eiúsque terminum, ita vt omne nimium sit venenum. Vnus igitur pes tam ponderosus esse debet atque alter,&c.sic de digitis; vnus pes tot digitos habere debet atque alter. Quicquid autem in pondere aut numero superat, superfluum & morbus est. Si quis enim crus vnum ponderosius altero trahat, tetrum aspectu est. Simili modo etiam intus in corpore res se habere debet, vt quodlibet membrum suum pondus & mensuram habeat.Duo autem proponit Hippocrates, per quæ omnes superfluitates & defectus intelligi possunt, nempe nimiam repletionem,& nimiam inanitionem, hoc est si quis hodie plùs quàm natura ferat, se impleat,cras plùs,quàm natura patiatur,sibi detrahat, vtrumque nihil valet. Seruandus enim est modus certus in numero & pondere, vt in initio sit in æquilibrio & æquali pondere cum repletione. Quodcunque autem alterum superat,id contra naturam agit.nec natura id ferre potest. Si enim naturam in sua essentia consideremus, videbimus omnia suum ordinem seruare, suum numerum, suum pondus, suum modum, suum circulum, &c. ita vt nec excedant nec deficiant. Perindè igitur est,ac si diceret Hippocrates:videte vos medici,vt omnia vestra eò dirigatis, vt in homine sit æquilibrium,nihílque excedat vel deficiat in diæta, regimine,&c.vt omnia sint certa & stata,& æqualia vtrinque.Nisi hoc consideretis quæ agitis frustrà agitis. Notate igitur aliquot exempla. Monasteria habent tales leges, ibi ieiunatur stato tempore & hora contra naturam, ita vt naturæ detrahatur suum debitum illâ horâ. Aliâ horâ nimium habent, vt naturæ modus superetur. Ista duo pondera frangunt libram naturæ. Alterum enim nimis ponderosum est, alterum nimis leue. Aut etiam totâ libra erratur, ita vt totâ septimana se impleant: die autem Veneris & Saturni panem comedant & ieiunent: aut per totum reliquum annum se carnibus infarciant: tempore autem quadragesimali nullas prorsus carnes vorent. Hæc libra est iniqua apud naturam:sed non solùm in hoc ita agunt, verùm etiam in labore & otio, & aliis similibus, quæ non opus est omnia recensere.

Natura est æquabilis.

Nimium ône venenum.

Immoderatum ône vel est nimium vel minimum.

Æquilibrium in homine seruãdũ.

Monachorum ieiunia noxia

Medicum igitur decet hæc omnia dispertiri & disponere,& in iusta bilance collocare,ne natura ex altera parte nimium, ex altera minimum habeat.

Similitet de omnibus rebus intelligendum est, vbicunque inæqualitas reperitur: de medicina præcipuè,de qua Hippocrates hîc loquitur, vbi medicus inæqualitatem pro maximo detrimento naturę accipere debet,eámque æquiparare,ne natura impediatur.

Aphorismus quintus.

Spontaneæ lassitudines morbos denunciant.

Labor morbos occultos signis suis prodit.

HOc in loco Hippocratis sententia est, laborem hominis manifestare eius morbos qua-

qualescunq; illi sint. Vocabulum enim (Spontaneæ) non adeò respiciendum est: causa enim & fundamentum hoc est. Quando in homine obortus est morbus aliquis siue bonus siue malus, non melius illum percipere potest, quã si laboret. Morbus enim tunc signum aliquod dat sui, quod signum medico attendendum est, qui huius rei peritus esse debet, vt sciat, quis morbus adsit. Iste autẽ aphorismus tantũ propter eos morbos positus est, qui seipsos non produnt aliter, quàm inquietudine & labore, per quæ ad signa danda coguntur. Exempli gratiã; Laborat aliquis calculo, arenã, bolo, &c. non autem sentit hunc morbum, nihil tale de se sperans. Si autem nimio itinere defatigetur, aut nimium se incuruet, aut alio modo corpus commoueat, ita vt bolus, calculus, arena, &c. in illa commotione loco moueatur & volu natur, &c. tunc se produnt signa calculi, dolor dorsi, crurum, lumborum, coxarum mordicationes, &c. ex his signis medicus colliget quid signi ficent. Nec solùm de labore corporis externo hæc intelligenda sunt, sed etiam de labore interno, naturæ scilicet laborantis in seipsa, quæ & ipsa sua signa prodit per labores spontaneos. Exempli gratiã: comedit & bibit aliquis, hæc natura concoquere cogitur, in quo labore etiam signa se offerunt, ex quibus medicus agnoscere potest, quid naturæ desit aut obsit. Exempli gratia, in digestione, quæ labor naturæ est, contingit alicui compressio circa stomachum, illa compressio signum est morbi. Item orexis aliquem inuadit, & hoc signũ est morbi: item vomitus & tormina, &c. hæc omnia signa sunt latentis alicuius morbi. Hæc omnia medicum animaduertere decet, vt si quis veniat, dicens, quamprimùm comedo, tunc ita & ita afficior: alius dicit, quamprimùm lac & caseum edo, hoc vel illo loco dolorem sentio, &c. alius, quamprimùm vxori meæ iungor, tunc vertigo me inuadit, &c. Ex his medice iudica quid ista signa significent. Si igitur rerum peritus es, & signa vnde veniant agnoscis, tunc quid tibi respondendum sit, scies, & quales morbos curare debeas. Medicum igitur obseruare decet labores hominis, non solùm eos, quos homo sponte exercet, sed etiam eos, quos homo sponte exercet, sed etiam eos, quos natura habet, vt dictum est. Ita enim debet medicus suam scientiam, suam artem & experientiam demonstrare, & ex signis vlteriores causas inuestigare. In hoc igitur aphorismo Hippocratem ita intelligite, eum scilicet de aliis longè rebus loqui, quã *Humores Galeni* docent, qui in explicatione irrisione dignus est, quòd simul is sapore & odore careat.

Calculus solo dolore proditur.

Dolores morbos adesse indicãt.

Signa morborum ex impeditis actionibus naturæ.

Gal. taxatur.

Aphorismus sextus.

Qui in parte aliqua corporis dolent, & dolorem ferè non sentiunt, iis mens ægrotat.

HOc in loco Hippocratis sententia est, corpus nullo morbo laborare, qui non sentiatur & dolores pariat. Si quis autem morbus absque dolore sit, vitium in mente esse positum, hoc est, eum morbum non esse corporalem, sed spiritualem.

Finis fragmenti secundæ sectionis. Nam reliqua desiderantur.

THEOPHR. PARACELSI GERMANI EXPLICATIONES in quartam sectionem, fragmentum, postremos nouem aphorismos complectens.

SECTIO QVARTA.

Aphorismus LXXV.

Si quis sanguinem aut pus meiat, renum aut vesicæ exulcerationem significat.

SI in vesica exulceratio fiat, aut in renibus, ea est illorum natura, vt se expurgent per vrinam. Vrina enim his in locis colligitur & exit, ita illa materia, quæ exulcerationes facit, in vrinam transit, & quantum vrinæ mixtum est, tantum cum vrina quoque exit, & sic in vrina conspicitur, an vlceratio adsit vel non. Dicit autem Hippocrates, vel pus, vel sanguinẽ exiturũ: causa huius rei est, quòd sanguis origo est omnis exulcerationis propter sal corrosiuum, quod in ipso residet. Quando itaque vrina ad loca dicta peruenerit, ipsa quoque acris fit & aperit, perindè ac si quis foris vlcus aliquantò asperiùs tangat, tunc incipit sanguinem emittere. Similiter etiam de renibus intelligendum. Nam ex vesica nihil cruoris manat, imò tantùm pus: illud est signum exulcerationis vesicæ, cruor autem renum exulcerationem denotat. Quælibet enim exulceratio renum, facilè cruentatur, præsertim si aliquantum arenæ calculosæ admixtum sit, & illam vlcerationem pertranseat, tunc vlcus mordicando aperit, & sanguinolentum efficit. Sunt itaque hæc duo signa certissima vlcerationum, alterum quidem in vesica alterum in renibus.

Vrina index vitiorum renum

Sanguis exulcerationis causa propter Sal.

Vlcera vesicæ per pus, renum per cruorem in vrina denotãtur.

Aphorismus LXXVI.

Si cum vrina crassè exeunte, paruæ caruncula, ac veluti pili profluant, illa à renibus excernuntur.

QVando renes lacinioſi vel plumoſi fiunt, ſicut foris quoque fieri poteſt, vt ſcilicet vlcera naſcãtur, quæ in forma pilorũ, aut ſicut ſciſſuræ fibroſæ carnium abſumuntur, ſicut ſolent vlcera plumoſa: quando, inquam, renes eiuſmodi vlceribus obnoxij ſunt, atque ita corraduntur, ea omnia in vrinam tranſeunt, ſæpè in tanta quantitate, vt meatus obſtruantur, & vrina impediatur, atque ita in vrina poſt exitum conſpiciuntur. Si igitur tales laciniæ in vrina reperiantur, certiſſimum ſignum eſt, in viis vrinariis vlcus plumoſum delitescere. Et quanquàm Hippocrates tantùm de renibus dicat, attamen id etiam in veſica contingit. Hoc certum eſt, quòd aliud vlcus lateat in illis locis, per quæ vrina tranſit. Certò autem de loco definiri nequit, niſi per putrefactionem vrinæ, diſcrimen renum & aliorum reperiatur.

Filamẽta vrinæ quid indicent.

Vlcerum plumoſorum in viis vrinariis ſigna.

Aphorismus LXXVII.

Qui cum vrinâ crassâ furfuroſa quadam excreuerunt, eorum veſica ſcabioſa eſt.

INtra corpus quoq; ſimilis furfurib. vel tineę morbus gignitur. Vbi n. ſquamæ vel tineæ naſ-

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 804 sur 913

nascuntur, ibidem etiam pinguedo quædam est quæ adhæret, vt vnguentum. Hæc enim est natura tinearum vel saphatorum, vt cum quadam vnctuositate oriantur & maneant. Quando itaque intra corpus quoque furfures nascuntur, vrina illos abluit, & sic vnctuosum illud secum effert, nec non interdum furfures, hinc in vrina pinguedo quædam vnctuosa conspicitur, ita vt tota vrina sit pinguis & crassa, mixtis squamis magnis & paruis, quę furfurum formam habent. Squammæ enim talem naturam habent, & talem originem, vt furfures.

Furfures in vrina quid notent.

Aphorismus LXXIIX.

Si qui sponte sanguinem meiunt, iis venulam in renibus ruptam esse significat.

Sanguinis mictio vnde & quid significet.

VEnæ, quæ intra corpus sunt, sæpè ab ipsa natura crassiores sunt, quàm esse debeant; sæpè etiam subtiliores. Quin etiam vnus crassior est altero, vnus subtilior altero. Quando itaque sanguis in venis bullit & furit, & venæ nimis subtiles sunt, tunc venas rumpit. Similiter etiam in renibus fit, & quotiescunque in viis vrinariis vena rumpitur, toties etiam sanguis profluit, interdum sine vrina, interdum cum vrina, fieri enim potest, vt sponte sua sanguis expellatur.

Aphorismus LXXIX.

Quibus in vrina sabulosa quædam subsident, eorum vesica calculosa est.

TArtarus qui in aqua & aliis potibus, etiam in cibo est, quando coagulatur pro sua forma finali, tunc qualis est, talis etiam per vrinam exit, quantùm quidem natura expellere potest, in illa expulsione materiæ arenosæ excernuntur. Quando igitur illæ in vrina inueniuntur, signum est, hominem illum obnoxium esse calculo & arenæ.

Quod autem eiusmodi arenæ si rubræ sint, rubrum calculum, si purpureæ purpureum denotent, in causa sunt renes, qui soli tales colores ei impertiuntur. Per se enim nullus calculus vel ruber vel albus est, sed in vesica tartarus suum colorẽ retinet, quem ab ipsâ naturâ habet.

Aphorismus LXXX.

Si quis sanguinem mingat & grumos, & vrina stillicidio laboret, dolórque incidat in hypogastrium & perinæum, tunc loca circa vesicam laborant.

QVando vesica ex suo statu deturbata est, & ad destructionem tendit, tunc signa sua, & sui agnitionem medico dat ex vrina, videlicet si per vrinam sanguinem emittat, idque guttatim, & cum grumis, &c. Causa enim est, quòd vesicâ laboret quasi erysipelate, scilicet cum inflatione venarum & inflammatione, ita vt vesica intus intumescat & exulceretur. Ex his accidentibus vrina aliam naturam assumit. Et cùm vesica in virtute expulsiua sit infirma, vrina guttatim emanat. Atque vbi eiusmodi inflatio est, loca superiùs circa pudenda dolore afficiuntur, quasi vomica ibi lateret aut bubo. Ista signa sunt morbi cuiusdam erysipelatici, qui & sicut erysipelas curandus est.

Erysipelas vesicę

Aphorismus LXXXI.

Si quis sanguinem aut pus mingat, aut squamulas, & odor grauis adsit, tunc vesica exulceratio significatur.

ESt & alia quædam affectio, quando vlcera causa oriuntur ex putrefactione ipsorum vlcerum. Non enim omnia putrescunt, quando autem putrescunt, signum est, alia quoque cum vesica putrescere: Quando itaque vrina pertransit, tunc in vesica fœtorem illum haurit, qui postea cum vrina exit, ideò in vrina signa hæc sunt. Hinc sequitur, quando vrina fœtet, tunc aliquid in homine putrescit. Quòd si concurrant hæc signa, sanguis, pus vel squamæ, tunc putredo est in vesica. Sin minùs, in aliis locis erit, scilicet in matrice fœminis: viris verò in simili regione.

Vlcera putridorum in viis vrinarijs signa.

Fœtor vrinæ putredinis index.

Aphorismus LXXXII.

Si tuberculum in meatu vrinario ortum suppuretur & rumpatur, solutio sequetur.

Deest.

Aphorismus LXXXIII. & vltimus quartæ sectionis.

Si quis noctu plurimum mingat, pauca excrementa significat.

QVando natura cibum acccepit, tunc eum ita segregat, vt vrinam mittat ad hepar, vnà cum suo nutrimento, stercus verò cum sui similibus ad aluum tendat. Sæpiùs autem natura in digestione nimium humiditatis adimit stercori, éamque vrinæ attribuit: hinc sequitur stercoris siccitas. Humiditas enim eius, quam habere debebat, per vrinam excernitur. Hinc est quòd multum vrinæ & parum stercoris expellatur, idque noctu præsertim, hac de causa, quando natura quiescit, tunc vrina in vesicam vehementiùs stillat, quàm si non dormiret. Dum enim vigilatur, cogitationes, negotia, labor & anxietas multas operationes impediunt, & sic sedes & vrinam remorantur, vt non ita facilè ad exitum promoueantur sicut noctù fit. Econtrà nimis humida stercora significant parum vrinæ. Vrinæ enim tam detrahitur id, quod suum est à stercore, quàm stercori, ab vrina fit.

Stercora cur ficciora fiant.

Alia explicatio primi Aphorismi Hippocratis, ex Autographo Paracelsi.

Vita breuis.

DEclarat hoc loco Hippocrates mortalitatem Physici corporis. Et hanc non immeritò loco primo ponit. Tractationis enim ipsius omnis, hic vnus finis est. Meritò ergo in principio describit annos naturæ. Huc autem admonitioni nobis sit, vt eò festinantiùs in artibus & negotiationibus progrediamur atque ad finem contendamus, non longas ambages sectando, verùm rectà ad metam properando. Hìc etiam alludit ad frustrà susceptum laborem, quo aut sanitas, aut longæuitas, aut immortalitas quæritur. Ex quo liquet, ipsum naturæ Mysteriorum, ac Arcanorum, aliorúmque Magnalium penitus ignarum fuisse, adeòque caducæ saltem breuisque vitæ tutorem & conseruatorem extitisse. Adeóque constat, de termino mortis ipsum ita sensisse, quasi meta illa transiliri nequeat, sed omninò ferri debeat.

Hippocratis qualis fuerit?

Desipienter ergò illi agunt, qui putant, ex institutione Hippocratica terminum mortis se producere posse, cùm hæc ipsius sententia nunquam

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 805 sur 913

quã fuerit: sed seipsum simul ac suam medicinã constitutæ à naturâ horæ omninò subiecerit.

Ars longa.

HOmines nos quidem ab Adami sæculis ad hanc vsque horam, adeóque ad extremum vsque hominem discimus, nec tamen ad artium inceptarum metam pertendimus. Si eas proponamus vniuersaliter, Annus Platonis ipsas non finiet. Si particulariter, Mensis Archelai non terminat. Meritò ergò considerandum est, artem tam longam ad vitam tam breuem non facere. Ideò meritò omittendæ videntur. Præterea dum artes inquirimus, vnam hîc, aliam alibi, bis morimur priùs, quàm ad basin ac scientiam dimidiam pertingamus.

Annus Platonis. Mensis Archelai

Tempus acutum.

TEmpus seriò & potenter, cùm arti tùm vitæ dominatur, ac medicinæ operationé infringit, & intercipit artis finem, proprietatem, elementum, essentiam, formam, & quicquid huius est. Quòd si ergo tempus infringit artem: ipsum omnino cognoscendum est, nec tantopere confidendum pharmacopoliis officinis, libris, herbis &c. Hæc enim omnia subiiciuntur suo domino, tempori, quod nobis dormientibus imperat. Adde, quod tempus subindè morbos nouos producat, hodie tales, cras alios, mutatis cùm ægris, tùm ipsis ægrorum Medicinis.

Tempus medicinæ dominatur.

Experimentum fallax.

EXperientiam aliquam habemus, sed eam non integram. Simplicium quidem aliquot naturas nouimus, quæ frigida &c. existant. Ignoramus autem tempus ipsum facere, vt quandoque calida sint. Scimus, quòd eadem vno die operentur: altero non operentur; hodie iuuent, cras noceant: vbi desperamus, ibi cõmodant: vbi speramus ibi nos deserunt. Hodie certa, cras incerta existunt. Nec enim illa in nostrâ potestate sunt. Quod autem in potestate nostrâ non est, id est fallax.

Iudicium verò difficile.

IVdicamus, quod non videmus, & quod opinamur. Opinamur autem quod ignoramus. Hoc autem dum iudicamus, hallucinamur. Quid enim interiora nobis imaginamur, quasi foris consistãt? & quod nõ videmus quasi oculis nostris expositum esset? Nominamus, quæ non nouimus. Arguimus, quæ testari non possumus. In naturâ enim quæ secreta sunt, homini non manifestantur. Itaque iudicium nostrum fallax est. In aperto vulnere iudicium facere non possumus. Oculi enim nostri corpus tantùm vident, non itidem & spiritum, in quo fundamentum positum est.

Oportet autem non solum, &c.

APhorismus iste aliud non tradit, quàm decere, vt simul ægrotus, & ministri, ac Medicus officium suum faciant, ac ægro sua iusta fiant. His iam iterum obediens esse ægrotus debet. Ministris autem natura ægroti cognita esse debet, vt sciant, quæ is requirat, quæ ipsi offerri debeant, quæ minùs. Talem etiam decet esse Medicum, qui sciat, non opinetur. His tribus rectè sese habentibus, felix hora sperari potest, &c.

Finis Commentariorum Paracelsi in Aphorismos Hippocr.

TRACTATVS.

DE PHLEBOTOMIA ET SCARIFICATIONE, THEOPH. HOHENHEIMII, Vtriusque Medicinæ Doctoris.

IN quo explicantur abusus, & errores, hactenus in his admissi, quos postea secuti sunt membrorum dissolutio, resolutio, contractura, & mors, quæ quî vitari & emendari queant, his expediuntur.

Similiter etiam absurditas detegitur Ephemeridum, quibus Phlebotomia decernitur præter naturam ac cursum cœli: vbi etiam traditur vera explicatio, quo pacto signa verè ac genuinè obseruari debeant, additâ enumeratione, quinam præcipuè morbi per phlebotomiam curentur, quod suis figuris explicatur.

Tandem etiam de modo purgationis traditur, quî scilicet circa eam cùm Medicus tùm ægrotus se gerere debeant.

DE PHLEBOTOMIA.

TRACTATVS QVINQVE LIBRI I.

D. THEOPHRAST. DE ABVSV, PHLEBOTOMIAE: CVM EXPLICATIONE VERI vsus secundum indicationem cursus cœlestis,

Lectori S.

QVANQVAM *arrogantia & fastus spuriorũ Medicorum (qui de me vbiuis triumphos sibi decernunt) ad abusum hunc describendum me non leuiter compulerit: scriptionis tamen huius causa potior fuit ipsa ægrorum ratio, de quibus hoc argumentum præcipuè desumpsi, vt errores indicarẽ Medicorum Ephimeridalium, qui nihil nisi pingere possunt. Quod fundamentum licet ipsi non admodum intellecturi sint: attamẽ qui sapiunt & periti sunt, vtilitatem eius haud tardè percipient, vbi iuxta ipsi monitor sum, vt deinceps pleniorem Astrorum cognitionem sibi comparent, ne tripedes tantùm Medici habeantur. Malè enim & incommodè incedit, quod tribus pedibus incedit. Vobis autem ægrotis hortator sum, vt deinceps hæc mea scripta plùs consulatis, quàm tales Medicos. Isti enim vetuli canes cũ loro nõ facilè assuescant, tu interea valetudinis tuæ iacturã facere facilè possis. Adeóque ex his iudica, quã temerè sibi illi ta multa præsũpserint & præiudicarint, nõ ex vera & solida scientia, sed ex pura*

Canis veculus loro non assuescit.

ra puta opinione. Conueniret autem Medicum non minùs ab intellectu ſuo torqueri, quàm maceratur à morbo æger, ita fieret quidem, vt opinationibus miſis, diſcendæ arti anheloſiùs multò vacarent. Interim eò rem ipſi perduxerunt, vt, quicquid dicant, id pro Elementari Euangelio omninò accipiendum eſſe arbitrentur. Quam ſolida verò ac magna iſtorum hominum ſcientia ac cognitio ſit, id vobis vniuerſis iudicandum relinquo. Si pro mercede alicubi tres denarios acceperunt: iis ad vſuram elocatis integras domos breui ſpacio lucrantur. In ſua autem arte quilibet ita indies proficere debet, vt illa ſubindè ſibi magis magiſque honore ſit. Operam ergo dabis, benigne Lector, vt veram viam in cognocenda arte ingrediaris, & peritis fidem addicas, cùm de phlebotomia tam craſſi paſſim errores gliſcant & propagentur. Phlebotomiam enim nonnulli cenſent ac æſtimant pro cura perfectorum morborum, alij pro eorundem mitigatione ipſam habent: quidam eam propter conſuetudinẽ vtilem eſſe pronuntiant: nonnulli vtilitatẽ eius ſecundum quatuor anni partes mẽtiuntur: multi vitæ incolumitatẽ & diuturnitatem per eam quærunt. Adeóque huiuſmodi de phlebotomia opiniones variæ ſunt, conſilio certo ac ratione ſolida omnes quidem deſtitutæ.

Opiniones variæ de phlebotomia.

Sicut ergo ſine vero fundamento nihil quiquam certo ſciri ac comprehendi, nec etiam ſalutare conſilium vllum promi poteſt: ita hic quoque ſciri debet ipſarum Venarum origo & diſtributio, *& eductí ſanguinis natura ſeu conditio, & denique ipſa morborum adhæſio. Ex quibus inter ſe comparatis ſciri ac intelligi poteſt, quo caſu phlebotomia vel commoda vel damnoſa ſit.*

Cõſideranda in phlebotomia.

TRACTATVS. I.

Moris mali notatio.

CVm veterum Medicorum Ephemerides, quoad venæ ſecandæ tempus, inani omni doctrinâ conſperſæ ſint: eas ante omnia reprehendi & reiici opus eſt. Ex ſuſpenſis enim linteis aut expoſitis imagunculis phlebotomicis hominum pars ferè plurima ad ſecandam venam allicitur. Qui error, vt probiùs cognoſcatur, principiò quidem contra Ephemeridum auctores ſcire debetis, quòd in ſignis Arietis, Cancri, Libræ, Sagittarii, Aquarii, & Piſcium, &c. venam ſecari noxium quidem non ſit. Quia verò ſigna ea damnoſa non ſunt, ideò perſuaſum ipſis eſt, venam vtiliter pertundi, ac modum ita conſtituunt, vt faciant Phlebotomiam Mediam (ita vocant) ac deinde Plenam, cum tamen primæ nequidem gry mentionem faciant. Putant ergo eam ideò neceſſariò vtilem exiſtere, quia damnoſa non eſt. Interim tamen aliud non obtinetur, quàm quòd definitis ſaltem illis membris phlebotomia damnoſa non ſit. Ex hoc quî quæſo inferre poſſint, eam ob id abſolutè commodam exiſtere? Cùm tamen phlebotomiæ tempeſtiuitas ſeu vtilitas Medico, non cœlo imputetur? Nec adeò promptè id largimur, rem illicò bonam ac ſalutarem fore, quæ noxia & damnoſa non exiſtat. Ex his iam intelligi is error poteſt, quòd non bonum pro bono venditent, magnâ iacturâ & detrimento eorum, qui hoc more ducti phlebotomiâ vtuntur. Vbi hoc etiam iuxta intelligere debetis, quòd phlebotomiæ tempus ab exigentiâ & neceſſitate corporis petẽdum & decernendum ſit, non attento ſtatu exteriorũ. Interior enim natura exteriorem expugnat.

Phleb. tempus vnde iudicandũ.

Communi more fit, vt ſecundum 12. ſigna ipſum corpus etiam in 12. partes diſtribuatur. Hanc autem attentionem, vitationem eſſe membri illius, vanum omnino ac ridiculum eſt. Sic nec aſſpectus ipſi Lunæ vel recentis, vel plenæ quicquam attendi debent. Tranſeunt enim hæc omnia ſine errrore iudicij in phlebotomando, hoc modo: ſi nimirum in ſigno aduerſo, aſſpectu malo exiſtente, & Lunâ vel nouâ vel plenâ ſe exhibente, ex inſtitutâ phlebotomiâ damni quid oboriatur, id ab imperitia omnino euenit Medici, qui intempeſtiuam phlebotomiam ſuaſit. Nec enim vel cœlum, vel firmamentum, vel aſpectus, vel plenilunium ac nouilunium illud malum inflixerunt, ſed mala ac inconueniens morbi tractatio. Quòd ſi autem aduerſarii dicant, eiuſmodi damnum minimè ſequi, ſi in ſignis bonis phlebotomia inſtituatur: adeóque per hoc momentum ſuam opinionem ſtabiliri arbitrentur, quaſi Aſtrorum recta ac vera diſtributio facta ſit, ac ob id ſententia mea euicta iaceat: his reſpondeo, ſigna ea ipſorum ſtultitiam non minùs prodere, quàm prædicta, nec tamen adeò celeriter, ſed in tempore diuturniore.

Corporis ad 12. ſigna diſtributio mala.

Aſpectus in phleb. non attẽdendi.

Iuxta etiam hoc intelligite: ſi in bonis ſignis mali nihil accidit: idem etiam in plenilunio fiet. Si in plenilunio damnum ſit, fiet idem etiam in ſignis bonis. Morbus enim corporis hîc potior eſt cœlo. Morbus ſpectandus eſt, non cœlum, nec pro cœli conditione ille iudicandus ac tractandus eſt.

Morbus non cœlum in phleb. ſpectandus.

Sed pro argumenti huius concluſione vnum adhuc adducam. Signum bonum deligite vobis, & ſub illo ipſo quinquaginta hominibus ſimul venam ſecate: ibi comperietis, quinquaginta etiam varietates incidere. Hæc autem diuerſitas non ex ipſis ſignis eſt, ſed ex morbo hominum. Quæ quidem cum vos aſſequi non poſſitis, ecquæ tandem erunt alia, quæ vos intelligere poſſe putem? Vbi etiam hoc inculcandum vobis videtur. Nam ſi quandoque ſub electis ſignis venam ſecando, brachiorum contracturæ, tumores & inflationes inuehantur; id certè cœlo imputari minimè debet, ſed voſmet ipſi chirurgum accuſatis, quòd aut venam vniuerſam pertuderit, aut ſcalpellum infectum admouerit. Quem tamen ego palàm excuſo, aióque vos, vos inquam, malè conſuluiſſe, ac ex conſilio malo id mali emerſiſſe. Quòd ſi in nouilunio idem euenisſet, tunc culpam illam imputaſſetis cœlo ac Aſtronomiæ. Eadem perſæpè etiam nonnullorum vulnerum ratio eſt, quæ parua & leuia, & nec cordi nec cerebro vicina ſunt, quæ nullo pacto lethalia videntur, & tamen celeriter ac citò morté inferunt. Iam hæc calua excuſatio Medici ſit, ſi dicat, ægrum in malo ſigno percuſſum & vulneratum eſſe. Nam etſi præter hunc, alii etiam

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 807 sur 913

Vulnus cui leuissimũ interdũ mortem inferat?

iam viginti eodem puncto modoque vulnerarentur, vulnus tamen id nulli præter hunc vnum lethale foret. Cuius rei hæc causa est, quòd non cœlum, sed in isto membro iacens lethalis morbus, qui in aliis vulneratis ibidem non iacuit, feritus & attractus sit. Hæc nimirum periculi istius genuina causa est, non cœlum. Quod ipsum similiter etiam de reliquis intelligi debet, quæ cœlo imputari solent ex mera Astronomicæ cognitionis vacuitate, & imperitiâ Medicinæ. Ex hoc enim vestro iudicio patet, quàm nullam aut in Medicina, aut Astronomiâ, aut ipsa Physicâ scientiam teneatis. Error enim vestri iudicii incertitudinem prodit, dùm nimirum perperam signis imputatis, quod corporis morbo adscribi debebat.

Ob oculos quæso vobis proponite aciem quandam seu pugnam, in qua 20000. viri telis & glandibus verberentur, vulnerentur, fodiantur, aut alio modo lædantur. In cura horum nemo cœlum considerat: sed punctionem tantùm ac vulnus, quale id per se est. Quotus horum quis est, qui in eiusdem signi locis vulnerantur, quibus tamen res abit in bonum? Quotus vicissim quisque in eo loco scauciatus est, in quo signum non dominatur: quæ tamen vulnera, etsi leuia & contemptibilia, in damnũ maximum terminantur? Huiusmodi ergo euentus, non signis aut cœlo sed corpori, ipsiusque proprietatibus, morbisq; siue manifestis, siue occultis imputãdus est. Ad corpus conuerti cura debet, non ad cœlum dirigi. Interim tamen excusatio illa est imperiti Medici. Qui si tanto studio arti Medicinæ incumberet, quantò excusationi ineptæ vacat: euentum curæ multò sanè feliciorem experiretur, quàm aliàs fit. De istiusmodi autem periculosis morbis seu vulneribus frequenter incidentibus, velut etiam de phlebotomiis tale exemplum aduertite.

Si Maniæ *in* cerebro latentis cum paroxysmo locus aut vulnere aut phlebotomiâ læditur, id lethale fit. Sic & de alliis iudicandum est. Itaque cœlum minimè accusari debet. De hâc re ergo, vt dictum est, meritò tractationem suscipio. Nec enim doctrina hæc sufficienter in Ephemeridibus explicata est: cum minimè secundum signa agendum, sed ad morbum ipsum attendendum sit.

Sanguinis iudicium in quibus cõsistat?

Ex primo autem iam dicto errore sequitur ac dimanat etiam alter. Phlebotomiâ enim factâ, Medici illi ad contemplationem ac diiudicationem sanguinis se accingunt: ac sibi proponunt cùm colorem, tùm substantiam, tùm aquositatem. Vnde plurima & diuersa iudicia proferunt, quæ tamen nullâ certâ cognitione ac comprehensione stabiliuntur. Primò enim, quod in sanguine videtis, nihil est aliud quàm coagulatio salis, & plenitudo extranea. Ex his quid prognosticabitis? Sal enim dubitanter rem ostendit, nec quicquam definitè prodit. Plenitudo autem incidens, hoc est, quæ ex corpore in venas sudat, quid aliud vobis, quàm hospitem peregrinum in sanguine exhibeat? Qui cùm in sanguine iaceat, an vos illum ob id in sanguine quæretis? Nequaquam. Imo quærite ipsum, vbi subsistit, extra venas, & facite, vt venas ampliùs non transeat: ita nimirum sanguis purus erit. Vos interim ingentia iudicia ex illis profertis, ac modis multis sanguinem accusatis, quasi quorundam morborum causa sint illa, quæ in sanguine non nisi vt hospites continentur. De sanguine considerandæ varia sunt: nempe, an morbus in eo lateat, vel minùs: deindè an sanguis rectè iudicetur. Multoties vos sanguinem insalubrem pronuntiatis ideò, quia citò subsidet; quod tamen ad arguendam ægritudinis causam nihil facit. Præterea, si sanguis non tingat, aut si siccior aquosiorue exeat, morbosum id vobis visum est, cùm tamen eiusdem hominis ea sanitas sit, nec in ipso aliter fieri possit. Imò si aliter fieret, certa morbosæ constitutionis ea causa foret, ac indicium. Eodem modo sanguinem quoque è vestigio examinatis, & perfectam omnium morborum cognitionem hauriri posse putatis; cùm tamen sanguis iste, quem inspicitis, ex doloris loco non sit, sed eius loci pollutionem ac affectum vel omnino non, vel certè leuissimè exhibeat, & tamen in origine venarum totius morbi causa totaliter consistat. Sic namque persæpè obseruatis, quòd in peste sanguis venæ istius, in quâ illa latet, purus & integer sit, nec ex eo quicquam cognosci aut iudicari omninò possit. In ea ergo quid quæso venæsectio iuuerit, cùm lues in origine venarum condita lateat, nec de loco cedat, sed fixa ac constans inhæreat ac permaneat.

Sanguis citò subsidens quid significet.

In peste sanguis sæpe purissimus?

Quæ hoc fine dico, ne in iudicio sanguinis temerè aberretis: cùm videatis, vos summam instituti vestri assequi minimè posse. Quicquid autem impetratis, id merum est somnium, & fine caret. Quanquàm hoc quoque constet, quòd conditio ac natura sanguinis varia & mirabilis sit. Si arborem vobis proponatis, videbitis, fructus ipsius vniuersos in ramorum extremitatibus hærere. Eadem & sanguinis ratio est, si per se ac solitarius is sit in sua operatione, vt esse debet: hoc est: si sanguis per & in se sanus existat, & secum flores tum fructus profert, ab initio vsque ad finem, & suæ naturæ indicia exhibet. Sanguinis autem fructum eodem modo erũpere cupere, vt solet fructus in pyro: id à vero abest. Ipsa enim natura illum protrudit, qui disparet, & decidit nobis minimè scientibus. Magnum ergo asylum hoc loco in sanguine ponere minimè potestis. Quicquid enim colligitis, id tantùm est reiectaneum, nec quicquam maculatum. Quanquam, sicut extremitas ramorum arborem indicat, vt vocetur, ita etiam sanguis, si sanus est, indicat, quî nominetur. Si autem sanguis æger sit, ramos non habetis, ex quibus conditionẽ sanguinis æstimare queatis. Velut enim ex ramo arboris morbum dignoscere minimè potestis: sic multò minùs huius venæ morbum diiudicare scitis. De quibus tamen prolixiùs commẽtamur in libro de morbis ex sanguine ortis. Ex his iam enumeratis erroribus sequitur, malè consuli hominibus. Vnde mali quoque consilii damna & pericula expectanda sunt: ex quorum numero est contractura membrorum, sicut persæpè videtis, quod brachii vel alterius membri resolutio, aut spasmus à plagulâ tam exili oriatur, concomitantibus aliis etiam accidentibus

Sanguis & arboris vna ratio.

Sang. sani talia ratio quâ ægri quoad iudiciũ.

Ex phleb. contractura.

accidentibus plurimis lethalibus: quæ omnia facili negotio euitari possent, si causa vera ac genuina intelligeretur.

Phlebot. an cura perfecta sit an mitigatio.

Porrò hîc sciendum etiam est, an Phlebotomia debeat esse perfecta curatio morbi, vel minùs, an verò tantùm mitigatio quædam & protractio. Si eam oportet esse curam: accuratè vos scire decet, quo pacto radicem, quæ morbus existit, in extremos apices ramorum, manuum scilicet pedúmque educere queatis. Hoc enim si nesciatis, quis phlebotomiæ vestræ vsus sit? Si autem mitigatio erit, iam iterum scietis facere, vt mitigatio ea durabilis sit. Nisi enim duret? quid quæso tibi commodare possit? Hoc est, si per phlebotomiam mitigasti, sanguinem ita dispone, ne retrò relabatur. Et nisi hæc duo in curâ & mitigatione obserues præstéque, de Phlebotomandi peritiâ nihil quicquam gloriari potes, sed periclitando, in bonum euentum venam pertudisti. Periculosæ autem illæ omninò Phlebotomiæ sunt, in quibus sola incisio pro arte habetur. Si autem protractionis ergo venam incidis, tùm successum fortunæ mandas, artis dubius. Vnde bonum consilium nullum emergere potest.

Sedulò ergo hîc cogitandum est, quòd per detentionem hanc & inconstantem mitigationem homines plurimi, tàm viri quàm fœminæ hactenus seducti sint. Qui cùm mitigationis leuissimum quid sensissent: morem hunc continenter seruare perrexerunt. Nec autem quoque tamen ipsis indicatum fuit, an morbus verè in sanguine sit, aut saltem vt hospes inhabitet. Tum nec ars ea adhibita fuit, vt, si in sanguine sit, is ab origine ad ramos educeretur, aut mitigatio ad constantiam perduceretur. Prætereà, si instar hospitis irrepsisset, non curârunt, vt extra venas propelleretur ac educeretur: sed vniuersis vobis regulam vnam præfixerunt, vt, si punctio in lateribus, & pectoris angustia sentiatur, malum necessariò in pulmonibus hæreat, & vena pulmonica secetur. Quòd si dolor in regionibus hepatis sentiatur, tunc vena hepatica vim curationis maximam præstet & compleat. Vbi simul non consideratur, quid hospes agat in illo loco, vt morbus scilicet exteriùs tollatur, ne interiorum curâ opus sit. Vnde etiam sequuntur mitigationes à sanguinis minutione profectæ, vt morbus adeò sæuus non affligat. Incrementum tamen & recidiua sic interim nondum adempta est.

Sanguinis resistantis in Phleg. quæ causa?

Præterea, si ex venâ sauciatâ sanguis non emanat, quâ ex causa id fiat, minimè compertum habent, nisi hoc vnum dicant, quòd sanguis aut nimis crassus, aut plaga nimis parua sit: quorum tamen nullum pro causâ genuinâ admitti debet. Vera autem causa est hæc, quòd non quauis hora effluere sanguini opportunum sit, cùm is minimè ventosus existat. Si enim vento careat: ad exitum is ineptus est. Causa secunda est, quòd in venarum istarum apertione sanguis retropellatur, ac viam suam intrò non foras convertat. In his ergo notitia singularis requiritur, ne quod impedimentum fiat. Insuper illi nec modum mensuramue extrahendi sanguinis nouerunt, nisi quantùm iudicio oculorum hauriunt: quod in mutatione sanguinis consistit, qui tamen cum intùs tum foris semper rubet. Quòd si primò niger is erumpat, ac deindè sequatur rubicundus, tunc ipsi plagam occludunt, persuasum habentes, nigro sanguine euacuato iam omnia in tuto loco esse, non cogitantes interim, quòd incisio facta sanguini colorem indiderit, nec is à naturâ propriâ talis sit. Nihil ergo mutationi sanguinis attribuendum est. Ea enim ab incisione inducitur. Et tamen se officii sui omnes numeros expleuisse illi somniant, si oculorum fide rem istam omnem decernant & definiant.

Adde, quòd iudicandi norma ea legitima minimè sit, dum naturam & proprietatem sanguinis censent. Vbi enim is constitit ac coagulatus est, illi primò sanguinis serum, post corpus seu substantiam ipsius, tandem vtriusque colorem contemplantur. Error autem de his ita se habet. Sanguis vniuersus qui euacuatur, seu extrahitur, illicò moritur. Ex mortuo quis de viuo iudicabit? Vos ipsi considerate hominem, qui sanus est, quis ac qualis per se sit. Is postea si ægrotet, quantùm ipsum à sano distare videbitis? Denique, si mortuus sit, mutationem tam euidentem is subiit, vt nemo, quis ille fuerit, rectè veréque iudicare possit. Idem etiam de sanguine censendum est. Is vbi primùm ex corpore extractus sit, mortuus est. Ex ipso ergo mortuo quis res adeò magni momenti iudicare queat? maximè cum idem etiam ante extractionem iam ægrotus fuerit? Aut quid tandem iuuet, si ipsius vel aquàm vel substantiam attentiùs speculeris: Nihil enim ex eo defuncto videre potes, quod in viuentis emolumentum machineris. Quòd si verò omnino de illis blaterare multa velis, eo ipso facto indicabis, te rei mortuæ naturam ac conditionem minimè pernouisse: atque ex ignorantiâ istâ nihil proferes aliud, quàm quod in ipsam Naturam impingat, contra quam temerè nihil constituendum aut loquendum est. Examen ergo sanguinis mortui aliud dictitare nihil potest, quàm conditionem ipsius iam præsentem. Eodem modo nec ex flore vel spumâ, &c. eius solidi quid de morbo iudicari potest. Sæpè enim spumam etiam mortuus homo emittit. Quid igitur hoc sit? Iudicium tuum de viuis ex viuis desumi oportet. Quantum autem horum discrimen sit, id ex hoc patet. Videtis mirum mille homines mori, quolibet seorsim priuatam suam putredinem habente, quæ etiam peculiaribus suis inditiis proditur. Similiter etiam sanguis, quàm primum extra corpus elabitur, putredinem subit, & spiritum vitæ amittit, in quo tamen fons iudicii latet, ex quo pronuntiationem suam haurire debet Medicus, non ex peluiculâ sanguine refertâ. Sicut enim mortuum quoduis corpus putrescere potest, ita quiuis etiam sanguis. Iam verò putredo oritur ex dissolutione, hoc est, à spiritu vitæ. Is si iam dissolutus est, quis integri aliquid in eo quæret? Iam autem genus quoddam putredinis subire potest, siquidem in aquâ albescit vt mucus, quod ex sua proprietate habet.

Sanguis extractus illico moritur.

Conna naturam nihil statuendū.

Putredo multiplex.

Mortuū quoduis putredini subiicet. Putrid vnde.

Extra aquam in colores mutatur varios, Hoc enim modo putredo incipit, nec ex ipsa quicquam, nisi fortuitum quid diuinari potest.

Videtis

Videtis nimirùm illum, qui in ignem abripitur, breui momento ex Elementali sua essentiâ in quid contrarium mutari. Eadem etiam ratio est sanguinis. Is quam primum aërem experitur, à natiua constitutione sua in extraneã desciscit naturam. Nec verò quia sanguis serum seu aquam emittit, aqua ob id in corpore existit: sed aqua & sanguis res vna sunt. Quòd autem alterum sanguis fiat, & alterum aqua, huius hæc causa est, quod corpus vnumquodlibet sibi congenitum sal habeat, sine quo corpus vigere nullum possit. Id sal secedit, quàm primùm naturalem suam essentiam mutat. Documentum huius sumite à ligno. Id ardet quidem, sed non ardet totum. Pars alia ignem admittit: altera pars illundem respuit. Et hoc est Sal, quem vos cinerem vocatis. Sicut verò lignum in suo corpore coagulatum & durum est: ita sanguis resolutus est ac humidus, quâ de causa sal ipsius aquescit, ac lignum ipsum cinerescit. Tu verò quid ex his iudicabis de non vnitis ac coniugatis corporibus? Hoc modo coniugatum nunquam iudicare poteris. Sed quod in aquâ fit, idem eodem etiam modo intelliges de illo, quod sanguis manet, quasi ratio ipsius alia non sit, quàm flammæ exigne. Indicium siquidem nullum vnquam sperare possit aut à colore, aut tenuitate, vel crassitie. Definita enim sua putredini natura est. Itaque hoc age, vt etiam non considerato sanguine, phlebotomiam rectè imperes. Inspectio siquidem emissi sanguinis te longè à vero seducet. Quamobrem verò minùs substantia diuisa, & secaturi visibiles colores in sanguine, quatenus is quidem cum spiritu vitæ coniungitur, consistunt: tantò minùs morborum in ipso dignotionem iudicare poteris. Tu verò, quod dicis, sanguinem putridum esse: id in pelui verum est non autem in homine.

Sine sale nihil vigei.

Mixti nullam iudicii.

Præmonstrati ergo errores magni momenti sunt, maximè si non cum ratione attendantur. Etsi enim opinionum istarum assertores pro tuendo suo ordine verborum multum impenderint: iidem tamen haudquaquam reiicere, sed omnino admittere mea scripta coguntur, adeòque vltrò citròque fateri compelluntur, quòd prægressa mea argumenta redargui & confutari modo nullo queant. Quòd verò sanguinem hunc colore suo hunc vel istum morbum indicare cum magnâ veritatis plausibilitate contendant: id quàm verum & exploratum sit, deinceps in libro de Erroneis pulsuum iudiciis planùs explicabitur.

Lib. de pulsibus.

Sed hæc hactenus de erroribus circa sanguinis missionem committi solitis, à nobis enumerata sufficiant. Quæ præterea ad phlebotomiam spectant, de iis in speciali venarum explicatione tradetur: vbi quæ cuiuslibet venę virtus ac conditio sit, ac quam tandem vel ad opem vel damnum inferendum occasionem habeat, ac si quę alia hîc desiderantur, dilucidiùs reuelabitur ac definietur.

TRACTATVS SECVNDVS.

Medic. reprehensio.

DE venæ secandæ ratione modóque me tradere ac docere, id æquum omnino ac fas est. Quæ enim vos ratione hactenus de phlebotomia constitueritis: id animaduersione omninò censendum dignum est. Qui enim scriptores de phlebotomia commentati sunt, hi tyrocinij ac disciplinæ annos nimis maturè egressi, intempestiuè ad magisterium sese receperunt. Itaque scripta eorum pro veris & confirmatis accipi minimè debent. Nec enim discipuli Regula ac Canon pro autentico habendus est. Hinc elicitur, communem Medicorum Facultatem ex ipsis tyrociniis ortam & enatam esse, ac in iisdem obstinatè etiam versari. Quòd autem huiusmodi proferenda mihi equidem assumam, id vitio mihi dandum minimè est. Nimis enim verè constat, quòd veterum doctrina solida & sufficiens minimè sit, sed omninò altior quædam cognitio in Philosophiâ, Medicinâ ac Astronomiâ requiratur. Itaque cùm Astronomiæ fundamentum nullum teneatis, nomen ac opera eiusdem frustrà vobis arrogatis, dum non nisi spuriorum more vndecunque ex Calendariis conquiritis, quæ in publicum proferri, probrosum admodum ac ignominiosum Medico est. Itaque cum artis ac scientiæ Astronomicæ planè vacui sitis: discere vobis indignum quæso ne putetis. Opera enim ac scripta vestra testantur, de vobis quid statuendum sit? Cúmq; videam multò plures à vobis deiici quàm erigi, ob imperitiam & artis ruditatem: ideò fas mihi esse arbitror, vos vt vellicem ac carpam, dum quod verbis gloriamini, ipso opere præstetis & confectum detis.

Doctrina veterum insuffi. ciens.

Principiò autem tenendum est, ad quid phlebotomia instituatur. Nec enim de hoc vnquam à vobis cogitatio suscepta est: sed meris opinationibus incumbentes indulsistis, quod ex scriptis vestris notoriè liquet. Id hoc modo cognoscite. Cœlum gubernandi corporis quartâ parte, hoc est sanguinis potestatem habet. Secundum hoc ergò, morbi vniuersi qui in sanguine obueniunt, ex sanguine non oriuntur: sed quâ ratione videtis, agrum fruges minimè proferre, si in ipsum non condatur semen: ita nec in sanguine morbus vllus generatur, si is priùs non seminetur. Seminator autem iste est cœlum. Huius itaq; seminatoris natura primò tenenda Medico est. Hanc cognitionem sequitur morbi essentia cura, & alia, exceptis iis, quæ de corruptionibus propriis conscripsi. Horum qui Medicus imperitus est, nec seminatorẽ istum nouit: is morborum illorum curator vocari minimè debet. Medici enim officium potissimùm in hoc consistit, non vt Ephemerides phlebotomicas conficere sciat, sed potiùs vt teneat, quidnam cœlum in vnâ quartâ hominis agat, hoc est in sanguine. Nec hoc vlli Medico credere absurdum sit, quod corpus in generatione morborum quadruplex existat, non simplex, vt ex Philosophia sua Sophistica illi argutari possint. De quo librum de Origine morborum sanguinis lege. Imperitus autem ac immaturus Medicus is est, qui quatuor corporis partium ignarus, fundamentum suum locat in speculationem, quæ ex quatuor complexionum phantasiâ constituitur.

Cœlum morborum seminator Medicũ quæ scire deceat.

Hominis partes 4.

Mira hæc vobis, sat scio, auditu obuenient. Compertũ enim mihi est, quòd phlebotomiã nullam ex certa scientia decernatis, adeoq; nõ

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 810 sur 913

vno sed multis modis erretis. De vobis autem quid tandem dicam, cùm solo nomine gaudeatis, ac in operibus meri tyrones sitis? Hoc nimirum instituto phlebotomiam sæpiùs imperatis, morbo stomachum occupante. Ex quo videre est, vos quærere instar illius, qui aliquid in ciuitate quadam amisit, quod is in ciuitate quidem alicubi iacere nouit, sed vbi iacear, ignarus hæret. Huic tali vos apprimè similes estis, magno & vestri & artis ipsius opprobrio. Quoties enim morbum inuestigatis in sanguine, qui tamen in intestinis &c. hæret? Hæc ergo subtilitas vestra mera est grossitas: quâ nihil referre putatis, vtrum fundamentum verum sectemini. Facile enim iudicatu est, quòd superbis ac imperitis pœnitentia reuocationis dura obueniat. Quos coërcere, est vetulos canes loris assuefacere. Retrò enim ipsorum consideratio pergit, non porrò.

Errantiũ quæ proprietas.

Innatum autem hoc vitium est vniuersis, qui errant, vt laudem, existimationémq; ac popularem applausum captent multò auidiùs, quàm veram gloriam ex debito officio quærant. Atque cum eò quidem hodiè deuentum sit, vt tyrones loca ea possideant, quæ vix Magistris conueniunt: ideò talem quoque Medicinam ipsorum esse oportet, quæ nomine se efferat interim mera nugacitas ac fabula existens.

Sed vt inceptam de phlebotomia doctrinam pertexamus, sciendum est, venæ sectionem omnem ita institui debere, vt cùm integra cura proponatur: non vt aliunde à medicinis auxilium petatur, sed tota cura ibi quæratur, nec ad curas alias diuertatur: idq; hac de causa, quòd quatuor in corpore partes existant, quæ quatuor genera morborum, ac ob id quatuor modos practicæ dent. Ex quibus hæc iam practica per se seorsim perfecta est, quæ circa solum sanguinem versatur. Et hanc practicam ipsum cœlum docet Medicum, non Philosophia aut speculatio alia. Hac de causa hîc equidem doceo, quî Medico circa sanguinem versanti, seminator in cœlo cum omnibus suis proprietatibus cognitus & exploratus esse debeat: cuius tamen notitiam apud vestrũm quẽquam nedum semel quidem deprehendi. Iam ergo cum cœlum ipsum doceat, quid morbus sit, qui in sanguine iacet, nec sanguis ipse est (sanguis enim est tantùm, qui patitur, qui suũ ipsius hostem non nouit, vtpotè quem solum cœlum cognouit) ecquid vos tandem in sanguine quæritis, si morbos sanguinis, vt Anthracem, Carbunculum, ac alia cùm externa tùm interna Apostemata descripturi estis? Cœlum enim impressiones suas soli sanguini indit; vndè fit, vt morbi etiam illi sanguinis regantur, disponantur ac emergant pro stellarum cœli, quod seminatorem vocaui, natura ac proprietate: extra quam cognitionem perfectam nemo quisquam vestrũm quicquam in Medicina sanguinis profecerit.

Corp. partes sunt. 4.

Conueniens ergo est, vt in eo ordo ac processus omnino alius instituatur, qui à cæteris diuersus sit. Pars enim quælibet suam seorsim practicam requirit, licèt vos omnes in vnam confundatis. Quod vt intelligatis, exemplum tale attendite. Processum vos habetis vnum, qui facit ad cacandum. In hoc ministratis primò syrupos, deindè pilulas, posteà infusum pisorum non salitum, denique confortatiuum. Et hic ordo à vobis ad solam alui deiectionem instituitur, ad nihil aliud respiciens. Si ergo morbus sit, qui non in stercore iaceat, iam is vester ordo frustraneus est. Si in stercore autem condatur is, tum bonus est ordo. Porrò autem, si vrinam mouere & pellere satagitis, alium omninò ac à priore diuersum ordinem instituitis. Alium denique, si quartanam curaturi estis. Eodem modo hîc quoque in sanguine peculiarem, ipsúmque integrum ac à cæteris diuersum ordinem seruare debetis. Cœlum enim requirit, quod partibus tribus reliquis aduersum est, prout ipsius natura ac proprietas sese habet. Medicos ergò nõ vniusmodi esse decet. Sunt Medici Phlebotomici, ex quibus impostura signorum piscis & arietis coorta est. Sunt etiam Medici, qui circa chaos versantur: sunt, qui Terræ, sunt qui Humori præficiuntur, omnes autem à Theorica & Physica vestra alieni. Præter hos vnũ adhuc genus supereſt, eorum, qui ad solam dissolutionem attendunt. Et his quinis tota Medicina completur. Ex his prodeunt *Medici particulares*, quilibet in ea particula occupatus, quâ radix istius partis dat. Extra hos sunt etiam *Medici naturales*, qui virtutes crescentium naturalium cognitas & compertas habent citra cognitionem morborum.

Medic quoruplices.

Med. particulares qui.

Med. nat. qui.

Hæc Medicorum diuisio seu partitio hoc fine vobis obtruditur, vt sciatis, in sanguine alium ordinem institui oportere, qui curam integrã indicet: & vt inde dignoscere possitis, quæ veterum scripta proba vel erronea sint. Intelligo enim mihi oppidò aduersari scriptores, quos vos amplectimini. Cumq; videam, vos, illorum assecias haudquaquã complere & perficere, quod perficere posse gloriamini: ideò fundamentum vestrum meritò proculco ac in cineres redigo. Nec enim vos id tueri potestis, nec ego fictitiam vestram Medicinam admissurus vnquam sum. Quanquàm, vt prosternatur, magno admodùm nisu non opus sit: cùm vel ex se ad lapsum propendeat. Verissimum enim est quòd cœlum in morbis sanguinis seminatorem agat. Necesse ergo est, vt vel minimam quamuis venam secturi, primò *omniũ* sciatis, quid in ea sit, & quod id ex *cœlo veniat*. Phlebotomiam ergo administrare ex cœlo discere debetis. Si ergo *tantopere* vos cœlo obligatos & *deuinctos esse*, ratione nullâ infringere *potestis*: *tum* certè, quicquid de hoc scripsitastis, corruet, ac ceu nugæ inanes eliminabitur. Quatuor enim prædicta Medicorum genera nunquam inficiari poteritis: quin imò ab illis fundamenta vestra omnia euertentur.

Porrò verò, sicut *Sapiens dominatur Astris*: ita Medicus quoque vincit cœlum in infectione sua, quam sanguini indidit. Si verò cœlũ vincere Medici est: necesse est, vt id nouerit. Ex hac cognitione profluit indicatio horæ, quæ phlebotomiæ conueniat. Nonnulli etenim morbi in sanguine de cœlo impressi sunt, vt quidam *de Caduco*, aliqui *de Podagrâ*, nonnulli de Febribus, & sic similiter de aliis.

Sapiens dominatur astris: Medicus infectioni cœli.

Iam si talis morbus cum Lunâ augescat vel deficiat,

Proceſſus Medicorum purgãdi.

Quando vena sit secanda.

deficiat, Luna certè horam phlebotomiæ in illo morbo indicat. In quo enim puncto Luna incenditur: in eodem quoque morbi, quos Luna imprimit, incenduntur. Necessarium ergo esse liquet, vt sciatur quæ venæ & qui morbi incendantur? Ac pro ista cognitione puncti incensionis, phlebotomiæ ordo institui debet. Hinc enim emergit consuetudo, obseruata in cœlestibus institutis. Hoc modo morbus sanguinis quilibet adimitur, prout stella eius incendit. Probam ergo & exactam cœli cognitionem habere debetis, qui scilicet à quâlibet stellâ seorsim sanguis incendatur, vnde tam varij morbi in sanguinem insultant. Quæ cognitio nisi rata ac certa sit, tibi de Medicinâ gloriari minimè debes. Et hoc nimirum illud fundamentum est, ex quo manifestatur, quod hactenus à nemine descriptũ est, nempe quid tandem apostema vel minimum sit, ac ex quo oriatur. Quæ etiam causa est, cur ad huius morbi finem nedum penetrare potueritis. Quanquam Malua & Althæa vobis solatij quuid contulerint, sine quibus ipsis tamenis etiam morbus completus fuisset.

Inficiari verò non possum; quin in nonnullis morbis secundum bona signa agendum sit, saltem propter mitigationem & sustentationem, modis scilicet ac casibus quinque. Primò in causis morborum internis, qui foris se exhibent. Secundò in morbis, qui interiùs se exhibent, manéntque. Tertiò in morbis à fluxu suscitatis. Quartò in morbis secundum anni tempora incidentibus. Quintò in morbis, quorum nos ipsi causa sumus.

Bonis signis vtendum in 5. casibus.

Morbi qui interius paroxysmant, sunt: Cancer, Fistula, & similia vlcera aperta alia. Sub secundo genere comprehendantur hydrops, icteritia, menstruum, & morbi omnes à membris principalibus generati. In tertio continentur morbi apoplexiæ, syderationis, podagræ, & artheticæ passionis. In quarto includuntur morbi, qui pro tempore proferuntur, velut in vere, in æstate, in autumno, in hyeme: velut etiam vniuersorum ascendentium, prout in cœlo continentur. In quinto sunt, qui à plenitudine aut commotione morbi fiunt, aut à cibis ac potibus generantur.

Etsi verò in prædictis his morbis mitigationem ac lenitionem pro Ephemeridum vestrarum ordine præstare possitis: tamen, quod vbique indico, cura vera hîc non continetur, sed traditur tantùm corruptio morborum, & malitiæ ipsorum incitatio, vt aut citiùs emoriantur, aut eò vehementiùs affligant. Præterea errorem etiã in hoc admittitis, quod phlebotomia mitigationem quæritis morborum in sanguine minimè contentorum. Et cùm sanguis robore suo contrapugnet, vnde corpori dolor singularis infertur: tunc, si illum phlebotomiâ coërcere vultis aut tollere, morbus vincit, vbi amicum remouisti.

Morbi omnes in sanguine quærẽdi.

De his autem omnibus scire debetis, quòd morbi omnes partis primæ in sanguine meritò quærantur. Quâ de causâ phlebotomiam minimè reiicio, modò fiat illa pro ratione firmamenti, ita, vt puuctum ascendentis, hoc est, ipsius regenerationis obseruetur. Phlebotomia enim si hoc pacto instituatur, morbi illius principium ita ablatum fuerit. Considerari itaque oportet, quòd ascendentes quidnam in multos annos operentur, vnde malum emergit hæreditarium, quod filius à patre ratione sanguinis contrahit. Hæc ipsa quoque causa est, quòd morbi nonnulli vlcerum prauorum curam & sanationem non admittant, quia nempè ipsorum stella in feruore est: cùm contrà nonnulli facilè sanescant, quia stella ipsorum deferbuit. Phlebotomia ergo duplex in hisce morbis cognoscenda est: vna facit ad integram curationem, quæ fit secundum stellas, quæ hoc genus incenderunt. Altera fit præseruationis ergo: quæ tandem multipliciter incidit. Vbi vos attendere velim, quòd in incremento isto morborum à vobis phlebotomia suadeatur, quæ tamen nihil perficit, quàm amolitionem materiæ, quæ tamen fixa in suo loco ad radicem hæret. Qui certè error non leuis est, dum nimirùm auferre conamini, quod auferri minimè potest. Ex hoc imperitia vestra notoria fit, quòd aut ipsam morbi essentiam non cognoueritis, aut dolum vltrò intendatis. Id quantopere vos doctos, quales vos iactatis ipsi, deceat, penitùs vobiscum cogitate.

Morbi hæredi. tarij.

Phlebot. est duplex.

Phleb fixa quæ sunt, nõ tollit.

Eodem modo per phlebotomiam etiam tollere annitemini hydropem &c. Cùm tamen quo loco hydrops consistat, aliundè probare non possitis, nisi ex libris & literis, quæ hûc nihil faciunt. Nec enim eius vel momenti vel certitudinis sunt, vt iis tutò fidere ac credere possim egomet. Vos autem labori parcentes ipsis haud cunctanter adstipulamini, vtcunq; cadat euentus. Quanta autẽ ex illis ad vos honestas ac dignitas, ad ægros autẽ vtilitas redũdet, id passim ab ægris audiri & inquiri potest.

Hydrops pleb. nõ curatur.

Vestráque adeò Medicina basi tam solidæ incumbit, vt nemo ex vobis vniuersis, vel minimam quidem literam sciptorum veterum, quoad Theoricam, cum veritate demonstrare possit. In verâ enim Medicinæ veræ patefactione, sophista dolosus illicò irrupit, ac ipsius artis luculentum splendorem oppressit & obnubilauit. Si enim de prima Medicinæ origine seriò inquirere velimus, inueniemus certè, primos Medicos homines fuisse simplicissimos, nullis fraudibus ac imposturis infectos. Per hanc ipsorum simplicitatem veluti per ianuam illapsus sophista, veritatem ipsam obtudit, ac eandem in despectum adduxit, corrigendo eam; vt in more habent mendaces. Ex hac sophistica, veritatem cum mendacio confundente, postea scriptores exorti prodierunt, vnà cum suis commentatoribus. Qui, quod omnium maximè necessarium esset, in textu obliti sunt, nimirùm vt veritatem à mendaciis segregarent. Quod etsi minimè fecerint quidem, sed falsa cũ veris permiscuerint: vos tamẽ ij estis, qui subtilitatibus his illorum fidem dedistis, ac fundamenta ipsorum amplectemini. Inter alia autẽ etiam neglexerunt illi de causis morborũ in sãguine tradere: quod sophistę vera cœli cognitione caruerint, meríq; speculationib⁹ inhiarint, quæ postmodũ in Ephemerides phlebotomicas eruperunt. Hoc ergo sedulò deinceps vobis cauebitis, ne cuiquam quicquã sine experientiâ propriâ aut credatis aut ad

Sophista quid?

Interpretis offi. cium quod

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 812 sur 913

ſtipulemini. Sed quid agatis tandem aliud, quàm vt cum rerum omnium ignari ſitis, obuium quoduis vndecunque arripiatis, cum titulus veſter omnino velo aliquo conueſtiendus ſit.

Aſcendens ſedulò cognoſcendus in phlebotomia.

Eundem proceſſum etiam inſtituitis in defluxionibus podagricis, ac aliis, venam ſecantes ſub ſigno bono, non ſub ſigno ipſius podagræ. Veſtrum enim in hoc præpollere imperium debet, etſi cum diſcrimine id ſit vitæ ægroti. Ars verò omnis in hoc eſt, vt illius aſcendentem cognoſcatis. Itidem, ſi præſeruare ab apoplexia vultis, ſub piſcibus factâ phlebotomiam omnium vtiliſſimam cenſetis, quaſi verò piſcis ipſe apoplexia exiſteret: genuinum autem ſignum phlebotomandi aduerſum apoplexiam nec piſcis eſt nec aries, quãdoquidem ſub etiam mediis neceſſaria ſit venæ ſectio. Et ex hac inſcitia multi tetri errores emanant, adeò vt nec locum apoplexiæ vos compertum habeatis, nec ad hanc vſque horam in veſtris ſcriptis omnibus venæ conuenientis mentio vlla facta ſit, vt de *Vade mecum taceam* ac ſecretis ſcriptis aliis. Quis verò in tanto veræ artis defectu ac inopia de apoplexia vos ſcribere iuſſit? Quòd ſi hîc quidẽ imperiti eſtis, nulla certè veſtra cognitio etiã in ortu ac cauſis eſſe poteſt. Vnde ſequitur, capitula tua vniuerſa de hâc re muta aut falſa eſſe, ſiue agas de ratione, ſiue de aquis pretioſis, ſiue de gemmis, vnguentis, balſamis ac aliis vniuerſis ſimilibus.

Similis omnino ſapientia veſtra eſt, ſi pro quatuor anni partibus phlebotomiam imperetis. Vernali enim ſectione prætextum alium non additis, quàm futurum eſſe, vt recentior & purior ſanguis ſubnaſcatur. Sicut enim tum temporis folia ac gramina renouantur: ita ipſum quoque ſimiliter renouari hominem vultis: adeóq; nemo quiſquam veſtrûm eſt, qui hactenus id ſecum reputârit, quòd folia ac gramen viridia, ſanguis autem ruber ſit, hoc eſt naturam ſanguinis nedum quidem vel per tranſennam cognouiſtis vnquam. Et licèt quidem aliquando phlebotomia benè faciat, ea tamen nec auxiliatrix nec curatrix exiſtit. Quod tempora diuerſa anni cauſatur, id firmamentum eſt. Nemo tamen veſtrûm vel dũ hactenus intellexit cauſam, cur in vere &c. ſanguis expellatur, quod quidem ex libris ac linguis veſtris apparet.

Ex his iam ipſimet iudicare poteſtis, qualenam id veſtrum conſilium ſit, ſi phlebotomiam ſuadeatis alicui, qui aut nimiopere ſe repleuit, aut cibum inſalubrem ingeſſit. Hoc enim in caſu error veſter manifeſtus eſt. Morbi nimirum omnes, qui ex corpore noſtro in ſanguinem veniunt, in corpore phlebotomari debent, hoc eſt debent à ſanguine iterum ad natiuum ſuum locum trahi, nec conandum eſt, vt in venis per phlebotomiam quærantur. Vera enim ipſorum cura eſt, vt facillimè ac breuiſſimè retrolabantur, ſi veram medicinam adhibeas. Quod ſi per inſcitiam ſanguinem phlebotomiâ factâ extrahere velis, iam locum, in quo morbus genitus erat, concitando facis, vt via in ſanguinẽ paretur. Phlebotomia enim non in vena ſaltem, ſed, & extra eam trahit, quouſque quidem pertingere poteſt. Hoc pacto tua imperitia proditur, atque innoteſcit impoſtura, quòd ſcilicet adeò induſtrius non ſis, vt morbum, qui ex corpore in ſanguinem abiit, ex eo rurſus extrahere poſſis. Et hi errores circa phlebotomiam commiſſi, quos partim ſpeculationibus propriis concipis, partim ex libris hauris ad tuum palatum compoſitis, omnino tibi retegendi & commonſtrandi fuerunt, vt ſi fors contra nos adminiculum ac ſcutum quoddam habere tibi videaris, illud audacter in lucem proferas, vt fundamenta vtriuſque partis clariùs proſtent, adeóque mendacium & veritas à ſe inuicem ſeparari queant.

Morbo. rũ ſang. quę vera cura ſit.

TRACTATVS TERTIVS.

Libri veſtri haud pauci circumferuntur, in quibus de phlebotomia modis variis tractatur. In quibus qui continentur errores, etſi eos proferre iure & debeam & commodè poſſim; id tamen hoc loco potiùs mihi agendum eſt, vt breui doctrinâ cùm abuſum, tùm vſum ipſum tradam phlebotomiæ, quod iam præſtandum rectâ aggredimur. De abuſu autem hactenus non pauca dicta ſunt. Supereſt ergo, vt porrò de venis priuatim tractetur ac errores, qui ſi nul in illis ſectionibus incidunt, ex parte indicentur. Perſuaſum nimirum vobis eſt, phlebotomiam eſſe purgationẽ corporis: id quod apertè erroneum exiſtit: cuius ratio hæc eſt, quòd quælibet purgatio, corpori ac ſubſtantię nihil adimat, ſed id tantùm, quod ſubſtantiæ aduerſum eſt in genere, quouſque ſubſtantia extenditur.

Phlebotomia non eſt purgatio corporis.

Iam cui venam ſecatis, ſubſtantiæ eam partem adimitis, nec de malo plus educitis, quàm quantùm ſubſtantia illa continet. Quî verò reliqua cura ſit? Quod effluxit, id curatum eſt: ſed quid id corpori commodat: Grauiter ergo hallucinamini, quòd ſubſtantiæ ademptionem purgationem vocetis. Et licèt quidem in ſanguine abundantia exiſtat, propter quam putredo ex cauſis proprriis oriri poſſit: veſter tamen ordo phlebotomandi illi nequicquam vtilis eſt. Phlebotomiæ enim, quæ iſta ratione purgare debent, alio omninò modo fieri debent, quàm vt ſubiectis peluiculis cruor excipiatur.

In ſanguine iſto quæritis choleram quæ tamen haudquaquam in ſanguine generari poteſt. Sed ea ſomnia ad propoſitum veſtrum non parùm faciunt commendanda, quod iam choleram, iam phlegma, &c. ſubindè eructetis. Nam quicquid id ſit: vos ſub iis ſatis tutos lateſcere videmini. Longè alia veritatis ratione opus eſt, quàm vt in commentitiis illis Qualitatibus, Humoribus & complexionibus acquieſcamus. Tum & purgationem hanc minimè attribuetis otioſis ſimul & operariis. Hęc enim mera opinio eſt. Quòd ſi reſpõdeatis, operarium à ſeſe expellere, quod retineat otioſus: quo tandem fundamento id veſtrum argumentum nitetur? Cùm nec labor nec otium morborum ſanguinis cauſa ſit. Itaque illadem nec excuſare, nec accuſare poſſunt. De tempore, quo fieri debeat, benè à vobis conſtitutum eſt. Sed tempus non id eſt, quod in tabulis phlebotomicis indicatur.

Cholera in ſanguine non eſt quærenda.

Humores fictitij ſunt.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 813 sur 913

non id est, quod in tabulis phlebotomicis indicatur. Quòd si, quæ vena competeret, etiam nosſetis, malè nec idipſum dictum foret. Quid verò id tandem est, quòd iuretis in doctrinas illorum magiſtrorum, quinedum annos tyrocinij egreſſi ſunt. Immodica ſanguinis euacuatio quòd bona non ſit, iam cuiuis ante cognitum est. Quantum id verò ad fundamentum facit? Quid id ad ſanitatem hominis confert? Si phlebotomiæ peritus es, facilè quid facias, noueris. Nimium enim in rebus omnibus nociuum est: idémque est cauſa diſſolutionis genuinæ concordantiæ, in quâ corporis integritas ac vita conſiſtit. Cuius concordantiæ quantum adimitur, tantum probitatis membro illi deeſt, quod conſideratu apprimè vtile & neceſſarium est. Ac cognitio iſta non in generalibus quidem quieſcere debet, ſed per ſpecialia omnia ducenda est: ſic vni Apoplexia, alteri hydrops, tertio caducus &c. infligitur.

Nimiæ venarum euacuationis mala quæ.

Vobis quidem Phlebotomię adminiſtrandę idonea tempora vel genera duo viſa ſunt: vnũ vocatis *Electum*, alterum *Coactum*. Quid autem de electa Phlebotomia diceris? Electa ea est, quæ vitia ſanguinis auferet pro exigentiâ temporis & generationis. De coactâ, quantum quidem intelligi poteſt, vos eam peſti & ſimilibus temporibus aſſignatis. Quid verò per Electionem velitis, intelligi facilè poteſt, vos ad fundamentum intendere, vt, ſi purgationes ſuadeatis quotannis ſemel inſtituendas eſſe ad auferendas defluxiones. Sic ergo in omnibus veſtris conſiliis ſubſtantiam & materiam coniungitis, vbi manifeſtus veſter error intelligitur, quòd nimirùm ſaltem pondus adimatis, id autem quod pondus dat, nunquam attingatis. Ecquid verò de hoc vobis exemplo videtur? Qui paralyſi tenetur, huic quo tempore commodiſſimè medicari putatis? An tum, ſi iam paralyſis inuecta est, an verò, ſi ea occulta adhuc est, nec in actum erupit? Et hanc obiectionem ſedulò notate. Quâ nihil vrgeo aliud quàm vt morbos, in quolibet homine exiſtentes, cognoſci debere, ac eoſdem adhuc recentes ſeu iuuenes tractari oportere. Vos autem eos iam adultos exigere conamini: Quodque in morbis iuuenibus tentatis, ad ponderis ſaltem detractionem facit, quâ paroxyſmus prolongatur. Magis autem ad honoris ac artis veſtrę ornamentum faceret, ſi in iuueneſcentibus morbis id præſtaretis, quod poſtmodum tentatis, facto iam paroxyſmo. Itaque ſedulò hoc vobis perſuaſum ſit, decere omninò, vt ante paroxyſmum cura inſtituatur: quod vos tamen obliti, pro maturatione iſtâ pilulas cochias obtruſiſtis.

Phlebot. genera duo. Electa phlebot. quid.

Coact. phl quid?

Cura paralyſis ante paroxyſmũ inſtituenda.

Quid id est, quod tempus clarum eligatis, & hinc indè per multas ambages ſecandam venam quæratis, quæ tamen res omnes ad ſanitatem hominis nihil pertinent? Nihil ſiquidem conſiderandum aliud est, quàm punctum ſolum, ſiue id in autumno incidat, ſiue in vere, ſiue die feſto profeſtóue. Phlebotomia enim quælibet fieri debet ex neceſſitate, quæ veſtrũ inſtitutum vniuerſum infringit. Hæc eadem neceſſitas docet inuenire tempus & horam, & minutum commodum. Licèt autem neceſſitas vna aliâ maior ſit: neceſſitas tamen ea omnis exiſtit. Quilibet enim morbus, ſiue is recens, ſiue adultus ſit, ſiue notus, ſiue ignotus, neceſſitati curationis omninò ſubiectus est. Vos præterea etiam additis rationem, quî cognoſcere debeat homo, vtrum phlebotomiæ ſeſe ſubiicere debeat, vel minùs. Vbi iterum ingens error veſter elucet. Requiritis enim, vt ſecturus venam ſano hepate, eóque non refrigerato ſit. Si hepar frigidum ſit, nullâ phlebotomia opus habet. Si ſit ſanum, ratio eadem est. Longè aliud de his ſtatuendum est. Morbi enim, qui in ſanguine continentur, longè alio iudicio æſtimandi ſunt, quàm vt à tam leui conſideratione hepatis phlebotomia inhibeatur. Similiter etiam de ventriculo iudicatis? Quid verò ſanguis ad ventriculum attinet? Si ſanguis vitioſus est, tunc is ſuum ipſe malum luet: ſuum damnum viciſſim expiabit ipſe quoque ſtomachus. Si tibi quid in phlebotomia obſtat, cur id nõ aufers ac remoues? Aut cur tuam ipſius hîc prodis ignorantiam. Eodẽ modo ſe id quoque habet, quod additis, à labore venæ ſectionem inſtituendam non eſſe. Nam ad laborem ne potius aut morbum vos attendetis? Sic nec phlebotomiam decernitis, ſi quid à balneo aut morbis aliis coniunctis quid affligit. Vtrinque remouenda potius remoueto, &, quæ impedimento ſunt, ea tolle. Nec enim ideò vincere aut ſuperabundare ſanguinem patieris, quòd ſcias etiam in mẽbro alio morbum aliquem conſiſtere. Quin imò Medicum perfectum agas, & ne pelliaris ab eo, quod tu ipſe expellere debes. Nam ſi id tibi terrorem incutit, quod ſibi à te potiùs metuere debebat: defectum certè in arte Medicâ non leuem prodis, qui tamen vobis admodum familiaris exiſtit.

Punctũ ſuum in phlebotomia notandum.

A labore an ſecãda vena?

Doctrinæ quidem Almanſoris ex parte contradicere non poſſum, qui documenta non inepta tradit, cuinam homini ſecanda vena ſit. Sed tamen is reuerâ de iis ſaltem decernit, qui illâ opus nõ habent neceſſariò, ſed quibus ſubleuatio tantùm est, ac roboratio ad cibum potúmque ſumendum. Proponit enim ſibi venas turgidas & plenas: ex quo cuilibet euidens fit, quod parùm in morbos ipſos intenderit, vt illos quæreret in ſua origine, quod curatio ipſa requirit. Et quamuis aliquot quidem morbos nominârit, veluti qui ab Apoſtematibus & puſtulis aliiſque malis graues ſunt: altiùs tamen idem non aſſcendit, nec quicquâ aliud vrget, quàm ſubleuationem annuam. Vndè non difficile est iudicare, quid de his ille intellexerit. Quod ipſum etiam manifeſtè declarat, vbi in curâ febrium præſeruatiuam annuam tradit. Ex quo colligi poteſt, quàm in hac doctrina aridus fuerit. Nullo pacto igitur Medicus de eius dependere auctoritate debet.

Doctrinã Almanſoris de phlebot. qualis.

Cæterùm vos etiam ordinem ponitis eorũ, quibus phlebotomandum minimè est. Inter hos numerantur, qui appetitum non habent ad cibum. Reſpondete mihi verò, quiſnam appetens cibi ſit? Si enim ægris per morborum præſentiam expectandum tam diù ſit, donec appetitus laceſſat: ecquid de iis tandem ageretur? Nam & vobiſmet ipſis fatendum est, quòd

In appetẽtes cibi non debẽt phlebotomari.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 814 sur 913

morbi ex sanguinis apperentiam cùm deiiciãt, tùm reducant, si cura in sanguine perficiatur. Hæ ergo doctrinæ bellæ sunt, seipsis contentæ. Quando autem fluor sanguinis sistendus sit, doctrinam Auicennæ sectantes, ad solam sanguinis crassitiem attenditis. Quæ cohibendi cruoris ratio veritatis fundamento caret.

Sanguinis crassities & nigror vnde.

Sanguis enim niger è venis exiliens, ex sanguine minimè talis fit, sed talis redditur ab incisione seu plagâ factâ: edeóque mutatio repentina tum huius, tum aliorum colorum causa est. Sic ergo adhuc dubius es, quidnam præstiteris. Præterea dicitis: si sanguis albus ac tenuis fluit, multùm eius euacuari non debere.

Auicenna artis phlebotomand ignarus.

Vbi notabitis, quòd Auicenna in cognitione sanguinis nihil intellexerit, sanguinem iudicans in locustis. Et huiusmodi, vt loquimini, canonum apud vos plurimi sunt. Quorum etiam vnus hic est, quando dicitis ægroto: breui iterum sanguinẽ mitte: sanguis enim tuus admodum niger exstitit. Item: si benè à phlebotomiâ sentias, breui ad me redi. Quid hoc artis est? certè, tantùm vel cæco sapere liceat ac dicere. Quomodo verò circa laborem se quisque gerere debeat, suo seorsim ordine comprehendi debet, prout nimirùm morbus in sanguine sese exhibuerit, longè valere iussis vestris regulis communibus, quæ omnibus eædem sunt.

Quale verò id regimen vestrum in cibo ac potu est, in quo nihil consideratis aliud, quàm vulneris securitatem aut custodiam, cùm tamen multò potiùs considerari ipse morbus debeat, & haudquaquam vulnus: qui ordo multiplex procedit ex fundamento istorum morborum. Nisi enim id singulariter consideretur, non potes non grauiter impingere concepto tuo consilio. Nec enim res adeò facilis est ac tura, ceu constitutâ tuâ Diætâ phlebotomicâ tu somnias. Ad negotium præsens omnia omnino dirigenda sunt. In vnum ac simile regimen omnia non coniicite. Nouistis enim, quomodo sanguis cibo adhæreat: & virtutes viréque singulares quæritis, quæ tamen sine cibo potúque in sanguinem ingeri minimè possunt. Hoc ergò in casu cibus is simul medicina esse debet. Inficiari non possunt, quòd arbitrentur, bonum sanguinem à solis idoneis cibis & potibus produci posse. Id verò sanguis facit bonus, quòd sanguinem à suis morbis liberet, quòd animum hilarem & serenum, &c. præstet, quòd minimè ad tristem & tenebrosam famem, &c. alliget, &c. Hæc enim omnia considerant, qui rerum grauiorum curam minimè suscipiunt.

Bonus sanguis vndefiat, & quid præstet.

Sciendum ergo in his est, quòd si phlebotomiæ fiant, & in sanguine illo nullus morbus appareat, cibi potúsque liber tibi vsus sit, quoscunque ad corporis vsum appetas. Vnde vulneratorum regimen ac ordo suam originem sumit.

Anni partes Phlebotomiam non indicant.

Error autem vester singularis in eo est, quòd quatuor anni partes pro Phlebotomiæ indicationibus ponatis. Quâ in re partim Ægyptios agitis, quòd tempus constituatis sectioni venæ, & tempus morborum obliuiscamini. Quo facto vt sorices vosmet ipsos proditis, quòd adulemini illis, qui delicatiores & ignauiores viuunt, & gratiam captetis eorum, qui vestro commercio præcipuè gaudent. Quadripartitam autem hanc Phlebotomiam ideò suadetis, vt commodis illis vos quoque ex parte apud patientes fruamini: Et quantopere vobis Phlebotomiæ curæ sint, id abundè satis declarant dies S. Blasij, S. Philippi & Iacobi, S. Bartholomæi & S. Martini, quibus omnibus temporibus saginari bonũ est. Quòd si verò quatuor ista tempora vobis fors nedũ sufficiant, addite illis diem S. Valentini & S. Stephani. Quod si nec sic quidem satis est: totas quadragesimas adiungite, & post Pascha in thermas vos recipite. Quod si enim hoc modo de Phlebotomiâ constituatur, eius adhibendæ tempus commodius nullum erit, quàm quo capones omnium pinguissimi & saginatissimi sunt, & ad genium agitandum aptissimi.

Ordinem etiam præfigitis, quando ieiunis, & quando pransis mittendus sanguis sit. Benè id quidem: vt imperitia vestra in vulgus emanet. Hinc enim elucet, quanta vestra de firmamento cognitio sit. Eodem spiritu acti vetatis etiam coniunctiones & membra, in quibus signum versatur. Ex quibus omnibus certum est, vos nec punctum, nec minutum vllum Phlebotomiæ nouisse. Ita iudicatis, etiam iam de æstate, iam de hyeme: interim non cogitantes, qualésnam aut in æstate aut autumno morbi gignantur.

Affirmatis, venam frontis incisam iuuare in exulceratione oculorum, & dolore capitis. Quod consilium quale, quámque inconsultum sit, vel ex eo liquet, quòd oculorum exulceratio ex venâ illâ, quam in fronte ostendis, minimè oriatur, vt nec dolor capitis: Et si quidem eius sectione malum nonnihil leniatur, id tantùm à refrigeratione est, quam sua inflammatio pòst iterum excipit. Taceo, quòd causæ principales non considerentur abs te, quæ ad doloris concitationem conspirant. Eandem sectionem dicitis facere contra Lypothymiã. Quis verò vnquam dicere ausus fuit, quod Lypothymia cognationem vllam cum his venis habeat? Ad Maniam autem prodest, si iuuat fortè fortunâ. Nec enim durabile quid & constans præstatur, si olla feruens abigne remoueatur, & eidem illicò denuò admoueatur. Ad somnum verò etiam faceret, si in venis somni commotio delitesceret. Vbi vos insigniter erratis in eo, quòd naturam multiplicem prædictorum morborum non consideretis, qui in venis capitis, non frontis iacent. Sic etiam pro dolore aurium decernitis venas temporales. Sed id vnà non dixistis, quàm certa ea Phlebotomia sit, & quòd plures lædat quàm iuuet. Ex quibus omnibus innotescit, quòd verè Anatomiæ cognitionem nullã habeatis de Venis iuxta aures constitutis. Taceo quòd hîc etiam oculi comprehendantur. Posticæ autem venæ capitis ad conuulsionem capitis prosunt sectæ: quarum natura est, vt illam producant ac generent.

Vena frontis secta an curet ocul. & caput.

Venæ temporales.

Venæ oculorũ. Venę posteriotis capitis.

Similiter & venæ linguæ ad multa mala commodare vobis creduntur. Malè autem à vobis considerata est Anatomia linguæ, quòd nempe damnum id maius sit, quàm commodũ

Venæ linguę.

in

Venæ mẽti. in isto latere. Venas etiam sub mento conspicuas aduersus hæmorrhagiam narium prædicatis. Vbi minimè consideratis, quòd vno eodémq; modo sãguis extrahatur, quæ extractio in mento facta minus damnosa non est, quàm Venæ colli. facta in naso, nisi quod discrimen in loco sit. Ita venæ in collo secantur, contra mucum seu pituitam: cùm tamen ipsa hoc loco exitum non quærat, sedm & emunctorium certius nacta. Sed nec cor à venę sectione roborabitur. Venæ fauciũ. Ad huius enim morbos plus requiritur, quàm phlebotomia. Venæ autem in palato seu faucibus aliter non iuuant, quàm sicut aperitur Apostema, ita vt pus effluat.

Quælibet autem Phlebotomia, si pro vestra institutione administretur, aliter se non habet, ac si maturum Apostema scalpello aperiretur. Ita venam iuxta pollicem sectam in Venæ pollicis. morbis captis omnibus iuuare dicitis. Nec vestrũm tamen quisquam est, qui dicere possit, à sectione eius vllum vnquam morbum sublatum fuisse. Idem sentitis etiam de Mediana & iecoraria. Quid verò inani illa curiositate vos Medici torquetis chirurgos, Vena iecoraria. quos vt imperitos vtrinque circumducitis, cum tamen videatis, omnem vestram operam inanem ac frustraneam existere. Cephalicam & Medianam quidem eiusdem omnino Vena Cephalic. vsus facitis: sed opinionis vestræ fundamentum nimis vacillans est. Multi morbi vocati sunt: pauci autem Electi. Id similiter etiam Vena splenetica. de hepatica verum est. Quod hodie prodest, id cras obliteratur. Venam spleneticam multa tollere dicitis. Quæ si omnium optimè agat quidem, quicquid tamen amolitur, id morbosum nunquam exstitit. Venam autem Vena lumbaris. Lumbarem ad calculum facere testamini. Vbi quis non credat vobis, consilium vestrum admodùm beneuolum esse? Cogitatu enim facile est, quòd calculus ipse per venam minimè egrediatur. Itaque quantùm in hoc casu proficitis, tantùm prodestis etiam vestris phlebotomiis vniuersis. Cuius rei documentum simile præstatis in hydrope, quæ nullo Vena vmbilicalis. vnquam tempore per venam educta est, sicuti vos per venam vmbilicalem extrahere annisi estis. In quibus tamen cum morbi non iaceant, quid quæso illarum apertio iuuare queat? Venas autem multas contra calculum, &c. facere asseritis. Quàm verò bona vestra sententia sit, ignoro equidem: valdè tamen vereor, vt plùs mala quàm commoda sit. Venæ Venę eturum. autem eturum, & ipsę ad quàm multa prodesse prædicantur. Qui multi morbi tamen, cùm ab vna causa & origine minimè emerserint, qui quæso remedium vnum & simplex multos simul affectus coërcere & domare possit? Similiter etiam venarum aliarum sectionem conferre dicitis, interim nihil considerantes, an in ipsis morbi sint, vel minùs. Vicinũ morbi quæritis: sed ipsam hostis domũ transilitis, pacis satis procuratum existimantes, si morbo vicinum bonum adiunxeritis.

Verum quidem est, quòd per sectas infernas venas, veluti malleolorum & pedum, Venæ infernæ trahunt ex supernis. multa deorsum trahantur: Vos tamen vlterius nihil intelligitis, an sectio illa ipsi pedi per se commoda sit, vel minùs. Vnde satis liquet, quòd de die hodierna tantum solliciti, crastini curam nullam suscipiatis, de vno loco cogitantes, non etiam de altero. Venæ poplitis Venæ poplitis. fœminis admodùm salutares sunt. Quod verò hûc facit maximè, id vos oscitanter negligitis. Vnde profectus vester facilè æstimari potest. Tali exterioris venam tunditis ad Vena tali exterioris. membrorum supernorum corporis mitigationem. Quod non minùs, erroneum & damnosum, ac de venis infernis aliis probari potest. Superni enim affectus hoc modo descendunt in partes infernas: ac membro sauciato sanguis proprius, qui bonus est, subducitur, in cuius locum postea succedit malus, imò peior. Vbi morbum nouum generari opus est, vel in arthritidem vel in vlcera desinentem, qui multò tutius in loco proprio substitisset, quàm eò pertractus fuisset. Hoc pacto multos morbos mutatis, ratione loci, cúmque partem vnam vos sanasse censetis, nouum ignem in partibus aliis succenditis. Venæ risus, Venæ risus. propter quas homo risu emoritur, non apud omnes similiter certæ sunt, sed impedimenta multa obstant. Quòd si animam cum tali risu in cœlum emissuri estis, necesse erit, vt eas venas multo exploratiùs cognoscatis, quàm hactenus factitatum esse ex vestris scriptis patet. Insuper & venam minimi in pede digiti contra paralysin facere ponitis. Id quî quæso probabitis? Etsi enim paralysin quidem ex suâ sede emotam detrahatis: tamen illa à naturâ ita comparata est, vt rursus ascendat in sublime, nec vnquam ita deorsum trahatur, vt inferiùs constanter remaneat. Ex quo iam iterum imperitia vestra promicat, quòd ipsam paralysis essentiam minimè cognoueritis. Cùm ergò ad omnia ea, de quibus homo queritur, venam aliquam accommodare haud difficulter possitis: onus ac molestia illa, à vicino ferenda sit, facitis, immuni abeunte parte illâ, ad quam morbus ipse spectat.

Sed vt breuem venarum omnium secandarum instructionem habeatis, sciẽdum est, eam Modus verus quasvis venas secandi. sectionem fieri ratione alia nullâ debere, quàm ex cognitione istorum morborum, qui ex sanguine oriuntur. Vbi simul cognoscendi morbi sunt sanguinei, quid damni extra suam regionem inferre possint: id quod in venis auertendum est, non per scarificatum, sed ad normam artis legitimam, hoc est, vt venæ illæ aut in illo loco proponantur, vbi morbi radix existit. Id antequam fiat, sanguis ad temperiẽ reducendus est & commoderationem, vt institutum nostrum sequatur. Hoc autem loco monitos vtrósque volo, tàm Doctores quàm chirurgos seu tonsores, vt arti phlebotomandi deinceps valedicentes consideretis paulò attentiùs, quàm graues noxas & damna per eius inscitiam introducatis, dum nec cognitionem horæ efflagitatis, nec finem morbi, nec cœli ipsius aut terræ notitiam vel minimam habeatis. Vbi dolendum hoc est, quòd, quàm primùm de ægritudine aliquis vos queritur, ad phlebotomiam illicò assiliatis, cùm tamen vel antè exploratum habeatis Vulnus omne per se malum. quòd vulnera omnia corpori nociua sint. Nam quò sanior sanguis fuerit: eò ægritudo grauior sequitur. Phlebotomia itaque vestra

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 816 sur 913

nimis periculosa est, ob hanc cumprimis causam, quòd per ipsam sanguis commoueatur & irritetur. Deinceps ergò sequenti tractatu generali explicaturi sumus, quinam morbi sanguini subiecti sint, vel non sint: & quâ ratione morbi breuiter ad phlebotomiam adduci & accommodari debeant,

TRACTATVS IV.

Circa phlebotomiam quæ notanda.

IAm verò vt deinceps processum ordinémque, quo phlebotomia instituí debeat, quò salutaris ac vtilis sit, sciatis: ante omnia, quatuor vobis præcipuè notanda sunt: nimirùm *Tempus, Locus, Dieta, & Specificum.*

Tempus.

Pro cognitione temporis notandum est, id solùm indicare, quâ horâ phlebotomia instituí debeat: siue in natiuitate recenti morbi, siue in sæuitiâ incipientis paroxysmi id fiat. In hoc enim posita ars est, ad radicem morbi adimendam.

Locus.

Secundò inquirenda est sedes vel locus venæ, in quâ morbus hospitium habet, vbi enim radix morbi viget, ibi is omnino inuadendus est.

Dieta.

Tertiò, Dieta secundum naturam morbi instituenda est: non secundum conditionem vulneris, sed morbi.

Specificam.

Postremò nosse debetis, Medicinam quandam esse, quæ vocetur specifica. Hæc potestatem habet, si hora phlebotomiæ nimis infœcunda fuerit. Huius administrandæ modum discetis in libro de *Morbis terræ & aliorum Elementorum.* Naturam enim plebotomiæ quousque pertingat, hoc modo accipe.

Causa ac fundamentum, propter quod de phlebotomiâ, quo modo illa administranda sit, ita noscendum est. Mentionem feci scribendi cuiusdam libri, in quo morbi omnes, qui ex cœlo oriuntur, comprehendantur, docearúque, quo pacto illi dominentur sanguini: item quî mitti sanguis debeat ad perfectam curam istorum morborum. Quòd verò ad scriptum illum librum attinet, is hûc non multum facit. Hîc enim causa saltem describenda est sequentis ordinis phlebotomiæ, irritatio scilicet quam sanguis naturæ infert ad illum auferendum. Etsi verò iam antè me quoque idem alii tenuârint: quo tamen id successu ac fundamento præstiterint, in tractatibus prioribus satis declaratum est.

N B. Morbus Chronicus quid & cuius naturæ.

Irritationem hanc ita intelligetis aduersus id, de quo peculiarem librum condidi. Si morbus sanguini ingeneratus sit, qui Chronicus dici potest, is quidem nullam medicinam admittet, sicut in libro de *Morbis ex sanguine* demonstraui. Cuius rei ratio est, quòd ipsius curatio procedat cum influentiâ. Si influentia præteriit, & post se in sanguinem generationem fixam relinquat: noscendum est, quòd morbus iste astri naturam retineat, & secundum Lunam gubernetur, ac aliorum astrorum regimen sequatur. Huius ergo morbi curatio perfecta post influentiam fieri non potest, ex causa supradicta. Itaque saltem lacessit & irritat. Irritatio ista ex relicta impressione procedit, cui paroxysmi obediunt. Cui adimendæ; sequens tractatus desermit.

Exemplum.

EXemplum vos velim tale aduertere. Cancer per seipsum morbus est ex influentiâ. Et quia se non chronicat, ideo per influẽtiam diuidi debet, aliàs ratam Medicinã nullam admittet. Aut siquidẽ eam admittat, tamen is victus & cæcatus est, sicut aceruus prunarũ, qui cineribus obtectus latet. Et de huiusmodi cancro hîc nihil tracto. Si verò is chronicetur, tum effugit cœlum adeóque ipsemet est cœlum ac morbus. Malitia hæc cancri, quam is naturaliter à cœlo accepit, cœlestis motus seu cursus instar comitatur. Quam vt admirè possis, ordinem hunc attende in morbis illis omnibus, quarum causa primò cœlum est quidem, sed postea à cœlo separatur ratione chronicationis. De his breue documentum hoc tenete, quòd *impressio corpori suam naturam indat.* Donec autem corpus nondum victum est, Medicina debet à cœlo procedere. Si verò corpus eo loco victum iam est: duplex ad id iam Medicina prostat, vna in phlebotomiâ, altera iuxta corporis naturam directa. Duplex enim elementum presentem hunc morbum producit. Quæ verò Medicinæ præter phlebotomiam huc faciunt, eæ specificæ vocantur, quia sunt extra naturam & proprietatem alterius elementi.

Cancer est morbus ex influentia.

Impressio corpus. Naturat. Morb. duplicis elementi.

Specifica medicina quid? Morbi duplices.

Cæterùm ad superius dicta, quatuor quoque pertinent. Tempus nimirùm continetur in practicâ. Locus practicam indicat. Regimen in libris huiusmodi morborum traditur. Ibidem etiam specificum. Hinc ergo morbi porro diuiduntur in duo genera: sunt enim vel Physici, vel Chirurgici.

DE MORBIS CHIRVRGICIS.

Et primo

De Morbis nubilis.

SI nubilus morbus in chronicationem abiit, eandem ad similitudinem astralis motus retinens; tunc ipsum hâc viâ aufer. Si signum in corpore manifestetur cum asperitate cutis, ac ex consuetudine paroxysmus illius incidens cognitus iam sit: tunc triduum antè quære, vsque ad tempus illud, & phlebotomiam fac (minimè respiciens ad signum cœli aut similia) in duâbus venis, quæ per nubilum affectum suam Anatomiam exhibent. *Sunt* autem illæ venæ, quæ infra & supra morbum nubilum, nigræ, nodosæ, & tumidæ apparent. Sectionem verò infra institue, & vbi satis sanguinis effluxerit, vulnus deliga. Postea die sequente secundâ vel tertiâ venam seca superiùs, & iustum pondus extrahe. Die octaua ad summum iuxta pudenda aut coxas duplicem phlebotomiam adhibe. His peractis, à suprema phlebotomia quiescendum. Ita adimetur cursus, qui se fixum iam inseruit. Qui cùm quotannis pro more suo reuertatur, præcipuè circa initium autumni: ideo supra morbum relictum venam subindè semel aperiri curabis.

Morbi nubili &c vt curentur.

De Morbis Esthiomenis.

IN Esthiomenis vlceribus, quæ chronica facta sunt, cursum sanguinis hoc modo auferetis,

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 817 sur 913

feretis, vt vlcus mundetis, ac venas supra & infra vlcus tumidas faciatis, ac herbam sophiæ, in vino decoctam, calidam vlceri imponatis. Quoad venarum sectionem, pertundes tot, quot inuenientur, nihil curans signa, sed horam tantùm attendens. Et si paroxysmus in summo stare videbitur, currere fines, donec plenum eius signum finem habeat. Postea sistes sanguinem admoto emplastro de corallis, & triduò quiesces. Eo elapso, quæcunque venæ vel supra vel infra malum nigræ aut liuidæ apparebunt, eas aperies, hâc serie, vt primò inferiores ex ordine secentur, pro grauitate apparentiæ, & postea tundantur superiores, pro conditione personæ; hoc gnauiter attento semper, ne ægrum nimiùm obruas, sed ex æquitate naturæ vnum post alterum subindè administres. His phlebotomiis factis cursus solemnes, quos ab astris sanguis accepit, tollentur, & erosionis seu exesionis malignitas impressa, quæ sanationi & consolidationi resistit, exstirpabitur. Si autem ad præscriptam normam quælibet phlebotomia ita instituta fuerit: tum Medicinæ cuiuslibet operatio in fine sequetur.

Vlcera Esthiomena &c. vt curentur. Herba sophiæ &c. ad vlcera esthiomena. Emplastrum de corallis sanguinem sistit.

De Vulgaribus Apostematibus seu Phlegmonibus.

SI Apostema sanguineum tibi vel in carne vel alibi oboriatur: nullum signum aliud quàm plenilunium obserua, quando in summo vigore id sit. Postea dispice, quæ venæ pertranseuntes sint, nec cura, etsi tibi quidem illæ incongruæ videantur. Illas seca in summo versus ipsarum originem, & sanguinem extrahe pro conditione morbi & ægri. Eo facto, postea in eâdem quartâ venam supra Apostema positam pertunde, & in nouilunio infra Apostema, semper respectu habito personæ & malignitatis morbi. His præstitis, ad plenitudinem vel copiam sãguinis in apostemate attende. Si signa plena deprehenderis, tunc proximè sequente plenilunio venas infimas aperi. Ita vis motus seu cursus infringetur, vt sanguis deinde sanationi non obstet, quibuscunque ideneis Medicinis admotis ea tentetur.

Phlegmones vt curẽtur.

De Collectis tumoribus.

QVi tumores per collectionem fiunt, horũ cõsuetum defluxum hâc viâ intercipt. Principiò venas appositâ herbâ sophiæ tumidas fac. Postea inquire ipsas intra tumores; aut in rubris lineis apud collectiones. Quas autem inueneris duras, plenas, ac veluti granulis refertas, eas in medio collectionum pertunde, & sanguinem effluere sine pro ratione personæ & morbi. Die tertiâ tumefaciendo venas denuò renoua, & inquire, quarnã plures prædicta signa habeant. Has easdem quoque modo præscripto aperi, vbi commodissimè attingi possunt. Et si quidem similes venas, etiam iuxta collectiones deprehenderis, eas ipsas quoque pertunde, donec vestigia talia nulla in venis supersint. Præterea die nono venas illas infra collectionem aperi. A quâ tandem apertione factâ, si dies quinque effluxerint, venas easdem in summo loco, quem quidem vestigare poteris, pertunde. Hoc modo influentia ab astro impressa exigetur, vt deinceps operationem euidentiorem tua remedia habeant: cùm aliàs malum id nec erodendo, nec secando, nec alio vllo molimine tolli & auferri possit. Hâc enim arte intercipitur cursus, aliàs subinde iterum redundaturus, & nec erosioni nec incisioni cessurus.

Coll. tumores &c. vt curẽtur. Herba sophiæ venas turgefacit.

De Fistulis

OPeram dabis ante omnia, vt fistulæ finem assequaris, sciásque quem ad locum tendat. Postea venas accurrentes ex informatione anatomiæ dispice citra huius enim cognitionem commodè nihil inquires. Venis verò veris iam percognitis, ad ipsarum porrò principium ascende, hoc est quàm summè eas assequi aut venari potes: ipsas deinde tumefactas, in coniunctionibus Saturni aperi. Postero die quarto aperi eas inferiùs paulò supra tamen fistulam. Tandem infra fistulam, quàm potes infimè, easdem incide. Sanguinem extrahe pro ratione morbi & ægroti. Interim cum medicinis quotidie instabis. Curatio enim mali est præceps, cum abolitione defluxus solennis.

Fistulæ vt curẽtur.

De malis crescentibus.

CRescentium malorum origo seu radix ita eximenda est. Primùm in ambitu illius regionis vniuersæ inquire, quotnam venas increscens malum commeantes inuenias. Eas repertas, quàm proximè iuxta originem potes, pertunde, nec regioni vlli parce, siue ea caput, siue alia periculosior sit. Eas ex ordine incisas, probè cruentare sine, quod commodissimè fit in plenilunio. Sanguine pro tolerantiâ ægroti semel ita extracto, quiesce vsque ad diem nonum, quo venas denuò aperies. Postea dispice; qualesnam eæ venæ sint. Earũ locustas in infimo loco perquire, hoc est si pertranseant tunc venarum illarum extremitates venare, & sanguinem emitte. His exactis, ipsum vlcus seu malum crescens benignè adhibitâ medicinâ inuade. Sic fiet, vt emori incipiat paulatim. Quantum verò eius nimiopere excreuit, tantum emorietur. Quòd si à primo tentamine malum emori non velle videatur; tunc influentiam vt prædicto modo denuò infringas, operam dabis, ac deinceps quotãnis duo ista venarum apertionis tempora obseruabis, pro ratione & exigentia mali.

Crescentia vlcera vt curentur.

De Pustulis antiquis.

SI pustulis antiquis ex sangune natis enteris, ex illis venarum originem capta, quas facilè assequeris. Eas simul inuestigatas, omnes vno die in infima regione, Lunâ nouâ existente, aperi. Postea in regione ferè media easdem cum herba sophiæ tumefactas denuò incide, & sanguinem extrahe pro ratione materiæ. Postea in proximè sequente plenilunio, easdem iterum inferiùs aperi. His confectis, venas in Laconico cum herba sophiæ turgidas fac: & vbicunque similes sibi inuicem venas, vel in duritie, vel liuore, vel in aliis, quæ præter venarum naturam sint, deprehenderis,

Pustulæ antiquæ vt curẽtur. Herba sophiæ &c.

deprehenderis, eas pro rei exigentia aperi, tamdiu ac toties, donec malum redire non sentias. Ita pustulæ ex seipsis tandem decident.

De Cancro.

Cancer vt curetur.

SI cancer chronicus factus sit, operam dabis, vt illum omnium primò in venis muliebribus, hoc est, in venis fluxus mẽstrui, perquiras. Venas has aperi in locustis ter in mense vno. Et interea intercurrentes venas, quæ secundum rubras lineas conspiciuntur, in loco sanissimo ex ordine incide pro conditione personæ. Postea venas menstruales denuò aperi, eâ ratione, quam in esthiomenis vlceribus explicuimus. Venenum enim, quod in cancrum se immittit, nonunquam ægrè ac difficulter retropellitur. Videndum autem est, si fieri possit, vt hæc & aliæ phlebotomiæ in mensis initio instituantur.

Virorum cancer eodem modo in venis Hæmorrhoidalibus tranctandus est, eo præcipuè loco, vbi eas commodissimè comprehendere possis. Citra hunc processum enim phlebotomandi cancer nullus cum radice extirpabitur, nec vel superficiariam tantùm curam etiam facilè admittet.

De Lupo.

Lupus vt curetur.

PHlebotomia in Lupo faciẽda est interiùs, in vlcere, ita, vt hoc cum herbis tumefacientibus turgefiat. Tunc enim quamplurimæ venæ conglobatæ erumpent, ad apparentiam liuidæ, nigræ, aut ex inflammatione rubentes. Hos colores quæ venæ exhibuerint, eas aperi, donec recẽtem sanguinem emittant. Nec hoc cures, etsi venę vulnere magno sauciandæ sint. Hoc enim requirit conditio sanguinis. Die tertio apertionem itera, nec desiste, donec dolor duret. Is enim venarum plurium abditarum index est. Scire autem conuenit, venas has nusquam aliàs, nisi in solo vlcere, feriri posse. Ibi enim centrum & radix sita sunt. Quamprimum dolores cessârunt, consolidabis. Denique venas illas aperies in suis locustis quotannis semel. Similiter & in anno dimidio. Postea in medio venæ versus ipsius principium secundò; & sic continenter mutabis, pro conditione personæ & maligna infectione sanguinis

TRACTATVS. V.

DE MORBIS CORPORIS SEV PHYSICIS.

De Phlebotomiis Podagricis.

Podagræ paroxysmꝰ à firmamẽto

NOn minùs in morbos corporis seu Physicos, quàm ipsos chirurgicos cœlum impressiones suas inferre, compertum vobis esse decet. Quî ergo morbi isti iam chronici facti, per extractionem sanguinis auferri debeant, deinceps attendite. Et podagra quidem citra influxum firmamentalem, ad paroxysmum suum deduci minimè potest. Prima ergo illius curatio à phlebotomiâ incipi debet, sine quâ curatio podagræ nulla expẽctari debet. Huius ergò tollendæ processus iste est. Primò autem in coniunctione Lunæ & Solis, antequam paroxysmus inuadat, quatuor infimas venas cephalicas in vtroque pede secabis, ac sanguinem extrahes pro exigentiâ morbi & tolerantia ægroti. Postea in sequente quarta eadem venas pertundes in cruribus, infra genua: & in plenilunio in spina dorsi. Per hunc processum, si podagra nondum penitus chronica facta sit, ipsa prima statim vice tollitur & exstirpatur. Si verò chronicè fixa sit, processum præscriptum denuò iterabis, in tertio nouilunio sequente. Si autem vehementissimè fixa ea sit, phlebotomiam in proximo illicò sequente nonilunio repete: ita influentia firmamenti intercipietur, adeóque plena adhibitorum medicamentorum operatio sentietur. Nisi enim firmamentalis cursus priùs auferatur, quacunque alia ratione morbum hunc expelli posse, nemo quisquam cogitet. Nec enim morbus sine impressione cœlesti incumbit.

Podagra vt curetur phlebot.

De Defluxionibus à capite.

Defluxiones vt curentur phlebot.

QVi pro anni mutationibus, defluxionibus tentantur cõsuetis & minimè emanentibus: hi primò impressionem illam sedulò discant. Nec enim vno modo verùm pluribus impressiones incumbunt. Quã de causa & re librum *De origine morborum sanguinis* condidi. Impressione explorata, coniunctioni illi intendens, ante paroxysmi remissionem venam cephalicam in manibus incide, & sequente die altero duas cephalicas in pedibus aperi. Quæ si circa tempus paroxysmi fiant, tunc incide venam cephalicam sub lingua. Hoc facto, defluxioni tempus expecta. Si cadat defluxio, phlebotomiam prædicto modo post denuò itera. Interim ad *signa* defluxionis diligenter attende. Si illa regiones aurium occupans, tinnitus suscitet: aut regionem dentium inuadens, dolorem in ipsis cieat, aut Asthma, aut arthritidem, aut lippitudinem, aut raucedinem, & similia alia inferat: in his casibus omnibus operam dabis, vt venam cuiuslibet affectus propriam inuenias. Itaque in incipiente illa coniunctione *incide* venas aurium, occulorum, *similiter* & ter & pulmonaticam, *hepaticam*, & alias plures, in qualibet *habito respectu* personæ *defluxionem patientis*, & rei ipsius exigentiæ. *Huiusmodi* enim defluxiones paroxysmant à *vi* cœlesti incitatæ. Cùmque cœlum suæ concordantiæ corpus inueniat, id ò obstat, quò minùs vllum remedium perstante ipsius cursu commodet ac iuuet. Hæc causa est, cur quotidie fluxibus illiusmodi hominum tententur etsi multis simul & variis medicinis vtantur. Cœlum enim vbiuis præpollet.

De Maniâ

Maniam curetur phlebot.

ANtequam Maniam auferatis, sciendum vobis est eam potissimùm ab impressionibus cœli infligi. Nullum ergo remedium iuuare potest, nisi priùs cœlum placetur & influxio eius auertatur. Itaque ante omnia noscenda ea vena est, in qua continetur is sanguis,

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 819 sur 913

guis, à quo cerebrum in insaniam coniiciatur, quod fit vel per febriles morbos, vel interna apostemata, vel sponte sine hisce causis. Venas autem eas primùm nosse debes, ex quibus percipias horam ac minutum istius phlebotomiæ: veluti, si in venis capitis Mania iaceret, tunc eæ inquirendæ sunt. Si illa in venis sanguinis febrilis condita sit, tunc eas infra caput in suis locustis corripe. Si apostema sit internum: iam iterum in locusta istius venæ phlebotoma. Nec in his casibus curanda superstitiosiùs signa sunt, sed parci debet tantùm siccitati & feruori. Si illa in proprio sanguine capitis consistat tunc mediam venam in fronte incide: postea venas vtrasque temporales: porrò venam cephalicam in pedibus pro conditione personæ. Quæ omnia commodiùs fiunt, si Luna Soli appropinquat, commodissimè autem ista fiunt in coniunctione.

Venarũ apertio per ferrũ candens. Salium Alkali vsus.

Eodem modo, si causæ quoque aliæ adsint, conuenientium venarum sectioni operam dabis. Si verò mania vehemens sit, & fortissimè impressa hæreat, tũc venam aperies ferro candente, nec quicquam dolorem curabis. Vulnus candente ferro factum, apertum seruandum est, admotis acerrimis salibus. Alkali vsque ad finem sanationis. In cæteris autem casibus proprietatem venarum obserua.

De Erysipelate siue Ictericiâ rubrâ.

Erysipelas vt curetur.

DE hoc sciendum est, quòd parum discriminis intercedat inter Erysipelas hoc, & Maniam. Diuersitas enim in solo loco est, & quòd venæ differant. Quòd si enim calor tantus & expiratio in regione rationis impelleretur, Maniam certè longè grauissimam concitaret.

Erysipelatis ergo origo in venis inquirenda est. Nonnullis enim, qui Erysipelas ex interiore corpore concipiunt, malum deuergit in crura: aliquibus per venas excurrit, qui ex corpore in brachia distribuuntur: quibusdam in venas capitis ex parte malum insilit. Harum iam iterum discrimen est hoc, quod aliquæ irritentur à cursu cœli: aliquæ à madefactione ab aqua.

De his tenendum est, quòd, quæ à motu cientur cœli, in coniunctione illa phlebotomari debeant. Quæ autem à madefactione irritantur, post, coniunctionem aperiri debent, venis ipsarum hoc modo inquisitis: si nempè Erysipelas à madefactione est, venæ cephalicæ omnes in capite incidendæ sunt, vtpotè quæ cursui subiaceant. Reliquę autem in illis solùm venis, quæ ad originem spectant, curandæ sunt. In venis enim exterioribus, quæ partem communem non habent cum ipsis, morbus augetur. Rarò autem huiusmodi morbus incidit, qui exulcerationem non inducat.

De Fluxibus Menstruis.

Menst. fluxus vt mouendi.

NOscendum hisce de fluxibus est, quòd Menstruum peculiarium venarum effluxio sit. Hæ ergo venæ ante omnia noscendæ sunt, vt suppressos menses per phlebotomiam ciere & mouere sciatis. Etsi autem hoc loco cœli cursus horam nullam peculiarẽ phlebotomiæ determinet: is tamen cursus ex motu fluxionis naturalis, motioni superiori simili cognoscendus est. Itaque si tempus fluxionis seipsum proferat & indicet, tunc in isto impulsu venas menstruales incide, sine quarum apertione & perfectâ euacuatione medicinæ operatio non pergit. Vbi notabitis, quod sæpiùs etiam in prægnantibus huiusmodi phlebotomiæ fiant. Quo casu sedulò danda opera est, ne vnquam venam aperias, donec hora partus mulieris instet, etsi quidem fluxus menstruales in sanguine sese exhibeant. Si enim illa non instet hora: phlebotomia seriò vitanda est. Si verò instet, ea sanitas attinet tàm fœtum quàm matrem.

De Febri.

Febris quid, & eius cura.

POrrò autem tenere debetis, Febrem non extra sanguinem tantùm, verùm etiam in ipso consistere: qui nihil est aliud, quàm putrida accensio à firmamento facta. Vnde phlebotomia quoque pro cœli ratione instituenda. Ad hoc obseruandum distingui oportet, qualisnam ea febris sit. Ex hoc enim præcognito liquebit, quænam venæ in isto loco infectæ sint. Quo percepto, curam ita dirige, vt in initio paroxysmi venam conuenientem incidas, nec ad aliud quicquam respicias. Et licèt cœlum quidem præsentiâ suâ admodum potens sit: tu tamen sedulò hoc age, vt paroxysmum ferias in nouilunio, & posteà, si paroxysmus in principio sit. Per huiusmodi enim phlebotomiam curantur Quartana, Ethica, & aliæ, quæ Septanæ &c. vocantur, quæ aliàs non ita prægressâ venæ sectione Medicinam nullo modo accipiunt, aut cum ipsâ conueniunt.

Febres in nouilunio phlebotomandæ.

De Paralyticis

Paralysis vt curetur.

DE paralysi hoc primum scies, quæ venæ paralysis materiam contineant? Hoc perueſtigato, ipsas in locustarum extremitatibus incide, in nouilunio ariętis. Postea aperi eas in dimidiâ parte quartæ proximæ. Ita fiet, vt, quantum quidem cœlum causatur, tantum irritationis ipsius adimatur. Si quid autem paralyticum aliud in eo loco eueniat, id à reliquis tribus hominis partibus gignitur. Si tu ergo peritus sis, & in illâ regione fluxum paraliticum videas, tunc paroxysmum ipsius tolle in horâ suæ constellationis, seu coniunctionis, sine qua prægressa cognitione aliàs frustra medicaturus es. Hinc enim, ex hac imperitia factum est, vt dicatis, *Morbus est incurabilis*: cum istiùs dicendum sit, *Doctor non est irrefragabilis.*

De Morphea.

Morphea quid: & vt curetur.

SImiliter etiam sciendum est, Morpheam tantùm esse morbum sanguinis, ab incensione firmamenti genitum. Hæc si chronica euasit, tum persæpè ipsa in filios ac nepotes &c. hæreditariò transfertur. In hac ergo Morphea conuenientes ante omnia venæ cognosci, & in coniunctione Lunæ incidi debent, proximè apud originem. Sanguinis extrahatur

trahatur multum. Bonitas autem ſanguinis ab incepto te non reuocet. Poſtea in nouilunio proximo venas aperi in ſuis locuſtis, ac denuò iuſtam quantitatem emitte. Porro proximo iterum nouilunio incide venam menti, & ſub lingua. Hoc modo influentia chronicationis exigitur. Si verò malum longiùs durauit, tempora anni obſeruabis, prout iudicio tuo commodum videbitur.

Concluſio.

QVòd hactenus errores ac abuſus, in phlebotomiâ committi ſolitos expediuerim: ac deinceps, quæ phlebotomiæ in quibuſdam morbis ratio, quis modus ſeruari debeat explicuerim his præcipuè de cauſis factum eſt.

Videtis nimirum, Deum ollam non integram aut obſolutam perfeciſſe, ſed produxiſſe tantùm lutum, & opus reliquum figulo, ceu firmamẽti diſcipulo mandaſſe. Hoc ipſum mihi quoque propoſitum fuit, vt imperitos illos in ſcholam ducerem. Quanquam ipſi ſibi vſque adeò eruditi videantur, ex literâ illicò primâ vt nouiſſimam diuinent. Qui, cum hæc non intelligant, ea ſeu inutilia & nauci haud dubiò reiicient. Quod ipſum quoque imbecillitatis intellectus ipſorum teſtimonium eſt. Si enim ſcientiam ſublimiorem haberent, reſponſionem longè ſaniorem vtique proferent.

Veterum quidem auctorum plurimi de Phlebotomiâ commentati ſunt: quos æmulati ſunt iuniores, quos tamen teſtis ipſa conſcientia & æquitas conuincit, quòd doctrinam illam venæ ſectionis tueri aliter non poſſint, quàm quòd ita illa tradita ſit. Ex noſtro diſcurſu hoc etiam intelligitur, quòd Phlebotomiæ cognitio ex ſolâ Aſtronomiâ petenda ſit. Aſtra Medicũ gignunt. Ipſa enim Aſtra quartam Medici partem complent: de quibus tamen aſtris veteres ſolidi nihil ex fundamento tradiderunt. Cùm enim tantâ ſcribendi prurigine laborârint: certè omnino, ſi creſcentium Aſtralium cognitionem habuiſſent, vllam, eam calamis ſuis exſculpere prolixiùs non intermiſiſſẽt. De Galeno dico, & Auicenna, ipſorúmque inſcitis cõmentatoribus Gentili, Iacobo de partibus, Truſiano, &c. Gal. Auicẽna. &c. taxãtur.

Quòd verò alicubi venarum nonnullarum mentionem illi fecerint: id arbitror ipſos ex ſonoribus didiciſſe, nec tamen rem ipſam pernouiſſe, quod & in aliis artibus liquidò produnt. Scripta ergo illorum, vt nullius momenti, nos magnopere non offendant.

Etſi verò præter hactenus tradita, morbi adhuc plurimi huc apponendi fuiſſe videantur: attamen, cùm iidem ex fundamento altiori reperendi ſint, librum illis peculiarem deſignatum maluimus, in quo quæ hic deficiunt, luculentiùs declarabuntur. Quæ tamen omnia inſtar opificij cuiuſdam dicenda ſunt, & non ex capite fatuo æſtimanda.

FINIS MINVENDI.

DE PVRGATIONE IN PHLEBOTOMIA INSTITVENDA.

De vſu Phlebotomiæ in purgando.

A MEDICIS Sophiſticis leges quædam & conſuetudines ortæ ſunt, quæ etiam in obſtinatum morem abierunt, vt creditum fuerit, quæcunque Phlebotomiam, purgationem debitam præcedere oportere, vt ſequens venæ ſectio eò plùs commodi & emolumenti afferat. Quod quidem ſi ita verum eſſet, quis conſilium id non laudaret? Iam verò cùm ſecus ſit, quis illud approbabit?

Cùm ergo de venæ ſectione hactenus tradiderim: conuenit omnino, vt etiam de purgatione, illius comite, non nihil dicam. Non autem dubito, quin hæc mea tàm ægris quàm Medicis aliena obuentura ſint. Veteres enim & confirmatæ conſuetudines non facilè mutantur: maximè, cùm ex longi temporis vſu Medici populo perſuaſerint, ita benè factum eſſe: cùm tamen omnino malè id fiat.

Magni ergo laboris erit, hunc morem abrogare. Ac in hoc vno abrogationis momentum poſitum eſſe omne videtur, vt deinceps in Medicos diligentiùs animaduertatur, ac quid, & vnde agant circumſpectiùs expendatur. Conſilia enim multa promuntur ex ſolâ conſuetudine. Quæ ſiue profint ſiue noceant, morem tamen antiquum omnino tenendum putant. Sic etiam remedia multa ex ſimplicitate à Medicis decernuntur: quibus perſuaſum eſt, remedium, quod ante ipſos profuit, & iam prodeſt, ac deinceps proderit, neceſſariò hoc quoque vel illo in morbo ſalubre futurum ſit. Ita purgationes multi imimperant, vt queſtus redeat ad Doctores & pharmacopolas. Quos ſi impoſito ſeu delato iuramento cogas: nunquam certè id facerent aut ſubirent ipſi, quod aliis imperant.

Vos ergo ægri in vniuerſum omnes, qui venam ſecturi eſtis, omnium primò conſiderate Medicorum ſimplicitatem, conſuetudinem, & auaritiam. Ab his nihil vobis imperari ſinite: nec quicquam credite his, qui vobiſmet ipſis multò imperitiores exiſtunt: qui victum ſuum & amictum omnem quærunt ac aucupantur ex inani veteris conſuetudinis perſuaſione: vnde quidnam ad vos tandem rediturum damni ſit paucis enumerabo, vt ex his certi ſitis, quid purgatio ſit & commodet, & quid de eâ admitti vel reiici debeat?

Hoc antequam explicemus, præfiniendum nobis videtur, quid phlebotomia ſit, & ad quid conferat. Vbi deinceps explicabimus, quî purgatio illi quadret, & quomodo vtræque inuicem conueniant.

Phlebotomia procedit ac inſtituitur ex cognitione cœli, faciens ad morbos cœleſtes. Phlebot. quid.

Purgatio procedit ex cognitione corporum terrenorum, & huiuſmodi etiam morbis demendis impenditur. Iam vide, quæ horum inter ſe ratio ſit. Vnum eſt ſupernum, alterum infernum. purgatio quid. Purgat. & phleb. quæ diuerſitas.

infernum. Vtrunque est medicina, suum seorsim morbum respiciens, non alienum. Cœlum enim morbus terræ non adimit: nec terra cœli. Suos priuatim vtrumque tollit. Humoralistæ tamen citra pudorem vtrumque confundunt. Vtcunque enim quadrent, si certè id faciat ad culinæ prouentum, ars mala non est, si simul & cacare, & cruentare ægri cogantur.

Sed, vt planius rem assequamini, scitote, quòd purgationes euacuent stomachum, & auferant ventris pituitam, ac sordes alias. Hæ iam emundationes, quî quadrent ad sanguinem, intellectu perfacile est. Cacatio namque ventrem: Phlebotomia caput exonerat. Diomedea verò illa necessitas est, vt, quoties phlebotomia instituitur, ventrem toties ac stomachum ægrotare, simul ac medicamenta assumere oporteat. Ad phlebotomiam certè purgatio plùs non confert, quàm vtile est, vt, si Encænia instant, plateæ & templa euerrantur, quò fit, quòd crastino die vberiùs cõspurcetur. Quis adeò verò stupidus est ac vecors, qui non illicò videat, nugas esse, vt purgatio & venæ sectio simul instituantur? Sed his ipsi tamen non contenti sunt: verùm insuper addunt thermas. Quod verò hoc consilium impostorium est? Id certè non quadrat aliter, ac si quis ex plumbo, stanno & cupro soleam ferream equinam cudere vellet. Si duo præstò in corpore morbi sint, quorum vnus purgationem, alter phlebotomiam requirat, vt vtræque quidem suaderi possint: quid tamen vnum attinet ad alterum? Quasi, si febres haberem equidem, an simul purgatio & phlebotomia ad eas faciat? Esto. Non tamen vtræque fieri simul debent, sed quelibet perse seorsim cura sufficiens est: siquidem in phlebotomiâ consistit arcanum febrium adeò potens, vt sine purgatione sufficiat. Sic pariter in purgatione cõsistunt arcana, quæ febres tollunt & integrè sanant. Cur ergo Medicus curationem duplicem instituat? Bonũ nimium est venenum. Arcana verònec tollatis nec cumuletis. Quòd si tu facis, prodis te purgationum ignarum existere, in quibus huiusmodi arcana consistunt. Et licèt de iis quidem aliquid somnies, sõlidi tamen nihil nouisti. De phlebotomia autem quasi per insomnium audiuisti, quòd per eam febres exigantur. Ipsa tamen phlebotomiæ arcana non intelligis. Hinc fit, quòd à scopo aberres, & inconsulta consilia proferas. Haud dubiò autem vtrasque simul iungitis, purgationem scilicet & phlebotomiam, vt ex iis saltem alterutra iuuet, si non vtraque. Quo facto vestram in Medicinâ simplicitatem, ruditatem & imperitiam testatam facitis, quòd nempe haudquaquam ex arte consilia detis, sed ex auditu aut vestris somniis tantùm, quod, obuium est, promatis.

Phlebotomia est arcanum per se velut etiam per se. est purgatio arcanũ. Bonum nimium venenũ est.

An verò ob id reprehendẽdi non sitis, quòd, cum Doctores vos iactetis, consilia tam elumbia & arida reddatis; quæ non ex ipsâ cognitionis veritate, sed ex putis & putidis opinionibus profluunt, quibus in medium iactatis cœcæ fortunæ vos totos committatis? An dementia hæc vestra non publicè euincit, quòd nec purgationis nec phlebotomiæ, quos in vsus vtraque impendatur, & quæ vtriusque efficacia ac virtus sit, periti sitis, & tamen interim pro veteri consuetudine quiduis temerè decernatis? Nempè hæc ars ideò vobis tam bella est, quia ad culinas vestras tanto fœnore facit, & subindè nouam pecuniæ vsuram cumulat.

Sed adhuc damnosior alia de vobis consuetudo proferenda est, quòd purgationes hominibus etiam sanis decernatis, velut & Phlebotomiam imperatis. Sani nimirùm hi sunt, qui inferiori ac superiori sphæræ resistunt, & quorum constellatio in sanitate præpollet. Vos autem omnino contrarium facitis, & dum sanos iubetis esse ægros, vt medicinis opus sit, purgatione scilicet & phlebotomatione. Quæ vestra stoliditas minor non est, quàm si ligni curæ subiiciatis eum, qui nullo vitio tenetur, vt sanus euadat: aut quasi medicamentum colicum propinetis illi, qui non à colicâ, sed à calculo distorquetur.

Multa subindè de corrupto blateratis sanguine, & vestrûm tamen nemo, quid sanguis corruptus sit, compertum habet. Sic etiam vester sermo vniuersus est de sanguine grumoso, adusto, putrido, &c. Eodem modo nescio quæ etiam miracula prodatis de purgationibus. Quid verò refert, de oleto vno tot cantilenas succini? Quî verò id probare aut cõcordare poteritis, quòd sordes, quas syrupi vestri digerunt, & purgationes educunt, ante phlebotomiam institutam eductæ sint, nec amplius in ventre fluctuent? Aut quî quæso sanguinem purum facietis per id, quod per anum secedit? Cùm tamen sanguis nullus, aut quod ipsi inest aliud, per intestina expelli possit? Et vos tamen sanguinem purgando depuratis simul, & simul phlebotomiam instituitis. Quò quid facitis aliud, quàm quòd purgationes duas in re vnâ molimini, cùm, si veram cognitionem teneretis, vnica tamen sufficeret. Conclusum ergo sit, purgationem nullo modo pro consuetudine veteri institui debere. Sanguinis enim & stomachi nullus consensus est. Quinimò res contraria est, duos labores in rem vnam impendi. Hoc ergo consilium in culinis cusum est & excoctum, non ex ipsâ arte depromptum.

Ne verò fors arbitremini, nullas naturam fors purgationes in sanguine moliri: aut si moliri quidem queat, quòd hactenus tamen illas non attrigerit: ad hoc vobis responso tali obuio, quod natura depurandi sanguinis modos multos architectetur. Ex hoc genere sunt purgatio sanguinis per vlcera: purgatio sanguinis per sal: purgatio sanguinis per aquositatem: purgatio sanguinis per crassitiem: purgatio sanguinis per putredinem: purgatio sanguinis per omnes morbos in eo nascentes. Et sicut aliæ curationes in aliis morbis existunt: ita similes etiam sunt in sanguine.

Et hæ veræ ac genuinæ sunt Medicationes sanguinis: hæ veræ sunt phlebotomiæ, sine ferro factæ, quæ tamen per anum non egrediuntur, non per intestina, non per stomachum secedunt. Quòd si vobis Medicis statutum est, ex fundamento ipso aut scribere aut

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 822 sur 913

dicere de sanguine, quid ipsi seruiat, adeóque (quod facitis) cœlum missum facere vultis: fas erit omnino, vt, sicut dico, ipsa Naturalia percognita habeatis sciatisque, quo pacto natura ipsa sibi cùm phlebotomet tùm medicetur. Hanc viam si triueritis, tum demum consilium dare possitis de phlebotomiâ, vt per scalpellum ea administrari debeat. Interim à purgando desistendum erit vobis, velut & à phleborotomando, quæ tanto cum probro & inscitiâ hactenus cum iacturâ non leui obtruditis. Valdè autem ineptè id prætenditis, velut ignari veræ Medicinæ, quòd ea vobis indicem, quæ (vt nugamini) ipse equidem nesciam ac ignorem. Sed iste Dæmon vester nimis simplex est, cuius instinctu talia mihi elicere satagitis. Ne verò interim in ani vos cum responsione dimittam, repeto equidem & inculco hoc, quod deinceps, sicut & hactenus ægros per naturalem phlebotomiam in morbis sanguineis omnino seruaturus, & (vobis etiam retinentibus) ab interitu ereptutus omnino sim. Apud hos vos stultitiam vestram scisciteminí. Etsi verò vel ista docere mihi proposuerim: tamen intermittentur eadem, donec cornua inuicem nostra satis superque obtriuerimus, & inuidia vestra, quâ me immerentem prosequimini, interim ipsi nimis laxo & fluido fundamento innixi, publicitus omnibus notoria fiat. Tandem ergo, imo simpliciter verum est, quod purgationes vestræ & phlebotomiæ, prout hactenus institutæ fuêre, fundamento omni careant, nec ad sanitatis institutum quicquam faciant, nihilque aliud, nisi quæstum culinarium redoleant: vbi defectum artis & solertiæ farciat sola consuetudo aut verborum lenocinium, aut lucri cupiditas, aut tyrannus Mos, qui multis rebus laudabilibus offendiculo est.

De Scarificatione.

SIcut phlebotomia, ita & in scarificatione consuetudines ac ritus certi à Balneatoribus introducti sunt. Vt enim verbo vno dicam, scarificatio certè nec acidum nec dulce in se habet, nisi quòd solâ de consuetudine se iactet. Hoc autem hîc primo exagitandum est, quòd dicere solitant: hîc magna sanguinis copia est: ideo demendum & extrahendum. Addunt: fluxionem esse in oculos, in aures, in dentes: Quæ nisi adimatur scarificatione, quietem & tranquillatem nullam fore. Scarificationem siquidem membris prodesse omnibus & renouare ætatem, eámque facilem facere. Quæ certè, si ita essent, inter bona meritò numerarentur.

Sanguis iusto pô. dere in carne est.

Primùm autem, sanguis pro suo pondere nascitur in carne, nec hæc illo destituitur, quamdiù sana est. Si tu sanguinem quidem auferas, eius tamen iustum pondus caro iterum attrahit. Vos ergo naturæ non leuiter contrariamini. Quod enim iustum suum pondus illa attrahit, id vos extrahitis.

Scarificationis nocumẽta.

Iam autem vtra pars iustiorem causam tueatur, videamus. Si tutè quidem Naturæ pondus aufers, ac ipsius propositum intercipis tunc per validam attractionem fluentem quendam riuum facis, ac sanguinem aquosum extrahis, similem puri, quod ex vlceribus extrahitur. Hanc tu nimirum materiam moues. Sic ergo à genuino sanguine venis ad fluxus, quos ita vocas: nec cogitas, Naturam ipsam si quid in se mali & fluxilis contineat, suum Emunctorium quærere. Quod dum tu ventosis tuis moliris, nihil aliud quàm aucupium pecuniæ facis, quod artis vestræ proprium est. Ipsi verò apud vos æstimetis quàm graue sit, attractionem istam moliri radicis, quæ rerum origo est. Hanc tractionem qui consulit, is Naturæ nec modum nouit, nec motum, nec vitia, nec indigentiam, ac meram iactat consuetudinem, non à Medicis, sed impostoribus, qui artibus his inueniendis nati sunt, excogitatam.

An verò ea medicina proba & laudabilis sit, quæ dum fluxiones amoliri parat, nouas subindè & grauiores eas attrahit? Cuinam ea proba videri possit? Quî bona dici possit? Inquiunt nimirùm: nisi scarificem, nihil trãquillitatis hoc vel illo loco sentio, &c. An verò propter hoc dicterium scarificatio Medicina sit? Apage hos Doctores. Quantum verò id artis est, quod iactatis? Vbi ipsam didicistis? Aut. quò illam, ne amittatis, reconditis? Vtrum verò melius vobis videtur. Fluxum illum tollere per ipsius Arcanum, aut per scarificationem? Per Arcanum equidem arbitror. Quod cùm vos nesciatis, quid aliud, quàm scarificationem identidem iteretis?

Fluxus per arcana auferendi.

An verò bonum id sit & vtile, quod corpus alleuiet? Præcide tibi manus pedésque, & ponderibus aliquot leuior eris. Quantopere verò hæc alleuiationis ratio non placet: tantopere nec naturæ tuæ arridet, quòd parùm illud sanguinis ferre non posses, sed dicas, sanguine te abundare, qui euacuandus sit. Quòd si scarificationem nunquam incepisses quidem ecquis quiritandi hanc de copiâ vel inopiâ sanguinis tibi occasionem subdidisset; Malum ergò tibi ipsi cudis.

De Scarificatione aduersus Morbos.

CVm morbi nonnulli sunt, quorum exitus vtilis ac bonus sit, ratione lenitionis non autem curationis? lenitio etiam non aliter, quàm in fine cum multiplicatione dolorum & morborum istorum scarificationem suadeat: vera certè & genuina ars est, hîc scire, quod scarificationis *consilium* nihil aliud quàm suspendij *dilatio sit.* Itaque Medicina minimè est, *sed* destructio, quam sibi tamen *pro laude* ducunt illi Medici, qui qua*licunque* lenitioni acquiescentes, ipsius artis penitiora adyta transiliunt, ac in desperatione volentes versantur.

Morphea:

EX isto morborum genere est Morphea, in quâ scarificatio, &c. vtilis est, non quoad curationem, sed ad speciem, & breuem dilationem. Cuiuslibet tamen Medici est hoc officium, vt medicetur ad curam, non ad suspendij dilationẽ, veluti Iuristę faciunt. Non Iuristas, sed Medicos vos esse oportet: nec initat illorum operari debetis, verùm ex fundamento ipso procedere. Hoc est, cura Morphææ perficitur sine scarificatione. Scarificationis alia ratio non est, quàm si ex tumido aliquo,

Medici est curare morbum, nõ pertrahere.

aliquo, cuius tumor pondo centum sit, hodie pondo decem extrahas, qui cras tamen iterum pondus idem recipiat. Quid verò scarificatio in Morpheâ plus commodat, quàm quod morbum ipsa auget, & nouis malis cumulat? Tum nec Morphea ex sanguine illo gignitur, qui scarificando extrahitur, sed ipsa locum ac sedem aliam habet, vbi inquiri dedet. Quo casu certè scarificationem nemo suadet, nisi qui morbi imperitus est. Cui hoc vnum satis est, lenitionem prætendendo pecuniam à credulis emungere. Morpheæ Medicina est Arcanum, in sanguine existens: & arcanum ad sanguinem facit. Et quia arcanum ad sanguinẽ est, ideò est arcanũ ad Morpheã. In hoc ergo eius Medicina posita est, nó in scarificãdo.

Morpheæ medicina est Arcanũ.

Quòd verò scarificationem repudiem, causa hæc est, quòd videam, eam ab imperitiâ Medicorum manare. Nec enim, quis morbus sit, cui consulant, exploratum habent. Illi decernunt venenum, interim merum mel & saccharum iactantes. Et nequitia talis in ipsis ferri debeat? Aut id flagitium non euidens est, quòd spretis & neglectis arcanis, consilia & remedia tam cruenta & carnifica obtrudant? Abolenda ergo scarificatio, & in locum eius Arcanum surrogandum est. Hic modus medicinæ est. Nec citiùs vnquam scarificationem, quàm ipsum Arcanum adhibueris.

Scabies, Prurigo.

SEd & hoc præterea ingenium, Doctor Balneator ex Auicennæ doctrinâ ad culinæ prouentum accommodauit, dùm scarificationem ad scabiem & prutitum facere prætendit. Quo facto in memoriam mihi illi reuocant Balnea Martia, quorum vnum facit pro muscis, alterum pro culicibus, tertium pro crabronibus. Non enim alia ratio est solitæ huius scarificationis. Qui consilium ad scabiem dare vult, is minimè ad scarificationem intendet, sed arcana tractabit. Nam scarificationis alia ratio non est, quàm si quis crustam à capite diuellat hodie, & in vulnere cruentante cras noua crusta renascatur. Eodem modo & scarificatio cruentat ad futuram generandam crustam. Vobis id ergo admonitioni sit, ne consilia istiusmodi temerè sectemini. Illis enim si vos obtemperare audetis: nôrunt illi pecunias radere. Idémque hîc fit, quod *in* suadendis thermis. Cui enim Medico ars deficit, is thermas adeundas imperat. Nec enim consiliorum horum causa alia est, nisi vt ægri in thermis moriãtur. Quod foris quidem honestius fit, quàm domi. Sic ergo sẽper causa aliis, non Medico impingitur.

Hydrops.

Hydrops arcanis curatur, nõ scarificatione.

ITa occasiones etiam ad scarificandum desumptę sunt ex morbis tumefacientibus, de quorum numero est etiã hydrops. Quæ quanta sit dementia, colligi facilè potest. In propatulo enim est, quòd non scarificatio, sed arcana hydropem curent. Vbi scarificatio frustranea est. Nam quis quæso dicat aliud, quàm quòd hydropis medicina nõ in ventosis sit, quibus extrahatur id, quod cumulatiùs post refundatur, & contumaciùs obnascatur.

Menstruum.

Menstruum scarificatione nõ curatur.

SIc etiam in morbis muliebribus remedii multum quærunt ex scarificatione. Si quid in sanguine illo insit, minùs bonum, tunc hâc viâ non exit. Tum nec sanguis ille, est is sanguis, qui instar morbi se exhibet. Verùm morbus in alio loco iacet, quem scarificatio attingere minimè potest. Quid ergo tua punctura iuuet? Præterea ruditatem etiam tuam prodis, dum morbum ibi quæris, vbi non est, & extrahis, quod ægrum non est. Ex quo satis abundè elucet, quòd nihil quicquam aut scias, aut intelligas. Benè interim tibi, quòd in omnibus hoc studiosè caueas, ne stultia tua innotescat. Dolum enim tuum si rustici sentiant, cutem suam integram seruabunt, & tibi scalpro adacto corium pertundent.

CONCLVSIO.

DE scarificatione ergo tenere, eam meram decipulam & impostoram plebi incautæ intantatam esse. Omne enim ad scarificandum consilium temerarium est, ac à fundamento Medicinæ alienum. Vobis interim Doctorculis id satis ad laudem (vt putatis) non est, si prætendatis feciſſe vos quod potuistis suumum. Nam quid summum hoc ad aliorũ emolumentũ? Optimum primò disce. Deindè idem præsta, non ex opinione tuâ, sed ex arte. Phantasia enim tua nauci est. Quę omnia breuibus hîc admonere placuit, vt à malâ consuetudine tandem deficiatis. Hanc enim etiam rustici nôrunt. Interim ignorant arcana, quæ apud vos inquirunt. Hæc vobis explorata esse decent. Si secus faciatis. Medici haudquaquã estis, sed &c. Ita cum vestris artibus benè agite.

FINIS.

SCHEDVLA.

De Purgationibus in sanguinis minutione.

MEntio mihi facienda est de à Medicis in purgando obseruatâ consuetudine, quam ipsi vtilem & salutarem prædicant: nimirùm vt primò purgatio fiat, pòst instituatur phleborotomia. Hæc enim bona esse dicunt.

Nobis autem primò contrarium verum videtur, nempè processum istum esse minimè bonum. Bonum esse dicunt illi, quod bonum non est. Interim nihil probant, nisi per scriptã literã. Quòd verò id bonũ nõ sit, ita colligite.

Purgatio primò ita intelligi debet. Cur minutio sanguinis instituitur? Ideò, vt cœlo cursum moliatur ad exitum, hoc est ad expellendum ventum sanguinis.

Iam si egressus causa est ventus sanguinis, non materia, non corpus, non substantia: quò faciet purgatio? Purgatio enim tantùm debetur corpori, substantiæ, materiæ: nec expellit ventum, sed ventos generat. Quid ergò prodest purgatio? Venenum est,

Si ergo substantiam sanguinis, vt aiunt, auferet illa: quò tandem facit phlebotomia? Huius enim à peritis Medicis compendium fieri debebat. Sed nihili est purgatio. Itaque phlebotomiam sequi necesse est. Dicitis autem, purgationem disponere sanguinem ad feliciorem emissionẽ. Quid autem respondebitis Alexandro, qui affirmat, purgationem inflãmare & exiccare, ac sãguinis humiditatẽ absorbere,

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 824 sur 913

eiúsque cursum impedire, & illum in furias coniicere.

Quod verò id tandem diuerticulum est, cùm dicitis, corporis saburram prius remouendam esse? cùm tamen saburram illam, quam tu purgas, phlebotomia minimè respiciat? Alium enim morbum respicit purgatio, alium phlebotomia. Cur ergo post purgationem demum phlebotomia subeunda est, si non nisi sanguis euacuati debet? Sed ista nefaria suadetis, vt nummos purgatorios cum pharmacopolis vberiùs prouenientes habeatis. Aliàs enim, illius vsus nullus vsquam est.

THEOPHRASTI BOMBAST AB HOHENHEIM eremitæ, vtriusque Medicinæ Doctoris.

DE VRINARVM AC PVLSVVM IVDICIIS LIBELLVS:

Item

DE PHYSIOGNOMIA,

QVANTVM MEDICO opus est:

A Theophrasto D. Anno 1527. Basileæ (cum ibidem publico stipendio maximâ omnium admiratione profiteretur) discipulis suis priuatim in diebus Canicularibus prælectus, Typisque & Annotationibus ab ipso Auctore illustratus.

Præfatio.

CVm iam sæpè discipulorum quidam hortentur, ac precibus planè contendant, vt Libellum de Lotio inspiciendo conscribam: quo quidem, auditores candidissimi tùm vobis gratificans, tùm posteris consulens, planè meâ sponte ac lubens id oneris suscipiam; Idq; otij, quod per æstiuas iam ferias non literis, sed genio alijs indulgendum concessum est, huic ego labori, ne vllum sine linea (vt aiunt) diem transigamus impendam. Gratificari autem vobis volebam, partim vt vel hoc quoque obsequio studiosissimos mei demererer, partim etiam, vt in multis alijs, dexteritati ingeniorum consulerem. Quis enim nescit, quàm frigidè Medicorum vulgus hactenus vrinæ iudicium tractauerit, qui præterquam quòd innumeris somniis suis de humoribus aliisque id genus tricis chartas implent, optima quoque adolescentum ingenia miserè iisdem obruunt, adeò vt vel tota viri ætas huic saltem parti non sufficiat. Quare auditores studiosiss. visum est de Lotij ratione quædam, certo quodam ordine, & vt succinctiùs, ita & verius distribuere: id quod facilè vetera nostris conferentes iudicabunt. Hoc tamen beneficij loco ducam, vt cultioris linguæ studiosi, si quam alicubi vocem cæteris auctoribus minùs receptam vsurpemus, id ideò factum persuasum habeant, quo & colorum rationem, quæ hoc in loco desideratur, & rei proprietatem expressiùs delineare queam. Insuper si quid obscuriùs æquo occurrit, id nostra quantulacunque industria inexplicatum haud sinet. Sed ad rem ipsam.

LIBRI PRIMI.

TRACTATVS PRIMVS.

CAP. I.

Vrinæ Definitio & Diuisio.

Vrinæ quot partes.

VRinam in tres, exteriorem scilicet, cruoris, & permixtam, partes distractam, nihil aliud esse, quàm salem ab ingesto nutrimento segregatum, & quoddam trium primorum excrementorum à naturâ neglectum, definiam. Quæ siquidem peculiaribus his separandi, concoquendi, siue digerendi, expellendiq; facultatibus in quolibet trium principalium membrorum vtitur. Singularum igitur facultatum cuiuslibet membri vrina tùm prosperam, tùm aduersam hominis valetudinem indicat. Porrò hæc ex iisdem, iam separatæ vrinæ, iam digestæ cognomentum accipit, expultricémque vim rectè habere, tum coloreius, tum æqualis ille modus symmetriæ declarant. In proximis etiam tribus capitibus de vrinâ, rectæ valetudinis indicatrice, dicere statui, quò facilius aduersæ notas in sequentibus deprehendamus.

CAP. II.

De Vrina, quæ facultatum stomachi habitum declarat.

Signa bonæ digestionis ventriculi.

SEparandi facultas ventriculi, quæ & primum inter reliquas obtinet locum, coloribus vrinæ dignoscitur. Nam separato iam sulphure crudo, color seu Tinctura Topazio similis, aut potiùs Colophoniæ spissitudinem referens, in stomacho remanet, quem si quâ refert quoque vrina, hac quoque parte separationem iustam esse non dubitamus. Quòd si vel salis, vel Mercurij colores in eâ vicerint abominanda est. Sani enim hominis vrina solo

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 825 sur 913

ſulphure tingitur: at aliorum alia ratio erit. Siquidem abſolutam ſalis ſeparationem huius particulę, tum hypoſtaſi exactè concinnata, tum colore inter fuſcum medio ac cœleſtem, cognoſces. De Mercurio non aliter cenſendum, quippe qui ex ſuo ingenio grauis, fundum petens, ſupremæ tamen parti vrinę & ſubſtantiæ & colore ſimillimus exiſtit, eiuſque proinde ſeparatio optima.

Signa coctionis vētriculi.

Concoctionis autem hæc ſunt. Vrina in ſubſtantia ac colore perſpicua ſulphuris; hypoſtaſis autem cœleſtini coloris & pellucidi, ſalis exactam digeſtionem reddit. Parimodo vbi ea quæ fundo continentur, ac hypoſtaſis ſummáque vrinæ pars iuſto diſſident interuallo, tum Mercurium benè coctum iudicato.

Expultrix inde facultas non negligenda, quam planè nullâ prorſus parte exceſſiſſe, vrinæ quantitas vna cum hypoſtaſi demonſtrat: illa equidem vt modum ſeruet, hæc verò vt tertiam vrinæ ex iuuenibus partem, ex decrepitis autem quartam obtineat. Quarum ſi vnam comperies diminutam, tùm minùs rectè habentis indicium eſt. Ex his tandem aduerſa, quæ ſtomacho accidere poſſunt, iudicabis.

CAP. III.

De Sanâ Vrinâ, Hepatis ratione.

Signa ei uerati iecinoris.

IEcinoris bonum habitum his notis deprehendes, vt ea, quæ in urinâ continentur, diaphana, clara & perſpicua reluceant. Atque ea, in primis laudatur vrina, quæ radios in medium transfuſos reflectit, Sulphúrque optimè ſeparatum à iecinore commonſtrat. Simili ratione hypoſtaſis ab aliis diſcreta, lucémque in altum transfundens, ſalem in hepate ſeparatum teſtatur. Quod autem in fundo remanet, ſi in tantum lucidum fuerit, vt radii eius per vtrumque fundum appareant, Mercurium ad amuſſim ſeparatum denotat.

Concoctio, ſeu decoctio his notatur ſignis. Quemadmodum vrina denſi ne ſit coloris, vt vel agitata lucidiorem perpetuò ſeruet habitum, qui ſulphuris cocti indicium præbet. Idē quoque hypoſtaſis, commotione non diſſoluta de ſale portendit. Porrò quod in fundo reſidet fixum, nec in minimas quaſque diſtractum partes, Mercurium ſcilicet optimè digeſtum ſignificat. Ad hæc quæ in vrinâ continentur, ſimul quidem numero tria, ordine & ſitu egregiè compacta, tribus his facultatibus nihil deeſſe oſtendunt.

CAP. IV.

De Vrinâ, Renum habitum declarante.

Signa rerum ex vrina.

COlore, hypoſtaſi, ac iis, quæ fundo continentur, rectè ſe habentibus, nec quâuis turbatis agitatione, nullam omnino defeciſſe facultatem in renibus affirmabimus: Etſi hoc in loco, iuſto tamen retento ſitu & ordine, eorum quantitati non nihil detrahitur. Hæc tandem epilogi vice à nobis ſubiicienda, ſanæ omninò vrinæ indicia eſſe, hypoſtaſin & poroſam & ſymmetrîâ non excedentem, cui color, ad latus vtrumque pertenſus, ſummâque eius parte reliſus ſit. Tandem quidquid reliquorum his abſimile inciderit, inauſpicatum cenſeo. Hæc de vrinâ ſanâ dicta in preſentiarum ſufficiant.

Sequuntur Annotationes

IN TRACTATVM PRIMVM.

QVo tempore, quóue pacto vrina ſit colligenda, & mittenda Medico: Notandum, quòd ea vrina, quæ à prandio ſtatim colligitur, iudicio non eſt conueniens. Nam cum nutrimenta primum in ſtomachum veniunt, aquoſitatem quandam ſuperfluam eiiciunt ad veſicam, ex quâ nihil iudicari poteſt. Nec ſecundariò eiecta, valet admodum quæ poſt duas vel tres horas eiicitur: nam tum Hepar ſuam eiicit aquoſitatem: ita quoque in renibus. Sed quarta, quę ſequitur, quantulacunque ſit, colligenda eſt: Ita quoque noctu quæ eiicitur prima, cum itur dormitum, non valet: nec illa, quæ ante tertiam emittitur ſed quæ poſteà ſequitur, colligenda eſt. Eſtque vrina vera, ex quâ Medicus quidquam iudicare poteſt. Quod ſi quis per noctem non mingat, opus eſt eam accipere, quæ manè emittitur, eáque ſit ſpumoſa, nec admodum colorata (cui condonandum erit) nam venit ex vrinâ verâ & aquoſitate. Notandum quoque, eam vrinam, quæ interdiù exit, coloratiorem eſſe eâ quæ noctu. Item famelici citius poterunt vrinam dare, quàm cæteri, id eſt, ii, qui ſtatim fame afficiuntur. Hæc de vrinâ exteriori.

Cruoris vrinam ſi percolligere volueris, opus eſt, vt nihil comedas, nec bibas, aut ſaltem ſiccum panem, aut ſiccam carnem, vt eſt aſſata, & tunc colligitur ea vrina, quæ poſt mediam noctem venit, tamen ante ſeptimam. Quòd ſi contingeret, vt patiens laboraret aliquo morbo acuto, qui nihil quidem comedit, ſed interim largiter bibit, is admonendus eſt, vt vnicâ ſaltem nocte nihil bibat: quò vrina certa cruoris colligi poſſit, aliàs enim, falſificaretur vrinæ iudicium. Nam etſi & à cibo, & à potu abſtineas, tamen natura per ſe ipſam quotidie dat ſuum cruorem. Ea enim, quæ ſunt in naturâ mineralia, hunc cruorem quotidie mittunt. Hæc de colligendâ duplici vrinâ dicta ſufficiant. Nam non admodum refert, quo tempore permiſtam colligas vrinam, quanquàm & eo modo colligi conſultum eſt, quo exteriorem.

In Caput I. & II. Annotata.

Vrinæ quot genera.

VRinam ante omnia triplicem eſſe, vt præſcias, oportet: Exteriorem ſcilicet, Cruoris, & Permixtam. Primùm igitur de vrinâ exteriori.

Exterior vrina prouenit ex eis, quæ aut comedimus, aut bibimus: id eſt, ex nutrimentis: nec quidquam aliud indicat, quàm quod ad ſtomachum, hepar, aut renes attinet. Dicitur quoque vrina Tartari, eò quòd venit ex Tartaro coagulato, putrefacto, aut ex oppilatione. Eſtque duplex, ſana, & non ſana.

Vrina Tartari quotuplex.

Sana, cum tinctură Sulphuris adeſt, nec tamen ſemper aurea eſt. Nam quandoque flaua, interdum pallidior quodammodò videtur.

Vrina Tartari dignoſcitur ex circulo. Nam ſi is eſt vnicus plumbei coloris, ſignum eſt certiſſimum tartarearum vrinarum. Indicat autem hæc vrina ſeparationem ſcilicet eam, quæ fit in tribus principalibus membris puri ab impuro, digeſtionem & expulſionem, qualiter factæ ſunt tres primæ, id eſt, Salia, Mercurius, & Sulphur in quâlibet vrinâ dignoſci poſſunt. Hypoſtaſis enim Salis qualitatem, tinctura Sulphuris, fundus Mercurii denotat.

Notandum tamen, vrinam Tartari nullam mineralium ægritudinem indicare, ſed ſolùm Tartari, quæ ad ſtomachum, hepar & renes ſpectat.

Hypoſtaſis, id eſt, ſalis tinctura, ſi fuerit cœleſtini coloris, ſeu lazurii, ſignum eſt ſalis boni. Notandum tamen, vt videatur parietem verſus ab vmbrâ aliquantulum.

Mercurius, id eſt, liquor nutrimenti, ſi benè ſeparatus fuerit, tum erit vrina flaua, prout cuiuſlibet generis & regionis natura expoſtulat, non ſemper aurea.

Vrina cruoris eſt, cùm circulus coloratior quodammodò eſt, tenditque ad rubedinem.

Ex hâc vrinâ poſſunt grauiſſimi morbi diiudicari, præcipuè ii, qui veniunt ab ipsâ naturâ naturâ, vt eſt caducus.

Notandum, quòd niſi vrinâ cruoris, nihil certi poteſt pronuntiari ex circulo de dolore capitis. Nam nihil aliud indicat, quàm vrinæ qualitatem, id eſt, an exterior. Cruoris etiam ea, quæ ad hepar aut renes pertinent, iudicari poſſunt, verùm, nihil de ſtomacho

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 826 sur 913

ciúſque ægritudinibus: nihil etiam de pleuriſi, hydropiſi certi definiri poteſt ex vrinâ cruoris.

De vrinæ quantitate.

VRinæ quantitas notanda, quantum ad virtutem expulſiuam, eſtque ſecundum quantitatem potus & eſcæ, animaduertenda. Si vrina eſt multa & pallet (deficiunt quædam) quod Archeitas, id eſt, propria natura ſtomachi deficit, & nimium ſumptum fuerit de nutrimento.

Si hypoſtaſis alba eſt, vrina eſt falſa, & omnia iudicia ex eâ itidem, ſi nihil dignoſci poteſt in illâ.

Similiter ex vrinâ crapulosâ non eſt multum iudicandum, cùm non habeat perfectam digeſtionem, ſeparationem & expulſionem. Eſt enim ſicut vrina Archelai æquiuoca, qui, ſecundum quod edebat & bibebat, etiam mingebat. Et hæc vrina dicitur permiſta, quæ ex duobus circulis dignoſcitur, fitque, cum ſalia expellunt ſua excrementa, eſum potúmque, & componitur ex exteriore & cruoris. Hęc de permiſtâ.

Notandum de fundo vrinæ exterioris, quòd ſemper debet eſſe ſpiſſior aliquantulum, quàm ſuperior pars, tamen perſpicuus & diaphanus.

In Caput III. & IV.

SI digeſtio iecinoris benè perfecta eſt, non tangit inferiorem fundum fundus ſuperior.

Si hypoſtaſis in ſuperiore parte lata eſt, deficit in virtute expulſiuâ. Nam hypoſtaſis debet ſurſum in acutum vergere, acumine ſuperiora tangere.

Vrina fit aurei coloris, benè ſeparatione factâ in renibus: quòd ſi fundi non benè dignoſci poſſunt, ſignum malæ ſeparationis.

Fundi verò bona clarificatio, & cum duplex ſit reflexus, ad manum, vnus pallidior alio, tamen vtrique flaui, bonæ eſt ſeparationis. Item cum vrina non eſt ſpumoſa.

Notandum quoque, quòd vrina in renibus primum rectè coloratur, & quanto coloratior exiſtit, ad aureúmque colorem propiùs accedit, tantò melioris ſeparationis factæ ſignum eſt. Obſeruandum hoc quoque, ſpumam in exteriore vrinâ ſignificare abſolutè podagram, nec quicquam aliud.

De vrinâ ætatum & ſexuum.

VRinæ iuuencularum ſemper ſunt habiliores, quàm in iuuenibus.

Hypoſtaſis fit longior, minutior quodammodò, & in totum ſubtilior: Iuuenum ſemper craſſior.

Illarum dat in fundo adhuc paruam hypoſtaſin, quamuis non benè animaduertentibus videatur continua cum ſuperiore, & hanc hypoſtaſin matrix propriam, verùm dat minutiſſimam, attamen diſcretam, quod tum in virorum urina non eſt, & eſt ſignum mulieris ſanæ & fœcundæ. Menſtruo autem deficiente hęc hypoſtaſis abit, & eſt ſignum olim fœcundę, quamuis poſteà ſemper ſentiat grauedinem & laſſitudinem, tenditque hypoſtaſis earum ad albedinem, eſtque circa vitrum circumcirca plumbea, ut circulus, quamuis eæ nihilominùs mulieres ſint ſanæ, ſecus in viris. Nam ibi urina eadem debet permanere, niſi in omnino ſenibus, vbi colores quoque alterantur.

Si pallidior ſit tinctura Sulphuris hypoſtaſis quòque indies ſit minor, quod quidem debilitati eorum aſcribendum eſt, non ſenio.

Si urinam diuiſeris in quatuor partes, tres tantùm partes ſunt iuuenum, quarta eſt ſenum, &c.

Verùm, vt ſemel concludamus, urinæ perfectæ ſanę ſignum certiſſimum, cùm egregiè turbatur & mouetur à medico, & ſpuma ex motione cauſſatâ ſtatim abit, hypoſtaſi decenter in medio ſtante, & fundo benè ſe habente.

In mulierum quoque urinis cum mouentur, ita fiunt paruę bullæ intra iſtas duas paruas hypoſtaſes. Et hoc certiſſimum ſignùm vrinę muliebris. Hæc de urinâ ſanâ dicta ſint.

Finis Tractatus primi.

DE VRINARVM IVDICIIS TRACTATVS SECUNDUS, qui eſt de vrinâ non ſanâ, Tartari ac Rubini exteriore.

Tractatus II.

CAPVT I.

De vrinæ non ſanæ diuiſione eiuſdemq; ſubdiuiſionibus, ſcilicet Tartari, Rubini, alcalitæ, ſcateæ, tremulæ, feculæ, formulæque.

NOn temerè Hippocrates medico prudentiam, futurorúmque cognitionem neceſſariam arbitrabatur. Quandoquidem ſolius ſit medici, prudentis quidem atque exercitati, hominis naturam ac partes, earundémque tum proſperam, tum aduerſam nouiſſe valetudinem. Cùm autem illarum quædam in profundis corpuſculi latibulis ſitæ, non niſi excrementis dignoſci queant, ea hîc ſtylo ac ordine proſequi animus eſt. Primùm autẽ vrinarum, quæ aduerſæ valetudinis principalium membrorum, id eſt, ſtomachi, iecinoris, & renum notas, habent. Aliæ enim ſunt. Tartari, aliæ Nutrimenti.

Medici eſt futura prouidere.

Vrina quæ valetudinẽ aduersã indicẽt.

Quæ Tartari eſt, prorſus trifariam diuiditur. Nam aliam congelatis, ac id genus, quæ & ſolùm membris concoctioni deſtinatis continentur, aſſcribendam puto, Alcolitáque hæc appellatur, quod Tartari iudicia exactè ab ea dependeant.

Vrina Tartari triplex

Alia inſuper putrefactionem Tartari, quæ & illa affecta ſunt membra, commonſtrat, & Scatea dicitur. Hæc enim & vniuerſæ putrefactionis & Alcolitę iudicium adfert.

Vrina Alkoliti quæ. Vrina Scatea quæ.

Tertia tremula eſt, & hæc tùm oppilationes, tum morbos ex eâdem natos in dictis partibus, ſagaci equidem medico prædicit.

Vrina tremula quæ.

Quæ autem ex Rubino, id eſt, nutrimento, quod ab iis, quę regerimus, ſeparatur, itidem eſt duplex.

Vrina Rubinea quotuplex.

Vna quæ dicitur fæcula, à fæcibus, & eſt, cùm vrina corrumpitur ſeu frangitur, ſignum nutrimenti, cùm in hepate iacet, vt debet, nec tamen attrahitur à membris: caret enim virtute attractiuâ.

Altera dicitur formula, à forma perſina, & eſt cùm vrina exit ſuo colore proprio, vt ochro colore, id eſt, corporali, aut rubea, ſignum exitus Rubini vna cum vrina.

Typus prædictorum.



In Caput

In Caput primum annotationes.

Vrina ægri hominis quotuplex. Tartarus quid.

VRina non ſani hominis duplex eſt, Tartari & Rubini, id eſt, nutrimenti, quod ab iis ſeparatur, quę egerimus, vtpotè à ſtercore & vrinâ.

Tartarus dicitur, quidquid generatur ex eo, quod non Rubineum eſt. Vrina Tartari indicat omnes ſuas ægritudines, aut ex eo promanantes, vtpote lapidem, calculum, arenam.

In ſummâ omnes congelationes in tribus membris principalioribus. Et eſt triplex: quædam dicitur Alkolita, quę eſt excrementi, nec quidquam aliud eſt, quàm excrementum, cuius ſignum eſt alcohol, id eſt, Tartarus reſolutus in minutas partes, id eſt, ſal reſolutum, & fit multipliciter.

Aliquando enim exeunt cum vrinâ granula alba, aliquando in vrinâ videtur vſnea, aliquando pruina, vt in matulis eſt videre, cùm arena in fundo iacet.

Verùm ſi occultatur hęc alcola, videtur in vrinâ linamentum albicans, inſtar carptę laneę, nonnunquam exit in liquorem, & dat in fundo ſpiſſitudinem quandam, quę omnium peſſima, vt mucilago quędam, bolaris, mucilaginoſa, eſtque certum ſignum lapidis in veſicâ aut calculi. Item cum permittis vrinam ad ſex vel ſeptem horas ſtare in matulâ donec infrigidetur, vides quo pacto ſe appendet in matulâ, & eſt alcohol pruinoſa ſeu vſnea, quę in vrinali poterit videri.

Vrina ſcatea quid.

Scatea dicitur ſecunda tartareę vrinę ſpecies, à fœtore nomine ſumpto, eſtque indicatiua omnium, quę ex Tartaro, putrefactionum, eiuſque ſignum Scatea, id eſt, fœtor vrinæ. Indè iudicantur trium principalium membrorum putrefactiones, quique ex eâ putrefactione generantur morbi. Sapor quoque pertinet ad ſignum ſcateæ, vt ſi ſalſa, acuta, tum ſua habet quoque ſigna.

Vrina tremula. quid.

Tremulâ tertiam appellant, & eſt cùm vrina ponitur ad menſam, aut alium locum non mobilem, & tamen urina per ſe ipſam ſemper mouetur, & aſcendens deſcendénſq; quaſi bullire videtur, ſignum oppilationũ & ęgritudinũ ex iis prouenientium indiciis. Rubini ſpecies ex textu claræ ſunt. Item notandũ, ſi vrina admodum laćtea exiſtit, nec partes conuenientes habet, ſignum eſt Tartari reſoluti, & exit maximo cum dolore.

Vrina rubinea quid.

CAPVT II.

De Alcolitarum iudiciis, & ſignis, cuius ſequens tabula partes declarabit.



Annotationes in hunc Typum.

IN primis notandum, quòd omnes ægritudines, quas Alcolita indicat, opus ſit eſſe aut ſtomachi, aut hepatis, aut renum. Hypoſtaſis ſemper indicat Tartarum in ſtomacho. Diuulſio, in hepate. Sedimen, in renibus.

Diuulſio vrina quid.

Diuulſio eſt, cum hypoſtaſis urinæ hinc inde eſt diuulſa, & quaſi nubes hinc inde diſſipata.

Sedimen vrina quid.

Sedimen eſt fundi, & eſt quaſi nebula, aut ut ſpiſſa nubes in fundo reſidet.

Hypoſtaſis quid.

Hypoſtaſis ſi Alcolitæ eſt, eſt poroſa, iacétque in uno loco, & in alio non, & in poris ſeu foraminibus iſtis iacet Alcola, id eſt, linimenta, ſignum Tartari in ſtomacho, & poterit iudicium eſſe arſuræ ſtomachi, orexis, aut compreſſionis in furcula pectorali, quæ debent prædici ægrotantibus.

Quòd ſi hypoſtaſis fuerit rubea, ſignum vehementis morbi, ac doloris in ſtomacho. Quòd ſi ea cedit fruſtulatim ac diuulſa atque foraminoſa, ſignum Tartari in hepate, inde compunctiones, id eſt, dolores in latere dextro. Quòd ſi ea diuulſio fuerit rubea, ſignum vehementis morbi, ſitis ſemper adeſt, frigiditque ſunt in manibus. Quòd ſi diuulſio fundum verſus reſidet, ſignificat Tartarum in inferioribus regionibus hepatis, infra coſtas, deorſum.

Sedimen cum fundo reſidet, tunc Tartarum in renibus prædicit. Quòd ſi iſtud quoque rubeum, morbus eſt vehementior. Item ſi urina cum ſedimine rubea, eſt pruinæ in renibus ſeu vſneæ ſignum, habent dolorem in ſpiſſitudine pedis ſuperiùs, aut in coxa.

Si autem arena cum ſedimine exit, compreſſionem in furculâ pectoris iudicato. Dic enim non ſani eſſe ſtomachi. Sed ſi grandines aut pruinam refert, omne eſt in renibus, & eſt generatio marmoris rubei ſecundum ſpagyros.

Sed, ut hæc clariùs innoteſcant, complicabimus horum aliqua. Vt, cùm urina alba, cùm arena lapidem veſicæ indicat.

Hypoſtaſis verò perforata, in quâ & alcola, id eſt, linamenta continentur, oſſium ſiccationem ſignificat.

Diuulſio hypoſtaſis, in quâ & foramina & alcola, dolorem dextri lateris. Quæ ſi rubea, vehementiam morbi, quem vel ſitis, vel manuum frigiditas comitantur.

Hypoſtaſis quæ fundum petit, indicium doloris, qui inter Hepar & Renes.

Si denſum quid fundo latet, renum morbum. Quòd ſi rubet, vehementiorem ſignificat. In furculâ pectorali, malignitas, corruptum ſtomachum prodit.

CAPVT III.

De forma Alcolæ in ſpeciali, accidentia ab eadem & ſigna.

Typus.



Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 828 sur 913

In Typum hunc Annotationes.

REsoluta forma Alcolæ cum prorsus occultatur, nec vllum priorum partium aut signorum emittit, & tunc resoluitur Tartarus, & separatur ab vrinâ discretè, & discretus supra alium significat.

Accipito vrinam ex vrinali, pone eam ad horas quatuor vel sex, tum videbis, quòd inspissatur, fitque deinde tenax. Si vrina arenosa habet sedimen, si quid est futurorum grandinum, adhæresci. Si cum albâ vrinâ albæ arenulæ, signum lapidis in vesicâ.

Mucilaginosa, cum mucilago reperitur in vrinâ, venit aliquando ex spermate. Quòd si ea fuerit alba, signum vehementis lapidis. Verùm si aurea fuerit, potest esse ex spermate. Item si arena cum mucilagine, plurimum lapidum, quamuis mucus ille non sit lapis, tamen lapidis indicium.

Sanguis si cum vrinâ, id est, si tingit, vt vrina cum funditur in aquam, signum, quòd Tartarus venam aliquam aperuit in renibus, & tunc exit sine dolore: aliquando iterum consolidatur per se ipsam, aliquando iterum aperitur. Quod si fruſtulatim exit, signum sanguinis coagulati, quòd nonnunquam hominem interficit.

Notandum hîc extra ordinem, cùm sanguis funditur in aquam, bene aduertendum, quo modo & quàm diù stet, & quando mucus colligatur, & quando non. Nam aliquando mucus exit, aut fit vt frusta.

Pus est sanies, quæ habet fœtorem, spissiùs tamen, viscosiùs, tenaciùs, quàm sanies.

Sanies est, quod quotidie ex sanie vel vlcere exit. Si pus est rubeum, scito, morbos adhuc esse in renibus: si verò est album, tunc est in vesicâ. Sanies fit, cum vrina in se ipsâ putrescit, iacet in vrinâ vt pus, densum & clarum. Sanies quid.

Restrictio est, cum vrina restringitur & oppilatur, tunc est desudandum.

Emissio inuoluntaria, cum quis aliquando emittit urinam, nec sentit signum Tartari penetrantis per poros, nec rectâ ac conuenienti viâ intrat vesicam (aliter emissio fit, quando Tartarus resoluitur, & poros transit.) Ardor guttatus, cum quis guttatim mingit, signum Tartari. Quòd si alba, tendit ad calculum; si rubea, ad grandines.

Spiritus vrinæ aliquando pulcher est, nec in eâ quidpiam possunt reperire, attamen patiens laborare videtur calculo, hâc experientiâ est vtendum. Vrina est destillanda: quod venit ex destillatione, ponito in aqua frigidam, quod si ad fundum proiicit atomos, vt salis petræ, & iterum ascendunt velociter in vitrum, signum certum al. (Spiritus vrinæ per destillationem, extrahitur insuper in frigidum pone, & stiriam salis petræ simile efficit.

Sal vrinæ) cum vrina stat per duos aut tres dies, ponit Tartarum (vt nitrum facit) in matulam circum circa, aliquando album, aliquando coloris ogri, aliquando rubeum vbique in matula. Hæc duo signa sunt incurabilis casus, nisi arena, aut mucilago, aut alia prædicta signa accesserint.

CAPVT IV.

De vrinâ Scateâ, & putrefactionibus eius.

Typus.



Loca vrinæ Scateæ.



Annotationes in eosdem typos.

Vrinæ putrefactio duplex.

NOtandum, quòd in vrinâ duplex fœtor est, ita quoque duplex putrefactio est vrinæ, corporis, & nutrimenti.

Si nutrimenti putrefactio est, tunc vrina putrefit sola, exit alba, & fœtet. Sed si colores alios habet, tunc corpus putrefit, & fœtet vrina.

Si pallida, non tamen lactea, tunc stomachi est putrefactio, fœtet anima. Si rubea & fœtet, est putrefactio hepatis.

Si crocea, renum

Si turbida, id est, nullum iustum colorem habens, tunc est putrefactio in omnibus tribus membris.

Quod verò ad odores attinet, obseruanda est experientia Medico.

Si venit ex Sulphure, tunc medicetur ex thure, mastice, myrrhâ, vt in Iliado.

Si ex mercurio, per therebinthinam destillatam medicetur, aut per oleum philosophorum, aut per centaureum. Si ex Salibus fœtet, fiat cura ex vitriolatis. Vrina quæ olet, vt stercus, sulphuream putrefactionem indicat.

Vt autem fœtores rectiùs intelligas, notandum.

Picis (est, cum pix sutorum comburitur super carbonem. Olei) cum proieceris ad ignem, habebis fœtorem. Mercurii odores omnes tres tendunt ad lepram, significant putrefactionem Mercurialem fortem. Ireos) species Lilii est.

Carnis (sicut ius carnium. Herbarum) vt cum introducitur fœnum, aut cum prata accedis, &c.

Quòd si colorum quoque superiorum vnus accesserit, malum signum putrefactionis. Salis crudi (cùm proieceris super recentem prunam aut carbonem, notabis odorem fumi. Arsenici (facito quoque, vt in sale: est enim fermè sapor ceparum. Spirituum) ut vitriolum proiice in ignem, fumi fœtorem animaduertito, & habebis spirituum fœtorem. Hæc de vrinâ scateâ.

CAPVT V.

De vrinâ tremulâ, & oppilationibus.

Typus.



Annotatiuncula

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 829 sur 913

Annotatiunculæ in præcedentem Typum.

OPpilatio ſtomachi eſt cùm via inter iecur & ſtomachum oppilatur, & oppilatum ſit quoque in meſeraicis abſque contentis, id eſt, ſtab. utipura aqua deſtillata. Nam omnis urina debet aliquid egregii continere, vt hypoſtaſin, liquorem, ſedimen.

Vrinæ contẽtæ quæ.

Vrina tranſlucida, ſi fuerit pallida, ſignificat ſtomachi oppilationem.

Quod ſi rubea, hepatis: crocea, renum. Sed dato in fundo, caloris indicium eſt.

Vrina pallida cum ſpumâ, ſignum paroxyſmi febrilis.

Rubea quoque cum ſpumâ ſignificat febrem. Quòd ſi circulus clarus eſt, & caret ſpumâ, ut plurimùm ſignat peſtem. Si turbida fuerit cum ſpumâ, caretque contento, pleureſin ſignificat.

Cùm igitur nutrimenti urina in vniuerſum omnes indicare morbos non poſſit, viſum eſt ſecundò hic cruoris urinam deſcribere.

Vrina rubea carens contento, ſpiſſa, ſignum ad mortem. Nam cùm natura mori vult, deſinit digerere.

Cùm Vrina corrumpitur, Medicus iam habet duo indicia. Vnum, cùm eſſet integra: Alterum, cùm iam corrumpitur.

Nec quando urina in quinque aut ſex horis corrumpitur, iam non eſt ſanitas, ſequitúrque, ut plurimùm his phthiſis, Ethica.

Loca iudicari in eâ non poſſunt, niſi arena concurreret.

Formuleam urinam opus eſt eſſe ſimilem carni, non pulmento, habétque colorem carnis. His ut plurimùm ſequitur dyſenteria, aut dyarrhœa.

Hæc de urinâ exteriori dicta ſint.

DE VRINARVM IVDICIIS LIBER SECVNDVS.

CAPVT I. ſeu Typus.

De vrina cruoris mineralium, & coloribus ſuis.



CAPVT II.

De ſubſtantia vrinæ.

Typus.

In Typum

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 830 sur 913

In Typum ſecundum Annotationes.

Vrinæ ſubſtantia eſt triplex.

SVbſtantia vrinæ eſt triplex: Spiſſa, cùm non poterit per vrinam videri, ſit cuiuſcunque coloris, (alij per quam viſus non transfunditur. Lucida & Diaphana quidem ad manum, verùm non procul (alij per quam manus apparet.)

Diaphana quæ tota eſt perſpicua (al. per quam & panis viſitur. Subſtantia urinæ dicitur, ſicut urina per ſe eſt. Anguſtiæ)id eſt, in periculo ſtat natura, ſecundùm quod medicus ibi operatur,ita ſe infirmus habet. Ad Criſin,id eſt,moritur eodem die, quo Critizat. Chronica,id eſt, tendit ad morbum Chronicum.

3. Bona) nam curatur ſine omni medicina
5. Fallax) mali euentus.
7. Interualli) id eſt, non ſtatim critizat, nec ſecundum Regulam dictam.

CAPVT III.

De Contentis.

Typus.



Contentum omne in vrinâ id dicitur, quod ſuper vrinam iacet, vt Spuma, Bulla, Circulus. (al. Contenta ſunt, quæ innatant vrinæ. Cætera omnia pertinent ad ſubſtantiam hypoſtaſimque.

In III. Typum annotationes.

BVlla in vrinâ eſt indicium, quòd morbus eſt ex ſalibus,eum morbum ventoſitates, item principium in colicâ iudica. Quòd ſi mulieris fuerit, ſuffocationem matricis portendit.

Bulla ſi aliter fuerit colorata, ſi viridis, morbum caducum: Si rubra, Synocham febrim aut Cauſonem indicat.

Si croceâ. Icteritiam. Bulla Lazuria,leprâ ſignificat.

Cùm duæ aut tres bullæ ad inuicem aſſcendunt cum paruis bullis, vitium capitis denotat, & eſt morbus fixus, nec deſcendit ad alia membra. Hæc eſt differentia Bullæ & Spumæ.

Quòd ſi bullæ duæ aut tres,ſunt ſupra vrinam, nec attingunt vitrum, tunc vera eſt bulla. Spuma autem vbique adhæret, bulla autem manet ſupra vrinam.

In ſpumâ granulæ ſi fuerint admodum paruæ (al. minutiſſimę ampullæ in ſpumâ albâ) paralyſis ſignum (al. paralyſin ſignificat futuram) & quantò fuerint minores, tantò certiùs indicium eſt.

Quòd ſi hæ granulę benè deſcendunt ſub vrinę circulum in urinam, paralyſis reſolutæ ad caſum,ſignum, aut caſus iam facti, vt tamen ea ſpuma ſit alba.

Si ſpuma non abit, ſed diù remanet ſuper vrinam, vitium pulmonis ex phlegmate in cannis eiuſdem ſiti (al. ſpuma, quæ quatuor aut quinque horis non euaneſcit, pulmonis eſt.

Si ſpuma fuerit ſupra circulum, & dat ea ſpuma adhuc vnum circulum interius album eſt ſpuma ſignum Apoplexiæ. al. (ſpuma quæ ex ſe circulum ſuper alium reddit, apoplexiam ſignificat.

Quod ſi ſpuma bullas magnas habet eſt ſignum plethoricum,id eſt, pinguis & pleni corporis, quamuis nulla adſit infirmitas.

Quòd ſi bulla ſimul cum ſpuma fuerit, phthiſis ſignum.

Quòd ſi colorata flauo calore,principium eſt icteritiæ. al. (ſpuma colore tincta principium icteritiæ.

Si ſpuma caua iacet & vitro adiacet, nec tamen tangit circulum, circulúſque ſub eâ niger eſt, & ſpuma alba, ſignum mortis eſt. (al. Spuma alba, quæ circulo innatat, & eum nigrum facit, mortis ſignum.

Si ſpuma ob grauitatem fundum petit,& ibi reſidet, tremorem cordis aut incubum denotat.

Circulus venit ex ſulphure.

Si alcola in circulo videtur, morbum Chonicum denotat.

Quòd ſi hoc contigerit in mulieribus, ſignum imprægnationis aut molæ matricis.

Quòd ſi circulus eſt coloratus variis coloribus, vt Iris, ſignum morbi caduci peſſimi.

Si circulus ceciderit ſub vrina & fit proprius circulus, leprę leoninæ præcipuè ſignum (al. circulum non quidem plumbeum oſtendens vrina, &c. Si circulus tantus & coadunatus alio, iacéntque paruæ granulæ in medio circuli, ſignum Apoplexię. (al. Circulus latus, & in eo decem ad ſummum ſpumulæ granulæ, indicant apoplexiam.

Si circulus exterior viridis fuerit, ſignum Icteritiæ mortalis. Hæc de accidente circulo dicuntur. Itidem in ſuffocatione matricis, etiam eſt mortalis.

Si cæleſtini coloris, lazurij,vt ſit ſæpiſſimè, ſolùm eſt mulierum, tunc ſignum putrefactionis in matrice, quæ putrefactio tendit ad lepram.

Circulus dimidiatus paralyſin in vno latere ſignificat.

Si circulus ac ſpuma, vel bulla eiuſdem coloris fuerint, morbum incurabilem demonſtrat & Chronicum continenter durantem. Item in vrinâ ſanâ ac bonâ vtrumque, ſi eadem tria ad inuicem cohærent, & ſimul appendent, quod patiens in prærcordiis & circa pectus nullius caloris eſt,vrinâ etiam vtcunque exeunte coloratâ.

Circulus ſpiſſus maximè,& etiam ipſa vrina ſpiſſior, & rubeus, aut laterini coloris, morbum lethargicum denotat iam præſentem, aut mox futurum.

Sed ſi clarus & vrina ſpiſſior fuerit circulo, hydropiſin ſignificat.

Si omnia contenta iacuerint ſupra vrinam, & ſtatim abeunt & reſoluuntur in aqueum circulum & maiorantur, ſignum hypoſarcæ verę. (al. Circulus cum ſpumâ & bullâ maior factus & ſpiſſior, hypoſarcam ſignificat.

Cùm tribus digitis à vitro retrò ſpumeus circulus fuerit, in mulieribus impregnationem ſignificat.

Quòd ſi is circulus fuerit impręgnatus, non boni partus,& defectus in matrice ſignum. (al. Circulus in naſo ſemotus,imprægnationis ſignum. Et ſi genuinum colorem non habet, imbecillem fœtum ſignificat.) In medio urinæ bulla cœleſtini coloris facta, lepræ præſentis ſignum eſt, & aliquando quoque alopeciæ.

Qui laborant morbo S. Viti,habent urinam pulchrâ ſubrubeam,& ſuperiùs habent duplicem circulum, purpureum,& flauum: ſuperiùs & inferiùs alium, & hoc quàm diù paroxyſmus durat (al. Circulus duplicatus ſupernè croceus infernè purpureus ſignũ morbi S.Viti.

In ſummâ quidquid grauiſſimorum eſt morborum, ex contentis urinæ eruitur.

Hæc de vrinâ eruoris, & in eâ accidentibus, contenta, dicta ſint.

FINIS TRACTATVS PRIMI LIBRI SECVNDI. TRAC-

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 831 sur 913

TRACTATVS SECVNDVS, DE VRINA PERMISTA, eiusque conditionibus, Pulsu & Physionomiâ.

De permistæ conditionibus, propriis & extraneis.

Typus. 1.



In eundem Typum commentaria.

VRina permixta est, quæ ex vtrâque, vt & antè quoque dictum, exteriore scilicet & cruoris, permiscetur: habétque in parte superiore circulum duplicem coloris diuersi. Huic conditiones quatuor tribuit, colores, substantiam, accidentia, portiones siue partes. In substantiis indicant hæ quiddam, an ægroti mictura sit, nec ne, vt de Tartaro, vt ex alcolitâ, fœtâ aut tremulâ, id est, sedimen, cum à se ipso fundum facit.

Rubea vrina diaphana, id est, cuius rubor pellucidus.

Lucida ex dimidio rubra, tamen potest esse diaphana. Spissa saturatè rubra. Et sic de aliis quoque coloribus iudicandum. Viridis vrina diaphana, id est, signum doloris splenis.

Quòd si tenebræ sunt aut nebulæ, superat mortem.

Itidem vrina viridis, signum febris quartanæ.

Sed ad rubeam iterum. Rubeæ vrinæ species indicat magnam caliditatem, exin quoque morbum calidum. Posteà notandum substantia qualis sit, & portiones. Si tenebrosa sit vrina, signum salutis est. Si habet spumam, signum est, quòd morbus cum maximâ repletione adsit.

Alba contraria, & signat morbum frigidum, si est diaphana, id est, purè alba, signum est vrinæ bonæ salutisque. Si lucida, sanior. Omnium verò salubertima, spissa. Notandum hoc quoque, certum esse signum mortis, cùm vrina, neque ad albedinem, neque ad rubedinem integrè declinauerit.

Quòd si spumam aut nebula supra vrinam dat, idem signum. Iudicantur autem potissimum ex hâc vrinâ hydrops, & hypostarca.

Citrina si habet nebulam spissam, mortis signum.

Si spumam bullámve, iterum ad mortem venit ex superioribus partibus. Si sedimen habet, moritur ex renibus. Schia autem his scilicet. Nigra si nebulam habet, est ad mortem, si non habet, signum apostematis, quod expellit & abit.

Viola, & diaphana, est ad mortem, si hominis infirmi fuerit: verùm si sani: tendit ad lepram.

Lucida, id est, purpurea, si in acutis, mors, si in Chronicis, signum salutis.

Si spissa, cuiuscunque coloris signum salutis, nisi tendat ad lepram. Quod si nebulam habet supra spissam, id est, crassam, signum salutis.

Item de lucidis tenebris diaphanæ, &c. portendunt.

Sedimen si est album, tunc fluxus ex menstruis superfluus adest.

Si rubeum, restrictio eiusdem aut constrictio adest. Quòd si sedimen ad fundum prorsus tendit, nec rubeum est, nec album quod discerni possit, schiæ signum. Item cùm à se ipso vrina fundum, id est, sedimen facit.

Hæc de vrinis dicta sufficiant. Accidentia enim in sequentibus explicantur. Nunc de pulsibus & Physionomia medicâ, quædam annotationes sequuntur.

DE PVLSIBVS.

COntingit sæpenumerò, vt vrina sit sanitatis, tamen interim ægrotus malè habet: sunt igitur cætera signa salutis atque mortis attendenda, vt Pulsus, & Physionomia. Primùm igitur de pulsibus. Cùm igitur vrina ita fallit, opus est, vt infirmum quoque videas, ac pulsum in quatuor locis teneas, vtruum concordat.

Nam non sufficit pulsum brachiorum, aut exteriorum membrorum tangere.

Tangatur igitur primò membrorum exteriorum pulsus, vt manuum & pedum: secundò, colli: tertiò, laterum: demum sub axillis, posteà temporum.

Quòd si pulsus simul concordauerint in se, res bene habet: si verò non, animaduertenda, sicut sequentia indicia primæ figuræ seu typi declarant.

CAPVT II.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 832 sur 913

CAPVT II.

De Pulsibus, id est, animæ motu.

Annotationes in eundem Typum.

TArtari (in hoc pulsu non est desperandum in isto morbo. Nam ex Tartaro. Mineræ pulsus est subtilis, ita vt vix tangi possit, habet mollem percussionem.

Signum pulsus mineralis est, cùm superfunditur aqua frigida, & pulsus aliquantulum desistit, estque is pulsus optimus. Morbi) Cùm pulsus calidior est cute, verum ac certum signum morbi præsentis, etiam si secus medicus tangat. Aut cùm pulsus caliditatem quandam dat, ad digitos tangentis sub tactu. Proba acutissima, vtrum morbus in sanguine quoque ita sit calidus. Madefiat peria sericea, in aquâ præcipuè rosatâ: ponatur super pulsum, quòd si morbus ita est calidus. vides peria multò citiùs siccatam sub pulsu quà aliis in locis, quamuis etiam primùm peria bene exprimatur, tunc dabit vbicem seu vestigium sub pulsu factum & siccatum.

Item cum duorum digitorum substantiam post iuncturam pulsuum supprimis, deinde etiam sic inferius in brachio, & pulsus cedit, signum morbi.

Sanitas (quæ non secundum tactum solùm, verùm secundum colorem quoque iudicanda.

Si venæ pulsatiles sint bene coloratæ, id est, ad apparentiam violaceæ, signum boni & sani pulsus.

Quamprimùm autem discolorantur, malum signum.

Item cum digitos omnes quatuor superposueris, & supprimis eum fortiter, & tamen tangit, sanus est, nec calidior sit quàm cutis est.

Iterum ad pulsum tartari.

Globulosus, id est, nodosus. Cùm in morbo acuto fit mollis, signum resolutionis, tunc facienda est minutio. Cumque iterum fit grossus: tunc tendit rursus ad sanitatem.

Durus cùm tangitur secundum longitudinem, & fit omnino durus in vno loco, in altero mollis, signum morbi Chronici.

Item cùm arteriæ duræ sentiuntur in pulsu, dárque durum tactum, vt globulosus & gressus, signum tartari pulsus saniqúe hominis, tamen sanguis tartari, qui minuitur, fit sanguis arenosus post minutionem.

Grossus (id est, si duriùs pulset.

Mineræ constrictus) cùm cubitus ponitur in aquam frigidam: & postea tamen nihilominùs tangit, signum sanitatis. Item si desinit, manente tamen colore. Verùm si vtrumque perdiderit, id est, & pulsum, & colorem, signum mortis.

Item cùm ligatur post cubitum fortiter, & tangitur in duobus locis, & eundem pulsum dat, sanitatis. Notandum, quòd omnes pulsus opus habent concordiâ ad inuicem, id est, vt simul tangant, aut est ad mortem. Item cùm tremulus aut saltans, item cùm vides pulsum tangere & arteriæ saltant, in sano, bonum signum, in ægroto fallax.

Notandum hoc quoque, cùm, pulsus ad mortem tendit, fortis est in temporibus, in collo debilior, laterum debilior plus, in manibus quoque magis debilis: in pedibus deinde lassior, & tunc præstò est mors.

" Nam ex inferioribus homo moritur.

Ordo debilitationis pulsus, cum tendit ad mortem.

Temporum	fortissimus.
Colli	fortior.
Laterum	fortis, tamen debilis.
Manuum	debilior.
Pedum	debilissimus, & mors.

Homo ex inferioribus moritur.

In omnibus quæ ex gutta generantur, apoplexiis, quantò fortior fuerit pulsus, & tetigerit, tantò deterior. Et in his colli notandus pulsus, qui si globulosus sit, & tanguntur globuli, moriuntur. Quamdiu autem planus, bonum signum.

Item cùm in collo tangit, est in manibus mors.

In Phreneſi, Epilepſia, Mania, id est, pulsus, qui si in summo paroxysmo finito nihilominus tangit, bonum signum, & salutis: si verò separatur, malum.

Item cùm tangitur in phreneſi in collo, & obdormiunt ægroti, morbus est curabilis.

In morbis dissolutis, id est, in Dysenteria, Diarrhœa, fluxu ventris &c. quòd si pulsus manet in eodem tactu, nec mutatur, & vnicum signum mortis accesserit, iam actum est. Nam pulsus manet vsque ad mortem, & aliquando per vnam quartam horæ partem post mortem. Nam mortem nondum esse, sanguinis pulsus indicat.

Itidem in peste. Laterum pulsus est mulierum, qui si elementatus fuerit, id est, calidus, aut frigidus, signum grauidæ. In doloribus matricis itidem in lateribus tangitur, nullibi aliter.

Pulsus elementatus caliditatis dat fortem percussionem, & velocem.

Et pulsus elementatus caliditatis, ignis abundantiam. Frigiditatis est tardus, sine caloris sensu.

Notandum hoc quoque, in caduco morbo vehementissimum esse & fortissimum pulsum.

Et ita hæc de pulsibus dicta sufficiant.

DE PHYSIONOMIA MEDICA.

Caput, seu typus vltimus.



Buccellis



In vltimum typum annotationes.

OCulorum) Cùm cadunt in profunditatem, id est, in se concidunt, signum mortis.

Nam morte veniente ex cerebro, resoluitur in crystallinum liquorem, & est mors.

Lazurio) Notandum, quòd hi colores citiùs veniunt, quàm casus in profundo. Est autem Lazurius color is, quem argentum dat, cùm resoluitur in primum & proprium colorem, id est lazur, vt orizeus color, id est, ex flauo purpureus.

Pori) cùm cutis exasperatur, & cadit in profundum, id est, saltum, signum mortis.

Tenasmone) cùm anus cum vi exire vult. Asperitate fit aspera & acuta.

Cerusinus color) albus vt cerusa, signum mortis.

In reuerberationem) si exasperantur, vt si essent rasa, aut cum limâ limata, quod sæpiùs contingit.

Si autem tribus hebdomadibus ante mortem, signum mortis.

Cum decoloratis radicibus) vt vnguium, capillorum, plantarum, dentium, quæ si decolorantur, quocunque sint colore, signum mortis.

Item si frons colorem alium recipit.

Capilli) Cùm reuoluuntur, id est, inuersi fiunt, signum mortis.

Ogrum) color corporis.

In acatia) id est, corrugatio. Contractio id est, tentio.

Coloribus) Cùm hæc membra sola sunt colorata, alia vicina, non descendunt vt plurimum in subrubrum, purpureum.

Monis) nates.

Summa omnium. In oculis attendendum, an cadant in profunditatem necne, quòd si fit, iam desperata est, præcipuè si pulsus quoque sit aduersus.

Deinde cùm nasus acuitur, & in acie fit albus, signum mortis.

Os si aperitur, id est, oscitatio fit.

Dentes rarescunt, & longi fiunt.

Caro gingiuarum nigrescit.

Cutis fit cinericei coloris, aut cœrulei flaui.

Præcipua desperatio autem, cùm tendit ad rubedinem, præcipuè in facie & maxillis.

Aër) id est, anhelitus, si fœtet, aut omnia cum colore, signum mortis.

Loquela cùm balbutire incipit. periculosum est, aut cùm non potest integra verba effari, sed ea præcipitat.

Fumus anhelitus) cum spiritum ex profundo trahunt.

Libelli de Vrinarum iudiciis, & Pulsuum, & Physionomiæ Medicæ Theoph.

FINIS.

TRACTATVS BREVIS ALIVS
DE VRINIS, EX AVTOGRAPHO Theophrasti descriptus.

Ad suos auditores charissimos.

Th. B. H. D. & P.

De Vrinis.

Lotium index constitutionis membrorum.

QVICQVID corpori ex suis membris infertur aut impertitur, id à lotio ita exhibetur, vt ex eo vitia ac affectiones corporis liquidò dignosci queant. Medici ergo est, ante omnia cognitionem membrorum, quid & quæ illa sint, sibi comparare: ac simul considerabit, quòd vnumquoduis membrum suum Yliadum habeat, in suâ formâ & essentiâ potentem.

Yliadus in omnibus mébris.

His præcognitis, vitia membri Yliadi facilè dignouerit. Quæ verò ipsius accidentia & symptomata sint, id æger indicat. Medicus autem acquiescat in causâ, in loco, & in proprietate.

In lotio videndo quæ obseruanda.

2 Inspecturus itaque lotium, tria obseruet aut tria cogitet. Primùm quod morbi nonnulli sint, quorum magnitudo ac malitia, velut & ipsorum crassities, & regio locúsque, ac principium, finisque per ipsorum chaos ex colore dignosci queat.

2 Secundùm, subtilius est, quàm vt oculis pareat in lotio. Et hi sunt morbi tartarei. Quos tamen si omnino videre & cognoscere in vrinâ voles, ptiorem regulam omittes, & hoc ages, vt vrinam coagules ac separes in suas species. Et tum demum morbi tibi innotescent.

Vrinę æquinoca quæ.

3 Tertium, à reliquis diuersum, hoc est fieri nempe interdum, vt duæ prædictæ regulæ de vrinâ, hominis morbos indicare nequeãt. Et tunc vrina est æquinoca, quæ indicat venenum, aut coagulatum tartarum, quæ duo vrinam non ingrediuntur, aut ipsi permiscentur, sed ab eâ separata sunt.

Et ex hisce tribus vrina præcipuè iudicanda est. Quæ qui nescit, is nihil scit. Et qui modo alio iudicat, is diuinatorem & nugatorem agit. Si enim morbus in vrinâ non appareat, tunc is aut venenum, aut separatus tartarus est, quæ duo morbi sui vestigia vrinæ non imprimunt.

De Coloribus vrinæ.

CAP. I.

PRincipiò, in vrinâ colores notandi sunt. Ante omnia autem vrina sana, cùm virorum tùm fœminarum, senum ac iuuenum, cognoscenda est. Posteà eorundem etiam ægrorum.

De Vrinâ principalium.

CAP. I.

Vrina quid & quæ eius natura?

VRinæ hæc est conditio, vt ex septem membris secedat, ac corporalis existat,

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 834 sur 913

adeóque ex omnibus partibus in modum vnum cogatur & vniatur. Ea vrina si ita solitaria sit, ex ipsâ Medicus sanitatem dignoscet. Sed præter hanc notanda etiam vrina alia est, quæ ex ventriculo per hepar in renes, & hinc in vesicam commeat. Ex hâc iudicantur morbi, qui ex cibis fiunt, cuiusnam generis ac proprietatis existant.

Vrina duplex genere.

Pro hâc ergo consideratione. Vrina duplex inspicienda est: interna & externa: circa quas vtriusque morbi proprij rectè discerni debent, quinam cuilibet vrinæ subiecti sint, ne in iudicio ferendo temerè aberretur. Interna enim vrina naturæ morbum suum dat ex Yliado. Externa vrina dat morbos extrinsecus incidentes, sed specie tincturæ. Itaque excipienda est vrina ante abstinentiam, & in ipsâ abstinentiâ. Ita iudicia gemina habetis.

Interna vrina quæ. Externa vrina quæ.

De vrinâ autem externâ, hoc est, indicium, vt tres prædictas regulas obserues; velut etiam de interna, quæ eodem modo obseruanda est: primò secundum colores, & quæ in illis continentur: Deindè ipsius coagulatio & separatio, & quæ ex hâc oriuntur. Tandem ipsius æquiuocum. De quibus iam deinceps trademus.

CAP. I.

De Coloribus sanæ vrinæ extraneæ: seu de coloribus sani extranei in vrinâ.

QVantum ad vrinam externam attinet: prima est sanorum. Ex cuius conditione & vi primò cognosci debet, an stomachus probè digerat, vel minùs. Hoc enim ex vrinâ elucet: siquidem si is probè digerat, sal ipsius eo loco & statu est, quo esse debet. Sin minùs, contra fit.

Vrina separata & digesta vnde.

DE VRINA EXTERNA. De externâ vrinâ notate, quòd assumpta seu ingesta primò separentur, deindè digerantur. Ex his ergò vrina talis prodit. Si nempe illa probè separentur per Archeum, tunc prodit vrina separata. Si probè digerantur, vrina exit digesta. Eodem modo, si virtus expulsiua probè expellat, vrina prodit perfecta cum signis. Quæ omnia si probè fiant, vrina etiam, quoad ventriculum, proba erit. Si verò indigestio sit, ex hâc iudicium facies.

De hoc ita cognoscemus.

Separatio qui æstimetur. Color in vrina qui sit æstimandus.

SEparatio nimirùm ex vrinâ sanâ cognoscenda est hoc modo: Sana scilicet vrina in separatione, digestione & expulsione, rectè se habere in stomacho debet. Tria hæc in coloribus ita consistunt: si probè separetur, S.S. colorem aureum, hoc est, colorem Rubinum aut destillati olei, exhibet. Isto colore prodeunte, separatio in stomacho rectè, fit, quoad SS. Iam verò si color iste mutetur, & alius fiat, tunc deficit Spiritus sulphuris, nec adest, ideò colores salis & sulphuris emergunt, qui tamen prædominari minimè debebât. Sed pergamus de sale. Si vrina hypostasin ponat, sal probè separatum est. Hypostasi enim sal permiscetur. Ea deficiente, separatio salis in stomacho deficit. Similiter etiam si in vrina fundus grauis sit. Mercurius probè separatus est. Sin minùs, separatio eius facta non est.

Hypostasis vrina quid notet.

Et hæc de separatione, quoad stomachum, dicta sufficiant.

Quantum ad digestionem, hæc notabitis. Si vrina est crassa, pinguis, tenuis, S.S. digestus non est. Si cum diuulsa Hypostasi, tenuior aut crassior est, &c. Sal digestum non est. Si fundus sit tenuis, leuis, &c. non est digestus Mercurius.

Digestio quomodo ex vrina iudicetur.

Quoad expulsionem, si vrinę mediocritas secundum tria prima adsit, probè facta est expulsio. Sin minùs, expulsio deficit, ac æquo ignauiùs expellitur. Hæc enim tria tantùm in conueniente mediocritatis mensurâ consistunt.

Expulsio vnde iudicanda.

Per huiusmodi signa vrinæ cognoscere debes, quidnam externum acceptum in stomacho operetur, aut quæ circa illud in ipsâ fient. Eo cognito, nouisti, quæ stomachi sanitas sit. Si tamen nulla ægritudo innotescit: morbi enim signa alia habent.

Hepatis ratio.

Tria prima quomodo se in hepate habeant.

IDem & in hepate similiter euenit, hâc tamen ratione, quòd tria dicta signa ibi alterentur. In sulphure enim colores diaphani congeniti sunt. Illi si non adsint, & præstò sit Rubinus, tum Mercurius à sulphure probè separatus est. Hepar autem spiritum sulphuris omittit. Ita, si hypostasis peculiarem colorem habeat, separatio quoque similiter in sale deficeret. Item, si grauitas decolorata sit, separatio in hepate non sit.

Digestionis hæc ratio est. Si color est integer, sine crassitie, sulphur probè digestum est. Sin minùs, malè. Similiter etiam, si hypostasis rotunda sit, sal probè digestum est. Sin secus, improbè. Pariter etiam, si fundus est clarus & grauis, probè digestus Mercurius est. Sin minùs, malè. Idem & de expulsione verum est, prout in prædictis signis mensura se habet. Si enim nihil, aut non multum, illi decedat, expulsio fortis & proba est.

Renum ratio.

Tria prima quomodo se in renibus habeant.

IDem etiam de renibus iudicium est. Si color vrinæ specularis est, sulphur illo loco probè separatum iudicetur. Et si hypostasis distinctos suos in substantiâ colores habeat sal rectè separatum est. Idem etiam de digestione verum est. Si color in circulo est Rubinosus, sulphur rectè separatum est. Si Hypostasis est acuminata, sal rectè separatum est. Si fundus est exilis, Mercurius rectè separatus est. Portò, si vrina in circulo est diaphana, sulphur probè digestum est in renibus. Si hypostasis est porosa, sal probè digestum est. Si fundus inferne ad superiora est diaphanus, probè digestus est Mercurius. Expulsio à quantitate æstimatur.

Summa de Vrinâ sanâ.

SI in vrinâ signa optima appareant, ita vt color diaphanus sit à lateribus: hypostasis porosa compressa: fundus perspicuus sursum & deorsum: tunc separatio, digestio & expulsio optimè habent, ac vitio carent.

Nota.

FRequenter etiam accidit, vrinam nonnunquam in vnâ, aut digestione, aut separatione, aut expulsione deficere, idque vel in stomacho

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 835 sur 913

ſtomacho, vel hepate, vel renibus. Si tamen interim prædicta vrina adſit, & ſigna nulla alia appareant, res in tuto eſt.

TRACTATVS II.

Morbi qui præcipui ex vrina noſcantur.

POrrò ſi prædictorum aliquod ſecus ſe habeat, quàm de vrinâ ſana traditum eſt: id iam deinceps meritò conſiderandum eſt. Hinc enim omnes morbi, qui à rebus externis oriuntur, cognoſcuntur. Morbi autem ſunt hi fermè: *Tartarus materialis*, *Putrefactio*, *Oppilatio*, quæ ſuis tribus diſtinctis ſignis internoſcuntur. Vbi ſimul obſeruare oportet regionem ac locum, in quibus illi conſiſtant. Poſtea intelligenda eſt ipſius morbi Natura, proprietas, eſſentia, ac conditio. Quod ipſum quoque ex vrinâ cognoſcitur, velut etiam vita, ac ipſa mors.

De Tartaro ex vrinâ externâ cognoſcendo.

Tartarus vt ex vrina noſcendus.

VRina quælibet Tartarea, ex coloribus perfectè cognoſci non poteſt. Colores enim iſti ad tractatum primum faciunt. Cognitio autem fundamentalis ſita eſt in deſtillationibus & coagulationibus. Quibus factis, Tartarus præſtò exhibetur. Tartarus autem hoc modo cognoſcitur. Si vrina ſeparata eſt, hoc eſt, ex ſua proportione & ſpecie excidit: Tartarus proditur. Quod hoc modo fit. Separatio particularis, arena, granulæ, aut totum liquidũ, hoc eſt, vrina granuloſa vrina liquida, vrina Alkolita. Hę tres vrinę Tartarũ exhibẽt. De loco autẽ ita cognoſcẽdũ eſt. Alkolita vrina eſt ſtomachi: Liquida hepatis (ſeparatio renũ & hepatis eſt) Granuloſa renum eſt.

Vrinæ Tartareę 3. ſpecies. Alkolita vrina cuius partis ſit. Liquida Granuloſa.

Vt verò de vrina liquida loquamur, ſpecies eius plures & variæ exiſtunt, Aquoſa, Lactea, Liquida, &c. quæ in regulis cõprehenduntur.

Vrina Liquida
- *CLARA, Tartarum ſeparatum indicat. Ex hu calculus, lapis, vſnea, &c.*
- *TVRBIDA, Tartarum, cum vrinâ indicat. Ex hu diabetica, mictio lactis, &c.*
- *OBFVSCATA, ſignificat Tartarum diſſolutum in Liquorem. Ex his hydropiſin, relaxationem, tumorem, &c.*

Vrina Granuloſa
- *RVBEA, ſignificat Tartarum, & futuram ſeparationem in liquidum.*
- *CROCEA tincta, ſignificat ardoris principium, renum intenſio ex Tartaro.*
- *CITRINA, ſignificat fortem expulſionem, &c.*

Vrina Alkolita
- *DISPERSA, ſignificat ſtomachi grauedinem ex Tartaro.*
- *COMPACTA ſignificat ſtomachi dolorem fixum.*
- *MODICA, ſignificat retentionem eiuſdem.*

De Putrefactionibus.

Vrina fœtida putredinis index.

PVtrefactiones ex Tartaro ita dignoſci oportet. Si vrina fœtida exeat, putrefactio adeſt: aliàs non. Quoad locum: ſi vrina Hypoſtaſin nullam aut nimiamhabeat: Tartarea putrefactio eſt in ſtomacho: quo caſu ſola hypoſtaſis fœtet, non etiam vrina. Si non turbetur aut corrupta ſit: eſt in hepate. Si turbidum & craſſum ſit, eſt in renibus.

- Vrina fœtens ſtomachalis cum colore — *RVBEO ſignificat febres ſtomachi.* / *ALBO, indigeſtionem & malam ſeparationem.*
- Vrina corrupta fœtida reſeruata cum colore — *RVBEO, ſignificat febrem.* / *ALBO, ſignificat hepatis putrefactiones.*
- Vrina ſpiſſa vel ſtipata. — *ALBA, ſignificat Renum frigiditatem.* / *RVBEA, ſignificat renum dolores.*

De Oppilationibus.

Oppilatio vt ex vrina noſcatur.

OPpilatio hac ratione cognoſcenda eſt: ſi nimirùm vrina clara ſine contentis exeat. Locus ita cognoſcitur. Si vrina inſtar aquæ clara eſt, eſt in ſtomacho. Si cum flauedine clara eſt, eſt in hepate. Si cum rubore clara eſt, in Renibus.

Vrina citrinula Diaph. qnid notet? Vrin. &c.

- Vrina citrinula diaphana, *ſignificat puncturas in Meſeraicis.*
- Vrina ceruſſea diaphana, *ſignificat oppilationem hepatis*
- Vrina Rubea diaphana, *ſignificat oppilationem Renum, Peſtem, Pleureſin,* &c. (Diaphana eſt, vbi non eſt contentum.

De Naturâ Vrinæ, an ad mortem aut vitam attineat, aut chronica ſit.

SIgna prædicta appareant: grauida, plumbea, ſignificat Chronicam. Si grauida fœtida, non ſixi coloris, ſignificat mortem. Si leuia, ſignificat vitam. Hæc in Tartaro.

- Spuma.
- Circulus
- Ampullæ

} *in tractatu de Vrinâ internâ tradentur.*

LIBER SECVNDVS.

De Vrinis Internis.

Excremẽtum aquoſum reſolutũ in veſicam, vel

VT autem de interna vrina deinceps loquamur, res ita habet. Cruor totius corporis ſtillatur in veſicam, ab extrà, ac vrina peculiaris eſt, ab altera diuerſa. Ex hac vrina noſcitur, quo vitio teneatur caput, pulmo, ſplen, &c. quæ ex vrina altera dignoſci minimè poſſunt. Si ergo caput patitur, cruor ipſius mutatus ſecedit ad veſicam, ac alteri vrinæ miſcetur: & tunc cruor ille in ſua ſigna abit,

Aquoſitas ſalis, quę quotidie excrementaliter exit.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 836 sur 913

Vrina cruoris quâ certus index

& ſpumam exhibet, &c. Idem de cæteris etiam membris iudicandum. Hoc enim caſu, membra vniuerſa cruorem ſuum in centrum ex naturæ inſtituto effundere poſſunt. Si enim iſta cruoris vrina careremus, ex altera vrina horum morbum nullum dignoſcere poſſemus. Euidens ergo eſt, conuenire omnino, vt vrina ſola, & per abſtinentiam excipiatur. Sic fiet, vt penitus cognoſcatur, quod cuiuſlibet membri vitium ſit, ſicut deinceps tradetur.

Ante omnia autem cognoſci debet de hoc cruore, quid ſit: velut idem etiam de vrina altera inquiri debet. Id hoc diſcurſu fiet.

Vrina cruoris quid? Vrina omnis ſal reſolutum.

Vrina quæuis eſt ſal Reſolutum, ex trium primorum ſalibus ortum, quæ expurgando ſeſe in veſicam exonerant. Aliàs enim humidum in corpore toto nullum eſt, exitum affectans, quàm quod ex ſale reſoluto emergit: quod ipſum etiam ex parte ex ſanguine oritur. Itaque ſi ſanguis ægrotat, cruor ipſius ægrotus exit. Si ægrotat caro, ſimiliter, &c. Idem etiam de reliquis verum eſt. Omnéſque vrina vna ſunt, n ſi quæ ex pinguedine & medulla oritur, quæ eſt vrina liquoris ſupernatans, vt de ipſa proprio capite tractabitur.

Vrina pinguedinis & medullarum quid?

Porrò autẽ cruor in ſuo corpore ſeu ſubſtãtia, ſuo membro ſimilis eſt: hoc eſt, reſolutio non eſt æqualis, ſed quot membra, tot reſolutiones. Quælibet ergo reſolutio ſeparata manet ab aliâ, quod ſedulò obſeruandum eſt. Sic etiam vrina Anatomiæ localis index eſt, ac vocatur Anatomia Microcoſmica præfigurans, hoc eſt, quomodo membrum quodlibet in corpore iacet, ita ipſius etiam liquor ſalis aut ſal reſolutum in eodem loco iacet impermixtè. Ex his iam attendite ad Tartarum vrinæ. Is enim partes alias corripere poteſt. Vnde ſequitur, vrinam hoc in caſu locum non indicare. Morbum quidem indicat, ſed non locum. Tinctura enim ſalium differentias diſcolorat.

Reſolutio eſt multiplex.

Tartari vrinæ natura quæ &c.

Hæc ergo cautione vrina exactè inſpicienda eſt, vt membrum penitè cognoſcatur, quo vitio teneatur. Membro enim cuilibet ſuum peculiare in vrinâ ſignum eſt, quod illam ſolam attinet. Nam & ſuum morbum peculiarem quoduis membrum habet, qui morbus per ſignum illud cognoſcitur. Euenit tamen, vt in membro vnico quatuor ſexve hæreant, qui vniuerſi, quoad ſignum, pro morbo vno accipiuntur. Sic nempè in cerebro eſt Mania

Membru quoduis ſuum peculiare tum ſignum, tũ morbũ habet.

phreneſis, dolores capitis, Hemicrania, &c. quæ omnia vnum tantum ſignum habent. Diſcrimen autem, quî internoſci queat, admodum arduum non eſt, & ſuo loco tradetur. Similiter etiam de mẽbris omnibus ſciendum eſt.

In vrinâ autem cùm denſitas, tùm diaphanitas ac perſpicuitas cuiuſlibet membri ſedulò & curioſè conſiderari debent. Poſtea etiam ipſius colores, qui omnes in vrinâ continentur. Loci tamen exilitas & ſubtilitas pellucidatis ægrè videtur. Nihilominùs tamen loca & colores boni omnino cognoſcẽdi ſunt. Ita facilè apparebit decoloratio illius loci, ex quo vrina quælibet procedit. Differentia etiam in Matrice, ac mammis, ac natura ſingularis ipſius fœminæ teneri debet. Nam & hæc ſua priuata loca habent, pro quibus cognoſci debent. Quæ tamen iudicanda ſunt ex ſola interioti vrina ſine commixtione exterioris. Hæc enim illam obſcurat & adulterat. Hæc de cauſa alibi tractatus ſequetur generalis, qui omnino legendus eſt. Is enim dirigitur ad omnes permixtas vrinas, ſeu ad ſigna communia, quæ in vrina exiſtunt.

Colores omnes in vrina

Primò ergo de coloribus intelligi debet, quòd membrum quoduis in ſua regione ſuos colores effundat: cerebrum nempè album, ſplen cinereum: Renes, cor, hepar, pulmo, laterinum, (cum diſcretione tamen colorum) ſanguis diaphanam rubedinem, medulla pinguem ſeu pinguedinem, quæ ſupernatat ex natura ſua. Ideò in ſuo loco ſeu regione manere nequit. Sic nec caro vnum colorem per totum corpus habet. Ligamenta nihil habent: Humores non ſunt: quæ tamen de excrementis conſcripto libro pleniùs explicantur.

Colores qui quarum partium in vrina.

Colores ergo in lotio ex his membrorum coloribus cognoſcendi ſunt. Nam ſi color eſt cordialis, à corde tunc procedit tinctura. Si hepatious, ab hepate procedit, & ſic de aliis. Et ſi albedo, à cerebro, &c. exceptis vrinis de excremodo habent mentis, qui ſuo, vt dictum eſt, ſe.

Ex his itaque coloribus iudicium dirigendum eſt ad membrum quoduis. Sic de morbo rectè & integrè conſtabit, ac idem probè ſanabitur. Hoc ergo ſedulò operam date, vt cuiuſlibet membri tincturam noſcatis. Et ex colore illo membrum quoduis iudicate, ſeu de morbo eius pronuntiate. Deinceps autem cuiuſlibet membri tincturam expediemus.

Tinctura cuiuſlibet mẽbri tenẽda.

Vrinæ colorum quæ differentia.

Color { Cordis, Hepatis, Splenis, Renum, Pulmonis, Fellis, Stomachi, Cerebri, Carnis, Sanguinis, Medullarum, Pinguedinum } *Talis vel talis eius color eſt.* *Hos colores vrina exhibet, velut & quid in membro quolibet ſitum ſit. Quicquid enim in vrinâ eſt, de membro hoc, tinctum, eſt.*

De Matrice, Lacte, Impregnatione, &c. { *Granula. Hypoſtaſis Matricis. Hypoſtaſis matricis conſtipata.*

Spumæ, ampullæ in vrina quid ſignificẽt.

Præter hæc verò omnia apparent etiam ſpumæ, bullæ, &c. Harum hoc eſt indicium eſt. Spuma excrementũ tantùm indicat: ſic etiam ampullæ. Vtræq; verò permixtæ concurrerunt.

De vrina cœtus.

Multoties autem vrinæ etiam confuſæ, ſunt, certi nihil indicantes. Hæ tamen nihil niſi mortem præſagiunt, aut ex morbo vno lapſũ in alterũ, nihil proficiente Medicina, aut ſpe, comitãtibus ſignis mortis, ſpaſmo, ardore, rigore, &c.

Vrina cœtus. &c. quid

Cætera deſiderantur.

LECTORI S.

LECTORI S.

SEQVVNTVR *iam, candide Lector, in eosdem libellos de Vrinis, Pulsibus, & Physiognomiâ Medicâ, Obseruationes quædam aliæ: eæque duplices, à diuersis nimirum professentis Paracelsi Auditoribus diuersimodè exceptæ atque conscriptæ: Id quod in Academiis fieri solitum est, vt ab altero auditorum aliquid copiosius, ab altero succinctius, &c. annotetur. Etsi verò in quibusdam locis sequentia hæc cum superioribus quodammodo conueniant: multa tamen in his quoque sunt, quæ in præcedentibus non habentur: imò plurima in his dicuntur clariùs atque apertiùs, quæ in illis breuiùs & obscuriùs.*

Cúmque sine insigni verborum immutatione (quam in hac editione imprimis cauendam esse duxi,) hæc omnia in vnum quasi Libellum cogi non possent: rem longè gratiorem atque vtiliorem iuuenibus studiosis facturum me existimaui, si separatim hæc ederentur. Nam quæ, studiosa harum obseruationum facta collatione, laboriosius aliquantò inquiruntur, animóque congeruntur, firmiùs memoriæ hærebunt. His igitur pro sua quisque industria cum fructu vtatur, &c.

IN LIBRVM

DE VRINARVM AC PVLSVVM IVDICIIS:

ITEM,

DE PHYSIOGNOMIA MEDICA, ALIÆ quædam Annotationes.

In Libri primi, Tractatum primum.

CAP. I.

Vrina est triplex. Excrementa ciboruntria,

NOTANDVM maximè, an exterior sit vrina, aut cruoris, aut permixta ex vtrisque. Nam triplex est, scilicet ex cibo & potu. Triplex enim excrementum ex hoc, id est, stercus, vrina, & sudor. Secunda vrina est ex resolutione salis naturalis corporis, &c. & habet signa peculiaria. Tertia est ex vtrisque permista, &c. Proinde tantùm ea, quæ in stomacho, hepate & Renibus, imò ex cibo & potu oriuntur: non ergo de Epilepsiâ, &c. Sed tantùm de Tartaro, eiusdem Putrefactione & similibus ex vrinâ non cruoris, diiudicari possunt. Podagra tantùm ab exteriori vrinâ dignosci potest, quæ si multum spumæ habeat, sub noctem æger multum potauit. Vrina cruoris ostendit non nisi naturales morbos, vt morbum caducum, alioquin nihil, neque diabeticam, neque Tartari, &c.

Podagræ quod signum in vrina. Vrina cruoris quos morbos indicet. Vrina tartari, & cruoris quæ signa. Vrina Tartari duplex est.

Vrina Tartari est, cùm vrinæ circulus coloris plumbei est &c. Quòd si circulus rubicundior, vrina per se, cruoris est. Et si duo circuli simili iuncti, est vrina permixta. Malè dicitur à quibusnam, qui dicunt, lepram adesse, cum coloris plumbei circulus supernatat vrinæ: nam nimiùm potauit. Nam cùm vrina non nisi circulum plumbeum habet, est tantùm exterior vrina, nihil potes de capite eloqui, sic neque de cæteris, &c.

Circulus rubeus, vrina cruoris est vniuersaliter.

CAPVT II.

Fœtor stercoris quid significet. Tinctura sulphuris quid notet. Hypostasis, Fundus, Color in vrina quid notent. Hypostasis porosa, sana, alba, fallax.

VRina Tartari duplex, sana & non sana, sicut de cæteris. Sulphur Stomacho subiacet, id enim facit stercus: Sed tinctura ipsius Sulphuris manet, descenditque ad hepar & ea est, quæ sola vrinam tingit, Et quò magis fœtet stercus, eò melior separatio. Vbi tinctura sulphuris, ibi vrina sana.

Hypostasis in vrinâ salem demonstrat. Fundus Mercurium, color seu tinctura ex sulphure est. Si Hypostasis lazuria exit, benè habet materia salis. Mercurius si benè separatus, est vrinæ fundus crassior, quàm reliqua vrina. Si vrina benè perspicua, benè habet stomachus, & benè separatum sulphur. Sic etiam de hypostasi iudicato, quamuis paulò minùs perspicua, & sic de fundo iudicato.

Vis expulsiua in rebus ipsis est, externis etiam, (non in corpore nostro, quando scilicet Separatio & digestio vera vbique peracta fuerit, tunc suâ sponte cuiuslibet membri excrementum decedit.

Vrina perspicua, & tamen pallida, ingurgitatio hominis est. Hypostasis debet esse porosa, si sana sit, etiam si perse continua sit. Hypostasis alba, vrinæ fallacis indicium est, nihil ergo inde iudicandum.

In CAPVT III.

PArtitio perfecta inter se, digestionem ostendit perfectam. Hypostasis acuminata, bene habet virtus expulsiua.

Hypostasis virginum, subtilior quàm puerorum, & duas quasi hypostases habent, quia Matrix peculiarem habet hypostasin, (non autem sic in viris) estq; signum fertilitatis. In senibus Sulph. non distat à iuuenum vrinâ, si sana sit, contra istos. In mulieribus cùm menstruum desiit, abit etiam hypostasis inferior. Et debet esse Hypostasis alba & quasi plumbea, etiam si sana

Hypostasis virginû & puerum. Hypostasis quæ lis mulieruum, quibus menstruũ desiit.

Hypstasis alioqui perse debet esse coloris cœlestini, & in senio fit paucior & rarior.

Senis vrina habet partes quatuor: iuuenis verò tres, ad hypostasin relata scilicet.

Hypostasis quæ naturalis.

In CAPVT IIII.

DVo colores, reflectentes & relucentes in manum, bene separatam in renibus. Vrinâ motâ, cum mox spuma abit, vrina perfecta & sana est, & è contrario.

Hypostasis in senibus pauca

Separatio, digestio, expulsio, perfecta adsit in vrinâ sanâ oportet.

Senũ & iuuenũ vrinæ, vt differãt.

Bullulæ in hypostasi apparentes, post motionem lotii, mulieris esse ostendunt, certò.

Spuma mox vanescens quid indicet.

Bullulæ in vrina quid notent.

Morbi duplices à cibo.

TRACTATVS SECVNDVS, De vrinis non sanis, scilicet de Alcolitis.

CAPVT I.

De Definitione vrinarum.

PRORRÒ quæ in secũdum Tractatum attinẽt, de Insanâ vrina sunt exterioti. Tractamus autem in his de morbis natis ex assumptis per os, quod est ab elementatis: Ab his duæ descendunt ægritudines: Tartari & Rubini. Quæ verò ad Tartarum attinnet, & quæ ad Rubinum, sequentia capita declarant.

Primùm de Tartaro est, & tres sunt Tartari vrinæ, vel species.

Prima est de Tartaro coagulato, & est vrina alcolita. Alcolita apud nos tantùm vocabulum receptum, & est sumptum à re sua. In alcolita vrina habentur omnes morbi generis

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 838 sur 913

Tartari vrinæ quot.

istius: Vsnea, Grando, Pruina, Bolus, Lapillus, Mucilago, & cætera quæ in Tartaro scripsi.

Alcolitæ vrinæ qui morbi.

Secunda vrina est scatea. Scatea apud antiquos ignotum, apud nos in vsu. Vrina scatea vel scata facit indicium de resoluto Tartaro, id est, de putrefactionibus, liquoribus, & dissolutis, & de omnibus his morbis similibus, existentibus in Nutricolis. Nutricolum mẽbrum est, in quo separatio, digestio & expulsio ab elementatis factis concoquitur.

Vrina scatea quid.

Nutricolum membrũ quid.

Vrina tremula quid notet.

Tertia verò vrina, quæ tremula est, oppilationes tartareas declarat. Tremula acceptum vocabulum est à forma, latet antiquos: Manifestam facit pestem, pleuresin, febrem acutã, chronicam, apostemata, inclusiones, & cætera alia genera, quorum origo & natiuitas ab oppilationibus vel per eas descendit, & in morbũ abit. Nunc quæ Rubini sunt.

Rubini vrinæ quot.

Attamen Rubini duas vrinas continet, scilicet fæculam & formulam. Fæcula à fæcibus sumpta, & spargyricum est. Formula artis est nomen, captum à forma sua prima: Fæcula vrinade histractat morbis:

Fæcula vrina quid.

Formula vrina quid.

De exortis post separationem, digestionem & expulsionem, & est pro Rubino putrefacto, vel segregato in speciebus. Formula vrina ostendit Rubinum absque segregatione, cum specie prima in suis morbis.

In CAPVT I. Tractatus secundi COMMENTARIA.

Vrina quæ ad iudicandum excipienda.

VRrina statim post sumptum cibum collecta, nihil certi indicat: Post quartam horam melior, sed nondum perfecta: Tertia superat. Quarta autem vrina demum bona & vera, vt inde iudicet. Caue autem vrinam separes, sed totam collige. Quòd si vrina vera & non vera simul & semel colliguntur, fit vrina aquosa & spumosa, quod nihil cures. Et hæc dicta de vrina exteriori, &c.

Vrina cruoris quando excipienda.

Vrina cruoris autem cum colligi debet, patiens prius totam diem nihil edat seu bibat, nisi fortè tota sicca, & tum collige postridiè summo mane, ita tamen, vt ante septimam horam. Et ex hâc vrinâ iudicari potest etiam morbus caducus, &c.

Vrina permixta ex vtrisque constat.

Rubini quid.

Rubinum est id, quod nutrimentum membris præbet, digestum scilicet à stomacho & ad hepar missum, sic dictum à colore rubicundo.

Vrina alcolita quid.

Vrina alcolita excrementum est tantùm, ex hâc solùm tartarus dignoscitur. Aliquando grandinis in modum, aliquando vt vsnea, aliquando vt pruina, aliquando vt lana, aut carpta linamẽta, aliquando omnino resoluitur. Quæ si aliquantulum temporis sistat, reddit in fundo mucilaginem, & est signum Lapidis in Vesicâ.

Proprietas Tartari tantùm in calore resoluitur: In frigore verò coagulatur. In vrina alcolita, nil cures neque colorem, neque lac, neque &c.

Scatum quid notet.

Scatum signum est fœtoris vrinæ. Ex hoc putrefactio dignoscitur membrorum horum trium. Sub hoc & gustus vrinę habetur. Apud Spagyros donec scatum non auferatur à rebus præparandis, non est purum ab impuro separatum.

Vrina tremula, id est, feruens, bulliens, quasi pedentim, estq; signum oppilationis.

Vrina fæcula, id est, corrupta: à fæcibus dicta, signat Rubinum in hepate iacentem, à membris scilicet non attractum. Vrina Formula, est ogra, signat Rubinum cum vrinâ exeuntem.

CAPVT II. *De vrina Alcolita.*

Alcolę quot partes, & signa.

TRes habet Alcola partes, Stomachum, hepar, Renes cum suis Regionibus. Item tria signa habet iudicanda, Hypostasin, quæ tartarũ stomchi significat: Diuulsionẽ, quę tartarũ in hepate, Sedimen, quæ tartarũ in Renib.

Alcola triplex est, in hypostasi, & significat tartarum stomachi & orexen, compressionem & arsuram: In Diuulsione, & significat tartarum hepatis scilicet punctiones, sitim, & cõpressionem: in sedimine, & significat tartarum in renibus, grandinem, vsneam, pruinam, calculum, &c.

Alcolita Vrina tres partes habet, { *Stomachum. Hepar. Renes.*

Item tria signa: { *Hypostasis* — *pro Stomacho* / *Diuulsio* — *pro Hepate.* / *Sedimen* — *pro Renibus.*

Item { *Hypostasis, vnum signum habet, scilicet Alcolam in hypostasi, & significat* { *Orexen* *Arsuram* *Compressionem* / *Diuulsio vnum signum habet, scilicet alcolam diuulsam cum hypostasi, & significat:* { *Tartarum Hepatis* *Punctiuram* *Debilitatem, &c.* / *Sedimen, & vnum signum habet, scilicet alcolam dispersam, & significat Tartarum in renibus.*

CAPVT III. *De forma Alcolæ in speciali,*

Alcola forma est triplex.

- *Resoluta* { *Alba, lactea vt serum, Aquea, & significat calculum ex lapillis.* / *Rubea, subrubea, citrina, crocea, tincta, & significat arenam & marmor.*
- *Arenosa.* { *Alba, farinea, furfurea, & significat calculum ex lapillis cum bolo.* / *Rubea, citrina, & significat formam & materiam sicut apparet.*
- *Mucilaginosa* { *Bituminosa, viscosa, & significat tartarum non confectum, vel plura alia.*

Accidentia ab Alcola sunt ista

- *Sanguis, significat lasionem ex Tartaro in alteram partem.*
- *Pus, significat vlcerationem secundùm locum.*
- *Sanies, significat putrefactionem secundùm locum.*
- *Restrictio, significat oppilationem cruoris.*

Signa

- *Extranea, & sunt duo: scilicet* { *Emissio inuoluntaria, & significat ingressionem Tartari.* / *Ardor guttatus, significat Tartari acuitatem,*
- *Ab experientiâ: duo scilicet* { *Spiritus* { *Vrina: & significat* { *Curam impossibilem, nisi cum prioribus signis.*
- *Sal* }

SCHOLIA.

Hypostasis porosa quid notet,

HYpostasis insigniter porosa, Tartarum in stomacho significat, maximè si filamenta in poris videantur, id est, Alkola. Quòd si etiam rubeat, dolorem significat vehementem, quemadmodum in reliquis locis & vrinis.

Qui

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 839 sur 913

Qui Tartarum habet in hepate, ſemper ſeu plerunque habet manus frigidas, dolores ſchiæ, ſcapularum, coxarum. arenam in renibus ſignificant.

Grandines ſeu marmor, rubea eſt generatio, eſt in renibus. Quod ſi urina albeſcat, ſignum eſt generationis lapidis.

Vrina ſi ſtet aliquandiu, fit ſedimen in fundo, tenax, mucilaginoſum, arena alba, ſignificat Tartarum coagulare velle in lapidem.

Vrina alba quid notet.

Alba vrina, & in ſe habet ſpecies Bertoldi, quaſi phlegma, ſignum eſt Tartari. Quòd ſi vrina aurea, ex ſpermate eſt.

Vrina ſanguinea, ſignificat Tartarum venulam exediſſe. Et ſi grumi ſanguinis ſint, ſignificat coagulaſſe.

Vrina ſanguinis quid notet. Pus & ſanies. vt differãt.

Pus & ſanies differunt. Sanies, quod exit per Emplaſtra, per ſe, cottidie: Pus verò ſignificat fœtorem ipſum.

Emiſſio inuoluntaria vrinæ, ingreſſionem Tartari per poros ſignificat.

Stillans vrina: ſi alba, in lapidem: ſi rubra, in bolum ſeu arenam abit.

Vrinam deſtilla, & ſpiritum extraxiſſe diceris, tùm in aquam frigidam, & reddet ſal ſciſſum.

Sal vrinæ, id eſt, Tartarus, vt in vrinalibus.

CAPVT IV.

De vrinâ Scateâ, id eſt, de putrefactionibus.

Fœtor vrina in tribus conſiſtit
- Sulphure, & tres fœtores habet
  - Picis
  - Olei
  - Suiipſius
  } Harum trium materia peccans Sulphur eſt.
- Mercurio, & tres ſapores habet
  - Ireos
  - Carnis
  - Herbarum
  } Harum trium materia peccans Mercurius eſt.
- Sale, cum tribus odoribus, ſcilicet
  - Crudi ſalis
  - Arſenici.
  - Spirituum
  - Vitriol. ſcil.
  } Harum trium materia peccans ſal eſt.

Vrina fœtens notat putredinẽ. Putrefactio eſt duplex.

Vrina fœtoris, deſignat putrefactionem in corpore hominis iſtius. Eſt autem putrefactio talis duplex: ſcilicet aut corporis ipſius, aut vrinæ tantùm.

Vrina alba fœtens, putrefactio eſt vrinę: Cum aliis coloribus autem putrefactionem ipſius corporis deſignat.

Si vrinæ fœtor, ut ſtercus, etiam ex pice eſt, id eſt, Sulphure.

Suiipſius, id eſt, velut ſulphur.

Carnis, id eſt, iuris carnei, & tales (ex Mercurio ſcilicet qualitercunque) plerunque abeunt ad lepram, maximè in vrinâ cruoris. Herbarum, id eſt, fœni odor.

DE LOCO.

Vrina
- Pallida — Stomachi eſt.
- Rubea — Hepatis.
- Crocea — Renum.
- Turbida — Trium.

CAPVT V.

De Vrinâ tremula, id eſt oppilationibus.

Loca (Stomachi, Hepatis, Renum) } Vrina pellucida, diaphana, abſque contentis.

Signa Oppilationis.

Accidentia in vrinâ Tremulâ rubeâ
- Spiſſa — & eſt ad mortem, ſi ſine contentis.
- Lucida.
- Mediocris.

Vrina pallida & lactea, vt differant.

Vrina pallida & lactea differunt. Nam pallida vergit in luteum, & habent hi fœtentem anhelitum

Si morbus ex Sulphure, proceſſus curæ fiat thure, myrrhâ, maſtiche. Ex Mercurio, per Terpentinam deſtillatam, centauream, oleum Philoſophorum. Si ex ſalibus, cura ſit ex vitriolatis.

Abſque contentis, id eſt, ſicut aqua deſtillata tota clara, colorata tamen.

Crudi ſalis fœtor ita experitur, ſi ſal iniicias ſuper carbones viuos. Sic etiam Arſenicum, & Vitriolum experire.

Si oppilatio in ſtomacho, ſpumata eſt, & febrem deſignat. Sic ſi rubea, in hepate oppilatio eſt, ſi crocea & ſpumata, in Renibus.

Si vrina omninò abſque ſpumâ, peſtem deſignat mortalem. Omnis oppilatio eſt cum calore.

De vrina Facula, id eſt, faces habente.

Vrina corrupta ſignificat nutrimentum corruptum, id eſt, Rubinum, & plerunque ſequuntur Phthiſis & Ethica ſi ante quinque horas corrumpitur.

Vrina formula eſt loturæ carnis ſimilis, & deſignat ſequuturas Dyſenteriam & diarrhœam.

LIBER SECVNDVS.

De vrina Cruoris, id eſt, Mineralium.

Vrina cruoris ex tribus cognoſcitur, ſcilicet ex (Coloribus, Subſtantiâ, Contentu) } Et hoc propter (Membrum & locum. Mineralium materiam. Accidens & morbi qualitatem.)

Vrina cruoris vnde naſcatur

CAPVT I.

De ordine Colorum Cruoris Vrinæ.

Coloris cruoris tres ſunt ordines.

Color cruoris tres ordines habet, ſcil. ordinem.
- Particularis membri, & ſunt 6. colores
  - Cerebri, Fellis, Splenis, — Pulmonis, Hepatis, Renum.
- Vicini membri, vide ſignum):(
- Ab excrementis, vt ſunt
  - Mucus
  - Sudor.
  - Fugilis. (ſordes aurium apud Spagyr.)
  - Lacryma.
  - Stercus.
  - Vrina.

Fugilisq.

):(Vicini membri, & ſunt 7. colores.
- Carnis (id eſt, lacertorum, muſculorum, faucium, concauitatum.)
- Pinguedinis (id eſt, medullæ & aruinæ.)
- Ligamentorum (id eſt, & arteriarum & iunCturarum.)

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 840 sur 913

Inteſtinorum, Iliorum, Colonis, Long. Monoc. Cartilaginis (id eſt, & veſica, & venarum.) Cutis. Sanguinis.

Mineralia quæ dicãtur.

Mineralia hîc dicuntur omnia, quæ corpus ipſum continent & ſuſtentant. Cruoris ergò vrina eſt, quæ non venit ex cibo aut potu, ſed tantùm ex corporis ipſius excrementis, &c.

Vrina cruoris quid.

Subſtantia vrinæ, id eſt, non habet hypoſtaſin neque ſedimentum. Quodlibet membrum dat cruorem, non aliter coloratum quàm membrum eſt in ſe ipſo. Cùm autem infirmatur, corrumpitur color mineralis. Cùm enim ſana cruoris vrina, eſt inſtar laminati auri.

Cerebri color quis.

Cerebrum habet colorem ſuum, id eſt, album, mucilaginoſum, non tamen lactea, & dicitur cerebella, & ſecum ſemper portat ſpumam albam, quę ſupernè circulari formâ adhæret. Et hinc iudicabis morbos cerebri.

Pulm color quis.

Pulmonis color eſt laterinus, aut hepatinus, cùm ſpumâ: & notabis etiam in talibus vrinis quantitatem, & hinc iudicabis Aſthma, Peripneumoniam, Tuſim, &c. in ſummâ pulmoniam.

Fellis color quis.

Fellis vrina aduerſus diem viſa, lutea, ſed rei candidæ oppoſita, viridis apparet, cùm ſpumâ vrinæ ipſius colorem habentis. Sine autem ſpumâ, Icteritiæ ſignum eſt.

Hepatis color quis. Splẽ. color quis. Renũ color quis

Hepatis urina cruoris non aliter colorata quàm pulmo, ſed non habet ſpumam, & eſt paulò fuſcior.

Splenis fuſcus color velut crocus, Martis, cum granulis in Circulo adhæreſcentibus.

Renum, vt hepar coloratur, ſed magis perſpicua, & oleoſior, nam habet ſpumam pinguem quaſi [*]

Carnis color quis.

Carnis, &c. loturæ carnis ſimilis, & tum tabeſcunt in toto corpore, nam eſt reſolutio generalis, abſque tamen ſpecialis alicuius membri dolore.

Pingued. quis color.

Pinguedinis, id eſt, pallida eſt, ſed Renum pinguedinem excipito, & habent tales multos Ictus hinc inde, fermè vt colica, ſed non eſt vera colica.

Ligamentorum quis color.

Ligamentorum, albus color, pellucida magis quàm cerebri, & habet ſpumam, & inferiùs circulum album. Et eſt ſignum aut Podagræ, aut Chiragræ aut Genagræ &c.

Inteſtinorum color quis.

Inteſtinorum, vel ut aqua deſtillata, cum ſpumâ modicâ, plerunque in medio natante, & indicat Colicam, aut etiam Dyſenteriam, Diarrhœam, Lienteriam.

Cartil. color quis.

Cartilaginis, plumbea tota vrina: Et ad hoc dat ampullas magnas loco ſpumæ.

Cutis color quis.

Cutis vrina eſt vt cartilaginis, abſque tamen ſpuma: & ſignum eſt lepræ approximantis, nam alioqui cutis non reſoluitur.

Sang color quis.

Sanguinis, laterina, ſed in fundo quater ſpiſſior quàm ſuperior vrinæ pars, & ſanguinis deſignat defectum. Et aliquando venit cœleſtina, viridis, crocea, alba, nigra. Hoc autem maximè notabis, ſanguinis eſſe defectum, ſi ſupra habet aquam quaſi, ita vt fermè ſeparari poſſe videatur.

Muci vrina quę.

Mucus facit vrinam vt cerebrum, ſed mucum in fundo. Sudoris ſignum eſt, quando urina tenuior, ſed circulum habet nimis aquoſum, quàm pro more.

Fugilis res croceæ ſupra vrinam, cerebri, aurium dolores ſignificat.

Lacrymæ, vt urina cerebri, ſed ampullas paruas ſupra.

Stercus [habet] urinam rubram, & ſpumam albam paruam. Et ſignat conſtipationem.

Vrina, ſi per ſe non ſana, mutatur ferè in albicantem colorem, non tamen eſt fracta.

CAPVT II.

Ordo ſubſtantiarum eſt triplex, id eſt.

Vrinę ſubſtantiæ tres.

Tres ſunt ſubſtantiæ urinæ, Spiſſa, quæ perſpici non poteſt. Lucida, perſpici valens, ſed paululum: Diaphana autem tota pellucida.

Cùm in hâc figurâ ponitur (& cætera) memento prioris Lectionis, vtpotè per cartilaginem etiam veſicam intelligas oportet.

Interualli, id eſt, dubia, nam poteſt prolongari illic dies crecitus.

CAPVT III.

Contentũ quid. Bulla & ſpuma differũt.

Contentum dicitur non illud quod in vrinâ, ſed quod ſupra urinam eſt, utpote circulus, ſpuma, ampullæ ſeu bulla. Eſt autem bulla, quæ vitrum non tangit, ſed in medio ſunt tres, plus minùſue bullæ ſed ſpuma vitrum attingit: hoc enim differt.

Bulla quid notet.

Vbi bulla, illic morbus plurimùm habet ventoſitatis & plerunque etiam ſignat principium coliæ, in mulieribus præcipitationem matricis.

Vitium autem capitis etiam hîc videbitis, ſi bullæ ſpumas tangunt.

Si bulla colorata, aliter quàm aquoſa, vt crocea, Icteritia eſt: ſi viridis, morbus Caducus eſt: ſi rubra, ad Synocham aut Cauſon abit. Et hic non curabis vrinæ colorem.

Si granulæ in ſpumâ paruæ ad Paralyſin tendit

Granulæ quid notent.

Si bullulæ, ſpumæ deſcendunt ſubtus circulum quaſi, Paralyſis cecidit aut reſoluitur. ſpuma autem fit alba.

Bullulæ quid notent.

Si continuè manet in quinque vſque horas ſpuma, pulmonis phlegma deſignat.

Si interius in ſpumâ circulus eſt, albus, ſicut ſpuma Apoplexia eſt.

Spuma quid notet.

Si ſpuma magnos veſicas, corpus pletoricum eſt, obeſum.

Quod ſi etiam bulla vna concurrat, ſignum phthiſis.

Si ſpuma crocea, principium Icteritiæ eſt.

Si ſpuma caua, hoc eſt, ſupra circulum vitri, & eſt alba, circulus verò niger, ſignum eſt mortis. Sic etiam cum ſpuma ad fundum deſcendit, tremor adeſt cordis, ſeu incubus.

Filamẽta quid notent.

Circulus ſi habeat filamenta, morbum chronicum ſignat. In mulieribus autem impręgnationis ſignum, aut molæ.

Circulus ſi coloratus vt Iris, morbus Caducus peſſimus adeſt.

Circulus ſi cadit ſubtus alium circulum, ſignat lepram, & plerunque Leoninam.

Circulus latus, granula intra ſe habens, Apoplexiæ perfectiſſimæ ſignum.

Circulus quid notet.

Circulus

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 841 sur 913

Circulus viridis, lcteritia mortalis eſt & incurabilis. Et in ſuffocatione Matricis etiam ad mortem eſt.

Circulus cœleſtinus, non niſi mulieres deſignat, & ſignificat Matricis putrefactionem, & abit illa putrefactio ad lepram.

Dimidius circulus Paralyſin ſignat alterius lateris.

Circulus & ſpuma ſi ſimul & ſemel adſunt, & ſint vnius coloris, cuiuſcunque morbum Chronicum & incurabilem ſignant.

Vrina ſana ſi veſiculas & ſpuma cum circulo conglutinantur, ſignat præcordiorum defectum, quamuis non ſpecialiter in pulmone, &c.

Circulus ſpiſſioris ſubſtantiæ quàm vrina & rubea, ſignat morbum lethargicum, aut adeſſe aut futurum.

Circulus clarus vrina verò craſſa, Hydropiſin commonſtrat.

Circulus ſi diffunditur à ſpumâ ſeu bullis, iterúmque diſſoluitur, ſignat Hypoſarcam, & eſt peſſima Hydropiſis.

Circulus ſpumoſus in medio vrinæ in mulieribus imprægnationem deſignat, quòd ſi colorata, ſignat matricis ſeu etiam pueri defectum aliquem vel paſſionem.

Leproſi cum vrinant, habent bullam lazuriam, & lepram deſignat confirmatam, deſignat etiam Alopetiam.

Qui habent S. Viti morbum, habent vrinam croceam, ſed habent circulum infernè purpureum, & ſupernè croceum, & durat non niſi tantiſper, dùm habent paroxyſinum.

Quòd hic de circulis dicitur, non intellige de circulo illo communi ſeu plumbeo, ſed eſt peculiaris & ſingularis circulus.

LIBRI SECVNDI.

TRACTATVS II.

De Vrinâ permixtâ.

DE vrina permixta (id eſt, compoſitâ exteriori & minerali ſeu cruoris.

Rubra in urina permixta, id eſt, cum rubra diaphana: Lucida, eſt parum rubra, Spiſta eſt maximè rubra, & oſtendunt in tali urinâ morbum præſentem, non futurum. Et oſtendit color rubeus hic caliditatem.

Color rubeus hic in hydropiſi mortalis eſt.

Vrina rubra clara, poteſtea obſcura, adhuc ſignum eſt ſalutis, quòd ſi ſit tenuis, ſignum mortis.

Spuma & bulla hîc tantùm partem ſuperiorem corporis ſignficat, id eſt, eam, quæ eſt ſupra diaphragma.

Vrina, id eſt, ſedimen, ſi album, ſignficat fluxum nimium menſtrui, ſi rubea, conſtrictionem ſignificat.

Sedimen, fundum petit, nec album, nec nigrum præcisè, Schiæ ſignificat dolorem.

Vrina alba, ſignificat morbum frigidum, & ſi diaphana, benè, ſi lucida, melior, ſpiſſa, ſaluberrima, optima. Et ſic iudicabis, vt ſupra.

Quòd ſi vrina neque perfectè rubea, neque perfectè alba, nec tamen alium colorem haberet, certiſſimum ſignum eſt mortis. Et ſic ſi vrina talis haberet nebulam ſupra ſe, actum eſt de vita.

Viridis diaphana dolorem ſplenis ſignificat. Nebula autem ſupernatans ſignificat mortem: ſignat etiam viridis vrina febrem quartanam.

Citrina, nebulam habens ſupra ſe ſpiſſam, mortis eſt certum. Nigra nebuloſa, mortis eſt. Si autem ſine nebulâ, apoſtema habet, exiturum mox.

Viola, id eſt, lazuria, ſi ab homine infirmo, ad mortem eſt, ſi ſano, ad lepram. Si talis lucida, in Chronicis, ſalutis, in Acutis, mortis eſt. Si verò ſpiſſa talis violata, ſalutis eſſe poſſit, niſi forſitan ad lepram.

Tenebræ diaphanæ mortis ſunt, reliquæ non.

Si pulſus omnes totius corporis omnes ſibi ſimiles, bonum eſt ſignum, ſin aliter, malum ſignum.

Oculi ſi concidunt, malum ſignum, quia mortis. Sic nares acutæ, Ora hiantia, mortis eſt.

Cutis cineræ, aut fuſcæ, mortis certum eſt ſignum. Sic etiam ſi abit in rubedinem maxillarum, etiam mortis.

Aër, id eſt, halitus fœtens ex patiente, mortis eſt.

Loquela balbutiens, præcipitans verba, mortis eſt.

Anhelitus ex imo tractus, mortis eſt.

DE PVLSV.

PVlſus in quatuor locis apparet, &c. Pulſus durus & tardus, craſſus velut in ruſticis, ſignum eſt Tartari, licèt homini nihil doleat. Et quando ſit venæ inciſio ſanguis eſt ſemper granuloſus. Et qui habet talem pulſum patiens, non deſperandum, quia tantùm ex Tartaro.

Pulſus ſubtilis, ex mineralibus eſt, & optimus eſt ille pulſus: maximè autem ſi cum aquâ frigidâ explores.

Pulſus calidior quàm cutis reliqua, ſignat morbum hominis. Aut cùm pulſus cũ calore inundat, &c. morbus quiſpiam eſt. Linteum madefactum in aquâ aliquâ deſtillata, & ſuper pulſum poſita, ſi in loco ipſius pulſus citiùs ſiccatur, quàm in reliquâ parte, morbus eſt in ſanguine vehemens.

Pulſus vtrinque cohibitus, ſi quieſcit, benè, ſin in aliquo eorum duorum loco rurſus moueatur, morbus eſt.

Digiti quatuor ſupra pulſum poſiti, ſi minùs feriat, plùs tamen calefaciat, quàm naturalis calor, ſanus eſt.

Pulſus durus in Tartaro, in morbo acuto ſi ſit mollis, ſignum reſolutionis Tartari, proinde phlebotomandum.

Pulſus vnius loci durior, alterius mollior, malum ſignum eſt, quia morbus adeſt, vehemens quidam.

Pulſus conſtrictus, eſt, cubitum pone in aquam frigidam, & ſi ſeruârit colorem ſuum, lazurium ſcilicet, & motum etiam, bene habet: ſin alterum deciderit, malè: ſi ambo deciderint, mortis eſt. Brachia ligata & vtrinque pulſus ſimilis, bene: ſin aliter, malè.

Pulſus reliqui omnes ſint motu ſimiles cum pulſu manuum.

Pulſus capitis omnium pulſuum extremus eſt in morte. Nam temporum, colli laterum, manuum, demum pedum pulſus in ordine ſunt. Pedis autem pulſus omnium primus moritur.

Pulſus quando videri poteſt motus, aut optimum aut peſſimuum ſignum eſt. Pulſus fortis & celer elementi ignis abundantia eſt, ſi caliditas ſimul adeſt. Sin non caliditas adeſt, frigiditatis eſt.

Ex Gutta Pulſus.

Pulſus eius, qui in apoplexiâ, fortis, malum eſt, quò fortior eò peior. Pulſus colli quando habuerit in tali patiente nodulos, ſignum eſt mortis. Sic etiam ſi in collo ſentiatur, & non in manibus, mortis eſt: econtrariò, in manibus ſi moueatur & non in collo, vitæ eſt.

In morbo caduco, ſi poſt paroxyſ. cùm dormiunt, pulſus nihilominus mouetur, bene habet, ſin etiam dormit pulſus, malè habet.

In morbis diſſolutis, Lienteriâ, &c.

Pulſus in eodem manens, ſi inſuper aliquod mortis ſignum apparet, nihil ampliùs cures pulſum. Nam poteſt manere etiam poſt mortem.

Pulſus elementatus in lateribus, impregnationem mulierum ſignat. Et pulſus in lateribus, ſolùm mulierum eſt, atque adeò matricis tantùm. Pulſus in priapo tremulus, ſignum eſt ſterilitatis.

De Pulſibus & Motu eius.

Pulſus quatuor Virtutes habet:

- *Tartari* { *Globuloſus* / *Durus* / *Groſſus*
- *Minera* { *Subtilis* / *Conſtrictus* / *Obſcurus.*
- *Morbi, & habet duas demonſtrationes, ſcilicet* { *Tartaream* / *Mineralem*
- *Et habet duas ſignificationes* { *Tartari* / *Minera.*
- *Sanitatis* { *Æqualis* / *Mediũ*

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 842 sur 913

Pulsus Elementatus.

Extraneum duplex { *Caliditatis* / *Frigiditatis* } *Secundum elementum.*

DE PHYSIOGNOMIA MEDICA.

Tabulam quære supra fol. 792. 793.

Oculi.

CVm oculi concidunt, signum est mortis, & venit mors ex cerebro. Laxatiuus color, id est, violaceus, & est primus color argenti. Orizeus color saturatè ruber, & est primus color auri propriè dicendo. Vmbilicus tabescens, signum mortis, vt in oculis. Cutis aspera & fossa, deinde concidens, mortis item est.

Nares.)

Nares acutæ & liuidæ, mortis est, etiam ex cerebro mors est. Sic etiam in Tenasmone quando per se vult exire. Aures quando cartilagines in cerusinum abeunt colorem. Os quando pallescit in cerusinum colorem, mortis item est. Sic etiam de vulua iudicato.

Buccellæ.)

Quando Buccellæ impurpurascunt, actum est. Sic etiam de Ventre iudicato. Similiter in aliis iudicandum. In Acatias, id est, cum corrugatur aut contrahitur, sicut os contrahitur à comestis prunis.

Dentes,)

Asperi dentes, veluti lima obtriti signum est futuræ mortis. Ideò cautè discede. Sic etiam de aliis iudica. Nam etiam si non statim, sequitur tamen certa mors.

Vrina diuiditur in partem. { *Superiorem* / *Hypostasin* / *Inferiorem.* } *quæ indicat* { *Sulphur bene separatum cùm est perspicua.* / *Habitum Salis, quod bene separatum est.* / *Statum Mercurij, qui cum perspicuus est in fundo & turbulentior, bene separatus est.* }

Thorax aliud est à pectore. Maximè autem hæc signa certa sunt, quando membrorum simul adest debilitas.

Finis de Vrinis D. Teophrasti. 1527.

Sequuntur.

Aliæ quædam in eosdem Libros de Vrinis obseruationes, non inutiles.

DE VRINA SANA

CAPVT I.

VRINA exterior est, quæ à cibo expellitur. Nam omnis cibus digestus petit emunctorium, aut per stercus aut per vrinam. Cruoris est, quæ à naturâ expellitur, non cibo aut potu. Permixta est, cum vtrâque commiscetur, & tunc circulum habet duplicem diuersi coloris in superiori parte.

Ad CAPVT. II.

EXterior indicat passiones hepatis, Stomachi, & Renum, non capitis aut aliorum membrorum.

Si fuerit vrina perspicua, significat sanam digestionem: & materiam salis bene digestam. Si hypostasis in vrinâ fuerit lazuria, signum est materiæ salis bene digesti.

Vrina sulphurea signum est sanitatis.

Color subpurpureus, Mercurii natura & color. In fundo vrinæ Mercurius turbulentior est, quàm sulphur in superiori parte. Estque signum Mercurij bene digesti.

Concoctionis autem hæc sunt.) Si hypostasis in urinâ exteriore fuerit alba, vrina fallax est. Hoc autem euenit ex ebrietate, cùm stomachus vltra consuetum cibo aut potu grauatur, quem non potest digerere.

Vrina Iuuenis solum diuiditur in 3. partes: Senis in 4.

Ad CAPVT III.

Digestionis & cruditatis quę signa in vrina.

VRina valdè perspicua, signum est bonæ digestionis in hepate. Nam ventriculus vrinam non perfectè colorat.

Si vrina hypostasi caret, signum est cruditatis & malæ digestionis in hepate, & renibus. Cum autem vrina nec perspicua fuerit, nec hypostasin habuerit, signum est hepatis frigidi. Si hypostasis fuerit dispersa, signum est salis non bene digesti in hepate.

Fœcunditatis signum in vrina.

Hypostasis in urinâ virginis aut non annosæ mulieris, est tenerior: Iuuenis verò aut viri & sanorum vrina habet in profundo in partibus Mercurii, &c. hypostasin, quæ fructiferæ mulieris signum est.

Si autem hypostasis defecerit, signum est, aut defectus menstrui, aut partus. Hypostasis in iuuenibus mulieribus est cœlestini coloris, in senioribus autem mulieribus minor est.

Si vrinæ hypostasis in fundo latior fuerit, quàm in superiore parte, signum est, deficere virtutem expulsiuam.

Ad CAPVT IIII.

De vrinâ Renum.

Mulieris vrina qui dignoscatur à vitili.

SI fundus non exactè potest videri in vrinâ, aut si fuerit dispersus, signum est malæ separationis in Renibus.

Si vrina concutiatur, & si non mox in fundo omnia se vt habere debent, habent, non est vrina sana. Si mulieris vrina concutiatur, in medio efficit bullas vel vesiculas, quæ sunt signum, vrinam esse muliebrem.

IN TRACTATVM II. LIBRI PRIMI.

Annotationes.

Vrina alcolita quid notet.

ALcolita) Vrina alcolita demonstrat ægritudines stomachi, renum, & hepatis: & ista urina generatur ab excrementis. Est autem vrina alcolisata, cùm Tartarus stomachi, renum vel hepatis resoluitur: & ista vrina in fundo habet arenam. Aliquando occultatur ista arena, tunc vrina est filamentosa instar lanæ. Si mucilago fuerit in fundo vrinæ, signum est lapidis in vesicâ. Si vrina steterit sex horas in vrinali, & id arenosum erit, vrina alcolisata est: in quâ non sunt respicienda tinctura & hypostasis.

Vrina scatea quid notet.

Scatea.) Scatum, est vrinæ fœtor. Per hanc cognoscitur putrefactio stomachi, hepatis, & renum, & solùm per scatum cognoscitur putrefactio, cùm vrina tamen in gustu acuta fuerit, eiusdem rei signum est.

Vrina tremula quid notet.

Tremula) Vrina tremula est, quando reposita vrina continetur feruet seu bullit, tunc est signũ, quòd oppilationes sunt Tartari in hepate, renibus, aut meseraicis: Et per hanc vrinã cognoscuntur oppilationes Tartari.

Vrina fęcula quid notet.

Vrina Fæcula.) Est cùm vrina abit in putredinem, id est, corrumpitur, & per hanc cognoscitur virtutis attractiuæ in membris defectus.

Vrina formula quid notet.

Vrina Formula.) Est, quando vrina Rubinea exit, & ogrum aut sanguinem refert, tunc est vrina formula: ex quibus vrina sana cognoscitur.

Hypostasis quæ indicet.

NOTA.

Si hypostasis fuerit alcolisata, aut foraminibus perforata, & in illis foraminibus fuerint fibræ instar lanæ, signum est tartari in stomacho, aut orexis.

Si hypostasis fuerit rubicundior vrinâ, indicat magnos stomachi dolores.

Si hypostasis fuerit dispersa, est signum defectus in hepate: & si fuerit vrina rubea, ægroti patiuntur sitim, & habent manus frigidas.

Si hypostasis fuerit diuulsa, est signum Tartari in stomacho.

Si vrina diuulsa est in sedimine, signum est, quòd Tartarus descendit ad vesicam.

Si vrina habuerit grandines, dolor est in renibus: & si vrina fuerit alba, cum arenâ, certissimum signum est, quòd lapis generatur.

Si fuerit nubilosa in sedimine sine filamentis, tunc Tartarus est in renibus: & vrina fuerit ruffa, indicat maiores dolores, & patiuntur dolores in schiâ, in lumbis, in coxâ, & si arena etiam in fundo fuerit, tunc habent dolores in foueâ pectoris. In CAP.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 843 sur 913

In CAPVT II.

Alcola habet partes { *Stomachum*, *Hepar*, *Renes* } *cum suis regionibus.*

Tria signa habent iudicanda: { *Hypostasin*, *Diuulsionem*, *Sedimen* } *Significat Tartarum* { *In stomacho*, *In Hepate*, *In Renibus.* }

Alcola triplex est
- *In Hypostasi quæ significat* { *Tartarum Stomachi*, *Orexen*, *Compressionem*, *Arsuram* }
- *In Diuulsione* { *Tartarum Hepatis*, *Compunctiones*, *Sitim*, *Compressionem.* }
- *In Sedimine* { *Tartarum in Renibus*, *Grandinem*, *Vsneam*, *Pruinam*, *Calculum.* }

Sæpissimè Tartarus ex his tribus signis non dignoscitur in vrinâ, & cùm hoc fuerit, tunc est vrina sana, commixta cum vrinâ non sanâ, & stat vrina sana & non sana diuisa in vrinali, una super alteram. Et si vrina non sana inferior fuerit alba, signum est, quòd Tartarus generatur in lapidem: Si fuerit lactea, indicat etiam lapidis generationem. Si autem fuerit, vt aqua casei est, etiam lapidis signum est. Si autem vrina rubea fuerit, est sinum lapidis rubei.

IN LIBRI PRIMI
TRACTATVM SECVNDVM OBSERVATIONES.

In CAPVT I.
De vrina non sana.

ALCOLITA igitur vrina quædam minutissimè dissoluta continet, alia in fundo viscea, quæ Tartarum in vesicâ esse demonstrant. Scatea à σκάτον, stercore dicta. Sic fæcula à fæcibus corruptæ vrinæ appellatur. Formula rubini & vrinæ commistionem refert, est ogrea, aut subrubra.

In CAPVT II.
De Alcolitâ.

Alcolita partes { *Stomachus*, *Hepar*, *Renes* } *Cum suis regionibus.*

Signa: { *Hypostasis*, *Diuulsio*, *Sedimen* } { *Stomachi*, *Hepatis*, *Renum* } *Tartari.*

Alcola in { *Hypostasi, significat tartarum, orexin, compressuram, arsuram:* *Diuulsione: compunctionem, sitim, compressuram:* *Sedimine, tartarum, grandineum, vsneum, pruineum, calculum.* }

Sed vt hæc clariùs innotescant, complicabimus horum aliqua. Vt cùm vrina alba cum Arenâ, lapidem vesicæ indicat.

Hypostasis verò perforata, in quâ & alcola, id est filamenta continentur, compressiones & ardores significat

Diuulsio hypostasis, in quâ & foramina & alcola, dolorem dextri lateris: Quæ si rubea, vehementiam morbi, quem sitis vel manuum frigiditas comitantur.

Hypostasis quæ fundum petit, indicium doloris, qui inter hepar & renes.

Densum quid fundo latens, renum morbum: Quòd si rubet, vehementiorem significat: in foueâ compressiones, vomitus, mala ventriculi dispositio.

Ad CAPVT III.
De formâ Alcolæ.

ARenam & marmor) calculum rubrum, seu arenam.

Forma mucilaginosa) significat Tartarum nondum factum, vel plures.

Accidentia, pus crassum, sanies humida.

Signa
- *Extranea.) id est, per ægros nota* { *Emiss. inuol.*, *Ardor, &c.* }
- *Ab experientiâ* { *Spiritus vrinæ.*, *Salis vrinæ.* } *significant scilicet curam impossibilem, cum signis prioribus.*

Emissio inuoluntaria:) fit, quando Tartarus resoluitur & poros transit.

Spiritus vrinæ) per destillationem extrahitur; id quod destillauit, in frigidam pone, & stiriam salis petræ similem efficit.

Sal vrinæ) in matulâ quotidie nascitur, nec hic curabis, nisi superiora signa adsint.

CAPVT IIII. *De Scatea.*

Fœtor vrinæ vel in
- *Sulphure: & habet fœtores* { *Stercoris*, *Picis incensæ*, *Olei*, *Suiipsius* } *Sulphur materia peccans, ad lepram procliuis.*
- *Mercurio: fœtores* { *Ireos*, *Carnis, id est thuris*, *Fœni recentis* } *Mercurius materia peccans.*
- *Sale: cum fœtore* { *Crudi salis*, *Arsenici*, *Spirituum* } *Sal, materia peccans.*

Spiritus

Spiritus ex ſale, vitriolo, arſenico combuſtis fit, cui vrina ſit ſimilis.

CAPVT V.

De Tremulâ, id eſt, Oppilationibus.

Vrina ſine contentis { *Stomachi, Hepatis, Renum,* } *Pellucida, diaphana, mortis ſignum.*

SIGNA.

Accidentia { *tremula, rubea* } { *Spiſſa, Lucida, Mediocris.* }

Putredo { *Corporis, Nutrimenti, Vrina, alba fœtida* }

Vrina ſine ſpumâ, febrim: Turbida cum ſpumâ, pleuriſin: ſine ſpumâ & circulo, peſtem ſignificat.
Fæcula, turbefacta, phthiſin & hecticam:
Formula, carnea, dyſenteriam, diarrhœam ſignificat.

AD LIBRVM II.

De vrinâ Cruoris.

Vrinæ cruoris ſigna.

Cùm igitur nutrimenti vrina in vniuerſum omnes indicare morbos non poſſit, viſum eſt ſecundæ partis, hoc eſt, Cruoris vrinam deſcribere.

CAP. I.

De ordine Colorum contentorum Vrinæ cruoris. Tabulam quære ſupra fol. 789

Minerala quid.

Mineralia ſunt; quibus corpus conſtat, vt ſunt ſanguis, caro, oſſa, &c.
Subſtantia, eſt tota vrina.
Color, locum membri indicat.
Contenta, morbum.
Quoduis membrorum vrinam in colore ſibi ſimilem reddit.
Sana cruoris aureum refert colorem, in cæteris aliis ſimilis.
Cerebella, cerebri candorem referens, alba ſpuma comitatur, ſupremæ vaſis parti adhærens, morbos cerebri indicat.
Pulmonis color, laterinus, hepatinus cum ſpumâ: quòd ſi intenſus, vehementem morbum, remiſſus, minimè vehementem ſignificat.
Fellis color, croceus, & alba vrina viridem ſplendorem habens, & ſpumam vrinæ ſimilem.
Hepatis color, ſpumâ caret.
Splenis color, croco martis ſimilis, modica ſpuma ſecundum circulum, dolorem in iſtro latere demonſtrat.
Renum, non abſimilis colori Hepatis, per pinguedinem innatantem cognoſcitur.
Vicina Membra, ſunt reliquæ partes corporis.
Carnis reſolutæ vrina, coloris carnei.
Vrina pallida, cui innatat pinguedo, hæc medullæ ſuæ eſt: tormina in ventre, vt in colicâ.
Alba pellucida, cum ſpumâ, albo circulo iuncta, rara eſt, Podagram, Chiragram, Schiaticam ſignificat.
Aquea clara, modicâ ſpumâ in medio innatante, Illorum Colicam, Dyſenteriam, Lienteriam ſignificat.
Vrina plumbei coloris tota, magnis ampullis diu durantibus, cartilaginis, veſicæ.
Vrina plumbei coloris, ſine ſpumâ, lepram ſignificat.
Vrina ſumma (ſuprema) facie lucida, infra ſpiſſa, laterina, aliquando lazuria, viridis, crocea, ſanguinis eſt.
Mucus albi coloris, mucilago in fundo, cerebri vitia oſtendit.
Sudor in cruorem verſus, tenuem vrinam reddit, circulum aqueum.
Fugilis per urinæ meatus deſcendens, tunc crocea innatant.
Lacrymæ hoc pacto intrà deſcendentes, urinam minutiſſimis ampullis reddunt.
Stercus retentum rubram vrinam habet, albâ, ſed modicâ ſpumâ.

CAPVT II.

Subſtantia { *Spiſſa, Lucida, Diaphana* } *& hæc ſecundum membrum.*

Spiſſa,) per quam viſus non tranſfunditur.
Lucida,) eſt, per quam manus apparet.
Diaphana,) per quam & paries viſitur.

CAPVT III.

Contenta quid, & quid ſignificent.

Contenta ſunt, quæ innatant urinæ.
Bulla dicitur cùm vnica eſt, aut duæ, vel tres, in medio innatantes, quæ morbum ventoſum demonſtrant, & principium in colicâ: in muliere ſuffocationem matricis, quarum ſi urina in alteram aſcenderit, vitium capitis. Et ſi alterius rei, quàm aquæ colorem habent, vt puta luteum, Icteritiam, viridem, Epilepſiam, Rubrum, Cauſon, ſynocham febrim ſignificant.

Bulla quid notet.

Bulla, lazuria, lepram ſignificat.
Vbi in ſpumâ albâ minutiſſimæ ampullæ apparent, Paralyſin ſignificat futuram: quæ ſi ſub circulo in urinam immerſæ ſunt, Paralyſin adeſſe ſignificant.

Spuma quid notet.

Spuma, quæ quatuor aut quinque horis non euaneſcit, pulmonis eſt.
Spuma, quæ ex ſe circulum ſupra alium reddit, Apoplexiam ſignificat.
Spuma magnis ampullis corpus plethoricum ſignificat, pinguedinem obeſum, quòd ſi bulla comitatur, phthiſin denotat.
Spuma colore tincta, principium icteritiæ.
Spuma alba, quæ circulo inatat & eum nigrum facit, mortis ſignum.
Spuma fundum petens, cordis tremorem aut incubum nuntiat.
Circulus cum Alcolitâ, Chronici morbi indicium.

Circulus quid notet?

In circulo alcolita prægnationis aut molæ ſignum.
Circulus Iridi ſimilis, Epilepſiæ nota.
Vrina quæ circulum non quidem plumbeum oſtendit, lepræ ſignum Leoninæ.
Circulus lærus, & in eo decem ad ſummum ſpumulæ, granulæ indicant Apoplexiam.
Circulus viridis, icteritiæ & ſuffocationis mortale ſignum.
Circulus lazurius, matricis putredinem, & inde lepram demonſtrat.
Circulus medius Paralyſin ſignificat.
Circulus & ſpuma & ampulla vnius coloris, morbi incurabilis ſignum.
Circulus in ſummâ urinâ, ſpumæ & bullis coniunctus, præcordiorum vitia demonſtrat.
Circulus denſus, ruber, purpureus, laterinus, morbi lethargici indicium.
Circulus clarus, urina ſpiſſa, ſignum Hydropiſis.
Circulus cum ſpumâ & bullâ maior & ſpiſſior factus: Hypoſarcam ſignificat.
Circulus à vaſe ſemotus, imprægnationis ſignum, & ſi genuinum colorem non habet, imbecillum fœtum ſignificat.
Circulus duplicatus, ſupernè croceus, & purpureus, ſignum morbi S. Viti.

LIBRI

LIBRI SECVNDI.

TRACTATVS II.

De Vrinâ permixtâ, id est, compositâ ab exteriori & minerali.

Vrina rubea { *Diaphana, rubra, pellucida* / *Lucida, semirubra* / *Spissa, planè rubea* } *Calor in Hydropisi significat mortem.*

Vrina rubea. { *Substantia scilicet tenebricosa, signum salutis: Tenuis, hepatina, mortis* / *Accidentia, si alcola, scatea, tremula tartari.*

Vrina rubea cum { *Spumâ, plethoram.* / *Bullâ, exinanitio, id est, consumptio superioris corporis partis.* / *Circulo alterius coloris, indicium centri, id est, vmbilici.* / *Sedimine, ex se generato, matricis, schia dolorem significat.*

Et si sedimen album, menstrui fluentis: & si rubrum, defectus menstrui. Quòd si totum fundum occupat sedimen, neque id album, neque rubrum, schiaticę signum.

Vrina alba frigidi morbi { *Diaphana, aquea, salutis signum.* / *Lucida, melior.* / *Spissa, omnium optima.*

Vrina alba { *Tenebricosa, mortis signum.* / *Spumosa, nubibus innatantibus, mortis signum.*

Vrina virid. { *Diaphana, viridis, splenis dolorem ostendit., dolor periculosus.* / *Lucida, non adeò mala.* / *Spissa, melior.*

Vrina virid. { *Substantiâ tenebricosâ, crassa supra vrinam, mortis.* / *Nebulis suspensis, signum mortis.*

Vrina citrin. cum { *Spumâ* / *Bullâ* } *mortis.* / *Circulo ex intestinis.* / *Sedimine ex Renibus, Schia.*

Vrina nigra, D. L. S.

Vrina nigra cum nebulis, mortis siue apostematis.

Vrina violacea. { *D. lazuria, mortis in acutis, in sanis lepra.* / *L. purpurea mortis, in Chronicis salutis.* / *S. obscurè purpurea.*

Vrina violacea cum nebulis supernè turbidis, salutem, lucidis, minus bonum, diaphanis, mortis.

Hactenus de vrinâ.

DE PVLSVVM DIGNOTIONE.

Pulsus morborum genera indicant.

CVm vrina exactè omnia morborum genera, causas & symptomata ostendere non possit, quædam præsagiorum interpretari non grauamur.

Pulsus { *Manuum* / *Pedum* / *Laterum* / *Temporum* } *Aqualis, bonum signum: secùs minimè.*

Oculi concaui malum. Nares albæ acutæ, malum.

Dentium mutatio, mala.

Color cineritius est cineris modo fusca, aut intensa rubedo in maxillis, desperatio.

Fœtor oris malus / *Loquela balbutiens* / *Anhelitus ab imo tractus* } *mala.*

De Pulsu, id est, de motu Animæ.

Pulsus alius { *Tartari, durus.* / *Minera subtilis.* / *Morbi, Tremoris.* / *Sanitatis, Æqualis.*

De Pulsu Tartari.

Sub cuius tactu arterię duræ sunt, sanguis extractus grana habet.

Pulsuum differentiæ,

Pulsuum alius { *Globulosus.* / *Durus.* / *Grossus.*

De Pulsu Mineræ.

Minera: alius { *Subtilis propter constrictas arterias.* / *Constrictus.* / *Obscurus.*

De Pulsu Morbi.

Demonstrationum alia { *Tartarea.* / *Minerali* } *Sanitatis* { *Æqualis* / *Medius.*

Extraneorum alius { *Caliditatis* / *Frigiditatis* } *secundum Elementum.*

Pulsuum differentiæ quid indicet.

Subtilis pulsus, arteriæ frigidæ perfusæquiescunt.

Pulsus morbi est, si cute calidior digitum calefacit.

Vt discernas, an in Hepate, anin sanguine calidior, arteriis applica pannum sericum, aquâ tinctum: qui secundum exiccatus, Hepatis calorem indicat & morbum.

Quòd si iuxta pollicem & consueto sui tactus loco retentus, interuallum quiescit, bonum signum: vbi verò apud pollicem erumpit, malum signum.

Pulsus sanus arterias cœleſtis coloris habet: præterea quatuor digitis tactus & compressus, vt simul omnes sentiant eum, neque cute calidior sanus est.

Pulsus durus si in acuto mollior, resoluitur morbus, hîc tamen (bene) seca venas.

Subtilis in crassum versus, bonum signum.

Durus, qui tactui non cedat.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 846 sur 913

Constrictus, vt si cubitus obliquè in aquam immersus, calore atque colore deperditis, mortis signum, secus, minimè.

Quòd si post cubitum scapulis versus brachium constrinxeris, & vtrique æqualiter respondeat tactui, bonus est.

Pulsus qui per temporis interualla tremit, mortis.

Et si in temporibus bonus, aliis autem locis diminuat, ad pedes vsque, in quibus omnino non sit, mortis signum: his enim locis tangendus, fronte, collo, lateribus, manibus, pedibus.

Pulsus suapte naturâ saliens, tentâ cute fallax.

Pulsus calidus & velox, elementatus igneus est.

Pulsus non calefaciens, Elementatus frigidus.

Morborum ex Guttâ.

Pulsus fortior, malus: si verò in collo nodos contraxerint pulsantes, mortis.

Rursus in collo videntur arteriæ pulsare, & in manibus sistunt, mortis.

Si autem in manibus pulsant, & in collo non sic, bonum.

Epilepsiæ.

Pulsus in paroxysmo tactus, in summo si fuerit, bonum signum: secus minimè.

Maniæ, phreneseos.

Pulsus somnum per tactum inducens, bonum signum.

Morborum Resolutorum.

Dysenteriæ, Diarrhœæ, &c.

Pulsus perpetuò æqualis manet, sic & in peste vel post mortem mouetur, quare non obseruandus.

Pulsus siue calidus siue frigidus in mulierum lateribus, impregnationis signum. Item matricis, vt supra.

Pulsus mentulę tremulus, sterilitatis signum.

DE PHYSIONOMIA, ET signis mortalibus.

Physionomiæ membra: { *Oculi, Nares. Genæ, (Buccæ.) Dentes Frons.*

Eadem ratio { *Oculorum, Præputij, Vmbilici, Pororum* } *Hæc, vt subsidant, variisque coloribus tingantur, & imprimis Lazurio & Orizeo.*

Narium cum { *Tenasmone, Auribus, Vuulâ, Ore, Labiis,* } *Horum color ceruśa similis cum asperitate.*

Cum tenesmon prominet, aures albescunt, & inuertuntur. Nares albæ & acutæ, mortale, & sic de cæteris.

Buccellarum verò siue genarum eadem cum { *Ventre. Musculis. Lacertis. Monis. (Natibus) Mamillis. Genubus, Rastetis. Iuncturis.* } *Hæ partes rugas contrahunt, color autem commixtus ruber & purpureus.*

Dentium est eadem cum { *Vngulis, Capillis, Plantis* } *Scabri fiunt, vnguium radices albæ, dentium nigræ, pili insurgunt, & rigent, plantarum cutis aspera.*

Frontis eadem cum { *Thorace, Cute, Pectore* } *Pallescunt & ogrum colorem induunt, cum membrorum debilitate.*

Hæc omnia mortis iam iam imminentis signa.

FINIS.

Sequuntur quædam Fragmenta de Vrinis, ex Autographis Paracelsi collecta.

Schedula de Vrinis.

Sicuti, si viride, croceum, lazurium, nigrúmque in aquâ, commiscas, lazurium internoscere priuatim non potes: ita nec colores vrinæ discernere potes, nisi per extractionem. Eodem modo, si in aquam, vitro exceptam, sal iniiciatur, quis salem in aquâ internoscit, nisi per ebullitionem? Ita, si dulce, amarum, & acidum permisceatur, quis alterutrum priuatim diiudicat? Quis venenum in saccharo internoscit? Præterea etiam paroxysmi calidi lotium permutant, vt non sit, quod esse debet. Idem causatur etiam Ascendens, Item cruor, Item hepar, Renes, &c. licèt etiam sana sint. Et sicut separatum argentum in aquâ forti non quæritur: ita nec morbi Tartarei videri possunt. In præcipitatione autem apparet; quid res sit. Separatio ergo & præcipitatio noscenda est illi, qui Vrinæ inspiciendæ peritus esse volet. Vrina videnda est, quoties opus est, non manè.

Vrinæ inspiciendæ quæ ratio.

Separatio & præcipitatio medico necessaria.

Aliud Fragmentum de Vrinis.

TRACTATVS SECVNDVS.

CAPVT. I.

Scatea v. rina putrefactionis index

A Scateâ verò putrefactiones, quæ à nutrimentis in membris generantur, omnes indicantur. Iudicium hoc ex odore desumitur, qui multiplex est, propter multiplicitatem mineralium, quorum species variæ sunt. Ipsorum tamen genera summa tria sunt: sulphuris, salis & Mercurij fœtor. Tres hæc species Medicus ex odore probè internoscere debet. Colores enim id non indicant. Locus ex suis peculiaribus signis, quæ concurrunt, noscendus est, vt in partitione propriâ tradetur.

Mineralium genera tria

CAPVT. II.

Si odor sulphur refert, aut eius partem aliquam, dicito, sulphur putrescere in membro illo, in quo iacet. Id ex hisce signis desume. Si vrina pallida est, ex stomacho profluit. Si rubra, ex hepate: si est, alba, ex renibus, aut ex tribus regionibus. Similiter si odor salsus percipitur, sal putrefit. Si fœtor Mercurium exprimit, putrescit Mercurius. Si fœtor permixtus exspiret, à potiore fit iudicium.

Fœtor qui quæ mineralia refert

CAPVT III.

Talem ergo putrefactionem si cognoscas, eam indica. Si est in stomacho, dicito, debilem esse digestionem, adesse vomitum, nauseam comedendi, fœtorem oris, linguam liquosam, vertiginem, post somnum grauedinem capitis. Si est in hepate, dic esse principium pleuresis, Apostemata laterum, sitim vehementem, discolorationem faciei. Si est in renibus, dic esse consumptionem membrorum, spermatis resolutionem, loci vlcerationem, pinguedinis resolutionem & similia.

CAPVT IIII.

Vbi hoc simul notare: si vrina subrubra exeat, febris est in stomacho: si rubra obscurè, est in hepate: si laterina in renibus: sæpius etiam accidit, vna concurrere putrefactiones. Quæ si manifestè appareant, rationem esse partium iudica: aut si mucilaginem videas, imunditiam naturæ iudica.

CAPVT V.

Præter tamè hęc omnia summè in vrinâ considerari fœtor

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 847 sur 913

Fœtor in vrina imprimis notãdus.

fœtor seu odor debet. Is enim materiam morbi, quæ cuilibet sedulò cognoscenda est, indicat. Species enim mineralium vrinam exprimunt. Vrina enim Brodij est sulphur rubei sine sale & Mercurio. Sic vrina Absinthea, est vrina Mercurialis Arsenici, sine cæteris putrescens. Quæ discs ex Philosophiâ de rebus naturalibus, ex matricibus quatuor. Huiusmodi fœtores interdum etiam permixti exeunt, ex quibus materia morbi cognosci potest. Præterea huc etiam requiritur Physionomia patientium, quæ signa, morbum & circumstantiam, ac alia indicat. Materia autem morbi ex vrina dignoscitur.

Vrina Brodij quid notet.

Vrina absinthia. &c.

TRACTATVS TERTIVS.

CAPVT I.

Vrinæ oppilationum qualei.

QVantùm verò ex vrinâ de Oppilationibus nosci potest, scire fas est, eas ex Æqualitate vrinæ, seu vrinâ tremulâ iudicari posse. Oppillationes enim ônes ex hâc cognoscuntur, velut & ipsarum locus, hoc modo.

CAPVT II.

In Vrinâ æquali, hypostasis infernè & supernè æqualis est, si Oppilatio in regionibus stomachi consistat. Si vrina autem contentis careat, & perspicua sit, sine hypostasi, & signis cæteris, in Hepate. Si vrina pellucida & rubra, crassáque exeat, consistit in Renibus. Hæc enim signa locum & morbum indicant.

CAPVT III.

Pestis, pleuresis ex vrina cognosci non possunt.

Sed vt ampliùs specificemus materiam de oppilationibus, veluti pestem, pleuresin, & alios acutos morbos, sine fraude ex vrinâ cognosci non potest, sed morbi illi æstimandi sunt ex tempore, & luis grassatione, pro indicatione ægroti.

CAPVT IV.

Vrinæ quantitas quid notet.

Attendendum etiam est ad quantitatem. Ea si pauca est, morbus vehemens existit. Si in mingendo acuta est, mala iterum est. Si feruida, mala. Pessima autem si vrina constans maneat.

FRAGMENTVM ALIVD.

Videntur enim præcedentibus his, non cohærere sequentia.

HIc verò sciendum est, vrinam Tartari viâ aliâ nullâ cognosci posse, nisi prædictâ. Et hoc accuratè considerandum est, ne errores committantur.

CAPVT V.

Chronici morbi vnde iudicentur

Eodem modo etiam considerandum est, quòd mortem, aut vitam, aut Chronicum morbum indicet. Quod enim morbum Chronicum indicat, id signum in vrinâ constans est. Is nisi tempore suo, 7. 9. aut 15. mutetur, Chronicus est, quòd illo tempore materia multiplicetur.

CAPVT VI.

Similiter si vrina bona sit, sed clara, diaphana, mortem iudica. Si ex nigro purpurescat, idem verum est. Si simul fœteat, morbus eximi nunquam potest.

CAPVT VII.

Si est porosa, vitam pollicetur.

TRACTATVS DE VRINA EX totâ substantiâ corruptâ, velut cum externo potu.

CAPVT I.

DEinceps verò de vrinis etiam dicendum est, quæ ex nutrimentis sunt, siue eæ antè, siue post separationem excipiantur, cognoscendarum illarum hæc ratio est.

CAPVT II.

Nutrimentum omne, quod in Morbum vergit, in abolitionem spiritus abit. Hinc vrinæ cognitio sequitur, quòd scilicet ea sine spiritu sit, quem habere debebat, hoc est, quando corrumpitur. Probè autem intelligendum est, huiusmodi vrinas ex solâ amissione sui spiritus oriri.

CAPVT III.

Sciendum pariter est, quòd etiam extranea, ex multitudine, plenitudine aut mutatione, aut repentinâ inuasione, transgressionéque modi morbos suos pariant. Vrina talis ex signis morbi cognoscitur, quæ in vrina cruoris conspiciuntur.

CAPVT IV.

Similiter etiam, scitu opus est, de gustu vrinæ. Sic enim cognoscitur salis acuitas, calcinatio, dulcedo, mortuum, &c. Eodem modo cognoscitur etiam ætas, & sexus: velut & minerale, quod peccat. Peritus ergo esse debes salium, vt scias, quid acutum, acidum, Austerum, ponticúmve sit, &c.

Desunt cætera, &c.

Sequitur Tabula.

De vrinâ permixtâ &c. ***

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 848 sur 913

DE VRINA PERMIXTA, ID EST, COMPOSITA ex Exteriori & Minerali.



Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 849 sur 913

De Pulsibus, de Motu Naturæ.

Pulsus quatuor virtutes habet: Tartareas 1. Minerales 2. Morbi 3. Sanitatis 4. — *& facit* — *pulsum grossum. pulsum horatum. pulsum Tremoris. pulsum æqualem.*

De Tartareo Pulsu.

Proprietates pulsus Tartari sunt tres: Globulosa — *Pulsus globulosus, rotundus pulsus est. In parte vnâ lateris istius, in vicino istius lateris nihil.* Dura — *Pulsus sine tactu, est ex sanguine coagulato, qui impedit essentiam.* Grossa — *Pulsus grossus, pulsus rusticalis est. Tardus, durus, grossus, insulsus & ineptus.*

De Pulsu Minerali.

Pulsus Mineralis tres proprietates habet, videlicet: *Subtilem, nobilem, fœmineum, tactum (ad) amussim. Constrictuum pulsum, ab aquâ posse lædi, tamen absque periculo propter subtilitatem. Sulphuris, Mercurij, Salis, id est, acutus, subtilis cum dolore.*

De Pulsu Morbi, in prædictas proprietates.

Duas iste dimensiones habet, scilicet: *Tartareas: In tartareo cum sua proprietate, & est duplex, scilicet:* Morborum * Sanitatis * — *Minerales: in mineralibus cum suâ proprietate, & est duplex, scilicet* Morborum ** Sanitatis **

* *Et sunt ista:* *Morborum sunt ista: Pulsus durus, grossus, rusticus, cum subtili, nobili & virgineo tactu. Sanitatis sunt ista: Durus, grossus, cum tarditate se appropinquans.*

** *Et sunt ista* *Morborum: contraria, dura, grossa, quia salia debent esse pura, subtilia. Sanitatis: si pura sunt, & se appropinquant in ea.*

De Pulsu Sanitatis.

Pulsus sanitatis Æqualitatem seruat / Mediam duritiem & mollitiem — *Hæc sunt signa pulsus sani.*

Extraneum est illud.

Hæc Caliditas / Frigus. — *Ex dominio sunt trium primarum, & ex proporetate earum iudica.*

PHILIPPI THEOPHRASTI
PARACELSI MODVS PHARMACANDI,

Quo describitur & docetur, quid medico sit purgandum in humano corpore, & indicatur, quot modis erratum sit à multis, quorum purgationes, magis ad mortem quàm vitam spectârunt.

TRACTATVS PRIMVS.

IMPRIMIS necessarium est, vt proponamus & declaremus vltimam materiam, in quâ huius libelli cardo versatur. Decreuienim nunc de purgationibus opus conscribere, in quo præcipuè spectandum est, quod medicus expurgare debeat. Qui enim illud non intelligit, eius purgationes ad mortem potiùs, quàm ad vitam tendunt. Cùm itaque de purgationibus prius tractandum sit, quàm de vltimâ materiâ, & tot errores in purgando hactenus manifestissimè commissi sint, non ad conseruationem, sed interitum: primùm omnia ea necessariò mihi enumeranda sunt, quę meo proposito repugnant, qualia sunt maxima volumina à veteribus conscripta, in quibus vatię purgationes proponuntur. Verùm ipse rerum effectus apertè ostendit, & eos purgandi modos esse erroneos & fallaces, & neminem à tempore primi medici ad hanc vsque horam intellixisse, quid ex corpore purgari, & quid non purgari debeat. Iste error quotidianus, meisque certissimis doctrinis repugnans, cùm longâ consuetudine firmissimè sit receptus, & certatim defendatur conclusio huius libelli erit, Nihil esse purgandum præter stercora. Ex quo sequitur, diuisionem medicinæ sumi ex stercoris diuisione. Quare quæ stercorum sit natura, quis ortus, & vbinam sint sita, in sequentibus tractationibus plenè explicandũ est quo satis & rectè veterum scripta opinione tantùm confirmata (quæ recentiores imperiti medici in publicis & priuatis scholis defendunt) funditùs euertantur. Imprimis itaque notandum, vltimam materiam esse stercus. Stercus est illud primum siue minera illa, in quo cibus & potus sunt. Similiter videtis nulla metalla esse munda, sed omnia iacere in corpore. Quæ si quis pura habere voluerit, separare cogitur metallum ex excrementis, vt sint diuisa. Vnde excrementum est metallorum stercus, & metallaexistunt ipsa essentia: artifex verò separans & præparans

purgationum periculũ.

Medicorum veterum reprehẽsio.

Nihil purgandũ præter stercora.

Stercus est vltima materia.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 850 sur 913

Ingesta omnia separari debent. Stomachus est vulcanus.

est tanquam stomachus. Eodem modo in homine, omnia quæ comedimus & bibimus, oportet, vt separentur. Stomachus est magister siue artifex Vulcanus, & stercus excrementum. Quicquid verò in naturam transit, id est, essentia, tanquam aurum vel argentum. Obseruandum ergo est, quid sit cibus, & quid stercus. Cibus porrò & potus hîc sunt vnum: hoc est, ex cibo non oriuntur alia stercora, & alia ex potu, sed vnius generis est. Et quamvis stercus vesicæ sit simile potui, & stercus intestinorum cibo: tamen sua stercora ita habent coniuncta, vt vrina non minùs sit cibi quàm potus, & stercus non minùs ipsius potus atque cibi: licèt alterius plùs sit, quàm alterius, non tamen stercoris distinctio in eo est, verùm in solâ naturâ: hæc sufficiant de principio.

Stercus cibi & potus vnius generis.

Natura & artifices vt differãt.

Iam necessario sequitur huiusmodi doctrina. Constat nos in terris oportere omnia mineralia purgare: ex quo facilè intelligimus, inter ipsa esse aliqua, quæ nobis necessaria sunt Et vt ad illa externa separanda cogimur: ita multò magis ab internis impellimur, vt ea habeamus & conseruemus. Quemadmodum hæc duo separatione differunt, videlicet aurum & argentum purgantur, & absoluuntur manu artificis, operationes verò crescentis segetis fiunt sola natura: ita quoque interior separatio non indiget arte, solum requirit concoctionem. Non aliter atque agricola, qui seminat, non cogitur scire nec curare, quomodo culmus crescat, aut vbi arista nascatur in culmo, sed hæc natura curat: agricola tantùm curabit, vt seminet. Sic etiam ea, quæ nostro in corpore requiruntur, quomodo singula sint ordinata aut formanda, nobis haud opus est curare. Deinde ars separandi mineralia, quoniam variis præceptis & experientiis constat, & difficulter conseruatur, multis etiam curis & dubitationibus distrahitur: talia in interiori separatione omissa sunt, solúmque præparatio siue concoctio tradita est, quemadmodum natura agri aratione requirit. Vbi verò istiusmodi præparatio non fit sed nõ præparata materia in corpus sumitur, separatio fiet nõ aliter, atque si granũ spõtè cadat in terrã, quod raro fructũ profert: hæc sint dicta de nostro proposito.

Homo necessario edit & bibit.

Nos igitur (vt prædictum est) cùm necessario requiramus cibum & potum, non aliter atque metallum exigit fossorem atque purgatorem metallicum, aut metallicus Præparator indiget metallo: sciendum est, quomodo natura redigat illa in stercus. Ex eo enim intelligetur id, quod in sequentibus concludetur, & per quod veterum errores patefiunt, ac satis euertuntur. Quod in hunc fit modum. Omne quod edimus & bibimus, habet saccum, in quem primò peruenit. Vbi verò in saccum peruenit animaduertendum est, quomodo in eo tractetur. Ab ore vsque ad superiorem intestinorum partem, siue pyloron, totum est quasi artifex: hoc est, quicquid est inter hypochondria siue inferiores costas & supernam stomachi regionem, illud plenum est virtutis digestiuæ. Ex quibus consequitur, alios cibos in ore habere odorem vltimæ materiæ, aliquãdo verò ex stomachi exhalare orificio, &c.

Ingestorum officina prima quæ.

Ergo non omnia in stomachum peruenerunt, sed multa in superioribus permanserunt: concoctio nihilominùs vna est & vera. Quum ista materia in stomacho existit, primus labor est, vt artifex natura incipiat separare. Hoc quoties facit, vt excrementa à metallis separentur, primò putrefacit: quæ putrefactio inseruit separationi. Præparatis rectè materiis ad separationem, adest alius artifex, qui est duplex, alter stercoris, alter essentiæ. Nam alter accipit stercus, ac deducit illud in rectum vsque intestinum, & perfectè illud præparat extra stomachum. Quia in stomacho nullum stercus gignitur. Materia autem virtute separationis in eo oritur: quam accipit præparator stercoris, ac separat id, vt & aliis vtile sit. Non quod iterum ex intestinis ita discedat, vt in stomacho fit: quoniam sic nulli prodesset. Propterea natura præparat illud, vt aptum fiat expulsioni. Expulsum verò prædictum est multis arcanis, vt excellentes philosophi testantur, & magna experientia comprobat, quòd natura idem stercus moueat ac præparet. Idcirco multum est aberratum in eo, quòd senserit, stercus intestina ducere ac mouere, & ea de causa inter exeundum mutari. Aliud est nutrimentum intestinorum, aliud est ortus stercoris. Hæc sunt dicta de stomachi stercore, hoc est, quod fit in stomacho. Sunt & alia stercora passim in corpore ordinata, de quibus tale præceptum obserua. Artifex ille qui stercus præparat, ab altero se separat, qui stercus non gignit. Est enim duplex artifex, alter accipit ea, quæ sunt essentiæ, ac vna cum ipsis nondum præparatis ingreditur hepar. Quæ vbi in hepar peruenerint, tunc incipit diuisio pro digestionum numero, quæ in corpore existunt valdè multæ. Siquidem singula membra principalia suas habent digestiones proprias, & accipiunt ex hepate sua, ac suum in stomachum ducunt. Itaque & alius stomachus est in corde, alius in splene, alius in renibus, alius in cerebro, alius in felle, alius in pulmone. Quid verò hi stomachi ex essentiâ attrahant, nos latet. Hoc scimus, quod cuiusque membri nutrimentum latitet in pane, carne, & in aliis similiter. Quot verò modis, & quibus nec non quâ ratione, membris corporis nutrimentum diuidatur, nos ignoramus: hoc tamen scimus, rem ita se habere, vt diximus.

Separatio fiat in ventre. Putrefactio in multa est separationis.

Stercus non in stomacho oritur.

In expulsis multa arcana.

Nutrimentum intestinorum & stercus differunt.

Artifex corporis duplex.

Membris omnibus sua inest digestio. Stomachi multiplices.

Panis, caro, &c. nutrimẽta omniũ partium.

Membra singula cùm ad se trahant sua, sibique conuenientia, ac ea præparent: noua incipit separatio, per nouam putrefactionem, ac nouæ materiæ à prioribus diuersæ nascuntur, quarum nos emunctoria non omnia cernimus, sed aliquot tantummodo. Nobis enim constat, hepar se purgare per sudorem, & cerebrum sua excrementa per nares expellere, & renes per vesicam. Cæterum emunctoria cordis, splenis, & aliorum multorum nec videmus, nec nouimus. Et quemadmodum morbi oriuntur ex vrina & ex stercoribus in intestinis, &c. ita animaduertite, multos morbos nasci per emunctoria hæc occulta: quorum morborum causas & origines medici hactenus ignorârunt, ac falsò eas in aliis materiis ac causis assciperunt. Præterea obser-

Emunctoria corporis quot.

Emunctorium multorũ morborum causa.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 851 sur 913

obſeruandum eſt nobis, eadem ratione, qua vnumquodque membrum principale ſuum habet ſtomachum, & ſuum excrementum, morbúque ex ipſo excremento: ſic ſingula etiam membra minùs principalia, vt gluten album, liquorem, venas, carnes, medullam, oſſa, & alia ſimiliter ſua habere. Quoniam hæc ſingula æque digerunt; ſeparant, & excrementa gignunt, habentque ſua emunctoria, & excrementorum morbos. Vna enim eſt origo podagræ & colicæ: vna & eadem eſt cauſa apoſtematis narium, & reſtrictionis vrinæ. His itaque modis & cauſis debent excrementorum morbi conſiderari. Quare falſa Academiarum ſcripta, doctrinæ & inſtitutiones, non exiguis curis tractata, longè aliter proponuntur, quã ipſa veritate comprobari poſſunt, vt in libris de excremẽtitiis morbis manifeſtè à nobis ad verbum enumeratur ac probatur. Ad hæc quemadmodum explicatum eſt, varios eſſe ſtomachos, variaque ipſorum emunctoria: ita quoque peculiaris digeſtio eſt oris, hoc eſt, digeſtio carnis capitis. Non quod omnia in ore digerantur. Quicquid enim in ore digeritur, non tranſit in ſtercus inteſtinorum, quia proprium excrementum eſt in regione capitis, ſic ſputum in ore eſt excrementum capitis ac generatur in digeſtione capitis, tanquam ſtercus inteſtinorum in ſua regione: & vt ſputum variis modis mutatur, ſic quoque excrementa ſunt diuerſa pro natura loci nobiliori aut ignobiliori: & eadem ratione quoque ſunt excrementa gratiora aut ingratiora. Sic proprii ſtomachi ſunt oculorum & aurium. Nam aures ſuos ſtomachos non minus habent, atque reliqua membra: ſtercus ipſarum eſt excrementum flauum, quod profundere ſolent. Sic & oculi ſuos habent ſtomachos, quorum excrementa ſunt lacrymæ, quæ poſt ſomnum in oculis reperiuntur, & alii fluxus oculorum. Morbos oculorum cognoſces eiſdem cauſis, ordine & progreſſione, quibus colicam inteſtinorum. Summa enim diligentia excrementorum morbi vbique ſunt cognoſcendi. Quia hîc latitat cauſa, quæ me impulit ad ſcribendum, quo excrementorum morbi verè innoteſcant: quibus bene perceptis, ſciendum eſt, modum purgandi hûc ſolum ſpectare, non ad alios morbos. Siquidem omnis purgatio in hoc inſtituta & ordinata eſt ab ipſa etiam natura, vt ſtercora tollat, & nihil aliud. Cùm itaque multa ſint per ſe genera ſtercorum, & ex tam variis digeſtionibus oriantur: cur medici veteris ſophiſticæ artis ſectatores dicunt, ipſa gigni ex quatuor duntaxat rebus? Volunt, ſtercora eſſe ipſam melancholiam & cholera m: in quo manifeſtiſſimè produnt ſuos errores. Quia in generatione ſtercorum, omnino nihil debet obſeruari, quam virtus generationis, & ſtercus eadem virtute effici. Ergo ſtercus non aliter naſcitur, atque ea, quæ terra producit. Quis vnquam dicet, arborem fraxinum gigni ex cholera, aut melancholia: aut ipſam formatam eſſe choleram, melancholiam vel phlegma? Quemadmodum profectò hæc arbor nunquam eſt cenſenda huiuſmodi humor, vel ex ipſo: ita nec proprietas ſtercoris naturalis eſt tale quicquam. Nam eadem eſt horum origo. Quamuis etiam fraxinus naſcatur ex ſemine, & ſtercus quaſi excrementum: nihilominùs tamen ſtercus eodem modo naſcitur, quo fraxinus. Quia iiſdem virtutibus, eâdemque forma, natura & proprietate ſtercus creſcit, quibus fructus ex arbore. Et fructus vt non diuiduntur in humores, ita nec ſtercus diſtribui debet in humores, veluti hactenus factum eſt. Stercus fluuum vocatis choleram vitellinam: viride, choleram praſſinam: & aliis mirabilibus vocabulis illud colorâſtis. Ipſa verò ſtercoris generatio non eſt intellecta, nec obſeruata. Non alia ratione ſtercus conſideraſtis, ac ſi diceretis, pyrum flauum eſt cholera vitellina: viridia pruna ſyluestria ſunt cholera praſſina. Iſta vt rationi nõ ſunt conſentanea, ita nec veſtra ſentẽtia & fundamentũ de ſtercoribus. Si reſponderetis, aliud eſt medicina, aliud Philoſophia, & alia eſt origo pyri atque pruni, ſic etiam alia eſt origo ſtercoris: hoc ipſum Sophiſta loquitur, qui nec in Philoſophia, nec Medicina fundamentum vel experientiam vllam habet. Sic variis modis inconſtanter fundamenta ſua ponunt, conantúrque domos ſuas exſtruere ſupra arenam. Nihil enim amplius experientia ipſorum docet ipſos, ſed credunt degeneri animo ſpiritibus vagantibus. Hæc ſufficiant de cognitione materiæ, de qua hic concludam.

Podagræ & colicę &c. origo vna.

Academ. reprehẽſ.

Digeſtio eſt multiplex.

Aurium, &c. qui ſtomachi, quę excrementa oculorũ.

Purgationis quis finis ſit.

Stercora non ſunt melancholia & cholera.

Stercus vt generetur. Medic. reprehẽſio.

TRACTATVS SECVNDVS.

SIngulæ res, quæ comedunt, ſtercus cum efficiant, idque variis (vt ſupra dictum eſt) modis: primò nobis neceſſario cognoſcenda ſunt ſtercora exteriora vt per ea deinde interiora quoque commodiùs diſcamus, Philoſophia docet, hominem eſſe minorem mundum, ac totum exteriorem in ſe continere, hoc eſt, partes atque diniſiones eius in ſe habere. Si itaque omnes partes maioris mundi inſunt homini, diligenter perpendendum eſt, quæ ſunt in homine per exteriora diſcenda. Et quẽadmodum exteriores partes ſunt admodum variæ & multæ, ita quoque interiores. Quare fieri nequit, vt vno in libello eas omnes complectamur, eò quòd nimis latè pateant. Et ſicut omnes experientiæ nunquam poſſunt mẽte concipi: ita quoque fieri non poteſt, vt quiſquam hominem interiorem perfectè cognoſcat. Quare turpiter errant iſti, qui adeò ruditer & imperitè hominem diuidere volunt in quatuor humores, eumque ex his ſolis conſiſtere: cùm Medici ſcientia tam latè extendatur, quam vniuerſus mundus patet: hoc eſt omnia, quæ extremo cœli ambitu continentur, ipſe debet ſcire. Et, ſi non nouit, non eſt quod glorietur ſe totam tenere medicinam, quod Humoriſtæ medici factitant. Explicaui quidem antea aliquot digeſtiones, & earum ſtercora: at non omnia complexi ſumus, ſed methodum generationis ſtercoris, quæ etiam in reliquis omnibus eodem modo notari debet. Nos enim omnium ſtercorum ortus docemus per notiores, ex quibus obſcuros & ignotos intelligimus: non aliâ ratione, ac ſi quiſpiam oſtendat per notiora, quomodo illa omnia, quæ terra producit, proueniant, ſiue ſint nota, ſiue ignota, quod ſit vtrorumque eadem natura. Quæ propter multa cum ſine

Stercus in omnibus alẽdis producitur. Stercora exteriora de interiis docent.

Mundi pars omniseſt in homine.

Homo male in quatuor humores diuiditur Medico. quæ ſciẽda.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 852 sur 913

Stercorũ genera multa.

ſtercorum genera, ac latiſſimè in hoc ampliſſimo mundo ſint diſperſa, ac medicus ipſa debeat ſumma diligentia diſcere ac conſiderare: paucis viam cognoſcendi demonſtrabo. Primò, vt cognoſcantur omnes res, quæ ſtercus efficiunt, hoc notetur: omnes res quæ comedunt, ſtercus efficiunt, & quæcunque comedunt, etiam viuunt. Quarum rerum ſumma experientia & ſcientia eſt, vt cognoſcamus, quæ viuant, & quæ vitæ ſint expertes, deindè viuentium nouiſſe digeſtiones, & ex ipſis digeſtionibus cognoſcere ſtercora, quæ oſtendunt ac declarant originem, verámque notitiam, & diſtinctiones humanorum ſtercorum. Et quamuis morbi excrementales hîc apertè non doceantur, tamen diſcas hîc fundamentum, ſiue materiam iſtorum morborum, quos tanquam fructus in aliis libris docuimus. Nam alium librum requirit arboris deſcriptio, alium eiuſdem fructum. Omnes igitur res, quæ ſunt vitæ participes, (vt dictum eſt) oportet vt nutriantur. Sic enim homines ſe aluut: ſic ea, quæ ex terra creſcunt, & lapides etiam in aquis. Contra mortuum eſt omne illud, quod nihil edit, hoc eſt quod in ſuo nutrimento non conſeruatur. Cernitis apertè, hominem alimentum ſibi adferre, cogíque illud quærere ac ſequi. Sic quoque omne, quod ſentit locóque mouetur, ſuum præſepe, hoc eſt, cibum, neceſſariò quærit & ſequitur. Quæ autem loco non mouentur, ipſis nutrimentum adfertur. Sic ſtomachum ad cibum deferre oportet. Quibus verò ſtomachus nutrimentum ſuppeditat, eadem ipſum ſequitur. Omne enim ſentiens nutrimentum neceſſariò quærit. Senſu autem carentia, iacent quietè in ſuo nutrimento & coquina, vt videtis arbores creſcentes ex propriis nutrimenti ollis & penuariis, quibus adfertur nutrimentum aliaque neceſſaria, per ſe alioqui nihil habentibus. Eodem modo lapides, in aquis iacentes proprio in nutrimento conſiſtunt. Quæ prædicta ſicut & aliæ res omnes prout ſuo in alimento conſiſtunt, ita quoque ſua habent ſtercora. Lapis ſua expellens, tegit ſeipſum muſco ſiue vſnea, qui muſcus eſt ipſius ſtercus, licet aqua ipſum aliquando abluat, aliquando non. Iſte muſcus oritur ex ſolo lapidis nutrimento: non quòd alimentum ingrediatur medium lapidis, ſed ſtomachus eius eſt extra ipſum lapidem, attrahitq́ue nutrimentum, quod digerit in lapidis extremitate. Ideò lapides, qui in nutrimento ſuo exiſtentes accipiuntur, virtutibus & arcanis oſtendunt ſe viuere. Reliqui verò qui non in ſuo ſunt nutrimẽto, carent iſtis arcanis, ſed aliis arcanis præditi sũt. Súntque iſtiuſmodi lapides comparati ad alios, tanquam mumia ad hominem. Vnde aqua cibus eſt eorum omnium, quæ iacent in aquis: terra eorum, quæ in terra: aër eorum quæ in aëre, & firmamentum eorum, quæ in ipſo conſiſtunt. Huiuſmodi res ſunt diſcendę, quia illic inueniuntur cauſæ & modi, per quæ ſtercora diuidantur, & qua ratione ſingula genera oſtendant propria excrementa. Quæ genera eadem diuiſione, eodémque modo omnia homo in ſe habet, ſimilíque via & experientia ſunt obſeruanda in ipſo. Notate hoc exemplum de diſcrimine lapidum, qui ſunt in aquis, & extra ipſas. Lapides qui in aquis iacent, ſuis in liquoribus conſiſtunt, qui verò extra, etiam in ſuorum recreatione permanent. Hîc errant Alchimiſtæ & qui inueſtigant quintam eſſentiam, & magnum elixir ſtudent præparare, & quicumque magna magiſteria & arcana quærunt; in viuis à mortuis dignoſcendis, quod fundamentum eſt, aberrant. Inſpicite magnetem, qui neceſſariò alitur, nec quicquam agit abſque nutrimento. Quemadmodum enim homo, ſi non nutriatur, ſemetipſum conſumit edendo, donec moriatur: ita & Magnes carens alimento, paulatim ſeipſum rodit edendo: Vbi autem nutrimentum edendo aſſumpſit, virtutem attrahendi quoque amiſiſſe apertè videtis. Sic in Adamante eſt maxima durities, quam amittit, ſi nutrimentum ipſi non datur, quod eſt aër ſiccus: humidus vero aër emollit ipſum, quæ emollitio ipſius, mortem infert. Sic omnes lapides nutriuntur, & omnes arbores, omniáque creſcentia. Efficiunt quoque ſua ſtercora, vt Carabe, qui iacens in aquâ ita inclusâ, vt nullus aër accedere nec diſcedere poſſit, per ſuum aëreum ſtercus coagulat aquam, vt fiant vermes. Eodem modo & ſaphyrus ſuum ſtercus protrudit aëreum, quod & ſimili ratione cognoſcitur. In homine quoque aliud ſtercus ſit, aliud eſt ipsâ ſubſtantiâ: cuiuſmodi cùm apertè, tùm occultè, nobis non modo ſcientibus, verùm etiam ignorãtibus ex homine deſcendũt, quę nemo hactenus per experientiam didicit. Patet igitur, omnes res viuere alimento. Quatenus verò viuũt alimento eatenus ſunt medico ſubiecta. Verùm ter quatérque beatus medicus, qui medicinam viuam nouit, eámque comparat, ac certò tenet non eſſe mortuam. Sunt iam in rerum naturâ multæ medicinæ mortuæ, & adhuc moriuntur. Quâ de cauſa medicus iure poterit conqueri: Cœlum renouatur, multa creſcentia ſeneſcunt, ac ſimul mors adeſt: Cæterùm nouum cœlum reſtaurabit ea, quæ futuris proderunt: Tunc medicina ſuis arcanis iterum potens florebit. Quid autem ſingulæ res comedant, & quo nutriantur, non nouimus, ſed illa ſunt in magnalibus Dei. Scimus quidem certò multa centena nutrimenti genera eſſe in corpore, quæ omnia ſunt in vno bolo, & multa quoque millia eſſe in maiori mundo, ſed quis eſt, qui ea ſpeciatim nouerit? Sunt illa magnalia naturæ abſcondita: imò Dei ſunt magnalia, non luminis naturæ Experientiâ autem probatum eſt chaos minerale ducere ac nutrire res, quæ ſe loco non poſſunt mouere: liquorem Mercurialem ducere creſcentia, quæ ſenſu carent, & carnem ſalis ducere ſentientia. Quiſquis autem eſt ille, qui huiuſmodi magnalia diſtribuat? Inuiſibilis eſt coquus eorum: maximè quæque res illę iacent occultæ, pauciſſimæ verò ac minimæ in rebus, quæ ſub aſpectum cadunt. Vndè patefit iſtorum error, qui res occultas & latentes iudicant ex iis, quæ ſentiuntur: hoc eſt, habent ea, quæ cernuntur ac tanguntur, non autem iudicant illa manifeſtè ſenſu, ſed occultè abſque ſenſu. Vobis igitur conſiderandum

Omnia edentia ſtercus producunt & viuunt.

Viuentia omnia nutritione egẽt. Quod nihil edit eſt mortuum.

Sentiens omne alimento eget.

Lapidũ qualis nutritio.

Vſnea eſt ſtercus lapidum

Vſnea vnde in lapidem generetur.

Lapidis ſtomachus vbi.

Lapides viuunt. Aqua cibus eſt lapidum

Alchimiſtarum error vndeortus.

Magnes aperte nutritur.

Adamãtis durities tollitur deficiente ipſi nutrimẽto.

Adamãtis alimentum quod

Carabe & ſaphyri quod ſtercus.

Alimẽto viuunt omnia. Medicus quis beatus.

Magnalia Dei inclibo rerũ euidens.

Chaos minerale nutrit immobilia.

Liquor Mercurialis. &c.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 853 sur 913

Nutrimẽto suo omnia conseruantur.

randum est, omnes res suo nutrimento conseruari, nihilque viuere sine stercore. Ex hoc modo dignoscendi stercora, debetis etiam humani stercoris naturam tenere. Vbicumque hæc cognitio deest, ibi quoque nullus adest modus exercendi medicinam: quia ex his originem ducit suam. Hæc sunt eius elementa, ex quibus & principium ipsius, & totum fundamentum oriuntur. Cæterùm quod vos appellatis cholerã, vel melancholiã quę nullo nituntur fundamento philosophiæ, ea veritati non consentiunt: & quæcunque medicina ex iis originem sumit, inconstantior ac incertior est, quàm pluma in latissimo campo, quæ continuè vltrò citróque agitatur ventis. Oportet igitur medicum esse peritum externorum excrementorum, quò medicina rectè intelligatur, & abusus in modo purgandi, quem veteres scriptores docuerunt & obseruârunt, è medio tollatur. Non enim ratione humorum medicina distribuitur, verùm naturâ stercorũ.

Humorũ doctrina falsa.

Quapropter nobis loquendum hic est de stercoribus, non humoribus. Quicquid enim loquimini de stercoribus ex suis digestionibus, hoc verum est, in eóque rectè facitis: & quisquis ex digestionibus originem ducit loquendi, veritatem dicit, eámque inuenit, ac probat. Ex humoribus autem si medicinam statuitis, nunquam probabitis, nec vllis rationibus confirmabitis. Quâ de causâ erratis in purgando, vt ipsimet vestris factis probatis, dum purgationes vestræ nihil prosunt. Omnis purgatio debet esse cura eius morbi, cuius tollendi gratiâ datur. Hoc si non fiat, erratis, ac ostenditis artem vestram esse falsam, etiam in purgando per clysterem, & alia loca ac emunctoria quærenda tanquam cæci & lusci. Hæc vulgus si intelligeret, profectò abhorreret à vestrâ medicinâ: quod vester modus pharmacandi sit prorsus absque omni fundamento, eóque vtamini tanto cum periculo hominum. Si enim perpenderetis originẽ stercoris, quot modis oriatur, vos ipsi abhorreretis. Oportet profectò in istiusmodi periculosâ medicinâ quemque medicum intelligentiâ valere, & medicinam habere exemplar propositum, eámque retinere, quasi esset ipsius theorica, vt perpendat sedulò quot genera laxatiuorum & quàm mirabiles ipsorum virtutes & operationes sint. Vnde putatis illud, quod sæpè vos in magnam adducit admirationem, euenire videlicet, quid sit illud, quod expellitur? Et nullâ aliâ profectò de causâ fit, quàm ab admirandis digestionibus. Nam mirabiliter stercora per laxatiua & purgationes in vnam substantiã conferuntur, & mirabili modo trahuntur ex suis emunctoriis. Vos autem propterea, quòd exeant per anum, æstimatis vnum esse dũtaxat, nec amplius quicquã ibi animaduertitis. Summâ diligentiâ, omnique mentis acumine considerandum est, animi nostri captum excedere, quomodo stercus educatur, quod (vt dictum est) nos secundum naturam iudicamus. Quatuor autem humores, eorúmque diuisiones facilè intelliguntur, vt vos ipsi cernitis. Cæterùm has res non faciles intellectu esse oportet: sed necesse est scire veram progressionem & methodum, & non sequi ea, quæ in progressione existunt. Ergo non licet his rebus imponere nomina ex humoribus, verùm locis, quæ ipsis causa nominum sunt. Locus certè est digestio, & materia separationis. Hæc omnia eo dicuntur, ne vos posthac stercora quæratis in humoribus, nec ipsos humores vllis purgationibus conemini purgare: quia istos humores nullus vnquam probatus medicus spectauit. Nec minori curâ & diligẽtiâ animaduertere debetis hãc magnam erroris vestri partem, videlicet, quòd in quocunque morbus potest stercora commutare, in eodem quoque potentiâ habeat eadem priuandi colore: nec medicus hæc iudicabit duas esse diuersas res, sed vnam, quod fit hoc modo. Si velis ex stercoribus iudicare, & eandem æstimare esse signa & indicia morborum, errabis vniuersâ tuâ practicâ. Quin primò obserua, vtrum morbus regat stercora. Hic itaque si stercora gubernet, nullo modo expurges illa. Si verò stercora regant morbum, expurges stercora, & morbus recedet.

Humores: nemo vidit.

Circa purgationem quid fatagendũ.

Quòd si volueris morbum & stercora simul educere tua practica, corrumpis digestionem, nec cogitas, huiusmodi errorem nequaquam esse morbi curam, sed potiùs longam eius productionem. Hæc res experientiam requirit, & scientiam morborum, qui in digestionibus potentes sunt, & quantæ sint istæ potentiæ. Alij enim morbi in stomachis corporis, alij extra stomachos sunt. Si ergo tales morbi alia stercora gignunt, cur stercora essent humores, quùm non oriantur ex humoribus, nec iplorum morbi sint humorales? Cæterùm vestra sophistica in his vos defendit, & vos ipsi vestris humoribus peculiarem professionem constituistis, ne philosophi vos reprehenderent, & vt artifices naturæ ac naturales à vobis separarentur, & vestram pompam soli ostentaretis, nec quispiam mortalium auderet vobis contradicere. Si ergo Sophisticam, quæ in humoribus consistit, non excogitasse tis, coacti essetis philosophis reddere rationem, num aliquid in philosophia nouisse tis. Profectò nihil potuisse tis respondere de stercoribus lapidum, lignorum, graminis & aliorum similium, nec de nutrimentis eorum: nec potuisse tis respondere medicis naturalibus, qui suum fundamentum iaciunt in experientia rerum externarum. Quùm itaque animaduertistis fundamentum, vestræ medicinæ, Philosophiæ, Astronomiæ, & aliarum rerum naturalium nihil valere: finxistis quatuor humores qui in nulla professione fundamentum habent, at solùm vestris phantasticis capitibus fulciuntur: vnde philosophis & veris naturalibus persuasistis, humores efficere medicum, & ex humoribus medicinam oriri. Sic pro vestro animi arbitrio flectitis humores. Egregia sanè fallacia est, facultatem posse ita inficere ac inuertere sophismatis, vt stulti se à sapientibus segregent, persuadeántque ipsis sapientibus, se esse eos, qui rectè sapiant. Per hanc sophisticam pacatè vixistis, nec quisquam vobis contradixit, nec vllus mortalium nouit vestras prætigias. Quòd si volueritis veros agere medicos, omnium disciplinarum doctis cogimini conuersari, & eos doctrina superare, non vos ab iis separare.

Morb. sunt vel in stomachis vel extra.

Medic. reprehẽsio ob sophisticã.

Humores vnde ficti

Purgationis quis finis sit.

Medic. reprehẽsio.

Stercoris eductio naturalis est.

TRAC-

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 854 sur 913

TRACTATVS TERTIVS.

Medicina purgans nõ est simplex.

NVnc de diuersitate sita in virtute digestiua, quæ causa est varij status vltimæ materiæ dicamus. Virtus digestiua quùm non sit simplex, signum est, medicinam purgandi quoque non debere simplicem esse. Nam manifestè & copiosè hîc traditur, non ex humoribus, sed digestionis virtutum cognitione, energias & vires medicinæ æstimandas esse. Quicquid verò præter hæc fit, non est medicinæ artis, sed externarum. Quicquid mundus continet, idipsum debet & in homine considerari, ac separari à se inuicem, & quousque stercus cerebri se separet in substantiam vltimæ materiæ à stercoribus intestinorum. Admiranda est mutatio, & mirabilis operatio: quùm ambo reuera sint stercora, & multùm discrepantia, ex ipsis quoque in medicina diuersa debere accipi, vt intestinis suum, ita & cerebro suum tribuatur. Hanc notitiam, maximam esse medicinæ partem æstimo.

Mundus omnis in homine considerandus.

Medicinæ secundum quæ æstimanda sit.

Cuius causa est hæc: Medicina vult iudicari pro corporis partibus, locis, & eorum proprietatibus. Quæ autem euacuatio quatuor humorum dicitur, nihil valet. Fundamentum minus est lubricum & leue, quòd tantùm quatuor humores sint spectandi, & reliqua omnia negligenda. Natura etiam quatuor istorum, ac ipsorum scriptores testantur, eos non habere locum in corpore: nec etiam anatomia rerum naturalium vllo modo concedit, tales esse locos in corpore, in quibus istiusmodi quatuor humores gignantur: nec anatomia quoque morborum patitur, solùm quatuor esse matres, & non plures. Hæ differentiæ & dissimilitudines omnibus, qui aliquid volunt in arte medicâ tractare, perfectè esse debent cognitæ quòd oriantur ex microcosmi naturâ, vt homo similis sit maiori mundo. Si ergo homo maiori mundo per omnia similitudine respondebit, nec verò naturali statu ab eo differet, quò exteriora interioribus & interiora exterioribus sint similia: oportet sophistarum humores cedere ac euanescere. Quia hominis anatomia, est anatomia totius sphæræ: & cœlum terráque dum interêt, anatomia magna quoque perit. Eodẽ modo, si homo moritur, parua anatomia interit. Et quemadmodũ in cœlo Sol ac Luna suũ splẽdorẽ amittent, & stellæ cadent ex cœlo, ita etiã in homine, antequam moriatur. Ac vicissim, vt homo perit, & in nihilum redigitur, ita quoque cœlum & terra finientur. Hæc quò melius intelligatis, notate hoc exemplum de cœlo. Cur cœlum adeò mirabiliter est formatum? quare tam admirandas habet operationes? Solùm hominis causâ. Si ea duntaxat cœlum habet, quæ sunt hominis, necessariò homo corpora & loca habebit, in quibus cœlum suas operationes perficit. Hæc quùm sint necessaria, & oporteat hominem tot habere loca, quot cœlum operationes: hinc consequitur, hominem anatomiam suam ex cœlo consequi ac cõsistere: non hominem ex homine. Si enim homo seipsum explicare deberet, omnia quæ in ipso essent, cæca & recta forent: & cæci existunt medici, qui nascuntur ex ipsius anatomia. Medicum ex Astronomiâ oportet anatomiam discere. Hæc enim vidit ea, quæ in homine non videntur, & nihilominùs insunt. Negatur etiam à nonnullis, loca cœli inesse homini, quorum profectò valdè multa cuti inclusa sunt. Sic medicus ab externis sui subiecti cognitionem petit: nec solùm ex cœlo, verùm etiam ex terra, quæ simul subiiciunt oculis hominis anatomiam, quæ nullo modo potest ex homine disci. Si itaque sphæra mundi docet anatomiam, cur non discit medicus ipsam ex Astronomia? Causa est, quod nimis ipsi sit difficilis: Sophistas verò agere ónibus facile est, nec opus habẽt præceptoribus. Discunt enim per se imponendi artem: qua cognita, pro mundi versutiâ callidissimè ostentant se doctos ac peritos esse, vt factitant medici, qui, totam medicinam redigunt ad quatuor humores. Nouerunt ipsi, Friburgum, Viennam, atque Erphordiam ex istiusmodi fatuis efficere Doctores. Vnde Medicina periit, quòd se à doctis separârint illi, non aliter atque canicida ab honestis hominibus. Medicus sanè debet Philosophiam & Astronomiam cùm ipse discere, tùm alios quoque docere. Hæc necessaria cùm sint, quid ipsi nouerunt? Verè istis cœlum ac terra sunt ignota. Propter quam ignorantiam non est ipsis confidendum, vt stercus homini expurgent, sed ejectum vt efferant. Non immeritò quatuor mirarentur rustici, tales homines esse Doctores & Magistros, qui nunquam tam longo tempore, vt ipsorum libri quoque testãtur, ab Æsculapij & Hippocratis temporibus ad hanc vsque horam nouerunt stercoris naturam. Quomodo ipse primam materiam cognoscet qui vltimam ignorat: Vicissim quisquis primam non nouit, nec vltimæ cognitionem habere potest. Aliquid tamen ex cœlo sunt: conari in medicinam transferre. Nam Scorpionem, pisces & Arietem arbitrati sunt sufficere, quasi istis totum cœlum intelligerent. Ista verò signa non habent eius rei peculiaria mandata: sed cœlum in istiusmodi rebus diligentiùs est cognoscendum. Vos semper garritis, aciactatis Calẽdaria vos sequi: quæ non à peritis, sed opinione doctis componũtur. Hæc omnia dicta sunt non alia de causa, quàm vt intelligatur, modum pharmacandi ab externis creaturis peti, ac verè solidéque in cognitione earum valet, & non ex vestra anatomiâ imaginatione constituta. Quo ad *cœli & terræ* cognitionem, non habetis, nec nouistis quomodo insint homini, & quomodo se habeat concordia externorum & internorum, non estis digni, vt stercus tractetis, taceo sanitatem & vitam. Vos occupâstis lupanar, ac in eo vos collocâstis. Quia nihil tam impudenter dicitur, quod istic non audeant re perpetrare. Quæcumque enim libuerit, eorumdem quoque potestatem habent perficiendi suâ licentiâ. Meum autem propositum vt exequar, haud vos latebit, vt prædiximus, ex diuersitatibus exterioris globi vel sphæræ, diuersitates humani corporis esse discẽdas. Et quicumque nouit constitutionẽ cœli & terræ, idem quoque nouit hominis. Qui verò ónes hominis partes nouit, ipse est medicus. Quantũ verò ad stercorũ in suâ separatione scientiã attinet, vt quantũ differãt stercus

Homo similis mundo.

Cœlum tam affabre propter hominẽ factum.

Hominis anatomia ex cœlo.

Anatomia hominis ex Astronomia discenda.

Sophistica facilè discimus.

Medicus Philosop. & Astrop. esse debet.

Medic. reprehẽsio.

Mundus externus docet de interno.

Medicus quando perfectus.

Locica. ctio quæ circa ster cus.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 855 sur 913

ſtercus cerebri & inteſtinorum, id huiuſmodi tenet diſcrimen. Loca vltimam commutant materiam, non virtus digeſtiua. Loca verò ſingula pro ſui naturâ ſunt diuerſis modis diſpoſita & ordinata. Quùm ergo loca ſint cauſæ commutationis vltimæ materiæ, & ipſa moueantur ita per externas impreſſiones, vt eodem modo ſint in corpore humano affecta atque intrinſeca: oportet iam declarare, quî ipſa in ordine in vltima materiâ preparanda agant. Ordo certè locorum naſcitur ex forma hominis, prout nobillis aut ignobilis, clarus aut obſcurus fuerit, eámque ordo obſeruat. Illud etiam naturale eſt in homine, quod vltimâ tribuit materiam videlicet eiuſmodi loci calor. Quotieſcunque enim exiſtit virtus digeſtiua, toties quoque eſt calor, toties alius calor, toties & alia putrefactio. Nihilominùs vnus eſt calor, & vna progreſſio, vnúſque ordo putrefactionis.

Locorũ in homine ordo vnde naſcatur.

Virtus digeſtiua ſine calore &c. non eſt.

Præterea ſciendum eſt, cunctis rebus quas nos comedimus, ineſſe omnia ſtercora, quæ in noſtra corpora ingrediuntur. Quod intelligendum eſt hâc ſimilitudine: Homo donec viuit, non putreſcit: quàm primùm verò mortuus fuerit, putreſcit. Omnis enim cibus, quem edimus, viuit, nec ſordet, donec viuit: vbi autem in humanum corpus peruenit, incipit operatio virtutis digeſtiuæ, quæ tot calores habet, quot ſunt genera digeſtionum, hoc eſt, quot genera ſtercorum. Separatio eſt ſita in calore, tanquam in facultate digerendi, vnde aliter ac aliter formatur vltima materia. Hinc intelligendum eſt, ordinem ac diſpoſitionem eſſe magni Archei, quòd iſti calores ſint diſtributi per corpus pro locorum naturâ, quo nobilitas perſonæ conſeruetur in ſuo ſtatu. Sic quoque iuxta naturam ſtercoris virtutem digeſtiuam ordinat, & ſtercoribus ſingulis, quę adhuc inſunt cibo, ſuas digeſtiones: hoc eſt cum eodem nutrimento mittit ſuo emunctorio. In cibis itaque iſtiuſmodi ſordes cum exiſtant, (vt ſatis retulimus:) animaduertendum eſt, ordinem & conſtitutionem membrorum humani corporis ita eſſe diſpoſita, vt os purum conſeruaretur à ſtercoribus. Similiter quoque oculi, & aures. Propterea ſtercus illud, in quo talis fœtor habetur, inteſtinis deputatum eſt, ne aliæ digeſtiones huiuſmodi quicquam haberent, quale inteſtina, alioque calore forent prædita, quàm inteſtina. Quia calor inteſtinorum putrefacit omnia ac redigit in fœtidum ſtercus: Quâ de cauſa calor & materia æqualiter coniunguntur. Nam obſeruandum eſt, vt mirabiliter calores diuiſi ſunt per ſuos gradus, ita & formæ hominum diſſimiles exiſtunt. In his etiam notandum: Omnia quæ edimus, originem ducunt ab externis. Oportet enim vt externa foueant ac nutriant interna. Sic hepar noſtrum vtitur hepate terræ: cor noſtrum corde terræ fouetur: terræ alit noſtri corporis fel: & cerebrum terrenum corporis noſtri cerebrum ſuſtentat: Sic quoque ſplen ſplenem, ſanguis ſanguinem, & renes terrei noſtros renes alunt. Siquidem cœlum & terra ſunt vnus homo, nec plùs nec minùs in vtriuſlibet ipſorum natura exiſtit. Propterea quotieſcunque quis bolum cibi in manu habet, toties cœlum & terram continet in eo bolo, quia ipſi inſunt omnes partes hominis, nec non omnia totius mundi ſiue globi ſui corpora. Ergo corpus cœleſte ac terreſtre in manu eſt comedentis, ac ipſe cœlum edit & terram, ac eâ ratione corpus eius ſumitur ex cœlo & terra: vnaque res ſũt cœlum & terra in ſua eſſentia, non autem in forma.

Alimẽta omnia ſtercus habent. Putredo conſequenſeſt mortis rei.

Separatio à calore fit.

Archei incorpore vis quæ.

Natura in corpore humano, prouidentia

Calor fœtorem ſtercori conciliat

Simile internũ nutritur ſimiliexterno.

Cœlum & terra homo vnus ſunt.

In cibi vnobolo, inſunt omnes hominis partes.

Cœlum & terra vnum eſſentia.

Sic itaque homo totum comedit mundum, & idem exiſtit quòd mundus, ac (vt ſupra dictum eſt) ſe inuicem edunt. Animaduertite in ſumendo cibum, nos docuiſſe, primam operationem fieri in ſtomacho, poſtea in reliquis partibus corporis. Nolo hîc latiùs explicare, quæ antea ſunt tradita, ſed diſcite quomodo operationes fiant, & vltimæ materiæ ducantur ac ſeparentur. Primò, quùm edimus, operatio fit in ore ſimilis ei, quæ fit in ſtomacho. Vnde ſequitur hominem per ſolam digeſtionem poſſe naturaliter ſuſtentari. Quod hic intelligendum eſt. Videtis in ore generari ſtercus inteſtinorum. Quia ita peculiaris ibi eſt operatio ſiue digeſtio, vt ſi quis cibum continet ſuas horas in ore, quemadmodum virtus digerendi nos docet, idem cibus digeratur à gingiuis, palato, gutture & vuula; quo concocto, naſcitur ſtercus & putrefactio, quod ſtercus indicat, veram eſſe factam nutrimenti ſeparationem. Putrefactũ quoque illud, quod in ore manet, docet, nutrimentum eſſe ab eo ſeparatum. Putrefactio propterea fit, quòd calor non ſit in ore tantus atque in inteſtinis: nihilominùs in ore eſt digeſtio facta, quæ ſeparat nutrimentum à ſtercore eo modo, quo in ſtomacho: nec minùs eſt nutrimentum perfectum, atque illud, quod eſt in ſtomacho: trahitur quòque occultè in hepar, abque deglutione, aut ſenſu. Hæ ſunt anatomię, de quibus ſcribere libet. In hepar vbi peruenit, æquè perfectum eſt, ac ſi prodiiſſet ex ſtomacho, & corpus eo ſuſtentatur ac ſaturatur, ipſíque ſufficit. Vnde ſciendum, quòd comedendo conferre in ſtomachum eſt naturæ ordo, & ore retinere, eſt quoque naturæ ordo. Quicumque edendo deferunt in ſtomachum, plus nutrimenti requirunt, quàm qui in ore retinent. Quia ſtomachus tendit ad pinguedinem, os verò ad ſanitatem, abſtrahitque à pinguedine. Qui in ſtomachum edendo transferunt, ſeipſos multis ſubiiciunt morbis: qui verò tantùm ore comedunt, nullis ſe morbis ſubiiciunt. Qui ſtomacho comedunt, requirunt neceſſariò alimentum lautum & copioſum, quòd ſtomachus ſit eo guſtu præditus, vt quicquid ipſi placet, hoc velit habere: quod ſi non ſuppeditetur illi, perturbatur, quia in lautitiis fũdatus eſt. Qui autẽ ore tantú edunt, nihili ſaporẽ faciunt, ſed ipſorum os digerit illud, quod ſtomachus nequit. Maximum hîc eſſe diſcrimen notate. Nam hoc modò vixerunt Eremitæ, & illi, quorum nullum ſtercus inteſtinorum repertum eſt. Summus ac maximus Eremita Ioannes Baptiſta comedit locuſtas & mel ſylueſtre. Locuſtæ ſunt teneri ac recẽtes fructus qui adhuc ſuffulciũtur germinibus. Tales Ioãnes Baptiſta decerpſit, ac in mel ſylueſtre (quia apes

Digeſtionis vis quę in homine ſtercoris principium in ore.

Digeſtio oris imbecilliot inteſtinorum. Cibi quę digeſtio fit.

Edere ore & edere ſtomacho ſunt diuerſa.

Stomachus ſaluus eſt.

Eremitæ ore tantùm edunt.

Ioan Baptiſta &c. Locuſtæ quid.

apes ſylueſtres in ſyluis agunt (intinxit, ac ipſo eos illiniuit. Ex quo obſeruandum eſt, quod teneræ ac recentes locuſtæ ſint nutrimẽtum: quia ex ipſis fit nutrimentum. Differunt autem locuſtæ in hoc: Omnes locuſtæ recentes ac teneræ debent crudæ comedi: vbi autem tempore inueteraſcũt, coquo tradentur. Quicquid ergo coquitur, hoc ipſum tranſit in ſtomachum & os. Quicquid etiam non coquitur, in os & ſtomachum peruenit, hac tamen diſtinctione: Quæcunque ſunt tenera & recentia, non ſatisfaciunt ſtomachi cupiditati, non enim delectatur crudis, verùm delicatis. Ioannes autem, non delicatis & lautis nutriebatur: propterea quoque ſtomacho non tradidit alimentum ſuum, ſed ori, per quod ſui corporis membra cõſeruauit. Laridum, aliaque pinguia non edit, nec gaudia libidinéſque excitauit, nec admiſit, ſolâ oris ſaturatione contentus. Sic in locuſtis & melle ſylueſtri fuit ipſi nutrimentum ſufficiens. Eodem modo & alij Eremitæ ſe ſuſtentârunt, quorum multos certiſſimè conſtat olim fuiſſe, & hac noſtra memoria eſſe. Hi nihil comederunt, nec ſtercora inteſtinorum ſunt reperta. Non enim nutrimentum ſtomacho tradiderunt, ſed ſolùm ori naturaliter, & ſatis membra fouerunt: naturaliter, inquã, & cum natura, non contra naturam, nec cœlitus, ſed ex cœlo & terra ſumuntur. Siquidem homo micis conſeruatur, & piſcibus. Quæcumque ſtomachus digerit, ea tranſeunt per ventrem: quod verò digeritur ore, ſputo eiicitur. Ex quibus ſequitur, generatio ſtercorum in ore quum fiat, ſoliti ſunt Eremitæ ora ſua lauare ac purgare, vbi digeſtio in ore fuerat abſoluta, ne inteſtinorum ſtercus per os fœteret. Iſtiuſmodi vbi viderunt ipſorum diſcipuli ac eiuſdem ordinis homines, quotieſcunque cibum ſumpſerunt, os abluerunt, & hoc in ſtatuta ſua retulernt. Cæterùm huius ſunt obliti, quòd cibum dimiſerint in ſtomachum, ac quæſiuerint ſtomalaſciuiam, non membrorum neceſſarium nutrimentum, veluti ipſi, ex quorum profeſſione & ordine dicunt ac iactitant ſe eſſe. Hæc res quomodo ſe habeat, quotidie licet videre.

Ioannes Baptiſta quib. cibis vſus ſit.

Oris ablutio vnde introducta.

TRACTATVS QVARTVS.

POſtquam originem & loca ſtercoris rectè tenueritis, conſiderandi ſunt & eiuſdem colores. Obſeruate igitur colores ipſius naſci ex eadem materia, qua ſtercus. Quemadmodum enim in vno panis bolo tota exiſtit hominis anatomia, ita quoque in eodem ſunt omnes colores ſingulorum partium: & vt in eodem pane cerebrum aut cor ineſt inuiſibili modo: ita etiam inuiſibiliter inſunt colores cerebri aut cordis. Nec aliter inſunt ſua natura colores, atque in grano quod ſeminatur, tota arbor. Nam in nutrimento ſunt omnis generis nigrores, & candores, alliique colores, qui apparent in corporis informatione. Colores itaque non minùs conſeruantur nutrimentis, atque corpus, quod tingunt: ſua etiam loca & proprietates, accipiunt, non aliter, atq; nutrimentum ſua. Hæc de coloribus nutrimenti diximus. Eſt enim & alius color, qui non eſt nutrimenti, ſed ſtercorum. Et hîc duntaxat vſus eſt: qui differt ab, altero quòd hîc ſit vnus, nutrimentum verò omnes in ſe continet. Ex hoc nutrimenti colore fel accipit ſuam viriditatem & flauitiem. Quia in eo sũt ambo colores cum omnibus ſuis gradibus. Vnde ſequitur, quoties colores ſe ſeparant, quæ ſeparatio eſt origo icteritiæ, tunc ſe inuicem excedũt colores magis, quàm natura requirit. Nemo enim hominũ poteſt eloqui multitudines graduum, qui ſunt in coloribus. Sic etiam in cerebro varij colores albi & cœrulei exiſtunt: propterea multi & varij colores in morbis cerebri inueniuntur. In ſanguine verò & carne rubeus & cœruleus, qui apparent in vibicibus, dum corpus percuſſum eſt. Omnes enim colores ſunt in corpore, ac in lucem producuntur cędendo & percutiendo corpus. Quia in ipſo ictu ſiue percuſſione non ſunt colores, verùm in corpore ſunt colores, quos ictus prouocat, vt appareant. Colores itaque indicant morbos, quos hoc loco non deſcribo ſed ſolùm indico, vt ſtercorum colores meliùs intelligantur. Qua de cauſa, cum tot colores perfecti ſint in homine, quot in exteriore ſphęra: ſciendum eſt illud, quod prædiximus de emunctoriis & virtutibus digeſtiuis in illis eſſe multos ac diuerſos colores, pro natura & varietate digeſtionis ac loci quos colores ſtercus etiam extrinſecè retinet. Notate hîc, qui ſint extrinſeci colores. Quemamodum nihil erat ante cœlum & terrã, & iam aliquid exiſtit, ita quoque nihil fuerunt colores, antequàm producti ſunt. Fuit quidem aliquid antequàm cœli & terra eſſent facta, ſed nihil horum, quæ iam exiſtunt. Aliquid quoque fuit, in quo colores ſunt facti, nihil tamen fuit comparatione huius, quod iam eſt. Si ergo illud ipſum, quod nunc exiſtit, redigatur in nihil: permanet illud, quod antea fuit. Sic vbi colores euaneſcunt, manet illud, quod ante ipſos erat. Quod ita intelligetur. In cibo ſunt omnes colores, ex quo & corpus ſuos accipit. Ex cibo igitur cum corpus colores accipiat, poſtquam accepit, permanet ille color, qui erat ante colores apparentes: veluti hoc exemplum docet. Homo nihil aliud eſt, quàm excrementum, ex quo etiam factus eſt: vbi autem corpus ſumit nutrimentum, nihil remanet præter ſordes, ex quibus cibus creuit: ſic vnâ cum nutrimento diſcedunt quoque colores. Vt porrò poſt ſeparationem nutrimenti ſtercus remanet, ita quoque primus reſtat color: hoc eſt ille color remanet, in quo omnes reliqui colores confuſi ſunt: qui alij dum abſunt, res eſt mortua, ac vnus eſt color, qui tamen reuera non eſt color. Sunt ergo colores cognoſcendi & iudicandi per colorem, qui fuit ante omnes colores, pro natura cuiuſque loci. Per hunc quoque hominum morbi ſunt cognoſcendi. Vbicunque enim colores exiſtunt alij, quàm illi, qui reuerâ nihil ſunt, morbos indicant. Vnumquodque enim ſtercus debet carere colore. Propterea diſcrimen colorum eſt, quòd alius ſit in eſſentiâ, alius in corpore mortuo. Sicut enim homo adhuc viuus differt ab eodem mortuo, ita etiam duo iſti colores ſunt inter ſe diſcernendi. Quapropter & plura nunc obſeruate de ſtercorum coloribus. Stercora quæ per anum expurgantur, colores

Colores ſtercorũ ex nutrimentis. ſunt.

Color duplex.

Gradus colorum ſunt ineffabiles. Colores omnes ſunt in corpore.

Colores omnes corpori ex cibis inditi. Homo totus eſt excrementum.

Colores qui iudicandi ſunt.

Stercus colore carere debet.

colores habent, in quibus nutrimenta eorundem locorum digeruntur: sic & hepar eundē habet colorem. Quotquot ergo sunt reuerâ colores, tot sunt etiam non reuera colores, hoc est qui non sunt colores, & nihilominùs corpus colorum. Multa & varia quia sunt colorum corpora, varia quoque sunt non colorum, vt pituita indicat colores cerebri quæ proprium non habet. Colorem etenim accipit cerebrum, & illud quod non est color, transit in stercus, quod non est nutrimentum. Sic vltimæ materiæ iterum fiunt primæ, quæ nihil sunt, nihil quoque existit vltima materia. Medium verò existit aliquid reuerâ, hoc est illud, quod in primum est fusum, & ab vltimo sūptum. Si hoc alios colores habuerit, quā vltima materia, hoc est, colores primæ materiæ, medico est subiectum ad iudicandū. Nam

Colores morbos corporis notant.

colores ostendunt morbos corporis, non stercoris. Stercus enim nihil est, nec sanitatem, nec morbos efficit. Idcircò cogimini primò colorum habere cognitionem iuxta localem anatomiam, quò sciatis ex colorum origine locorum colores, & per eos materiam morborum. Sic enim cognoscendi sunt colores &

Humorū figmentum taxat.

genera stercorum: non vt stercora curentur medicina, sed loca vnde ipsa prodeunt. Vos igitur falsò cholerā & melancholiam, & reliqua huiusmodi examinatis & iudicatis, quæ istiusmodi loca iuxta morborum originem nullo modo apprehendunt, nec iudicare possunt. Cum itaque nihil sit in corpore, quod

Cholera, melan. cholia, &c. nihil sunt.

cholera aut melancholia appellatur, nec in virtutibus digestiuis, nec in physico corpore: ergo obseruandum est, qui communiter colores in stercore concurrant: quod eâ ratione fit, vt vnumquodque membrum attrahat id quod sibi conuenit. Quo fi hîc aliqua perturbatio contingat, & nutrimentum se à suo loco separet in suum emunctorium: tunc exit nutrimentum, non autem stercus. Nam immatura nutrimenta erumpunt, quæ non sunt stercus Quare non est rationi consentaneum, vt purges. Quod si etiam eueniat, vt in eo stercus nullius odoris, sed tamen cum suis coloribus reperiatur: obseruabitis aliquot nutrimenta digeri, & stercus ipsius loci mittere: alia verò cum ipso misceri, ac stercus adulterinum efficere. Quæ sunt diligenter notanda, ac inde

Anus & vesicæ emissoriæ cōueniētissima.

discendum, quòd per anum multæ virtutes digestiuæ se exonerent ac purgent. Similiter etiam multæ virtutes digestiuæ vrinâ se purgant. Nam singulæ virtutes digestiuæ sua habent emunctoria ex sua regione. Vnde stercora variis possunt modis separere, dum nutrimenta nondum digesta concurrant. Adhæc obseruandum est, tempora ad cœlum tales efficere colores, quoties inter se non conuenit, in iis cum microcosmi corpore, quod tamen cogitur eam ferre. Ex quibus consequitur, dum cœlum virtutem digestiuam interrumpit etiam eius virtutis operationem impedit, ac postea fieri confluxum colorum pro naturâ & efficaciâ cuiusque impressionis. Hęc dum fiunt, in eisdem locis patefaciunt colores nutrimentorum, & morborum, qui sunt in ipsis virtutibus digestionis. Hinc facilè colligitur, modum pharmacandi non intelligendum esse in purgando situm: sed virtutem digestiuam esse restituendam, vt stercus cesset Hoc donec non fit, semper magis ac magis augetur morbus, non aliter ac si res putresceret, quæ profert muscum, situm, aliáque sordes, quæ in ipsâ crescunt. Hæc omnia vobis aliquoties repetuntur, ne prorsus in stercoribus submergamini, hoc est, ne vitam vestram in istis transigatis, sed potiùs discatis ea, quibus ad meliora possitis progredi. Post hæc notandum est: Quemadmodum diximus de variorum colorum origine & separatione, quomodo etiam ex bonis & viuis rebus tam multi & diuersi colores oriantur, in ipsis rebus latitantes, ex quibus postea stercus suos colores adipiscitur, iuxta quos iudicium sumitur: ita quoque obseruandi sunt colores mortui, hoc est, colores, qui nascuntur ex putredine: quo discrimen verum sciatis, ne istos æstimetis viuos esse. Sicut enim putrefactum quiddam ex homine mortuo fit, sic etiam colores eiusmodi oriuntur. Fatum non est homo, sed signum ipsius: similiter si colores, non sunt colores ipsi, ex quibus originem sumunt, verùm ipsos indicant. Ac vt fatum nihil veri & scientifici demonstrat, sic hi colores nihil veri nec certi ostendunt. Quapropter non est ferendum iudicium, nec tractandum quicquam, iuxta istos colores: quia non oriuntur ex naturâ, quæ ægritudines efficit, sed aliâ producuntur generatione: quare veterem generationem non indcant. In eo enim distinguuntur ac separantur, quòd hi colores in putrefactione originem suam accipiant, quæ putrefactio separata est à viuis, non aliter atque vmbra à corpore, quæ ipsi quidem nonnihil adhæret, attamen reuerâ nihil existit. Putrefactio autem fit, quùm stercus separatur perfuæ digestionis emunctorium, fitque quadam morbi energia, qui în eâdem digestione hæret separatus, qui idem morbus stercus efficit putridum, quia non est, vt conueniebat. Integrum & sanum exire decebat: sic enim non putrefieret. Omnis enim res, quæ putrescit ex morbo, qui in ipsa latitauit, dum sana esset, putrefit. Sic videtis carnes putrescere ac sordere, non aliam ob causam, quàm quòd vna caro ægrotet, quæ licèt sana æstimetur, nihilominùs tamen morborum principia in ea existunt, quæ sunt causæ putredinis in morte apparentes, hoc est, per putrefactionem se ostendentes. Nam omne, quod non putrescit, nunquam etiam viuens morbo laborauit, nec morbo subiectum est, vt gemmæ, balsamus, & eorum liquores. Homini verò, cum in aliquâ corporis parte ęgritudo contingit, & in eâdem nascitur stercus, continuò putrescit: siquidem ex imbecillâ digestione oritur. Si autem digestio fuerit integra & salua, non putrescit stercus in corpore. Ad ea verò, quæ extra corpus sunt, non spectat meum argumentum. Causæ putrefactionis sunt varię, quas non opus est hîc describere. Mihi enim est propositum, stercora describere, veluti

Putredo musci & causa.

Fatū est signū hoc minus.

Putrefactio quorum corum causa.

Res vnde putrescant.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 858 sur 913

modus pharmacandi requirit: deinde etiam vt describam virtutes digestiuas. Cæterùm error postquam talis accidit, vt ex stercorum coloribus, non considerată eorum origine, iudicia sint constituta: fallaciæ multæ sunt introductæ. Nullus enim color prodiens ex putrefactione, veri quicquam significat, nisi ex suo loco veniat. Propterea stercus retinet loci istius & regionis colorem, vt stercus cerebri retinet suum candorem & cœruleum colorem. Si autem loci stercus putrescit, tunc etiam ipse locus coloribus putrefit, &c. In felle est viriditas & flauities: quicquid ex eo putrescit, hoc adhæret quoque coloribus: quod de omnibus partibus eodem modo intelligendum est. Hîc tamen mutatio huiusmodi contingit: quotiescunque morbus incidit in putrefactionem, toties mutantur colores. Stercora, quæ deberent tincta esse rubore, fiunt nigra & phœnicea, quæ falsò appellantur melancholia. Ex sanguine isti colores oriuntur: quomodo igitur melancholia erunt? Itaque iudicium de his coloribus est fallax. Eodem modo, cùm res putrefacta deberet esse candida & cœrulea, efficacia istius morbi mutatur in leucopheam, quam iudicăt esse phlegma, & nemo hominũ nouit, quid phlegma sit? Sic quoque & reliqui colores mutantur in putrefactionibus. Qua de causâ non est statim iudicandũ de coloribus, quòd hæc iudicia sint omnia falsa. Siquidem colores adeò commutantur in diuersas essentias, vt nemo veram ipsorum originis matrẽ agnoscere queat. At vt coloribus impostura fiunt, ita quoque ipsa substantia. Tam enim variis modis morbi efficiunt putrefactiones, vt nemo dicere possit, hoc est cholera vitellina, & sic erit eius cura. Virtus enim digestiua aliter ac aliter afficitur ad substantiam commutandam. Vnde sequitur, curam non debere sumi ex cholera vitellinâ, sed ex digestionis signis. Non refert etiam, cuius sit coloris stercus. Summa igitur curæ habetur ex iudiciis digestionis, non stercorum. Et substantia, colórque nihil aliud declarant, quàm quòd morbi sint in regione digestionis, quid verò sint morbi, non significatur. Hæc vt concludamus, obseruandum est has omnes scientias & notitias debere accipi, earúmque originem sumi ex virtutibus digestionis externis, quas ambæ sphæræ docent. In his donec Medicus non fuerit bene instructus, nihil poterit quicquam rectè constituere in iis rebus, quæ spectant ad corpus. Ex corporis enim signis & notis nullus fit medicus. Quia microcosmica natura in ipso microcosmo non potest disci, nec deprehendi, quę externo in mundo cognoscitur tactu & aspectu. Omnis enim medicus semper animo voluet, illud esse rectè cognoscendum, ex quo homo natus est: & idipsum qualecunque esse didicerit, tale quoque cognoscet esse, quod ex ipso natum est. Homo natus est ex mundo, non ex vna aliqua parte, sed ex omnibus simul, & in omnibus perfectus creuit, sicut & illud perfectum est, ex quo suam habet originem. Inspicite quomodo infãs nascatur solùm ex patre & matre, & est solùm limbus. Quia ipsemet est limbus, ex quo illud crescit, qui ipse infans existit. Quemadmodum limbus iacet in matrice, qui duntaxat est tanquam lutum, ex quo fiunt omnia, quibus parentes constabant: ita quoque hominis parentes sunt cœlum & terra: propterea etiam natus est ac creuit in ipsorum naturâ & partibus, excepta imagine Dei. Sic nulla fit hîc separatio, nisi imaginis Dei: natura permanet inseparabilis cum patre & matre. Cum ergò parẽtes hominis sint cœlum & terra, ex quibus postremò creatus est: discatis ex parẽtibus infantẽ, & anotomiã exercere in parentibus: eos dissecate, non pueros. Vbi cœlum & terrã cognoueritis, habebitis totius naturæ humanæ plenã scientiam. Vnde non immeritò dicere possum, ipsos omnes errare ac falli, qui suũ iaciunt fundamentum discendi in puero, ac non potius in eo, vnde ipse nascitur. Non hîc loquor de iis pueris, quorum parentes quoq; pueri exiistunt, sed de patre & matre Adami & Euæ. Nec offendat impediátque vos imago. Sic enim Deo visũ fuit, vt homo in tali imagine nasceretur. Itaque eximagine nõ fit medicus, verũ ex eo cursu & fluxu, qui ineſt imagini, hoc est, vniuersũ cœlũ, & vniuersa terra: Ex illis nascitur medicus, ac nutritur.

Color ex putredine nihil indicat de morbis.

Leucopheа &c. Phlegma quid sit, nemo nouit.

Conclvsio

Astronomiæ imperitia Medico damnosa.

Homo ex mundi omnibus partibus factus.

Ex limbo matricis infans nascitur.

Imago hominis talis ex singulari Dei consilio.

Finis libri primi, reliqui sequentes nondum habentur.

SEQVITVR.

LIBER ALIVS DE MODO PHARMACANDI IMPERFECTVS, IN QVO doctrinæ vtiles multæ traduntur, quæ alibi prolixiùs explicantur.

DE MODO PHARMACANDI.

Præfatio.

CVm purgationes hactenus quidem multis cùm profuerint, tùm obfuerint: ideò de ipsis tractatum hunc condere placitum est. Nec enim parum interest, dubium istum purgationum euentum secundum causas suas probè considerari, vt qui non potest non ex malo fundamento emergere, aut dubiam & ambiguam doctrinam arguere. Hoc enim ni ita haberet, illorum certè nemo, nisi quod oportet, purgaret. Vbi verò purgatione nonopus esset: ibi iidem ab illa abstinerent. Itaque instituti mei est, incertam Medicorũ doctrinã hic ventilare, & docere, quod purgãdi nulla certa methodo vsi sint sed in meris ambigui-

Purgandi ratio veterum erronea.

biguitatibus temerè obhæserint. Nec enim hoc Medicum est, dubio euentu purgationes decernere, aut cæcæ fortunæ operationem committere. Siquidem hoc incertæ artis euidens testimonium est. Opera ergò danda sedulò esse videtur, vt lyra veteri abiecta cognitio plenior & certior deinceps teneatur. Veteres enim Medici non admodùm magno honestatis ac probitatis studio, quod facere tamen debebant comparandæ experientiæ incubuerunt. Adeóque dolenda hæc ipsorum est temeritas, quòd medicamenta exhibentes, rationem ac modum ipsorum tenent multò minùs, quam rustici modum nouerunt seminationis. Nam si medicus dubius in bonum euentum sperat, improbè agit. Si auctoritates scriptorum citat, nugas profert. Si dicit, quisnam per integram cutem perspicit? Tum stultitiam suam prodit. Si sese morbum nosse quidem, sed remedia deesse causatur: aut si naturam adeò malignam esse clamat, vt ei resisti non possit: tum certè hisce prodit, quòd nullo pacto Medicus sit. Itaque cùm in Sciendo, non in Opinando veritatis fundamentũ omne positũ sit. Scientia & experientia Medico omninò necessaria est, nimirùm purgationẽ esse Curam & non præparationem. Alia enim est præparatio, alia purgatio alia digestio, aliud purgatiuum. Purgationis autem nomen inditum est ab eo, quòd nihil purgetur aliud, quam quod maculatum & pollutum est. Hûc etiam respicit omme doctrinæ meæ fundamentum, nimirùm quid polluere, & quid purgare sit, non secundum opinionem. Nec enim in opinando, sed sciendo Medici versatur industria. Medicina enim cùm à Deo creata sit, certè defectu careat necesse est. Nam si textoriam & figularem artem in suâ experientia certam creauit Deus: multò certè magis de Medicina, quæ longè maioris momenti est, idem omninò verum erit. Cur verò Medici experientiam negligerent, fecere Sophistæ, quibus tota Medicina scatet, qui Medicinam tractant non aliter, quam lanius suem. Ex causis itaque minimè leuibus tibi, N. N. hunc tractatum dedico, & compono. Iustitiam siquidem amas, & veritatem impendiò colis. Verum ergo vero, & iusta iusto coniungere, cùm mihi tùm reliquis Medicis, ac imprimis tibi admodùm laudabile est, Vale.

Vet. Med. reprehẽs.

Scire nõ opinari medici est.

Purgatio est cura, non præparatio.

Purgare quid.

Medicina perfecta à Deo est creata.

LIBRI PRIMI. TRACTATVS I

CVm omne edens, stercus producat: de hâc re prolixiùs mihi differendum est. Noscenda verò est natura & diuisio stercoris in rebus insensibilibus ad sensibiles. Primò autem sciendum est, quid sit maculatum seu pollutum: Est verò pollutum id, quod non naturæ est, sed extra ipsam. Sed quomodo pollutum aut sordidum ingreditur? Videtis, qui lutum seu stercora in plateis reperta, ac ab imbre & terrâ producta, &c. in hypocausta inferantur. Similes etiam in corpore sunt operationes, similes generationes pluuiæ, &c.

Macula tum esse, quid?

Porrò autem creaturæ vniuersæ edunt bibúntque, nec quicquam rerum est vel sensibilium, vel insensibilium, quod non edat. Quod verò edit: idem etiam cacat, & stercus gignit, cuiuscunque ordinis sit.

Creaturæ vniuersæ edunt.

Lapides edunt & bibunt: quod si non facerent, ipsorum corpus non maneret. Adamas edit obscurè. Magnes autem manifestè. Quid enim Magnes esu suo aliud nobis testatur, quàm manifestam virtutem trahendi & edendi? Eodem modo lapides & gemmæ omnes edunt, nec sine cibo quicquam sustentatur.

Lapides edunt. Adamas. & Magnes vt edant?

Iam si Medicus sciat, vnicuilibet suum cibum porrigere, non secus ac sibimet ipsi: medicinam certè admodum dotatam faciet, adeò vt illa quasi pinguescat & valentior fiat, instar pinguis Epicuri, quem cibus potusque continenter exhilarauit, & ad munia obeunda alacrem fecit.

Epicurus

Cæterùm pecoribus pro cibo gramen datum est: gramini verò pro cibo est terra & pluuia. Sicut ergo mirum videri posset gramini, si sciret, se vaccæ cibum, & insuper lac ac caseum futurum: ita mirum vicissim videretur pecoribus, si scirent, se cibum fore hominum & tamen vos interim omnes valdè miramini in hoc, quòd lapides edant ac bibant: cum tamen hi non minùs, ac homo, atque pecora, & gramina sine cibo sustentari nequeant. Cum enim omnia viuant: omnia etiã cibo potuque indigebunt.

Gramen cibus pecorum: graminis cibus imbet.

Lapides cur alantur.

Quid autem ex ordinatione creatoris vnũquoduis pro cibo eligat, id vnum ex magnalibus Dei est. Quid pascit nẽpe lapides? Chaos mineralis, Quid gramen alit? Liquor mineralis. Quid hominem? Caro vegetatiua. Quis coquit omnia? Deus. Postea præparat illa homo. Homo præparationi subiectus est, & nõ est. Gramen autem & lapis necessariò in liquore suo iacet, nec culinam suam vnquam egredi potest. Id autem homo potest; quem ad vsum manus pedesque accepit; quibus carent cætera, ob quem defectum his etiam cibus vltrò offertur aut apponitur. Sicut enim præsepe sequi coguntur pecora: ita econtrà præsepe, in quo materialis cibus conditur, res insensiles sectari cogitur. Sicut ergo esurientes venulæ corporis attrahunt ex ore, stomacho & hepate, quicquid alimenti adest: aut sicut porcellus ex matre sua fugit: ita suũ nutrimentum etiam lapides attrahunt, vtpotè in quo proximè ipsi iacent.

Qui cibi cuiusque creaturæ

Sensibiles creaturę cibũ suum sequũtur, insensibiles cõtra.

Hęc dum fiunt, stercus certè vbiuis est, vbi cibus congeritur. Venulę autem attrahunt, quod bonum est: & stercus eædem relinquũt. Quod cùm inutile sit, à loco foras exigitur. Locus enim in rebus omnibus cùm sensibilibus tùm insensibilibus, virtutem separatiuam in sesecontinet, à qua stercus expellitur.

Vbi cibus, ibi stercus.

Virtuis separatiua õnibus locis ineſt

Sed ad pleniorem cognitionem quæstionis huius, quid stercus sit, vlterius quæritur, an vsnea res crescens sit, aut stercus? Respondetur: esse stercus sui crescentis. Sic quæri etiã possit, an mucus super lapidibus inuẽtus, mucꝰ sit ab aquâ, an à lapidibus? Nam est lapidũ stercus. Si ab aquâ esset: cofertur etiam aliis eodẽ loco, non minùs ac ipsis lapidibus. Hic enim effugium non datur. Lapides ergo in sua culina iacent, & penore, ex cuius copiâ edunt, crescũtque instar hominis augescentis & pinguescentis. Excrementum verò ab alimento relictum foras extra lapidem exigitur, & impuri nihil in ipso remanet.

Vsnea est stercus sui subiecti.

Lapides alimentum habent se cum.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 860 sur 913

Idem eodem modo etiam in aliis verum eſt, quòd ſimiliter vniuerſa edant, bibántque & cacent ſeu egerant. Iam ergo porrò tractatum ſecundum ordiemur, cuius gratiâ primum condidimus, nempè vt dicamus de ſtercore hominis in ſpecie, & cætera omittamus. Hæc enim nec ad Medicinam, nec ad inſtitutum noſtrum primò pertinent. Quanquam hæc etiam, omnia, quæ ad naturæ ſecreta expendenda faciunt, à Medico probè cognoſcenda ſint: ſicut de Philoſophia iſtâ ſpeciatim traduntur. Hîc autem de ſtercore hoc eſt, de purgandi modo ideò tracto, vt ſtercoris originem & cauſas ſedulò expendatis. In hac enim cognitione momenti poſitum multum eſt ad deſtruendas veterũ opiniones, & ad ſtabilienda certiùs illa, quæ deinceps tradentur.

TRACTATVS II.

Stercus quid?

CVm ergo de ſtercore tradendum mihi ſit, vbi ipſius loca vigeant: ante omnia ſcire fas eſt, Quid ſtercus ſit? Stercus autem eſt id, quod à nutrimento corporis relinquitur: & expellitur: hoc eſt, ſtercus eſt id, quod cum cibo & potu permixtum, alimentum fieri nequit. Horum quot genera ſint, iam ſciendum eſt. Vnum eſt in ore; alterum in ſtomacho: tertium in lotio: quartum in ſudore &c.

Stercorũ genera quot.

Digeſtiones quot ſunt.

Quæ cùm omnia ſint ſtercora; ſciendum conſequenter eſt, quot tot in corpore ſeparationes ſint, quotuplicia exiſtunt ſtercora. Prima eſt in ore: poſſibile ſiquidem eſt, cibum, qui in ore continetur, digeri in ipſo non minùs ac in ſtomacho. Hâc enim ratione Eremitæ multi vitam ſuam ſuſtentârunt, nihil quidem deglutientes, & tamen modo naturali vitam ſuam protrahentes. Maſticatio enim, & tempus digerendo in ore cibo datum, cibũ in alimentum permutant, nec minùs à maſticatione attrahitur, quàm ex ſtomachi bolis, ac reliquis. Hoc modo quod in ore reliquum manet, ſtercus naturale euadit, ac dentibus annectitur &c. Ex quo ſequitur regimen peculiare vitæ diuturnæ. Ita quicquid in ore digeritur, id homines ſanos reddit & longæuos. Talis enim vita in eremo fuit. Nota regionem oris, item linguæ, & abſtinentiam.

Eremitæ ſola cibi maſticatione vixerunt.

1. Stercus oris

De hoc autem oris ſtercore hîc nihil tractatur, vt quod ablui ſoleat. Ex ore cibatur cerebrum.

2. Stercus inteſtinorum.

Porrò verò ſi hinc in ſtomachum amandatur, ac regionem oris egrediatur: tunc digeſtor ſit ſtomachus, qui ſtercus præparat & formet, idque porrò in inteſtina relegat. Et præter hunc, exitum alium non habet. De hoc ergo ſtercore potiſſimùm diſſerendum eſt. Id enim eo in loco verſatur, vbi gignuntur colica, iliaca, conſtipatio, laxatio. De hâc ergo morborũ ex ſtercore genitorum origine tenendum eſt, quo pacto illi in modum purgandi deducendi ſint.

3. Stercus hepatis.

Præter hanc digeſtio etiam alia numeratur, quam, vbi ſit, nemo nouit, & tamen aſſcribitur ipſa hepati, minùs verè. Per hanc vrina producitur. Inde generantur morbi, exceptis iis, quos tartarus generat. Hi morbi purgationibus educendi ſunt, prout natura ipſorum docebit.

4. Stercus ſang.

Poſtea nutritio abit in ſanguinem: & ex ſanguine generatur interior mucus pulmonis & pectoris. Hoc ſtercus à ſanguine eſt, eo loco genitum & ſeparatum à natura ex emunctoriis ſuis in regiones externas, & ligamenta &c. ſicut ex ſtomacho in inteſtina. Et mucoſi hi morbi ſimiles ſunt morbis illis ſtercoreis in inteſtinis, ac morbis vrinalibus in veſicâ.

Præterea ſtercoreus morbus quidam eſt ex cerebro, qui mucor eſt narium, ex digeſtione cerebri enatus. In hoc enim quod ſeparatur, per nares exit. Vnde morbus oritur mucidus, modo cæterorum.

Stercora partium ſpecialiũ quot &c. Narium. Aurium.

Alia etiam digeſtio fit in loco aurium, quæ ſe ſeparat à pinguedine aurium, & morbos ſordium aurium producit, ſicut ſtercora reliqua.

Eodem modo & oculi peculiarem ſuam digeſtionem & ſeparationem habent. Ipſorum autem ſtercus educitur per oculos, illachrymando, qui tamen virtutem expulſiuam nullam habent. Quicquid enim mouetur ex reſolutione & fluore, aut apoſtematis & lachrymis, id ſingulares morbos ſtercoreos oculorum producit.

Oculorũ

Ita regio etiam Gutturis, Laryngis &c. ſputum ſuum habet, à digeſtione & ſeparatione ſuâ peculiari progenitum. Cùm enim digeſtio & ſeparatio peculiaris ſit: peculiare etiam erit emunctorium, quod os eſt, ſpumoſi ſalis &c. Hi morbi illius ſtercorei ſunt.

Gutturis &c.

Ad hæc ergo ſi attenditis vos Medici, ecquid de ſtercore nugamini? Tot nimirum ſtercora ſunt, quot digeſtiones: & viciſſim: tot digeſtiones quot ſtercora &c. Vos verò quid de cholerâ blateratis, quod ipſa per aures eiacuetur? Vbi terrarum id vos cognouiſtis? Ita phlegma vobis etiam per nares effluit &c. Nugæ. Hæ nimirùm veſtræ fraudes & impoſturæ ſunt, quibus incautos obtunditis.

Deſiſtite deinceps de humoribus loqui. Dicite potiùs de ſalibus. Ita verum vos profiteri, demum in propatulo erit. Verum autem eſt, digeſtiones in corpore ſeptem reperiri. Tot enim obueniunt ſtercora. Stercus autem nullum ſine digeſtione eſt: vt & digeſtio nulla ſine ſeparatione.

Septem digeſtiones & ſtercora.

Quid verò vos de cholerâ tandem in auribus, & de Melancholia in podice otioſè nugamini? Iam enim choleram cauſamini praſinam, iam vitellinam, & ſimilia nugatoria plurima, quæ tamen vniuerſa fluxæ arenæ ſuperinſtructa ſunt.

Quid ſtercus in veritate ſit, id ex tractatu ſequente cognoſcite, in quo veritatem ipſã eruetis, & humorum veſtrorum vanitatẽ videbitis. Quæ enim de modo pharmacandi proponitis, meræ deceptiones & impoſturæ ſunt: quę de cœcitate veſtrâ & mentis caligine nimis certò atteſtantur.

Humores nihil ſunt.

Sic ergo hactenus, quotuplicia in homine ſtercora ſint, enumerauimus. Iam quâ ratione vnũquis generetur, tractatus ſequens docebit.

TRACTATVS. III.

Digeſtio ſtomachi quid ſit. Digeſtio & ſeparatio peculiaris. omnibus mẽbris inẽſt.

DIgeſtio prima ſtomachi nõ eſt digeſtio, ſed præparatio pro digeſtionibus particulariũ membrorum: & eſt ſeparatio ſtercoris crudi, id eſt ſtercoris communis.

Omne membrũ ſuã digeſtionem, ſeparationẽque in ſe propriam habet, emunctorium, excre-

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 861 sur 913

excrementum, & horum ægritudines sex excrementales.

Vt stercora fiant in ore, in stomacho, in vrinâ, in muco &c. morbi infantiles, morbi pulmonis, item morbi mucoris, hoc est, nasi.

Nota { Colores. Diuersitates. Locus.

Vnde diuersitas? Ex loco: Locus est aduertendus: Inspice cœlum, quid ibi agat, hoc est, vbi calid. vbi frigid. &c. Ergo vbi differt sanitas, differt & ægritudo, non in formâ tantùm, sed in stomacho, inuisibiliter, & sic etiam ibi.

Digestio corporis mira & multiplex.

Operæ verò pretium est, de digestionis virtute dicere, quàm mirabilis illa sit, quòd toties in corpore mutetur. Quæ sicut vniformis non est: ita nec simplex est Medicinâ. Sicut enim virtutes digestionis variè diuidũtur, ita variè ipsas quoque medicinas diuidi decet, non secundùm humores, sed secundùm ipsas virtutes digestionis. Hinc enim desumitur indicatio laxationis. Purgatio verò choleræ, phlegmatis &c. mera impostura est: vt mira in terra, ita etiam mira in homine. Vt mucus ac stercus, quantùm inter sese differunt. Quantùm vrina, quantùm sudor &c.

Humores commentum

Hæ differentiæ vniuersæ ex solâ Microcosmicâ natura emergunt, vt homo similis sit mundo maiori, & comparetur ipsorum diuersitas, ac vt habeat subiecta corpora, in quæ cœlum imprimat. Quot enim operationes cœli: tot loca hominis. Medicus enim cognoscere hominem, & eundem diuidere debet, secundùm partes cœli, non secundùm phantasticam anatomiam cadauerum, quæ solidi nihil quicquam in medicinâ demonstrat. Cœlum autem & terra, aërque ac aqua, quid in homine consistat, plenè docent. Vos autem horum nihil didicistis, sed per arrogantiam à doctis vos separastis, velut canicidæ à viris honestis. Qui, vtcunque suam artem exerceant, nullorum censuram subire cogitant.

Anatomia cadauerũ erronea.

Porrò autem exemplum ex medicina depromptum obseruate pro cognoscendis digestionibus, quî illæ inter se differant, vt stercora cuiuslibet morbi cognoscantur, & intelligantur, quomodo virtus digestionis in vltimam suam materiam abeat. Hoc est, omnia quidem sunt stercora: sed velut secundum locum sunt nobiliora vel ignobiliora: sic etiam aliàs &c.

Iam verò in stomacho aliud est &c.

Porrò quænam est operatio, aut quidnam aufert expertum primum à phlegmate? Phlegma est mucus, qui passionem artheticam, id est, pedum & manuum, sciiæ &c. generat: quid ita? Si incidat in loca non conuenientia. Ibi enim contrarius fit. Si contrarius: ergo morbus. Est ergo specialis, vt in podagrâ sic, in paralysi sic, vt in libris suis habetur, & sic de cæteris.

Phlegma quid?

In his autẽ notabitis, quòd purgatio muci eò cõferat, vt mucus tantùm auferatur. Sic ergo morbꝰ muci est: illa iuuat. Sin minùs, secꝰ facit.

Iam quæ est muci anatomia? quò cadit is in paralysi? quò in podagrâ? quò in sciatica? &c. dentium, aurium doloribus?

Porrò quid fit ex muco, si putrescit? si indurat? Hoc, illud. Sic sua omniũ stercorũ est diuisio.

Sic ergo finitus liber primus est, ex quo scire debetis, quid purgandum sit, quid minus?

Sequitur iam processus, quando, in quo signo cœli & corporis &c. Item quomodo, & vbi &c. Idem per quod &c.

Item quomodo virtus laxationis fit, vnde, & ex qua causa.

LIBER SECVNDVS.

TRACTATVS. I.

SEd vt modum pharmacandi adhuc planiùs aperiamus, fas esse sciatis, vt ex cognitione stercoris, morbi, ex illis geniti, qui sint, cognoscantur. Nec verò morbi saltem ex ipsis producti, sed & illi, quos hi mouerunt. Excrementalium enim morborum causæ duplices sunt: vna est stercus ipsum: altera huius accidentia.

Morbi ex stercore sunt duplices

Morbus quem stercus in sese habet ex digestione, in stercore est venenum. Quia autem venenum est, ideò etiam causa est ad morbum. Et sic veneni modo in sano corpore inficiuntur & incenduntur anatomiæ emunctoriorum. De his deinceps dicetur.

Sic ergo morbi in corpore sunt, qui stercora non existunt, sed morbi veri, qui frequenter stercus ipsum etiam venenant, ita vt modum & naturam suam transgrediatur, adeóque ad nouum morbum causa fiat. Causa. verò talis est. Nempe prima: Quoties morbus: toties noua infectio, & noua aliáque Medicina. Istorum autem venenorum operatio varia est: venenum enim aliquando exiſtit Saturnium, aliquando scorpionum, iam tale, iam aliud &c.

Venena cœlo subiecta. Arcana omnia ex cœlo.

Cœlum autem quoduis venenum regit: vnde repentinæ operationis illa sunt. Arcana enim omnia ex cœlo. Venenum autem est arcanum Ideò ex cœlo est, & scorpionum &c.

Quandoquidem verò ex morbo producatur, operatio eius ad talem morbum mirabilis exiſtit. Cui etsi quidem non sit simile: causa tamen præsto est, ita, vt stercus similetur ab homine, à quo expellitur. Et licèt non sit idem: ei tamen est simile, & monstrum.

Sicut enim homo ægrotans similis est sano: sic assimilantur etiam sibi illa hoc in casu: hoc est, venenũ semper additamentum aliquod habet ad morbum, qui id producit, ex quo ille enatus est.

Morbum ergo illum iudicabitis, prout est discrimen in loco, in essentia, & in morbi veneno. Hûc pertinet Modus pharmacandi, qui cognoscendus est. Stercus enim est materia & argumentum modi pharmacandi. Itaque in re omni cognosci debet ad præstituendam medicinam. De his enim solis morbis hîc tractatur, qui in purgandi modum assumuntur, & ad stercus pertinent.

Quoad causam alteram, nimirùm si morbi alij in corpore lateant & stercus inficiant: sciendum est, quòd, si stercus infectionem à regionibus externis ac peregrinis veluti concipiat, morbi inde non tã graues

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 862 sur 913

generentur, ac ex proprij ſtercoris veneno. Sicut enim morbi per ſe ſunt: ita etiam cauſa eſt vel grauior vel leuior.

Huiuſmodi morbi aliquot ſunt, non tamen multi. Qui quo pacto intelligendi ſint, id tabulis ſeu ſchematibus ſequentibus explicabitur Schemata ea ita intelliges, vt ſcias, vbi egeſtionis morbi ſint, & poſtea quę horum cauſæ exiſtant. Quæ duo diuerſa ſunt.

Notandum morborum differentię, quæ ſunt ſtercoris, quæ non, & qui ſunt Laxatiui: Stercoris ſunt:

Sudor	*Stercus*
Vrina	*Phlegma.*
Mucus	*Excrementa aurium &c.*

Quid purgationis conuenit aliud, niſi vt ſtercora expellant? quæ ſunt:

1. *Vrina*
2. *Mucus*
3. *Aurium excrementa*
4. *Spuma*
5. *Sudor*
6. *Cruor*
7. *Merda*

} *Præter hæc nulla ſunt alia*

Ægritudinum Excrementalium nomina.

Fellis: Icterit. — *Rubea, Crocea, Nigri, Glauca* — Inteſtinorum: *Colica, Iliaca, Tormen, Torſio, Centus, Couſtipatio, Dyſenteria, Lienteria, Diarrhœa, Fluxus* — Stomachi: *Indigeſtio. Debilitas. Superfluitas. Intemperantia.*

Veſicæ: *Arena, Arenulæ, Farina, Alcohol, Cal. alb. Cal. rub., Sperma, vlceratio, Diabete.* — Cauſſantur a: *Felle, Stomacho. Inteſtinis, veſicâ. Renibus, Hepate. Col. Sicc.*

Nomina ægritudinum excrementalium ſtercorum vrinæ: *Conſtipatio, Sanioſa, Altera colore, Fluxus continuus, Sanguis,* — Vnde cauſſantur à: *Renibus. A viis. Hepate. Veſica. Calculo.*

Nomina ægritudinum excrementalium ſtercoris mucoſi: *Fœtor, Apoſtemata, Putrefactio, Fluxus, Catarrhus, Rheuma, Brancha, Anthrax, Pluuitæ, Sanies, Gingiuarum*

Cauſſantur à: *Capitis regionibus. Cerebro.*

Mouentur à: *Cibis, Tempeſtatibus. Putrefactionibus. Nutrimentis &c.*

Mucus: *Pulmonis, Gutturis. Aſthma, Tuſsis. Peripneumonia. Puſtulæ.*

Et ſic de aliis.

TRACTATVS III.

Antequam Tractatum purgandi finiamus, modum eius ita intelligite. Cùm medicina ita inſigniter ſe diuidat in ſuâ operatione, id ſignum eſt diuiſionis etiam in eo, ſcilicet, quotuplices medicinæ, tot morbi, ſeu, quot ſpecies remedij, tot ſpecies merdæ.

Iam ſi medicina probat, vt toties ipſius ſtercus in corpore inueniatur: ad id conſequitur, toties ſimile ſimili iungi debere, cùm ipſa naturę experientia monſtret, ſecundum hanc procedendum eſſe. Ipſa noſtrum inſtitutum minimè ſequitur. Mendacia ergo ſunt, quæ ſparguntur de morborum generibus, cholerâ, phlegmate, melancholiâ, ſanguine &c. Hi enim ſi pro veſtro garritu in corpore ita conſiſterent, neceſſe pol foret, vt ſanum quoque corpus ſimiliter diuideretur, ita ſcilicet, in hâc herbâ eſt cholera praſſina; in iſta, vitellina; hæc eſt ſanguinea: illa Melancholica; iſta phlegma ſalſum.

Natura ſequéda eſt Medico. Humores commenta ſunt.

Sed hęc omnia vana ſunt nec hoc modo natura diuidi poteſt, multò minùs autem homo. Quę enim eſt ratio hominis, eandem oportet eſſe omnium etiam herbarum, radicum, ſeminum &c. Itaque naturam malè diſtribuitis, quò teſtatum facitis, quòd à tot iam ſæculis naturæ conditionem & proprietatem ex Auicennâ, Galeno, & Hippocrate nedum intellexeritis, ſed dubio euentu practicam veſtram inſtitueritis.

Homi. nis: quæ ratio eadem rerum omniũ creſcentiũ.

An verò vobis non pudori eſt, quòd tam tenuiter à medicinâ inſtructi eſtis? Aut ex quo tandem fundamento decantatam illam choleram, phlegma, melancholiam, ſanguinem eruiſtis? Nempe ex oleto putido, ac Medico malè

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 863 sur 913

malè feriato. Nec enim diuiſio illa vllo modo ſubſiſtere poteſt, cùm & ſolido fundamento carcat, ac contra genuinam ſcientiam ſimul ac experientiam miſerè pugnet, nec ad vllam exactiorem probam durare queat. Quinimò & opera veſtra ſatis ſupérque docent, quòd meras nugas ac impoſturas exerceatis.

Homo ad naturam exteriorem compa. randus.

Cùm enim diuiſionem talem natura in extraneis non ſuſtineat: multò ipſam minùs in homine, qui ex illis conſtat, ſufferet. Ad naturam enim extraneam conferri debet homo, non contrà. Cur ergo ex hâc ipſum hominem minimè æſtimatis, aut addiſcitis?

Materia & tẽpus ſtercoris naturam docent.

Vt verò vbinam fundamentum genuinum poſitum ſit, videatis: expendite quæſo vobiſcum, vndenam tempus, & vnde materia proueniat. Ita ſimul exploratum habetis, ex quo ſtercus emergat: quod ita iudicabitis.

Stercus vnũ. qui varium.

Stercus ſimplex ſeu vniuſmodi eſt, minimè duplex.

Ster. ſubſtantia vnde.

Simplex enim eſt, quod in qualibet digeſtione ſeparatur. Quod verò id euariet in ſubſtantia, quantitate, ſiccitate, tenuitate, coloribus acrimonia &c. id altiùs repetendum eſt, hoc modo.

Subſtantia procedit à ſubſtantia cibi. Iſte qualis eſt: talis etiam eſt ſubſtantia. Quæ ſi non producatur, pro natura ſubſtantiæ cibi potúque, tunc in cibo morbus eſt. Itaque nutritio à cibo deficit & aberrat, non minùs ac ipſum ſtercus. Sic ergo ſtercus cum cibo putreſcit inſtar ſtercoris, quod perfectionem ſuam non aſſecutum eſt. Hoctu nugaris eſſe choleram &c. Nugæ. Cholera non eſt: Eſt ſubſtantiæ non perfecta digeſtio, quæ coloratur in multos colores.

Ster. colores vnde.

Eodem etiam modo ſtercus coloratur à rebus incidentibus, vt à cholera, à qua etiam acuitur. Tale autem ſtercus non eſt, ſed quod accedit & ſtercus non eſt, tale eſt, & ſtercus tingit. Interim vos illud choleram dicitis, quæ tamen non eſt.

Ster. actimonia ab influentia cœli eſt.

Sed hæc de materia dicta ſint. De tempore itidem intelligendum eſt, quòd cœlum influentia ſua ſtercus mutet, vt iam luteum, iam acre ſit, quod à Marte eſt: iam nigrum & bolare, quod eſt à Saturno &c.

Quòd ſi ergo hæc præſtat cœlum: vbi vos tandem cum commentitiis veſtris 4. Humoribus reſtitaris? ad palum numellarium, vbi ſuum honorẽ Ringleria quoque detriuit. Hoc proditis, quod hactenus nec Medicos nec viros bonos alios præſtiteritis, vos, meris infamiis diffluentes.

Putrefactio eſt noua generatio in qualit. Ster. ſiccitas à calore.

Cœlum gignit colores, corruptiones, digeſtionéſque nutrimenti, naturæ &c. Et putrefactio alios ſubindè atque alios colores producit. Quælibet enim putrefactio eſt noua generatio guſtus in dulcedine, in aciditate, in acrimonia &c. Hæc autem vobis ſunt cholera, phlegma &c. & quod nigrum eſt, id Melancholiam aduſtam &c. dicitis.

Itidem & calor eſt, qui exiccat. Corporis enim iam motus iſte, iam alius eſt, ſicut Solis in Æſtate. Idem etiam colores omnes producit exurendo &c.

Præterea euenit etiam, vt corpora reſoluantur & liqueſcant à toto. Hoc corpus vobis eſt phlegmaticum, quod tamen caro eſt. Porrò ſanguinis putrefactio.

Quam verò prouinciam ſuſtinuiſtis facilem in aſſerendis veſtris 4. humoribus, & complexionibus? Vobis autem econtrà ſeriò ſciendum eſt, quòd in ſanguine nec choleram, nec melancholiam iudicare debeatis. Iſta enim meræ ſycophantiæ ſunt.

De diuiſione iſtarum rerum, quomodo varient in vrinâ, ſtercore, ſudore, muco, &c.

Vrina quæ cauſa efficiens.

Vrinę cauſa eſt, quòd omnium membrorum totius corporis humores confluant: in naſo ad mucum totius corporis, &c.

Pro his itaque tenete, quatuor operationes eſſe in rebus omnibus: hoc eſt, quatuor corpora, quæ nihil ſunt, in quæ aliquid conditum eſt.

Quot colores proueniunt ex bono: totidem etiam ex putrefactione. Inter hos ergo & genuinos colores diſcrimen noſcendum eſt, quòd nempe ex viridi ruber, ex albo viridis, ex nigro viridis, &c. producatur.

Putrefactio certi nihil indicat.

Idcò ex coloribus nihil iudicandum eſt. Putrefactio enim nihil certi indicat, quę iam in illud mutari poteſt. Cœlum enim, tempúſque ac materia, & locus, hæc omnia immutare poteſt. Quiſquis ergo medicorum ex putrefactione iudicium facit, aberrat.

Hoc ergo loco ſcite, nihil aliud conſiderandum eſſe, quàm putrefactionem ſtercoris: non quidem in ſtercore, ſed extra ipſum, hoc eſt, putredo, cum ſtercore incidit, & cum ipſo naſcitur. In naturâ enim virtutis digeſtiuę incipit generatio ſtercoris, cum quâ ſimul incipit natura morbi, quæ ſtercus ita moderatur, vt in corpore putreſcat. Quod exterius putrefit, id ad corpus nihil attinet. Aliter enim ac aliter fit putredo in hoc loco accidẽs ventorum, &c.

Colores ſtercoris qui iudicandi. Colores omnes in cibis ſunt.

Colores itaque porrò iudicandi ſunt pro cognitione generationis ſtercoris: vbi noſcenda ſunt loca & emunctoria, quæ id ingrediatur.

Iam verò ipſius colores ſunt ex materiâ illa, ex qua emergit ſtercus. In rebus enim eſilibus colores omnes conduntur, ſanguineus, lazurius, ruber, luteus, viridis in felle: niger, albus, in ſplene, cerebro. Et ſic colores omnes complicati ac permixti in corpore à rebus eſilibus reperiuntur. Cum ergo colores omnes in corpore, hoc eſt, in corpore cibi lateant: ſciendum eſt, quòd, cùm cibus & ſtercus inuicem ſeparantur, ipſi etiam colores ſeparentur. Optimum autem in corpore eſt nutrimentum: peſſimum eſt ſtercus. Ita ſimiliter & colores optimi in corpore remanẽt, peſſimi in ſtercus diuertunt.

Nutrimentum in cibo eſt optimum. Peſſimũ eſt ſtercus.

Dum ergo ab innutilibus coloribus res omnes ſeparantur: color Hepatinus in inutili corpore remanet. Res enim vniuerſæ in ſe habent ſtercus & alimentum: ſic etiam colores bonos & malos. Quando autem à rebus illis colores boni ſeparantur, tum remanet color vnus. Is autem non eſt eſſentiæ ſeu colorum: ſed quâ ratione diabolus eſt Angelus, ita & is color eſt. Hic iſte color eſt ſtercoris.

Iam porrò ſi color hic non color malus eſt, ſeu ſtercoreus, ſed oportet colorem bonum eſſe: hoc loco ſciendum eſt, quòd color iſte non ipſum ſtercus ſit, ſed quod vnà exeat nutri-

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 864 sur 913

mentum. Qualis hic ergo color exit: tale nutrimentum ex corpore ſecedit.

Nutrimentum ipſum cũ ſtercore interdũ exit.

Non ergo, ſi flauum exeat, choleram ſecedere dicetis: ſed ipſum nutrimentum vnà cum ſtercore exire affirmabitis. Hoc ergo ſi conſiderandum eſt: ſequetur etiam, per medicinam ipſum quoque nutrimentum quęri debere, non choleram, non phlegma. De cholerâ enim ſi loquimini, loquimini vtique de nutrimento. Cur ergo choleram nominatis, cum tamen in corpore nihil ſit, quod cholera vocetur, niſi quod facit cerebrum veſtrum fanaticum.

Cholera nulla in corpore Colores de vitiis corporis teſtãtur.

Colores vitia coporis atteſtantur, hoc eſt quæ digeſtio vitioſa ſit: alia enim eſt dyſenteria, alia lienteria, &c. fluxus, &c. ſimiliter alteratio temporalis, (*) in æſtate, flaua in hyeme.

Eodem modo etiam ciborum multitudo & alia immoderatio tingit, vt ſubſtantia auferatur, &c.

Quæ omnia hoc fine adduco, vt ſtercora noſcatis, nec in illis merſi ſuffocemini, ſed iugiter ac continenter diſcendo pergatis ſcire, quo modo & quidnam purgare debeatis.

Huc etiam facit cognitio alterationis, non in ſtercore ſolùm per anum egreſſo, ſed in omni corpore, vbicunque iaceat euenientis.

Vreteres. Vrina excrementa multa continent.

Cæterùm vt deinceps de vreteribus dicamus: ita attendite. In vrinâ colores multi continentur: ibi enim excrementa multa conueniunt, ſicut etiam in ſtercore. Vtrobique enim alia expulſio eſt. Emunctoria etenim alia ſunt vrinæ, quæ coëunt: alia ſtercoris quæ coëunt alia cruoris, quæ coëunt: alia phlegmatis, muci, quæ coëunt. Quod enim per anũ elabitur ſtercus, nõ vnum eſt, ſed ex multis congeritur. Sic etiam non vnũ ſtercus cæterorũ eſt. Nam & emunctoria multa ſunt, quæ conueniunt: Item ſaliua, item mucus.

In vrinâ ergò ſedulò opera danda eſt inſpicienda, ne numerus perfectæ vrinæ decedat, nec deficiat numerus perfecti emunctorij. Interim cum inſtituti mei hîc non ſit de vrinâ tradere, rem hanc differo in libros de vrinarum, ſtercorum, aliorúmque excrementorum iudicio.

Colores indicant modum pharmacandi.

Si ergo pharmaca daturi hos colores ignoretis, qui & vndè oriantur: tum ne loca quidem eorum inquirere, ac colores auferre poteritis. Medicina enim ſecundùm generationem in digeſtionibus, non ſecundùm cholerã &c. dirigenda eſt. Ignominioſum eſt, vos ad quatuor illa figmenta minimè depudeſcere, quando dicitis: hæc purgant & digerunt choleram, ideò quia ſtercus luteum faciunt: illa purgant phlegma excremẽtitium quia educunt mucum. Iſta purgant ſanguinem, &c. quia ſubtilia ſunt, nec deiectiones multas faciunt. Quæ verò ſtercus viride aut liuidum educunt, ea dicitis purgare melacholiam. Imò verò, ſi melancholia morio foret, rem vtique diuinâſſetis.

Colores potiùs in ſuis digeſtionibus cognoſcite: ita etiam emunctoria & ipſorũ excremẽta noueritis. Quæ verò vos in vſu ac more hactenus habuiſtis, ea meræ fuerunt ineptię, quod non ſcripta ſaltem veſtra teſtantur, ſed erroneus etiam purgandi modus, &c. qui nihil aliud docet, quàm hoc, quòd, quidnã purgetis aut tractetis tandem, penitus ignari ſitis.

LIBER TERTIVS.

SIcut ante omnia neceſſarium eſt, enumerari errores in re quâlibet committi ſolitos: ita viciſſim conuenit tradi verum ordinem, qui teneri debeat: Pro his ergo porrò ordinem purgandi cognoſcite.

Emunctoria prope infinita

Si ergo ſuperius dictorum memores eſtis: Medicinam diuidite ſecundum loca, quæ ſunt, Cordis, Hepatis, Renum, & alia plurima, quę omnia in ſpecie nec ego, nec alij nòrunt. Interim tamen à propoſito non deſiſtendum eſt, ſed in cognoſcendâ veritate iugiter progreſſus alacres faciendi ſunt, &c.

Deſunt reliqua.

TRACTATVS II.

SVmma proponendi mei argumenti hæc eſt: debere ſcilicet in purgando excrementum, quod creatum eſt, expelli, non nouiter aliquod creari. Hoc cum præcipuum ſit: in eo iacet error virtutis digeſtiuæ. Ibi enim fiunt.

Deficiunt cætera.

FINIS FRAGMENTORVM DE MODO PHARMACANDI.

Schedula in quintum Tomum, ad librum de Morbis Metallicis pertinens.

Mercurij quid? Terra eſt mundus ſingularis. Mercurius eſt Hyems. Sulphur eſt æſtas.

VT verò conſtet vobis, quòd Mercurius ſit tempus dimidium terræ, hoc eſt dimidius in firmamento: tenendum eſt, terram eſſe mundum ſingularem, quæ peculiare ſuum ſydus habeat. Sydus ipſius eſt minera ſeu æs. Mercurius autem æs eſt. Iam ergo is eſt ſydus temporis, hoc eſt eſt hyems terræ. Vt enim videtis, Sol eſt æſtas, & eſt ſtella, vna cum ſtellis aliis partem Hyemis conſtituens. Eodem etiam modo ſtellæ ſunt, quæ Hyems exiſtunt videlicet Galaxa: quæ quàmdiu durat, tàm diu Hyems ac frigus viget, &c. Hoc modo ſciendum eſt, quòd ſimiliter etiam in terrâ æſtas ſit, cuius ſtellę Solis ſimiles ſunt, ſicut ſtellæ Hyemis ſimiles ſunt, Galaxæ. Stellæ illæ ſunt partes duæ: Mercurius eſt pars vna, hoc eſt, Hyems: pars altera eſt ſulphur in montibus.

Pro his ergo cogitandum eſt, Hyemem eſſe Mineram dimidiam, alteram dimidiam eſſe æſtatem: pars dimidia eſt Mercurius, de quo hîc loquor. Sic enim facta diuiſio eſt, vt æſtas ac Hyems ſeſe contingant: ita tamen diuiſi, prout ſupra terram ſeſe inuicem ſequuntur. Sydera omnia Hyemis viuunt in Mercurio, & ſydera omnia Æſtatis in ſulphure, & iuxta ſe inuicem ita manent iugiter. Huiuſmodi ergo eſt natura ſyderis terræ. His acceptis, porrò noſcite, quòd in Mercurio Hyems lateat: ex quâ etiam natura vel proprietate generat tremores, rigores, quæ Hyemis propria ſunt.

Sydera Hyemalia à Mercurio: æſtiua à ſulphure viget.

Reliqua deſunt.

Præfatio Theopraſti

BReuitas meæ practicæ vos nihil offendat, aut ſeducat numerus meorum aduerſariorum.

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 865 sur 913

riorum. Quinimò hoc potiùs cogitate, ex numero cohærentium errores argui oportere eorum, quorum nugas casta & syncera Medicina minimè ferat. Qui curationis veritatem nouit, is Theoricus est, adeóque Theorica ipsa. Theorica enim in curatione versatur, non in cerebro, aut sensu ac opinione. Veteres etsi quidem pomposè & copiosè sua protulerint: momenti tamen illadem nullius sunt, siquidem ex proposito ab ipsis fundamento Medicus emergere nemo potest. Ergo quod ad veritatem non ducit, pro veritate ac fundamento minimè haberi debet.

Multitudo errantium nó pariter errori patrocinium.

Ex vero non nisi verum.

Errata A. Mundus quidem latè patet, sed in eo periti rerum non multi reperiuntur. Multi quidem affectati prodeunt: sed arrogantiæ nullus vsus est. Multi multa somniant: sed extra fundamentum omnia. Hîc verum fundamentum vnicè patet.

Duæ naturæ. Experimenta quidem multa prostant: nullũ tamen in iusto ordine. Hic nouit hoc: alius aliud. Quod verò ipsorũ est auxilium? Nullum. Fortuita periclitatio tantùm.

Vt ergo vniuersi rectam semitam teramus; quod in practica præcipuum est, & in quo fundamentum omnis consistit curationis, ante omnia teneamus. Hæc cum in aliis libris ac voluminibus prolixiùs & verbosiùs tradiderim: hîc eadem breui quasi compendio complector iam, quæ vt ratã meam experientiam vos aceptare omnino fas est. Quod enim fundamentum intimè exploratum habeo, id vobis communico. Clamaces illi sub regno meretricis Babylonicæ meorent, quũ boatum quis curet? Morbi duplices sunt: pœnæ & naturę. Ita etiam sunt duplices Medici: genuini, & adulterini.

Morbi vel sunt pœnę, vel naturę. Medici duplices.

Epistola Theophrasti cuidam scripta.

EXimie Doctor, non est mirum, quòd Medicus Medicum salutat, nempè peregrinus suum peregrinum quærit, & alij quàm plures alienigenæ, suas erga me faciunt cognitiones. Cunctis enim honestis licentia data, seipsos salutare inuicem, inter cognatos & extraneos, & optimè petis, tùm verbis cùm literis, vt quamprimùm redeam. Cæterùm in rebus meis pergere nec desino, nec tempus rapit horam, nec Venus, sed continuus labor, iam iam in his, iam iam in alijs, item vt incepi, quæ scribere placent, scribo, & quæ astra, & quæ tellus imperant, ausus sum depictis illis Physicis scribere, & imprimi facere. Quamprimùm igitur Elbiomenum dulce sit, & Anthrax ægri commodus, ad Norimbergam vt redeam: posse curabo, præcipuè vt personam personæ ostendam, & tuis erga me humanitatibus fruar bonis. Licèt terra me fixum non dedit (vel licèt non fixis pedibus me dedit terra) nec parens immobilem Theophrastum genuit, ob quam causam patria mea paucis tribuitur, & difficillimè sum habendus. Vale, & in quibus huiusmodi tibi gratificari possum, paratum me habebis. Iterum, vale, & vatem Medicum ama.

THEOPHRASTI HOHENHEIM
De Origine Morborum & sanitatis.

De Sanitate, & Ægritudine.

CAP. I. (*Hic Astronomia.*

Homo integer creatus, à mundo afficitur.

PRincipiò, homo sanus, fixus, & integer creatus est. Quamprimùm verò mundum ingressus is est, duo contraria sibi inuicem occurrerunt: à quibus is corruptus est. Externum enim caducum, & internum integrũ, in vno conuenire minimè potuerunt. Ex quibus sequitur, hominem secundum suam creationem sanum quidem existere: mundum verò mortem esse, qui ipsum infirmet & interimat.

Venti 4. mundi, hominẽ tentãtes. Homo & Elemẽta vnum.

Quatuor in mundo venti sunt, qui hominem destruunt. Hi quatuor sunt Elementa, quæ vniuersim & singulatim ad destruendam eius incolumitatem conspirant. Id hâc ratione contingit: quòd res vna sit homo, & quatuor Elementa. Ex his enim ille emersit. In Paradyso is quidem consanuit. Sed in mundum eiectus, morbis tentari cœpit.

Qui morbi quibus mundi temporibus orti.

Anno à mundi exordio surrexit primus morbus febrilis: 1123. surrexit morbus caducus: Anno 1523. surrexit morbus * Anno 5556. surrexit morbus pustularum, lepra, &c.

In mundi initio cœlum æquilibre fuit. Lepra vnde orta.

Omnia autem hâc ex causa, quòd coniunctiones Elementorum ita dispositæ essent. Primum enim firmamentum velut in librâ æquali rerum omnium versabatur. Postea cœlum dissolutum est, ac ex errore libræ terręq; lepra enata est. Ex errore Scorpionis & ignis, pestis. Iam deinceps morbi venient (scilicet N.N.N.N.) hoc est, nouæ phlegmones, nouæ Erysipelæ, herpes mordax. Eodem modo febris mutabitur, quando numerabitur annus 1563. Postea mutabitur lepra, & penitus emorietur: omnésque ægritudines è vestigio creticabunt, præterquam nouæ, velut Reumæ, quæ nusquam morientur: & cum illæ finis morbi fuerint guttæ primæ, iam sunt gutta secunda.

Si ergo Astronomicè generantur: porrò operantur Philosophicè.

Sciendum autem est, influentiam hæc omnia gerere seu moderari. Attrahit enim vniuersas operationes ad malum, ad bonum, ab Elementis cæteris. Hinc per influentiam progressus fit in hominem, prout operatio se habet.

CAP. II. (*Hîc Philosophia.*

Morbi omnes ex tribus primis oriũtur.

EX tribus primis oriuntur omnes morbi, hoc est, terreni, & similes de quatuor complexionibus.

Ex sulphure tot morbi: ex sale tot: ex Mercurio tot. Iam sequitur de curatione ex his tribus.

Sic fiunt humores, sic fiunt qualitates, hoc est: hinc mœremus, hinc ridemus, hinc ploramus. Hæc est affectio mentis, non natura. Natura non plorat, sed plorat interior homo.

Homo est duplex: Naturę & mẽtis.

Hoc modo duo isti homines mutuò conferendi & intelligendi sunt: vnus naturæ: alter mentis. In naturâ non est mors, sed tantùm in mente. Vnde attendi debet, quæ ægritudines

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 866 sur 913

dines externæ, quæ internæ sint.

Qui morbi quo tempore orti: vt Nephritis.

Item ante 4567. Elementaris sanitas corrupta est in corpore terræ,& melancholici morbi generantur. Item anno 5555. Elementum ignis corruptum est, & Cholerici morbi orti sunt: Item phlegmatis Elementum.

Item sanitas quædam durauit ab anno 555. vsque ad annum 999. quo corrupta in Nephritidem abiit.

Paralysis.

Item sanitas constitit vsque ad 96. an. quo dissoluta in paralysin terminata est.

Hypostarcha.

Postea sanitatis iterum pars aliqua periit,& Hypostarcha exorta est.

Plura in his paginis non scripserat auctor.

Aliquæ ægritudines ex Physicâ.

DE STERCORE.

Stercus quid. Stercus duplex.

STercus est putrefactum corpus corporum interiorum, vel exteriorum in interiora ingredientium. Externum est naturale, sanum & bonum. Quicquid enim edimus, id primò putrescere debet, vt ad naturam generationis accedat. Granum nempè fructum in agro non edit, nisi putrescat. Sic etiam cibus potúsque nullum sanguinem aut carnem dat, nisi priùs putrescat.

Putredinis quæ natura sit.

Stercus autem quod intrinsecus emergit,est insalubre, adeóque est morbus, & morbos multis modisparit. Nam in corpore illo, ex quo stercus illud prouenit, nullum est semen ad sanguinem aut carnem: sed se habet velut lignũin arbore. Quâ de causa id stercus aliud est,diuersum à modo dicto,quod salubre est & naturale. Hoc autẽ contrario modo se habet.

Putredo quælibet peculiarem sui rationẽ habet.

Illud autem ex quo stercus prouenit, tale est. Vnaquælibet putredo fœtorem suum, peculiarémque formam ac proprietatem gignit. Sic nimirum frumentum, quod in agrum seminatur,si putrescat,tum longè aliud est in suâ forma & fœtore, quàm si seminetur in stomachum hoc est edatur. In stomacho enim fit stercus hominum, & in terrâ fermentum terræ: & vtrumque tamen res vna est, in hoc vno diuersa, quòd stercus animalium separatum sit à suâ essentia, & remotum. Illud autem in agro, putrescit in terra, & consumitur, vt huiusmodi separatio non interueniat, quia scilicet virtus expulsiua aut separatiua præsto non est.

Stercoris fœtor à calore animalis tam in specie quam individuo.

Stercus autem suum fœtorem adipiscitur ex natura caloris istius animalis hoc modo.Stercus quoduis gignitur ex calore. Quot ergo calores:tot fœtores.Sic suus est homini:sue equo: sue boui, &c.& vicissim,quot homines,tot differentiæ fœtoris in ipsis. Quod idem etiam de bobus & vaccis, ac equis iudicandum est. Hinc ergo sequitur, natura & differentia fœtoris in stercore, prout caloris ratio est.

Sterc. forma colorque vnde.

Similiter & stercoris substantia, forma,color,&c. ex semine emergunt, hoc est ex cibo, potúque.Pro horum enim ratione id tingitur, formatur & inspissatur. Talis enim natura nulla in stomacho residet, nisi fors stomachus ipse ad putrefactionem per calorem contenderet, & tamen ad veram putrefactionem non omnino perueniret. Tunc enim ex dimidio manet, ex dimidio non manet in propriâ sua forma & specie, plùs minúsue, prout appulerit. Hoc si fit,stercus nec fœtorem genuinum, nec iustam formam accipit sed ibi morbus gignitur seu Diarrhœa, quoties ingestum tale in stomachum penetrat copiosiùs vel parciùs, sæpiùs aut rariùs, pro conditione caloris eius, quod in stomacho permutatur.

Illa ergo Diarrhœa prædicta ratione ex cibo cognoscenda est. Qui verò morbi alij inde oriantur in regione altera hepatis? id petite ex isto libello, in quo tantùm de stercore tractatur. Summa hæc est, quòd ex stercore illo oriatur genus colicę in ventre oppilatione, aut nimium perfluuium, vel venti, vel vermes. Hæc, qua ratione ex stercore illo emergant, ita attendite.

Vermes & infecta cur ex ster. core.

Cibus ipse per prauum corporis calorem stercus eò redigere potest, vt ex ipso vermes gignantur. Sic, si stercus equinum hanc ex cibo dispositionem habeat, vt praui coloris indicia prodeant:tunc ex stercore illo scarabæi producuntur. Eadem etiam pecorum aliorum stercoris ratio est.

Similis dispositio etiam in corpore hominis contingere potest, vt ex prauitate caloris, & natura cibi potúsque,tales quoque generationes fiant,quæ in locis & regionibus huiusce retentionis euenire solent.

Vẽtriqui à putredine fiãt.

Sic itidem ex putredine tali generantur venti. Videtis enim,simum quemlibet putridum, vaporem fundere de se. Ex hoc vapore generantur venti,si is inclusus retineatur.Hinc sequitur, quòd in copore, si stercus non, vt esse debet, dispositum sit, aut nimioperè vltra naturam suam putrescat, aut falsam putredinem subeat, leui occasione is effumet. Ex hoc fumo prodeunt venti ventris, quorum nomina varia ac diuersa sunt, pleraque tamen inepte & inconuenienter illis imposita.

Eodem modo si putredo illa in siccitatem abeat, hoc est, humiditas stercori iuncta consumatur, aut corpus humiditatem istam siccitate sua attrahat: tunc constipatio incipit, in intestinis tamdiu vigens, donec calor iste consumatur. Constipationem hanc sequitur colica,nata ex acrimonia in arido stercore latente. Hæc ipsa quoque nomina variè sortita est, omnia tamen incongrua. Nihil enim hic, nisi falsedo stercorum præsto est.

Stercora à cibis varia afficiũtur.

Sic ergo ex cibo & calore varij affectus oriuntur. Ita si aurum edatur, illud *in* stomacho hoc modo annascitur. Eodem modo & in intestinis, &c. Ita & ferrum, stannum, &c. Ita lapis, Saphyrus, Granatus, Rubinus. Ita malè coctus cibus. Item potus. Item permixtus Tartarus, &c. Ex hisce enim omnibus varia producuntur, in intestinis nata, Medicóque apprimè cognoscenda.

Caloris putridi qui effectus.

Cæterùm autem stercus,quod ex substantia corporis prouenit generatur, si calor corporis putridus est. Sicut enim exteriùs in cœlo motus nonnullos ita esse dispositos videris,vt fructus in arboribus,item nuces in putaminibus, item castaneas, &c. putrefaciant:ita etiam calores putridi in corpore existunt, qui sanguinem in venis putrefaciunt, vnde Diarrhœa: aut putrefaciunt sanguinem in carne, & huius similiter substantiam, vnde Dysenteria: aut humores, vnde fluxus ventris, &c

Diarrhœa Dysenteria Fluxus &c. vnde.

Quoties ergo cunq; pars substãtialis liquida in

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 867 sur 913

in putredinem abit, toties peculiare genus fluxus ventris oritur: quod putrefactionis ſuæ naturam ſubindè redolet.

Principium ergo ipſorum in hoc eſt:

Ratio { *Sanguinis, Carnis, Inteſtinorũ, Humorum* } *Hoc modo incipit, & hæc ſigna ſunt, itaterminatur.*

Porrò etiam notate, quibus ex cauſis abeat in inteſtina, ex manibus, pedibus, neruis, lacertis &c. Cauſa autem primaria hæc eſt.

Conſumptio quælibet in corpore &c.

Hîc deſiit auctor ſcibere, non abſolutâ ſententiâ.

DE ANATOMIA OCVLORVM.

Prologus in totam Anatomiam.

In Anatomia omni quę ſpectãda

IN Anatomiâ quâlibet hæc tria omnino cõſideranda veniunt, Subſtantia, Materia & Forma, quomodo ſcilicet vnum cum altero conſentiat, ac conueniat. Quî verò vnum in alterum abeat, vel omnia ſeſe mutuò contingant: id ſcriptores alij localiter deſcripſerunt nec malè operam ſuam locârunt, quantum quidem loca attinet.

Subſtantia eſt ab extra,
Forma ab intra.
Materia in ambabus.

Omnis Anatomia oculotum phyſica eſt duplex: ſcilicet { *Integra.* Et eſt de corpore integro, iuxta veram anatomiam, benè & rectè compoſitam, abſque impedimento, ſed totum integrum. Corrupta: Et eſt iſta, quæ tractat de corpore phyſico, iuxta anatomiam oculorum corruptam, ſcilicet quando integrum corruptum fuerit. Et eſt corruptio integri.

Compoſitio oculorũ ex trib. conſta; ſcilicet { Subſtantia. Eſt iſta, quę habet & formam, & Materiam in ſe, & dicitur ergo ſubſtantia. Sed in hâc parte eſt ſubſtantia aliter ſumpta, id eſt iuxta totam anatomiam oculorum. — Compoſitum eſt hoc in tribus ſuis per integrum, & facit totum Subſtantia eſt iſta. (Huc depingenda erat forma crucis & vtriuſque oculi. Materia eſt iſta, quæ habet ſubſtantiam & formam. Sumitur in hâc parte aliter, id eſt tantùm propter compoſitionem materiarum, quę vel qui ſunt, & vnde, & quid materia oculorum. — Hæc habent materiam videndi, ſed non viſum. Materiæ ſunt iſtæ: Sulphur, Mercurius, Sal. Forma. Eſt iſta, quę habet materiam & ſubſtantiam, & eſt res viua, ſed in hoc loco differt ex eâ ratione, quòd rotunditas oculorum operatur in hâc ſpiritus ad perfectionem. — In his eſt rotunditas, & facit oculum Viſio eſt reflexio circuli &c. In alio aperta, hæc clauſa, ſed intrinſeca, hęc extrinſeca. } Quomodo hoc? Reſponde

Arboris & oculi cõparatio. Oculi radix in fronte.

Subſtantia. Videtis vtique, quî fabricator arbori ſuam radicem, deinde caudicem, poſtea ramos, tandem flores, denique fructus condiderit: ex quibus arbor poſtremò tota conflatur. Iam notate: hîc radix eſt in fronte: & eſt duplex. Oculi enim ſunt Gemelli. Et genus quidem in generatione vnum eſt, ſed duo tamen fœtus. Quâ de cauſa duę etiam cellę ſeu loculi conditi ſunt, qui crucis in modis ſeſe interſecant, ita, vt oculus dexter radicem habeat in latere ſiniſtro, & ſiniſter in dextro, ac circulum conſtituant in *pedeſſen*. Nulla enim crux ſine centro eſt. Crux ergo centrum dat. Et qui centrum non habet, is oculorum vitio tenetur, vt limis videat. Oculi ſunt compoſitum quid, velut circulus aut annulus. Crux dicta eſt medium (quale compoſitum quoduis habet:) in circulo conſiſtens, nec vnionem aliam habens. Hinc autem ex centro diuiditur ſurſum in radicem, deorſum in truncos, qui duo ſunt, & ſunt Gemelli.

Crux nulla ſine cẽtro.

SVBSTANTIA.

Oculorũ cõpoſitio qualis. Oculorũ quis flos, fructus, cortex, lignum &c.

OCuli ſunt Gemelli, hoc eſt duo fructus ſeu fœtus, crucis forma nexi ob rationem cẽtri, quod vnamquamlibet compoſitionem integram, hoc eſt, *integraſtrum* habere decet. Cõſiſtunt in centro, & deorſum caudice, ſurſum verò radice reſpiciunt. Trunci hi ramos non emittunt, ſed tantùm fructus, hoc eſt, flores dant, aut materiam, & dant fructus, hoc eſt, viſum. Flos eſt albus, fructus puniceus: vtrique ex ſe dant corticem, hoc eſt, tunicas. Lignum eſt, quod intra tunicas & radicem interiacet. Medulla eſt, in qua viſus viget, qui eſt ſubſtantia. Declaratio ſequitur.

MATERIA.

Oculus quî ſe circa tria prima habeat.

MAteria autem conſtat ex tribus: S.SS.M. Sulphur eſt flos & fructus, in omnibus coloribus, ſecundum modum reſolutionis, extra corpus viſorium. Corpus viſorium eſt Mercurius, in quo viſus iacet, ſine aliis materiis, perfectus. Sal in vtriſque eſt coagulatio, quod partes has in formam vnam reducit, hoc eſt. Eſſentiam illius complet. Declaratio ſequitur.

FORMA.

Forma oculorũ cur crucifera. Oculi & Solis cõparatio.

FOrma eſt crucifera, hac de cauſa, quia centrum Gemellos parit. Hoc vt cadit, ita generantur Gemelli, Poſtea Gemellus quiuis in formam ſuam ſeu rotunditatem egreditur, hac de cauſa, quia oculi locum Solis in corpore quaſi in Microcoſmo cõplent. Et ſicut Sol facem præbet cœlo & terræ, & ſuo ipſius corpori, quæ quatuor ſunt elementa: ſic oculi pariter facem dant ſuo corpori. A Sole autem differunt in hoc, quòd radius nõ ſit ſenſitiuus. Viſus enim noſter in ſuo corpore nihil parit. Sol autem eſt oculus ſui corporis, ita interius operans & lucens. Oculi verò quantum quidem corpori opus eſt.

Declaratio, vt ſequitur. Rotunditas facit reflexum: vt in Declaratione ſua.

Declaratio rotunditatis

Sol oculus. 4. Elementorum.

ATtendite verò quî viſus fiat in oculo. Videtis nimirum, quatuor Elementa rem eſſe vnam, quorum oculus Sol eſt. Cætera habent opthalmiam & ſcotomiam, ac in lib. De Morb. oculorum enumerantur in Archeo Elementato. Sicut ergo Sol imaginem facit, & ſine eo Mundus ſtare nequit, ita homo quoque eſt microcoſmus, nec ſine oculis ſubſiſtere poteſt. Iam verò ſæpius Microcoſmus cœcus eſt: non item Mundus. De hoc ita accipe. Vnus oculus eſt in Mundo. In M. multi, quos omnes videre & operari, neceſſarium non eſt. Talis enim eſt potentia Diuina, & Dei conſilium quoad hominem. Is ſicut in vtero materno homini oculorum adimere poteſt:

Solis & oculi quanta neceſſitas. Dei vis infinita.

Oculus est rotũdus Anatomi vtri, usque. quanta necessitas.

test: ita suum etiam elidere oculum potest mundo. Sed id nunquam fecit. Oculus rotũdus est,& talis esse debet.Exterior enim anatomia similis est interiori: & interior in suâ forma similis est exteriori.Anatomia enim in hoc posita est,vt anatomia mũdi & Microcosmi res vna sint.Nec saltem anatomia hominis noscenda est. verùm etiam ipsius Archei. Vtræque enim anatomiam vnam constituunt: id quod anatomia archei vtriusque mundi docet.In hisce etiam anatomiis continentur omnes ægritudines oculorum. Luna enim est oculus, sed læsus,scilicet scotomiâ ex rubedine de albo segregata .Iam si Microcosmus scotomiâ laborat, tunc Albedo à rubedine segregatur,& in rubedine scotomia iacet. Sic porrò etiam de Opthalmiâ: Xelses stella sursum micat,non deorsum. Stella Dladus obiectam sibi cataractam habet.Illa videtur quidem:sed non lucet. Quæ verò maculam aut vnguem habent: eas in totum minimè videmus. Sic etiam in homine instituenda anatomia est circa oculos, sicut in Archeo. Nota, de Terrâ, Aqua & Igne.

Luna est oculus læsus

Xelses stella &c. Dladus stella &c.

Declaratio Materiæ.

IAm verò vi fecis, quàm subtiliter Sulphur resolutum sit in stellis, quæ rami sunt de oculo, & centrum est Sol. Si etiam hic oculorum SS. ex tribus primis subtilior est floribus omnibus, & sulphur est nobilissimum. Hoc SS. destillatur & purgatur, & est de materiâ oculorum subtilissima, & est SS. id quod in Elemento Aquæ Rubinum gignit: est SS. id, quod in Elemento Ignis Galaxam facit: quod in terra grana tum producit: quod in Aëres cruces spargit ac iactat. Hoc inquam SS. est nobilissimum,quod centrum constituit & caudicem. Iam viciſſim verò fructus ipsorum est Mercurius, qui in suis tribus pro natura sua purus & clarus consistit, ac sese sublimat.Non enim est de virtute resolutionis, sed sublimationis. Omnium primò extrinsecus abit in centrum, & suam viriditatem foris relinquẽs: liuiditatem, & congenitos colores cæteros omnes suos retinet. Præterea, quod in toto circulo subtilissimum est,id in centrum cogit. Hoc subtilissimum iam est,id nimirum,ex quo fiunt diaphana albedinis in 4. Elementis: Berillus, Camphora, Manna, Persica. Iam verò vt ad summum disquiramus, Solis materia & esse, ipsius æquum est in mundo, versùs mundum, id est, Microcosmum. Ita quod in Microcosmo oculus est,id in Macrocosmo vocari oculus debet. Iam verò habent etiam subtilissimum spiritum in coagulatione, claritatéque ad rubeum, idque omnium perspicacissimè.

Oculorũ sulphuris quæ natura, Sulphur est flos oculorũ.

Mercurius est oculus fructus.

Diaphana 4. Elementorũ quæ.

Declaratio substantiæ.

SVbstantiam videte, quàm subtilis ea constituta sit. Tria prima habet subtilissima. A sulphure subtilem limpidam rubedinem: à Mercurio subtilem diaphanitatem: à sale subtilem spiritum. Venæ,in quibus sulphur iacet, sunt cortices trium primorum. Nec subtiliores cortices vlli sunt alij. Propter enim subtilitatem trium suorum primorum resoluuntur. Præterea adhærent etiam crystallo adeò subtiliter, vt nullus vnquam cortex suo corpori adeò exquisitè adhæserit. Huic quid simile est? aut quis ex omnibus corticibus corpori suo ita vnitus est, ac iste solus? Nulla abies certè, nulla balsamus, nulla alnus: nulla cupressus, aut buxus. Nulla etiam cutis infra Elementum Aquæ adeò subtilis est,nullus Adamas, nullus carbunculus: In aëre, nulla *Solna*, nulla tereniabia. Solum Elementum Ignis cum Sole suo, Sol vnicus est: hîc autem Gemelli. Quid in Sole est, quod non etiam in oculo sit, ex omni Archëico Ares Nymphalibus ac cœlestibus virtutibus? Sicut Sol Lumen dat suo oculo: ita oculi suis Elementis. Et vtraque sunt Elementum & Elementatum.

Substantiæ oculorũ subtilissima.

Solna &c.

Finis de Integro..

SEQVITVR.

Praxis Anatomiæ vniuscuiusque, id est, De Corrupto.

EX allegatis superioribus, iam discursum ita instituite. Nulla res vnquam tam integra fuit, qnin aliquando corrumperetur. De hac corruptione mihi explicandum est, adcóque accuratè. Hinc enim Medicus fieri incipio, hoc est, Oculista, Nec te huius pudeat: cum sit spagyricum. Vobis descripta est totius oculi anatomia,quid sit, porrò scitu etiam opus est corruptio oculorum, quæ secundum tria accidit, scilicet substantiam, materiam & & formam, veluti anatomia docet.

Ex substantia,hi oculorum morbi oriuntur: Ophthalmia, cœcitas; ideò, quia substantia aberrauit in sua compositione,ita, vt coniunctio facta sit erroneè. Fit autem hac via,quòd radix, quæ Gemellos parere debet, vtrinque excurrit, id est, permixtè, & fiunt Strabi &c. Sic etiam, si centrum coagulatur à spiritu salis, tunc generatio falsa est, & cœcitatem parit. Et hæc de natiuis dicta sunt. Aliàs ex natura morbi nulli oriuntur. Item ophthalmia est multiplex; Quære in declaratione.

Morbi qui ex oculorum SVBSTANTIA.

Ex materia oriuntur cataractæ, scotomia &c. si resoluatur &c.

Ex forma morbi nulli oriuntur, nisi consũptio oculorum,si illi tabescant in forma,aut intumescant, ac ex centro suo egrediantur. Notate, quod hęc etiam laxatio ex consumptione vel tumore strabos faciat pueros, non ita natos.

Hac de re plura in his paginis non scripserat auctor.

Finis Fragmentorum Tomi V.

INDEX.

INDEX

In Libros Quinque Priores Medico-Chymicos Genuinos THEOPHRASTI PARACELSI.

Numerus paginam, litera *a* primam paginæ columnam, *b* verò secundam indicat.

A.

ABin schiui pagina 225
Aboali. ibidem
Absynthij vel rorismarini stella 374 b.
absynthij Sulphur, Sal, liquor centum & sex morbos mirabiliter curant. 377. b.
Abundantia & defectus quales morbi. 278. b.
Acacia & agrestia stipant. 211. a.
Academiæ latronum similes 232. b.
earum præiudicium taxatur. 77. b
academicorum reprehensio. 811. a
Accessionum duratio 547. b.
Accidens pro ipso morbo curatum à medicis. 409. a.
accidens pestis vt se habeat 433. a.
accidentia hostilia Alchymistæ 15. b.
pestis quibus anteuertantur. 411. a.
vna cum peste curanda. 431. a.
qualia ibidem
vulnerum accidentibus sequiora 420. a.
accidentium pestis cura. 412. b.
item spasmi, menstrui, maniæ & dysenteriæ ibidem.
accidentibus sublatis natura validiùs morbum aggreditur 409. b.
Acetosa hyemem, salsa æstatem referunt. 613. b.
acetosa duplicia. 323. a.
occulta quæ & vbi 324. a.
acetositas mineralibus insita ibid.
in variis est ibid. b.
humoris partes rodit 584. a.
fontalis duplex, perceptibilis & imperceptibilis. 323. b.
acetosum naturale. ibid. a.
accidentale. ibid.
Acetum lac separat. 558. a.
spiritu caret. 584. b.
rosaceum. 399. b.
Acida noxia neruis 467. a.
aciditas causa separationis sanguinis. 558. a.
congelat arenas & calculos. 584. a
terræ. 709. b
Acidulæ sunt Saturneæ. 456. b
calidæ apud Friesacum 247. b
Egenthinæ omnium præstantissimæ ad stomachum. 323. b
Acori & caduci aquæ & aëris similis natura. 674. b
Actio requirit subiectum habile. 404. b
actiones humanæ aut ex Deo aut ex cœlo. 683. a
Acuatiui descriptio. 562. a
Acus qua cadauer linteis insuitur 392. b
acuta medicamina calculosis vitanda. 537. b
Adam ex paradiso eiectus 429. a
hominum non pater nec Eua mater. 200. b
omnium vetustissimus. 164. b
omnium tristissimus. 162. b
calidus & humidus fuit. ibid. a
ab Angelo artes accepit, 669. b
factus materialis. 167. a
quo peccarit. 368. b
boni causa. 163. a
is & Moyses Cabalistæ 176. b
Adamas & magnes vt edant. 819. a
adamantis alimentum 812. b
durities deficiente ipsi nutrimento tollitur. ibid.
Adamitum, 441. a
Adeps insensilis. 430. b
Admirari stultorum est. 197. b
admirationem sequitur perscrutatio. 110. a
admiratoribus omnia magna 636. a
Adulterorum examen. 395
Ægri sunt libri medicorum. 317. b
sanandi quæ habere debeant. 221. b
de morbi loco interrogandi. 564. b
ægris cur opus medico. 47. a
ægritudo in quib. consistat. 31. b
ægritudo permixta. 355. a
vt tractanda. ibid.
ægritudines secundùm singula elementa quadruplices. 342. b
Ægyptiacarum dierum cognitio hodie adulterata. 668. b
Æquilibrium in homine seruandum 762. b.
Aër. 21. a
ante creaturas vniuersas à summo bono. 10. a
aër ab astris regitur, 708. a
corpus & non corpus 235. b
inspiratus non est aër hominis. 472. a
internus non externus pestis causa. 468. b.
in peste frustra emendatur externus. 398. b
non tangibilis. 198. a
qualis obuius talis attrahitur. 716. a
quid & vt inficiatur. 530. b
solus morbos pulmoni infligit. 701. b
Sulphuris, loco vulgaris attrahitur aëris. 715. b
aëris variæ differentiæ. 708. a
pestilentis mundificatio 385. a
aërem coagulant, camphora, spodium, fel ardeæ & balsamus de galbano. 542. a.
Æsculapius & Machaon. 114. a
Æstas & hyems hominem vegetant & absumunt. 593. b
Ætas hominis quæ. 750. b
Affectus humani quid in supernis gignant. 406. a
Agallia 484. b. 537. b
Agaricus confortatiuum in peste. 369. b
venenum muscarum 495. a
Agens quoduis requirit subiectum 121. b.
Agresta. 456. a
agreston. 530. a
Agri in Bohemia non stercorantur. 442. a
Alabastrinum quid. 441. a
Albertus Magnus. 3. a
Alkali. 505. b. 714. b
quæ comprehendat. 712. b
de serapino curat profluuium. 752. b
mineralium sumpti signa. 712. a
Alchimia, 206. b. 343. a. 345. b. 633. a
quid doceat & faciat. 324. b
quid tractet. 334. a
cur Nigromantia dicta. 634. a
naturæ æmula. 756. b
mors rerum. 711. a
ventriculus externus. 208. a
præparationis magistra. 589. b
cur a Deo instituta. 275. a

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 870 sur 913

alchymia necessaria medico. 321.b 343.b
vnde eruenda. 206. b
qualis. 274. a
an aurum paret. 343. b
est columna medicinæ. ibid.
naturalis artificiosæ index. 184.
alchimiæ finis 208. a. non aurum non argentum, sed arcana. 213. a
laus. 670. b
vtilitas & necessitas 273. b
quanta arduitas. 207. a
alchimiã quatenꝰ tractet auctor. 343. b
alchimista, quo fine à Deo destinatus. 13. a
qualis artifex. ibid.
quæ virtute venenum separet & cur à Deo conditus ibid. b
naturæ æmulus. 211. a
alchimistæ potentia quomodo in homine se habeat, 14. b
alchimistæ cur viuaces. 720. a
alchimistarum error vnde ortus. 812. b
alchimistica opera quid noceant. 720. a
Alcool quid. 547. b
rei cuiuslibet subtilissimum. 537. b
vini exsiccati. 507. b
alcolæ partes & signa quot 798. b
alcolitæ vrinæ morbi ibid. a
Alexander Metensis 615. a
Alienum quid in Decalogo. 252. b
Alimenta in corpore. 18. a
medicamentosa. 98. a
omnia stercus habent. 815. a
alimentum quid. 44. a
homo est. ibid. b
nullum sine excremento. 65. a
omne primò est rude. 556. a
nostrum est quod nos sumus. 44. a
tale quale quod alitur. 754. b
alimentum omnes partes alliciunt. 325. a
alimento egent quæcunq; viuunt 55. a
omnia viuunt. 812. b
alimentorum sola essentia quinta corpus fit. 520. a
Allium pestẽ non inficitur. 437. a
est medicina pestis. ibid.
pestis præseruatiuum. 399. a
Alumen continet elementarem humiditatem contra ignem microcosmi. 721. b
xxxij. morbos curat. 377. b
id & sal & vitriola differunt. 719. b
aluminis multa arcana 209. b.
aluminosi morbi qui 171. b
plumosi morbi qui ibid.
Spiritus commoditas. 719. a
præparatio & administratio. 722. a
Amarum conuertit dulce non contra 531. a
Amentia morbi diabolis perperam assignatur. 564. a
amentiæ species quinque. ibid.
Amna alkalizata. 456. a
Amor hereos. 126. b
mutuus vnde. 23. b
conciliatur quibusdam simplicibus 574. a
amoris conciliatio vel naturaliter fit, vel magicè. ibid.
fascinum per stercus. 581. a
hereos causa per corpus visibile 127. a.
Anabaptistæ perstringuntur. 141. b
eorum character. 119. b
obstinatio. 118. b
Anachmi. 386. a
Analentia. 734.
Analepsia. 496. b
Anatomia per physicam & chiromantiam probatur. 655. a
medico quæ noscenda. 654. b
maximi facienda. 40. b
quotuplex. 42. a
vna rerum omnium & quid 228. b. 654. b
quid doceat. 658. b
docet potentiam rerum. 638. b
exterioris hominis medico quàm necessaria. 196. a
hominis ex Astronomia discenda 814. b.
localis. 42. a
materialis. ibid.
cadauerum erronea, mera imperitia. 643. b. 821. a
matricis alia sana alia ægra. 692. b
morborum non corporum ad medicum spectat. 643. b.
mortis quid. 42. b
oculorum. 41. a
rerum ex operatione sumitur. 685. b
anatomiæ forma vnde noscenda. 658. b
ordo & linea. 40. b
imperitiæ incommoda. 41. a
vtriusque necessitas. 828. a
vrinæ necessitas. 81. b
in omni anatomia quæ spectanda. 827. b.
Angeli cur naturæ abdita sciant. 636. b
angelis omnibus natis erit dies nouissima. 637. a
angelica natura hominis vnde. 636. b
Anglia cretosa. 456. a
Animalia omnia ante hominem. 359. b
quot ante hominem fuerint. 360. a
cruoris tartarum tantùm concipiunt. 311. a
omnia suam habent resinam. ibid. b.
quæ ex cadauere hominis 540. b
quæ venenum digerant. 370. a
animalium omnia sunt in homine 652. b
Annus est duplex. 724. a
vnicus tantùm est. ibid.
mineralium. ibid.
Platonis. 765. a
Thaletis Milesij fuit cccIxix. dierum. 750. b
anni quot dies & partes. 724. a
microcosmi horæ sunt vigintiquatuor. 379. a
terræ æstas & hyems quales. 724. a
Anodus. 449. a
is & calx qui operentur. 529. a
Anodyni descriptio. 478. b. 479. b
Anthera. 488. b
Anthos lutei præparatio, vis. 352. b
Antichristus est vermis. 425. a
Anticipationis & cunctationis febrilis causa. 478. a
Antimonium. 714. b
quæ comprehendat. 712. a
contra icteritiam glaucam. 491. a
caduci remedium. 673. a
putredinem arcet, item vini essentia, Sanguis humanus coralli. 546. a. b.
Saturnũ trãsmutat in venerẽ. 627. a
id bisemutum & metalla tartara dant. 298. a
antimonij dos & laus. 297. a. 587. a
sumpti signa. 712. a dosis ʒ ß. 503. a
Anus est zephyrus. 631. a
& vesicæ emissoria conuenientissima. 817. a
Apodeldoch remedium lapidis cum vlceratione. 329. b
Apollinis opera vnde facta. 405. b
Apoplexia. 737.
est pulmonum infarctus à mucilagine. 524. b
fortis vis Dei. 603. b
justiùs dicitur Mercurius cacochymialis. 43. a
apoplexiæ cur cibus, potus, humeres non sint causa. 603. b
futuræ signa. 504. a
cuiuslibet signa. 546. b
signa. 547. a
tres causæ. 603. a
generatio. 732
Apostema maniæ causa non est 606. b
non naturale. 739.
apostematis in pulmone aut pectore præcautio. 746. a
apostemata & carbunculi vt fiant. 430. a
apostematum generatio. 738.
Apotheca naturæ est mundus. 277. b
apotheca & apothecarius hominis qualis 278. a
apothecarius naturæ Deus. 277. b
Appetitus corpus sibi fingit. 425. a
directorium rei sumendæ. 411. a
prægnantium à matrice non à ventriculo. 160. b
vis. 123. b. 759. a
appetitui promiscuè omnia danda in cura tartari. 325. a
appetitui pulmonis varij. 709. b
Appropriata se inuicem frangunt velut acetum & lac. 561. a
in sua natura vnà sunt 560. a
specificæ duplicis naturæ. 561. a
appropriatio est vltima causa distributionis alimenti. 559. a
Apum rex ex gobio. 372. a
Aqua. 21. a. 295. b
apprimè necessaria in homine. 369. a
butyro feruido injecta cur crepat. 671. a
cibus est lapidum. 812. a
cur sulphur & hoc vicissim illam trahat

trahat. 379.b
cur flaueſcat 592. b
materia prima mineralium & lapidum. 307.b
matrix mundi. 91. b
matrix omnium rerum. 80.b. 362.b
quî probetur 456.b
ſi deſtilletur putreſcit. 442. a
mater elementorum 361. a
ea & terra ab igne & aëre regunt. 359.b
articulorum eſt ſinouia 443.b
lumbrica. 456.a. b
fortis omnes lapides vi ſpecifica frangit. 560.b
marrubij, barbæ Iouis, betonicæ nenufuris contra morbos minerales. 722. a
panis porcini diaphoretica 714.b
prunellæ in peſte vtiliſſima 532. a
Saturnea 456. a
ſpiculæ cerebri hydropem lethalem prodit 477. a
vitæ contra mortem 437. b
aquæ miræ vires 561. a
articulorum duplex excrementum 82. b
de cerafis præſtantia in icteritia 756. a
tartari præparatio. 588. b
vitæ penetrantiſſima præparatio. 588. a
ex aqua lapides, metalla 641. b
aquæ ferrum ſoluentes 326. b
fortes metalla ſoluunt 561. a
vnde parentur & earum ſpiritus quid noceant. 719.b
graduationis 720.a
regum vt parentur. ibid.
aquoſitas ſalis quotidie excrementaliter exit. 795.b
Aquilatus. 191. b
aquilæ vbi cadauer 269. b
aquilegium ſpinoſum quid præſtet in tartaro 326.a
Arabes & Chaldæi quales medici 3.b
Araneæ vt appendenda 491. a
ex realgare 172. a
araneæ induſtria & beneficium. 392.b
ex igne. 494.b
ex menſtruo à Diabolo excluſæ. 393. a
Arbor fructum fert ex ſcientia 275. b
bona bonos fert fructus vt intelligendum 103. b
boni & mali quid. 359. b
morborum & rerum medico noſcenda. 356. b
arboris & oculi comparatio 827. a
arborem nigromanticam truncans cur ſeipſum vulneret. 25. a
arbores quædam epilepticæ 564.b
Arcanum quid. 106.a. 498. a. 712. b
eſt cœlum medici 594.b
ſolutione proditur. 209. a
id aut medicina. 691. b
corpus impedit. 209.b
totius naturæ menſtruoſæ. 508.b
arcanum de gilla 352. a
in aridura quale 594. b
Auerrois contra hydropem cordis 476. b
calculi veſicæ 330. b
cordis aurum potabile 351. a
lapidis 329. b
renum, ſplenis, hepatis 352.a. 353. a
arcani auri deſcriptio 351. a
proceſſus ſcriptus non eſt. 210. a
tartarei præparatio. 327. a
arcana 50. b
à medicina quî differunt 203. b
omnia ex igne 209. a
coctura ſuffocantur 212. b
cur ſic dicta. 589. b
omnia ex cœlo 821. b
multa in expulſis. 810. b
quæ verè ſint. 208. b
quæ cuiuſlibet partis in hydrope 526. a
ſunt ferè 692. a
quibus maiora vel minora dentur 673. b
rerum quæ 42. a
ſunt volatilia 208. b
generalia non ſpecialia, ſunt ſumenda & quidem ex his quæ morbum pepererunt. 712. b
maniæ ab adiutoribus dæmoniorum ſunt diſcenda. 607. a
contra morbos principalium membrorum. 729. b
ad icteritiam, araneus, lacertus, ſtercus equinum, rhabarbara. 489. b.
naturæ medico ſcienda 414. a
podagræ quinque, eorum præparatio qualis 328. b
ſoluendi tartari 327. a
tartari è lapidib. petita ibid.
ſola alchymia pandit. 210. b
operari ſine corpore 242. a
arcanorum aliquot formulæ 589. b
vis. 205. a
Archelaica ſecreta. 670. b
Archeus eſt diſpenſator rerum corporis 528. a
alius in viro, alius in fœmina. 98. b
archei diſcretio 173. a
in corpore vis 97. b. 815. a
opitulatrices duæ virtutes expultrices. 299. a
corporis ratio. 297. a
archeitas in ſale ſita 539. b
ſtomachi quibus confortetur 492. a
Archidoxa aſtronomica. 727. a
archidoxas author curæ ſingulari conſcripſit. 667. a
Ardor à ſulphure 66. b
ardoris gulæ cauſa. 69. b
ardorem bubonis tollit ſulphur in vino coctum 376. b
Arenæ vrina qualis. 482. a
qui coagulentur. 560. a
Argentum cura lepræ albæ 503. a
eſt Saturnus 724.
laxatiuum. 720. b
argentum viuum, venenum. 254. b
eſt Luna 724. b
viuum quid in nobis operatur vt Luna cœli, ſed hanc fugere non poſſumus illud verò benè 724. b. 725. a
argenti viui genuina appellatio ibid.
morbi à cæteris differunt. 722. a
Aridura. 593. a
vt fiat. 625. a
ea, tremor, contractio, extenſio, collapſus, ſtupor, vomitio contracturam ſequuntur. 585. a. b
non eſt ab obſtructione 594. a
eſt defluxus liquidi 625. b
quæ verè dicatur. 626. b
particularis dolores magis mouet 625. a
vniuerſalis indolens eſt 593. b
ariduræ cauſæ 593. a. 626. a
generatio ibid.
genera quot 593. b
ſigna diſtinctiua 625. a
cura duplex. 627. a
dolor variat ratione ſubiecti 625. a
particulares & vniuerſales dolores diſcernuntur. 627. a
præeſt Saturnus ibid.
aridurum duplicem artus ſuſtinent ex ſe ex interni membris 593. b
Ariſtoteles 188. a
taxatur. 148
is & Albertus notantur 642. b
is & Galenus notantur 193. a
Arlatum tempus 383. b. 471. a
Aromata orexis cura 445. a
Aroph renum mala delet. 353. b
Arſenicus arſenicum, venenum venenum curat. 341. b
venenum maximum 255. a
eſt minerale aqueum 169. b
hominem interimit. 708. a
arſenici feruor vt elidatur. 720. b
vires. 11. b. præparatio. 255. a
delphus 384. a
arſenicalia quotuplicia. 471. a
arſenicalium morbi 171. a
quot genera 383. b
arſenicarum ſtellarum vires 11. b
Ars, phantaſia 30. b
non eſt coactio 193. b
omnis neceſſaria à Deo accipit 121. b
propter abuſum non temnenda 273. b
ars à medicina differt 751. a
ſignata quid. 312. a. 324. a. 364. b
medicis neceſſaria 327. a
in quo poſita 365. a
eius laus ibid.
medica vt exercenda 260. a
cur longa, & ex quibus conſtet 751. a
medica per ſe breuis illis, qui donum veritatis habent & non in ambagibus verſantur ibid.
artis propria primò diſcenda 375. a
præſtantia 121. b
eius & naturæ ſimilis præpara-

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 872 sur 913

tio. 556. b
artes ex alchymia 675. a
ex philosophia 674. b
ab experientia 673. a
inuentæ per nigromantiam & necromantiam ibid.
ex pyromantia ibid.
ἀποδεῖξις 257. a
ex astronomia 674. b
ex physionomia ibid. a
ex geomantia 673. b
ex anatomia 674. b
ex chiromantia ibid. a
omnes à Deo 217. b
omnes perfectiones in spiritib. 143. a
omnes in Planetis 686. a
omnes discuntur institutione 220. b
à consiliis imprudentibus 672. b
non omnes in vno loco 255. b
non vltro obueniunt sed quærendæ sunt. 256. a
paupercula 257. b
sunt vbi artifices 269. b
artium ab insomniis inuentio 672. a
creator Deus 669. b
finis. 141. a
doctor & discipuli eterni 669. b
viæ septem 1ª. per spiritus & angelos 2ª. per consilia 3ª. per experientiam 4ª. per sortilegia 5ª. per chiromantiam 6ª. per physionomiam 7ª. per formam. 670. a. b
artes diabolus adulterat. 218. a
quomodo acceperit Adam 669. b
Artemisia in cœlo Venus 228. b
puerperæ purgandæ 443. b
Arthetica 744. a
eius generatio 314. b
Arteriarum dolores omnes ex glutine. 452. a
Artifex corporis duplex 810. b
artifices ibi vbi mineralia 257. a
quibus fumis quilibet obnoxij. 718. a
artista & cœlum vt similes 628. b
artistæ subtilitatum omnium authores 575. b
Ascarides 494. a
Ascendens in phlebotomia sedulo cognoscendus 772. a
suus cuilibet parti proprius 619. a
ascendentes quot in homine 201. a
Asclites 735
Asmatheus 129
Aspectus matris qui fœtui noceat 160. b
nouitiorum nihil conferunt pesti. 434. b
planetarum in phlebotomia non attendendi 766. b
Assa colorum promotrix 97. a
Assalij quid. 490. b
Assumpta vt in corpore mutentur. 520. a
Asthma. 707. a
tribus modis pulmoni infertur. 708. b
asthmatis causa. 505. a
cura 714. a
signa 505. b. 547. a
variæ causæ 709. b
remedia 505. b
eius & luis metallicæ vna theoria 707. a
eius & morbi metallici vna theoria 708. b. 709. a
asthmati & lui metallicæ obnoxij. 707. a
Astrum basis scientiæ cœlestis 199. b
in morbo duplex considerandum 681. a
omne est corpus inuisibile 641. a
pater est hominis filij 200. a
quilibet morbus 680. a
summum in homine est ibid.
terræ 664. b
astra an fingant hominem 167. a
caducum matricis producunt 681. b
corporis qui censenda 235. a
elementorum 753. a
essentias angelorum & diabolorum præsentant. 636. b
hominis homo sunt 632. a
in homine omnia 235. b 421. a
astra improbitatis humanæ causa non sunt. 260. a
in cœlo se librant 198. b
in mundo angelico nulla 636. b
liberrima 8. b
liberè vagantur 235. a
medicum gignunt 780. a
medici opus perficiunt 207. a
nihil possunt in generando homine. 149.
nihil in fœtum iuris habent 161. a
non inclinant 8. b. 10. b
mutationem in se habent ibid.
nihil potestatis in corpus habent 7. b
qua ratione corpora nostra occidant 8. a
vt per cutem infringantur 236. a
vteri quadruplicia proferunt 678. b
astra portat chaos 235. b
astris quatenus indigeamus 8. b
astrorum in hominem vis 572. b
astronomia quid tradat 197. b
ea, philosophia, medicina ars vnica 413
physica medico necessaria 723. b
astronomiæ contemptus causa insciti 251. b
ignarus nunquam sit medicus 18. a
imperitia medico damnosa 818. b
astronomus 191. b. 345. a
vnde auguretur 406. a
quadruplex 228. b
quæ signa præternaturalia accipiat. 424. a
astronomo minor homo non cognitus. 202. b
astronomi 665. a
notantur. 163. b
duplices. 345. a
genethliaci taxantur 350. b
in specie & individuo nihil sciunt 419. b
pestem per collationem præteriti præsagiunt 417. a
vnde prædicant 470. b
astronomorum supercilium. 62. a
astronomus cœli facies duplex 422. b
Asula & rebisola contra morbum metallarem. 729. a
Athanar 80. b. 576. a. 669. a
aquam ab oleo separat. ibid.
aliter operatur quam ignis 520. a
Attractio a sulphure non calido 358. a
Attractirix virtus promiscua trahit. 302. a
attractrix & expultrix in matrice vna sunt sed variabiles 302. a
Attila Hunnorum tyrannus 245. b
Auaritia ex cœlo hominis 424. b
eius vis 83. a
Auctor vide Theophrastus cur alio more de morbis loquatur. 521. a
qua pulsus causa de podagra scribat. 634.
eius quod propositum 555. b
auctores ac magistri triplices 636. a
qui admittendi 95. b
qui pro testimonio admittendi 107. a
auctoribus fidere insitia est 210. a
Aues spiritum gabalisticum habent. 177. b
auium præsagia naturalia ibid.
Augustus, Iulius vermium causa 608. b
Auicenna taxatur 148. 618. a
is, Galenus, Hippocrates discipuli tantùm sunt non magistri 651. a
Rhasis medici naturales 2. b
is & Galenus nugatores 402. b
vterque notatur 618. a
is & Valescus notantur 448. b
Aureus pendet ℥ j. ß. 481. b
Auribus nihil infundendum 549. a
aurium &c. qui stomachi, oculorum quæ excrementa 811. a
iis nihil infundendum prætertutiam 509. b
Aurum est mercurius coagulatus 722. b
generale arcanum 713. a
sui elementi morbus est veluti omnes mineræ 170. a
cura lepræ rubeæ 503. a
cura summa tartari 526. b
caret vitriolo 323. b
confortat cor 341. b
incarnatiuum optimum 439. b
est cor, Luna cerebrum 341. b
id, argentum, scoriam aut æruginem non eiiciunt 717. a
etiam sine corrosiuis soluitur 331. a
id & argentum in metallo vno 128. b
solutum membra roborat 633. a
diaphoreticum pro peste 755. b
confortatiuum hydropisis 623. a
id, gemmæ remedia pestis 439. a
aurum potabile efficax in hydrope pulmonis 477. a
idem est cordis arcanum 351. a
purpuratum 581. b. quid. 587. b
auri contra caducum præparatio. 673. a

essentia

essentia quinta hominem renouat. 557. a
quæ dosis, virtus in solo colore inest. 587. b
vnciæ quinque vix auri drachmam vnam continent 681. b
auri potabilis vis & laus 587. a
præparatio ibid.
aurum argento præstantius cuaritia fecit. 51. b
Auster est vmbilicus 598. b
Auxilium omne a Deo 142. b

B.

Balneum podagræ obest 328. a
id & ara corpus aperiunt 511. a
de rapis tollit dolorem tartarosam 488. b
raucis noxium 505. b
balnei ex rapis vsus contra tartarum. 507. b
balnea colicos contractos faciunt. 585. a
ea & inunctiones quando calculo nihil commodent 449. a
artificialia qui paranda 325. b
balneatores pleramque consumpti. 502. b
Balsamitio præseruatiuum pestis 434. b
balsamus hominem sistentat 330. b
quid, putredini præseruatiuum 452. a
ἄνοσον 529. b
qui contracturam curet 467. a
contra contracturam 589. a
cum galbano & oleum vulpinum contracturam curant 633. a
is & flores antimony a lepra præseruant. 545. a
naturæ 171. a
conseruat antimonium, mamma. 503. a
mumiæ summa medicina pestis. 412. a
terræ 336. b
balsami humani subiectum sal ibid. a
Bangouia 712. b
Barbæ rubra dolosor atra 656. b
Basilea tangitur 117
Basiliscus visu interficit 124. b. 343. a 419. b
visu interficiendo sui ipsum interimit 124. b
visu inficit. 431. a
ex veneno menstrui mulieris 392. a
sine matre nascitur ex vitello patris. 407. b
basiliſci generatio 117. a
venenum quale. 417. b
collatio cum peste 407. b
Beatitudo æterna summum bonum. ab hoc secundum cognitio naturæ. 148
Benedicta garyophillata quid in tartaro præstet. 326. a
Berillus ex glacie 623. a
Bicipites vt nascantur. 168. b
Bilis ob crassitiem stomachum & intestina non transgreditur. 596. b
Bipedes cæteris præstantiores. 150
ij, cyclopes, monoculi an ab vno patre. 149
Bisemutum tartarum dat. 298. a
Bitumen peruersum quid. 443. a
Bleyberg. 247. b
Boletum ceruinum confortatiuum in peste 369. b
Bolus mercurium transplantat in Saturnum 627. b
boli generatio 730
Bonum omne ab Adamo 163. a
omne a Deo 138. a. sic medicina ab eodem 266
à malo cum periculo elicitur 715. a
malo vbique opponitur 322. a
nimium venenum est 781. a
id & malu in omnib. elemētis 472. a
bona omnia hominis sunt 144. a
Deo excolenda suum cuilibet 277. a
bonorum quis vsus laudi sit 218. b
diuersa ratio ibid. a
bonus malo vbique permixta 71. a
Boreas est dorsum 598. b
Borussia 374. a
Bos integer vix octo libras habet liquoris essentialis 480. a
Botothinum est flos morbi 641. a
Bructerus 146. a
Brunsuiga 374. a. 674. a
Bubonum durities vnde 387. b
Bufo remedium pestis 251. b. 398. a
Bulla quid notet. 800. a. 804. a
in vrina quid notet 797. b
Bursa pastoris sanguinem sistit & non sistit. 239. a

C.

Cabaliæ prisci ignari 408. a
cabalistica 371. b
pars magiæ 405. b
Cacedonius calculus pessimus 442. b
ex cacedonio ignis elicitur 614. b
Cacœthes scribendi taxatur 268. b
Caducus 615. b. 665. b
ex animi affectibus 607. a
est morbus spiritualis 574. b
est tonitru 664. b
morbus viridellus 43. a
propriè e lunæ incidit 618. a
quomodo generetur. 666. a
quot remediorum modis curetur 574. b
fœminarum quos latentes morbos suscitet 689. a
materialis vnde 679. b
matricis ex astro est non ex humoribus 687. a
malè suffocatio matricis dictus. 678. a
vteri morbus muliebris ibid.
caduci antidotum hac ouillum, pastinaca, sanguis humanus, cranium hominis 543. a
auersio superstitiosa, superstitio astronomica. 516. b
causa 662. b
alimenta 671. b
ratio eius astris ibid.
caduci causa tonitru 679. b
cura. 680. b
qualis 682. a. in quo consistat 667. b 669. a
curatio duplex. 668. a. 671. a.
cura canonica 670. b
confortatiua quæ 575. a
descriptio ex gabalis petenda 617. a
examen 498. b
generatio 687. a
parox. sui qui fiant 685. b
vary vide 687. b
medicina duplex, corporis & spiritualis. 574. b
remedia qualia esse debent, colligatiua constrictiua specifica 570. a
quatuor species 665. a
dieta quæ 543. a
remedium 352. a
id debet esse generale specieb. omnib. conueniens 570. a
caduci causa in omnibus vicentib. sunt nutrimentum, ebullitio, spiritus vitæ 565. a
in caduci cura quæ considerandæ 497. b
secundinæ quæ 575. a
signa duplicia 689. a
ventris & membrorum cura vna est 496. a
vteri signa 678. a
caduco obnoxij mustella, leones, sciuri. 616. a
caduco vteri cur solæ fœminæ tententur 680. b
caduci matricis quatuor sunt sanguinis, carnis, chai, ignis 685. b
caducorum differentia ex anatomia partium discenda 688. a
examen 542. b
generatio 734
remedia hirundo, papauer, crystallus, tereniabin, v. elementa 674. a
Cæpe pestis medicina 437. a
Cafæ præparatio 353. a
Cagastri morbi ibid.
Calcedonium & crocus aquam tingunt 497. a
Calcinatio quid. 343. b
Calculus 39. a
author i tartarus cur dicatur. 448. a
metaphoricè ita dictus 289. b
non nascitur ex phlegmate sicco 449. a
is & arenulæ qui distent 560. a
solo dolore proditur. 761. a
quot sæpe annis colligatur 448. a
in renibus vt coaguletur 510. a
Laxosus confirmatus non curatur. 448. a
perlatus 312. a
calculi generatio extra tartarum quib. familiaris, eius generationis modus 83. a
locus 84. b. 85. b
signum 492. b
secandi temeritas 329. b
materia signorum vrinæ 449. b
v. scalus error 421. a

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 874 sur 913

calculo qui magis obnoxij. 84.b
in eo pro inungendis renibus 748.a
calculi omnes in aquam soluendi 562.b
quando plures & qui fiant 73.b
ex articulis 452.a
in renibus quales 448.b
cur non virides, cyanei & nigri 73.b
calculis vnde color ibid.
calculos & arenas aciditas congelat. 584.a
calculosi omnes cur non contracti fiant 584.a
multi nec tamen ex ingestis aut hereditario 450.b
Caldarium 589.a
Calieta est fungus iuniperinus 538.b
quid. 488.b
Calor vt gignatur 620.a
is & ignis diuersa 721.a
vbi is est ibi ventus 446.a
is & frigus moderata gignunt 363.a
fœtorem stercori conciliat 815.a
gradum excedens causa putredinis & vermium 608.a
duplex. 767.a
natiuus est sicut sol in mundo 757.b
febrilis quis 758.b
qui differt à natiuo ibid.
caloris humani dignitas 50.a
putridi affectus 826.b
calidit.is ab igne 59.a
Calui villosis meliores 656.b
Camphora, mumia, spodium caduci remedia. 673.b
Cancer morbus ex influentia 776.b
vt curetur 778.a
cancri extingunt inflammationes & resolunnt tartarum 311.b
Canis morsus cur lædat 425.a
natus in vulnere à cane morsi 369.a
magnetē habens miracula edit 136.a
os concoquit 323.a
is, pituo, cucul⁹ quando vomāt 369.a
vetulus loco non assuescit 765.a
canū morsui medetur lucij cutis 365.a
Cantharides vt parentur 537.b
diureticæ 484.a
Caput admodum sensile 616.b
mortuum quid 295.a
capitis doloris curatio 397.b
remedia 507.b
causæ tres ibid.a
capitella alborum alkali colores eluunt 629.b
Carabe 308.a
quid & vbi reperiatur 477.a
eius & sapphiri stercus 812.b
Carbunculus qualis morbus 523.a
carbunculi vnde dicti ibid.b
Cardo benedictus & curat & conseruat præ tartaro 326.a
Carduus contra pleuresin 365.b
licet spinosus tamen homini salutaris 138.a
Carinthia cur sic dicta 245.b
quando angustior facta ibid.a
metallifera 246.b
eius translatio in Austriam 246.a
fodinæ primæ Germanorum ibid.b
Carinthij à Carolo Magno regalia accipiunt. 245.b
Caro vt paretur in medicinam 325.b
non prodest, spiritus viuificat 177.a
caprea & fumus mercurij sublimati caducum gignunt. 542.b
suilla & brassica noxia 483.a
suilla bauarica leprosis similes facit 546.a
carnis color 800.a
carnes ferinæ admodū tartarosæ. 312.a
Cartilaginis color 800.b
Caseus ex quibus constet 530.a
casei quæ ratio & natura 456.a
diuersæ materiæ 309.b
in Augusto & Iulio facti putrescibiles & vermiculosi. 608.a.695.a
Castorum examen 395
Catalepsia 496.b
Catalentia, epilentia à nucha oriuntur. 496.a
Cataracta 549.a
Catarrhus arteriæ causa nō est 594.a
Catena Veneris 368.b
Caulis romanæ laus & cōpositio 612.b
Causon quid. 507.b
Causæ distingunt morbos nō oculi 627.a
Cenigotum 542.a. 498.a
eo caput in caduco secandū, aer coaguland⁹ spina dorsi aperienda 543.a
Centaurea herba hepatica 442.b
febres purgat ibid.
ea & crocus colorē attrahunt 487.a
eius liquor serpentes interficit hypericum bufones 499.a
Centrum 453.a
rebus nomen dat. 685.a
fœminæ 93.a
morbi in omnib. obseruandum 539.a
centra morborū quatuor & quæ 529.b
pariunt morbos. 201.b
Cephalica qui fiat. 565.a
Cerebrum 19.a
vt comprimatur 572.a
id & cor valde distant 403.a
id, splen, cor, pulmo, renes 19.a
id, pulmo & ventriculus à spiritibus metallicis afficiuntur 718.b
doloris impatiens 605.b
luna microcosmi 393.b
an lunæ dicatum. 727.a
aere indiget 717.b
non euacuatur per aures 403.a
felis insanire facit 581.a
cerebri color 800.a
confortatio 742.
præsidia quædam 351.b
cerebra duo sunt ibid.
Ceremonia desperationi affinis 144.b
ceremoniæ nullius virtutis 145.a
quos spectent ibid.
in quibus consistant. ibid.
adultæ superstitionē augent 144.a
eas Deus repudiat ibid.
cur eas Satan inuexerit 145.a
Cereuisia tartarū duplicem gignit 61.b
Cerui cordis os defensiuū pestis 412.b
vrinæ vis in peste 372.a
Ceruſſa ex plūbo mol, bditis &c. 646.a
Ceuillus lithriasin à proprietate cura 561.a
qui in terra gignatur 560.b
Chaos 598.a.707.b
astra portat 235.b
in homine quale 496.b
cuius naturæ 598.a
minerale nutrit immobilia 812.b
pulmonis cibus 708.a
per vniuersū corpus diffusum 552.b
chai natura vnde 708.a
influentia ex dominante minera coniicienda. 710.a
Characteres præstigiæ non sunt 137
characterum operatio ibid.
ortus & vsus nō est superstitiosus 141.b
de characteribus qualiter sentiendum 140.a
characteralis sanatio quomodo peccet. ibid.b
characteritia ars collectitia 146.b
characteristicæ vis & certitudo 387.a
Charitas est emortua 258.a
est radix medicinæ 659.b
charitatis quæstus 258.a
Dei & proximi defectus signum desperationis 175.b
Cheiri sanitas hepatis, eius præparatio, Epar roborat sanguinē nouat 352.b
Chelidonia a peste præservat 373.b
ea, centaurea, pediculi icteritiæ remedia, 638.b
Chelidoniam oculis prodesse qui interpretandum 373.b
Chibur vt præparetur 354.a
balsamus pulmonis ibid.
Chiromantia, vnde 639.b.657.b
artium inuentrix 408.a
est inuentrix remediorū pestis 435.b
multarum artium inuentrix 674.a
ea & anatomia 655.a
qui consideretur à medico 639.b
est vel externa vel interna 658.a
Chiromantiæ dignitas 639.b
laus & vsus ibid.
subiectum manus 640.b
Chirurgia 646.b
eius subiectum 2.a
chirurgi & balneatores quales 215.a
Cholera. 21.b.342.a
est morbus 271.a
figmentum 226.b
in sanguine non est quærenda 772.b
non est causa tincturæ 629.a
nulla in corpore 824.a
ea & melancholia nihil sunt 817.a
ea & phlegma mera medacia 342.a.b
Christus in persona visibilis fuit 632.b
est duplex medicus 429.a
qua vi curarit ibid.
Scaturigo vtriusque salutis 251.a
sine medio satiat 136.b
solus finis philosophiæ 154.a
non omnibus probatus 214.a
Christi verborum sensus 104.a
dictum explicatur 244

ætas quanta 750.b
discipuli quales eligi 104.a
doctrina efficax 251.b
Chorea lasciua est morbus S. Viti 568.b
quid & vnde 117. b
choreæ lasciuæ cura 578. b
causa duplex, vna ex veneris risuis altera ex obiectis imaginatiuis 568. b
choreæ lasciuâ infantes qui corripiantur ibid.
choreæ iracundæ vt curetur per imaginationem 578.a
Choreæ variæ formæ & vnde 569.b
à visu & auditu modus seu generatio ibid. a
tres species & tot curæ 578.a
naturalis remedia 579.a
meretricum quales 569. b
Chronici morbi sine gradibus spagyricus sanari nequeunt 551. b
vnde iudicentur 807 b
Cibus 366.b
quid & medicina & quo vtraque distent 691.a
est astrum 679.b
est homo 97.b
naturæ innitæ præsertim ante crises cum periculo obtruditur 759.a
nullus veneno caret 610. b
is & potus optimus qui simul sit medicus 755. b
quid homini præstet 18.b
tenuis conuenit in morbis repentinis & intensis & cur 755.b
terræ ros 622. a
vbi is est, ibi stercus 819.b
cibi digestio 445.b. 815. b
in corpore qualis præparatio & digestio 480.a
partes duæ sunt sanguis & excrementum 309.a
in vno bolo omnes partes hominis insunt 815.b
circa cibum tria in stomacho contingunt 378. b
in cibo dando quæ spectanda sint 758.b
cibi ac res aliæ quo pacto tartarum gignant & cum eo plures paroxysmos inducant 309.a
alimentosi an à medicamentosis differant 97. b
omnes tartarum habent 456. b
corrumpuntur stomacho praue habente 309. a
debent simul esse medicina 756. a
potulenti 70.b
stomachi duplices ingesti, non ingesti. 610. b
veneno nobis sunt 12. b
sunt subiectum morborum foris ingredientium 421.a
medicati & eorum dosis 756.a
vermiculosi inalubres 608.b
leues. 755. b
ciborum qualis mutatio 442.a
medicamentosorum dosis & vnde ea æstimanda 756.a
Ciconia serpentes coquit. 323. b
præparata potenter pestem extrahit 370.b
Cicutæ rationi noxiæ 605. a
Cinis sal est, sal autem materia tartari 309. b
cineratio à sale 66. b
Circulus etiam in puncto vrinæ quid notet 804. b
Citrinus lapis 484. b
Clarum est ex crystallo 534. b
Clysteres medicamen turpissimum & vtilissimum 464. a
Coagulatio vnde 59.b
finis omnium metallorum excepto mercurio 722. b
opus spiritus salis 298. b
non fit sine oblectatione spiritus salis 299. a
quo differat à congelatione 59. b
tartari & glacies qui differũt 328.b
duplex ratione assumptorum & naturæ ipsius 556. b. 557.a
coagulationis causa spiritus salis 298.b
item duplices spiritus humani 298.b
coagulationes a quot elementis 60.b
coagulatum omne locum peculiarem poscit 305. a
neq; expellitur nec attrahitur 302.a
ex coagulato omnia 519. b
coagulatorum & resolutorum perpetua reciprocatio ibid. a
coaguli cura 479. b
Cochab sydus 371.a
Coctionis ventriculi signa. 785. a
coctiones æstate & autumno cur peiores 758. b
calidæ tartari occasio 309.a
coctura pharmacopœorum nihili 212.b
Codices medicæ bibliothecæ elementa. 296.a
Cœca tempestas qui fiat 616. a
cœco visus non deest 61. b
cœcitas &c. ex caduco 687.b
Cœlibatus an vouendus 127.a
Cœlum ægrotans malum in hominem transfert 203. a
arcanum medici 594. b
an corpora disponat & fingat 7.a
ager sui seminis scil. imaginationis hominis 367. b
colores in homine educit & quomodo 596. a
consenescit vt homo 253. a
dominus hominis 414.b
duplex superius inferius 614.a
externum non inclinat 632.a
hominem non regit ibid.
ex terra, hæc ex illo suum liquidum trahit 633. b
fauet virtutibus 416. a
hominis, medium quibus promouentur quibus reprimatur 603.a
hominis homines regit 632.a
hominis faber 426. b
inferius superiore benevolẽtius 595.a
idea hominis & vicissim 629. b
in hominem vim non habet nisi ab eodem acceptam 435. a
infanti nihil communicat 19. b
id & terra vnum essentia 815.b
id & homo quotidie aliquid noui fingunt 367.b
in mundi initio æquilibre fuit 825.a
id & elementa non nisi irritata nos lædunt. 415.a
inclinat non cogit 418.b
laborator mirabilis 629.b
magistratus superior 424. b. *magistratu superius* ibid.
medium est medicum 626.a
medici quid. 624.a
mechanicum est 680.a
moderatur vniuersa 367.b
morborum seminator 769.b
mundi non est nobis aduersum 419.a
mutat chaos 708. a
nomina dat morbis 240.b
non corpus sed arcanum tantùm dirigit 346.b
non secundùm suam voluntatem sed naturam suam agit. 416.b
omnia producit. 614.a
operationi simile 619.b
omnes opifices habet 679. a
opifex mirus 597.b
plastes artificiosissimus 609.a
pater artificum ibid.
physico duplex considerandũ 622.a
id planeta, ascendens, constellatio &c. vnum 630.a
quæ proferat 340. a
quid. 166.b
sibi ipsi medetur vt canis 202.b
sapienti famulatur non dominatur 427.a
tinctor 596. a
tam affabrè propter hominem factum 814.a
vermium causa 608.a
vnde constituatur 166.b
vita terræ 591.a
vindex factorum humanorum 381.a
peccatorum 368. b. 423. a. *malorum* 412. a
cœli cura 592.a
dislocatio qualis sit 619.a
eius & hominis vna operatio 679.a
eius & intellectus par ratio 619.a
facies duplex astronomis 423.b
influentia qui auertatur 713. b
manus stellæ 417.a
motus constans 620. b
vnius cur non vna affectio 201.a
vis impediri nõ incitari potest 602.b
terminus, terminus vitæ 627.b
Cœna Domini in aliud quid versa 174.b
Cœnobiorum fornicatio tollenda 388.b
Cognitio morbi Domini est etiam cognitio medicamenti 415. a
quæ perfecta 189.a
sine scriptione potior scriptione sine cognitione 210. b
quantum quisque cognoscit tantùm flagrat. 282.b
Cohob. 351.b. 471. a

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 876 sur 913

Coitus raucedinẽ parit in leprosis. 545. a
eum roborans satyrion 364. b
Colchicum 219. b
Colcitar 614. b
Colcothar, eius vsus 99. b
Colica 39. a. 533. a
à loco ita dicitur 631. b
Australis, Eurica, Zephiric a quid. ibid. a
ea & iliaca vnus morbus 465. a. 598. b. suo loco differunt 531. a
ea seu ventus subtilis quomodo in artus erumpat. 600. a
insanabilis quæ 529. a
pro lunæ facie fit. 632. a
quid & quid non 465. a
quid & quæ eius causæ 630. b
quid & quæ eius sedes 463. b
Sibethina 227. b
vt terminari soleat 630. b
vt in artus transferatur 631. b
colicæ causa duplex exposita 599. b
causa quæ 630. b
excrementa non sunt. 599. a. sed vnica gutta 465. a
cura. 633. a
arcana pinguia 466. b
quotuplex 631. b
curandæ arcanum 600. b
experimentum in principio vel paroxysmo præsente 747. b
eius & arthritidis ex ea nata curatio. ibid. a
colicæ genera varia à sale 356. a
generatio eadem quæ ventorũ 598. a
dolor à pontagio 465. a
modus triplex 599. a
sedes & motus 465. a
signa 464. a. 630. b
cardinales quatuor 598. b
species. 191. a
vinum essentiale 747. b
venti subtiles 631. b
de colica sententiæ diuersæ 446. a
in ea, laxatiua cur non conueniant. 465. a
Collectum quid. 441. a
Collyrium ad scotomiam 510. b
Colocynthis vermes valde exigit 494. a 495. a. 541. a
vt & agaricus 540. b
colocynthij ex saccaro & vicissim 612. b
Color est spiritualis non corporeus 595. b
ex semine est 286. a
ex putredine de morbis nihil indicat. 818. a
morbum testatur 537. b
mutatus morbi index 596. a
omnis est corrosiuus 487. a
quid in homine præsagiat & an de humore testetur. 22. a
in vrina qui sit æstimandus 794. a
duplex 816. a
albus frequentior & prior post flauus 596. a
lazurius 501. b
orizeus ibid.
colorũ cruoris tres sunt ordines, 799. a
colores 40. b. 645. b
de vitiis corporis testantur. 824. a
indicant modum pharmacandi ibid.
iudicandi qui sunt 816. b
omnes corpori ex cibis induntur ibid.
omnes sunt in corpore ibidem
omnes in cibis sunt 823. a
omnes in vrina. 796. b
omnes in omni re 596. a
morbos corporis notant 817. a
qui in quib. planetis scil. in venere, marte, mercurio, luna & sole 629. a
qui quarum partium in vrina 796. b
qui à quib. partib. fiant 595. b
stercoris vnde 823. a
qui iudicandi ibid.
vt insint rebus 628. a
alieni morbos indicant partiũ 595. b
duo tertium producunt ibid.
inuisibiles, transmutatione visibiles fiunt ibid.
stercorum ex nutrimentis 816. a
tincti & nõ tincti vt differant 828. a
colorum humanorum species 595. b
promotrix assa, ressella adeptrix 97. a
colores homo nec dat nec aufert sine natura 645. b
Columnæ quatuor omnem medicinam tradunt 182. earum summa 183
Commotio innata 314. b
sua rerum omnium 319. b
Complexio 690. a
est astrum ibid.
gemina in medicina reputur, ad medicum nihil spectat 38. a
vincit complexionem 721. a
complexiones an certi quid de homine statuant 21. b
quid & quales 162. a
refelluntur & euertuntur 37. b
non sunt causæ morborum 38. a
quatuor omnino reiiciuntur 39. a
vnde 21. a
Composita corpora dant compositum tartarum 293. b
compositio medicaminum in quo consistat. 671. a
naturæ emẽdari à nullo potest 284. b
Conceptioni hominis astra omnia cohabitant. 679. b
Concomicum corpus 643. a
Concomica signa in herbas & homines quos cadant 642. b
Concordantia coniunctionem, coniunctio multiplicationem dat. 686. a
Confidentiæ incommoda 111. b
Confortatiua cerebrũ & stomachũ 742.
confortatiua in peste 369. b
vu ab archeo mundi 358. a
Congruitas quid. 219. a
Coniugium 751. b
medici & medicinæ ibid.
duplex 75. a
Coniunctio caducum fabricat 679. a
vel est nocturæ vel artis 655. a
coniũctione opus est ad fabricãdũ 679. a
Coniuratio nib. quid reb. accidat 146. b
Conscientia 176. a
Conseruatio consistit vel in ipso ventriculo vel in tartaro demendo. 323. a
Consolida herba vulneraria. 657. a
Consuetudo non facile mutanda 611. b
in quibus naturam mutet 518. a
Consulis cuiusdam prouerbium 657. a
Consumptio & aridi as differunt 626. b
consumptionis membrorũ causa 315. a
Contentum 800. a
contenta vrinæ quid significant 804. a
Contractio à styptico 465. a
Contractura 464. a
à vino qui fiat 586. a
ab ira curatur difficulter maximè in fœminis 585. b
ex phlebotomia 767. b
ex colica triplex 584. b
quid & qualis 385. a
ex lasione corporis est pessima & dupliciter contingit ibid.
sub zona ex calculo, huius generationis modus 583. b. 584. a
est quintuplex 583. a
vt per fumum curetur 588. b
cõtracturæ ex colica variæ formæ 584. b
ei remedia duplicia interna & externa 587. a
cura mercurialis 729. b
cura pinguia arcana 464. b
generatio 733
remedia qualia esse debent 586. b
sint spiritualia 587. a
remedia sunt 1. taxus & vulpes 2. galbanetum 3. serpentina 4. iuniperata oliueta. 5. liquor aurimumiæ. 464. a
ad contracturam balsamus ex serpentina. ibid. b
contracturæ quædam cur sanantur causa prima & secunda 590. a
Contraria ex vnoquoq; nascuntur 271. a
simul se non ferunt 725. b
non simul 730. b
contrariis pelli falsum 196. b. sed sua re non contrarium contrario curatur 356. b
eorum vna scientia 203. a
contrarietas in rebus naturalibus vniuersis 711. a
non est elementi ratione sed proprietas in eodem elemento 725. b
contrariarum operationum causa cælum 239. a
Corallus ruber præstantissimum remedium & præseruatiuum pestis 369. b. eius laus ibid.
coralli ad caducum præparatio 673. b
contra terrorem infantum 773. b
corallorũ succus aduersatur pesti. 412. b
arcanum vt fiat 351. b
Cor, sol est 20. a
hominis ibi vbi thesaurus 268. a
non euacuatur per alas 403. b
cordis affectus toti corpori infiguntur 570. b
arcanum aurum potabile 351. a
interni os certissimum pestis confortatiuum. 371. a

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 877 sur 913

medicamentum multiplex 361.a
principatus ibid.
tremor ex caduco 688.a
tremor. 459.b
eius cura ibid.
eius mala curatio ibid.
Corpus aliud morbi aliud fœminæ 101.a
aquæ 643. b. *est ferrum* 644. b
ἀσυμμετρον sterile 99.b
duplex 18. a. 130. b
disciplinarum quod & cur medicinæ ineptum. 219. a
ex homine est scientia ex lumine naturæ. 651.a
ex tribus constat. 599. a
fragile in minerarum separatione cædit hominem non fixum 715. a
hominis à Diabolo obsideri rationi absonum 109
inuisibile in homine vnde 62. b
iustitiæ & misericordiæ 45.b
luxum quid. 643. a
morbi oculis inaspectabile 653. a
vt ex imagine noscendum 644.a
per se mortuum a spiritu viuificatur 359. a
podagræ à cæteris diuersum 643. b
quid conseruet 9. b
siccum duos morbos facit. 462.b
salium est podagra 644. b
suum solem, ac pluuiam habet 594.a
veneno vacuum. 12. b
volatile planetarum. 426.a
vel est parentale vel non parentale 642.a
vt fiat ex re incorporea 425. b
corporis distributio ad XII. *signa mala* 766.a
humani partes duæ 125.b
partes geometricæ censendæ 593.b
quatuor. 770.a
nostri rectores quintuplices 4. b
substantia assiduò defluit. 366. b
substantiæ tres, sulphur, mercurius & sal 33. b
corpus propriũ vniuersa habent 639.a
ex corpore facto quid fiat 427.b
corpora astralia. sunt podagrica 642.a
duo morbi & hominis qui simul sint. 655. b
hominis perfecta & imperfecta 643.a
in nobis duplicia. 443.a
morborum astrali more generantur. 642.a
morbos faciunt non humores 644.
omnia foris luculetiora existũt 227.b
præsagia & erodenia 642.b
principalia in homine quatuor 643.b
semi fixa quæ 717. a
sunt duplicia. 642.a
vel sunt astralia vel terrena 641
Corporale hominis quid. 167.a
Correctio medicorum ventilatur 213.a
correctum vinum ardens. 470.b
corrige medicis quid. 213.a
Corrosiuum emunctorium faciens mercurio viuo 728. b
corrosiuorum abusus 759. b
corrosiuus dulcedo innata 255.a
Corruptio duobus modis fit localiter & emunctorialiter 15. a
Coruscatio. 728. a
Cos ex ligno fagino 291.a
Cosmographia triplex est ea & geographia duplex 273. a
cosmographiæ exemplum 686.b
Cranium perforatum fistula argentea apertum seruandum 542. a
humanum caduci remedium 672.b
eius perforandi modi 498.a
Crassiores citius sanantur gracilioribus. 754. b
crassities tutior tenuitate in diætâ ibid.
Creator creato nihil detrahit 13.a
creationis vis. Fiat. 361. a
creaturæ cuiusque cibi. vniuersæ edunt 819. b ibid.a
creaturarum duo ordines 151. a
Credendum nihil sine propria experientia 771. b
credere in medicina est scire 629.b
Crescentium diuisio 621.b
genera quatuor 342. a
Creta orexin tollit. 457. b
Crisis 473. a. 524.a
ea, dies cretica & status quid. ibid. & 474. *vnde noscenda in singulis morbis ibid.*
criseos inuestigandæ doctrina. 19.a
Crocodilus hominẽ aspectu iugulat 711.a
halitu inficit 431.a
Crocus valenter calcem calculi extinguit. 537. b
extinguit calcẽ & vrinã ducit 484.a
is & opium orexin curant. 741.a
metallorũ validissimè exsiccat 592.b
quotidie crescit. 668.b
sandalius 357.b
Cruditas diarrhœa iam non est 612. a
Cruor est corporis sal resolutum 521.b
est sal egestum 528. b
est triplex. 443.b
mysterium lapidis vesicæ & vt præparetur 330.b
Crux nulla sine centro 827.a
Crystallus nobilis in tartarovesicæ 529.a
optimum calculi remedium 448.a
optima calculi medicina 533.b
sapphyri succedaneũ in peste 399.b
Cuculus quando vomat. 369. b
Culina cœli quid & quæ 622.a
Cuminum quando cibus &c. 691. b
Cuprum quomodo vitriolum fiat 324.b
Curæ carminatiuæ effectus 463. b
cura inde vnde morbus 330. b
primæ materiæ tartari perficitur potione & balneo 325.a
curationes cur tempore Hippocratis felices fuerint. 28. a
earum modi quinque 1. a
curatur quoduis sua re non contrario. 356. a
Curuitas 737
Cutis & linguæ leonis catíue vis aduersus pestem. 372.a
fissio ab acrimonia salis 624. a
color. 800.b
defœdatio triplex pro trium spe-
cierum ratione 486.b
Cyclamen ex spuma ceruorum. 371.a
Cyclopes, bipedes, monoculi ab vno patre. 149
Cynogloss. & melissa arcana in præcipitatione matricis 491. a

D.

Dactyletus cancrum curat 284.a
Dæmones ex se nihil habent. 143.b
Daldus stella 828. a
Damnhuseri cantio 200. b
Dauid panes cõsecrationis edens 140.b
Defensio sui cuilibet licita 263.b
Defluxiones a capite vt curentur phlebotomia 778. b
Delphus arsenici 384. a
Dentiũ affectiones ex mercurio 729.b
dolentium cura ibid.
remedium bonum 548. b
dolor vnde 509. a. 548.b
non est fluxus ibid.
cura physica 509.b
chirurgica ibid.
vermis pessimus. ibid.
putredinis, vacillationis, casus cura 729. b
Deoppilatio est omniũ febriũ cura 478.a
Desperati morbi qui fiant 174.b
Destillatio omnia acriora reddit 69. b
eius peritus sit medicus 370. a
Deus amator summus medici 216.b
ad misericordiam pronus 428.b
alit tam mẽdaces quam veros 218.b
breuibus rogandus 175.b
baptizat Sancto Spiritu 662.b
cur morbos à nobis non auferat sine medicina 27.b
cur ceremoniis interdum conueniat. 145.b
dona indiscrete dat. 662. b
ex nihilo omnia fecit 273.b
humani generis studiosus 417. b
is, non astra ex se malum inferunt pœnæ 416.a
medicinam solus fecit 267.b
medicus supremus 28. a
mirè benignus 715.b
naturæ præponendus in omnib. 416.a
non accusandus etiam sons 222.a
omnia in omnibus 279. b
res vniuersas dotauit 276.b
sapientiæ fons 267.a
solus noster præceptor 143.a
scelerum vindex 423.a
salutis hominis studiosus 278. b
Dei beneficentia 63.b. 212.b
dispensatio occulta 222.a
iudicia abscondita. ibid. b
largitas 212.a
ordinatio æqua. 149
permissio quid operetur 114.a
prouidentia 197. a. *in seruando genere humano* 708.b
sapientia profunda 253.b
vis infinita 827.b
Deo & naturæ nihil aduersum audendum. 176.a
fidendum ibid.
soli omnia accepta ferenda 140. a

non

non confidens pauet 386. b
in Deũ credere sacra anchora est 173. b
à Deo qui omnia impetranda 267. b
de Deo non desperandum etiam in grauissimis 434. a
ex Deo omne principium 279. b
Diabetes 478. b. 527. a
eius cura. ibidem
signa ibid.
remedium ieiunium biduj 479. a
diabetica morbus renum 529. a
vt fiat 481. a
eius cura salis mortificatio 479. a
signa. ibid.
Diabolus ægros sciscitat suis cultoribus 218. b
hominibus multò doctior 142. a
hominum loco non operatur 116. a
cur superstitiones denominãdi morbos a Sanctis inuexerit 117. a
hostis animarum 711. a
mille artifex est 173. b
optimus gabalista 177. a
seruus omnium fidelium 141. a
Diaboli artes discendæ ibid. b
auxilium quando sit ibid. a &
quæ non diaboli sit 140. b
auxilium à Deo 139. a
consuetudo 109
infirmitas 146. b
vaficies 116. a. 173. a
diabolo nihil adscribendum 139. b
diabolum Dei misericordia male habet 116. a
Diacoralli descriptio 500. b
Diacubebe principale in vndimia 499. b
Diæta ad optimam valetudinem 745. a
ea seu regimen prius cura est 220. b
in tartaro ibid.
in affectibus pulmonum 748. b
in nullo morbo vtilis est 754. a
in hydrope non præscribenda 624. b
in pleuresi nulla obseruanda 525. a
inutilis 474. b
hyemis non conuenit æstati 758. b
morbis ex quo fonte præscribenda 691. b
Diætæ in febrib. nulla necessitas 478. b
quæ regula præscribendæ 46. b
regulæ ac præcepta 320. b
præscribendæ modus ibid.
vocabulum quid significet 756. a
vsus vbi liberalior esse debeat 754. b
diætæ vbi studendum 754. a
diæta quando op°sit & quãdo minùs ibid.
Diagridion. 213. a
Diaiassæ descriptio 464. b
Diamumiæ descriptio 474. b
Diaphana IV. elementorum quæ 828. a
Diaphoretica fortissima pesti conueniunt. 470. b
Diaprunellæ compositio. 475. a
Diarrhœa vt & quando fit 610. b
ea, disenteriæ fluxus &c. vnde 826. b
Diatartari descriptio 474. b
Dies crisis & dies creticæ 473. a
quæ horum vel illorum morborum creticæ sint. ibid.
Ægyptiacæ &c. 668. b
arsenicales quæ creticæ 525. a
Digestio 8. a. 366. a. 470. b
est multiplex. 811. a
corporis mira & multiplex 821. a
ea & separatio peculiaris omnibus membris inest 820. b
stomachi quid. ibid.
oris imbecillior intestinorum 815. b
quomodo ex vrina iudicetur 794. b
varia in partibus varius 482. a
digestionis bonæ ventriculi signa 784. b
ei⁹ & cruditatis signa in vrina 802. a
in homine & terra discrimen 378. b
in homine vis 815. b
natura est duplex 516. a
renum quæ tempora 480. b
tempus vel est vitriolatum vel oeratum &c. 383. b
vs est iugis 626. a
digestiones quot sunt 820. a
stercoris septem ibid.
triplices 468. a
digestum quid 548. a
Dionysius Areopagita 108
Luis Gallicæ patronus 118. a
Dioscorides reprehenditur 210. a
Directoria 284. a
Discendum non ex libris sed experientia 718. b. & natura 720. b
Disciplina non est sine magistro 264
Discipuli virtus 188. b
non supra magistrum 651. a
Dissolutio 343. b
eius signa 492. a. causa ibid. 551. a
Dispositio 471. b
Dissolutus morbus quotupliciter exeat. 491. b.
triplex, ruber, albus, laxus ibid.
tripliciter exit. ibid.
quid. ibid. 539. a
rubeus vt generetur. 550. a
dissoluti morbi accidentia quæ 492. a
centrum est stomachus 491. b
genera duo 550. a
rubei cura 493. a
Dissoluta omnia ad stomachum deponuntur. 551. a
Dissimilitudo hominum vnde 156. a
Diui Pauli locus explicatus quomodo satianda vxoribus cupido 63. a
Diuretica quæ 529. a
Diui ἀ πρακτοι 248
adorandi non sunt. 174. a
ex benefactis non constituendi 135. b
in cœlo non ligno quærendi 173. b
qui auxilientur 132. a
quib. à nobis viuis differant ibid. b
renuente Deo impotentes 145. b
soli miracula edunt. 646. b
diuorum corpora quâ vi homines attrahant. 133. b
opera suo autumno exolescunt 136. a
à diuis nihil acceptandum 173. b
Diuturnitas febris ex digesto noscenda 506. b
Dladus stella 828. a
Doctorum acerba mordicatio 342. b
doctrina veterum insufficiens 769. b
vera vnde 637. a
doctrinæ cœlestis quodnam præceptum primum 267. a
Dolor est in vasis tartari non ipso tartaro. 318. b
est affectio partium sentientiũ 599. a
dolori capitis quæ cura conueniat 397. b. 507. b
dolorꝭ dentium causæ variæ 509. a
dolores morbos adesse indicant 763. a
stomachi vnde 445. a
dolorum dorsi cura. 749. a
oculorum omnium cura 549. a
Dolus ex cœlo hominis 424. b
Dona accepta sunt in vsum transferenda. 175. b
aliena non expetenda 176. a
Dei honoraria 252. a
donum medicinæ non omnib. datũ 433. a
perfectum à Deo 276. b
Dorsum est septentrio & boreas 631. a
Dosis medico definienda debetur. 324. b
Draco. 492. a. 540. a
ex semine humano sibi formam condit. 389. a
Duelech. 441. a
à lapidibus differt. 311. b
est lapis spongiosus 66. b. sicut & tartarus 283
Dulcedo corrosiuis innata terræ 709. b
Duo perpetuò sunt in reb. omnib. 332. a
Durities. 738
duplex. 59. b
omnis a sale 536. b
Dux Carinthiæ à rustico feudum accipit. 245. b
Dysenteriæ cura. 752. b
mineralium signa. 539. a

E.

Ebullitio causa paroxysmi 506. a
Eclipsis est terræmotus planetarũ & eã patiuntur omnes stellæ cœli 375. a. b
Edelphi, edelphus, 471. b. 472. b. 535. b
Edere ore & edere stomacho sunt diuersa. 815. b
quid vtrumque 69. a
omnia edentia stercus producunt & viuunt. 812. a
quod nihil edit mortuum est ibid.
effectu non caret quod voluere duo 761. b.
Effumatio à mercurio 66. b
Egesta stomachi conditionẽ indicãt 611. a
Electuarium pro stomacho 742. b
Elementum 39. b
vincit elementum 721. a
id & qualitas differunt. ibid.
omne in tribus consistit. 612. b
aquæ terræ quid. 295. b
ignis considerandum in morbis quib. 721. a
elementi genera, genera morborum produnt. 355. b
cuiuslibet natura duplex 664. a
suus peculiaris stomachus 707. b
elementa singula qua ratione sint quadruplicia 382. a
quatuor vt in homine sint. 354. a

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 879 sur 913

in homine essentialiter insunt, sunt corpus limi. sunt matrices corporis physici 270.a
quæ quid gignant 52.a
ex tribus rebus orta 561. a
sunt codices bibliothecæ medicæ 296.a
seipsa cibant ita & matrix seipsam 681.b
se inuicem non destruunt. 726.a
ex nihilo sunt 390.b
sibi inuicem contraria ibid.
in corpore quidnam 20.b
pro humoribus ponenda 285.a
sine astro non viuunt. 664.b
hominem totum præfigurant ibid.a
hominem nutriunt. 88. a
inuicem consentiunt 625.a
cum homine quam arctè cohæreant 270.a
matrices sunt 87.a
sunt fixa 196.a
ex vnoquoq; quæ nascantur 271.a
elementorum singulorum sua philosophia 287.a
partes sal, resina, liquor 270.a
Elixir 505.b.547.b
in matricis affectibus efficacissimum 508. b
Emplastrum de corallis sanguinem sistit 777.a
corrosiuum pro mercurio viuo 728.b
Emunctorium multorum morborum causa 810. b
morborum faciendũ ibi vbi natura expulsiua virtute indicia dat 759. b
emunctoria propriè infinita 824. a
corporis quot 810. b
impuri quæ 299.a
veneni pestis 438. b
Encomium Ioachim die Wadt 31. 4
Ens 4. b
astrorum, veneni, naturale, spirituale, Dei 5. a. b
astrale 166.a
Dei quomodo possit morbos infligere 28. a
hominis duplex seminis & virtutis 7.b
seminis 9. a
longum, breue 19. b
naturale 17. b
proprietatis 7. a
spiritale 22. b. 23. a. plurium morborum causa 26. a
pagoyum 391. b
entis astralis & hominis quæ consensio 166. a
spiritualis cognitio non est ex fide Christiana 22. b
veneni basis 12. b
entia ante omnia medico cognoscenda 6. a
quinque 4.a
entium astraliũ diuersa venena 11. b
Epar 18.b
Iupiter 20.a
epatis color 800. a
Ephemera primus morbus 535. b
Epicurus 819. a
Epiglottum 502. a. eo vt probetur lepra ibid.
eius instrumenti vsus 546. a
Epilentia 734
Epilepsia 496. b. 737
aliter morbus caducus 116. b
signum apoplexiæ 547.a
quintuplex 565.a
cardiaca vt fiat ibid.
corporis erratica qualis ibid.
hepatica rapidissimè cerebrum inuadit ibid.
intestinalis vt fiat 565. a
membrorum vt fiat ibid.
hæreditaria cur, quomodo ibid. b
ex terrore 566. a
cur non continenter affligat ibid.
epilepsiæ cura per oleum vitrioli aut spiritum eius 357. a
primus paroxysmus multos interficit 564. a
eius & terremotus eadẽ causa 565.a
genera quinque 564. a
recidiuæ signum 753. b
tam sani quam ægri obnoxij 564.a
mussulæ, leones ac certæ aues obnoxiæ ibid. b
in epilepsia non scarificandum 542.b
epileptici paroxismi & materia in diuersis diuersi sunt 564. b
epilepticorum pulus 400. b
Eremitæ ore tantùm ederunt 815. b
sola cibi mastication vixerũt 820.a
Erodenium 642. b
Errantium duo genera 265
proprietas 770.a
Error de calculo vesicæ 481. a
errores in artib. quam graues sint 265
Erysipelas morbus 117.b
vt curetur 779.a
erysipelas vesicæ 764. a
Eschara 729.a
Essentia à veneno quid differat. 14. b
quinta auri 587. b
perlarum & auri 741. b
essentiæ melissæ, chelidoniæ præparatio 351. b
croci, maris. ibid.
tartari descriptio 713. b
vini cineratæ aurum & tartarum soluunt. 331. a
Esthiomenũ, cancer ab arsenico 341.a
Esurinũ acetosũ quid & quotuplex 323.a
Ethica vt fiat 481.a
Ethnicorum Apollini successit Christianorum Iacobus 115. b
Etschlandia 712. b
Eua omnium vetustissima. 164. b
omnium vspiam hilarissima 162. b
frigida & sicca ibid.a
mali causa 163. b
Euangelium 110. b
Euestrum hominis 380. a
euestri Solis officium ibid. b
Eufragia oculis prodest 659. a
Eurus stomachus 631.a
Exaltatio corporis quid. 19. b
exaltationis tempora 209.a
Examen pulchrum 382. a
Excrementum cordis quale & vbi. 77.b
excrementa vt de morborum conditione testentur. 757. a
ciborum tria 797. a
quælibet per quas vias educãtur 74.b
Experientia 275. a. 651. b. 751. b
ab experimento ut differat 275. b
absque ratione nihil valet 751. b
ab vno in alterũ nõ transcẽdit 651.b
à nugis abest. 713 a
artium omnium mater. 555. a
cur experimentum non sit 276. b
cur fallax 751. b
ea mater quæ 655 .a
eâ sine luce nihil dignum 148
in vita fieri debet 42. a
mater philosophiæ 161.a
veritatis exploratrix 718.b
experientiæ creator Deus 555. b
subdinisio 32. b
vis ad disciplinas 720. b
materialis vis 315.b
nemo obniti debet 367. a
experimentator non est medicus 334.a
experimentum est fallax. 413
colicæ 747. b
experimenta 497. b
ab arcanis differunt 689.b
omnia arcana 543. a
pleraq; a vulgo inuenta 373. a
vnde enata 96.b
veterum historicè tantùm non medicè scripta. 364. b
Expulsio est a stercoris vi non intestinorum 610.a
vnde iudicanda 794. b
expulsionis noxiorum viæ quot 759. b
Exteriora vt morbos interiores indicent. 241.a
externi ad internum accommodatio medicum parit. 195. a
externa de internis testantur 638. b
ad interna ducunt 192.b. 341. b
internis nomina dant 127. a. 169.b
Sunt internorum signa 624.b
Extractum rhabarbari contra morbum mineralem 729. b
Exulcerationis à tartaro cura 447. b
vesicæ causæ 763. b
exulcerationes à quo 51. b

F.

Fabri caduci non in stercore quærendi. 686. a
facta hominũ omnia cœli sunt 683.a
Fames 44. a. 610. b
in iunioribus duplex 757. b
malorũ mineraliũ optima cura 720.b
ciconiæ causa generandarum ranarum. 363.b
famis ac sitis origo 237. a
Fatum est signum hominis 817. b
fatale in morbis conatus nostros infligit. 590. b
Febris 461. b. 477. b. 506. a. 527. b

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 880 sur 913

febris eſt morbus nitri. 375. b
eſt morbus naturalis non peſtis 405.a
arcanis purganda. 461.b
non rectè nominatur. 43. a
particularis & vniuerſalis. 506.a
Epatis quid. 526.b
renum periculoſiſſima & cur. 481.b
febris cura. 779.b
eius & peſtis diſtinctiones. 2. a
remedia ex auro, corallis, argento, perlis. 506. b
ſigna cauſarum. 461.b
renum cauſa. 481.b.
ſanguineæ cura hæmorrhagia. 507.a
febres à quibus cauſis. 506. a
in nouilunio phlebotomandæ. 779.b
omnes ex facibus. 534.b
quales cum aridura. 595. a
quomodo à nitro ſuſcitentur. 524.a
tot quot ſpecies contra febres. 638.b
quæ ex epate, quæ ex ſtomacho 468. b
vt ex ſtomacho & epate componantur. 526.b.
renales nec purgationibus, nec ſolita diæta curantur. 482. b
acutiſſimæ. 481.b
ſtomachi vt fiant à quâ causâ. 460. b
venenoſæ vt fiant & curentur. 482. b
febrium arcana. 461.b
generatio, genera diuerſa, opiaticum, centaurum, erroneum litteriſtum albugineum. 739
genera tria. 460.b
febrium genera quatuor, ſanguinis, terræ, aëris, ignis, oppilatum, putrefactum, ſuperfluum. 740.
modus. 619.b
differentiæ vnde oriantur. 620.a
quot ſpecies. 5.b
ſedes. 478.a
febrium epatis cura. 526.b
tribus perficitur. 477.b
ſigna. 526.b
erraticarum cauſa. 461. a
ſtomachi ſigna, cura. 460. 461
calor vt fiat. 461. a
tremor vnde. *ibid.*
Febrium cura deoppilatio 478.a
ſingularum ſigna. 477.b
venarum ſigna. 482. b
febricitantibus cur cibus humidus dandus. 758.b
Feces tartari quid in viis vrinæ operentur. 315. a
Fel cauſa iræ. 585.b
corpus eſt non humor. 596. b
Mars. 20.a
membrum ſuperfluum nullius vſus. 353. b
quale membrum. 459. a
non expurgandum. *ibid.*
auferendum. 353. b
oculos non lædit vt nec naſus pedem. 597. b.
per os non anum expurgatur. 455.b
colica cur cauſa non ſit. 600.b
ardeæ aërem coagulat. 498. a
terræ myſterium lapidis. 328.a
fellis balſamus. 353.b
color. 800.a
exundantia. 744.b
Ferrum domatur ferro & igne. 638.b
ferrum in corpore. 197.b
Fex & tartarus differunt. 460.b
fex fundum, tartarus latera occupant. 305. b.
Fidelitas practica eſſe debet. 220.a
Fides. 110. a
apud authorem qualis. 113.b.
homo inuiſibilis. 114. b
fides manumiſſa noſtra amplius non eſt. 146. a
omnes diabolos firmat & roborat. 111. b
verâ quæ ſit. 174. a
fidei genera. 146. a
vis quanta. 110.b.114.b
vis quanta etiam in infirmis. 112.a
virtus non tentare. *ibid.*
ſuperſtitioſæ qui primi auctores. 114.a
fide ſpiritibus æquamur quoad potentiam. 113. a
operamur bona, mala. 112.b
homo ſpiritibus ſuperior. 111. a
vt homines lædamus. 113. a
fiducia in Deũ immota eſſe debet. 147.b
Figuratè loqui medico indignum. 291.a
Filius à patre qui diuerſus. 237. a
filij mundi. 175.a
Filix. 492.a
Finem omnia ſpectant. 362. a
Firmamentum cauſa temporum anni. 757. a.
corporale nullo alimento eget. 18.a
duplex. 166. b
liber eſt & quî. 268.b
à Deo ſcriptus. 269.a
omnia vegetat & conſeruat. 626.b
Fiſſuræ in pedibus ſignum mortis. 469.a
Fiſtulæ. 739
vt curentur. 777. b.
Flagæ ſpiritus qui. 386.a
Flagratio eſt à ſolo ſulphure. 715. b.
Flamen Ætnæ &c. terrenum &c. geomanticum. 643. a.
Flammula qualis morbus 523.a
vnde dicatur. *ibid.*b
Flos herbæ bicolor duarum virtutum eſt. 377. a
flores aquæ. 381. b
Flundern piſcis vt generetur. 386.a
Fluxus. 738.
interni & externi. 739
per arcana auferendi. 782. b
fluxuum & morborum deuitatio. 742. a
fluxiones vlceratoriæ. 739
fœcunditatis ſignum in vrina. 802. a
Fœmina ager, vir ſemen. 91.a
eſt inſtar arboris, vir fructus. 95.a
non ex limbo. *ibid.*b
opifex imaginationis, fœtus ſuſceptor operis. 122.a
fœmina ſanitatis &c. 654.a
viro cur ægritudines non refundat. 301. b
in fœmina omnia mundi inſunt. 99.a
fœminæ viris laſciuiores. 578.b
cauſa ſunt omnis miſeriæ humanæ. 90.b
fœminarum fauor dubius. 751.b
menſtruatarum peſte correptarum cura. 406.b
Fœtor qui, Aquæ mineralia referat. 806. b
ſtercoris quid ſignificet. 797.a
in vrina imprimis notandus. 807.a
vrinæ putredinis index. 764.b
Fœtus imaginationis fundus. 121.b
claudus vt naſcatur à parentibus non claudis. 126.a
affectus à matrice 100.a
molliſſimus inſtar ceræ 160.b
ſucco optimo nutritur. 94. b
fœtus conſtitutio ſequitur liquores partium. 157.a
augeſcentis periodus, in eo quo quæq; modo fiant, anima quando fœtui indatur, cũ ea quæ fœtui indantur quomodo nonnunquam in fœtu quædã facultas abſit, quomodo fœtui matris aſpectus noceat 159.160
fœtui quomodo res variæ inurantur. *ibid.*
quomodo imprimantur res 124.b
fœtus vnde naſcuntur fatui, & alij monſtroſi. 100.a
ad furta &c. per imaginationem diſponuntur. 125.a
matricis veſtigia habent 685.a
Fontes lapidoſi boni. 442. a
Forma oculorum cur crucifera. 827.b
ſpecifica &c. 689.b
ea & color opificis corporei nota 639. b
rerum propter vſum corpus ac officium vnum ſunt. 640
medicinæ duplex. 283.b.
formæ proprietates inueniuntur rerum. 654
ſuæ ætates vt hominis 283.b
formæ non omnes ab vno. 149
formarum in homine diſſimilitudo. 9.a
formella formam morbi & herbæ concordat. 639.a
Fornicatio ganearum & coenobiorum tollenda. 388. b
Fortuna medico non attendenda. 652.b
ſcientia eſt, infortunium inſciũa. 205. b
quid auctori. *ibid.*
ex induſtria non ab aſtris. 9. a
Fortunati marſupium. 615.a
Fridericus Cæſar vt aquam probarit & emendarit. 442.a
Fridericus Barbaroſſa. 246.a
Frigus in febrib. qui fiat. 524.b.619.b
mercurij vrget calorem hominis, vt incendat

incendat membra principalia, quibus accidunt etiam sui morbi naturales 726. b
Frigus periodicum quid. 462.b
duplex 59.b
tractionem matricis infringit 159.a
frigoris febrilis causa 478.a
frigida aqua maniæ cura 579.a
frigiditas sua ex singulis elementis 59.b
à terra ibid.
frigiditatis & aciditatis vis 571.a
Frisij & Saxones in Carinthiam migrant 246.b
Fructus talis, quale semen 100.b
quorum elementorum 664.b
Frustraneum in natura nihil 305.b
Fugilis 799.a
Fulgur quî fiat 725. b
ante fieri subtilissimum 602.b
fulguris causa & ortus 633. b
miræ vires 607. 687. a
causæ tres 603.a
eius & apoplexiæ similis natura 601. b
fulgura quî in terra concoquantur. 633.a
fuligo sulphurea intra terram & à quo incendatur 728.a
fuligines metallorum variæ 716.a
Fulmen 667.a
metalla eluit 629.b
plerumque quercus ferit 422. a
quale corpus 643.a
vt gignatur 84.a
fulminis & ignis natura ex cutere 431.b
eius & lapidis collatio 83.b
materia 84.a
Fumus ex iunipero in peste inutilis 461. a
is seu mercurius mineralium aëri mixtus attrahitur. 716.a
is & cæpa oculos mouent 616.a
omnis est mercurius 716.a
aquæ est inuisibilis 723.a
mercurij apoplexiam & epilepsiam ciet 497. a
tartari causa 556.a
Fundamentum auctoris est quadruplex 182.
rerum omnium vnicum Deus 281.a
fundamenti medicinæ qualis virtus 204.b
Fur cur vsu characterum ad locum furti redire cogitur 25.b
furis & desperati vna ratio 175.a
Furfures in vrina quid notent 764.a

G.

Gabalia 176.b
à Satana corrumpitur 177.b
gabaliam Deus homini manifestauit. ibid. a
gabalistica ars quid probet 126.a
Galbaneti descriptio 464.b.467.a
Galenus acriter tangitur 183
is & Auicennæ notantur 618.a
taxantur 335.a.780.a
eluitur 673.a
characterius 4.a
Galeni reprehensio. 236.b.763.a
eius & Auicennæ commentaria in Brunonio, Brunsuigâ Hamburg & Polphlr 373. b. 374.a
Galenistæ cuiusdam ad Theophrastum admonitio 332.b
Galenici de incubo refutantur 571.a
Galla & vitriolum atramenti causæ 195. a
Galli calecutici ira variat cristam 386. b
gallicinij causæ 359. a
Galreda 301.a
Gastenium 712.b
Gelu quoduis morbus est ad mortem 726. b
Gemelli quando generentur 157.b
vnde maiores, minoresue 158.a
Gemma 441. a
gemmæ defensiuæ 412. a. 439.b
de petra 517. b
Generatio rerum duplex 494. b
maris vel fœmellæ vnde 156.b
generandi hominis modus 154. b
Gentium opinio de medicina 660.a
Geomantia &c. 643.a
geomantici qui 665.a
Germanarum origo 245.a
Gerolea &c. 609.b
Gibbus 736
Gigantes prognati quî secundùm quosdam 127.a
Gilla remedium vertiginis, maniæ &c. 352. a
vt extrahatur ibid.
Glacies & salpetræ 171.b
glaciei morbi ibid.
Glauci leprosi 487.b
Gloria Dei ex arduis 662.a
Gluten 452. a
quò tenacius eò plus salis habet ibid.
in omnibus cibis ibid.b
membrum maximè sensibile ibid.
est synouia 522.a
gluten stomachi, materia tartari 309.b
glutinis signa 451.b
coagulatio facit partes immobiles 452. b
locus ibid.
affectus 451.b
Gomorrhina coniunctio qui vermes gignat 607. b
Goslatia 377. b
Gradus herbarum veri qui ibid.a
colorum sunt ineffabiles 816.b
morborum & medicinæ æquales 755. a
frigoris & qualitatum cæterarum vnicus 51.a
graduum in medicamentis commentum nihil 50.b
inuentio est beanica 233.a
Gramen & vacca lac dant 680.a
cibus pecorum 819.a
graminis cibus imber ibid.
Granati & microcosmi elementa quatuor 172.a
Grando 441. a. 517.b
vt fiat. 444.a
in stomachi officio ibid.b
grandines non resoluuntur 613.b
Grani iuniperi præstantia in icteritia 756.a
Gryllus non ex argilla 198.a
Gustuum quatuor explicatio 21.b
Gutta 546.b
quid & quando 503.b
quando & qui incendatur 603.a
guttæ causa synouia separata 503.b
cura vel physica vel chirurgica ibid. 504. b
medicina duplex 603.b
miri effectus 601.a
remedia varia 504.b
eius & fulguris vna scientia 601.a
guttam suscipiunt omnes partes quæ synouiam habent 503.b
Gypsum & gypsitum quo differant 530. a

H.

Hamburgum 374.a
Hæmorrhagia febris sæpe cura 506.b
Hebron 48.a
Helleborus, alkali & quinta essentia prosunt hydropisi 623.b
hellebori extractio fluxum phlegmaticum tollit 752.b
Hecticæ causæ 721.b
Hepar vide epar
per se non afficitur aut afficit 468.a
non putrescit sed rimas contrahit 469. a
Herba sophiæ venas turgefacit. ad vlcera esthiomena } 777.
vulneraria optima perficaria 365.b
herbæ sunt stellæ terrenæ cœlo obuersæ 374. b
contra imaginationem 373.b
ad tartarum infirmæ 327.a
quos morbos non sanent 684.a
in herba hac est hydrops in illa apoplexia 679.b
herbarum anatomiæ 40.b
fumus quam nocens 723.b
herbis membra sua sunt vt homini 281. b
Hermaphroditi quando gignantur. 157. b
hermaphroditica remedia quæ propinanda 96.b
Hernia 736
carnosa 743.a
herniæ cura per emplastra ibid.b
Hilaritas & tristitia vnde 162.b
Hildesium 377.b
Hippocrates laudatur 106.a
acutissimus præparator 697. a
qualis in medicina fuerit. 751.a
sectæ spiritalis medicus 3.4
hippocratis & Apollinis laus 654.b
vtriusq; & Machaonis laus 264
eius ars & qualis fuerit 764.b
laus de sinceritate 758.b

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 882 sur 913

Historia de Mendico lac mingente 480.b
historicus nullus sine astronomia 683.a
eius cognitio duplex 682. b
Homo 685. a
ad omnes morbos dispositus 679.b
ad arcana vinctus 714.a
ad naturam exteriorem comparandus 823.a
ab externis noscendus 197.a
cæteris crescentibus imperfectior 622. a
cœli potentiis subiectus 593.b
cœli filius 414.b
consistit in sanitate & morbo 681.a
constat aqua, terra & mineralibus 339. b
creaturarum vniuersarum ideam continet 651. b
creaturis omnibus sublimior 202. 203
creatura perfecta etiam sine astris 163. b
cur intellectum acceperit & è re caduca factus 202.203
cur frigeat foris intus calens 620.b
cur edat, bibat, respiret & caleat 201. b
cur à Deo conditus 152. a
cur post animalia creatus 118.b 360. a
cur nutrimento egeat 622.a
cur à Deo semine spoliatus sit 152.b
dimidius cœlestis 427.a
duplex vnius tamen philosophiæ 334. a
duplex naturæ & mentis 825.b
duplex 44.b
duplex est spiritualis & terrenus 425. a
duplex visibilis & inuisibilis 121.a
est omnia secundū artes suas 645.a
est cœlum aër aqua & terra 197.b
est magnes 131.a
est naturæ columbinæ simul & serpentinæ 175. a
est microcosmus propterea toti rerum naturæ subiectus & ex limbo factus 725.a
est cœlum olympi 84.a.418.b
est quintum esse 529.b
est minor limbus 651.b
ex limbo factus 53. a. 632. b. 639.b 680. b. 725. a
homo externus dolet non internus 656. b
ex tribus constat 631.a
ex elementis constat 236. a. 359.a 629. a. 622. a
ex sulphure 664.b
ex naturalibus mundi cognoscitur 682. b
exterior inficit interiorem 200.a
exterior speculum interni 232.a
ex cœlo & terra constat 236.a
ex elementis suis caducus 599.b
ex se nihil inuenit 217.b
ex ortu omnia in se venena habet 381. a
homo ex inferioribus moritur 792.b
ex sulphure, & mercurio & sale 34. b. 429. b
ex terra 591.a
ex natura 189.b
ex omnibus mundi partibus factus 818. b
filius aëris & firmamenti 197.b
filius macrocosmi 405. a.415.a
finis creatæ naturæ 638. a
fragilis 603.b.612.b.711.a
futura & distantia videt 176.b
imago nuda institutione opus habens 636.a
imperat omnibus in se contentis 124. a
in se causam dissolutionis extra se conseruationis habet 619.a
internus sine externo nunquam iudicandus 191.b
integer creatus à mundo afficitur 825. a
is morbi & medicina sibi non similes 656.a
is & medicina vnum sunt 654.a
is & pestis ab astris 414.a
ipsum cœlum Dei sedes 103.a
is & elementa vnum 825.a
limbus 200.b
à liquore conseruatur 330.b
malè in quatuor humores diuiditur 811. b
microcosmus 285.a. 625. b. 663.b
microcosmus vt cœlum suas in se habet stellas 17.b
microcosmus sensibus præditus 644.b
morbi qui visibilis sit 656.a
morbis vniuersis obnoxius congenitum medicum habet 278.a
necessario edit & bibit 810.a
nobilissima creatura 629. a
non bipes, monstrum est 150
non minùs virtuosus ipso cœlo & terra 133.a
non mutabilis aut fingibilis 637.a
non gignitur nisi in matrice 91.b
omnes morbos in se habet 679.a
omnia mundi habet 103. a.666.a
omnia in se mineralia habet 420.b
omnis pesti obnoxius 431.b
periodum naturæ non transilit 279. a
peste ereptus similis arbori per hyemem mortuæ 433.b
potens in ipsa quoque astra 118.b
post creationem vniuersa per medium accepit 143.a
propter mentem foras datur 91.a
quaratione è quatuor elementis ortus 360.b
quadruplex 234.a
quid & eius caro 359.a
quinis proximus Deo 144.b
qui cœlum generare queat 594.b
quomodo inficiatur 381.a
quomodo microcosmus 129.a
rerum omnium scientiam accepit 176. b
homo sibi ipsi pœnam creat 424.a
similis mundo 814.a
sine naturæ lumine nihili 108
sine sanitate non est integer 654.a
spermaticus & alimentarius 45.a
sumptione cibi contrahit morbos & mortem 132
talis qualis limbus 423.a
terra 378. a. 379.a.625.b
terra inuisibilis 591.a
totus medico perstare debet 189.a
totus est excrementum 816.b
tribus substantiis constat 31.a
vicinum chaos attrahit & sic pestem 411.b
vix decem horis rudis 220.a
vnus & triplex 48.a
vnus cum cœlo 418.a
vt differat à mundo in colica 631.a
vt noscendus per geomantiam hydromantiam &c. 665.a
vt brassica viget 595.a
hominis anatomia quadruplex ob quatuor eius partes 685.b
anatomia ex cœlo 814.a
angelici quanta præstantia 636.b
animalis oscitantia 386.b
carcer ex terra 56. a
cibi semina 593. a
eius & pecorum alia ratio 321.b
eius & spiritus opera 308.b
eius & cœli collatio 84.b
eius & mundi ratio 630.b
eius & mercurij coniunctio est morbus 725.b
generatio ex ente naturæ est non astri 167.a
mortalitas vnde 359.a
partes quatuor 769.b
quæ ratio eadem rerum omnium crescentium 822.b
quatuor complexiones 162.a
sapientia, imaginatio, volūtas 426.b
sapientiæ cœlum & terra subiecta ibid.
vbi eius thesaurus ibi eius cor 268.a
homini bona & mala insunt à primæuis 164.a
hominem de foris mali nihil ingreditur ibid.
lapsum quæ attollant 279.a
in homine astra omnia sunt 235.236
naturaliter sunt destructor & conseruator 278.b
omnia 129.a.470.a
omnia intus sunt quæ extra eum 272.a.300.a
homines adamici dicuntur 709.a
auri qui 381.b
hodie praui ores 163.b
hodie scortando gignuntur 668.b
non dicendi sanguinei, cholerici 50. a
omnes in astris descripti 683.b
rarè cutis pesti magis obnoxy 381. b
prompt è inficiuntur ibid. fine

sine astris viuere nequeunt 8.a
hominum audacia quanta circa metalla 715.a
dissimilitudo vnde 156.a
mos prauus 287
noui omnino mores hodie 253.a
omnium vna scientia originalis 176. b
quatuor genera 151
res quid & quales 55.b
varietas vnde 652.a
Horæ astrales terrenis quantò maiores 201. b
Horror & frigus in peste vnde 408.a 422. a
Hortus artium internus 670. a
Humanitatis transgressio est via ad desperationem 175.b
Humiditas duplex 59. b
mater nutrimenti 552.a
ex aqua 59.a
aquæ est contraria igni non frigiditas vel caliditas 721.a
nociua vt ex mercurio effluat 721.a
humidum sedes tartari 305.a
quadruplex pro IV. *elementorum numero* 60.b
quid verè sit 721.b
radicale vt conseruandum *ibid.*
humidi & madidi differentia *ibid.*
humor siue liquor vitæ 22.a
nullus putrescit in corpore aut purgatur 461.a
quid 627.a
nullum morbum gignit 36.a
naturæ duplex 451.a
humores a morbis sunt non morbi ab humoribus 242.a. 280.b
ariduræ causa non sunt 594.a. 626.b
causa febrium non sunt 620.b
cur ariduræ causa non sint 594.a
commenta sunt 772. b. 821. a
cur morbos non faciant 472.a
eos qui primus assenerauerit 339.b
eos nemo vidit 813.b
in quolibet membro sunt 39. b
exagitantur 196.a
exploduntur 271.a
in sola lepra putrescunt 530.b
non sunt causæ morborum 65.b
non testantur de morbis 191.a
non conueniunt elementis 199.a
non sunt paroxysmorum causa 461.a
nihil sunt 820.b
nunquam considerandi 684.b
quatuor 33.a
quatuor in corpore 429.b
quatuor ventilantur 653.b
quatuor non ponendi 51.a
sunt speculatiui 190.a
taxantur 339.b
tres 35.b
vnde ficti 813.b
humorum doctrina medicinam obscurat 192.b
doctrina falsa 813.a
figmentum taxatur 817.a
inuentio ociosa 285.a
philosophia nauci est 624.a
humoristæ medici notantur taxantur 268.a 762.a
Hungaria 712.b
Hutenberg 247.b
Hydromantia &c. 643.b
eius vsus 644.b
hydromantici qui 665.a
Hydrops 476.a. 525.b
arcanis curatur non scarificatione 783. a
est resolutus liquor 590.b
phlebotomia non curatur 771.b
is & febris morbi naturales 405.a
salis solutio 622.b
specialis 735
hydropis causa 476. a. 477. b. 721.b
causæ tres 591.a
generatio 735
incipientis cura 755.a
mineralis cura 729.b
quot genera & signa vniuersorum generum 476.a
hydropis in epate, splene, pulmone, cerebro, felle, renibus, corde, partibus mixtis signa 526.a
ex epate signa & causa 469.a. 526.a
curatio duplex 623.a
hydropisis vt fiat 481.a. 622.b
dicenda est resolutio 621.b
est corporis inundatio 591.a
ex lacte 480.a
nulla fit sine alumine aluminoso 477.a
quando fiat 622. b
hydropisis cura 623.a. 693.a
cura generalis 536.b
in cura quæ attendenda 592.a
signa periculosa *ibid.*
remedia quæ 476.b
remedia, arcanum Auerrois contra iram 536.a
Hyems & æstas in mineris simul 724. b
Hyposarcha 826.a
à suppresso mulierum albo profluuio 544. a
ex alumine resoluto 499.a
vt probanda 543. b
hyposarchæ diæta *ibid.*
causa & cura *ibid.* 544.a
species quot 498.b
Hypostasis alba, sana, porosa fallax 797. a
in senibus pauca *ibid.* b
naturalis quæ *ibid.*
qualis mulierum quib. menstruum desiit *ibid.*
renum excrementum 77.a
separabilis ab vrina *ibid.*
porosa quid notet 798.a
vrinæ quid 787.a
quid notet 794.a. 802.b
virginum & puerorum 797.b
hypostasis, fundus, color in vrina quid notent *ibid.* a

I.

Iacob de patribus 221. b. *eius sobolis* 387. b
Iassa &c. laxatiua destruunt 464.a
quid. ibid. 467.b
contra contracturam 467.b. 535.a
iassæ compositio 467.b
Icteritia carnis appropriatis tollitur 487. b
cur non ex humoribus *ibid.* a
ex centro corporis oritur 655.b
fœminæ alia quam viri 96.a
omnium partium est 488.b
quando & quomodo corpus fiat 655. b
spinæ dorsi 490.a
nec est à felle nec à melancholia 537. b
sanguinis phlebotomia curatur 487. b
icteritiæ cuiuslibet cura 538.b
cura rubeæ & nigræ 488.b. 489.a
fellis, epatis, renum, coxæ, cordis, cerebri, pulmonis, splenis, sanguinis carnis, ligamentorum, ossium medullæ signa 538.a
occultæ signa 488.a
quatuor species & quæ cuiusque causa 486.b. 487.a
remedia *ibid.*
species 96.b
icterus minimè ex felle 486.a
non est à natura *ibid.*
vnde videl. ex compositione trium salium *ibid.*
citrinus non à bile & cur 596.b
icteri mineralis cura duplex 729.a
in rubeo quæ fugienda 490.b
Idem non semper idem operatur 373. a
Idestrum 451.b. 529.b
non est sine composito 529.b
Ideus quid &c. 454.a
Iecinoris euerati signa 785.a
iecora duo sunt 352.a
Ielligatio caducus est leuior, vt tremor cordis, incubus, eclasis &c. 628. b
vt fiat 451.a
Ieiunando nihil corrumpitur sed nimium cibando. 759.a
Ignis 21.a
docet medicinam 32.b
cum calore rebus omnibus inest 366. a
elementarius & firmamenti vt differant. 625.b
ignis est quadruplex 390.a
fugitiuum separat à fixo 715.a
facit medicum est que medicinæ thesaurus 32.a
in omnibus quatuor elementis est 60. a
naturalis 32.a
omnia perficit 213.b
omnia probat 32.a

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 884 sur 913

quomodo nascatur in venenum pestis ex vij. planetis 390.b
res vehementissima 667.b
separationis pater 519.b
ignis leonis corpora astralia mixta separat 669.a
persicus vnde 169.a
quid. 625.b
eius cura 38.b
S. Antony vide Erysipelas
ignis lædentis bona 138.b
ignes magici qui 727.b
igneum omne ex patre yliastri stellari modo incenditur &c. 511.a
Ignorantia excusat 250.b
Ignoti nulla cupido 282.b
Ilech 383.b
magnus 672.a
Iliaca moschata 227.b
Iliadus causa nouorum morborum 472. b
Iliastrum 286.b
ab eo tria mala 442. b
iliastri morbi qui 286.b
Imaginatio 426.b
est principium omnis actionis magicæ. 405.a
fœtum ad furta & libidines disponit 125.a
fortis causa fortunæ & infortunij 426. b
hominis omnium malorum mater 419. a
in homine quid 417.b
Luna cerebri 387.b
sola multa monstra edit 126.a
visu prior 387.a
imaginationis morbi duplices 425.b
vis 128. a. 427.b
humana vis 425.b
muliebris vis 368.b
imaginationi repugnantes herbæ 373.b
imaginatione an quis doctior & sapientior reddi possit 124.b
cibi alij aliis fœtui gratiores reddantur 125.a
nullus Aristot. &c. nascitur, nec ea fœtus talis qualis efformatur 161.a
Imago animalis hominis 359.b
Dei in homine ibid.
hominis ex singulari Dei consilio tales 818.b
imaginum cerearum fictio 25. a
potestas 24.b
Imber in sola terra fit gramen 404.b
Immatura minime tractabilia 760.a
Immoderatum naturæ inimicum 759. a
omne vel est nimium vel minimum 762. b
Imperatoria 399.a
Impressio 237.a
corpus naturat 776.b
facit obesos, macrósque 593.a
cœli astronomorum commentum 61. b
impressiones radicales 594.b
variabiles ibid.a
impressionum metallicarum fodinarum cura 729.b
Impurum est vel resolutionis vel coagulationis 294.b
impuri emunctoria 299.a
Incantatio duplex 391.b
ea & magica vt differant 427.a
incantationis principium sapientia humana ibid.
medium quale sit 418.b
vis quæ ibid.
signa 395.
diabolicæ vis quanta 173.a
naturalis signa 391.b
incantationes vnde ortæ 115.a
Incarnatiuum & constrictiuum multiplicia 285.a
vulnerũ à peste genitorum 371.a
incarnatiua 38.b
qualia & vnde 357.b
Inclineratum materia tartari 309.b
Incinatio astrorum fictitia 62.a
Incubus vt fiat 571.a
Indigestio est mater putrefactionis 716. b
Infans vt à speculo luscioſus fiat 390. a
infantes qui plures gignantur 73.b
infantum terrorem corallia abigunt 373.b
Infectio mercurialis cur grauior 722.b
infecti desperatiùs quo pacto cognoscendi 400.a
Inferiora à superioribus ægrotant 198.b
Inflammatio omnis &c. ex arsenico 171.a
inflammationes vt arceantur 376.a
Influentia 751.a
nihil habet in corpus 568.a
cœli morbos mouet 571.b
influentiæ vis quanta 751. a
Infœcundi luxuriosi 126.b
Ingenium hominis vnde varium 679.b
ingenij bonitas est arculæ medicinarum 32.b
Ingesta omnia ex tribus primis constant 447. b
omnia separari debent. 810.a
ingestorum officina prima ibid.
Ingingen in Busterthal 246.a
Inischburgum 712.b
Insaniæ causæ duæ 1ª. spermatis vitium
2ª. lunæ tractio 573.b
insani qui 572.b
insanorum cura, confortatiua & sedatiua 580.b.581.a
ex insanis vtrisque parentibus qui sanus fœtus edatur 574.a
Insecta vnde generentur 172.b
Institutio perfecta est ex lumine naturæ 265
Instrumenta corporis quomodo per os corrumpantur ab aere, à cibo & potu 16.a
Intellectu suo quilibet debet esse contentus 174.b
intellectus suffocatio vel est cum sensu vel sine sensu, huius morbi signa 570.a
ea fit duobus modis ibid.b
Intemperantia corporis mumiam disturbat 384.b
Interpretis officium 771.b
Instertitium medium miræ generationis causa 642.a
Interuallorum in febribus causa 620. a
Intestina nutrimentum proprium habent 462.b
è stellis deiecta 369.b
intestinorum obduratio ex tartari lapide 71.a
color quis 800.b
morbi qui à tartaro 445.b
Inuentio Theophrasti fundamentum 227. a
inuentores ciborum 645.a
inuentrix podagræ ibid.b
inuentis inuenta non obstant 732
Inuidia ex cœlo hominis 424.b
inuidus saturnum cogit 426.b
Inuisibilia ex operibus suis noscenda 415. b
inuisibilium consideratio medica est 241. b
seu incorporearum rerum vis quanta sit etiam in corpus. 125. b
Ioannes Baptista quibus cibis vsus sit 815. 816. a
sine morbo vixit 46.b
eius corpus nihil operatur miraculi 132. b
eius locusta quid. 816.a
Ioan. de Garland 230.a
Ioan. de Garlandia 107.a
Ioan. Magus 382.b
Ioan. Regiomontanus prædixit luem gallicam 406.a
S. Ioannis vindicta morbus 117.a
Ionæ allegoria 52.a
Ira colicæ genitrix 599.b
quid. 163.a
res vehemens 585.b
qui contracturam faciat ibid.
in colica cur damnosa 465.b
stomachum propiùs afficit 466.a
Iringus insola hyeme crescit 535.b
Itali taxi pinguedinem potant pro contractura 466.b
Iudas 193.a
à mala progenie 103.b
Iudæi medicinam arrogant sibi 265
taxantur 259.b
Iudicium morborum abditorum difficile 262.b
Iuncturarum dolores omnes ex glutine 452. b
Iuramentum cui & quantum deferendum 186
eius prætextus ibid.
Iusquiamus, papauer, mandragora, opium, stupefactiua sunt 616.a

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 885 sur 913

Iuuenculæ naturæ expulsiuæ 394.a
Iuuenes, iuniores & maximè iuuenes quid differant 758.a

K.

Kist pondus gran. xv. 504.b
Kholerus quid. 739

L.

Labor morbos occultos signis suis prodit 762.b
Labyrinthi medicorum 244
Lacertæ ex terra 494.b
Lac non ex menstruo 94.a
præseruat ab orexi 458.a
caseatum 536.b
est sulphur resolutum 456.a
renum qui fiat 480.b
lactis duæ partes serum & caseamentum 309. b
renum ægritudines 479.b
coaguli cura *ibid.*
Lachrymatio 163. a
Lapis & ferrum ex aqua & hæc iterum ex illis 642.a
cyaneus & viridis cur non nascatur 449. a
in homine vno momento fit 84. a
in homine ex intenso frigore 85.a
non è phlegmate sed minera &c. 450. b
intestinorum curatur & eius signa 463. a
renum & vesicæ hostilis tyrannus 329. a
vesicæ & renum 81.a
vesicæ spontaneus ex humiditate salis cruoris siue vrinæ generatus 330. a
lapidis stomachus vbi 812.a
eius siue calculi arcanum 328.a
inexistentis signa 449.b
eius cum vlceratione cura 329.b
vesicalis & renalis cura *ibid.* 330. b
lapides qui fiant in intestinis 462
vnde *ibid.*
fixi sunt sic & ipsorum residuum 296. b
ex aqua nascuntur 192. b. 229. b 294.b
cur alantur 819.a
ij & duelech differunt 311.b
viuunt 812.a
edunt & secum alimenta habent 819
vnde magni & parui 449.b
varij coloris vnde *ibid.*a
Venetiis in stomacho inuenti *ibid.*
lapidum foris & intus similis generatio 85.a
materia prima aqua 307.b
eorum & spermatis ranarum collatio 296.b
coagulatio maximè vtilis 723.a
nutritio qualis 812.a
cœlestium generatio 641.b
lapillus, seu arena auctori tartarus est 440. b
lapilli ex spermate 522.a
ex glutine *ibid.*
Lapsus digiti aut nasi signum lepræ omnium elementorum 545.b
Latus vtrumque vt resoluatur 602. a
dimidium à gutta vt resoluatur *ibid.*
lateralium punctionum mitigatio fit murmentorum adipe 397.b
Laudanum pro dissolutis deploratis 492. b. 540. a
Lauental 247 a
Laurus arbor est crassissima 531.b
Laxatiua vermes non pellunt 495.a
destruunt 464.a
à sulphureo sale 358.a
sunt duplicia 760.b
laxatiuis in lapide vesicæ non vtendum 483 b
Lazulus calcinatus non purgat 536. a
Lectio non sufficit ad comparandam artem 365.b
lecturitionis inanitas 210.a
Legumina in tartaro noxia 456. b
Lentisci & tamarisci differentia 493. a
Leo mortuus parit 372.a
leonis vrinæ & sanguinis vis in peste *ibid.*
Lephanteum 441.a
Lepra 453.b.501.a.545.b
cur veteribus incurabilis 81.a
ex defectu liquoris salis 443.a
non est nisi quæ contagium habeat 502. b
omnia graciliora facit 501.b
quæ incurabilis 503. a
quæ composita, quæ simplex, quæ vniuersalis, quæ particularis &c. 501. a
quæ partes leprâ afficiantur dignotio 544.b
vnde orta 825.a
lepræ curatiua 503.a
ex quartana signum 502. b
ex vrina & stercore signa 501.b
eius partium principalium, pulmonis, epatis, vesicæ, splenis, renum, fellis, cerebri signa *ibid.*
præseruatiua 503. a
quæ signa, quorum elementorum quarum partium 545.b
species quatuor 501.a
triplex origo *ibid.*b
albæ signa 502.b
ex sudore &c. signa *ibid.*a
innatæ signa *ibid.*
rubeæ signa 503.a
stomachi signa 544.b
vrinalium signa *ibid.*b
terræ, aëris signa &c. 505.a
vniuersalia signa 501.b
leprosi ante examen triduo obseruandi *ibid.*
ex seminis natura tales 643.a
non purgantur laxatiuis vllis 453. b
Lepus an melancholicus & aries cholericus 690.a
Leseolus curat icteritiam 357.a
Lethargi generatio 732
Leucophea &c. phlegma quid fit nemo nouit 818.a
Lex iurisconsultorum de medicis 256. a
Libertas auctorum 181
Liberum arbitrium ad quid homini concessum 152.b
Libidinosorum examen 395
Libri medici antiquorum chaos 264
metallici ad quos scripti 715.a
mortui doctores 221.b
naturæ luminis quid tradant 265
penna scripti imperfecti 269.b
qui medicis eu[illegible]endi 281.a
medicorum [illegible]gri 317.b
Libris hominum [illegible] credi non possit 269. a
Liburnia ab Aquila vastata 246.b
Lichtenbergius super Apocalypsin commentatus 380.b
Lien Saturnus 20.a
Ligamenta & caro dulcia sunt acidis offenduntur 466.a
ligamentorum color 800.b
Lignum est corpus ignis 641.a
sine aëre non ardet 602.b
tres substantias habet 34.a
ligni curatio vellicatur 187.
in ligno tria prima conspicua 519.b
ligna in nouilunio cædenda non sunt 367.b
lignorum vapor quantopere noxius 723. b
Limbus [illegible].a. 92. a. 651.b
Adæ quis 242.b
causa vnica varietatis hominum est 652.a
duplex est 51.b
est idea discendi hominis 61.a
est omnia 636.
in homine 92.b
in homine continenter dominatur 725. a
is qualis talis homo 423.a
minor ex maiore natus 651.b
naturam in omnibus seruauit 640. b
ortus hominis 360.b
limbi primi parentes &c. 636.b
ex limbo cognitio medici petendæ 681. a
ex limbo matricis infans nascitur 818. b

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 886 sur 913

Limoniorum succus optimus contra lapidem intestinorum 463.b
Linea ancoræ signum & vsus 65.b
architectæ quid notent *ibid.*
chiromanticæ duplices *ibid.*
crescentium omnium homini insunt 639.b
Lintzgouia, Camgouia 712.b
Linguæ è sticis excussæ 369.b
Lipsia notatur 413
Liquor absinthij 377.a
alchaest est loco absumpti hepatis 352.b
auri nobilis in contractura 467.a
cepæ vt præparetur 484.a 537.b
essentialis 480.a
herbarum vt præparandus 479.b
mercurialis &c. 812.b
mumiæ 467.a
naturæ 170.b
naturalis corporis similis liquori terræ 330.a
conseruat hominem *ibid.*
salis est corporis balsamus 528.b
terræ &c. ipsius vita 625.b
vitæ est homo totus membrorum omnium ideam habens, eius dignitas 154.b
liquoris alchaest præparatio 352.b
lunæ præparatio & vis 352.a
liquores in homine qui multiplices 625.b
partium sequitur constitutio fœtus 157.a
Litera nullius momenti 655.a
Lithiasis in arundinibus & medullis 741.
in stomacho *ibid.*
in venis *ibid.*
generatio 730
eius & podagræ discrimen 559.b
Liquoris vis 212.a
Loca tria in corpore nuda 404.b
vermium quæ 609.b
locorum in homine orde vnde nascatur 815.a
locus vulnus letbale facit 404.a
morbi theoricam & practicam indicæ *ibid.*
loci actiue circa stercus 814.b
mutatio influentiam mutat 350.b
Locusta gummata 643.a
Lotiolæ 484.a.491.a.815.b
logicorum reprehensio 676.b
Longæuitas vnde 720.b
Loquelæ priuatio vnde 687.b
Lorindus quid & quo fiat 665.a
cur frequentior in hyeme *ibid.*
Lotium index constitutionis membrorum 793.a
lotij quam certa præsagia 184
lotio quanta indicia insint 187.
in eo videndo quæ obseruanda 793.a
Lucida tria quæ in corpore 452.a
Lucij cutis contra morsum canum 365.a
Lucrum causa rerum omnium malarum, lucro Christus proditus 258.a
Ludus calculorum omnium cura 652.a
ludi descriptio *ibid.*
Luis gallicæ patronus 118.a
malum patentissimum 344.a
prædictio 406.a
Lumen naturæ 129. 177.a. 193.a
fax spiritus 217.b
solum sectandum 130.a
solertissimus magister 651.a
solum medicum gignit 650.b
sine vsu perit 671.a
æternum 637.b
quando & à quo creatum 669.b
luminis naturæ ars duplex 645.a
ratio quæ 219.a
vis 672.b
Luna appropriatum tantùm humorem trahit 573.b
attrahendo à nobis lædit rationem *ibid.*a
cerebrum est 20.a
cerebro dominatur 758.a
cœlestis adiuuat mercurium intra corpus sumptum 727.b
cur citiùs inficiatur reliquis 390.a
ea & sol mercurium gignunt 362.b
est menstruum macrocosmi 393.b
est oculus læsus 828.a
frigoris præses 375.b
iugiter trahit ex capite 573.b
moderatrix salis 361.a
noua humorem leuem, vetus grauem trahit 573.a
noua & plena cur fortis *ibid.*
sola animalibus vultus fingit. 394.a
lunæ mutatio cerebrum nihil attinet 19.b
cœlestis & terrestris discrimen 725.a
lunatici si deficiente luna grauiùs habeant qui fiat 573.b
à luna fiunt *ibid.*a
notilunio mouentur 389.a
qui 572.b
eorum cura qualis 580.b
lunaria cursum lunæ obseruat. 711.a
Lunga 247.b
Lupus canis syluestris 371.a
vt curetur 778.a
lupi serpentes gignunt 371.a
Luscinia cur sanatur ab aranea 341.b
Lutheri statua in Ingingen 246.a
Lutherum cur oderint inuidi 345.b
Lux naturæ 32.a
inuentrix omnium doctrinarum 715.a
Luxum corpus est corpus podagræ 643.a
Luxurioſi infœcundi 126.b
Luxus spirans 643.

M.

Macrocosmus parens hominis 406.a
parens microcosmi 404.b
vindex scelerum microcosmi 382.a
Macri colicæ obnoxiæ 531.b
Maculatum esse quid 819.a
Magi & cabalistæ qui fuerint 382.b
Pharaonis Deum non offenderunt simpliciter 142.a
pij à magistratu alendi 388.b
quâ vi Christum norint 283.a
magia alchymiæ philosophiæ est 634.a
ab incantatione differt 427.a
inuentrix curæ & causarum 698
inuentrix quò spectet 283.a
inuentrix sedulò addiscenda medico 282.a
medico non temnenda 405.b
obscuros morbos prodit & est anatomia medicinæ 281.b
omnia abscondita manifestat 276.a
magicæ artis medium requisitum 406.a
vis 343.a
inuentricis potestas 282.a
magicæ affines artes 383.a
magicam vt tollat mille artifex nihil non machinatur 282.b
magicæ actionis principium 405.a
magicum non est illico quod non intelligitur 141.b
Magister medicinæ verus 691.a
magistri omnes cur vno modo reprehendantur 224
magistris mortuis nihil tribuendum 652.a
Magistratus officium 128.a
Magnale duplex 167.b
hominis vnde oritur 167.b
hominis naturam alterat *ibid.*
propter hominem factum est *ibid.*
Dei in cibo rerum euidens 812.b
magnalis hominis alteratio corpus inficit 168.a
magnalia & arcana in quo subsistant 284.b
artis 4.a
Magnes apertè nutritur 812.b
ferrum qui attrahat 122.b
oleo mercurij aut allio illitus ferrum non trahit 580.b
præsente sapphiro non trahit ferrum 411.b
magnetica virtus duplex virorum & fœminarum *ibid.*
vis &c. 622.a
magnetinum 441.a
Magor Deus gentilis cui succesit S. Vitus 118.a
Magoristæ 392.a

Mahometus

Mahometus & Apollo per quæ surrexerint 129.
Maius magnæ creaturæ mundi 362.b
Maius mensis omnia renouat ibid.
tempus rerum gignendarum. 363. a
Mala plura bonis 258.a
malum omne ab Eua 163.a
pœnæ Deus infert non astra. 416. a
ex malo nihil boni manat 104.b
Mammillarum cura 284.a
Mandata Dei simpliciter seruanda 174. a
Mandella est semen hellebori nigri 495. b
Mandragora calculum renum curat 537.a
Mania 734
à sola spiritus vita 567. b
ab animi incitatione 605.b
cur non ex humoribus 567.b
elementaris 604. b
est priuatio rationis non imaginationis 566.a
ex tribus locis oritur ibid.
immoderationes omnes frangit 604. a
interdum mores etiam naturæ contrarios exhibet 568.a
vt curetur phlebotomia 778. b
maniæ attractiuum 577.a
calor duplex 567.a
ausa humores non sunt 604.b
causa influentia humana 568.a
cura duplex 566.b
Chirurgica & physica 576.b
differentia 566.a
ex eius materia vermes apostemata aut pus 567.a
genera duo 566.a
infra diaphragma signa, causa ibid. b
membrorum signa ibid.
supra diaphragma signa ibid.
vnica causa cœlum 604. b
remedium 352.a
contra maniam quæ arcana 577.b
eam quæ mortificent ibid.
quæ refrigerent ibid.
in mania apertio vt facienda 576.b
qualis fiat reuerberatio materiæ 567. a
in ea apertio duplex 576. b. vehemens 577. amittor ibid. apertio exulcerans ibid.
pro ea oleum insigne 577.b
maniaci dolores non sentiunt 606.a
qui verè sint 604.a
maniacorum mores à cœlo non humoribus ibid.b
Manna extracta circulata aurum reducit 331.a
ea & tereniabin vnde duo sunt 664.a
ea viris, tereniabin fœminis dicata 542. a
magnetica 713.b
perlata & eius vires ibid.
vitrioli, vrticæ ibid.
mannæ species ibid.
Manus homini duæ, herbæ plures 657. b
Marchasita 193.b
Mare aquarum omnium receptaculum 300. a
mors omnium vndarum 93.b
maris æstus & fœminæ analogia ibid.
Margarita est semen humiditatis 594.b
margaritæ lac gignunt fœminis. 595. a
earum, dosis, præparatio, tempus ibid.
Maria Christi mater Trinitati inserta 151.
Maria Magdalena 141.a
Maris vel semellæ generatio 156.b
Marmoreum quid. 441.a
Martiales qui fiant 574.a
Martyrium cur subeundum 119.a
Massa bolt, luti & tubelech genera tartari alia 297.b
Mastix, Myrrha, thus &c. sal sunt 447. b
Materia prima rerum informis. 283. a
rerum quæ prima quæ vltima 274. a
& tempus stercoris naturam docent 823.a
materiæ & ascendentis diuersitas variat morbum 616.a
eius nulla transfusio 303.a
materia vltimæ fœminarum & virorum differunt 98. b
Mathusalæ ætas 750.a
Matrix 91.a.685.a
causa morborum omnium fœminalium 89.b
creaturas vniuersas continet 681.b
dupliciter afficitur 100.b
est arbor corporis 172.b
est homo & in vniuerso corpore 685. a
est mundus microcosmi vt cœlum matrix Adæ 688. b
est mundus alter 686.b
minor 678. b. 680. b
minimus 86.a
in cœlo descripta 684.a
in se astra habet omnia 678.a
interdum tartarosa 302.b
mundi & hominis vt differant 678. b
non parit sine viro 362. b
nutritur ab omnibus membris 508. a
omnibus superiorum impressionibus subiecta 680.b
quando operetur 157.a
qui inuisibilis 92.b
quomodo suffocet 571.a
radix est fœminæ 89.b
receptaculum omnium liquorum 490. a
vas mundi 680.b
matricis attractio frigore infringitur 157. a
centrum & ipsa matrix vt se mutuò afficiant 105.b
collatio apta cum mundo 88.a
confortantia 580.a
eius & solis comparatio 685.a
lumen in astris 684.a
morbi alterius sunt theoriæ 172.b
morbi duo retentio & superfluitas 508.a
suffocatio 459.b
vis attractiua 155.b
Maturans vis in principio potentissima 757. a
maturatio 184
in hydrope quid & qualis 623.a
morborum qualis 668.b
per quæ facienda 760.a
quotuplex & vbi non sit expectanda ibid.
ad maturationem syrupi nihil conferunt ibid.
Mechanica astralis 681.a
Medicamentum per cohob datum quid sit 533.a
quale esse oporteat 23.b
medicamenta malis simul & bonis commodant 139.a
veterum quæ repudianda 437.b
hermaphroditica 96.a
medicamentorum exaltatio 755.a
medicina 275.a
à beatis inuenta 663.a
à cunis discenda 219.b
a quo impertitur 267.a
à solo Deo 266.
à tribus nebulonibus corrupta 259. a
ab astris non regitur nisi separata 207. b
ab astronomia incipit & in philosophia desinit 710.b
ad vltimam metam nondum peruenit 677.a
aquæ ac venena in tribus primis 711. b
ante pedes est non ab vltimis oris adducenda 205.a
ars est & tam certa esse debet quam sunt geometrica 752.a
ars perpetua 182
bona semper talis est 437.b
cæteris artibus rudior 206.b
cor secundum seu externum 351. a
creata ad vitandam superstitionem 174. a
cur creata 662.a
defensiua, curatiua 53. a
demonstratio est non opinio 322.a
dissimilium est 432.b

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 888 sur 913

dos Dei 600.a.715.b
duplex 2.a. 278. a. 402. a. 434. b 561. a. 646.b
ea & medicus cur à Deo creati 29. a
ea & theologia inseparabiles 43.b
ea & ægri quomodo se inuicem habeant 28.b
ea & morbus ex eodem 712.b
elementaris valde peccat 721.b
est donum Dei non Academiarum 429. a
est fœmina morbi 656.a
est misericordia Dei 429.a.660.a
est opus 249.b
est verbum Dei 433.b
est spelunca latronum 329.b
ex libris viuis discenda 264
ex præscientia Dei creata 116.a
ex quo fundamento constituenda 281. b
est stabilis non fluctuans 185
hodierna qualis 330
in Carinthia subtilissima 246.b
in duobus consistit 691.a
in peste duplex 438.a
inuisibilis 198.b
iustitia & misericordiæ 45.b
medici cordi æqualis 660.b
naturalis 402.b
non est quod vident oculi 136. b 274. a
occulata est 315.a
omnis venenum quæ vermes interficit 541.b
perfecta cur 279.b
à Deo est creata 819.a
per ignem consistit 31.a
pleraque à vulgo inuenta 364.a
probis & improbis communis 607.a
purgans non est simplex 814.a
qualitates non attendit. 196.a
quæ summa 105.a
quibus instituenda 663.a
rerum non est corpus 267.a
sanat non diæta 755.a
secundùm quæ æstimanda 814.a
sine cœlo nauci 207.b.343.a
specifica quid 776.a
subtilianda 208.a
vera stercore vacat, cibus contra 62 .b
vel virilis vel fœminalis 87.b
medicinæ ala 677.b
certitudo vnde 216.b
causa, primitiua, antecedens, coniuncta, vellicans 202.b
directorium solum cœlum 208.a
donum non omnibus datum 433.a
finis prorogatio vitæ humanæ 750. b
fundamenta quæ 224
fundamentum vnum sibi consentiens 182
fundamentum philosophia 225
gradus & ætates 283.b
illustratores qui 248
mala diuisio & cur 646.b
quæ distinguenda sint 54.b
religio labyrinthea 265
veteris errores 677.a
medicinam decet esse perspicuam 191.b
nationes vniuersæ sibi arrogant 266.
ad physicam & chirurgicam quæ spectent 2.a
medicinæ duplices 433.b
inutiles quæ non putrescant 50.b
nisi à cœlo dirigantur nihil operantur 343.a
medicinarum suus ordo vt & morborum 762.a
medicus 33. b. 43. b. 184. 345.a 661. b
à quo doceatur 671.b
an arte sua quicquam efficiat 27.b
ab astronomo differt 199.b
ἀφιλόσοφος nihili 64.b
artifex mechanicus 645.b
artium centrum 678.a
anaritia carere debet 216.a
beatus quis 812.b
cœlum, arcanum eius stellæ 595.a
cor est & opus non verbum 677.a
cur creatus 627.a.659.b
debet esse physicus & Philosophus 318. a. 319. a. 321.a
destillationis peritus sit 370.a
dominatur infectioni cœli vt sapiens astris 770.b
externus quando naturam iuuare debeat 279.a
ex anatomiarum concordantia 40.b
fragmentarius qualis 402.b
frustra operatur peste à Deo non relicta 430.a
fundamentalis 192.b
in indagandis arcanis cani venatico similis 692.a
interior non est sine exteriore 216. b
inuisibilium peritus sit 629.b
is & medicina à Deo 251.a
quid 659.b
duplex 759.a
messor est, & falx medicina 645.b
natiuos etiam morbos sanare debet 47. b
naturæ minister 53.a
nemo sine doctrina & experientia 220. a
neminem sanat nisi ipsum Deus immittat 28.b
non sibi sed aliis medicus & cui similis 215.b
nullus sanitatis terminum scit 27.a
philosophus & astronomus peritus esse debet 814.b
pyromantiæ peritus sit 642.a
quæ scire debeat 221.a.757.a.769.b
qualis astronomus 597.a
qualis esse debeat 605.a
quando perfectus 814.b
quando naturâ iuuare debeat 752.b
qui fieri debeat 184
quibus præcipuè morbis sanandis præstitutus 46.b
quid sit ad Theophrasti tempora ignoratum 184
quid agere debeat vt laudetur 322.a
remediis triplicibus instructus esse debet 436.a
sine ægri aptitudine infœlix 121.b
sine industria nihili 221.a
sine cœlo nauci 637.a
sine astronomia nihili 617.a
sine experientia nihili 317.b
sit à plebeio diuersus 757. a
medicus sit astronomus 256.b.318.b 751. b
sit cosmographus, philosophus alchimicus 256.257
sit cosmographus & geographus 753. a
sit astronomus & prognosticus 241.b 630. a
sit astronomus quadruplex 665. 667
sit ab externis 199.b
sit peregrinator 292.b
solus contemplator hominis accuratissimus 103.a
super misericordiam Dei fundatus 429. a
vbi hominem quærere debeat 232.a
verè quis 334.b
vt à rebus aliis distet 660.a
vt hominem eiusq; morbos cognoscat quæ requirantur 37.a
vt ex suo semine fiat 334.a
medici ars debet se habere vt cantus alaudæ 651.b
cognitio sublimior est cognitione rustici 639.a
consideratio 32.b
eius & Apostoli vna sors 52.a
est curare morbum non protrahere 782. b
est futura prouidere 786.b
falsi nullius successu 216.b
herbarium quale 283.b
illuminatio vnde petenda 280.a
officium 101.a. 209. b. 660. a 677. a. 708. b
oculi quales esse debeant 43.a
officium circa medicamenta 144.b
officium diætam præscripturi 321.a
officium circa dispensationem Dei 212. a
in præseruando 98.a
graue 660.b
in calculo præcauendo 329.a
præstantia & ars 711.b
probitas, veritas 216.b.217.a
prouincia dura 46 b
proprietas secunda fides seu veritas 217.a
tertia castitas 218.b

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 889 sur 913

quarta congruitas 219.a
quinta fidelitas 220.a
sexta industria ibid. b
prudentia 753.a
requisita 209.a
scientia perfecta sit 200.b
medico morbos omnes experiri impossibile 205. b
omnes homines subditi 660.a
quæ scienda 1.b.226.b.239.a.757.a 811. b
quæ non consideranda 50. b
cui loquendum sit 227.b
quid subiectum non sit 42.a
vnde discendum & ex quibus magistris 103.a.636.a
medicum cœlum non gignit 186
Deus perfectum voluit 640
natura constituit 190.b
per medicum omnia fiunt 406.a
philosophum esse decet 319. a
quid faciat 185
tincturarum cognitionem habere decet. 7.7.b
medici cur in errores acti sint 242.b
cur vno modo omnes reprehenduntur 224
characterales 2. b
duplices 258.a.825.b
duplices speculatiui & experientales 292.a
fideles 2.b
fideles Christus & discipuli 3.a
humoristæ quales 684.b
imperiti dæmones sunt purgatorij 27.a
taxantur 30.a
improbi non sanant 258.b
Iupini & qui sint 216.a
naturales qui 2.b.770.b
pharisæi 224
primi cur pro diis culti 134.a
particulares qui 770.b
probi ex Deo, improbi ex Satana 217.a
qui præceptores sint 651.a
quot morbos nesciant curare 212. a
quotuplices 770. b
soli veraces, veri 217.a
spumæ similes 226
specifici 2. b
sunt scarabæi 680.a
tabellariis similes 259.b
triplices sunt 251.a
trium mundorum tres 86.b
vtrique in fine conueniunt 251.a
veteres metaphoricè calculum nominarunt 289.b
iactabundi 760.b
reprehenduntur 665.b
medicorum causæ primitiua, coniuncta, antecedens vellicantur 202. a
effugia quæ 47.a
elusio 185
eorum & philosophorum reprehensio 133.a
medicorum & Academicorum reprehensio 647.a
eorum & pharmacopœorum reprehensio 105.a.211.b
eorum & sacrificorum vna sors 208. a
error & inscitia 233.a
est omnes morbos sanare posse 46. b
est μετατιθεῖν 321.a
falsorum & verorum qualis curatio 250.a
humores eleuantur 637.b
ignauia taxatur 256.b
imperitia reprehenditur 254.b
inanis opera circa tartarum 70.a
infectatio 137
labyrinthus 244
mira miscella 258.b
mos prauus 259.a
nonnullorum fastus quantus 140.a
opinio de directoriis falsa 284.a
peruersitas 269.b
reprehensio 70. b.71. a.72. b. 73. a 76. b. 77. a. 78. a. 79. a. 82. a 83. a. 85. b. 87. b. 88. b. 89. a. 90 a 91. a. 93. a. 94. a. 95. b. 96. b. 101. a 102. b. 106. b. 137. 142. b. 148. 153. a. 155. b. 161. b. 183. 190. a 196. b. 197. b. 199. a. 200. a. 202. a 204. a. 205. a. 207. b. 208. a 209. b. 210. a. 212. a. 216. a. 218. a 221. b. 222. b. 226. b. 227. b. 228. a 229. a. 233. b. 236. b. 237. a. 238. b 239. a. 240. a. 240. 263. a. 280. a 287. a. 290. b. 294. a. 305. a. 306. b 310. a. 311. a. 314. b. 315. b. 319. a 322. a. 329. b. 358. b. 365. a. 372. b 376. b. 382. b. 409. a. 413. 518. a 519. a. 567. b. 606. b. 615. 618. 620. b. 623. b. 656. a. 657. a. 661. b 676. a. 681. a. 769. a. 811. a. 813. 814. b
reprehensio acris 191. a. 206. a. 230. b. 334. b. 511. a. 662. a
longa 185
de locis pestis 418.a
ob sophisticam 813.b
huius sæculi 331.b
Sectæ quinque naturalis, specifica, characteralis, spiritalis, fidelis 2. a. & 3. a
veterum reprehensio 809.a.819.a
medicis arabibus & extraneis quatenus credendum 37.b
qui libri euoluendi 281.a
Medium cœlum quid 602.b
Mel qui lethales 319.b
cum pane in Iunio esitatum lumbricos parit 368.b.696.b
Melancholia 21.b
complexio nulla 162.b
in medicina non recipienda 39.b
melancholicúsne quis sit appellandus ibid. a
melancholici qui 572
melancholicorum cura 581.b
genera quatuor 574.b
Melissa contra asthma 547.b
est in cœlo 228.b
melissæ, chelidoniæ essentia præparatio 351.b
Melusina & Sirena 221.a
Membrum membro curatur 233.a
quoduis suum peculiare & signum & morbum habet 796.a
membri sanitas, spiritus, robur 349.b
vitalis læsio mors 602.a
membra nihil expellunt sed medicamenta 351.b
corporis nullo extraneo alimento egent 18.a
spiritalia cur partes principes 352. a
membrorum corporis disponendorum modus 155.b.156.a
trepidationi quæ aduersentur & medeantur 729.a
laxorum confortatio 748.a
membri sua inest digestio 810.b
Mendacium a spiritu malo 193.b
Mensis archelai 765.a
menses vt promoueantur 747.a
Menstruum 93.b.157.a
cur cesset in gestatione & lactatione 94. b
flos non est sed excrementum 93. b
lepram gignit 502.a
non est causa caduci 687.a
scarificatione non curatur 783.b
vina corrumpit 393.a
menstrui consideratio ad multa vtilis ibid. b
fluxus vt mouendi 779.a
miræ vires absconditæ 125.b
menstruo nullum venenum fœdius 94. b
ex eo omnia infecta 393.a
menstruosa est venenosa 389.b
speculum inficit 387.b
menstruosæ oculus cur cæteris partibus venenosior 389.b
lunam potenter inficiunt modis multis 390.a
menstruatarum peste correptarum cura 400.b
Mentaphora 117.b
Mercurius 726.a.824.b
à quo separetur 56.b
à sale sulphure 361.b
auri &c. 439.b
chaos causa obscuritatis 710.a
cura hydropisis 693.a
dentes & vngues solos non inficit 542. a
duplex 710.a
est hyems 824.b
est luna & hyems terræ mineralis 724. b
est oculus fructus 828.a
ignem fugit 716.a
imperfectum metallum & cur admodum

modum nocens 722.b
in homine sua signa dat nouilunij, quadraturæ & plenilunij 726.b
intra corpus agit vt Luna, luna est perpetua & hyems perpetua, viuus ab homine digeri nequit 727. a
is & sulphur metallorum non digeruntur vt minerarum 717.a
is saliginem, sulphur, resinam, sal tartarum dat 710.b
is & argentum viuum vt differant. 623.b
mineralis ab astris constellatur & parit febres, attractus digeritur in vltimam aliquam materiam in pulmone 716. a
mortuus vt viuificetur, corrosiuum pro eo 729.a
multiplex 356.b
omnia metalla producit 722.b
præcipitatus icteritiam tollit 538.a
quadruplex 234.a
quales materias digerat 716. b
quotuplex. 48. b. 56.a
quot modis accendatur 56.b
se gerit vt hyems in homine 726.a
triplex est 170. a
viuus bonus & malus est nata theriaca 722.b
viuus semiperfectus est metallum apertum 723.b
vnde oriatur 380. a
vocatur sic quia est versatilis vt planeta mercurius 724. b
volatilitatis acrimonia quid faciat 168. a
vt luna non solùm in cerebrum sed in omnia etiam membra facit impressiones 727.a
vulgi idea est primi 168.a
mercurij accensi effectus 57.a
corpus quid 715.b
genera 710. b
humiditas nociua vt effluat 723.a
mira subtilitas 57.b
mirabilis natura 51. a
morbi qui 171. a. 356.a
natura 48.b.356.a
plus in lapidibus quàm in metallis 723. b
præparatio 623. b
pustulæ vt arceantur 720. b
separandi modi tres 56.a
spiritus quæ producat 168.b
vis & potestas 36. b. 355.a
viui & mortui in corpore signa & viui loca in homine 728.b
volatilitas quæ faciat 168.a
mercurium separantis caloris tres species 56. b
in mercurio omnium metallorum arcana latent 723.a
Merula aranea coquit 323.a
Metallum in omnibus elementis 197.a
quodus suum fumum & ignem dat 715.
metalla iam separata adhuc tria fragilia corpora ex se præbent 717.a
metalla in mercurium redigenda & postea præparanda 723 b
in morbis dissolutis sunt arcanum 539. b
in omnibus elementis 234.a
lapides ex aqua 668.a
mille non ex sulphure & mercurio 229.a
omnia fuerunt mercurij 722.b
ex mercurio ibid.
qui mercurij vim habeant ibid.
quæ quibus acetosiora 324.b
sine igne venenum non emittunt 723.b
tartarum ex se non dant 298. a
metallorum semina vbi 724. a
metallarij infecti facile alios morbos incurrunt 712.a
Meteorica Aristotelis ventilatur 230.a
meteorologia hominis 300.a
Mica 193. b
Microcosmus ad macrocosmum conferendus 287.a
ex macrocosmo noscendus 632.b
ex quatuor elementis 591.b
microcosmi colores natiui 595.b
eius & macrocosmi cognitio medico valde necessaria 626. a
in microcosmo omnia sunt mineralia 99. a
Mictio difficilis vnde 455.a.b
impedita vnde 454.a.b
inuoluntaria vnde ibid. 455.b
sanguinis vnde 315. a. 454.b.764.a
saniei vnde 455.b
mictionis abolitæ causa 530. a
depravatæ causa 315.a
impedimenta 454.a
signa & varietas ibid.
spermatis & puris causa 455.a
Mille artificis machinatio in tollenda magica. 282.b
Minera est causa nebulæ terrenæ sicut galaxa aëreæ 709. a
calcena quid 457.b
mineræ impuræ damnosæ, depuratæ innoxiæ 719. b
principales sunt tres 170.b
sunt stellæ terræ 710.a
Mineralia 800. a. 804.a
corporis 533.b
differunt regionibus 712.b
in tartaro vitanda 456.b
microcosmi sunt materia morborum 406.b
omnium hominum sunt 629. a
omnia sunt in homine 443.a.614. a 616. a. 629. a
omnia in microcosmo 99. a
purgationibus non tolluntur 487.a
sensibilia 644.b
sunt astra terræ 723. b
sunt membra principalia 446.b
mineralium ætates vnde definiantur 472. b
causa est aqua 340.b
genera tria 806.a. *quatuor* 450.b
mineralium materia prima aquæ 307.b
nomina & species 170.b
species, morborum species faciunt 172. a
mineralibus remedia insunt 171.b
Quando plus mingatur 536b
qui stantes mingere nequeunt vnde id fit 454.b
Minimum & nimium destruunt 278.b
Minotaurus in centro labyrinthi 265.
Minutio in peste frustranea 418.a
Miracula edit etiam canis magnetem habens 136.a
Misericordia 659.b
medici præceptor 660.a
medicus est 661.a
eius effectus ibid.
misericordi soli medicina datur 663.a
Mixti nullum iudicium 769.a
Molæ causæ 126.b
Monachorum ieiunia noxia insciti a 762.b
77.b
Monoculi, cyclopes bipedes an ab vni patre 149
Monspelienses notantur 275.a
Monstra qui gignantur 607.b
immedicabilia 303.b
eorum causa 158.a
monstrosum 737
Morbus auri quid. 357.a
caducus & vnde 116.e
chronicus 776.b
cur homo vocetur 655.b
dissolutus 539.a
duplicis elementi 776.b
est homo 654.b
est inuisibilis corpus eius visibile 640.
faber est ibid.
gallicus nouus est 472.b
in tinctura non cadauere 681.b
ipse suas certas accessiones & discrimin habebit 756.b
is non cœlum in phlebotomia spectandum 766.b
metallicus vt generetur 714.a.717.b
elementum est non qualitas 721.b
nullus remedio suo caret 590.a
nullus sine corpore 658.a
nullus sine veneno 11.a
nullus sua forma caret 641.a
omnis ex suo corpore natus 658.a
omnis purgatorium 27.a
primus qualis fuerit 474.a
quilibet est homo 655.b
Sancti Quirini & eius causa naturalis 117. a
Sancti Viti 753.b
sequitur separationem 384.a
tinctura quid 357.a
trepidus medicinam non habet 582. a
viri nomine indigetandus 35. b
vt pictor est 644.a
morbi domini cognitio, est etiam cognitio medicamenti 425.a
cuiuslibet sua medicina data 322.b

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 891 sur 913

eius & sanitatis radix vna 106.a
locus theoricam & practicam docet 404. a
medicinæ plures 105. a
metallaris arcana & asula & rebisola 729.a
mineralis præseruatiuum & conseruatiuum ex herbis & factis butyro 722.a
morbi mineralis theoria est duplex 172. b
vim variat subiecti ratio 432.b
morbo cuilibet suus peculiaris color 639.a
suum remedium 250.b
morbi a cibo duplices 797.b
ætatibus differunt 755.a
annorum posteriorum peiores priorum morbis 755.a
ante ambulones mortis 423.a
appellandi 170. b
asthmatici & metallici vt differant 708. a
astrales vt fiant 668. a
cœlo subiecti frustra curantur 238.a
desperati cognitu difficiles 179.b
diuersi qui fiant 303.b
duplices 664. a. 760.a
materiales & spiritales 23.a
duplicis elementi 776.b
elementares quatuor 721.b
etiam crudelissimi à medico inuadendi 661.a
ex infectionibus elementorum 238.b
ex mucilagine 522.b
ex suo semine orti 280.b
ex stercore duplices 821.b
ex violatione instrumentorum alchymistæ 15.b
hæreditarij 771.a
insanabiles 303.b
ij & remedia non graduantur 232.b
imaginationis duplices 425.b
in cœlo sunt 683.b
in fœmina viriles vt curentur 100.b
incurabiles 250.b.713.a
inuisibiles sunt 242.a
lunatici singulorum morborum, qui capitis, articulorum, hepatis, renum 727.a
matricis ab aliis diuersi 681.b
muliebres 729.b
narcotici 468.b
non omnes ex elementis 60.b
non fame sed medicina curandi 754. b
nubili vt curentur 776.b
nulli incurabiles 662. a
omnes curabiles 575.b
omnes ex iliado 474.a
omnes duplices 574.b
omnes ex vno quolibet ente 5.b
ex putrefacta digestione 15.a
extrinsecus ingeruntur 518.b
ex tribus primis 519. b. 825.b
vel naturæ sunt vel rationis 564.a
omnes flagella sunt 28.a
omnes in tribus substantiis consistunt 35.a
omnes in sanguine quærendi 771.a
primary quatuor 664.a
pulmonis, cerebri proprij 726.b
qua ratione cognoscendi 664.a
quales ab vrina bletæ 481.a
quando incurabiles 105.a
quando medicinæ subiecti, quando minùs 238.a
qui & vnde noscendi 271.b
qui cum peste concurrant 399.b
qui ex oculorum substantia 828.b
qui noui 532. b. apud Theophrastum 251. b
qui quibus mundi temporibus orti 825.a
qui quo tempore orti vt nepthritis 826. a
qui præcipui ex vrina nascantur 795.a
qui exscindendi 49.b
repentini & intensi tenuem exigunt cibum & cur 755.b
sanguinis ferulæ 406.b
senum qui 61.a
specifici qui ibid.
superaturales vt ex nobis in cœlo fiant 406.a
sunt fructus trium primorum 170.a
somnij vincuntur a natura 176.b
sunt infiniti 414.b
sunt vel in stomachis vel extra 813. b
tartari cruoris qui & qui non curantur 557. a
tincti triplices, tincti nigri vnde, tincti plures tribus 596.b
tres tantum vt & tria remedia 356. b
varij ex metallorum spiritibus oriuntur 717.b
vel fuerunt, vel sunt, vel erunt 414. b
vel sunt pœnæ vel naturæ 825.b
virorum & fœminarum diuersi 173. a
vnde denominandi 43.a.465. a
vnde noscendi 339.b
vno tantùm nomine exprimi debent 49 a
vt nominandi 190.b
vt oriantur. 51.a
morborum anatomia 40.a
causæ peruestigari nequeunt. 29.a
cognitio difficilis 262.b
conditiones 38.a
causæ generales 36.b
diuisio in ramos, locustas & folia 356. b
entia quinque 4.a
ex argento viuo cura 728.a
generalium causæ duæ 681.a
genera quatuor 22.a.342.a
genera tria 356. a
in homine duo genera 92.b
materia mineralia microcosmi 406. b
matricis duæ theoriæ 172.b
morborum metallicorũ tres sedes 718.b
mineralium cura & præseruatio 721. a
natura duplex 97. a
omnium causa cœlum 242.a
origo vel ex resolutione vel ex coagulatione 172.a
ordo duplex natura & flagellum 27. a
qualitates non considerandæ 49.b
sanguineorum vera cura 772.a
signa ex impeditis actibus naturæ 763. a
somnij quod subiectum 176.b
subiecta duplicia 23.a
tartareorum IV. genera 66.b
paroxysmus duplex 82.a
tinctorum cura duplex 597.a
morbis etiam grauissimis sua creata remedia 661.b
nomina cur innouet author 252. a
omnibus sua sunt remedia 661.a
morbos omnes in stomacho vincere natura conatur 61.b
Mores ab astris non à melancholia 39. b
ij, ingenia &c. an ex complexione oriantur 37.b
Morphea quid & vt curetur 779.b
eius medicina est arcanum 783.a
Mors accidentalis qualis 410.a
colores mutat 595.b
cur non curabilis 709.a
duplex est 472.b
extra numerum 205.b
in peste duplex 410.a.437.b
morbis plus est 406.b
non est προσωποληψιας 55.b
omnis est ab arsenico 171.a
pestis qualis 410.a
quam horribilis 54.a
qui & quando irruat 222.a
qui hominem inuadat 726.a
rerum seu ars vulcanica 714.b
tincturarum mater 628.a
mortis intentæ excubiæ 55.a
pigmenta 40.a
morti accidentali aqua vitæ medetur 437. b
mortem quæ sequantur 55.b
mortale quid 685.a
mortuum quoduis putredini subiacet 768. b
mortua quoque in opem adsciscenda vt viua 131.b
Moschata 227.b
Motio corporis ab oppilatione 527.b
motus nitri qualis ægritudo & vnde dicatur 523.a
Moyses serpentes facit 142.a
moysis serpens æneus 373.b
liber consecrationum 145.b
Mucus excrementum sanguinis 81.a
narium 17.a
muci vrinæ quæ 800.b
mucilago rei corpus, sal coagulat 295.a
Mulier creatura est dimidia 681.b
mundum duplicem habet. 684.b

propter

Mulier propter ſolam matricem condita eſt 99.a
viro eſt imbecillioris rationis 387.b
viro non eſt frigidior 725. b
muliebres morbi à virilibus omnino diſtincti 88. b
Multitudo errantium non parit errori patrocinium 825.a
Mumia 130.b. 209. b
eſt homo 52.b
in ſe omnia habet 130.a
interna vulnera ſanat 439.a
pro re ſancta traducta 131. b
quæ vi homines attrahat 134. b
mumiæ miracula 131. a
natura miranda 133. b
vis 130.a
ex vtero materno inditur 136.a
magnetica 389.a
circa mumiam fraus diaboli 131. b
Mundus bibliotheca medici 292. b
de creatore ſuo teſtatur 632. b
eſt ſimiæ ſimilis 369. b
ex limbo 636. a
externus docet de interno 814. b
figura hominis 597. b
in ſe hominum morbos habet 195. b
minimus fœmina 86. b
omnia continet medico ſcienda 241. b
omnis in homine conſiderandus 814. a
pica laborat 367.a
triplex 681. b
vniuerſus ex tribus conſtat 169.a
vult decipi 259. b
mundi magni, minoris & minimi conſideratio 86.a
pars omnis eſt in homine 103.a.811.b
quicquid videmus eius ſaltem dimidium eſt 108
partes duæ 664.a
duo quoad regimen 690.b
mundi quatuor pro numero elementorum 151
mundorum trium tres matrices 92.a
Mundificatiua à ſale 357. b
Murmentorum adeps 397. b
Muſcæ ex aëre 494. b
Muſci extractio valet ad ſcotomiam, caducum, maniam 352.a
Muſſula quid. 497. b
caduca eſt 542.b
eius caro caducum ciet 497. b
Muſtelæ, ſciuri, leones caduco obnoxij 616. a
Mutatio animi 407.b
Muti cur non ſanentur 262. b
Myrrha 399.a
Myrmidones 606.a
Myſterium vide arcanum
myſterij præparatio qualis quo tartarum pellitur 327. a
myſteriorum numerus corporum index 639.a

N.

Narcotica quæ capitis dolorem inuehant. 507. b
Nares acutæ iracundiores preſſis 656.b
Nati prophetæ hoc eſt natura generat ſuos 640
Natura ab artificibus vt differat 810.a
admodum imperioſa 759. b
aliquando aberrat 319. b
aſſumit ſibi ſimile 638.b
componit remedia non medicus 194. b
eſt æquabilis 762. b
eſt breuis & moderata 175. b
eſt liber medicinæ 651.a
eſt morbus ipſa & ſola morbi medicina 188. b
eſt ſedula ſeparatrix 308. a
finita eſt 132.a
hominis valde medica 176. b
interdum nullum tartarum tolerare poteſt 320.a
medicus prior eſt homo poſterior 759.a
medicum docet 226. a
modo ſeruatur 320.a
omnia molitur quæ artifex 209.a
ordine gaudet 212. b
purgatur per cruorem 443. b
quæ bona quæ mala 104.a
qui à medico tractanda 203.b
ſaltem purum accipit 440. b
ſequenda medico eſt 822.a
ſibi medica 53.a
ſimul morbus eſt & medicina 226.a
ſtatuario ſimilis 284.a
ſupernaturalis 405.b
naturæ ſequitur ſemina quodque ſuæ 298. a
cognitio proximum bonum à beatitudine 148
confortatio ab auro 753.a
eius & mortis antipathia 54. a
lux magiſtra veritatis 640
præſtantiſſima 108
mas 206. b
nihil addendum à medico 194. b
officina quam illuſtris 324. a
prouidentia in corpore humano 815. a
ſagacitas 54. a
ſedulitas in ſignandis rebus 342.b
ſtudium in expulſione noxiorum 624. b
ſubtilitas in formando fœtu 128. b
ſuccubituræ mos circa appetitum 410. b
naturæ tendenti ad victoriam non eſt medicinis importunis ſuccurrendum 759.a
naturam abolere medicus nequit 557. a
contra eam nihil ſtatuendum 768. b
in natura nihil fruſtraneum 305.b
Neaſtron quid, quadruplex 740
Nebulæ cauſa aſthmatis 709.a
Neceſſitas excuſat 140. b
Necrocomiæ quid & earum generatio 642. a
Necromantia 665.a
necromantici qui *ibid.*
Nectar ſuccoſum tartarum reſolutum expedite pellit 460.a
Nenuphar ſecundinam pellit 364. b
Nigromantiæ vis 245
Nihil operatur ſine diſpoſito medio 602. b
ſua concordante forma caret 654.a
ſine nœuo 258.a
Nimium omne venenum 762.a
Niniuitæ 253. b
Nipalen præcipitatus ſtomachum purgat 79.a
Nitiala ſtella 614.a
Nitrum quid & quî fiat 449.a.524.a
eſt hermaphroditicum 376.a
ex roſaceo & ſedi ſucco inflammationes arcet. *ibid.*
vt ſorus ſic intus paratur 479.a
nitri locus ſanguis 524.b
Noli me tangere morbus quando creticet 474.b
Nomen eſt res nuda 628.a
nihil eſt 638.b
nomina genuina cur rebus indenda 290. b
morborum cur innouet Theophraſtus 252.b
ſunt ambigua 685.a
nominum contentio ocioſa 253.a
Noua ſcribit auctor ſed metallicis nota 714.b
noui morbi qui ſint 532.b
Nox latebra malorum 380.b
Nudi & ſine artibus naſcimur 142. b
Numerus vltimus nullus 237.b
Nuſtus 480. b. 527. b. 537.a
vnde 480. b
nuſti cura *ibid.*
Nutricolum membrum 798.a
Nutrimentum cum ſtercore interdum exit 824.a
in cibo eſt optimum, peſſimum eſt ſtercus 823.b
inteſtinorum, & ſtercus differunt 810. b
ſui ſimile eſt 66.a
tartari medicina eſſe debet 325.a
nutrimenti tranſitus 72.a
nutrimento ſuo omnia conſeruantur 813. a
nutrimenta dupli cia 497.a
deſiderata citiùs penetrant 325.b
nutritio à ſucco bono eſt 94.b
eſt formæ reparatio 44.b
Nux 399.a

O.

Obiectum quid 152.b
Obſeſſi qui 572.b
ieiunio & precibus ſanandi 252.b
Obſtructiones cauſa colicæ 598.a
Obturatio inteſtinorum 71.a
Occaſio & modus ſcriptionis Theophraſti 182.
Occidens eſt monoculum 598.b

Oculus

Oculatæ semen sit cobites 371.b
Oculus cur rotundus 828.a
quî se circa tria prima habeat 827.a
oculi & solis comparatio ibid.b
officium videre conueniens 604.b
radix in fronte 827.a
cur non verminosi 609.b
cæsij nigris meliores 656.b
cancrorum arenas pellunt 562.a
lippientes sanos inficiunt 411.b
medici 33.b
rerum doctores 294.a
oculorum compositio 827.a
flos quis, fructus, cortex, lignum ibid.
forma crucifera 829.b
sulphuris natura 828.a
oculis quî chelidonia prosit 373.b
omnia certa fiunt 256.a
Odium generale generalem pestem mouet 419.b
mutuum vnde 23.b
Officinæ reprehenduntur 213.b
Oleum & aqua iunctim stridorem in igne cient 668.b
id & butyrum venena suffocant 466.b
casæ splenem penitus tollit & eius dolores 353.a
calcis marmor soluit 561.a
angelicæ vt fiat 488.b
aureum pilei 17.a
auri quid 587.b
mercury vim magnetis extinguit 437.a
nucum muscatarum aduersus casium dentium 729.b
serpentinæ 633.a
vitrioli contra caducum 498.a
vt volatile fiat 675.a
oleti auri præparatio 587.b
de colchotar descriptio 483.a
vitrioli cum aqua vitæ omnium penetrantissima, eius præparatio 588.b
ab oleo humiditas pane extrahitur 530.a
olea tormina ventris non curant 445.b
oleitas restinguit venenorum acrimoniam 479.a
oleosa acetosa suffocant 466.b
Omnia ex sulphure, sale, mercurio nata 361.a
per medium fiunt 406.a
sine Deo tenebræ 268.a
suo tempore florent 318.a
sunt creatura vna 242.b. 682.a 637.a
vnum sunt essentia 372.a
Opera de causis testantur 632.b
naturalia quis primus diuis imputauit 132.b
spiritus & hominis quo differant 308.b
operatio duplex sine & cum sensu 678.b
operationis medicæ sospitatio fauor cœli 207.b
operatione instante vestes de venerius ponuntur 302.a
operationum contrariarum causa cœlum est 239.a
operum diuinorum finis 139.b
inuisibilium finis 109
operibus credendum non verbis 196.b
opus ostendit artificem 249. 639.a 713.a
doctorem creat & probat 335.a
opificem artis suæ instrumenta ignorare turpe 331.b
Opinistæ nouatores 622.b
Opium sedat caducum 576.b
Oppilatio ariduræ causa non est 626.b
duplex 383.a. 468.a. 477.b
hepatis 744.a
duplex 468.a
quos morbos ferat 470.a
quid & quotuplex 469.b
spiritus vitæ in genere 350.b
vt ex vrina noscatur 795.a
oppilationem spiritus quæ sequantur pathemata 350.a
oppodeltoch emplastrum 364.a
Opprimechiolum 470.b. fumus aeris 532.a
Orexis vnde fiat 457.a
signa ibid.
cura calcenonis solutio non expurgatio 458.a
cura cum exulceratione ibid.
paroxysmum quæ efficiant 457.b
remedium 529.a
causa, cura 741.a
stomachi cura panis D. Ioannis 457.b
orexin creta tollit exsiccando & bolus armenus ibid.
mouent vrina confecta & mixta 458.a
quæ gignant, tollant 530.a
in orexi laudanum capitale 458.a
Oriens corporis extremitas stomachi 598.b
præstantior septentrione 283.a
Origo omnium exploranda 102.b
crisis, temporis, digesti, finis 525.a
Orion in lupo serpentes gignit 371.a
Os præconis quoddam quasi cœlum 104.a
oris ablutio vnde introducta 816.a
Os cordis ceruini confortatiuum pestis 371.a
cranij non in omnibus reperitur 672.b
ossis de corde cerui succus defensiuum pestis 412.b
ossa non omnia vnius naturæ 273.a
ossiculi cranij figura 672.b
Ossia cœnobium Carynthiæ 607.a
Ouum est cœlum & terra 199.a
ouorum vnguenti vsus 730.b

P.

Pallor omnis ex hepate 468.b
Panericij cura stulentina 284.b
Panis & caro &c. nutrimenta omnium partium 810.b
is & mel vermes gignunt 608.b
quotidianus duplex 660.a
est munus Dei non meritum hominis ibid.
fissus 530.a. orexis medela 534.a
pane tosto vt aquositas ex oleis extrahenda ibid.b
Pannus vt ad natiuum colorem redeat 286.a
Papæ visibiles & inuisibiles 146.a
Paracelsus vide Theophrastus
Paralysis 826.a
ab apoplexia differt 504.b
eius ac stuporis causa 315.a
est vel caduci vel guttæ 496.a
mineralis &c. 718.a
vt curetur 779.b
paralyseos cura ibid.
ante paroxysmum instituenda 773.a
genera 732. præcautio 746.a
signa 504.b
paralyticus fœtus vt nascatur à parentibus non paralyticis 126.a
Paroxysmus 756.b
coagulationis 318.b
dimidius vt fiat 478.a
febrilis vt fiat ibid.
renalis vt fiat 482.a
sanguinis interdum venas rumpit 548.a
paroxysmi podagrici causa, aër humidior, influentia cœli maximè lunæ & corporis à quibusuis causis alteratio 559.a
signa ignis, terræ aquæ & aeris 667.b
tartari excitantur à florenty temab influentia, à cibis & potibus vel aduersis vel similibus, ab accidentibus externis calore, frigore, venere a proprietate tartaro innata 317.318.319.
in paroxysmis nihil tentandum & cur 756.b
Parenthesis auctoris commendatio, subdiuisio 3.a
Patris cognitio vnde petenda 684.b
Partibus canis dolor singularis inest 599.b
Partus vermi formes vnde 158.b
Patriarcharum sæculo quibus rebus ætas producta 48.a
Pauo 13.b. quando vomat 369.b
sibi serpentem imaginans radios iactat 386.b
Pauor facit continuum metum & Deo non confidens panet ibid.
Peccatis omnia peiora reddita sunt post primos parentes 163.b
Pecora qui tartarosa fiant & tartarum nobis indant 311.a
pecorum & hominum diuersa ratio ibid.b
imaginatio leuior hominum imagi-

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 894 sur 913

natione 121.b
Peregrinatio ad quæ vtilis 298.b
medico futuro necessaria 293.294.a
meliores facit 256.b
vtilis medicis 291. b
peregrinationum auctoris commoditates 255.b
Perfectum ad finem vsque creatum nihil est 274.a
nihil in principio 206.b
omne est temperatum, contra imperfectum 722.b
Periodus, accessio & paroxysmus diuersa 756.a
stata rebus omnibus 55.a.304.b
Perlæ vt præparentur 351.b
perlarum laus 587.a
principium gutta sanguinis 313.a
Permissionis diuinæ causa finalis 115.a
Pestis 358. b. 383. a. 469. b. 470. b. 471.a. 510. b
à pleuresi vt differat 470.b
aliquando cessabit 472.b. 532.b
aquea & eius cura, aërea & eius cura, terrea & eius cura 370.b
cognationis 431.b
constellationis quæ & temporis 429. b
conuenit cum tribus primis 511.a
duplex interna & externa, internæ signa, cura venæ sectio, somni oblatio, vomitus cohibitio 397.a
ea & pleuresis ex vrina non noscuntur 807.a
ea & pleuritis per sudorem curandæ 759.b
est cometa microcosmi 368.a
ea & pleuresis, prunella &c. vnde 470. à
est ira diuina 429.a
est morbus arsenicalis 471.a
est vulnus 412.a. 420. a.
ex duplici semine & suopte impetu oritur 379.b
familiæ cur interdum integram familiam deleat, cur interdum solas prægnantes, & interdum solos inuadat infantes 431. b. 432. a
ferula planetarum 426.a
forinsecus insultat 418.a.514.b
generatur vt rana 370.a
generalis ex odio generali 419.b
in re non mutatur ante tincturam quartam 410.b
morbus simplex 383.b
noscenda ex digesto tempore 469.b
particularis incantationis 394.b
præseruationem non admitttit. 410.b
purgari non vult 439.b
quadruplex 510.b
sæpius quam semel vnum corripit 432. a
tribus viis inuadit 371.b
vnde oriatur 4.b
vt gignatur & vnde 368.a
vt hereditet 472.a
vt in tribus primis generatur 430.b
pestis accidens vt se habeat 433.a
accidentia 434.a
vulnerum sæuiora 420
confortatiua 369.b
constellatio vt fiat 430.b
cura alia, alia accidentium 432.a
cura & accidentia 434.a
cuiúsque signa & cuius generis sint 370.b
cura vrtica 373.a
cura est in rana, busonibus & piscibus 364.a
defensiuum corallorum & spodij succus 412.b
duplex eruptio 422.b
duplex modus 431.a
eius & vulneris similitudo 404.a
vna theoria 420.b
eius & terræ motus comparatio 422. a
emunctoria sex 430.a
essentia qualis 433. a
externæ signa 398.a
generatio quæ & qualis 380.a
generatio, signa, cura, paroxysmus accidentia, processus. In ea medicus triplicibus remediis instructus esse debet regimen vlcera 435. 436.
generatio in punctionibus 430.a
incantationis cura 394.b
lethalis siue non signa 400
loca, planetas designant 358.b
loca tria 403. a. 418. a. 420.b
locus ipsius ortum indicat 403.a
medicina duplex vt & eius accidentium 434.b
medicina prima ibid.
medicina rana, lacerta & sapphirus 364.b
medicina sunt allium cepa 437. a
non est morbus partium principium 403.a
ortus duplex 416.b
non ex naturali 405.a
triplex 379.a
periculosæ & desperatæ signa 400
præseruatiua & arcana sũt myrrha radix vitußilaginis, thus, imperatoria, allium, nux, ruta, acetum rosaceum, theriaca, corallus ruber 399.a
præseruatiuum chelidonia 373.b
nobile auri 411.a
propugnaculum iræ Dei remissio 417. b
remedium bufo 398.a
remedia 369.b
remedia ex aqua, terra, igne 473.a
remedia rana, passeres murana 364. a
signa 407.b. 408.b. 532.a
qualia & vt considerentur 432.a
ex aëre, ex aqua ad tumorem, externa 384.a
signa externa 398.a
ex ranis 365.a
pestis signa mutatio animi, horror, phrenitis, vertigo 407.b
sulphura principalia tria 407.a
symptomata vt curanda 399.b
tempore in regimine nihil mutandum 409. b
terreæ, aqueæ, igneæ, aëreæ cura 370. b. 371. a. 471. b. 472.a
terreæ signa 473. a. cura 471.b
vlcuscula sanguinea vt curanda 399. b
pesti aduersa, cutis & lingua leonis catíue 472.a
aduersa vrina & sanguis leonis, cerui &c. 372. a
conueniunt diaphoretica fortissima 470. b
conueniunt gamandria galla, nux muscata 372.b
cur non conueniant præseruatiua frigida & adstringentia 437.b
magis obnoxij homines raræ cutis 381. b
nihil conferunt aspectus nouitiorum 434. b
omnis homo obnoxius 431.b
pestem duo attrahunt matrix & virtus vitalis 436.b
non esse morbum naturalem. 405. a
peste cur pauci liberentur 118.b
ereptus homo similis arbori per hyemem mortuæ 4 3.b
ea infectorum cura & diæta 400.a
quidam cur non inficiantur 417.a
in peste vitanda caro suilla, panis, vinum 437.a
pestes quinque 4.b
temporales quales 430.b
pestilitatis cura externa & interna 384. a
Pestus fructus resoluit 561.a
Petrus & spiritus Dei serui 145,a
Phantasia & ars 30.b
origo seminis humani 152.b
phantastæ ex spiritu loquentes 605.b
Pharmacopœorum reprehensio 208.b
eorum & medicorum reprehensio 105.a. 211. b
præparationes nihili 212.b
Philistæi in Carinthia 246.b
Philosophia 189.b. 345.b
Aristotelis est fundamentum ligneum 341. a
duplex 184.
in quibus consistat 227.b
mater medici 148.194.a
mater medicinæ 195.a
mater scientiarum omnium 674. b
medicinæ fundamentum 225.a
quadrat quatuor complexionibus 341. a
quæ complectatur 191.b
quid sit & doceat 189.b. 333. b
quid tradat 184. 226.a.228.a 340. a
quò sit referenda 219.b
Techellica 358.b

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 895 sur 913

Theophrasti à veterum diuersa 345. a
Theophrasti non est Aristotelis 341.a
Philosophia vera 341.a
veterum qualis 340. a. 188. a
veterum in quibus falsa 340.b
vt explicanda sit 341.b
philophiæ datæ causæ 195.b
encomium 188.b
mater experientia 161. a
Theophrasticæ & antiquæ discrimen 226.b
tractatus de philosophia occasio 223.
Philosophus 191. b. 345.a
à medico quo differat 641
ab astronomo quid differat 228.b 234. a
duplex 191. b. 228. b. 340.a
vnus tamen 234.a
omnia iudicat 229.a
is & astronomus quid. 340.a
quis immaculatus 192.b
vbi desinit ibi incipit medicus 273.a
philosophi & astronomi veri
magistri discentium 636.b
veteres taxantur 340.a
Phlebotomia 780.b
an cura perfecta sit an mitigatio 768. a
coacta quid 773.a
cùm Maniam interdum curet 567 .a
electa 773.a
est arcanum per se velut etiam per se purgatio est arcanum 781.a
est duplex, fixa quæ sunt non tollit, ea non curatur hydrops 771.b
non est purgatio corporis 772.b
phlebotomiæ genera duo 773.a
tempus vnde iudicandum 766.a
phlebotomiam non indicant anni partes 774.a
circa eam quæ notanda, tempus, locus, diæta modus 776.a
de phlebotomia opiniones variæ, in ea quæ considerandæ, moris mali notatio 766.a
de ea quid senserit Almansor 773.b
artis phlebotomandi Auicennæ ignarus 774. a
phlebotomari non debent inappetentes cibi 773.b
Phlegma 21. b. 342. a. 821.a
non est materia lapilli 440.b
sanguini permisceri nequit 451.a
vermium causa non est 609.a
vitrioli oleo simile est viribus 576.a
vt separetur & tartarescat 558.a
phlegmones vt curentur 777.a
phlegmonum pestilentialium cura 499. b
Phrenesis 408.a
Phtisis 499. b
vt fiat 481. a
phtiseos causa occulta 500.a
cura & natura 451.a. 499.b. 544.a
diæta & cura 500.a
phtifici mortui ex dimidio leuiores viuis 544. b
Physica 646.b
ea & chirurgica quid propriè sint 646. b. 647.a
physicæ subiectum 2. a
physici reprehenduntur 130.a
Physionomia 674.a
complexionis index 656. b
est pars anatomiæ 659.a
mater inuentionis 655.a
physionomiæ præstantia 657.a
eam cœlum imprimit 656.b
Picæ prægnantium vis 367.a
Pilulæ de Serapino & gummi hydropem curant incipientem 755.a
de laudano 460.b
Pingues cur tardius contrahantur 466. b
pinguiores variùs colici 535.a
pinguia acida & venena mitigant 531. b
solæ efitata diabeticam & gonorrhæam gignunt 546.b
pinguedo causa raucedinis, eius variæ species 709. b
taxi aduersus contracturam 466.b
terræ est sulphur 710.a
vrinalis vnde 480. b
pinguedinis color 800.a
Piperis & Zinziberis ponticitas cerebrum lædit 605. a
Piscis diuersus ab aqua 90.b
pisces cœli radios sentiunt 381.b
qui tartarosi 312 b
in vasis cupreis cum sale cocti damnosi 391.a
piscium inaudita captura luis epidemicæ prodroma 168.a
Planetæ corporis nullum adsciscunt alimentum 18.b
ferulæ Dei 416.b
septem, sunt septem metalla 580.b
planetarum halitus quomodo corpori nostro noceant 11. a
Plantago caduci remedium 674.a
menses cohibet 670.a
plantaginis vis 96.b
Platearij opinio 50.b
Plenilunium omnia perfectissima reddit 371.b
Pleuresis 474. b. 525.a
non est apostema pulmonis sed oppilatio 470.a. 475.b
veterum non est nostra 472.b
pleureseos capitis cura per cohob 475.b
causa sal ogertinum ibid.
cerebri causa peculiari ibid.
cordis remedium 525.b
cura duplex 474. b. 525. a
præcautio 746.a
signa 474.b. 475.b. 525.a
pleuresi medetur carduus 365.b
Plinius herbariæ imperitus 239.a
nullius momenti res tradit 204.a
tangitur. 239. b. reprehenditur & taxatur 210.b
Plumbum est Mercurius 724.b
plumbo album, flauum & rubrum ineft 629.a
Pluuia cibus terræ 625.b
est arbor, planta 44.a
Podagra 614.b
corpus erodentium est 642.b
corpus est necromicum ibid.
dicitur sal tartareus 562.b
ea & hyposarcha species epilepsiæ 473. b
est corpus salium 644.b
est morbus palmarius 652.b
falsò incurabilis dicta 85. a
non est fluxus phlegmaticus 452.b
non est gutta & cur 614.b
nequam & dolosius morbus 635.
pessima est ex tartareis 559.b
vt curetur phlebotomia 778.a
vt fiat 452. b. 557.b
podagræ attractiuum 563.a
causæ diuersæ 64 .b
confertio quæ in quibus partibus 635. a
cura aperta 562.b
cura duplex integra & aperta ibid.
cura resolutio tartari granulosi 328. a
cura generalia tantùm spectat 646.a
corpus vnde 642.a
cura quæ 452.a
differentia vnde 644.b
dolor sentitur non corpus 643.b
doloris causa 644.b
eius & Colicæ curatio, tartari resolutio 314.b
eius & Colicæ origo vna 811.a
eius & lithiasis curæ diuersæ 560.b
generatio 731
genus duplex, æstiua seu calida, hyemalis seu frigida 613.a
loca 635. 650.a
materia liquor 613. a
motus duplex ibid.b
mysteria quinque 328.b
paroxysmus à firmamento 778.a
præcautio 746.a
præseruatiua duplicia calculi & salis 563.a
processus 328.a
remedia 562.b
signum in vrina 797.a
signa 635
podagra cur alij tententur, alij non 614. a
de ea liber Theophrasti peculiaris 328. b
podagrici fluxus præcautio 746.b
qui 612.b
cur non vniuersi homines 559.a
podagricos dolores quid moueat 645.
Pœnæ naturales cœlo adscribendæ 423. a
Pœonia, pyrethrum, helleborus caducum curant 497.b

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 896 sur 913

ea caducum præsentat 194.a
pæoniæ semen caduci remedium 672.b
Poëtarum reprehensio 676.b
Pollutiones corporis 127.b
Polphir cœnobium Borussiæ 374.a
Pontagium 464.b. 531.b
pontagia expulsioni aduersantur. 463. b
Ponticitas spiritus admodum subtilis 606. a
Porphyrius imperitus 357.b
Potio cur cibum quoque includat 325. b
sudorifica in peste administranda 398. b
potus de pomis caducum ciet 497.b
cibales 70.b
potatorum spiritus subtilis 572.a
Potentia 684.b
Practica syderum 689.a
practices Paracelsi libri nunquam reperti 30
Præceptores eminere arte laudi est. 188. b
hominis duo 637.a
Præcursores in morbis medico obseruandi. 469.a
Prædestinatio 19. a
Prægnans peste facilius inficitur. 387. b
prægnantis imaginatio malum duplicat 388.a
prægnantes absurda vorant 610.a
prægnantium peste infectarum cura 400.
picæ vis 367.a
Præsagium à prognostication & erodenio differt 642.b. 643.a
duplex naturæ & iræ 423. a
præsagia prophetica ibid.b
Præseruatio corporis in quo consistat 399. a
præseruatiuum auri nobile 411.a
pestis de collo suspensum zenexton, carabe, gummi coagulatum, therebothin 411.b
pestis balsamatio 412.a
pestis vitare culpam 411.b
præseruatiua frigida & adstringentia cur pesti non conueniant 437.b
icteritiæ rubeæ, nigræ citrinæ. 489. a
medicorum qualia 409.a
optima 399.a
pestis 398. b. 399.a
qualia in peste danda 471.a
Præsium & marrubium vnum non sunt 536.a
Princeps in Landeshut lapide intestinorum laborauit 462.b
Principium duplex 303.a
principiorum corporis contrarietas est fatalis 51.b
ignoratio infœlix 332.b
Prisci morbos nullos nouerunt. 435. b
reprehenduntur 148
Probationi qualiter fidendum 276.a
Probus & bonus non idem 25.b
Processus medicorum purgandi 770.a
paroxysmorum 679.a
Prosiuium 96. a
Proprietates vnius rei plures 281.b
Prouidentiæ fatalis ordo 308.a
Pruinæ 517.b
Pruinum tartari 441.a.516.a
Prunella 468. b. 475. a. 525. b. 532. b
non est antiquus morbus 472.b
nouus morbus qui fiat 541.b
prunellæ cura 525. b arcanum 398.
signa 476.a.525.b
in prunella lingua fricanda ad cruorem vsque 476.a
Prurigo 783. a vide scabies
Pseudomedicorum lex 259. a
mos 260. natura 258. a
Puella dupliciter suffocatione afficitur 102. b
Puerperæ artemisia purgandæ 143.b
vnde intumescant 494.a
Pullus ex albumine 235.b
Pulmo à solo aëre contaminatur 707. b
mercurius 20. a
mobilis 353. b
non est causa ariduræ 594.a
vt dolium tartaro afficitur 708.b
pulmonis affectus cur citò prodantur 505. a
balsamus 354.a
color 800.a
pulmonariorum affectuum diæta. 748. b
Pulsus 375.a
celer robur, tardus imbecillitatem significat ibid.
pulsus immoderatio à naturæ conatu non morte 624.a
pulsus hominis septem 375.a
mundi septem, septem planetarum motus ibid.
quorum sint planetarum ibid.
morborum genera indicant 805.a
pulsuum differentiæ quid indicent. ibid.
Puluis epilepticis vtilis 400.b
Punctionum laterum mitigatio 397.b
Punctum solum in phlebotomia notandum 773. a
Purgare quid 780.b.819.a
purgantia stomachum, hepar vesicam, nasum 79.a
purgantium & digerentium remediorum vanitas 238.b
purgandi ratio veterum erronea 818. b
nihil purgandum præter stercora 809. b
purgandi medicorum processus 770.a
purgatio cura est non præparatio 819. a
in insanis inutilis 581.b
in sanguinis minutione 783.b
purgationis finis 811.a.813.a
eius & phlebotomiæ diuersitas 780. b
circa purgationem quid fatagendum 813. b
periculum 809.a
Purgationum Brixi Tundalus 615.a
Purum & impurum in rebus omnibus 294.b
Pus 480. b. vnde mingatur ibid.
à sanie differt 799.b
Pusta 530.a
archeus rerum 522.b
Pustulæ antiquæ vt curentur 777.b
Putredo 654.a
causa morborum tinctorum 628.a
consequens est mortis rei 815. a
multiplex 768.b
musci causa 817.b
qualibet peculiarem sui rationem habet 826.a
qui vermium sit origo 608.a
vnde oriatur 768.b
putredinis natura 826.a
Putrefactio 366 a
certi nihil indicat 823.b
est duplex 799.a
est noua generatio in qualitate 823. a
famula est separationis 810.b
in sola lepra 534.b
omnis est digesta 461.b
quorum colorum causa 817.b
res frigidissima 478. a
putrescens id omne sit quod fuit ante generationem 372.a
Pygmæi propriè Chao terræ aluntur 709. a
Pyrethrum panis porcinus est 458. a. caducum curat 542.a
Pyromantia est astronomia 641.a
ortus eius ibid.
Pyrula herba vulneraria 657.a

Q.

Quadrassus medicus 529.b
Qualitatibus non abolitis nihil operatur medicina paracelsica 50.b
Quæstu omnia adulterantur 258.b
Quartana plerumque ex renibus oritur 481. b. 482.b.537.a
cura eius 744.a
Quies in morbis grauibus vnde repentina 753. b
morborum grauium non bona ibid.
Quintæ essentiæ vis 136.b
Quintum esse seu arcanum 208.a
Quirini morbus 117. a. curatio ibid.

R.

Radices tussilaginis 399.a
Rana exprimis gignitur 379.b
cibus eius venenum 370.a
pestis medicina 364.b
ranæ vt generentur 379.b
qui pluuiis decidant 123.a

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 897 sur 913

ranarum ſperma vt generetur 363.a
ſpermatis puncta ſunt ſemen 380.a
Rari ſine tartaro 68.a
Ratio aqua euolans eſt 604.b
creſcentem, aſcendentem accendit 676. b
ea & ſenſus hominis vnde 167.b
eſt medicina aduerſus cœlum 683.b
ex cœlo qualis 419. a
humana cœca ſine lumine naturæ 689. a
herbarum homini non ineſt vt ratio morum 684.a
microcoſmi propria 678.b
moderatrix rerum omnium 164.b
quarum rerum medicina 684.a
ſecundùm lunam decreſcit & creſcit 727.a
rationis data finis 164.a
dimenſum cuilibet ſuum 604.b
integritas in puritate conſiſtit. 604. a
Rauriſſa 712.b
Realgar 714.b
arſenicalia & operimenta omnia complectitur 712.a
Iouis aquam ſalſam facit 167.b
morbus qualis & quotuplex 497.a
pulmonem exſiccat, ſumpti ſigna 711. b. 712. a
Rebis columbinum gallinaceum, vinum altero potentius 623.b
fœtor in calido, ſopitur in frigido 723.a
Recepta contra ſemen morbi dirigenda 286. b
vnde diſcenda ſint 171.b
noua cur auctor ſcribat 255.a
receptorum compoſitio paracelſica. 41. a
Recongelatio quid in hydrope 623.a
Redit quodlibet in id, quo conſtat 68. b
Regimen quî conſtituendum 297.b
Regiminis tota anatomia eſt 690.b
peſtis regulæ 410.b
Regina Arabiæ diuitis 257.b
Regio regioni medica 322.a
quælibet ſpecificum aliquid habet 753. a
regionis hepatis circumſcriptio 467.b
deſcriptio 468. a. 531. b
regionum diuerſitas in diæta curiosè conſideranda 691.b
Regnum rege prius 360.a
Regula notanda in febrium cura 478.a
Remedium idem ſæpe & ſimul venenum vna hora 238.b
remedia vt præſtituenda 232.b
ad ictteritiam, cerebri, cordis, ſplenis, hepatis, Renum, pulmonis & fellis 488. a
certa non multa eſſe debent 377.a
quæ quibus competant 292.b
Theophraſti an venena 253.b
ſunt ab aſtris & ab iis gubernantur 207. b
remediis extractio non compoſitio debetur. 194.b
Renes 19.a
vrina non aluntur 73.a
vt ſplen abolendi 353.a
Venus 20.a
renum calculi ſigna 459.b
color 800.a
confortatio 480.a
exulceratorum cauſa 763.b
ex vrina ſigna morborum 785.a
febris propter ſal periculoſiſſima 537.a
lac 479.b
morbi 478.b
quæ ægritudines 527.a
qualis digeſtio 480. b
regio quæ 478.b. 527.a
vis tractrix valida 481.a
Repercuſſio à ſulphure non frigido 358. a
Res quomodo bona vel mala condita 12. b
rei vnius diuerſa tempore diuerſa virtus 210.b
vnius plures virtutes 211.a
vnius plures proprietates 281.b
res æternæ per fidem, mundanæ per per rationis lucem pateſcunt 109
graduantes 720. a
naturales operantur ſimpliciter. 134.b
omnes habent in ſe ſpiritum arſenici, auripigmenti & vitrioli 470. a
omnes vnum ſola opinione differunt 205.a
quædam medicina tantùm, quædam medicina ſimul & cibus 364.b
vnde putreſcunt 817.b
Sperma habent naſcentes omnes. 552. b
rerum omnium æqualis præſtantia 51. b
modus iudicandarum 137
ſimilium anatomia vna eſt 638.a
Reſina de Botin 491.a
reſinæ arcanum 311. b. *reſinam ſuam habent omnia animantia* ibid.
reſinæ pulmonis variæ 710.a
Reſolutio duplex 66. b. *multiplex* 796. a
auri & aliorum metallorum in ſua prima quæ ſunt arcana perlata 714. b
reſolutum eſt medium vtriuſq; materiæ 521.b
reſoluti cura eſt coagulatio 507.a
reſoluta iterum non congelantur 623.a
Reſſella colorum ademptrix 97.a
Reuerberatio 343.b
Rex apum ex gobio 372.a
Rhabarbari præparatio, vis fel tollere 353. b
Rheni & Albis origo 324.a
Rhetorum reprehenſio 676.b
Riſus quid 163. a. *à venis cur & quî* 568. b
Romani in Carinthiam ſecedunt 245.a
Romanorum apud Carinthios poſteritas 245.b
Roriſmarini ſtella 374
Roſa reficit & delinquere facit 711.b
viua inutilis 42.a
Rubinum 369. b. 798. b. *quî in ſanguine cognoſcatur* 172.b
rubini vrinæ quot 798.a
Ruſtici ſphæræ imperiti 626.a
Ruta 399.a

S.

Sabina & menſtruum leproſos reddunt 544. b
Sacernola ſpinæ 633.a
Sagæ & ſpiritus rebus non naturalibus lædunt naturales 728.a
Salamandra 13. b. *ab aëre ignis viuit* 716.a 716.a
Salar abit in Salmonem 615.b
Sal acutum 171.b
aluminoſum vomitu, entalicum ſene nitri veſica eiicitur 493.a
balſamus mumiæ 622.b
balſamus vitæ 608.b
carnis dulce 528.b
cauſa duritiei in bubonibus 376.a
coagulatum 521. b
commune 171.b
corpus eſt autumni & hyemis 361.a
diſſolutionis cauſa 551. a
id & mel bonæ res deſtillando ſiunt malæ 720.a
in colica purum extrahendum 633. a
in omnibus complexionibus 558.a
id & acetum mercurium è ferro eliciunt 391. a
nullum aquæ ſupernatat 353.a
petræ non eſt ſal nitrum 719.b
petræ in aqua lapis ſit eſt frigidum 375.b
putredinem arcet 608.b
quadruplex 170.a
quot modis mutetur 57.b
Sal reſina, liquor vniuerſa conſtituunt 270.b
Sal, ſulphur, mercurius omnia conſtituunt 354.b
Sal ſalis curatio 447.b
ſalinum 645. a
ſanguinis cauſa mutati ſpiritus vitæ 569.a
ſanguinis vita 585.b
ſanguinis vehemens 528.b
temperatum & omnibus naturis conueniens eſt 719.b
vrina ſeparatum tartari certus index 317. a. 321. b
Salis calcinatio, reuerberatio ab eo omnia vulnera 58. b
diuerſitas 644.b
genera 710.b
morbi 169.a

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 898 sur 913

natura 48.b
resolutio 57.b
colicæ causa 631.b
Salis sulphuris & mercurij natura 34.b
separatio causa putredinis 608.b
Solutio hydrops 622.b
Species CXXIX. auctori notæ 646.a
spiritus est velut balsamus putredinemq; arcet. 719.a
viriditas cura tartari interni 451.a
vis 36.a. 355.a. 363.b. 622.b
Sal tractantes opifices sanissimi 719.b
ex Sale, sulphure, mercurio rana 363.b
sine sale nihil viget 769.a
Salia 613.a
duo sunt 521.a
& aromata mineralium hominum 714.a
ea, vitriola & alumina vt differunt 719.b
eiectiones omnes causant 540.a
omnia cum luna mouentur 477.b
purgant aut per secessum, vomitum, vrinam, sudorem 355.a
quadruplicia 452.a
quibus infringantur 58.a
quotuplicia 48.b
sunt gluten 644.b
Salium alcali vsus 779.b
gamma 719.b
differentiæ 355.a
genera species podagræ sunt 646.a
species 36.a
tria genera Summa 719.a
vtilitas extra corpus salium ibid.
Salomonis speculum 145.b
Salus Christianis etiam ab hostibus 138.a
Samachus est tartarus 527.a
Samaritanus est medicus non Leuita 677.a
Samaritani exemplum quid indicet 663.a
Sambucus purgat 211.a
Samo Carinthiam occupauit 245.a
Samson 246.b. eius historia 111.b
Sanare quale opus 116.a
cur multi non sanentur 262.b
Sanatio Christi & fidelis 113.b
characteralis quomodo peccat. 140.b
Sancti Spiritus præsentis nota 662.a
Sanctorum cultus quando inceperit 115.b
Sandalum præseruat à gutta 547.a
Sani tenuiter nutriendi 754.b
Sanitas an ex ente naturali prædici possit 14.a
ea & morbi à Deo 27.a
ea & morbus multiplex 681.a
ea & morbus simul in eodem 726.a
superstitiosa 115.b
Sanitatis & morborum ratio exactissime noscenda medico 270.b
Sanguis 21.b
bonus vnde, quid præstet 774.a
calcetus ferro rubiginem infert 532.a
citò subsidens quid significet, in peste sæpè purissimus 767.b
est calidus & humidus 387.b
est vel salsus vel amarus 466.a
extractus illico moritur 768.b
exulcerationis causa propter sal 763.b
humanus epilepsiam curat 542.b 543.b. 672.a
is, medulla, caro tres partes corporis præcipuæ earum nutrimentum subtilissimum 80.a
iusto pondere in carne est 782.a
omnis an vniformis 272.b
putridus à nitro fit 524.a
vt separetur 558.a
sanguinis crassities & nigror vnde 774.a
color 800.b
eius & arboris vna ratio, sani alia ratio quam ægri quoad iudicium 767.b
humani dosis ʒß. 498.b. 503.a
iudicium in quibus consistat 767.a
mittendi iudicatio non sumitur ab hepate 773.b
restitantis in phlebotomia causa 768.a
species infinitæ 190.b
vires in fœtu 9.a
vita sal 558.a
vnde & quid significet eius mictio 764.a
sanguinem mundant gamandrea morea 451.a
quæ coagulent & synoniam 504.a
quæ sistant 546.b
sistit & non sistit bursa pastoris 239.a
sistens emplastrum de corallis 777.a
Sanies 480.b. 788.b
vrinæ 788.b
Sapena seu perficaria vulneraria optima 365.b
Saphyrus anthracus medicina 187
saphyri præparatio, vis ad choream viti, amentiam 352.a
vsus 399.b
Sapiens 266
dominatur astris 770.b
medicinam admiratur 266
sapienti cœlum famulatur non dominatur 427.a
Sapientia 267.a
Dei infinita 129
donum Dei 257.b
ea & ars ignorantibus sunt odio 257.a
duplex experientiæ & industriæ 32.b
hominis quid 426.b
humana est principium incantationis 427.a
Satanas amens nullum corpus ingreditur 572.b
Satanæ dolus 173.a. 388.b
peruersitas 248
Saturnus Dei lictor 426.a
vector lunæ 363.a
Saturni mira inuidia 428.a
Satyrion coitum roborat 364.b
Sauena riparum est hydropiper 729.a
Sauina & menstruum leprosos reddunt comesta 502.a. 548.b
Saxi fragia lapidem frangit 537.b
fragium præstans 484.b
lapilli ex visco mucilaginoso ibid.
Saxi fragij vsus ibid.
Scabies 783.a
Scamonea curat dysenteriam 780.b
ex scientia purgat 275.b
prodest in lienteria à repletione 540.a
scansores & ambulones vnde fiant 574.a
Scarabæus ex constellatione 198.a
pecti aduersatur cornutus maribus alter fœminis 384.a
scarabæ ex stercore equino 609.a
scarificatio 782.a
aduersus morbos ibid.
scarificationis nocumenta 782.a
scatea vrina putrefactionis index 805.a. vide vrina
scatum quid notet. 798.b
scayolæ & anachmi. 385.b. 386.a
scelera impunita non manent. 422.b
schiaticæ causa. 314.b
scientia cur cum experientia iungenda. 275.a.
ea & experientia vt differant. 276.a
cur perfecta. ibid.b
homini vnde detur. 190.a
medici gemina. 686.a
rectrix oculorum. 627.a
vera ab oculis non ex libris. 720.b
scire non opinari medici ei 819.a
est vera practica 689.a
Scorpio cur scorpionem curet 195.b 233.a
Scortatio cur cauenda 91.b
scortatorum probra 395
scotomia species cataractæ 549.a
eius remedium 351.a
Scriptura medicorum qualis & vnde 662.a
Secundinam pellit nenuphar 364.b
Sedimen vrinæ quid 787.a
sedum varietas vnde 611.a
Semach calculum renum curat 562.a
semel in Luna quid 503.a
semen à spermate differt 156.b. 301.a
attractum variarum rerum generatio 123.b
duplex iliastrum & cagastrum. 286.b
est centrum spermatis 453.b
hominis quale 389.a
humanum nulli vnquam visum. 153.a
ictericum ictericum facit fœminam 100.b
in matrice qui tractetur 157.a
in natura viri & fœminæ nō est 152.a

morborum

morborum causa non humores 285. b
non in vasa spermatica secedit 154. b
perfecti hominis proprietates omnes habet 302. b
pœoniæ caduci remedium 672. b
quale talis fructus 100. b
quando nihil & quando aliquid 283. a
quoduis triplex 48. a
vbi adest, ibi lumen naturæ deest 152. a
vnius tantùm cur dimidium sit factum non omnes ad propagandum nati 153. b
vnius ad generationem insufficiens 156. a
vt fiat in vtroque sexu 152. a
Sœminus materia voluntas 154. a
materia vltima homo est perfectus 304. a
moles quantula 301. a
omnia vitia rei nascituræ induntur 303. a
semini proprietates omnes inclusæ ibid.
ad semen humanum generandum quæ necessaria 153. b
suum qualibet pars habet 155. b
succinum allicit ibid.
semina ad tartarum infirma 327. a
duarum rerum mutationes inducunt 303. b
minora aquosiora maioribus 466. b
lumbricorum vermes gignunt non pellunt 534. b
tincturæ vt diuersa 628. b
seminum confusorum affectiones 156. a
vitia fœtui conferuntur ibid.
Senectus iuuentute ignauior 757. b
est frigida vt hyems 758. a
senes cur ad medicinam inepti 219. b
cur alimentis multis non egeant 758. a
senum & iuuenum vrinæ vt differant 797. b
Sensus scire facit 292. b
theoricam, oculi practicam dant 682. a
sensuum iudicium vbi certum 262. b
sentiens omne alimento eget 812. a
sensibiles creaturæ cibum suum sequuntur, insensibiles contra 819. b
ex sua natura semen non habent 151. b
Separandi vis in stomacho insignis 610. b
separatio a calore fit 815. a
a natura qui fiat 810. b
est stomachi, Expulsio stercorum 610. b
per quæ fiat 719. b
puri opus archei 299. a
renum duplex est 459. a
vrinæ qui æstimetur 79 . a
separatione artus vsus 254. b
separatiuæ virtutis officium 70. b
Serpentes a lupis generantur 371. a
ex aqua 494. b. ex ciconia 372. a
serpentis hostilis commodum 138. b
lingua cuius remedium 371. b
venenum in lingua 416. b
Serpentina herba 467. a
Serpheta medicina est lapidem liquans 537. b. eius descriptio 483. a
Sibedata 477. a
Sibeta & Egesus curant colicam vmbilici 663. a
Sibethina 227. b
Siccatio mors est superflui 626. a
siccitas ab aere 59. a
quadruplex ex IV. elementis 60. b
Sidus est elementum ignis 318. a
Siefalbum ad dolores aurium 510. a
siecum ad scabrum ibid.
Signatura morborum & astrorum influentia medico debent esse nota 757. a
Signatum 282. a. quid medico indicet 285. a
signum 600. a
signa dissoluti ex mineralibus 492. b
icteritiæ individua 488. a
in venæ sectione bona quando eligenda 771. a
lapidis mexillentis 449. b
præternaturalia quæ accipiantur ab astronomo 424. a
qualia poscenda a Christianis 115. b
quæ partes icteritiam conciliarint sanguinis, carnis vt cordis, matricis 487. b
tartari spermatis 453. b
signorum natura fallax 40. a
chiromanticorum necessitas 658. a
vsus ibid.
Siler montanum prodest vndimiæ 499. a
Silex virtutes habet sapphiri & rubini 239. b
resolui non potest 290. b
Simile in simile agit 404. b
internum nutritur simili externo 815. a
similis alterius theorica est 638. a. cura non contrarium 168. b
vtrobique est in cœlo & terra 643. b
simili gratus 690. a
similia similibus curantur 196. b. 721. a
Simplex quoduis ad tartarum sufficit 327. b
simplici vno quot morbos & quos curare possit auctor 377. b
simplicia non affatim congerenda 376. b
simplicium scientia in quo consistat 240. a
simplicitas & sapientia longe distant 174. b
simplicitatis laus & necessitas 175. a
ei studendum 174. b
singultus a frigiditate 492. a
ex Sipha sagæ ignem eliciunt 614. b
Sitis omnis a sale 479. a
ea, prunella pestis nonnisi gradibus distant 468. b
cau a in hepate ibid.
Sixtus Gromingensis 467. a
Sol 685. a
æstatem præcipuè facit 7 . . a
arcanum naturæ 757. b
caloris præses 375. b
cor & ratio firmamenti 415. b
dominus sulphuris 361. a
est in vniuersis 685. a
exterior solem interiorem hominis in æstate debilitat attrahendo 758. a
fax & proditor noctis 380. b
fixus 594. a
in omnibus elementis se prodit 382. a
is & Luna parens vniuersorum 362. a. mercurium gignunt ibid.
is & planeta omnis quomodo corpora nostra inficiunt 167. b
microcosmi 758. a. sol & homo generant hominem ibid.
oculus IV. elementorum 827. b
operatur per conuenientia 236. a
oriens & meridianus diuersimodè trahit 573. a
peritissimus artifex 629. a
spiritum cœlestem habet 380. a
vitam & mortem dat 381. a
vitellum coagulat in caraben 308. a
vnus ariduram facit 594. a
vt quadruplex 685. b
vulcanus cœli 628. b
Solis & cæterarum stellarum differentiæ 417. a
eius & oculi quanta necessitas 827. b
rady, & spiritus morbi comparatio 105. b
splendor quid 641. b
Solfeld prima sedes Carinthiorum. 246. a
Solna &c. 828. b
soluas bolum soluit 561. a
Solutio arcanum prodit 209. a
est via contraria compositioni ibid. b
Somnia inuidorum cuius efficaciæ 26. a
somniorum differentiæ a constitutione somni antis sumuntur 178. b
interpretes vnde 120. a
somni sera diligenter medico cognoscenda 761. b
Somnus est medicina 762. a
est mirum arcanum eius & somniferorum laus 761. b
Gabaliæ exercitatio 177. a
homini necessarius, sex horas dormiendum somni causæ & genera vt de morbo testetur res cæca & obscura 761. a
somni peruersi incommoda, immodici damna, quandiu & quando dormiendum 761. a
Sophelus 437. a
Sophia adepta 417. b
sophista quid 771. b
sophistica facile discitur 814. b
Sors omnis Christiano patienter ferenda 176. a
Spagyri ars 52. a. spagyria 37. b

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 900 sur 913

ſpara vis 450.b. 529.b
ſpaſmus 736.737
ſpaſmi cura 749. *a. cura caduci* 496.a
natura duplex & diuerſæ ſpecies 736. 637.
ſpaſmorum generatio *ibid.*
Species vt fœtui imprimantur 122.a
rerum cur tam variæ 37.a
podagræ ſunt ſpecies ſalis 646.a
tereniabin quot 543.a
ſpecifica medicina 776.a
ſpecifica fortuitò inueniuntur 561.a
vſurpanda in podagra & lithiaſi 560. b
ſpecula pennarum pota mammillas ſanant 284.a
ſpeculatio pulchra 724. a
ſpeculum ardens 381. b.728.a
ſperma 453. b. 529.b. 533.b.541.a
cauſa generationis 265.a
ceti in lucio digeritur in ſerpentem 371. a
egeſtio ſaltem eſt 155.a
eſt per totum corpus diſperſum 453.b 553. b
eſt ſubiectum ſeminis 443.b
generatorum duplex rei & ſeminis 494. a
in teſticulis non generatur 453.b
limbus 61.b
lucij in anquilla abit in murænulas 371.a
monſtroſum omnibus ineſt niſi nucibus & perſicis 494.b
ranarum vnde 363.a
ſal cryſtallinum 453.a
ſpermatis in matrice retenti quæ monſtra 127. b
loca 453.a. 529.b
ranarum & lapidum collatio 296.b
vaſa quæ & vbi 301.a
Sine ſpermate nulla generatio 609.a
Sperniolum ſcabrum occidit 509.b
Sphæra ſuperior inuiſibilis, inferior ſpectabilis 415.b
ſphæræ duæ, quatuor elementa. 184.
Spiritus 23.a
ad quid proſit *ibid.*
cibo ſuſtentatur 366.b
coagulans duplex 307.a
eſt ſubſtantia 350.a
is & corpus qui conſtat 101.a
is & corpus hominis ſydereum magnes ſunt 389.a
principalis & localis differunt 526.a
quo afficiatur nim. oppilatione quam ſequuntur pathemata 350.a
auri 412.a
gabaliæ natus, eius vis 177.a
rationis corporalis eſt 686.b
ſalis auctor riſus 569.b
coagulatus in ſolis eſt hominibus 311. b
metalla penetrat 622.b
naturæ variæ 307.a
operatur pro modo & habilitate ſubiecti *ibid.*b
ſalis quo pacto fiat nemo videre poteſt 308.b
quaſdam in ſe proprietates cõtinet. quæ grauiſſimas paſſiones ſuſcitent 313.b
eius eſſentia ſubtiliſſima 719.a
vis maxima 85.a.741.b
vtilitas intra corpus 719.a
ſpiritus ſenſitiuus 686.b
in caduco patitur *ibid.*a
inſitar globuli in corpore *ibid.*b
ſpiritus ſtercoris congelata indurat. 560. a
ſpiritus ſomnialis 177.b
ſpiritus vini cum corallis ſtipat 752.b
ſpiritus vitæ ab influentia nutritur 350. a
duobus conſeruatur *ibid.*b
eſt ſed s rationis 565.a
in centro corporis habitat 591.b
in quibus partibus fortior ſit 584.b
medicis diligenter expendendus 511. a
non diuerſus pro diuerſitate partium 349.a
per ſe non læditur 569.a
quid & vbi ſit 349.a
vnus ſpecie varius ſubiectis *ibid.*
vt corrumpatur 568.b
vt in locis calculoſis afficiatur 584. a
ſpiritus vitæ deoppilatio 350.b
influentia *ibid.*a
ortus externus ſimplex 349.b
ſpiritus metallici vis & natura 719.b
Spiritus vitrioli commoditas *ibid.*a
ſpiritus congeniti vis 177.b
ſpiritus ſeparationis opus quale & officium 303.b.306.a
ſpiritus ſanctus non in vno tantùm efficax & eius præſentis nota 662.a
ſpiritui cuilibet tartaro ſuus definitus eſt paroxiſmus 314.a
Sine ſpiritu naturæ nihil ſubſiſtit 358. b
ſpiritus artes promulgarunt 145.b
Dei ſerui *ibid.*a
duabus viis corporibus morbos inſligunt 24. a
etiam medium quid ſunt quoquo inſtituamur. 143.a
fidem habent 111.a
ignem, equos, homines &c. vt facere queant 727.b
Spiritus incorporei 727.b
innumeras artes tenent 672.a
omnia naturaliter norunt 671.b
omnia poſſunt ſpiritualiter quas homo naturaliter 727.b
poſſunt quicquid corpus poteſt 147. a
quales 112.b
quam ſint potentes 111.a
quomodo generentur 23.b
quomodo inferant damna 24.b
ſemen humanum colligunt 388.b
vt à 100. milliaribus attrahantur 606. a
Spiritus aceroſi in aliis membris dolorem, in cerebro maniam faciunt 605. b
ſpiritus aquarum fortium quid moueant 71 b
ſpiritus aſtrorum corporeorum ſi in alias, quam ſuas penetrent vias morbos generant 20.b
ſpiritus imaginatorij corporis qui quæ ſunt 385.b
ſpiritus matricis colorati 105.b
ſpiritus metallici quot modis attrahantur 717.b
inficiunt cerebrum & veteres morbos tingunt in nouos 717.b
morbos longiores faciunt quàm corpora 711.b
eorum vis & natura 717.b
ſpiritus minerales partes principes corrodunt 713 a
ſubtiliores etiam cerebrum ingrediuntur 718.a
ſpiritus quinti generis infiniti 386.a
ſpiritus vrinæ ad calculum & arenulas inclinant 560.a
ſpirituum mundus 24.a
mutua notitia & ira 23.b
nocturnorum cum ſpermate pernitantia 126.b
ſpirituum quatuor elementa inhabitantium quatuor genera 386.a
ſpiritibus diſcendum tam bonis quam malis 143.b
Splen caſtrati ſiſtit fluxum menſtruum 752.b
ſplenis color 800.a
virtus, ſine ſplene commodiùs vinitur 352.b.353.a
ſplendor & lumen qualia ſint corpora 685. a
Spongia 735
Spuma quid notet 804.a
mox euaneſcens quid indicet 797.b
quid cum ampulla in vrina ſignificet 796.a
Stella roriſmarini abſinthij 374.b
ſtellæ potentia medico ſuperior 12.a
æſtiuales & hyemales 724.a
firmamenti literæ 269.a
miniſtræ vindex Solis 381.a
venenoſæ *ibid.*
zizaniam habent ex ſodomia 374.b
ſtellarum differentiæ à ſole 417.a
exaltationes quid noceant aſtris 11. a
excrementa futuros morbos prænuntiant 369.b
ſtellio alchimiſtarum periculum 718.b
ſex menſibus parit 493.b
Stercus 610. a. 820.a. 826.a
colore carere debet 816.b
duplex 816.a
eſt fœx & tartarum 299.a
eſt vltima materia 8 9.b
in omnibus alendis producitur 811. b

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 901 sur 913

in colica retentum fit ventus 465.b
id cibi, potus vnius generis 810.a
non in stomacho oritur *ibid.*b
vnum quid varium 823.a
vt generetur 811.a
anserinum agris venenum 257.b
equinum vt contra ictericiam parandum 491.a
hepatis 820.a
intestinorum *ibid.*
oris, sanguinis *ibid.*
Suillum 13.b
sulphurinum 445.b
stercoris acrimonia ab influentia cœli 823. a
artifex duplex 810. b
eductio naturalis est 813.a
fœtor à colore animalis tam in specie quam in individuo 826.a
forma, color vnde *ibid.*
in ore principium 815.b
siccitas à colore 823. a
substantia vnde *ibid.*
vomitio lethalis 551.a
stercora à cibis variè afficiuntur. 826.b
cur sicciora fiant 764.b
exteriora de internis docent 811.b
melancholica & cholera non sunt *ibid.* a
partium specialium quot &c 820.b
retenta in aërem mutantur 530.a
stercorum colores vnde 816.a
genera multa 812.a.820.a
ex stercoribus vt dissolutus iudicandus 550.b
Steriles luxuriosi 126.b
sterilitas ex ἀσυμμετρίᾳ corporis 99. b
Stiria 712.b
Stomachus cur ægrè tartarum concipit 316.a
carnis quid, vbi 81.a
cerebri vbi 76.a
est alchimista 343.b
est vulcanus 810.a
hominis vt confortandus 323.a
lautus est 815.b
lienis vbi 79.a
medullæ 81.b
primum receptaculum omnium malorum 596.b
similis adulterio 611.a
similis pictori, tinctori, spagyrico 611.b 612.a
suus cuiuslibet parti 74.b.75.b
stomachi confortatio 742.b
vis mira 612.b
multiplices 810.b
Struma vnde & quid 298.a
struthio camelus 13.b
ferrum coquit 323.a
Stulentia cura pæricij 284.b
Stulti venituntur sapientes edunt 214. a
stupefactiua 616.b
stupefactionis fœtor causa caduci. 615. b
Stybrum arcanum phtisis 500.b
Suauitas rhombus medicorum 214.a
Subiectum nostrum quibus vis frangatur 56.b
subiecti ratio morbi vim variat 432.b
Sublimatio 343.b
argenti laxati arsenici feruorem elidit, mercury pustulas arcet 720. b
sublimationum vtilitas *ibid.*
Substantia oculorum subtilissima 828. a
substantiæ tres omnino cognoscendæ 33. b. 49. a. 99.b
quomodo ad elementa IV. *reducantur* 51.a
substantias tres res æquali modo habent 34. a
substantiarum trium officium 48.b
Subtilitas & crassities causæ longius penetrantis tartari vel substistentis 558. a
Successiuum malorum causa 207.b
Succinum quomodo ad se vitriolum trahat 122.b
corporis semen allicit 154. b.155.b
succubus & incubus vnde, vtriusq; sperma quale 126.a.127.b
Succus limoniorum ad quartum gradum spagyrorum reducendus 535.a
optimus contrà lapidem intestinorum 463.b
eius vsus quis 531.a
succi corporis quotuplices 618.b
Sudor 528.b
duplex 407.a.421.a.438.b
excrementum quale 80.a
naturæ duplex 414.a
pororum & emunctoriorum 438.b
sudoris vtilitas in morbis metallicis 714. b
sudorifera potio 398.b
sudoriferum forte 498.b
Sueuus 245.a
Suffocatio à crapula 572.a
matricis 459. b. *vnde* 102. a
male tractata 680.b
intellectus est triplex 570.a
suffocationis a vermibus cura duo suscitabula 570.b.579.b
tertium genus & eius species 1°. *incubus* 2°. *suffocationes somnolentæ* 571.a
Suis & anatomia vna 612.a
Sulphur 48.b.355.b
à quibus separetur 59.a
chaos vnde intelligendum 710.a
corpus est veris & æstatis 361.a
cur cæteris citius putrescat 168.b
est æstas 824.b
est flos oculorum 828.a
est lignum corporis incensi 431.b
ex plumbo 377.b
id & mercurius aëri mixta lædunt metallicos 715.b
id mercurius, sal 34.a
id & sal petræ qui contraria 725.b
id & sal semen sunt vniuersorum 361. a
in caduci generatione principale 616.a
in vino coctum ardorem & bubones tollit 376.b
marcasiticum somnum aufert, vitriolatum eundem intendit 712.b
materia pestis 407.a
metallorum sol hydropis 592.a
nullum salis expers & è contra 379. b
quadruplex 169.b
qui morbos suos proferat 168.b
quid cuilibet loco proprium 420.b
solum causa incensionis 710.a
supernatat aquæ 363.a
tartari non addistans abit 558.b
vbique vbi aqua 379.b
vitrioli caducum ciet 616.a
Sulphuris arcani præparatio 588.a
corpus quid 715.b
exemplum 211.a
morbi qui 168.b.171.a
præparatio 592.b
plures loci simul 617.b
varia genera & species 36.a.407.a
vis 36.a.355.a
Sulphure sale, mercurio omnia consistunt 92. b. 361.a
sulphura quotuplicia 48.b
pestis principalia tria 407.a
Sulphurea plumbum ac stannum inficiunt 391.a
Superficialia ad terram non pertinent 724. a
superflua vt per emunctoria excernantur 378.b
superiora nos moderantur 559.b
supernaturales morbi vt fiant ex nobis in cœlo 406.a
supernaturalia naturali iudicio non capiuntur 422.a
dona à Deo non sunt 175.b
Superstitio de sanctis 114.a
superstitionis vis 118.a
superstitionum formulæ 146.b
Surditas ex caduco 687.b
Sus 13.b
sutratur splenem consumit, eius præparatio 353.a
Sydera rationem habent, & homo ex sideribus 418.b
hyemalia à mercurio æstiualia, à sulphure vigent 824.b
Syletum 474. b. *eius compositio & descriptio* 475.a
Syncope 737
syncopis 496.a
Synouia est in omnibus membris 547.a
est podagra 612.b
exquisitissimè dolet 593.b
podagræ subiectum 613.a
qualis in singulis partibus 503.b
quid quotsq; pecierum 546.b
semel perdita parti non reponitur 504. a
separata in sensibilitatẽ facit *ibid.*
synouiæ virtus 503.b

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 902 sur 913

synouiam quæ coagulent 504.a.547.a
synthena 496.b
Syrinx instrumentum medicum 331.a
Syrupi ad maturationem nihil conferunt 760.b

T.

Tabes vniuersalis 500.a
particularis signa *ibid.*
Tabularum diacymini descriptio 748.a
Talcum 193.b. *album rubrum nigrum* 247.b
Tale facit tale 104.a
Tartarus 67.a. 291.a. 440.a. 520.a 528.a. 787.a
à cibo & potu, vtriusque meta 70.a
ab externis duplex 444.a
acutus vnde *ibid.*b
aquæ articulorum 82.b. *crassior vini* 558.b
aut dulcis aut acutus 459.a
carnis qui, eius morbi & locus 81.a
carnis ferinæ curatu difficilis 312.a
cerebri & eius morbi 76.b
cibalis & potialis differunt 70.b
cibalis in stomacho incipit 316.a
potialis dentibus adhæret *ibid.*
cicatrisans, acetosus, ponticus, piperinus 320.b
coagulatur vel per exsiccationem vel per spiritum 560.b
congenitus quid 300.a
cruoris solus hæreditarius 303.a
cuiuslibet regionis vt noscendus 321.b
cum externis rebus assumitur 67.a
cur articulis præcipuè adhæreat 559.a
cur faucium partibus non adhæresecat 69.a
dulcis vnde & qualis 444.b
diaphoreticus 755.b
duplex peregrinus, cruoris 331.b 443.b
duobus modis generatur 449.b
è fumo vt generetur 557.b
è vino qui in homine fiat 741.a
est speciès croci 304.b
ex comestilibus & ex potulentis 67.a
ex elenato vapore 69.b
ex aromatibus infestus 309.b
ex qua materia 67.a.68.b
extra membra principalia 79.b
fluorem sanguinis impedit 443.a
fellis 78.a
fœminis est duplex 300.b
granulatus solis externis remediis cedit 328.b
helleborinus & agaricalis 318.b
in articulis cur plus colligatur quàm in carne 557.b
in locis corporis duobus fit vel externis vel internis, in stomacho, hepate & partibus aliis 557.b
innascitur liberis aut per alimentum aut semen vitiosum 302.b
in ore stomachi 69.b
intestinorum 71.a. *hepatis* *ibid.* 72.a. 316. *eum quæ sequantur* 446.b. *eiusdem morbi* 72.b
qui gignatur 310.a
is latera fæx fundum occupant 305.b
lactis 304.b
lapillosus 441.a
leguminum vt fiat 312.b
lephanteus 441.a
medullæ cur non coagulatus 81.b
membrorum principalium differt à tartaro excrementorum 74.a
menstrui 304.b
mesaraicalis 316.a
morborum causa humores 519.a
mortalis ratione venenositatis, ratione magnitudinis & multitudinis 319.b.320.a
mustus febrium quartanarum causa 518.b
naturæ quid 442.b. *qui generetur* 558.a
omnia genera veneni habet 319.b
omnem materiam salis habet. 313.b
omnis sal est 559.a
omnis vel ex aqua vel ex terra 294.b
omnis in liquido est 307.b
patrius sedulo perueštigandus 293.a
peregrinus vt fœtui indatur. 304.b
pororum carnis vt generetur. 310.b
potentialis est virorum 301.b
piscalis 312.b
pulmonum 708.b. *cur paucior quam in aliis partibus cur damnosior alio copiosiore* 75.a
qui gignatur, subtilior est cæteris, eius morbi 76.a
quâ ratione in ventriculo à nutrimentis seperetur 298.b
qualis morbus 74.b
quando & vbi adhæresçat 299.b
quando non fiat, quando elementorum & quando hominis sit *ibid.*
quando non gignatur 307.b
quando magis, quando minus gignatur, cur in aliis paucior in aliis vberior 67.b
qui ex potu 444.a
quis curabilis, quis non 451.a
quomodo in suum corpus ac figuram formetur 315.b
quot formis adhæreat 520.a
quoduis simplici curatur 327.b
rebus omnib. in est humidis: eius species vnde 291.a
renum & cur promptiùs eiiciatur 76.b. *cur prompte non adhæreat* 316.b
eius & vesicæ & vt iuncturarum quæ ratio *ibid.*a
sanguinis ceu calculus perlatus 313.a
sideribus cognatus 318.a
spermatis dupliciter fit 453.b
Solutus oleitas est 466.b
splenis 78.b
splenis, pulmonum, fellis venarum, vt generetur 310.b
sulphuris non addistans abit 558.b
trium partium qui officiatur 80.b
vesicæ qui fiat 316.b
viarum vrinaliuum & eius morbi qui 72.b.73.a
vini penetrantior aquæ 558.b
vini infantis 304.b
vrinæ 72.a. 527.a. *eius naturæ* 796.a
vt fiat 445.b
vnde 440.b.444.b
tartari ægritudo omnibus tertis familiaris 322.b
appellatio diuersa in diuersis 517.b
coagulatio 307.a
cognitio ex aqua & terra tantum 292.b
considerațio duplex 80.a
curatio duplex 560.b
cura possibilis 555.b
descriptio 211.b
diæta & regimen 320.b
vitentur scil. 1°. lacticinia 2°. agrestia 3°. amna 4°. aquæ lumbricæ 5°. aqua saturneæ 6°. vinum acidum, adhibeantur aqua & vinum pura 455.b
differentiæ 296.a 315.b. *secundùm loca* 70.b
examen ex sale vrinæ faciendum 322.b
fæces 315.a
forma duplex, tartarus est arena 327.a
generatio 450.b. *duplex* *ibid.* 517.b
generatio perpetua 296.b
generatio in quibus 442.b
generandi ratio & modus 69.a. 295.b
genera vt fiant 296.b
duo 305 b.443.a
genera quot foris totidem in homine 296.b
in prima materia nendum coagulati cura prima perficitur balneo 325.a
materia qualis 294.a
morbus ex aromatis, vinis cerusiis, aquis, lacticiniis, medicinis validis, saccharo, melle, aere, leguminibus, carnibus 556.b
morbi triplices. 314.a
morbus abaere nutrimentis leguminibus. 556.b
nascendi periodi quæ 304.a
natur. vel essentia quadruplex mortalis & vnde gignatur, chronica & vnde, mansueta & qualis ac vnde, præteriens & qualis ac vnde 319.320.
origo duplex ex elementis & corporeis

corporeis 441.b
operavaria 70.a
proprietatem proprietas ægritudinis sequitur 313.b
quot genera & species 440 a.515.a
remedium præsentißimum 74.b
remedia vel calculum frangunt, vel consumunt sal 561.b
remedia oportet esse καθ' ὅλα specifica ibid.
resolutio cura febris 445.a
sedes præcipua 70.b
sedes humidum 305.a
signorum genus primum secundum, tertium & quartum 317
solvendi arcana 327.a
solutio est eius curatio 326.b
tartari species variæ 520.b
species ex vrina indicandæ 321.a
species tot quot corporum 291.b
terminus omnis a spiritu salis statuitur 304.a
varietas ex varietate rerum 67.b
vasa quæ stomachus, intestina, spatia a stomacho ad collum vesicæ, venæ qualibet omne cauum, membri principalia 306.a
vrinæ quot 798.a
aluminosi & salis effectus. 314.a
articularis sedes. 327.b
congeniti subiectum 300.b
cordis morbi 77.b
dentalis effectus, natura acris 69.b
fellis morbi 78.a
fœminarum causa, eius retractio viri expulsio 301.a
causæ & sedes vasa spermatica 300. b
intestinorum morbi 71.a
innati forma 450.a
interni cura 451.a
medullæ morbi 82.a
primæ materiæ discrimen 301.b
renum differentia 73.a
sanguinis ratio 80.b
siliceti cura secunda & marmorei &c. 331.a
Soluti motus à loco ad locum quid faciat 314.b
spiritus stumas facit 298.a
Stomachi orificij morbi 69.b
in stomacho cura 741.a
spermatis qualia medicamenta. 453. b
stomachi cum felle signa 459.a
vrinæ morbi 82.a
natura 796.a
tartaro forma inditur pro ratione vasis & natura materiæ 310.b
sua diuinitus medicina præfinita 308.a
ad tartarum radices, herbæ semina infirma 327.a
coagulat spiritus salis solus 68.b
habent omnia a terra producta 440.b
omnia ingesta habent 444.a
resolutum nectar succosum expeditè pellit 460.a
tartarum homo ex elementis concipit demonstratiuè exhibendum species tartari interni noscendæ ex speciebus externi tartari subiectum vinum, aqua, succi composita corpora, tartarum compositum dant tartaro cuilibet peculiare remedium 293
quæ non dent 298.a
à tartaro doloru mitigatiuum 444.b
de eo errores nonnullorum 68.a
præ eo conseruatio consistit vel in ventriculo ipso, vel in tartaro ipso demendo 323.a
tartara & faces distinguuntur 296.a
Lactosa facilè solvantur quotidie eiiciuntur 297.b
omnia veneni genera habent 220.a
tartarorum differentiæ a diuersitate nutrimentorum 449.b
diuersa genera vnde 307.a
species vbi nascantur 291.a
tartarus morbus vnde dictus ab aere 556. b
tartarei morbi a fumis lignorum, minerarum, metallorum reuerberij destillationum 556
omnis membru accidunt 558.a
quid & quales 557.a
tartarorum morborum causæ sunt alimenta vel natura formam 556.a
causa debilitas virtutis digestiuæ stomachi 558.b
tartarea generatio vt fiat 299.a
eius conseruatio & euitatio 322.b
tartarina quæ 462.b
tartarosis varia prosunt ex causa varia 559.a
Tassus quid 491.a
Taxi pinguedo humanæ similis 466.b
Temeritas quorundam in secando calculo 329.b
Temperies naturalium actionum. 761. b
Templum solis 246.a
Tempus medicinæ dominatur 751 b. 765.a
arlatum quid 383.b.471.a
caduci vnde noscendum 667.b
suum rerum omnium 362.b
temporis obseruatio in alchimia necessaria 211.a
operationes tres ibid.b
vis 751.b
quæ sequantur 240.a
tantùm astra conferunt ad generationem hominis 167.a
tempora anni quatuor 360.b
rerum generandarum tria 361.a
Tentationis periculum 112.a
Terebinthina destillata vt iterum terebinthina fiat 393.b
Terentabin 498.b 542. b. eius species quot 543.a
Terminus medicorum aslum 252.a
Terra 21. a. 641.
bona bonos fructus &c. 172.b
ea & aqua quò ferantur 235.b
est mundus singularis 8[illegible].b
fœcundatur ab aqua 330.a
vtraque sulphure & sale plena 361. b
quæ det 340.a
terræ cura 592. a. dissolutio est liquidi praparatio 625.b
motus 617.b. 664. b. vt fiat 665.a
eius & pestis comparatio 422.a.
ei tremor similis est 461.a
Terror est imaginatio coralis abigitur 373.b
ab ictu pestis plures interimit quam ipsum vulnus 411.a
Testa sua vniuersa includuntur. 678. a
Tetanus 496.b
Theologiæ insignia quæ 2[illegible]5.a
Theologia 279.b
non omnis sancta 22.b
Theophrastus a veteribus medicis cur discessionem fecerit 693.b
medicis cur discessionem fecerit 693. b
ab aduersarijs Lutherus & Cacophrastus vocatus 183. 3 6.a
Basileæ professus est 693.b
cur à cæteris medicis discedat. 3. b
cur à philosophis & medicis discesserit 1[illegible]4
cur nouam methodum introducat 249. a
cur noua recepta scripta an ea sint venena 255.a
cur & quos iuuare non possit. 187.
cur tres libros non in vnum congesserit 243
cur austeritatis accusetur & cur non omnes sanet 261.b.262.a
Europæ scribit 292.b
cur medicis aduersetur 635
in physica rudis in chyrurgia Rabbi dicitur 646.b
Lutherus ab aduersarijs vocatur 336. a. 345.b
malè chirurgus vocatur 341.b
medicum librum exussit 677.b
plus Luthero est 336.a
physicorum maximus 234.b
primò Galenicus fuit, cur defecerit à Galeno 214.a
qua occasione à medicis veteribus defecerit 697. b
qua morte obiturus 336.a
quæ opera ediderit 181
quantus sit 2[illegible]3.b
quos & quot morbos vno simplici curare possit 377.b
Suggillatus obscriptum de lue venerea 335.a
Theophrasti appellatio tartarum. 290, a
austeritas virtutis est 260.b

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 904 sur 913

doctrina tribus nititur 339.a
educatio 260.b
excusatio 187. 669.a
epitheta ab aduersarijs ingesta 637.b
liber de podagra peculiaris 328.b
magnanimitas 183
nota 646.a
præsagia 185. minæ operæ præcipuæ 214. b. 215.a
protestatio de genere scriptionis 26.b
item de suo stylo 66.b
querela & protestatio 181.
quod institutum 647.b
scutum veritas 186
scribendi ratio cur accusetur 182
Seruorum profugorum tragicus exitus 261.a
in Theophrastum omnes perfidi 261.b
Theorica ex practica manans certissima 689.a
literalis mortua 280.a
medica qualis 272. a. quid 280. a.
duplex magica & physica 279.b 618. b
vnde medico noscenda 279.b
morborum vt ex historijs cognoscatur 682.b
morborummineralium duplex 172.a
Theriaca 399.a
ex Tyro 254.a
mandragorata & aurea Alexandrina vermes expellunt 494.a
Thermæ vbi non conueniant 449.a
Goppingenses icteritiam tollunt 538.a
Piperinæ optimæ contra tartarum 325.b
Tæplitenses ibid.
Thomas Aquinas reprehenditur 126.b
Thoracis compressio quæ vocetur 459.a
Thus 399.a
Tibullus 153.a
Timor cordis ex caduco 688.a
timidus vt inficiatur peste 389. b. vt cælum inficiat ibid.
Tinctorum morborum nomina varia 595. b
cura duplex 597.a
Tinctura cuiuslibet membri tenenda 796. b
facit vt elementa hominem inficiant 725.b
iuuenescere facit 357.a
Martis exsiccat 623.b
omnis penetratiua 619.b
Sulphuris quid notet 797.a
Sulphuris & mercurij qualis. 717. b
tincturæ morbus 357.a.628.a
corrosiuæ 628.b
mortuæ resurgunt ibid.
vel sunt substantiæ vel succi ibid.
tincturas duas habet homo 360.a
tincturarum cognitio medico necessaria 717.b
Tinea scaturæ cuius vis 597.b
Tinnitus & surditas non est in loco 549. a
Tirioſonis curatio caducis 672.a
Tonitru 664.a
ex tribus fit ibid.b
est anatomica caduci ibid.a
id & caducus aquæ 665. a. aeris 665. b. ignis 664. a. terræ ibid.b
causa contrarietas est 665.b
eius & caduci comparatio 664.b
prodromi 666.b
concitare & ædes incendere vnius artis 614.b
tonitrua vt fiant 375.b
Tormentilla Carniosa, hæmatites, coralli sistunt sanguinem 659.a
Torsiones vnde 529.a
Tortura oris 737.
Trans fossionem Diabolus arcere non potest 146.b
Transmutatio colores vbinis tingit 596. a
Transplantatio morbi incurabilis cura 627. b
cur vocetur ibid.
Tremor quid, vnde 726
est similis motui terræ 461.a
omnis ex digesto tempore 482.b
caducorum qui fiat 617.b
tremoris causa 478. a. 620. a
causa perpetua 536.b
generatio 733
Trepidationi membrorum quæ medeantur 729.a
Tres substantiæ vniuersa constituunt 270. b
Tria prima quomodo se in hepate habeant & in renibus 794.b
trium primorum mira natura 679.a
quot species 169.b
Tridoma 510.a
Tritoma instrumentum aurium. 549. a
Trochisci de alkakenga &c. 484. a. de thure ibid.
Troffea 117.b
Troiæ historia Erodenia est 642.b
Tubisco & Teuto 245.a
Tumor 736. tumores collecti vt curentur 777.a
Tympania 529.a
tympanites 735. constipatio est ventris non species hydropis 446.a
duplex ibid.
tympanitis curatio ibid.

V.

Vapor lignorum 723.b
vaporis epileptici varius motus 616.b
vapores quid & vbi 85.a
vapores lapidum, metallorum, lignorum, herbarum 723.a
Varietas creaturarum laudem Dei ampliat 641
Vasa spermatis 301. a. tartari 305. a 306.a
vasorum interiorum & exteriorum similitudo 306.a
vaticinia hominum vnde 177.b
causas probationis non habent ibid.
Veldlinia omnium minimè tartari 322. b
Vena an à labore secanda 773.b
quando secanda, bonis signis vtendum in quinque casibus 771.a
frontis sectæ an curet oculos & caput 774.b
lumbaris 775. a. vmbilicalis ibid.
venæ capitis posterioris 774.b
cephalicæ, colli, crurum 775.a
faucium ibid.
iecoriariæ ibid.
infernæ trahunt ex supernis ibid.
linguæ 774.b
menti 775.a
oculorum 774.b
pollicis 775.a
poplitis ibid.
pulmonis stomachus 75.b
risiuæ 775. b. sectæ cachimnum perpetuo inferunt 568.b
vbi sitæ 579. a. choreæ causa 568.b
splenetica 775.a
tali exterioris ibid.
temporales 774.b
venarum apertio per ferrum candens 779.a
euacuationis nimiæ mala 773.a
risiuarum causa naturalis 569.b
venas quasuis secandi verus modus 775. b
Veneficæ impendio prægnantibus offensæ 388.a
quid possint obsequio spirituũ 728.a
Veneficarum historia 388.a
imprecationis vis ibid.
pactum cum spiritibus quale ibid.
ritus in incantandis hominib 392.a
variæ materiæ 394.a
veneficij signa 395
veneficia actiones naturales sunt. 614. a
venenum etiam in rebus optimis. 213. a
id & bonum in quouis cibo 14.b
non est quod homini vtile 255.b
qui sub alimento lateat 166.
vniuersa sunt etiam cibi 254.b
veneni materialis morbi 391.a
venenum elicientia animalia ex homine 370.b
suffocant oleum & butyrum 466.b
in veneno quid quæratur 253.b
venena 737
cælo subiecta 821.b
hostes corporum 711.a
hydropis quintuplicia 12.a
in medicinis non temnenda 254.a
venenorum corporis in singulis membris cognitio 16.b
venenis omnibus sua remedia 715.b
Venetijs lapides in stomacho inuenti 444. b
Venter est chaos hominis 631.a
equinus est vis digestoria, res permutat 716
ventris

ventris partes quatuor sunt & totidem colicæ 631.a
tempora duo ibid.
ventres cur hyeme pinguiores 758.a
ventriculus alchimista 208.a
qualis mechanicus 43.b.44.a
quid separet 65.b
seruus publicus 74.b
ventriculum pars quæuis habet 50.a
Venti qui à putredine fiant 826.a
quatuor mũdi homine tentãtes 825.a
ventorum causa frigiditas & humiditas 599.b
duo genera ortusq; hominis & mundi scita comparatio 598. a
Venus cœlestis vincta, gratia diuinæ catena 368.a
Veneris mons 146.a
Venustissimus omniũ quis quæue. 164.b
Versemination i aptum 668.a
Verbum Dei medicina 433.b
verba etiam pro herba sunt 142.a
Veritas à spiritu bono 193.b
acerba auditu 261.a
castitatẽ gaudet 218.b
veritatis pondus 212.a
ex vero nonnisi verum 825. a
Vermis ligni non ex ligno 198.a
quilibet arrodit idex quo est 509.b
vermes à carne tenera 608.a
à coniunctionibus ibid.b
à medicinis ibid.
à piscibus 607.b
ab obstructione 608.b
an adsint qui probetur 609.a
cerebri 494.a
cur ex stercore vt insecta 609. a. 826. b
excluduntur calore 124.a
ex hausto spermate vel eo in vterum rapto 552.a
ex hypericone & tunella 194. a
ex mineralibus quales 494.a
ex nutrimento quales 493.b
ex spermate 607.b
ex tartaro quadruplices 551.b
ex terra 286.a
in cordis apostemate Viennæ inuenti 540.b
in stomacho generantur 493.b
nascuntur ex spermate non putredine 494.a
non ex qualitatibus 203.b
oriuntur vel ex tartaro vel ex mineralibus 551.b
qui à spermate ingesto oriuntur 607. b
viris in stomacho, mulieribus in vtero nascuntur 493.b
vnde 240.a.540.b
vermium causa duplex 695.b
generatio 738. ex bus 607.b
genera quæ 551.b
loca 609. b. diuersa in corpore capite & extra 738
materia triplex 1°. nutrimenta 2°. mineralia 3°. sperma ingestum 493.b
medicamen omne ex veneno 495.a
medicinæ quæ ibid
principia quæ sint 493.b
præter eorum genera vnum ex spermate est 541.a
remedia 455.a
varietas vnde 608.a
vermiculatio vel est perfecta vel imperfecta 607.b
Verrista vnde oriatur 691.b
verristæ &c. Granagrana summa in caducoarcana 692.b
vtraque ad matricem ibid.
Versus prouerbialis de podagra ab auctore emendatur 328.a
Vertigo 408.a.496.b
vertiginis remedium Gilla 352.a
Vesania à scortis inflicta 574.a
vesaniæ genera quatuor, & totidem species 572.b
vesani qui 572.b
vesanorum cura 581.a
vesanis doloris querimonia oboriens signum mortis est 572.b
Vesica secta medio carnis coalescit iterum 484. a
vesicæ ægritudines tres 483.b
exulceratæ signum 763.b
vesiculæ nigræ in prunella signum mortis 469.a
Veteres dissentanei 182
philosophiæ & astronomiæ ignari 613. a
philosophi taxantur 340. a
veterum error in cura febrium 445.a
scripta pro Euangelio non habenda 287. b
vetera non illico ceu optima admittenda 648
Vetulæ attractiuæ naturæ 394.a
cum incubis libidinantur 128.a
prurientes 127.b
Via quæ recta sit ad medicinam 266.
Victus assentando partus turpis 261.a
Vigiliarum peruersa incommoda 762.a
Vindicta S. Ioannis 117.a
Vinum essentiale colicæ 747.b
animum hominis mutat 605.a
humori vitæ gratum 586. b
id & cibus qui podagra sunt 645.b
id & oleum an vulneri cõpetant 41.b
menstruo corrumpitur 393.a
podagram latentẽ vt proferat 645.a
podagræ quæsitor ibid.
subiectum tartari 293.b
vt separetur & medicina fiat 326.a
acinaceum 306.a
ardens vt corrigendum 535.b
correctum quid & vt fiat probeturq; 470. b
desæcatũ à tartarosis bibendũ 456.b
essatum vnde dictum 506. a. quid ibid. 547.a
Kelkemense admodũ tartarosũ 321.b
necarinũ tartari remediũ ibid. 322.a
hyemale, æstiuale 748.a
Vini anatomia 645.a
aromatici albi & rubri præparatio 748.a
essentia insculam etiam feruidum coagulat 547.a
vina pontica quæ 455.b
Vir cum fœmina qui vna caro 301.b
inscitus nihil est 142.b
ob fœminæ aspectum semen emittit 387.a
per imaginationem fœminam & hæc vicissim virum appetit 379.b
sine fœmina integer non est 654. b
sine fœmina nihil gignit 127.b
vt in fœminam agat 102.a
viri & fœminæ diuersæ anatomiæ 87.a
viro nullus m us ante fœminam 90.a
virorum morb à fœminarum morbis diuersi ibid.b
Virgo quæ 368.a.678.a
Virgula diuinatoria 120.a
Virtus quid. 698.
digestiua sine calore &c. non est 815.a
expulsiua renum 493.a
separatiua omnibus locis inest 819.b
virtutes induisæ sunt 220.a
virtutibus cœlum sauet 416.a
Vis assentationis seu philauriæ 649.
attractiua in finitis modis in homine 257.b
tractiua magnetis est spiritus vitalis 437. a
Viscus 443.a.450.a
quercinus 194.a
contra caducum 497.b.671.b
cui caduco & cui ætati vtilis 671.b
Visus sol hominis 685.a
Vita ab anima 45.a
abscondit substantias tres 35.a
æterna in S. Scriptura traditur 280.a
cœlum præsupponit 608.a
ea vel forma interior in hominibus eadem 150.
est ignis 9.b
duplex animalis & cœlestis 359.a
humana quid 750.b
in animalibus ab vtraque sphæra gubernatur 363.b
non ex astris sed à Deo 167.a
vna est intra & extra matricẽ 678.b
vitæ elegans comparatio à pigmentis sumpta 40.a
producẽdæ ad 900. annos secretũ 8.a
hominis, septem 20.b
S. Viti chorea qui fiat 350.a
Vitellus a sole in carabe coagulatur 508.a
fertur ab albumine 235.b
is terra & aqua, albumen aer & ignis 199.a
oui centrum ibid.
Vitista est ægritudo imaginationis, vna de dicta 578.a
Vitriolum arcanum caduci 575.b. 675.a
arcanis plenum non venenum 255.a
album coctione fit lapis 376.a
cerebri summum arcanum 543.b
cuperosum quid 495.a
triplex 170. b
Vitrioli arcanum est oleum 576u.
arcani præparatio 576.a

arcanum

arcanum cur cum aliis componat auctor ibid.
descriptio 211.b
morbi 171.b
præparationes variæ 576.a
vis auro præstantior 575. b
volatilitas non oleum caducum curat 675.a
vitriolo quæ arcana insint 719.a
vitriola vt differant à sale & alumine ibid. b
Viuentia omnia nutritione egent 812.a
Vlceris maturatio expeditissima 400.a
vlcera crescentia vt curentur 777.b
esthiomena vt curentur ibid.a
vesicæ per pus, renum per cruorem in vrina denotantur 763.b
vlcerum plumosorum signa in vijs vrinarijs 763.b
putridorum item 764.b
vlcuscula sanguinea vt curanda 399.b
Vlstadius notatur 463.a
Vmbilicus est Meridies & Auster 631.a
Vndimæ diæta 499.a
cura ibid. matrix aqua 498.b
Vnguentum ad contracturam 464.b
contra phtisim 500.b.544.a
de lachrymis 741.b
murmentorum contra pleuresim 525. b.*eius præparatio* 536.a
murmentorum 475.a.533.a
taxi 466. b. 467.a
vnguenti ouorum vsus 730.b
Vnicornu remedium caduci 673 b
Vnitate nihil minus 237.b
Volatilia etiam corpus habent 75.a
sola astris imperant 675.b
Volucres tartarosæ quæ 312.b
Voluntas a ratione differt 23.b
hominis 426.b
spirituum genitrix 25.a
voluntatis efficacia ibid.
Vomitus ex digesto 492.a
frequens quid ibid.
thoracis quid ibid.
vnde a lapide vesicæ 466.a
Vreteres vrinæ excrementa multa continent 824.a
Vrina 442. a. 529.a.793.b.795.a
ægri hominis quotuplex 787.a
alba quid notet 799.a
alkolita 786.b.798.b
cuius sit partis 795.b
quid notet 802.b
absynthia 807.a
ante ictericiam cur candida 538.a
bleta vt æstimanda 481.a
brody quid notet 807.a
cætus quid 796.b
causæ morbi index 376.a
citrinula diaphana quid notet 795.a
cruoris 796.a. 800. a. *vnde* 799. b
quando excipienda 798. b. *quos morbos indicet* 797.a
quam certus index 796.a
cur supprimatur 484.a
ea, pulsus, stercus in peste se naturaliter habent 418.a
ea, pulsus in hydrope nihil indicant 624. a
ea & sanguis in peste bona 403.a
est excrementum aquosum resolutum in vesicam vel aquositas salis, quæ quotidie excrementaliter exit 795.a
est nitrum 376.a
est sal è mercurialibus 447.a
est triplex 797.a
externa & interna quæ 794.a
fæcula quid notet 798.a.802.b
fœtens notat putredinem 764.b. 795.a. 799. a
formula quid notet 798.a.802.b
granulosa 795.b
index vitiorum renum 763.b
iusculum carnis olens quid significet 453.b
liquida quid 795.b
mandragorata 492.a
muliebris qui dignoscatur à virili 802. a
nitrea qualis 455.b
omnis sal resolutum 521.a
pallida & lactea vt differant 799.a
pinguedinis & medullarum quid 796. a
quæ ad iudicandum excipienda 798. a
quo tempore colligenda & medico mittenda 785.b
quorum tinctorum morborum index 596.b.597 a
renum balsamus 75.a
rubea significat febres cum dyssenteria 549.b
rubinea quid 798. a. *quotuplex* 786. b
sal resolutum 796. a
sanguinis quid notet 799.b
Scatea quid 787. b. 798. a. *quæ* 786. b. *quid notet* 802.b
separata & digesta vnde 794.a
tartari & cruoris signa quæ 797.a
tartari quotuplex 785.b.798.a. *duplex* 797.a.798.a
triplex 786. b
tartari incertus index 317.a
tremula quid 787.b.798.a
quid notet 798.a.802.b
quæ 786.b
violam aut iridem redolens quid significet 453.b
vrinæ bulla & spuma quid differant 800. a
bullulæ, spuma, filamenta & circulus quid notent ibid.b
bletæ cura 480.a
causa efficiens 823.b
color in renibus datur 529.a
colorum differentia quæ 796.a
contenta quæ 789.a
cruoris signa 804.a
diuulsio 787.a
duplicia genera 794.a
eius & sanguinis leonis cerui &c. vis in peste 372.a
filamenta quid indicent 763.b
genera quot 785.b
granulæ quid notent 800.b
inspiciendæ ratio 806.a
mutatio varia antequam sit 603.a
putrefactio duplex 788. a
partes quot 784.a
quantitas quid notet 807.a
separatio & præcipitatio medico necessaria 806.a
spiritus ad calculum & arenulas inclinat 560.a
substantia triplex 790.a.800.a
tartareæ tres species 786. b.795.b
signa 797.a
viæ quæ 72.b
vrinæ æquinoctæ 793.b
oppilationum quales 807.a
quæ valetudinem aduersam indicent 786.b
Vroscopia notatur 195.a
Vrtica pestis cura 373.a
quæ in qua peste adhibenda ibid.
Vsnea 441.a
ea & grando in omnibus lapis non est 483.a
est stercus lapidum 812.a
est stercus sui subiecti 819.b
est tartarus de vino 528.a
vnde in lapidem generetur 812.a
vsneæ effectus & accidentia 444.a
Vua versa & cicuta rationi nocent 616. a
Vulcanus differentias saporum omnes facit 596.b
Astralis &c. 687.a
is & Archeus quo distent 274.b
noster magister 33.a
Vulcani vtilitas 711.a
Vulnus lethale ex loco 404.a
leuissimum cur interdum mortem inferat 767.a
omne per se malum 775.b
vulneris accidentia 404.a
eius & pestis similitudo ibid.
vulnerum cura, qualis 412. a
eorum aut ictus cura sine complexione fit 38.b
& pestis theorica vna 420.b
species 59. a
sanatio 52.b
vulnera à sale omnia 58.b
vulneraria optima 365.b
Vulturinum fel per Pyromantiam inuentum 673.a
Vxor ex Deo scortum ex Satana. 173. a

X.

Xelses stella &c. 828.a

Y.

Ylech magnus quid 672.a
Yleiadus vocabulum ab Hermete & Archelao deductum 532.b

Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim, medici et philosophi ... - page 907 sur 913

yleiadus quid & eius vis 470. a. 532. a
yliadus quid 169.a
causa eriſis 472.a
causa nouorum morborum ibid.
duplex 169.b
in omnibus membris 793.a
internus ægritudinem externus medicamen facit. 535.b
yliadi ætates 472. b. 535. b.
periodus triplex 383. b. 471. a
ex yliado omnes ægritudines oriuntur 532. b
ex eo omnes morbi emergunt 474. a
yliadorum numerus menſura eſt partium 169.b

Z.

Zedos ſtella hydropica 622.a
Zenexton Mercurius 379.a.411.b
Zephena 501.b
Zephyrus annus 631.a
Zickbartlin *maximum in peſte arcanum* 471.a
prunorum aqua contra prunellam 398. a
Zipartlein 754.b
Zingiber cur diaphoreticum 357.b
Zizanium in cœlo 386.a
Zwicker 715.b

FINIS INDICIS IN LIBROS QVINQVE Priores Genuinos Theophraſti Paracelſi.

ECOLE SUPERIEURE DE PHARMACIE DE PARIS BIBLIOTHEQUE